SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONUM RECENTIORUM

A PAULO RUBEO J. C. ROMANO

Selectarum,

PARS DUODECIMA

Ab Anno M.DC.LV. usque ad totum Annum M.DC.LVIII.

CUM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS Necessariis.



VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX
DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hac Duodecima Parte Recentiorum continentur, Alphabetica ſerie per Diœceſes digeſtus.

A

B

C

Colo-

Rea-

DECISIONES CAMERALES.

S

T

V

INDEX DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hac Duodecima Parte Recentiorum continentur, Alphabetico ordine per Materias dispositus.

A

B

Re-

C

Ful-

D

I

L

M

N

Roma-

P

R

S

T

V

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM RECENTIORVM
A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO
SELECTARVM.
Pars Duodecima.

R.P.D. CERRO S. ROTÆ DECANO.
Perusina Fideicommissi de Rodulphis.

Luna 26. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Remissoria, dum sumus in prophanis faciliter conceditur. Remissoria perperam petitur, dum in contrarium adest confessio partis, & licet id limitetur quando datur fumus erroris dictæ confessionis, & quando non sufficiat talis fumus.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio fortior vincit, & occidit præsũptionẽ debiliorẽ.*
2 *Remissoria in prophanis, vt concedatur sufficit, vt quoquomodo conferat ad causam.*
3 *Remissoria, vt non denegetur in prophanis, sufficit quòd res sit dubiosa.*
4 *Remissoria non conceditur, quando adest confessio partis in contrarium.*
5 *Testatoris præcepta sunt seruanda.*
6 *Contra Confessionem propriam denegatur remissoria, & maximè si sit geminata.*
7 *Remissoria contra propriam confessionem, tunc conceditur quando datur fumus erroris confessionis.*
8 *De errore confessionis satis dicitur constare, stantibus in hoc testibus formiter examinatis.*
9 *Ex dotis causa non possunt alienari bona fideicommissaria, si fructus hæreditarij ad hoc sufficerent.*
10 *Erroris nullitatis fumus, non est sufficiens ad effectum concessionis remissoria contra confessionem.*
Quãdo adest factum positiuũ contra dictã cõfessionẽ, n.10.
11 *Lex quando aliquid præsumit, & vlterius super dicta præsumptione aliquid disponit, ad eam præsumptionem tollendam, non admittitur contraria præsumptio.*
12 *Turpitudinẽ propriam, quis nõ admittitur ad probandam.*
13 *Fructus bonorum fideicommissariorum dum de aliquo tẽpore non aderant, nõ potest dici aliquid de eis solutũ fuisse.*
14 *A tempore de præterito non est licitum arguere ad præsens.*
15 *Vltra Alimenta ad substentationem honestæ familiæ multæ aliæ expensæ ordinariæ, & extra ordinariæ quidem sunt necessariæ, & satis notum est.*
16 *Error confessionis vt dicatur probatus, probationes debent esse necessariæ, & concludentes.*
17 *Articulantium intentio, dum probari potest per scripturas reijcitur petitio remissoria.*
18 *In Iudicio executiuo, regulariter non solent admitti dilationes ad soluendum.*

DECISIO I.

INformantes pro Ferulis petebant remissoriam ad probandum potissimè, quod pro Alimentis sex filiorum, & familiæ Europæ satis erant annua scuta 300. inferendo exinde, quod cum fructus totius hæreditatis quot annis ascenderent ad scuta 1500. supererant singulis Annis scuta 1200. circiter, quæ propterea præsumuntur peruenire ad manus Bartelli Depositarij generalis ab Europa electi, quæ sanè materia sic articulata releuans videbatur, quia probatio huiusmodi destruit præsumptionem, quod pecuniæ à Bartello exactæ, & reinuestitæ proueniunt ex proprietate bonorum, non autem ex fructibus; nam præsumptio fortior resultans ex probatione superexistentiæ tot fructuum, eorumque exactionis factę
à Castello ex generali mandato † debiliorem excludit edu- 1
ctam in contrarium, *l. Diuus vbi gloss. verbo æstimari ff. de in integr. rest. l. non solum ff. de rit. nupt.* Socc. iun. *cons.76. n.66. lib.1.* cum cæteris per Menoch. *lib.1. præsumpt.30. n.1.*
Cùmque simus † in profanis sufficit Articulos quoquomodo 2
conferre ad causam, vel saltem rem esse dubiam, vt remisso-
ria † denegari non possit, vt dixit Rot. coram Buratt. *dec.28.* 3
n.3. coram bo. me. Coccino *dec.20. n.4. In Benonien. fideicommissi de Nascentorijs 15. Ianu. 164.. cor. bo. me. Arguelles, & in Mantuana Bonorum 17. Februarij 1653. coram me.*

Nihilominus resolutum fuit Remissoriam non esse conce-
dendam, quia in contrarium viget geminata † confessio Au- 4
ctricis instantium, tam in Instrumento quietantiæ factæ dicto Depositario, quod pecuniæ ab ipso exactæ, & consignatæ in emptionem bonorum stabilium, & censuum erogatæ, & inuestitæ fuerant, quod non congruit fructibus ad Europam, & filios spectañ., sed proprietati ex Testatoris
præcepto † reinuestiendæ, quàm in Instrumento Dotali Iu- 5
liæ Testatoris filiæ de Anno 1594. quod non aderant sufficientes fructus hæreditatis, ex quibus ei dos solui posset, iuxta paternam voluntatem, & comprobatum fuit *in secunda decisione huius causa 26. Ianuarij 1654. §. attenta præcipuè cum seq. & in 3. 15. Iunij sequentis §. sed de ordine coram me.* Contra † propriam enim confessionem nunquam datur remissoria, Caputaq. *dec.283. n.6. p.6.* sa.me. Greg. *dec.523. n.4.* Buratt. *dec.877. n.7.* cum alijs alleg. *in Comen. Collegij 15. Decembris 1653. coram R. P. D. mea Priole §. in primo enim.*

Et quamuis in eadem *decis. Greg. 523. num.5.* id † limite- 7
tur quando datur fumus erroris confessionis, ex Put. *dec. 6. de Dilation.* qui in casu nostro educitur ex Testibus etiam
† conformiter examinatis, Cassad. *decis.3. num. 2. de Di-* 8
lat. idem Greg. *decis. 562. num.4. & in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram me §. & licet.*

Tamen animaduerterunt DD. quod deuentum fuit ad actualem alienationem bonorum fideicommissi pro soluen-
da dicta Dote, ad quam cum deueniri † non potuisset si fru- 9
ctus hæreditatis superessent, Ias. *in l. filius fam. §. Diui n.26. ff. de leg. primo, & in Auth. res quæ n.24. C. commun. de legat.* Couar. *var. resol. lib.3. cap.6. num.10.* Molin. *de Primogenit. lib.4. c.6. n.11.* Card. Seraph. *decis.447. n.1. & decis.1483. sub num.5.* Rot. *in recent. dec.47. n.10. p.5.* Add. ad Greg. *decis. 543. num.4.* & alijs adductis *in Romana fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram me, §. si autem.*

Inde sequitur, quod † non sufficit dare fumum erroris 10
confessionis, quia præualet factum positiuum alienationis stabilium fundatum super ipsa confessione, quod illi vires addit, vt in simili dicitur, quod si lex aliquid præsumit, &
vltrò super hac præsumptione † aliquid disponit ad eam præ- 11
sumptionem tollendam non admittitur contraria præsum-

ptio, Alciat. *de præsumpt. par. 2. num. 3.* Fab. de Anna *cons. 37. sub num. 6. vers. nam dum, & num. 6. cum seqq. vbi concordantes*, alias autem instantes allegarent propriam Auctricis turpitudinem, quod nempè sub mendaci assertione non esistentiæ fructuum in fraudem fideicommissi eius bo-
12 na alienaret, † quod non est admittendum, *l. professio C. de muner. patr. lib. 10. l. 2. §. Quintus Mutius ff. de orig. Iur.* Buratt. *decis. 20. num. 5. & decis. 44. num. 9.*

Nihilque refert, quod pars dictæ Dotis scut. 4000. præsumi possit soluta ex fructibus, quia certum est saltem scuta 1500. soluta fuisse es proprietate bonorum ob deficientiam
13 fructuum †, si ergo dicto Anno 1594. non extabant fructus pro soluenda dicta summa scut. 1500. dici non potest inuestimenta facta à Bartello in valde maiori quantitate circa dictum tempus, vel paulò post prouenisse es fructibus, vt ponderatum fuit *in dicta Decisione sub §. animaduertendo*, in-
14 super † licitum non est à tempore præterito arguere ad proximè sequens Card. Seraph. *dec. 1385. n. 3.* Card. Mant. *dec. 22. n. 2.* bo. me. Merlin. *dec. 817. n. 3. & dec. 842. num. 2.*

Et esto etiam quod probaretur sufficere potuisse pro substentatione filiorum, & familiæ annua scuta 300. inde tamen non sequitur per necesse, quod non plus Europa expenderit, vel ob defectum Æconomiæ, vel in eapensis ordinarijs,
15 & estraordinarijs, † quæ vltra alimenta ad substentationem honestæ familiæ, & gubernium Domus quotidie requiruntur, vt omnibus satis est notum. Ideòque articuli præsefe-
16 tunt † necessarias probationes, quales requiruntur ad probandum errorem confessionis, *Scribentes communiter in cap. vlt. de confess. & in l. non fatetur ff. eod.* Decian. *cons. 14. n. 35. lib. 5.* Buratt. *decis. 200. n. 3. & in Eugubina erroris Calculi 22. Ianij 1630. coram bo. me. Pirou. §. quoniam huiusmodi, & §. fin.*

Propterea aderat alter Prucurator pro eaactione fructuũ, qui proinde, non autem Bartellus Deputatus in executionem præcepti Testatoris de sola proprietate loquentis fructus exegisse censeri debet. Atque intentio articulantium
17 probari potest per † scripturas, nempè librum tutelarem penes Europam relictum, & ab ipsa ratione officij custodiendum, vt dictum fuit in prædictis Decisionibus, ideò saltem in hoc casu non est admittenda probatio per testes, Put. *decis. 356. n. 4. l. 2. in corr.* Rot. *decis. 314. n. 1. p. 1. recent. in Nazarena, seu Montis viridis, Beneficij 10. Februar. 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. nonus & decimus, & in d. Comen. Collegij coram R. P. D. meo Priolo, §. tertius articulus;* Addito etiam, quod versamur in Iudicio eaecutiuo
18 vigore pacti in prima transactione † adiecti, in quo regulariter non admittuntur similes Dilationes ad probandũ, Caputaq. *decis. 262. prima parte*, Rot. *in rec. dec. 242. n. 7. p. 7.*

Et ita omissis cæteris articulis nil releuans ex ipsorum lectura continentibus resolutum fuit pro denegatione Remissoriæ, & ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Beneuentana Hæreditatis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Substitutiones factæ *si sine liberis discesserit, &c.* expirant mortuo hærede cum liberis, iuxta celebre consil. Oldrad. 21. à quo Rota non recedit nisi ex vrgentibus coniecturis. Puella renuncians bonis, vt Monialis suis, quibus bonis dicatur renunciatum, & quia an dicatur renunciatum dispositioni *leg. cum n. 5. C. de transact.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum relictum sub conditione*, si sine liberis, decesserit, *tale fideicommissum dicitur expiratum, mortuo hærede sine liberis.*

Etiamsi isti postea decesserint sine filijs.

2 Oldr. *consil. 21. est satis tritum, & famigeratum, & passim à Rota secutum.*

Rota *à consil. Oldrad. 21. nisi ex vrgentibus, magnisque coniecturis in contrarium, non recedit, & n. 2.*

3 *Testator dum voluit filios positos in conditione ante aduentum conditionis admitti iure substitutionis non præsumitur eos voluisse admitti iure transmissionis, & n. 4.*

5 *Fideicommissum à Testatore restrictum ad certas personas signum est, quod ipse ad eas tantum illud voluisse deuenire, & non ad alios.*

6 *Nepotes non possunt dici mediatè filij.*

7 *Vocatio ad fideicõmissũ præsumi potest ex prohibita alienatione bonorũ, vt perpetuo debeãt in familia manere bona.*

8 *Ex prohibitione alienationis bonorum, vt bona remaneant in familia, regulariter arguitur fideicommissum ad fauorem eiusdem familiæ, ampliæ vt hic.*

9 *Quæ præsumptio, quando habeat locum, declaratur.*

10 *Prohibitio alienationis, bonorum extra familiam, non intrat in casu à Testatore prouiso.*

11 *Alienationis bonorum prohibitio aliud est, quod sit realis, & aliud quod sit personalis.*

12 *Alienationis bonorum prohibitio quando non dicatur stare per se, seu independenter, sed consecutiuè ipsimet prohibitioni, ita vt deseruiat pro ipsius vestimento.*

13 *Fideicommissa perperam probantur ex iterata confessione vocatorum.*

Confessiones recipi debent cum sua declaratione, n. 13.

14 *Confessio erronea dependens in consistentibus in Iure non suffragatur.*

15 *Monialis, si ante emissam professionẽ renũciauit bonis suis Monasterium tamquã exclusum, nihil prætẽdere valet.*

16 *Renuncians an censeatur excludere voluisse dispositionem* leg. de his, C. de transaction.

17 *Renunciatio facta à muliere volente ingredi Monasterium, aliud est si fiat in sæculo, & aliud dum fit in ipso Monasterio, & num. 19.*

18 *Mulier renuncians bonis, quia se Monialem facere intendit. Intelligi debet, tam successionibus ab intestato quam ex testamento renuntiasse.*

20 *Renuncians, quando sibi reseruat aliquid pro testando, an censeatur voluisse cætera renuntiare.*

21 *Renũciatio, nõ extenditur ad ea, quæ non fuerunt expressa.*

24 *Renuntiatio non potest extendi ad bona non nominata, nec adsunt verba, quæ possint ea comprehendere.*

25 Test. in l. de his, C. de transact. *habet locum in quolibet renunciante, & inter quaslibet personas, & dum non fuit ei derogatum, semper loquitur ad fauorem renunciantis, & aliorum.*

DECISIO II.

IN sententia antecedentis instantiæ Sancitum fuerat Monasterium S. Victorini Ciuitatis Beneuentanæ ea persona Beatricis, quæ Professionem ibidem emiserat regularem bonum ius fouere in Prædio, vulgò *la Cancellaria*, super quo Lutius senior de Leonibus fauore Camilli filij, eoque sine filijs decedente pro filiabus suis fideicommissum instituerat, de quibus sententiæ viribus, eam Domini responderunt infirmandam. Quia fideicommissum in eum casum
testatore † ordinatum, præmortuo Camillo eum filijs expi- 1
rauit iuxt. celebre Oldrad. *cons. 21.* sæpiùs in hoc Sacro Tri-
bunali receptum, à quo † ex vrgentibus dumtaxat coniectu- 2
ris in proposito casu cessantibus recedi consueuit, vt coram Caualer. *decis. 145. num. 5. & in decis. 486. num. 2. par. 1. & decis. 632. n. 2. par. 4. tom. 3. recent.*

Neque contendi poterit fideicommissum fauore Beatricis apertum, siue ex conditione *si sine filijs legitimis, & naturalibus* adiecta vocatione Camilli, siue ex substitutione post
ipsius vocationem successiuè apposita; † ea quippè conditio 3
Beatricis inclusionem importare tamquam filiæ, † non ta- 4
men vocationem, iuxta gloss. communiter acceptam *in l. Lutius la 2. ff. de hered. instit.* & ibi Bart. *num. 2.* Rota coram Mantic. *decis. 125. num. 1.* coram Seraph. 1320. coram Caualer. *decis. 454. num. 2.* coram Buratt. *decis. 385. num. 1.* coram Gregorio *decis. 329. in princip.* successiua verò substi-
tutio ea pronomine, *suas*, † restricta dignoscitur ad filias 5
dumtaxat Testatoris, eum limitata huiusmodi locutio Ne-
potes † non contineat, qui immediatè filij dici nequeunt, 6
vt notat Aymon. *cons. 98. n. 9.* benè Menoch. *cons. 328. n. 15.* Rota coram Seraphin. *decis. 1387. n. 4.*

Nec etiam poterit vocatio præsumi ex prohibita † Alie- 7
natione bonorum, vt deberent eadem perpetuò in familia asseruari, ea qua regulariter argui solet fideicommissum ad
eiusdem † familiæ fauorem in casu quoque obitus institu- 8
tum, *l. cum Pater, §. libertus, ff. de legat. 2.* Peregrin. *in cons. 45. n. 3. lib. 3. & consil. 42. n. 7. lib. 5.* attestatur de communi, *& in tractata de fideicom. art. 14. n. 13.* ac plures alij relati *in dicta antecedenti Instantia edita 17. Martij 1653. coram R. P. D. meo Meltio in princ.*

Posset enim hæc admitti præsumptio, si prohibitio
† alienandi in casu obitus, vel in vna, eademque oratio- 9
ne adiecta foret, secus verò quoties, vt in proposito casu propter orationem omninò distinctam, ac penitus sepa-

para-

paratam in casu obitus per verbum, *Item voluit*, *Testator*
10 *ipse disposuit*, cùm tunc alienandi prohibitio † ad hunc ca-
sum expresse prouisum, nullatenus porrigatur, vt notat
Bart. *in l. iam hoc iure §. vltimo, n. 1. in fin. ff. de vulgar.* &
consuluit Gabriel *cons. 95. n. 12. & cons. 132. num. 63. lib. 1.*
Honded. *cons. 78. num. 47. & 48. lib. 1.* Rom. *cons. 303. n. 2.*
decis. 433. n. 2. & 14. vbi conclusionem potissimè firmat,
11 quoties ratio prohibitionis † realis non fuerit, ac personalis,
nec de per se, seu independenter adiecta, sed consecutiua
12 † ipsimet prohibitioni, vt pro ipsius vestimento deseruiret,
& *in decis. 490. n. 3. & 4. par. 4. diuers. d. decis. 15. num. 12.*
cum seqq. part. 7. recent. & in Spoletana fideicommissi 9. April.
1641. *§. nec obstat ratio coram R. P. D. meo Peutingerio*, &
in Rom. fideicommissi 19. Iunij 1651. §. & quamuis coram Em.
D. Card. Otthobono, & *15. April. 1652. coram R. P. D. meo*
Cerro, & *in Romana fideicommissi de Ceronis 28. Ianuarij*
1647. *§. fuit autem responsum coram eodem.*

Hoc quoque fideicommissum neque valet ex reiterata vo-
catorum confessione defuncti, cùm vel declarationem reci-
13 piat in casu prædecessus Camilli sine filijs, vel saltem tam-
14 quam erronea † inconsistentibus in Iure non suffragetur, ad
text. in l. si post diuisionem C. de iur. & fact. ignor. & aduertit
Soccin. sen. *cons. 102. n. 3. lib. 1.* Menoch. *cons. 91. n. 39. lib. 3.*
Rota *in Bononien. fideicommissi de Sanctis 17. Maij 1647. §.*
penult. & in Auenionen. Saluiani 10. Februarij 1651. §. ad
probandum enim coram R. P. D. meo Bichio, & in alijs rela-
tis *in Auenionen. fideicommissi 27. Iunij 1647. §. quia prædi-*
cta, coram me, &c.

Ex altero renunciationis fundamento antè editam profes-
15 sionem habitæ à Beatrice † exclusionem Monasterij resul-
tare posse, aliquibus ex Dominis visum fuit; licet enim illa
16 conditionalia fideicommissa non † excludat neque deroga-
tionem dispositioni, *l. de his. C. de transact.* expresse conti-
neat ad exclusionem tamen Monasterij ab huius fideicom-
missi consequutione per apta censita fuit, tamquam habita
17 à muliere Monasterium ingressura, non autem in † sæculo
permanente, ac Religionis consequenter intuitu, vt à se
omnia sæculi bona abdicaret, & talis proindè ratio æquè
18 † militat in successionibus ab intestato debitis, ac ex Testa-
mento delatis, vt aduertit Panzirol. *cons. 62. per tot. signan-*
ter num. 28. cum seqq. lib. 1. cum alijs per Gratian. *disceptat.*
forens. cap. 568. n. 27. 28. 31. & 50. Rota *decis. 714. n. 2. & 9.*
par. 2. recent. & in Romana fideicommissi de Incoronatis 15.
Decembris 1639. vers. sed propterea, coram bo. me. Pirouano,
& in Maceraten. Pecuniaria 20. Iunij 1644. §. & in hanc sen-
tentiam eo libentius coram Em. D. Cardin. Otthobono, cum
alijs relatis *in Romana fideicom. de Cosciaris 16. Martij 1648.*
§. hincque inferius coram Em. D. Card. Corrado, vbi distin-
19 guendo inter renunciationem factam à muliere † Monaste-
rium ingressura ab altera edita à permanente in sæculo, asse-
rit Decisiones posse contrarias conciliari, quæ sanè ratio
neque videtur in proposito casu corruere ex scutis 300. ad
20 effectum testandi à renuntiante † reseruatis, perindè ac si
ex reseruatione prædicta voluntas se spoliandi omnibus bo-
nis videatur excludi; hæc enim ex actu prædictæ reseruatio-
21 nis elicita eiusdem limites egredi nequit, † nec ad alia proin-
de bona porrigi valet, vt inquit Dec. *cons. 72. nu. 5.* alijsque
deductis *in Pampilon. Archidiaconatus 19. Martij 1593. co-*
ram Card. Pamphilio. Quinimò potius contrarius animus
22 indè arguitur, abdicandi à se reliqua † bona, præter reser-
uata, vt respondit Rota *decis. 669. n. 2. & in fin. p. 1. & dec.*
714. n. 2. in fin. par. 1. rec. & in Rom. rescissionis concordia 26.
Febr. 1652. §. vt eò magis, coram R. P. D. meo Bichio.

Super hoc tamen fundamento Domini non fuerunt con-
cordes, alij enim ponderabant renunciationem Beatricis,
24 nec auitum hoc fideicommissum, † nec Iura vlterius condi-
tionalia continere, neque conceptam fuisse saltem sub ver-
25 bis, quæ hæreditates æquè delatas, ac deferendas † possint
importare; Ideòque Beatrici, seu Monasterio obesse non po-
terat dum derogatione dispositionum, *l. de his C. de transact.*
expresse dignoscitur destituta, vt respondet Rota *decis. 523.*
n. 12. cum seq. & decis. 724. num. 5. & 6. p. 8. recent. & in Rom.
donationis 16. Martij 1643. §. ab hac sententia, & §. nec suf-
ficit coram R. P. D. meo Bichio, quas tamen Decisiones pri-
26 mæ opinionis † sectatores replicarunt, non loqui de renun-
ciatione mulieris Monasterium ingressuræ, sed permanentis
in sæculo.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Salarij.

Die Veneris 30. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

In solutione Salarij attendi debet quod est consuetum, & solitum, & hoc solitum non debet sumi ex particularitate personis, sed generaliter. Declaratur illa regula, quod Salarium solitum dari antecessori, debetur quoque successori, & alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Salarium consuetum, quando quis habuit, aliud non potest prætendere.*
2 *In Salarij materia potissimum attendenda est obseruãtia.*
3 *Obseruantia potissimum spectanda venit in terminis Salarij, quando non adest specialis conuentio partium.*
4 *Pretia iusta rerum stant in cõmuni hominum extimatione.*
5 *In Salarij petitione non est attenden. id quod particulariter obseruatur, sed quod generaliter fieri solet.*
6 *In Salarij solutione, quando adest differentia, non quod plus, sed quod minus soluitur attendi debet.*
7 *De Salarij quantitate non est disputandum, quando seruiens per longum tempus illud quod fuit datum recepit, sine reclamatione.*
Quia censetur illud approbasse vti condignum, n. 7.
8 *Testis vnicus, & malè affectus, contra eum, contra quem deponit nihil prorsus probat.*
9 *Salarij quantitas non probatur per vnicum testem.*
10 *Salarium satis dicitur condignum si in casu de quo tractatur, plures alij de eodem fuissent contenti.*
11 *Officia plura apud Principis plerique ambiunt, & exercent sub exiguo, aut nullo salario sub spe obtinendi aliquod beneficium.*
12 *Remunerationem sperans, non habet actionem, si falsa spe sit deceptus.*
13 *In Salarij congruitate iudicanda quid sit attendendum.*
14 *Salarij iniust. quando quis dicatur incongrue conqueri.*
15 *Successori debetur idem Salariũ quod soluebatur antecessori, quæ cõclusio plures habet limitationes, vt n. 16. & 17.*
18 *Solitum probandum est in eisdem personarum, & facti circumstantijs.*
19 *Officij diuersitate stante, tollit solitum circa consecutionem Salarij.*
20 *Salarium debet esse maius vbi maius est incommodum, & expensa circa seruitium.*
21 *Testis vnicus, & inimicus fane nullatenus probat.*
22 *Remuneratione dignus est, qui diu benè inseruiuit.*
23 *Prouisio quæ datur benemerito propriè vocatur Salarium.*
24 *Stipendia sunt merentium quæ durante militia erogãtur.*
25 *Commoda dicuntur illa stipendia quæ dantur emeritis.*
Salaria, quæ dantur famulis ob diurnum seruitium dici possunt, debita ex causa onerosa, num. 25.
26 *Quæstio, quando est super tempore, Testes præcisè super eo deponere debent, & num. 29.*
27 *Officium Auditoris Thesaurarij est magni emolumenti, & ideo ei non datur Salarium à Domino.*
28 *Ad Ministerium aliquod assumptus, si ex prouentibus eiusdem Ministerij opulenta sunt emolumenta, ei nullum à Domino debetur Salarium.*
30 *Salarium solitum dari antecessori, quod debeatur etiam dari successori, id non habet locum, si non probetur dari illud in vltimis annis.*
31 *Salarium, quando diuersi modi fuit solutum, illud debetur secundum tempus maius, quo illud fuit consuetũ soluere.*
32 *Et quando hæc regula procedat.*
33 *De Consuetudine, quando fit mentio intelligitur de longa consuetudine.*
34 *Salarij solutio dum est duorum, vel trium annorum proximè præcedentium, hoc vltimum annum debet attendi.*
35 *Et ad illud fieri debet relatio. Concurrente præsertim diuersitate tale rationis de vno tempore ad aliud.*
36 *Salarium solitum dari antecessori, vt debeatur etiam successori, requiritur, quod nihil fuerit receptum per successorem, alias secus.*

A 2 *Quia*

37 *Quia in hoc casu cessat presumptio soluti, & intrat alia presumptio, quod fuerint factæ nouæ conuentiones.*
38 *Cedulam Banchariam pro satisfactione sui crediti quando quis recepit, & debitor suam plenariam habuit suam liberationem, &*
39 *Tunc non attenditur, quidquid protestatus est capsori absente debitore, creditor, & num. 40.*

DECISIO III.

DIxerunt Domini Salarium prætensum à Campio pro annis duodecim, quibus inseruiuit Em. Cardinali Zacchiæ in munere Auditoris ad rationem scutor. 100. quolibet anno, ei non deberi, quia cum receperit menstrua scuta decem in solita parte panis, vini, & obsonij, vt cum cæteris familiaribus seruabatur, nil aliud prætendere potest,
1 nam id † pro Salario conuentum censetur, quod docuit subsequuta obseruantia, Bart. *in l. Magistratus ff. de municip.* Bald. *in l. si certis annis, C. de pact.* Ioseph. Ludouic. *conclus.* 38. *illat.* 95. Penia *decis.* 413. *num.* 10. Eo potissimum
2 † attendenda vti consonis solito aliorum Cardinalium, quod D. Cardinalis Zacchia cum suis quoque familiaribus
3 seruari iussit, & semper attendi debet † in hac materia, quando non adest particularis, & expressa conuentio partium, Siluan. *cons.* 28. *num.* 16. Caroc. *de locat. p.* 1. *quæst.* 2. *tit. de mercede omissa*, Surd. *cons.* 460. *n.* 30. Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 8. *cap.* 13. afferens rationem quia sicuti iusta rerum pretia communi hominum æstimatione ponuntur
4 ita consueta merces locatarum, vel operatum † pro iusta habenda est, & dixit Rota coram Penia *d. decis.* 413. *sub eodem num.* 10.

Nec releuant aliquæ fides datæ per Campium super maiori Salario à quibusdam Cardinalibus præstito, quia non est
5 attendendum, quod † particulariter fit, sed quod communiter fieri solet, *l. semper in stipulationibus, & reg. inspicimus ff. de reg. iur.* Caroc. *de merced. consuet. cap.* 1. *quæst.* 3. *num.* 2. Gabr. *de consuetud. conclus.* 1. *num.* 75. Et in puncto, quod in
6 multiplici Salariorum differentia non quæ † plus, sed quæ minus dantur attendi debeant refert decisum, Guidop. *de Salar. operarior. quæst.* 252. vbi Add. *per tex. in l. quæ concubina, §. cum ita loco ff. de legat.* 3. *cum suis concor.* ibi alleg. & ita determinant Dyn. & Bart. *ibid.*

Cessatque omnis difficultas ex acquiescentia Campi tem-
7 pore famulatus † per quam censetur approbasse pro condigna mercede partem sibi solutam, Rota *decis.* 559. *n.* 1. *p.* 1. *diuers.* Mant. *decis.* 266. *num.* 5. Penia *d. decis.* 413. *num.* 13. Seraph. *decis.* 849. *num.* 4. non attentis assertis reclamationi-
8 bus factis † cum domus Præfecto; quia non probant per vnicum testem malè affectum, erga D. Felicem dicti D. Cardinalis hæredem, *cap. licet, & cap. vnic. de testib.* & in puncto
9 testis in causa † Salarij, Mandell. *cons.* 181. *num.* 4. & 5. nec vnquam fuerint adductæ ad notitiam D. Cardinalis, vt opus erat Rota *in Vlixbonen. declarationis concord.* 5. *May* 1599. *coram Iusto*; In quo eo minus vlterior obligatio succedere po-
10 tuit, cum plures inuenisset personas, quæ sibi pro eodem † Salario inseruiuissent, vt ad propositum ponderat Alex. *cons.* 109. *in fin. vol.* 6. Rot. apud Pen. *d. decis.* 413. *n.* 14. Seraph. *d. decis.* 849. *eodem n.* 4. Plerique enim ambiunt huiusmodi
11 officia sub exigua, vel etiam nulla mercede, sola diuti † spe beneficij, quod & si Dominus postea referri non potuit, vel
12 non curauit, non tamen pro vlteriori mercede † conueniri poterit, Alex. de Neuo *cons.* 84. *num.* 10. Azor. vbi supra *vers.* 4. quæritur, Mantic. *d. decis.* 266. *num.* 6. & 7. Seraph. *sub eodem n.* 4. Prout è contra si Dominus emolumenta fa-
13 mulo ab † extra parauerit, vt in præsenti ex datis in *Sum. Felicis num.* 5. & 6. ad ea venit habenda ratio in iudicanda
14 congruitate Salarij, † & magis arguunt iniustas fuisse Campi querelas, Menoch. *de arbitr. cas.* 223. *n.* 4. Mantic. *d. decis.* 266. *n.* 1. Penia *d. decis.* 413. *num.* 10. Em. de Lugo *de iust. & Iur. disp.* 29. *num.* 63.

His præmissis nil obstat, quod vltra mensam D. Cardinalis persoluerit Tramalio, in cuius locum successit Campius annua scuta 100. quæ ideò sibi deberi contendit ex vulgata
15 regula, † quod successori debetur Salarium solui solitum Antecessori, de qua Bald. *in l. licet num.* 18. *C. locat.* Surd. *cons.* 42. *n.* 13. Menoch. *cons.* 570. *num.* 7. & 8. Rota *decis.* 88. *n.* 5. & 9. *p.* 2. *diuers.* Illa enim multipliciter limitatur, & pri-
16 mò solum procedere in † certa lege taxatis, secus in Salario, quod variè constituitur secundùm merita personarum, quod non debetur successori in eadem quantitate antecesso-
ri soluta si in eo militet † dispar ratio, vel personæ inæqua- 17
litas, vt per text. *in l. Salarium ff. mand.* declarat Bald. *in d. l. licet in fin.* Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 15. Corsett. *inter singul. discept. verb. Salarium vers. sed præfatus vbi refert*, ita in terminis declarasse Troil. de Maluet. & sequitur Auil. *ad l. Prætor. cap.* 1. *gloss. Salario num.* 3. *ad med.* Et confirmatur receptissima conclusione, quod solitum probandum est in ijsdem personarum, & facti circum-
stantijs, † Surd. *cons.* 74. *n.* 13. Menoch. *cons.* 54. *n.* 37. Greg. 18
XV. *decis.* 162. *n.* 4. & in terminis Salarij, Cæs. de Grass. *decis.* 6. *n.* 5. *de præbend.*

Diuersitas verò circumstantiarum in præsenti concurrit, & est, quod de tempore solutionis annuorum scut. 100. factæ
Tramallio, iste primum se gerebat † in officio Vicarij Episco- 19
patus Montis Falisci, cui præerat D. Cardinalis, postmodum eiusdem Auditor fuit in Nuntiatura Venetiarum, & Vicelegatione Viterbij, atque ita semper extra Curiam maioribus
impensis, & maiora † perpessus incommoda commoratus 20
est, vndè maius Salarium merebatur, Castrens. *in l.* 3. *ff. de offic. assessor.* Menoch. *de arbitr. d. cas.* 223. *n.* 9. Rim. *cons.* 103. *vol.* 2. Marc. *decis.* 449. *p.* 2. *diuers. communi opin.* 494. Mandell. *cons.* 354. *num.* 8. Rota Genuen. *decis.* 115. *num.* 4. Mastrill. de Magistrat. *lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. & 16. Postquam verò redijt ad Vrbem non probatur eandem habuisse prouisionem præterquam ex eodem Teste, de quo supra nil proban-
te, ex præallegatis, nec probatum releuaret, † cum in Cam- 21
pio non adsit præcedentia laborum, & expensarum, vt in Tramallio, quarum intuitu censeretur ei continuata annua
prouisio cum dignus sit remuneratione, † qui diu benè in- 22
seruit, vt est text. *in l.* 1. ibi: *Quatenus, & tempore quietis fructus præteritorum laborum consequantur, & in l. per hanc C. de Aduocat. diuers. Iudic.* ibi, *sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci Patronis fori tuæ celsitudinis ad exemplum priorum temporum, ex arcatui Iudicis consulatur, ne post decursum celerem aduocationis, & labores gloriosos egesti exeant*, & sequitur Mastrill. *vbi sup. n.* 15. Menoch. *cons.* 331. & *cons.* 1003.
vtrobique n. 72. nec huiusmodi prouisionem datam † famulo 23
benemerito propriè dici Salarium, probat Rebuff. *in l. ageret. §. stipendium, ff. de verb. signif. per text. in l. Pater ff. de adim. leg. & in l. commodis ff. de re iud.* vbi quod stipendij sunt me-
reorium, † quæ durante militiæ erogantur; in veteranis ve- 24
rò, & emeritis propriè dicuntur commoda, quæ tribuuntur finita militia, & administratione, sic etiam donationem fa-
ctam famulo occasione † diuturni seruitij benemerito dici 25
ex causa onerosa, tradit Capyc. Latr. *decis.* 70. *n.* 43. in fine aliqque allegati à Moderno Pontremolen. *cons.* 32. *n.* 78. Rota *in Rom. Census, seu Salu.* 8. *Iunij* 1654. *cor. R. P. D. meo Bichio.*

Præterea super examine dicti Testis, quod etiam Tramalius haberet in Vrbe scuta centum, eò minus vis aliqua fieri
potest eum non percutiat tempus, † quod D. Zacchia gerebat 26
vices Thesaurarij, de quo tempore ob deputationem Tramalij in Internuntium Neapolis, eius locum subingressus est Campius, in his siquidem officijs, cum non soleat Auditori-
bus præstari Salarium, † eò quoniam longè maiora emolu- 27
menta percipiunt, de quo solito testatur plures Auditores in
facto † proprio eodem *Sum. num.* 11. Cui eò magis est defe- 28
rendum cum etiam de iure sit assumptus ad aliquod ministerium habeat, ex prouentibus officij opulenta emolumenta ei nullum à Domino debetur Salarium, Bart. & Ias. *in l. diem functo ff. de offic.* Assessor. Mastrill. *qui sup. n.* 41. Pen. *d. decis.* 413. *n.* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 257. *n.* 9. Modero. à S. Gregorio de Molaria *de diuers. fruct. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 28. Proindè ex generali dicto huiusmodi Testis nulla oritur con-
cludens † probatio, nam quando vis stat in tempore non at- 29
tenditur Testis, si non concludit de illo precisè Bart. *in l. matrem n.* 3. *C. de probat.* Bald. *in l.* 2. *n.* 5. *C. de petit. hæred.* Mantic. *dec.* 105. *n.* 7. & *decis.* 169. *n.* 6. Burat. *decis.* 686. *n.* 5.

Et hinc subintrat altera limitatio regulæ personalis, nimi-
rum successori non deberi Salarium solui † solitum antecef- 30
sori si non probetur hoc solitum in vltimis annis, Bald. *in l. binos C. de Aduocat. diuers. Iud.* Aret. *cons.* 11. *n.* 5. Rocch. *de consuet. sect.* 4. *n.* 82. Aldobrand. *cons.* 66. *n.* 7. *lib.* 1. Surd. *cons.* 42. *n.* 13. Guttier. *de iuram. p.* 1. *c.* 64. *n.* 6.

Nec valet replicatio, quod Salario diuersimodè soluto,
illud inspici debeat, † quod longo tempore consuetum fuit 31
dari, non quod duobus, vel tribus annis præstitum est, vt est *gloss. notab. in l. excepto C. de at.* vbi Iacob. de Aretio, Bart. *in l. Magistratus ff. de municip.* Ias. *in d. l. diem functo col.* 3. Bald. *in l. binos, & l. licet C. locat.*

Nam

32 Nam in hoc primò † procedit officiali expreſsè conducto
eum Salario conſueto, in quibus terminis loquuntur DD.
33 ſupra allegati, & hoc quia vbi de conſuetudine † fit mentio
intelligitur de longa conſuetudine, *cap. cum vna extra de*
conſuet. Bart. *l. nemo eſt, qui neſciat, ff. de duob. reis*, Abb.
inc. cum M. Ferrarienſis de conſtit. Capyc. *deciſ.* 163. &
declarat Beto. *conſ.* 157. *n.* 12. *vol.* 3. Secundò reſponſum
fuit, quod vbi ſolutio duorum, vel trium annorum eſt pro-
34 ximè præcedens, hoc vltimum tempus † attenditur, ac ad
illud fieri debet relatio, concurrente præſertim, vt in præ-
35 ſertim, vt in præſenti diuerſitate † rationis de vno tempore
ad aliud, *l. mela*, §. 1. *ff. de alim. & cibar. leg.* & dixit idem
Bald. *in l. binos n.* 4. Freſc. *de ſubfeud. l.* 1. *cap. incip. fuit, du-*
bitatum n. 35. Crauett. *conſ.* 118. *n.* 3. Iaſ. *in d. l. diem functo*
num. 16. Caccialup. *num.* 42. Carocc. *de locat. par.* 1. *quaſt.* 5.
num. 3. Maſtrill. *d. cap.* 21. *n.* 61. *&* 62.

Demum, tertia ſuccedit limitatio, quod ſolom regula pro-
36 cedat, quando ſucceſſori nihil fuit ſolutum, alias ſecus, † quia
hoc poſteriori caſu ceſſat præſumptio a ſolito ſoluendi ante-
ceſſori, & intra alia vrgentior particularis conuentionis, eum
ſucceſſore ex acquieſcentiæ certæ, ac limitate quantitatis,
37 † vt in puncto declarauit Rota *in Romana mercedis* 26. *Ian.*
1604. *coram Card. Hieron. Pamphilio, confirmata* 29. *No-*
nemb. euſd. anni, coram Iuſto.

Quibus omnibus accedit remuneratio habita à Campio
poſt obitum D. Cardinalis in repartitione facta familiæ, qua
38 ei attigerunt ſcuta 157. 50. pro quibus † habuit Cedulam
bancariam, per quam idcò D. Felix plenariam fuit exequuta
liberationem. Eſto quod inquietantia poſtea facta Campſo-
39 ri, Campius ſe declarauerit † illa recipere abſque ſui præiu-
dicio, quia non attenditur quid iſte dixerit inquietantia fa-
40 cta ex interuallo abſente hærede, ſed quod ille dixit in † or-
dine per Aduerſ. acceptato, vt per Modern. Panormit. *re-*
ſol. 97. *num.* 3.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Auenionen̄ Legitimæ.

Veneris 30. *Aprilis* 1655.

A R G V M E N T V M.

Ægidiana non intrat, quando eſt lata in iudicio poſſeſſorio, inter perſonas Laicas, & ea eſt valida, & iuſta. Legatum legitimæ relictum perſonæ, cui ea, alias de Iure non erat debita, an nihilominus debeatur legatum. Nam Legans, alicui, quod ei debet, ſcilicet 100. Legatum debetur, quamuis debitum non ſit verum, ſecus verò ſi Legatum ſit in genere.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, quando non ſubſit Ægidiana.*
2 *Sententia validitas, bene probatur ex reuolutione proceſſus.*
3 *Sententia eſt nulla ex defectu Mandati.*
4 *Mandatū præſumitur ex productione iurium, & iſta præſumptio ad hoc vt nō inualidetur ſententia, etiam intrat.*
5 *Mandatum præſumitur, ſi expenſa neceſſaria fuerint ſoluta Notario à principali, & num.* 6.
7 *Clauſula*, Neminem ex aduerſo audiri, niſi docto de legitimo mandato procuræ, *ita quod, &c. elidatur etiam per mandatum præſumptum.*
8 *Proteſtationes iudiciales non releuant, dum in quolibet actu non repetuntur.*
9 *Legitima, ſi alicui legetur, quæ reperitur, quod non debetur Legatario, quando ei debeatur non vti debita, ſed vti voluta à Teſtatore.*
10 *Pronomen*, ſuum, *præſefert, quod aliquid debetur.*
11 *Legitimam, licet Teſtator alicui reliquerit vti debitam, adhuc licet ea non debeatur, debetur tamen vti legatū.*
12 *Legatum nō perimitur, propter falſam demonſtrationem.*
13 *Legans Titio centum, ei debita à legante, debetur illud legatum, licet non ſit verum, quod legans ſit ei debitor.*
14 *Contraria tamen opinio procedit quando non fuit expreſſa certa quantitas.*
15 *Teſtator, quando legauit alicui, quod ei debet, ſi ei aliquid non debet, non valet tale legatum.*
Legatum relictum alicui de re, quæ extat minimè in rerum natura non valet, num. 15.
16 *Legatum legitimæ alicui relictum eſt legatum quantitatis, ita enim teſtando, quid cenſeatur teſtator legaſſe.*
17 *Legitim. eſt quota eius, quã quis habuiſſet ab inteſtato.*
18 *Quantitas aliqua idem eſt, quod exprimatur per nomina numeralia, vel per nomina quantitatiua, quando certa eſt apertè res exiſtentia.*
19 *Pater legans filiæ legitimam videtur legare, quidquid exigere poteſt ratione legitimæ.*
20 *Non tamen ex hoc ſequitur, quod non ſit legata quantitas pro legitima debita.*
21 *Legatum integræ dotis à marito vxori relictum, quid operetur.*
22 Salicet, in l. quoniam nonnulla, ſub num. 7. verſ. nihilominus, C. de inoffic. teſtam. *& alij declarantur.*
23 *Teſtator legando matri, quando non cenſeatur debitum agnoſcere, ſed voluiſſe exercere liberalitatem.*
24 *Matri, licet binubæ, debetur legitima à filia.*
25 *Voluntatem ſuam, quando quis potuit mutare, & non voluit mutare, præſumitur cum eadem voluntate voluiſſe decedere.*
26 *Voluntatem ſuam, quando quis non cenſeatur voluiſſe immutare.*
27 *Teſtamentum caducatur ob non inſtitutum filium heredem in legitima.*
29 *Donationes ob ſuperuenientiam filiorum caducantur.*
29 *Ad Teſtamenti validitatem neceſſaria non eſt digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum.*
30 *Argumentum à diſcretiuo modo loquendi, quando intret, & num.* 31.
31 *Teſtatoris intentio qualis fuerit, benè cognoſcitur ex eiuſdem diſcretiuo modo loquendi, & n.* 33. *&* 34.
32 Riminald. Sen. in conſil. 123. num. 22. *declaratur*, & num. 32. & ſeqq.
35 *Diuinationes meræ non admittuntur in interpretantibus voluntates Teſtatorum.*
Interpretatio diuinatiua non admittitur, ſi tractaretur de reuocandis diſpoſitionibus, num. 36.
36 *Mater non debet eſſe peioris conditionis, quàm vxor.*
37 *Interpretatio, quæ induceret aliquid abſurdum, non eſt admittenda.*
38 *Legatum, vt non cenſeatur reuocatum, ſufficit, quod prætenſa reuocatio ſit valdè dubia.*
39 *Pro validitate legati in dubio eſt præſumendum.*
40 *Pro legati validitate tunc multo magis eſt præſumendum, ſi illud ſit relictum matri.*
41 *Præſcriptio interrupitur lite.*
42 *Inſtantia de Iure Canonico eſt perpetua.*
43 *Perpetuitas non reſtringitur ad annos triginta.*
44 *Niſi, quando copulatiuè quoque concurrat bonum ius reieonuenti.*

D E C I S I O IV.

COnceſſa per ſententiam Rotalem immiſſione Annæ de Beau, & Gabrieli Freſquier Coniugibus pro legato legitimæ per Franciſcum de Anrietis relicto Magdaleoæ eius matri, ac dd. Coniugum auctrici.

Appellauit Ludouicus de Berton D. de Grillon aduerſa-
rius, & commiſſa mihi cauſa per ſignaturam cum clauſula
Conſtito, An ſit locus Ægidianæ in propoſito hodiè dubio, Do-
mini affirmatiuè reſponderunt, † quia ſententia lata fuit in 1
Iudicio poſſeſſorio inter perſonas Laicas, ac ſuper re propria,
& eſt valida, & iuſta quibus concurrentibus regulariter intrat
Ægidiana, vt dixit Rota coram Card. Seraph. *dec.* 103. *n.* 1. co-
ram ſa. me. Greg. *dec.* 1191. *& in rec. dec.* 324. *n.* 3. *p.* 2. *&* 305.
n. 10. 13. *p.* 6. & coram bo. me. Merl. *dec.* 11. *n.* 1. & ſæpè in alijs.

Validitas apparet ex reuolutione † proceſſus, in quo fue- 2
runt ſeruata omnia ſeruanda, iux. *vulg. dec. Caputaq.* 262. *p.* 2.

Nec releuat defectus Mandati † Procuræ in perſona Pro- 3
curatoris, qui dictam ſententiam obtinuit.

Quia tollitur obiectum, dum ex Iurium productione ex
qua reſultat mandatum † præſumptum ſufficiens pro validi- 4
tate ſententiæ, vt dixit Rot. *deciſ.* 195. *num.* 6. *par.* 9. *& de-*
ciſ. 168. *num.* 14. *par.* 7. *recent.* & coram bo. me. Merl. *deciſ.*
610. *num.* 2. Tum etiam quia d. Gabrieli de Freſquier altero
ex principalibus, † qui expenſas neceſſarias Notario cauſæ 5
perſoluit, ac propinam, pro citatione ad ſententiam ab eo-
dem Procuratore, † reproducta depoſuit Rot. *deciſ.* 66. *ſub* 6
num. 2. *verſ. cum præſertim, & deciſ.* 536. *num.* 5. *par.* 4. *rec.*
Gregor. *deciſ.* 44. *num.* 22. vbi Adden. *n.* 9. *& in Romana do-*
morum de Coccin. 14. *Iunij* 1647. §. *quo verò, coram Eminen-*

tissimo D. meo Cardinali Ottbobono, *& in Cracouien. præpositura* 13. *Febr.* 1651. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. 1. *vers. nec Sigismundus*.

In nihilo refragante, quod Procurator Ludouici Aduer-
sarij fuerit protestatus, *Neminem exaduerso audiri*, *nisi do-*
7 *cto de legitimo mandato procura*, cum † clausula, *ita quod*,
&c. quia huiusmodi protestatio eluditur ex mandato etiam
præsumpto, vt per Adden. ad Buratt. *decis.* 296. *& dec.* 592.
n. 14. & fuit latè firmatum *in Romana Camby* 9. *Iuny* 1649.
coram bo. me. Arguelles, §. *his tamen*, & vlterius cum non
8 fuerit † repetita in quolibet casu nihil operatur, Caual. *dec.*
482. *num.* 7. *& seq.* Merlin. *d. decis.* 68. *num.* 5. cum alijs alleg.
per Adden. ad Buratt. *dict. decis.* 596. *num.* 10.

Iustitia verò liquet ex decisionibus in hac causa editis,
coram R. P. D. meo Pentingerio sub diebus 17. *Nouembris*
1653. *ac* 20. *Ianuary*, *&* 22. *Aprilis* 1654. in quibus firma-
9 tum fuit legitimam à Francisco legatam debere, † non at-
tenta superuenientia filiæ, cum appareat Testatorem eam
reliquisse non vt debitam, sed vt volitam ex plenè adductis
in decisionibus, quarum fundamenta DD. placuerunt.

Nec obstat, quod Testator eam reliquerit, cum adiectiua,
10 sitam, ibi, *reliquit suam legitimam*, quod pronomen † debi-
tum præ se ferre, probat glos. *in l. quod placuit verb. suum*,
ff. de Iure fisci, Rebuff. *in l. pupillus*, §. *verbum suum*, *vers.
suum est debitum*, *ff. de verb. signif.*

11 Quia cùm versamur in Legato † quantitatis, esto quod
Testator expressè legauit legitimam debitam adhuc, vt lega-
tum sustinetur licet illa quantitas verè non debeatur, cum
12 falsa demonstratio † non perimat legatum, vt ad litte-
ram, probat tex. *in l. sic legatum* 78. §. *si mihi*, ibi, *si de-
cem quæ Titio debeam legauero*, *nec quicquam Titio debeam*
13 † *non perimit Legatum*, *ff. de leg. C. legaui Titio* 26. §. *contra
autem vero*, *quod si non fuit ff. de lib. leg. l.* 5. *C. de fal. caus. adiect.
legat.* Crass. *in* §. *legatum quæst.* 59. *num.* 3. *vers. sin autem*, vbi
quod declaratur contrariam opinionem procedere, quando
in legato non est expressa certa quantitas, & Testator in ge-
14 nere legauit, † vel quod ipsi debet, vel tertius aut legatarius,
ibi, *Testatori debet*, quo casu ob incertitudinem, & non
15 † existentiam rei legatæ in rerum natura, legatum corruit,
iux. tex. *in l.* 3. 6. de Falcid. *caus. adiect. leg.* §. *sed si vxori inst.
de leg.* vbi A. Piccard. *n.* 3. cæterique allegati *in dict.* 1. *decis.*
§. *& quamuis*.

Legatum verò legitimæ esse legatum quantitatis DD. non
dubitarunt, quia Testator ita loquendo censetur, relinquere
16 illam quotam, seu quantitatem, † quæ potest exigi ratione
legitimæ quamuis istius denominatio, sit nomen Iuris vni-
uersalis, iux. doct. Sal. *in l.* 5. *n.* 57. *in fin. vers. & ideo illa
verba C. de noxal.* vbi declarando verba illa, quibus vtimur
17 pro diffinitione legitimæ † quod sit quarta eius, quod habi-
turus esset ab intestato aperit esse apposita ratione quotæ de-
monstranda non respectu exigendæ, vel non exigendæ, Socc.
cons. 150. *n.* 28. *post med. vers. postremò etiam dici potest lib.* 1.
Pacian. *cons.* 4. *n.* 6. Rota *in Romana hereditatis de Fabys* 19.
Iuny 1643. *coram R. P. D. meo Bichio*, *coram Eminentiss.
D. meo Card. Ottbobono*, §. *circa* 1. Idemque est, quod quan-
18 titas exprimatur per nomina † numeralia, vel per nomina
quantitatiua, quando certa est à parte rei esistentia bono-
rum, ex adductis *in Romana fideicommissi de Spiritibus* 14.
Iuny 1645. *coram R. P. D. meo Cerro*, *&* §. *fin. in fin. & in* 1.
decis. huius causæ, §. *nos versamur*.

Neque contrarium dicunt idem, Salic. *in l. quoniam nouel-
la sub num.* 7. *vers. nihilominus C. de inoff. testam.* & Merlin.
eam referens de legit. lib. 2. *tit.* 5. *quæst.* 8. *n.* 8. *& par.* 1. qua-
19 tenus asserunt, quod Pater † legans filiæ legitimam, videtur
legare quicquid exigere posset ratione legitimæ.

20 Quia non ideò sequitur, quod non sit † legata quantitas
pro legitima debita, vt responsum fuit *in* 2. *decis.* §. *non ob-
stat Salic.*

Minùs applicatur exemplum de legato integre dotis à ma-
21 rito vxori † relicto, in quo actio duntaxat ad causam com-
prehensa censetur, per tex. *in l.* 1. §. *adeò ff. de dot. prælegat.*
Surd. *decis.* 142. *per tot.* cum alijs allegatis per Informantes,

Quia auctoritates adductæ loquuntur in dote promissa,
22 non autem soluta, † sicque non ab ipso Testatore, sed à ter-
tio debita, pro qua cum sola actio eidem testatori compete-
ret eamdem profectò legasse videtur, vt declarant Crass. *in
d.* §. *legatum quæst.* 59. *n.* 4. & alij relat. *in* 1. *decis.* §. *& quam-
uis vers. sicut etiam*, & Melius Surd. *d. decis.* 142. *n.* 3. *&* 4.
qui non est casus noster.

Cæterum quod Testator legando matri, noluit debitum
agnoscere per † liberalitatem exercere conuincunt conie- 23
cturæ in 1. *decisione relata*, §. *nec enim probatur cum seqq.* quæ
Domini vrgentissimæ visæ fuerunt.

Potissimum verò, quod Matri, † licet binubæ legitimam 24
in proprietate reliquit ad quam ex iuris dispositione non te-
nebatur, vt in specie tradit Gabr. *cons.* 132. *quæst.* 2. *sub n.* 15.
vers. 2. *aliter lib.* 1.

Quodque superueniendo, & prægnante adhuc Vxore vo-
luntatem non mutauit, cum qua proinde † decessisse præsu- 25
mitur licet filij superuenerint, vt alijs relatis dixit Rota *in
Forosempronien. bonorum* 23. *Iuny* 1651. *coram R. P. D. meo
Bichio*, §. *affirmatiua in fine*.

Ac demum, quod in eodem Testamento de superuenien-
tia † filiorum cogitauit, & in hunc casum discretiuè de hære- 26
ditate disposuit, legatum verò legitimæ non mutauit argu-
mentum, *l.* 1. §. *sin autem ad deficientis C. de caducit. toll.*
Gabr. *d. cons.* 135. *quæst.* 2. *num.* 17. *vers. accedit etiam lib.* 1.
Rota *decis.* 472. *num.* 17. *p.* 2. *recent.*

Nec releuat, quod Testator ideò † filios instituerit, ne Te- 27
stamentum ob illorum præteritionem caducaret, legatum
verò legitimæ non reuocauerit, quia † sciebat quo hac Iuris 28
dispositione per superuenientiam filiorum euanuerit,

Nam pro validitate † testamenti necessaria quidem fuit 29
Instrumento superflua, tamen disgressit ad alios gradus sub-
stitutionum, qui in eodem † Testamento loquuntur *Sum.* 30
responsionis Coniugum num. 1. ex quibus apertè dignoscitur
Testatorem non fecisse mentione de filijs † ad saluandum 31
duntaxat Testamentum à vitio præteritionis, sed quia vo-
luit, etiam prouidere alijs suis descendentibus, vnde viget
coniectura à discretiua dispositione desumpta ex supra alle-
gatis, hinc † patet non applicari, *cons. Rimin. sen.* 123. *num.* 32
25. *& seqq.*

Quia in casu prout ipse consuluit, liberi non fuerant insti-
tuti, nec eis aliquid relictum, sed ab intestato successerant,
vt explicat *sub num.* 15. *vers. & quod ita sit &c.* vbi ait Testa-
tricem instituisse Monasterium, si sine liberis decederet,
quodque decedendo cum liberis successio redacta fuerat ad
causam Intestati, vnde non mirum † si per superuenientiam 33
filiorum, legatum legitimæ Matris, vna cùm cæteris † in 34
Testamento dispositis corruit, In casu autem nostro Testa-
tor superuenientibus filijs, illos in proprietate instituit, ac
discretiuè de sua hæreditate disposuit.

Quod autem legatum non † reuocauerit, ex quo sciebat, 35
quod ex Iuris dispositione caducauerat est mera diuinatio,
quæ in præseruandis Testatorum voluntatibus non admit-
titur, vt docebat Alciat. *cons.* 44. *sub num.* 33. *vers. cum ergo
lib.* 9. Mantic. *de coniect. vltim. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 2. Cyriac.
contr. 140. *num.* 16. Rota *decis.* 472. *num.* 17. *par.* 5. præser-
tim cùm præseferat mutationem dispositionum qua posita
Mater fuisset deterioris conditionis, † quam Vxor, cui Te- 36
stator vsumfructum reliquit, etiam filijs, Matri verò nihil,
quod † esset absurdum, vt ponderat Gabr. *d. cons.* 135. *quæst.* 2. 37
sub num. 77. *vers. accidit, quod Maritus lib.* 1. & Rota *in* 2.
decis. §. *denique*. Ideòque non est præsumendum, sed aliun-
de probari debet, iux. tex. *in l. cum tacitum*, *ff. de probat. l.
fideicom.* §. *si rem ff. de leg.* 3. *l. sancimus C. de testam.* Alex.
cons. 109. *num.* 7. *lib.* 5.

Et in hanc sententiam eo libentius DD. inclinarunt, quia
saltim negari non potest, quod ex præmissis res valdè dubia
reddatur, quod sufficit ad † hoc vt legatum non censeatur 38
reuocatum ex adductis, per Peregr. *cons.* 43. *n.* 2. *lib.* 1. Fon-
tanell. *decis.* 509. *n.* 4. cum alijs alleg. *in prima decis.* §. *tan-
dem*. In dubio enim semper pro validitate legati † respon- 39
dendum est, *ad l. quoties la* 2. *ff. de reb. dub.* Io. Fab. *in* §. *tan-
dem huic proxima n.* 3. *vers. in* 3. *Inst. de leg.* Crass. *in d.* §. *le-
gatum qu.* 59. *sub n.* 3. *vers. quod in re dubia*, Ales. *d. cons.* 169.
n. 8. *lib.* 5. præsertim † fauore Matris, per tex. *in l. prædia* 40
affini suo ff. de fund. instruct. l. cum alienam C. de legat. Man-
tic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 22. *cum seqq.* Magon. *decis.
Floren.* 46. *n.* 18. Peregr. *cons.* 65. *num.* 3. *lib.* 3.

Ad repetitam verò præscriptionis exceptionem fuit res-
ponsum illam non obstare cum interrupta † fuerit per litem 41
desuper motam de anno 1652. & licet in ea taciturnitas lon-
gissimi temporis intercesserit, instantia tamen de iure ca-
nonico † est perpetua, vt per allegatus *in* 1. *decis. in* §. *fin.* 42
probat alijs relatis, ac de communi attestans Scacc. de Iud.
lib. 2. *cap.* 2. *num.* 687. *& de appellatione quæst.* 15. *num.* 575.
quæ perpetuitas non restringitur † ad 30. annos, nisi quan- 43
do copulatiuè concurrit bonum ius clarum † rei conuenti, 44
vt declarant *decis. Achill. de Graff.* 7. *vt lit. pend.* *in contra-*

rium

rium alleg. respondit Rota *in Legionen. præstimoniorum* 27. *Nouemb.* 1692. *coram Pamphilio*, apud Gatz. *de benef. p.* 6. *cap.* 4. *num.* 92. *verf. nec obstare taciturnitatem* 30. *annorum*, *& in Rossanen. Decimarum* 24. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendiss. Salamantino* §. *fin. in fin.*

Et ita vtraque &c.

Plures Decisiones in hac causa emanarunt sub die 5. *Iunij* 1650

R. P. D. CERRO DECANO.

Leodieñ Attentatorum.

Die Veneris 30. *Aprilis* 1655.

A R G V M E N T V M.

Quibus concurrentibus, declaratoria contra Contumaces, non possit denegari per contradictas, quando quis validè possit procedere, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratoria contra Contumaces, quibus concurrentibus, non possit denegari, & num.* 2.

3 *Executorialium relaxatio, cum comminatione censurarum pro reuocatione attentatorum ex quo satis dicatur iustificata.*

4 *Notarijs in quibusdam partibus solent exequi citationes.*

5 *Citationes executa coram testibus eò magis probant.*

6 *Nam hoc stante maior fides adhibetur Exequenti.*

7 *Contumacia alicuius, quod consistat in committendo, quando non possit denegari.*

8 *Executorialium tenor est attendendus, & num.* 9.

10 *Per contradictas, tunc procedi potest, quando citatus personaliter, nec per se, nec Procuratorem non comparet.*

11 *Per contradictas eo casu non potest procedi si citatus habeat in actis constitutum Procuratorem.*

12 *De Attentatis reuocandis commissis in spretum inhibitionis, aliud est si agatur.*

13 *Et aliud si agatur deferenda declaratoria ob non paritionem executorialibus.*

14 *Declaratoria non conceditur, nisi seruatis* 4. *terminis ad docendum de paritione.*

D E C I S I O V.

DAmr declaratoria contra contumaces in parendo
mandatis Rotalibus, seu verius Apostolicis docto de
1 illorum † relaxatione cum comminatione censurarum illo-
runque personali intimatione, & productioe in actis de
2 præfixione, & lapsu termini † ad parendum, & de seruatioe quatuor terminorum ad docendum de paritione, iuxta praxim relat. à Vestr. *lib.* 8. *cap. vlt. num.* 19. à Rota millies comprobatam.

Relaxatio executorialium cum censurarum commina-
3 tione † pro reuocatione attentatorum, iuxta resolutionem
coram me 25. *Maij* 1648. *in Sum. informantis apparet n.* 1.
& de illarum personali intimatione Carolo Dans attentanti
facta 18. Septembris 1649. attestatur Notarius de partibus
num. 2. coi de hoc est adhibenda fides, cum munus ino-
4 mandi, † iuxta stylum illarum partium ex officio ipsi com-
perat, vt dixit Rota coram fa. me. Greg. *decis.* 426. *num.* 5.
ibique Adden. litt. A. coram bo. me. Coccin. *decis.* 475. *n.* 7.
& 8. *in Astoricen. Parochialis* 1. *Iulij* 1654. *coram R. P. D.*
meo Bichio, & prius *in Cæsaraugustana Distributionum* 26.
Maij 1646. *coram me* §. *quia præter quod eoque magis*, quia
dictam personalem intimationem fecit coram duobus Te-
5 stibus ibi, & dimissa eidem Domino † Carolo &c. copia
prædicta præsentibus Ioanne Barlij, & Egidio Rigaulx te-
6 stibus rogatis *d. num.* 2. quo † stante maiorem fidem meretur Put. *decis.* 5. *num.* 1. *lib.* 3. io correctis Rota *in recent. decis.* 624. *num.* 10. *par.* 1. & alijs relatis terminis citationis executæ Leodij *in Leodien. Vicaria* 4. *Iulij* 1653. *coram R. P. D. Bichio* §. *fuisse autem*.

Reproductio in actis iustificata remanet in eodem *Summ. d. num.* 1. *&* 2. Lapsus verò termini ad parendum præfixi incontrouertibilis est, dum effluxerunt quinque anni, & vltra, vnde restat solum, quod seruati fuerint quatuor consueti termini ad docendum de paritione, quod non iustifica-
tur, nec euitari potest sub prætextu, quod contumacia Ca-
7 roli consistat in † committendo, iuxta deducta *in recent. decis.* 654. *num.* 2. *par.* 3. *in Craconien. Præpositura S. Floriani* 12. *Decembris* 1650. §. *final. & in d. Astoricen. Parochialis* §. *hinc merito*, *coram R. P. D. Bichio*, quia in casu nostro nihil probatur commissum contra formam decreti reuocationis attentatorum eiusque executorialium loquentium
† tantum de actibus antea gestis, posteriores verò actus re- 8
lati *in d. Sum. num.* 5. sunt prorsus noui, & non concludunt
positiuam contrauentionem dd. executorialium, † quæ om- 9
ninò requiritur, vt euitetur seruatio dd. terminorum, vt post Vestr. *in praxi lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *vers. quod si ad executionem*, animaduertit Rot. *in dd. tribus decisionibus*.

Nec refragatur, quod seruati fuerint per contradictas, quia
ita procederur, quando reus citatus personaliter in principio
† litis, neque per se, neque per Procuratorem comparuit, 10
iuxta *decis. Egid. Bellamer.* 310. comprobatam coram san.
me. Gregor. *decis.* 430. *num.* 1. *& in recent. decis.* 7. *num.* 1.
par. 7. secus verò dum adest in actis Procurator constitutus
actori optimè notus, cum citauerit pro dicto † decreto, & 11
pro prædictis executorialibus, vt patet in d. eius *Sum. d. n.* 1. Hoc enim casu per contradictas procedi non potest, Rota *decis.* 179. *num.* 1. *& decis.* 486. *num.* 2. *in fine par.* 2. *recent.* Adden. ad Greg. *decis.* 430. *n.* 7. *& in Meliten. hæreditatis* 6. *Februarij* 1640. *coram bon. mem. Card. Hieronymo Verespio* §. *alia exceptio*.

Noua autem commissio impetrata à Francisco filio Lam-
bertin. ac inhibitio eius vigore emanata poterant omitti,
† quia hodie non agitur de reuocandis alijs attentatis com- 12
missis in spretum d. inhibitionis, sed agitur deferenda decla-
ratoria ob non paritionem executorialibus in vim † anti- 13
quæ commissionis ad instantiam Lambertinæ, vt supra relaxatis, quæ benè peti potest à dicto Francisco cum sit illius hæres.

Atque ita DD. dixerunt dandam esse declaratoriam ser-
uatis prius † validè quatuor terminis ad docendum de pari- 14
tione, vt dictum fuit *in recent. decis.* 157. *num.* 1. *par.* 5. Vnica tantum &c.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Romana Cappellaniæ Toletanæ.

Die Veneris 30. *Aprilis* 1655.

A R G V M E N T V M.

Beneficium realiter possidens, si cum eo concurrat alius prouisus de eodem beneficio, à diuerso Collatore, ille primus tamquam possidens interim est manutenendus, donec videatur de bono iure.

S V M M A R I V M.

1 *Manutenendus est ille, de cuius possessione constat ex instrumento publico.*

2 *Possidere eamdem rem, duo eodem tempore non præsumuntur.*

3 *Possessio de tempore motæ litis probata, sufficit pro obtinenda manutentione, etiam in beneficialibus.*

4 *Possessio aduersarij posterior vti turbatiua, & dans causam litis, non iuuat ad effectum manutentionis.*

5 *In iudicio summarijssimo manutentionis, attenditur tantum merum ipsum factum possessionis.*

6 *Remoto omni alio puncto iustificationis tituli.*

D E C I S I O VI.

VAcante Capellania Toletana in Basilica S. Mariæ Maioris per obitum Io. Francisci Mariæ vltimi possessoris fuit de illa prouisus à Capitulo Aloysius Arnolphinus; Blasius verò Testa à Papa vti de reseruato per obitum d. Mariæ in Curia, inter quos subinde orta lite, & causa mihi commissa, dedi dubium cui esset dandum mandatum de manutenendo, hodie à Dominis resolutum pro Aloysio Informante
de cuius possessione constat † ex Instrumento illius adeptio- 1
nis dato *in Sum. n.* 2. quod alio tunc temporis non possidente,
† prout de Iure præsumitur, Seraph. *decis.* 322. *n.* 3. *dec.* 1065. 2
n. 2. *dec.* 67. *n.* 1. *post* 2. *volum. consil. Farinac. in Aurien. Parochialis*, coram Lancell. *& in Baren. seu nullius Prioratus*, coram Card. Sacrato, de quibus penes Marches. *de commiss. p.* 1. *fol.* 436. *n.* 1. *& fol.* 985. *n.* 1. coram Merlio. *dec.* 9. *n.* 2. Adden. ad Gregor. XV. *dec.* 268. *sub n.* 10. sufficit ad effectum manutentionis etiam in beneficialibus, ad tex. *in l. prædia vbi DD. ff. de acquir. poss.* Rot. coram Dunan. *decis.* 4. *num.* 4. *decis.* 13. *n.* 1. coram Buratt. *decis.* 67. *in princ.* ibique Adden. litt. A. *decis.* 186. *n.* 1. & alias congerens Modern. Perus. *de manut.*

obseruat. 21. *num.* 25. fuitque dictum *in Perusina Beneficij 28. Iunij* 1647. §. *talis vere ostij*, *& in Montis Castien. Parochialis* 17. *Februarij* 1648. *in princ. coram R. P. D. meo Bichio*,
4 maximè in concursu posterioris † Aduersarij, clandestinæ, & turbatiuæ, vti captæ pendente lite, & Arnolphino non citato, *l. 1. ff. vti possid. cap. licet Episcopus 28. de præben. in 6.* Rota *decis.* 225. *& decis.* 511. *vtrobique n. 4. par. 1. decis.* 514. *sub num. 1. par. 2. decis.* 269. *num.* 3. *& decis.* 497. *par. 4. decis.* 320. *num. 9. par. 4. tom. 2. recent.* coram Burart. *d. decis.* 186. *num.* 3. *& in Suessana Primicerij* 28. *Aprilis* 1652. *coram R. P. D. meo Verospio*.

Neque opus fuit in præsenti discutere validitatem suæ
5 prouisionis, quia in † hoc summarijssimo iudicio tam in
profanis, quàm in beneficialibus merum factum pos-
6 sessionis attenditur † absque alia tituli iustificatione, Duran. *d. decis.* 13. *num. 3. decis.* 698. *n. 3. p. 2. decis.* 281. *sub eo num. par. 5. recent.* & alijs allegatis Modern. Perus. *quis supra obseruat* 42. *n.* 48. *& in d. Montis Castien. Parochialis §. absque alia discussione coram R. P. D. meo Bichio*.

Et ita altera tantùm &c.

R. P. D. CERRO DECANO.

Romana Census, seu Salniani.

Die Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Hæres adeundo hæreditatem dicitur approbare omnia disposita per Testatorem, & dicitur quasi contrahere cum creditoribus hæreditarijs. Testator potest disponere de rebus hæredis. Dos habet omnia priuilegia Fisci.

SVMMARIVM.

1 *Heres adeundo hereditatem, quasi contrahere dicitur cum creditoribus hereditarijs.*
Heres adeundo hereditatem oritur creditoribus hereditarijs contra ipsum heredem, actio personalis, num. 1.
2 *Heres quando adiuit hereditatem sine beneficio inuentarij, & defunctus expressè obligauit etiam bona heredum, tunc creditoribus competit hypotheca super bonis heredis.*
3 *Testator etiam de bonis heredis potest disponere.*
Heres adeundo hereditatem censetur approbare omnia disposita per Testatorem.
4 *Possessori competit retentio bonorum ex causa creditorum anteriorum, seu potiorum, & sic alijs creditoribus non competit super eis immissio.*
5 *Mulier post contractam hypothecam dotalem, prefertur omnibus creditoribus illius etiam anterioribus, & etiam habentibus expressam.*
6 Text. in l. si is qui 18. ff. de iur. Fisc. *suffragatur etiam doti.*
Dos non habet maiora priuilegia, quàm Fiscus.
7 *Ad Mulieris fauorem lex inducens hypothecam citiùs operatur, quam hypotheca inducta ab homine.*
8 *Creditum, quando dicatur cessum translatiuè, & non extinctiuè.*
9 *Dispositioni facta à Iudice standum est.*
10 *Heres grauatus tenetur ad reintegrandum fideicommissum de bonis ab eo grauatis.*
11 *Fideicommissarijs competit hypotheca super bonis heredis dolosè alienantis bona fideicommissaria, & quando incipiat, talis hypotheca.*
12 *Heres dicitur dolosè alienasse bona fideicommissaria, dum sciuit, quod erant talia.*
13 *Et fortius, si cogitare potuisset, quod postea euasisset non soluendo.*
14 *Fructus bonorum fideicommissi, dum viuit grauatus ad eum spectant.*

DECISIO VII.

Laurentio, & alijs de Piordis, vti creditoribus q. Anastasij Coronæ ex causa fructuum Census per ipsum impositi, & venditi 27. Martij 1607. Hortensiæ Pratæ de Piordis petentibus immissionem in bonis q. Martini Coronę hæredis d. Anastasij, nempè in Vinea extra Portam Latinam tertia parte officij Notariatus Curiæ Capitolij, & Domo ad D. Marcum hodie possessis per Petrum Paulum de Rosis. Proposito particulari dubio DD. negatiuè responderunt non ex eo, quod Actoribus non competat hypotheca super dd. bonis ad hæredem debitoris spectantibus, quia
etiamsi regulariter ea aditione hæreditatis, per quam † hæ- 1
res quasi contrahit cum Creditoribus hæreditarijs oriatur contra ipsum sola Actio personalis, *l. penult. Cod. de action. & oblig.* cum alijs latè alleg. per Franch. *decis.* 53. *n. 6. cum seq.* nihilominus quando hæres adiuit sine beneficio Inuentarij,
& defunctus expressè obligauit (prout hic) etiam † bona 2
hæredum super ipsis pariter competit hypotheca concurrentibus in id tum potestate defuncti, qui potuit etiam de bonis
hæredis disponere, † tum voluntate ipsius hæredis, qui adeun- 3
do simpliciter factum defuncti totaliter approbasse censetur, iuxta punctuales decisiones *in Rom. Saluiani Domus* 27. *Nouembr.* 1634. coram bo. me. Buccabella, *& in S. Seuerini Dotis, seu Saluiani* 4. *Maij* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, apud Zacch. *de oblig. Cameral. decis.* 87. *n.* 25. *&* 26. *& decis.* 239. *per tot.*

Sed ea quo d. Petro Paulo illorum moderno possessori de-
betur retentio ex causa quorundam Creditorum, † quæ an- 4
teriora, vel potiora sunt, per quam impeditur immissio, vt respondit Rota coram Card. Mant. *decis.* 69. *num.* 1. & alibi passim.

Primò siquidem pro credito dotali Mariæ Prouidæ Vxoris d. Martini non obstant, quod vti contractum 28. Octobris 1655. sit posterius credito actorum, quia super Vinea, & tertia parte officij acquisitis à Martino viro de Anno 1613. &
sic post contractam hypothecam † dotalem mulier præfer- 5
tur omnibus Creditoribus illius etiam anterioribus, & expressam hypothecam habentibus, vt per tex. *in l. si is qui* 28.
ff. de iur. fisci, suffragantem etiam doti cum minora † fisci pri- 6
uilegia non habeat, tradunt in terminis Angel. *in l. assiduis n. 8. C. qui potior. in pign. hab.* Barbos. *in l. 1. par. 2. n. 17. ff. sol. matr.* Cancer. *var. resol. tom. 1. cap. 9. n.* 2. Card. Mant. *de tac. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 23. vbi de magis communi, & hanc opinionem quicquid in contrarium sentiunt, alleg. per Modern. Forolinen. *de pignor. lib. 3. quæst. 68. per tot.* vti fauorabilem sequuta fuit Rota *in Rom. Saluiani* 10. *Decemb.* 1629. coram Queippo *in rec. decis.* 328. *n. 19. cum seqq. p. 5.* vbi pro ratione considerat, quod lex inducens hypothecam
ad fauorem mulieris citiùs operatur, † quam hypotheca in- 7
ducta ab homine, gratis autem dicitur Mariam de sua dote remansisse integraliter satisfactam, quia contrarium patet ex calculo de ordine Rotæ contra iudicialiter facto.

Secundò (etiam super Domo) pro quodam Censu sortis principalis scut. biscentum imposito ab Anastasio communi
debitori 1604. & cesso † eidem Mariæ translatiuè, & 8
non extinctiuè *Summ. num. 5. & 6.* Cui non obstat, quod ipsa cessionem reportauit mediantibus pecunijs, ac bonis hæreditarijs Martini, quia ista fuerunt effecta ipsius propria ob præcedentem illorum adiudicationem sibi factam
à Iudice, & † ad eius fauorem declarauit Rota coram bo. 9
mem. Merlino *decis.* 645. *num.* 15. *vers. non obstat, quod Maria*.

Tertiò pro scutis 681. quæ à Maria, & successiuè à Stephano de Rosis verè persoluta probantur Francisco Coronæ occasione annuæ præstationis illius à Martino promissa *Summ. num.* 10. Franciscum non fuisse Creditorem anteriorem saltem pro rata scut. 60. annuorum iustificatione ex Instrumento promissionis celebrato 10. Ianuarij 1606. *d. Summ. num.* 8. & firmauit Rota *in d. decis. Merl.* 645. *sub n.* 10. & quamuis Informantes pro Petro Paulo hac de causa prætenderent retentionem pro scutis 1638. Domini tamen pro dictis scut. 681. dumtaxat illam ipsi competere existimarunt, quia hæc solum quantitas persoluta probatur, Aduertentes vlterius, quod stante aliorum scut. 20. Annuorum eidem Francisco promissa non est anterior, sed posterior, cum promissa fuerint anno 1612. vt patet *in d. Sum. d. n.* 8. quodque non sunt calculandi fructus bonorum fideicommissi ad Sulpitiam Mariæ filiam spectantes, qui prętenduntur à Francisco hac de causa percepti, quia *in Sum. num.* 9. adest quoddam mandatum de immittendo eiusque execution facta contra dd. bona ad instantiam ipsius Francisci, sed quos fructus ipse ea dd. bonis perceperit non apparet.

Quartò demum pro scutis 5400. occasione alienationis factæ à Martino alterius Domus, & septem locorum Montis fidei fideicommissariorum eodem *Sum. num. 12. & 17.* tenetur, namque hæres grauatus reintegrare fideicommissum, & pro huiusmodi reintegratione super eius bonis
† competit fideicommissarijs hypotheca si ille alienauit do- 10
losè, vt declarando præcedentem decisionem *in Romana*

Sal-

Saluiani 18. Iunij 1641. responsum fuit *in Romana fideicom-*
missi, seu Saluiani 29. Nouemb. 1650. coram Reuerendiss. D.
meo Decano §. nihilque facit, & in Placentina bonorum
16. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Zarate in fine, quæ non in-
11 cipit à die alienationis, sed à die qua cępit administrare, † vt
pluribus aduersis auctoritatibus firmauit *Rota in Tiburtina*
redditionis rationis 3. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Meltio
12 *§. quia cum hypotheca*, dolosè † autem alienasse conuincitur
ex quo sciebat adesse fideicommissum, *bon. mem. Merlin. de-*
cis. 844. num. 6. cum concordantib. alleg. in Romana fideicom-
missi de Mutis 1. Decembr. 1651. coram me §. quia obiectum
cum seqq. Et fortiùs si cogitare potuisset se postea euasurum
non soluendo *per prob.* per Cyriac. *contr. 282. num. 32. &*
seqq. licèt huic partitæ addita fuerint alia scuta 560. pro
13 fructibus dd. bonorum pro eis tamen non competit † retentio, quia non constat de perceptione illorum præcisæ quantitatis, qua etiam probata non essent calculandi nisi fructus
14 post mortem alienantis maturati, nam decursi † ipso viuente ad eum spectabant, vt notant DD. *in l. deducta §. qui post ff. ad Trebell. Rota post Modern. Forolinien. de legitim. decis. 20. num. 12.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Bonnnienō. fideicnmmissi de Victorijs.

Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Casum suæ vocationis in Fideicommisso, quando qui prætendit venisse, debet plenè, & concludenter probare suam descendentiam ad hoc necessariam, vt admittatur, & sic argumenta debent esse certa, & indubitata; itaut non sufficiant coniecturæ leues, & non concludentes, prout est probatio filiationis per educationem, nominationem, tractatum, cum ista sint à remotis. Filius, qui potius præsumitur patris, quàm adulteri; Vnde nonnulla deducuntur *ad intellectum famigerati textus in legi Miles, §. Defuncto, ff. ad leg. Iul. de adulter.* Epistola vt probet contra scribentem, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio ad effectum succedendi in fideicommissis, plenè, & concludenter est iustificanda.*
2 *Filiatio ad effectum priuandi tertium possessorem bonis, concludenter est probanda.*
3 *Probatio leuis non admittitur in rebus magni præiudicij.*
4 *Probatio filiationis admittitur per tractatum patris in aliquem vti filium.*
5 *Filiatio non probatur per tractatum patris in filium si agatur de præiudicio ipsius patris.*
6 *Non autem si agatur de præiudicio tertij.*
7 *in Potestate alicuius esse non debet, aliquem sibi assumere in filium, & sic tertio præiudicare.*
8 *Educatio, nominatio, & tractatus sunt à remotis, circa probationem filiationis.*
9 *Quia vel à falsa causa, vel etiam à credulitate, possunt ea oriri.*
Initium infectum, ea quæ habuerint, non attenduntur, num. 9.
10 *ad Fideicommissum, vt quis admittatur, debet probare filiationem per indubitata argumenta.*
11 *Confessionem alicuius, quando quis impugnari non valeat.*
12 *Ius tutum, quando quis dicatur sibi reseruasse.*
13 *Legitimationem, quando quis vti talem approbasse dicatur.*
14 *Productio, quando non sit apta præiudicare tertio.*
15 *Acta facta super statu persona, faciunt ius, quoad omnes.*
16 *Productio, vt noceat ei, qui habet coæqualem ius, debet etiam ipse citari.*
17 *Testium depositiones receptæ ad perpetuam rei memoriam parte non citata, & lite pendente non releuant.*
18 *Testes non informati, non releuant, & num. 19.*
20 *Testes inimici non probant.*
21 *Testes de auditu ab ipsa parte non iuuant.*
22 *Fama, vt probet, requiritur vt fuerit orta ante motam litem.*
23 *Fama super filiatione vt probet, debet habere initium à personis non interessatis.*
24 *Adulterij probatio, est materia obiectiua.*
25 *Testes dubitatiuè loquentes, non probant.*
26 *Testes deponentes de propria credulitate, & opinione non sunt attendendi.*
27 *Præsumptio* l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult. *quando resistat.*
28 *Et vt intret talis præsumptio probationes apertissimæ requiruntur.*
29 *Probationes imperfectissima, non possunt coniungi.*
30 *Præsumptio iuris certissima* leg. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adulter.
31 *Filius qui potius præsumitur patris, quàm adulteri.*
32 *Quod procedit etiamsi mulier eodem tempore habuerit commercium cum adultero.*
33 *Præsumptio* leg. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult. *cum sit præsumptio iuris admittit probationem in contrarium.*
34 *Verum talis probatio debet esse inconcussa.*
35 *Præsumptio* leg. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult. *cessat si maritus de tempore conceptionis erat valde infirmus.*
Itaut cum vxore coniungi non poterat. Item si erat maritus absens de tempore conceptionis, num. 35.
36 *Filium esse adulterinum asserens, tenetur id probare.*
37 *Probatio, quæ contra probantem, potest retorquere, non releuat.*
38 *Exceptio, vt releuet, debet iustificari.*
39 *Egressus vnius contrarij, alterius contrarij operatur ingressum.*
40 *Probatio, quæ non percutit tempus, de quo controuertitur, non releuat.*
41 *Tempus, quando est fundamentum agentis intentionis, est concludenter iustificandum.*
42 *Epistola contra scribentem, plenè probant.*
Epistola non probant contra scribentem, si tamquam falsa impugnentur.
43 *Falsitas deducta, quando dicatur euacuata.*
44 *Sententia conformes, remouent falsitatem deductam.*
45 *Epistola contra scribentem, vt probent esse recognita à peritis per probationem literarum.*
46 *Subreptio rei præsumitur facta ab eo, de cuius interesse agitur.*
47 *Assertio vxoris facta de re audita ab eius marito, an releuet.*
48 *Testis assertio, quod iurauerit in animam Iudicis, vel Notarij, non ex hoc eliditur validitas depositionis.*
49 *Confessio facta pro exoneratione conscientiæ, in testamento, an valeat.*
50 *Confessio facta in extremo vitæ actu, contra assertam filiationem, plurimi est facienda.*
51 *Confessio illa non releuat, quæ probatur erronea.*
52 *Fideicommissum prætendent, si non probauerit descendentiam, non est de alio quærendum.*
53 *Possessio iure proximitatis, quando gratis allegetur, & num. 54.*
55 *Enunciatiuæ plures emanatæ in diuersis instrumentis, & antiquæ, probant descendentiam.*
56 *Enunciatiuæ plures tunc probant descendentiam, quando emanat ab his, qui sciunt iura sanguinis.*
57 *Testes, quando sunt formiter examinati, & cum interrogatorijs partis, tunc dicuntur validè examinati.*
58 *Descendentia, quando euidentissimè dicatur probata.*
59 *Descendentia per gradus distinctos est probanda.*

DECISIO VIII.

IN vltimis tabulis Leonellus senior de Victorijs proximiores masculos de illius agnatione, casata, & familia vocauit, quando eius filij hæredes instituti, & descendentes substituti sine filijs decederent.

Vltimus ex descendentibus masculis, qui sine filijs è vita migrauerit, Andreas fuit, ob cuius obitum Dominus Eq. Horatius de Victorijs, tanquam proximior de agnatione, casata, & familia Testatoris, prætendens fideicommissum ad sui fauorem purificatum, petebat immitti

in

in possessionem bonorum per dictum Andream relictorum,
& à Domino Benedicto de Victorijs vti proximiore agnato
possessorum, sed Auditor Generalis, & deinde Rota Bo-
non. coram quibus causa actitabatur pronunciarunt D.
Equitem non esse immittendum; Hinc per eundem appel-
latione interposita, causa ad hoc sacrum Rotæ Audito-
rium deuoluta, & dato dubio, An Equiti Horatio danda
sit immissio, Domini negatiuè responderunt, ea ratione,
quia d. Eq. qui tanquam proximior immissionem consequi
contendit, per imperfectas, & irreleuantes coniecturas
deducit, Galeatium, à quo ipse descendit, fuisse filium
Dionysij de Victorijs, & tamen hanc prætensam filiatio-
nem iustificare debuisset per concludentissimas probatio-
1 nes, † dum eam affert ad effectum succedendi in fideicom-
misso, l. 3. C. de alen. lib. Bursatt. cons. 88. sub num. 5. circa
med. lib. 1. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 222.
num. 2. vers. & filiatio, in Romana Filiationis 1. Iulij 1639.
coram Reuerendissimo Compostellana §. Ea motι ratione &c.
in Romana Fideicommissi de Aronijs 23. Iunij 1642. coram
R.P.D. Bichio, §. Casus nostro, vers. præsertim &c. & in Far-
fen. Bonorum 23. Ianu. 1647. §. Hæc tamen &c. coram Emi-
2 nentissimo Corrado. Et † priuandi bonis tertium possesso-
rem, Corn. cons. 78. num. 5. & 6. lib. 3. Soccin. iun. cons. 86.
num. 43. lib. 2. Decian. cons. 40. sub num. 1. circa med. vers. &
præcipuè cum agatur &c. vol. 5. Mascard. de probat. concl. 787.
num. 17. Rota decis. 164. num. 9. vers. atque hæc &c. part. 3. rec.
Quod autem hæ coniecturæ sint imperfectæ, & irrele-
uantes, patet, singulas examinando. Siquidem † admodum
leuis videtur ea, quod Dionysius Galeatium vti filium tra-
ctauerit, eundem legitimauerit, & hæredem instituerit.
4 Quoniam † licet filiatio per hosce tractatus probetur, gloss.
in cap. transmissæ, verbo nota. Qui filij sunt legitimi, Castr.
in l. non nudis, in fine, C. de probat. Aldobr. cons. 36. num. 6.
& cons. 80. num. etiam 6. lib. 1. Rota decis. 289. num. 6. part. 1.
5 rec. Id intelligendum † quoad præiudicium patris huiusmo-
di actus gerentis, non autem tertij, Marcabr. cons. 13. num.
98. Mascard. de probat. conclus. 789. num. 36. Rota decis. 409.
num. 30. decis. 597. num. 8. part. 5. recent. & in allegata Farfen.
Bonorum §. cætera, coram Eminentissimo Corrado. Et opti-
6 ma † ratione, quod non debet esse in potestate vnius facere
aliquem sibi filium, & sic per nominationem, & tractatum
7 † mutare veritatem facti, l. neque professio C. de testam. Paris.
cons. 11. num. 20. & seqq. vol. 2. Barz. cons. vnico post suas de-
cisiones Bononiæ num. 56. Mascard. de probat. conclus. 788. n. 15.
8 Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 88. num. 6. & seq. vbi † quod
educatio, nominatio, & tractatus sunt à remotis, cum vel
9 à falsa causa, † vel etiam à credulitate originem habere pos-
sint, Reuerendiss. Eugubin. decis. 174. num. 107.
Nihil facienda est altera coniectura, quod Leonellus iu-
nior, Constantius, & Andreas, à quo Dominus Benedictus
causam habet mediante donatione admiserit Galeatium vti
filium Dionysij in pluribus Epistolis ad Alexandrum de Vi-
ctorijs conscriptis. Quoniam prædictæ Epistolæ Leonelli
iunioris, Constantij, & Andreæ nihil operantur, cum
ortum habuerint à principio infecto, scilicet à patris no-
minatione, & tractatione, propter quam ij facilè potue-
runt allucinati in hoc deferentes iudicio paterno: vnde
10 † non elicitur deliberata filiationis Galeatij admissio in
tertij præiudicium, Paris. cons. 12. num. 107. vol. 2. Pacian.
cons. 1. num. 38. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 89. num. 72. &
præsumpt. 53. num. 23. lib. 6. Rot. decis. 597. num. 12. cum
seq. part. 5. recent. Præterquamquod eæ admissiones præ-
iudicare non possunt Domino Benedicto, qui non tam ex
dictorum Leonelli iunioris, Constantij, & Andreæ Dona-
11 toris, quàm ex † proprio iure tanquam proximior agnatus
venit: ideò eorum confessiones impugnare potest, Natt.
cons. 470. num. 13. Crauett. cons. 200. num. 7. cum alijs per
Fusar. de subst. quæst. 557. num. 8. & in adducta decis. 597.
num. 15. & 16. part. 5. recent. Eoque facilius, cum citra no-
uationem, & præiudicium antiquorum iurium sibi compe-
tentium ex maiorum fideicommissis, immò cumulatiuè
12 non extinctiuè ad primæua iura donationem † acceptaue-
rit; adeò ut omnes ius ipsi competens tutum sibi reddidisse
censeatur, Cyriac. controuers. 46. num. 10. & controuers. 211.
num. 14. Surd. decis. 163. num. 17. Rota in Bononien. fideicom-
missi de Guidottis 23. Ianuarij 1649. §. præterquam coram bon.
mem. Arguelles.
13 Nec ex eo, quod ex parte Benedicti fuerit producta † le-
gitimatio in qua Galeatius filius Dionysij asserebatur, dici
potest eundem Benedictum vti talem approbasse, Doctores
in cap. cum venerabilis, de except. & in l. 1. §. editiones, ff. de
eden. Illa enim legitimatio producta fuit pro Eq. Horatio,
nec reperiebatur illius tenor referens Galeatium filium adul-
terinum, & ad probandam hanc qualitatem per Procura-
torem eiusdemmet † Benedicti fuit exhibita in parte tamen, 14
& partibus, & non animo admittendi quidquam, quo pars
coadiuuari posset, ac proinde productio non est apta præiu-
dicare Benedicto, Rota decis. 29. num. 49. & decis. 56. n. 23.
part. 7. recent.
Sententia verò ab Eq. Horatio contra creditores Fabij de
Victorijs obtentæ, † & pro tertia coniectura adductæ, licèt 15
super statu probare, & ius quoad omnes facere videantur, l.
ingenuum, ff. de stat. hom. Rota coram Comitulo decis. 102.
num. 2. & in Æsina Fideicommissi 28. Iunij 1652. §. Vlterius,
coram me. Attamen nullum afferre valent præiudicium Be-
nedicto, & quia compromisso fuit expresè conuentum,
quòd † ex aduerso gerenda contra creditores eidem Benedi- 16
cto non nocerent, & quia coæquale ius habens non fuit ci-
tatus, Abb. in cap. quamuis num. 19. de re iud. Alex. in l. sæpè
num. 16. & seqq. ff. eod. Bald. in l. 2. n. 4. quibus res iud. non noc.
Rota in Britanorien. fideicommissi 24. Martij 1642. §. Et
quamuis, coram R.P.D. meo Bichio.
Parui quoque momenti est quarta coniectura elicita ex
depositionibus testium, quibus Alexander Eq. Horatij pa-
ter vsus fuit, vt in Equestri † ordinatione Sancti Stephani 17
adscriberetur, quia eorum depositiones receptæ fuerunt ad
perpetuam rei memoriam, parte non citata, & lite penden-
te, cap. 2. vbi DD. de testib. l. si quando, C. eodem, Rota in
Sancti Seuerini Fideicommissi 18. Iunij 1649. in fine, coram
bon. mem. Arguelles, & in Interamn. fideicommissi 27. No-
uembris 1652. §. ocularιter, coram R. P. D. meo Bichio. Et ij
† non informati deteguntur, Naturalem enim referunt Ga-
leatium, quem tamen adulterinum Dionysius prætensus
pater in legitimatione † expresserat, Rota decis. 20. num. 3.
decis. 371. num. 6. part. 2. recent. penes san. mem. Gregor. XV.
decis. 578. num. 11. & coram Buratt. decis. 42. num. 6. Et † cæ- 20
teri Testes, qui fuerunt formiter inducti reijciuntur, vel tan-
quam inimici, Rota coram Millino decis. 54. num. 5. penes
Buratt. decis. 726. num. 7. decis. 261. num. 16. part. 4. tom. 2. re-
cent. Vel tamquam † de auditu ab ipso Dionysio, & Galea- 21
tio: vnde non plus probationis, quam illi constituunt, d.
cap. licet ex quadam, de testib. Surd. cons. 135. num. 69. lib. 1.
latè Farinac. de testib. quæst. 69. num. 85. Rota in Romana nul-
litatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. §. Nec aliquid, vers. ta-
men cum sint de auditu, coram bon. mem. Arguelles. Vel quia
allegatam famam super controuersa Galeatij filiatione non
probant, cùm minimè deponant, † talem famam ante mo- 22
tam litem extitisse, d. cap. ex quodam, de testib. Rota coram
Verallo decis. 9. part. 2. & decis. 170. num. 17. part. 6. recent.
Eamque † ab interesse non habentibus originem sumpsisse, 23
Gratian. disceptat. forens. cap. 78. num. 39. Mascard. de pro-
bat. concl. 849. num. 14. Rota decis. 739. num. 35. part. 4. tom. 3.
recent. Præterea cùm † versemur in materia obiectiua, nem- 24
pè de probando adulterio, non est satis depositio testium de
fama affirmantium, Bald. in cap. tam literis, num. 1. de testib.
Reuerendiss. Eugub. decis. 173. num. 45. Rota coram Cæsar.
de Grass. decis. 184. alias 2. num. 2. de accusat. & coram san.
mem. Greg. XV. decis. 323. num. 2.
Nullaque vis fieri potest in quinta coniectura, † quoad 25
testes à Benedicto inductos, cum primus dubitatiuè depo-
nat, ibi, Fu figliuolo si ben mi ricordo Galeatio di Dionisio
&c. Lancell. Galli. cons. 32. num. 24. Menoch. cons. 111. n. 13.
lib. 2. Farinac. de testib. quæst. 68. num. 8. Rota coram Buratt.
decis. 538. num. 10. & 12. Secundus verò solum † moueatur 26
ex propria credulitate, & opinione, quod Galeatius esset
filius Dionysij, ibi, Al mio credere di me, io credo di si, Ias.
in rubr. ff. de iur. iur. num. 2. Soccin. iun. cons. 86. num. 36.
vol. 2. Decian. cons. 40. sub num. 2. vers. similiter, vol. 5. Al-
dobr. cons. 125. num. 33. lib. 2. Rota coram Comitulo decis. 7.
num. 4. & decis. 71. num. 12.
Minùs attendenda sexta coniectura ex publicis documen-
tis, & alijs in quibus Galeatius enunciatur filius Dionysij:
Cùm enim illi resistat præsumptio, † l. miles, §. defuncto, 27
ff. ad l. Iul. de adult. de qua inferiùs, insufficiens reputatur,
& ad probandam tali casu filiationem apertissimæ † proba- 28
tiones desiderantur, l. vltima, vbi glos. ff. quod met. caus. Ga-
lisanl. in l. centurio num. 307. ff. de vulg. & pupill. Menoch. lib.
1. præsumpt. 31. n. 5. Reuerendiss. Eugub. d. decis. 174. num. 59.
Quapropter cùm singulæ ex coniecturis allatis † sint im- 29
perfectissimæ, non possunt coniungi, itaut si non diuisæ,
fal-

faltem vnitæ probent, Alex. *conſ.11.num.3. & 5.lib.4.* Gabr.
de probat. concluſ.1.num.33. Rota coram Mantic. *deciſ.307.*
n.11. & in Florentina, ſeu Bononien. de Barbadorijs 25. *Iunij*
1640. §. *Tandem, coram Coccino.* Eo minùs, cum plures in
contrarium longè vrgentiores pro excluſione filiationis
Galdatij à Dionyſio certatim concurrant. Quarum prima,
& quidem potiſſima eſt, quod de tempore conceptionis, &
natiuitatis Galeatij adhuc viuebat Aloyſius Anguillaria Ca-
30 thærinæ matris maritus, & † ideò intrat certiſſima iuris præ-
ſumptio, *in d. l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adult. & l.*
31 *filium, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* quod † ſcilicet Ga-
leatius cenſeri potiùs debeat filius Aloyſij mariti, quàm Dio-
nyſij adulteri, Bero. *conſ.161. num.7. lib.2.* Natt. *conſ.205.*
num.1. Eugen. *conſ.52. num.5. lib.1.* Rota coram Achill. de
Graſſ. *deciſ.1. num.1. qui fil. ſint legit. deciſ.130. num.1.* coram
Millino *deciſ.482. num.15. & deciſ.797. num. etiam 15. coram*
Merlino. Etiamſi dicta Catherina eodem tempore com-
32 mercium carnale cum Adultero † habuiſſet, *vt ex d. l. miles,*
§. defuncto, Pariſ. *conſ.10. num.83. & conſ.29. num.97. & 98.*
& ſeqq. lib.2. Peregr. *deciſ. Patau.9. num.2. Marta vot. Piſan.*
26. per tot. Reuerendiſſ. Eugub. *dicta deciſ.174. num.48.* Rota
deciſ.164. num.1. part.3. recent.

Et quamuis prædicta præſumptio, quæ ex matrimonio
33 † exoritur ſecundum communiorem DD. ſententiam ſit
iuris præſumptio admittens probationes in contrarium,
Gozadin. *conſ.13. num.62.* Decian. *conſ.1. num.127.* Menoch.
de arbitr. Iud. caſ.89. num.24. Reuerendiſſ. Eugub. *d. deciſ.174.*
num.40. Rota coram Achill. de Graſſ. *dicta deciſ.1. num.4. d.*
deciſ.164. num.2. part.3. recent. & poſt 2. vol. conſ. Farinacc.
34 *deciſ.171. num. etiam 2.* Attamen eſt adeò efficax, vt † ſem-
per inconcuſſa permaneat, quoties euidenter non probetur,
de tempore conceptionis Aloyſium maritum ob grauem in-
35 firmitatem Catherinam † vxorem cognoſcere non potuiſſe,
vel fuiſſe abſentem, vel liberum ad eam acceſſum non ha-
buiſſe, *d. l. filium, ff. de his qua ſunt ſui, vel alien. iur.* Soccin.
iun. *conſ.86. num.44. & ſeqq. lib.2.* Reuerendiſſ. Eugub. *dicta*
deciſ.174. num.42. Rota coram Coccino *deciſ.7. num.3. &*
dicta deciſ.597. num.2. & 9. part.5. recent. Quæ tali caſu cer-
36 tè forent probanda per Eq. Horatium, † qui aſſerit Galea-
tium fuiſſe filium adulterinum, Pariſ. *conſ.64. num.5. & 6.*
vol.3. Brun. *conſ.15. num.2. Petra de fideicomm. quæſt.11. n.361.*
Reuerendiſſ. Eugub. *d. deciſ.174. num.14.*

Nec vrget aſſerta probatio abſentiæ Aloyſij deprompta
ex depoſitione Laurentiæ eius ſecundæ vxoris affirmantis
37 illum viuente Catherina altera † vxore Pataiuj moratum:
quinimmò depoſitio hæc retorqueretur contra Eq. Horatium,
dum iſta mulier per hæc verba deponit, *Meſſer Luigi mio*
marito mi diſſe, che egli, e detta Caterina ſua moglie habita-
38 *uano nella Città di Padoa &c.* Ex quibus abſentia † Aloyſij
à Catherina non verificatur, ſed ex oppoſito remanet pro-
bata cohabitatio in Ciuitate Pataiuj, & excluſus acceſſus
39 Dionyſij ex vulgari regula contrarij † vnius ingreſſus, alte-
rius contrarij operatur egreſſum, *cap. cum renunciatur 32.*
quæſt.1. Reuerendiſſ. Eugub. *deciſ.69. num.11.* Præterquam-
quod nec prædicta mulier, nec etiam teſtes à Benedicto in-
ducti, qui affirmant, Aloyſium conſueuiſſe per mundum
vagari, dum deponunt de abſcotia, non percutiunt
40 † præciſè tempus conceptionis, cùm tamen huiuſmodi
tempus in primis inſpiciendum ſit ad agnoſcendum, an
quis ſit ex legitimo matrimonio natus, & proinde idem
41 tempus in quo † tota vis conſiſtit indiuidualiter eſſet pro-
bandum, ex traditis per Caſtr. *in l. Menia, §. fundus num.4.*
ff. ſolut. matrim. Rota *deciſ.141. num.7. coram Durano, &*
in Romana Domus 29. May 1645. §. Præterea, coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano. Cum aliàs inſufficiens probatio exo-
riatur, *ad notat. in l. mater, C. de probat.* Surd. *conſ.407.*
num.14. Rota in Bononien. Cenſus 28. Martij 1639. in fin.
coram Coccino.

Alia coniectura excludens prædictam ex Dionyſio filia-
tionem reſultat ex epiſtolis Galeatij ad Aloyſium Anguilla-
riam ſcriptis, ibi, *Voſtro figliuolo Galeatio Victorij.* Hinc
42 † etiam deſtruitur prætenſa filiatio, & deſcendentia à Dio-
nyſio, quia, iſtæ epiſtolæ contra ſcribentem, probant, *l.*
Publia 26. §. fin. ff. depoſ. l. cum de indebito 25. §. fin. C. de pro-
bat. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.94. num.9. & ſeq. Rota poſt*
Modern. Peruſ. in addit. ad tractat. de ſubhaſt. deciſ.179.
num.13. Et quamuis eædem epiſtolæ vſque ab anno 1581.
43 tanquam falſæ impugnatæ † fuerint, nihilominus cum ſta-
tim Leonellus iunior obtinuerit duas ſententias conformes
44 imponentes perpetuum ſilentium, † perperam deducitur
aſſerta falſitas, ex traditis *in l. ſi cui 7. §. iiſdem, ff. de accuſ.*
cap. de his 6. eodem tit. l. licèt 6. §. fin. ff. naut. caup. ſtab. Proinde
nec ex defectu recognitionis redargui poſſunt, cum conſtet,
† eadem à Peritis electis fuiſſe per comparationem recogni- 45
tas, *l. comparationes, Cod. de fid. Inſtrum.* Ruin. *conſ.70.*
num.4. vol.4. Rota coram Buratto *deciſ.143. num.28.* Nec
quidquam officit, quod ipſius recognitionis relatio † non re- 46
periatur, cum ſubrepta fuerit, & ſubreptio præſumitur ex
cauſa intereſſe habentis, Bald. *in l. vltima poſt num.5. verſ.*
item quod illa res ſubtracta, ff. de quæſt. Maſcard. *de probat.*
concluſ.831. num.12. Farin. *de falſ. & ſimul. quæſt.153. n.205.*

Iſtis accedit atteſtatio dictæ Laurentiæ ſecundæ vxoris
dicti Aloyſij aſſerentis audiuiſſe ab eius viro, quod Diony-
ſius adoptauerat Galeatium † in filium, & hoc idem vlterius 47
audiuiſſe ab eodem Galeatio: cuius aſſertionis robur non
eliditur ex eo, quod completo examine prædicta mulier di-
xerit ſe iuraſſe in animam Locumtenentis, & Notarij,
quia cum ante examen congruè iuraſſet tale iuramentum
poſt depoſitionem, † etiamſi incontinenti fuiſſet præſti- 48
tum, nunquam attenditur, iuxta veriorem ſententiam,
quem tuetur Salycet. *in l. iuſiurandi num.3. verſ. ego puto, C.*
de teſtib. Bellam. *in cap. de teſtib. n.11. 13. & ſeqq.* Abb. *n.8.*
Aretin. *poſt num.5. de teſtib.* Farinac. *de teſtib. quæſt.74. num.*
39. & ſeq.

Poſtrema coniectura prouenit ex Teſtamento Dionyſij
anno 1552. condito, in quo † ipſe expreſsè pro exonera- 49
tione eius conſcientiæ fatetur, Galeatium non eſſe ſuum
filium, ſeque ex falſis Catherinæ matris ſuggeſtionibus coa-
ctum quodammodo fuiſſe ad illum legitimandum, & hære-
dem inſtituendum, quæ declaratio in eo ſupremo vitæ actu
eum emanauerit, † contra aſſertam filiationem plurimi eſt 50
facienda, *l.5. C. famil. herciſc.* Aym. *conſ.6. num.51.* Decian.
d. conſ.40. num.16. vol.5. Farinac. *in prax. crimin. de Iudic.*
& tortur. quæſt.46. num.4. 5. & 6. Rota cum ibi congeſtis *de-*
ciſ.684. num.20. & 21. coram Merlino.

Neque ab Eq. Horatio in dubium reuocari poteſt dicti
Teſtamenti exiſtentia. Hanc enim ipſe † ſatis eſt confeſſus, 51
dum articulauit illud fuiſſe erroneè confectum, allegando
ex eadem ratione erroris à dicto Dionyſio reuocatum,
atque ità oſtenditur illius exiſtentia, *ad text. in l. decem 117.*
ff. de verb. oblig. l.4. §. condemnatum 6. ff. de iud. l. nec vtilem
20. ff. de quib. cauſ. maior. cum ſimilibus. Cùm igitur † Eq. 52
Horatius deſcendentiam à Dionyſio non probauerit, omiſſa
eſt diſcuſſio aliarum exceptionum, quas Benedictus pro-
poſuerat.

Cæterùm Benedicto poſſeſſori iure proximitatis gratis
obijcitur eum deficere † in probatione eius deſcendentiæ ab 53
Andrea de Victorijs communi ſtipite. Oſtenditur enim
Antonium dicti Benedicti abauum fuiſſe filium Andreæ ex
Inſtrumento emptionis factæ anno 1497. per Thomam
filium q. Andreæ de Victorijs ementem pro ſe, ac Leonello,
Antonio, ac Dionyſio fratribus, ac filijs dicti q. Andreæ
de Victorijs. Item † ex Inſtrumento emptionis alterius 54
Domus factæ anno 1493. per Leonellum, & Thomam
fratres, & filios olim Andreæ de Victorijs ementem
tam ſuo nomine, quàm etiam vice, & nomine Anto-
nij, & Dionyſij ſuorum fratrum. Rurſus ex Inſtrumen-
to depoſiti facti anno 1497. per Leonellum q. Andreæ de
Victorijs, occaſione emptionis Domus alias factæ per
Thomam nomine proprio Leonelli, Antonij, & Dionyſij
ſuorum fratrum.

Ab Antonio ortum fuiſſe Benedictum proauum apparet
ex Inſtrumento emptionis petiolæ terræ factæ anno 1546.
per Benedictum q. Antonij de Victorijs. Inſuper ex Inſtru-
mento abſolutionis factæ anno 1523. per Andream q.
Dionyſij de Victorijs occaſione depoſiti librarum 480. facti
ad fauorem Benedicti q. Antonij de Victorijs. Certum
eſt enim, quod enunciatiuæ plures emanatæ in diuer-
ſis inſtrumentis, & antiquæ † deſcendentiam probant. 55
Noguerol. *alleg.25. num.258.* Rota coram Buratt. *deciſ.709.*
num.3. deciſ.405. in fine part.1. recent. & in Bononien. fidei-
comm. de Pancaldis 16. February 1640. coram Card. Panzi-
rolo §. quod autem. Præſertim vbi, vt hic, emanauerint ab
ijs, † qui præſumuntur ſcire iura ſanguinis, Maſcard. *de* 56
prob. concluſ.812. num.17. Modern. Cremonen. conſ.62. num.
16. Rota in Placentina Bonorum 19. Iunij 1653. §. ex teſta-
mentis coram me.

Et tandem à dicto Benedicto deſcendiſſe Andream
Auum, & ab iſto Vincentium Patrem Benedicti, qui ho-
die poſſidet, conſtat ex depoſitionibus Teſtium in præſenti
cauſa

57 causa formiter, & † cum Interrogatorijs partis examinato-
Rota coram Caualer. *decis.46. n.4. & in dicta Aesina fidei-
commissi 28. Iunij 1652. §. descendensia coram me*. Atque
hic vbi nulla concurrit iuris resistentia remanet probata
58 † descendentia cum scilicet ex prædictis instrumentis, &
59 Testium depositionibus, † & quidem per gradus distinctos
euidentissimè deducatur, *d. cap. licet ex quadam 47. de Te-
stib.* Rota *decis.185. num.4. part.1. diuers.* coram Duran. *de-
cis.8. num.5.* penès Peniam *decis.1550. num.2.* apud Butatt.
decis.147. num.2. coram Comitolo *decis.141. num.3. & in
præcitata Placentina Bonorum §. ex quibus coram me.*
Et ità vtraque parte informante &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo Papien.

Neapolitana Pecuniaria.

Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Subhastatio est penitus nulla, quando fuit facta à Iudice, seu Commissario, qui penitus persona priuata erat; Et hoc multò magis si adsint plures nullitates, veluti citationis, & aliarum substantialium solemnitatum, subhastatio si sit facta sine tribus oblatoribus, est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicialia gesta ab eo qui nulla penitus habet iurisdictionem, sunt omnia nulla.*
2 *Attentata sunt omnia quæ veniunt ab actu attentato.*
3 *Attentata dupliciter possunt dici ea, quæ sunt gesta sine Iurisdictione, & non seruatis terminis.*
4 *Executor attentatè procedit quando non obseruat contenta in mandato.*
5 *Executor merus nulliter cognoscit de exceptionibus iudicialibus.*
6 *De Attentatis, quando constat omnia debent in pristinum reduci.*
7 *De Possessione anteriori docens ipse est manutenendus.*
8 *Executor nulliter, & iniustè procedens, non priuat possessorem sua possessione.*
9 *Subhastatio nulla, illa satis dicitur, si laboret pluribus defectibus.*
10 *Ad subhastationem, & ad venditionem, quando fuit deuentum sine citatione debitoris, non potest saluari à vitio nullitatis.*
11 *Citationis defectus in præiudicialibus, est insanabilis.*
Citatio in subhastatione est necessaria num.11.
Citatio continet naturale defensionem num.11.
12 *Citatio, tamquam necessaria numquam censetur sublata.*
13 *In subhastatione ad minus tres requiruntur licitatores.*
14 *Subhastatio, vt valeat debet assignari debitori congruum tempus ad reluendum debitum.*
15 *Subhastatio necesse est, vt valeat, quod pecunia numerata præsens sit.*
16 *Attentata an obstent, quando fuerunt gesta non ad instantiam partis, sed proprio Marte Iudicis.*
17 *Limita stante ratificatione.*

DECISIO IX.

CONcesso per Rotam mandato de manutenendo Monti Roberto in quasi possessione exigendi annuos ducatos 60. pro fructibus recompensatiuis, & illius vigore etiam executiuo pro ducatis 551. ratione fructuum decursorum, & non solutorum contra Franciscum Galibertum, fuit illud expeditum, & successiuè pro parte eiusdem Montis præsentatum in Ciuitate Neapolis Antonio de Rubeis personæ priuatæ, & simplici Presbytero, qui tanquam illius executor in Commissarium Ioannem Baptistam Caputum deputauit, cum amplissima facultate procedendi ad subhastationem, & venditionem bonorum dicti Galiberti, & de pretio ex illius redigendis sibi priùs de suis dietis alijsque impensis per ipsum faciendis, postmodum dicti Monti satisfaciendi; Processit dictus Caputus Commissarius ad plures actus, & decreta exorbitantia, sequestrando pecunias, & bona dicti Galiberti, examinando Testes relaxando mandata contra Conductores comminando censuras, subhastando furnum, & massariam pro pretio scutorum 450. aliaque temere attentando, quæ omnia cum hodie prætenderet Galibertus tanquam attentata reuocanda esse: Ideò fuit datum Dubium, An constaret de attentatis, quæ veniant reuocanda, & Francisco dandum esse mandatum de immittendo. Quo hodie proposito DD. ad vtramque illius partem responderunt affirmatiuè: Respectu enim primæ partis visa fuerunt satis clara attentata, quia executio dicti mandati directa fuit Vniuersis specialem, & ordinariam Iurisdictionem exercentibus;
Ergo non potuit † illa peti ab Antonio de Rubeis priuata
persona, † & iurisdictione prorsùs carente *ad tradita per* 1
Modern. Perus. de subhast. inspect.16. num.15. & seqq. & con-
sequenter gesta per dictum Antonium siue eius † Com- 2
missarium sunt omnia attentata, Rot. *in recent. decis.342.
num.1. & 2. part.4. decis.283. num.1. post secund. volum.
Farinacc.*

Præterea animaduertebant etiam Domini, quod & qua-
tenùs executor † iurisdictionem habuisset attentasse dicere- 3
tur, ratione plurium excessuum quos eum commisisse non
fuit dubitatum dum ad sequestra deuenerit, nedum pro
debita Montis, sed etiam pro suis dietis, censuras rela-
xauit, pecunias occupauit bona distraxit, ista namque
omnia manifestum continent excessum, † quia in manda- 4
to Rotali non fuit data facultas similia exequendi, & re-
gulariter Reo se in actu executionis opponenti, † Execu- 5
tor non debet adulteriora procedere, nec cognoscere de
Causis Contradictionum alias omnia remanent vitio atten-
tatorum affecta, Felin. *in cap. cum olim il 1. num.7. de offic.
delegat.* Bald. *in l. super quæst. num.1. eod. titul.* Lancell. *de
attent. part.1. cap.1. num.34. cum seqq.* Vestr. *in prax. lib.8.
cap. vltim. num.16. vers. & quamuis*, & dixit Rota *in recent.
d. decis.342. num.1. & 2. part.4. & in Auenionen. Decimarum
2. Maij 1644. coram R.P. D. meo Peutingerio, & in Craco-
uien. fundationis 3. Iunij 1652. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano, §. Item licet.*

Firmatio itaque attentatis illa veniant in primis, & ante
omnia reuocanda, † ac omnia in pristinum statum reducen- 6
da, *cap. non solum de appell. in 6.* Lancell. *de attent. appellat.
pend. in præfat. num.86. & seq.* Rot. coram Butatt. *decis.74.
sub num.1.*

Nec non Francisco Galiberto dandum esse mandatum de
manutenendo, quia de eius anteriori possessione † satis 7
constat ex dd. sequestris, & ex executione contra ipsum
obtenta, Rota post. Mangill. *de subhast. decis.106. sub num.3.
§. Cæterum.* Nec ea priuari potuit † facto executoris nulli- 8
ter, & attentatè procedentis, *Rota in Caluien. Præpositura
1. Iunij 1648. coram me, §. non obstat quod arma, & in Pisau-
ren. Parochialitatis 11. Februarij 1650. coram Reu. P. D. meo
Verospio, §. neque poterit.* Maximè cùm tam † in subhasta- 9
tione quam in venditione bonorum plures interuenerint
nullitates: Et primò, quia ad illius deuentum fuit minimè
citato † Francisco, qui Citationis defectus insanabilis di- 10
citur Rot. *in Ianuen. Separationis Thori 28. Iunij 1648. co-
ram me*, & solemnitas citationis tanquam de iure † neces- 11
saria, & concernens naturalem defensionem, numquam
† sublata dicitur intelligitur *ad text. in l. Creditor C. de di-
stract. pignor.* Afflict. *decis.358. num.3. Rota in Comen. Di-
smembrationis 22. Iunij 1648. coram Eminentiss. D. Cardinali
Corrado, §. quia non video.*

Secundò quia non adfuerunt † tres licitatores, sed vnus 13
tantum *Modern. Perus. de subhast. inspect.23. num.3.* quia
non fuit assignatus terminus requisitus à iure ad reluendum
bona, nempè vnius mensis, cuius defectus pariter nulli- 14
tatem causat, idem *Modern. Perus. de subhastat. inspect.24.
num.76. & seqq.* Et denique non interuenit pecunia nume-
rata † pariter ad validitatem subhastationis necessaria, *l. à* 15
Diuo Pio §. sed si Emptor num.4. ff. de rei vend. Grat. *discept.
forens. cap.7. sub num.4. & 6. & cap.321. num.4.* Mangill. *de
subhast. quæst.13. num.1. & quæst.61. num.7. Modern. Perus. eod.
tract. inspect.37. num.1.* vbi plures alios cumulat.

Non obstat vocata Montis Roberti exceptio quod d. atten-
tata commissa † fuerint non ad instantiam ipsius, Montis sed 16
proprio Marte Caputi Commissarij: Quia cum manda-
tum Rotale fuerit per Montem exhibitum Antonio de
Rubeis, qui litteras patentes expediuit, & in illis Caputum
Commissarium deputauit, vtique gesta à dicto Commis-
sario dicuntur gesta ad Instantiam Montis, qui mandatum
præ-

præsentauit; Ita quod dum Mons habita Notitia de Grana-
17 minibus Francisco † illatis, & attentatis per Commissarium
commissis, nec illis renunciauit ratificasse censetur, & con-
sequenter illa semper veniunt reuocanda, Rota coram san.
mem. Gregor. XV. *decis. 531. num. 9. decis. 596. num. 1.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana fideicommissi de Marianis.

Die Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Filius grauatus restituere hæreditatem, dum non confecit inuentarium, & probatur bona alienasse, præsumitur sibi satisfecisse de sua legitima; Decoctio alicuius, ex quibus non censetur iustificata. Filiæ exclusæ à Statuto faciunt numerum ad augendam legitimam fratrum.

SVMMARIVM.

1 *Filius hæres Patris, alienando bona hæreditaria, præsumitur de sua legitima sibi satisfecisse, si non confecerit inuentarium.*
2 *Mulier de Iure tenetur in subsidium dotare filiam.*
3 *Legitima post detractum æs alienum, est detrahenda.*
4 *Decoctio, non sufficit allegare, sed est concludenter probanda.*
5 *Sententia non afficit creditores non citatos.*
6 *Quod multò magis procedit si aliqui creditores fuerunt citati, & nullus comparuit.*
7 *Bonorum discussio, quando probet decoctionem.*
Fraus præsumitur inter virum, & uxorem in præiudicium tertij num. 7.
Collusio præsumitur inter virum, & uxorem n. 7.
8 *Sententia nulla attenditur sine actis.*
9 *Argumentum de Patre ad filium, in qualitatibus accidentalibus, firmum statum non habentibus.*
10 *Mulieris confessio facta de sua dote, non præiudicat tertio, nec ab ea causam habenti.*
11 *Legitima debetur filijs non ex prouisione parentum, sed iure naturæ, & prouisione legis.*
12 *Ad assecurationis Dotis effectum, quid sufficiat.*
13 *Maritus, sufficit vt incipiat ab vti substantia sua, vt sit locus assecurationi Dotis.*
14 *Probationes æquiuocæ nullum gradum probationis faciunt, & num. 15.*
15 *Bona plura, quod quis reliquerit patet ex eius Testamento.*
16 *De materia vna ad aliam, sicut nec ad tempus non benè infertur.*
17 *Fœminæ etiam exclusæ à Statuto, faciunt numerum ad augendam legitimam Masculorum.*
18 *Quod procedit etiam ad augendum legitimam Parentum.*
19 *In legitima Patris, & Matris eadem viget ratio, & ideò idem ius statui debet.*
22 *Fœminæ, licèt faciant Partem pro augenda legitima masculorum, tamen ipsæ non admittuntur ad ipsam partem.*
23 *Pater succedit in ius liberorum.*
24 *Fructus census vitalitij ad cuius formam sint computandi.*
25 *Vsusfructus qualiter sit computandus pro legitima statuenda.*
26 *Alienationes primæ factæ à filio grauato, semper imputantur in legitimam.*
27 *Fundus dotalis non transit in dominium mariti.*
28 *Dotales, quod sint aliqui fundi, ex quo satis dicitur constare.*
29 *Fundi dotales, quando sunt dati in dotem, tunc eius æstimatio non inducit emptionem, & venditionem.*
30 *Amplia, si ius quantitatis fuerit in primis expressum.*
31 *In Dotem fundus datus, an faciat emptionem, necne ad id probandum, admittuntur etiam coniectura.*
32 *Ex obseruantia subsecuta. benè deducitur mens contrahentium ab initio, & num. 33.*
34 *Obseruantia etiam particularis adiuuat ad assequendam mentem contrahentium.*
35 *Fructus dotales spectant ad virum, non ad vxorem.*
36 *Fundus Dotalis censetur ab initio datus in dotem, si Vxor illum tamquam talem recuperauit.*
37 *Confessio contra confitentem, & habentes causam ab eo, probat.*

DECISIO X.

OBtenta per Corneliam Alicornam immissione coram
Reuerendissimo D. meo Decano super bonis contro-
uersis vti subiectis fideicommisso q. Claræ, & Marij Con-
iugum de Marianis, possessis à Papinis vti Creditoribus quo-
rundam Censuum impositorum ab Antonio filio dictorum
fideicommittentium primo hærede grauato, fuit postmo-
dum reuocata coram Reuerendiss. P. D. meo Royas, &
concessa reintegratio ijsdem de Papinis, vtpotè quia eorum
census sustinerentur pro detractione legitimæ Antonij,
si non paternæ, quia † consumpta præsumebatur ex præ- 1
cedentibus alienationibus, non docto de legitimo Inuen-
tario, saltem maternæ, pro cuius rata bona controuersa ab
vtroque Iugali prouenientia distrahere potuit, ex deductis
*in decisionibus coram dicto R. P. D. meo Royas exaratis, pri-
ma sub die 1. Martij 1649. altera 27. Iunij 1650.*

Hinc interiecta per Corneliam appellatione, & causa
mihi commissa, dubitaui, an hæc vltima sententia esset
confirmanda, vel infirmanda, & pro infirmatione pro
parte Corneliæ deducebatur decoctio Marij confidei-
committentis, qua data, residuum dotis Ersiliæ commu-
nis filiæ in scutis mille detrahendum esset ex bonis Claræ
† vti obligatæ tam in eodem Instrumento, quàm ex officio 2
Materno, ad text. *in l. neque Mater Cod. de iur. dot.* Cra-
uett. *cons. 77. num. 3.* Seraph. *decis. 58. num. 5.* cum alijs alle-
gatis *in Anconitana Bonorum 25. Februarij 1647. coram R. P.
D. meo Bichio;* Prout & alij duo Census in sorte scut. 600.
vnà cum viro contracti de anno 1579. & 1580. quæ sicuti
valdè minuerent hæreditatem Claræ, ita & Antonij legiti-
mam, † non prius deducendam, quam detracto ære alieno, 3
l. Papinianus §. 4. ff. de inoffic. testam. vbi DD. Merlin. *de le-
git. lib. 1. titul. 1. quæst. 1. num. 2.* Rota coram Seraphin. *decis.
976. num. 4. & in Romana fideicommissi de Candidis 26. Iunij
1651. §. 2. coram R. P. D. meo Verospio.*

Verùm allegata decoctio † non visa fuit DD. sufficienter 4
iustificari; Nam sententia immissionis pro recuperatione
suarum dotium ab vxore reportata ob vergentiam viri ad
inopiam, non est in forma probanti, † nec afficit Credi- 5
tores non citatos, Bart. *in l. si constante num. 8. 10. ff. matr.*
Cyn. *in l. vbi adhuc num. 19. C. de iur. dot.* Gratian. *discept.
forens. cap. 479. num. 10.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2.
part. 3. num. 36. cum seq. Rota in Auenionen. Saluiani 8. Mar-
tij 1652. §. assertio autem in fine coram R. P. D. meo Bichio,*
etiamsi aliqui citati † fuerunt, si nemo comparuit, vt fuit 6
dictum *in Romana Dotis 17. Februarij 1653. coram eodem.*

Nec refert ibi supponi factam discussionem bonorum Vi-
ri; Nam hæc solùm præiudicat cæteris Creditoribus, quan-
do fuit facta cum legitimo contradictore, † secus si inter 7
virum, & Vxorem, inter quos oritur suspicio fraudis, &
collusionis, Bart. *in l. item stipulatio §. habet num. 4. ff. de nou.
oper. nunciat.* Roman. *cons. 411. num. 4.* Socin. sen. *cons. 24.
num. 19. lib. 1.* Paris. *cons. 50. num. 46. vol. 1.* Guidop. *decis. 432.*
Gaill. *lib. 2. obseru. 27. num. 10.* Hæc iustificatur ex actis, sine
quibus sola sententia non attenditur, † *cap. inter cæteras de* 8
re iudic. Mantic. *decis. 11. n. 6. & decis. 260. num. 7. part. 1. rec.*

Adminicula verò ad eam comprobandam deducta, visa
sunt irreleuantia, quale est primum super decoctione Hip-
polyti Patris Marij, ac executorialibus contra eundem
Marium vti eius hæredem relaxatis, cum non procedat
† argumentum de Patre ad filium in his qualitatibus acci- 9
dentalibus firmum statum non habentibus, *l. si verò §. qui
pro rei qualitate ff. qui satisd. cog.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6.
præsumpt. 28. num. 5.* Confessio autem Claræ superinde
emissa in transactione facta cum possessore vineæ sibi pro
restitutione suæ dotis obligatæ † nullum præiudicium in- 10
ferre potuit Antonio, aut ab eo causam habentibus in
petitione legitimæ, ei ex propria persona debitæ, & nulla
Parentum depositione, † sed iure naturæ, & ex proui- 11
sione legis, *l. scimus §. illud Auth. nouissima C. de inoffic.
testam.* Et cum † ad effectum assecurationis dotis solùm
sufficiat, quod Maritus inciperet malè vti substantia sua,
vel esse † suspectum de dilapidatione, Barbos. *in l. si con-* 13
stante num. 130. Mastrill. *decis. 142. num. 3.* Giurb. *decis. 16.
num. 1.* Gail. *obseru. 83. num. 3.* Fontanell. *d. gloss. 2. num. 22.*
Rota *decis. 292. num. 1. part. 1. recent.* Ad id referri possunt

tam

14 tam fententia fuperindè lata, ac quæuis † alia confeffio mu-
15 lieris, quæ proindè tanquam æquiuocæ nullum † faciunt
gradum probationis, *cap. in præfentia de probat.l. neque na-
tales C. eod.tit.l.non hoc C. Vnde legitim.*
Hoc igitur decoctionis Marij prætermiffo fundamento,
contra quod etiam plures vrgebant coniecturæ à Papinis
allatæ, & fignanter quod poft dictam fententiam Marius
16 plures contractus inijt, ac plura † bona reliquit, vt patet
ex illius Teftamento, & ex fententia fauorabili à Papinis
reportata. Vnde conuincitur non benè inferri in hac ma-
teria de vno tempore ad aliud, etiam in eadem perfona,
vt docet Bart. *in l. ex diuerfo §. vlt. num.9. ff. folut. matrim.*
Franc. Aret. *in l. decem num.4. ff. de verb. oblig.* Salyc. *in l. non
eft neceffe ff. de probat.* Menoch. *de præfumpt. lib.6. præfumpt.
25. num.9.* Ex alio DD. refponderunt pro infirmatione
17 fententiæ, nimirum quia calculata † etiam integra dote
Materna confiftente in fcut.8500. Triens filijs debitum pro
legitima afcendit ad fcuta 2800. in tres partes fubiudicanda,
nempè in Antonium mafculum, & duas forores, quæ non
obftante Statuto fœminarum excluſiuo, faciunt nume-
18 rum, † & partem ad impinguendam parentum hæredita-
tem, & fideicommiffum, vt articulo maturè difcuffo,
recedendo à contraria *decif.226. part.1. recent.* firmatum
fuit in *Romana de Lante prius coram Aldobrandino, po-
ftea Clem.VIII. deinde coram Coccino impreff. apud Mo-
dern. Brifighellen. ad Stat.Vrb. decif.98. & 100. & in
Romana fideicommiffi de Candidis 26.Iunij, & 1. Decem-
bris 1651. coram Reu. P. D. meo Verofpio*, fiue agatur de
19 hæreditate Patris, fiue Matris, † eadem vtrobique
vigente ratione, vt reprobata contraria opinione, Caftr.
conf.286. num 4. dixit Rota *in Ciuit. Caftel. fupplem. legitim.
4. Martij* 1614. coram Card. Lancellotto, *& decif.137.
num.13.14. part.6. recent.* Non attentis affertis illarum
renunciationibus, quia non probantur ex fola enuncia-
20 tiua † facta à Patre in Teftamento, & in dubio præfumun-
tur factæ fauore Patris in dotis, & expenfarum remune-
rationem, adeout faciant partem in computatione legiti-
mæ, fed non admittantur ad partem, earumque portio
21 non accrefcat alijs fratribus, fed impinguet † Patris hære-
ditatem, ac veniat in reftitutione fideicommiffi, iuxta ori-
ginalem doctrinam Petr. Iacob. *in tit. de condit. ex l. omni-
moda*, quem fequuti funt Boer. *decif.104. per tot.* Guidop.
quæft.295. vbi Add. firmant nullam conftitui differentiam
22 inter filiam renunciantem, & à Statuto exclufam, Pafchal.
de iur. patr. pot. part.2. cap.4. num.25. Vinc. Franch. *decif.
548. in princ.* Bellon. *de iur. accrefc. cap.5. quæft.48. num.19.*
Craff. *in §. legitima quæft.7. in fine*, Facbin. *controu. iur. lib.4.
23 cap.31. verf. quarta conclufio*, vbi quod Pater † fuccedit in
ius liberorum, Gail. *obferu.122. num.17. lib.2.* Surd. *decif.
252.* Peregr. *de fideicom. art.38. num.11.12.* Vnde legitima
Antonij redditur fcut.944. baioc.44. ab eo confumpta per
alienationem Domus in Regionem Sancti Euftachij fundi
dotalis Claræ eius Matris, factam de anno 1603. pro fcu-
ta 5300. ex quibus fatisfacta Erfilia forore de integra fua
dote, & fructibus, folutifque alijs debitis Emptori accol-
latis, Antonius faffus in fe liberè recepiffe fcut.700. *Summ.
Alicorna num.11. Litt. A. & B.* quæ iunctis fructibus
24 † Cenfus vitalitij fcut.1000. dotalis eiufdem Claræ in legi-
timam imputandis, ad formam *l. hæreditatem ff. ad leg.
falcid.* vt in terminis vfusfructus computandi pro legitima
25 † ftatuenda, tradunt Peregr. *conf.76. num.7. lib.3.* Mare-
fcott. *var. refolut. lib.2. cap.86. num.14.* Seraph. *decif.1365.
num.14.* Merlin. *decif.877. num.9. & decif.47. num.10. &
feqq. part.6. recent.* Abforbent integram legitimam An-
tonij, ac ideò pofteriores cenfus illorum de Papinis con-
26 tracti de † anno 1604. & 1605. prorfus corruunt, cùm
femper primæ alienationes cadant in caufam legitimæ, *l.
Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell.* Alexand. *conf.178. num.4.
lib.5.* Ruin. *conf.135. num.11. lib.3.* Peregr. *de fideic. art.39.
num.4.* Surd. *decif.170. num.10.* Rota coram Gregor. *decif.
580. num.2.*
Neque ifta ratio fauet Papinis pro fubfiftentia alterius
Cenfus anterioris de anno 1598. quia non fuit impofitus ab
Antonio fuper bonis dotalibus Matris, fed fuper bonis Pa-
27 ternis, adeòque † folum in caufam legitimæ Paternæ ab
eo tamen iam vt fupra confumptæ cadere poteft, nec pro
eo cenferi poffunt obligata bona materna, quæ cùm effent
fundi dotales, numquam tranfierunt in dominium Mariti,
l. in rebus C. de Iur. dot. Arius Pinell. *in l.1. part.13. num.12.
C. de bon. mater.* Hyp. Rim. *in princ. inftit. quib. alien. lic. vel
non num.17.* Barbof. *in l. dotalem num.1. ff. fol. matr.* Fonta-
nell. *de pact. nuptial. claus.5. gloff.8 part.13. num.19.*
Quod autem dos Claræ confifteret † in fundis dotalibus, 28
expreffè liquet ex ipfo Inftrumento Matrimoniali, in quo
licèt promiffio fit in quantitate, tamen dicta *Domus, &
Cenfus* data fuerunt in fundum dotalem, quo cafu fubfe-
quens rei † æftimatio non inducit emptionem, & vendi- 29
tionem, Honded. *conf.77. num.6. lib.2.* Becc. *conf.42.* Grat.
difcept. forenf. cap 489. num.2. Conar. *pract. quæft. cap.28. n.3.
Modern. Panorm. refp.49. num.5.* Mantic. *de tacit. lib.12. tit.
28. num.7.* Præfertim cùm ante expreffionem alicuius quan-
titatis, † præcefferit conftitutio fundi dotalis, vt ibi, & pro 30
eiufdem Claræ dote, & dotis, ac fundi dotalis nomine da-
re, & foluere fcut.5500. in tot bonis ftabilibus, & pecu-
nijs, prout ex nunc eidem dedit, & dat in fundum do-
talem, & pro parte dotis Domum vnam &c. ex quibus bo-
na dicuntur effe nedum in folutione, fed etiam in obliga-
tione, Mantic. *de tacit. lib.12. tit.28. num.26. Rot. in Vrbe-
uetana Legati 4. May 1647. §. tum ex alijs coram Reu. P. D.
meo Bichio.*
Et quia non minus in hac materia admittatur plena pro-
batio, † quam etiam ex coniecturis, Barbof. *in l. æftimatio* 31
num.29. ff. fol. matr. Trentacinq. *lib.1. tit. de iur. dot. ref.1.
num.25.* Fontanell. *loc. quo fupra num.30.* Gratian. *cap.89. n.2.*
in præfenti ponderabatur, quod fcut.1200. foluta in pecu-
nia numerata ad computum d. dotis ftatim fuerunt inueftita
in alia domo, † cum expreffa declaratione, quod ftaret pro 32
fundo dotali, ex qua obferuantia benè colligitur, qualis
vfque ab initio fuerit † mens contrahentium, *l. quædam ff.* 33
de reb. dub. l. quoties C. de iur. dot. Gabr. *conf.60. num.1. lib.2.*
Mantic. *d. tit. 28. num.27* Et licèt particularis iuuat etiam
ad cognofcendam naturam aliorum bonorum, ex eadem
caufa, & fub eodem nomine fundi dotalis affignatorum,
ne res † vnica diuerfo iure cenfeatur, Non. *conf.52. num.7.* 34
Giurb. *ad Confuet. Meffan. cap.15. gloff.1. num.24. Rot. in Bo-
nomen. dotis 16. Nouemb. 1643. §. at in cafu coram bon. mem.
Merlino & in d. Vrbeuetana Legati §. eo magis coram R.P.D.
meo Bichio.* Prout etiam refpectu cenfus, eius fructus fue-
ctus fuerunt exacti à marito vigore mandati poftmodum ab
vxore reportati, quod fuiffet fruftratorium, nifi pariter hu-
iufmodi † cenfus fuiffet fundus dotalis, quia alias fructus fpe- 35
ctaffent ad virum iure proprio, ac titulo dominij, ex præce-
denti dotis conftitutione acquifiti, *ad text. in l. quoties C. de
rei vindic. cum vulg.* Ac demum fub eodem nomine fundi
dotalis mulier hæc † bona recuperauit, idemque expreffit 36
Antonius in venditione domus, cuius confeffio præiudicat
† quibufcumque ab eo caufam habentibus, Mohedan. *de-* 37
cif.5. de confeff. Coccin. *decif.152. num.1.* Rota apud Modern.
Foroliuien. de pignor. *decif.105. num.9.*
Et ità caufa pluries propofita, & vtraque Parte Infor-
mante fuit refolutum.

*Fuit receffum ab hac decifione fub die 12. Iunij 1660. erit in-
frà fuo loco.*

R. P. D. P R I O L O.

Licien. Cenfus.

Die Veneris 7. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Cedula Bancharia cùm habeat vim folutionis, ideò
admittitur in creatione Cenfus, cùm in ea requi-
ratur vera numeratio pecuniæ, fecus verò fi fit
ordo fimplex ad exigendum, & adducitur ratio
diuerfitatis. Promiffio, quod debeantur damna,
& intereffe, in cafu nullitatis Cenfus, quando va-
leat, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Immiffio, vt detur in vim Saluiani, quid neceffariò fit
probandum, & num.2.*
3 *Immiffio in vim Saluiani non datur, fi non conftet de
credito.*
4 *Cenfus, vt dicatur validè conftitutus, in ipfius creatio-
ne eft neceffaria pecunia numeratio.*
5 *Cedula Bancharia habet vim folutionis, & admittitur
tamquam vera numeratio in conftitutione Cenfus.
Ita vt cenfeatur adimpleta Conftitutio Piana, volens
veram numerationem in creatione Cenfus.*

6 Ordo

6 *Ordo simplex pecuniarum non habet vim solutionis ad validum Censum creandum.*

7 *Cedula Bancharia per Campsorem subscripta, & per venditorẽ Census acceptata est irreuocabilis, & quare.*

Et ideo tunc talis cedula habet vim solutionis, & admittur validè in Constitutione Census.

8 *Ordo simplex ad exigendum continet tantum mandatum ad exigendum.*

Ordo simplex ad exigendum potest per ipsum dantem reuocari.

9 *Vel præuentiua exactione talis ordo eludi per dantem.*

Vnde non habetur pro vera solutione, quæ requiritur in constitutione Census, num. 10.

10 *In Census constitutione, si non interuenerit numeratio pecuniæ, an valeat, dum intrà paucos dies fuit numerata.*

11 *Promissio in casu nullitatis, & inualiditatis Census, quod debeat restitui sors, vna cum fructibus an valeat.*

12 *Immissio vigore Saluiani super fundo censuali, an detur si Census sit nullus ob defectum numerationis pecuniæ.*

14 *Census impositio est nulla dum in ipsa creatione, non interuenit pecunia numerata, quamuis posteà absque fraude interuenit.*

15 *Forma, quando est constituta, & maximè ad excludendas fraudes, est præcisè obseruanda.*

16 *Numerationi pecuniæ in constitutione Census non dicitur satisfactum, traditione Ordinis, seu Mandati ad exigendum reuocabilis.*

17 *Ordo ad exigendum multò minus deseruiet pro vera numeratione pecuniæ, post celebrationem instrumenti Census, datus.*

19 *Decisio in causa Romana Saluiani 30. Ianu. 1636. coram Verospio declaratur, & num. 12.*

20 *Pecunia dotalis est inuestienda.*

21 *Nobilitas non excludit potentiam fraudandi.*

22 *Nobilitas non supplet defectum numerationis pecuniæ in ipsa creatione Census.*

Actualis solutio post creationem Census, non iuuat, n. 22.

23 *Stipulatio damnorum, & interesse in casu nullitatis Census tunc valida est, quando Census est nullus ex defectu materiæ.*

Nempè, quia fundus super quo est impositus Census, non est liber, vel incapax.

24 *Stipulatio pro damno, & interesse in casu nullitatis Census non ligat, quando Census est nullus ex defectu formæ.*

Nempè ob non seruatam formam Pianæ Constitutionis.

25 *In Censu nullo ex defectu materiæ quare debentur damna, & interesse stante promissione.*

26 *Ludouis. decis. 560. fauore speciali pupillorum habet locum, & ex quadam æquitate.*

28 *Census, quando est nullus ex defectu formæ non debentur fructus loco damnorum, & interesse.*

29 *Quamuis adsit promissio imò, nec à spontè dante, sumi possunt.*

30 *Census, quando est nullus ex defectu materiæ, veluti si fundus non sit liber, tunc ex Constitutione Piana non videtur adeò clara nullitas.*

31 *Quia potuit esse liber, de tempore creationis Census, vel euictio sequi in scio creditore.*

32 *Census quando est nullus ex defectu formæ, tunc funditus est nullus ipse Census.*

33 *Quia partes scienter contrauenerunt ipsi Pianæ Constitutioni, puta quia nõ interuenit pecunia in creatione ipsius.*

34 *Et tunc non debentur fructus, nec ex promissione.*

DECISIO XI.

FVit coram me resolutum sub die 18. Maij anni præteriti,
DD. Didaco, & Beatrici Coniugibus de Acquauiua petentibus immissionem in Saluianum pro fructibus Census
ducat. mille super Massaria Censuata per Iosephum del Recho detentata concedendam esse pro rata ducatorum 150.
pro reliquis verò denegandam.

Ratio resolutionis primæ partis fuit quia pro dictis duc.
150. plenè probata fuerunt per Actores omnia in hoc Iudicio
1 necessaria, nempè † creditum cũ hypotheca, anteriori possessio debitoris, & posterior rei conuenti, quibus concurren-
2 tibus † locus est Saluiano, vt pluries responsum fuit coram
san. mem. Gregor. *decis. 452. num. 6.* coram bon. mem. Merlin.
*decis. 487. num. 1. in Romana Saluiani 4. Maij 1644. coram
R. P. D. meo Verospio, & in Ciuitatis Plebis Saluiani 1. Iulij
1647. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio, ac in alijs.*

Posterioris verò partis, causa fuit ratio quia pro duc. 850.
non † constabat de credito, nam ex lectura Instrumenti 3
dicti Census apparet eas non fuisse actualiter numeratas, vt
pro forma requirit Constitutio Piana super Censuum creatione † in §. *rursus*, sed fuisse traditum simplicem ordinem 4
directum Banco S. Mariæ de Populo Ciuitatis Neapolis, qui
non æquipollet veræ, & actuali numerationi. Quamuis
enim Cedula † Bancaria habeat vim solutionis, & per eam 5
censeatur adimpleta eiusdem Constitutionis forma, *vt præter allegatas in alia decis.* dixit Rota coram Puteo *decis. 195.
num. 1. decis. 290. & decis. 291. num. 2.* secus † tamen est in 6
simplici ordine.

Et ratio diuersitatis affertur q. Cedula Bancaria per Campsorem subscripta, & venditorem Census † acceptata trans- 7
fert dominium pecuniarum in acceptantem, & ob eius irreuocabilitatem omnem fraudis, suspicionem excludit, quæ
sanè non operatur † simplex Ordo continens dumtaxat 8
Mandatum ad exigen. quod potest per emptorem mediante
nouo ordine † reuocari, vel præuentiua exactione deludi, 9
*vt ex alijs fuit ponderatum in Romana Saluiani 31. Ian. 1646.
coram R. P. D. meo Verospio, §. non obstat, & seq. ac in d. præcedenti decis. coram me, §. pro alijs vers. secus vero, &c.*

Cùm autem prædicti Coniuges resolutioni secundæ partis non acquiescerent, duo hodie pro recessu à decisis excitarunt obiecta.

Alterum quod licèt non constet de numeratione dd. ducat. 650. in actu impositionis, tamen apparet fuisse realiter
solutos biduo post celebrationem † in ipso instanti impositionis *iuxta punctualem decis. in d. Romana Saluiani 31. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in qua similis ordo
fuit admissus pro sustinendo Censu.*

Alterum quod in casu nullitatis, & inualiditatis d. Census † ex quocumque Capite venditores promiserunt resti- 11
tuere sortem vnà cum interesse, *vt in terminis Census inualidi ex defectu numerationis pecuniæ*, dixit Rot. coram
san. mem. Gregor. *decis. 564. num. 3. in fin. vers. non obstat,
quod dicitur, & seqq.*

Pro quibus etiam † competit Saluianum, vt fuit di- 12
ctum coram Cardinale Seraph. *decis. 935. num. 1.* & coram
bon. mem. Merlin. *decis. 487. num. 9. ac in alijs.*

Verùm ad primum respondebant DD. quod licèt ducati
850. fuerint re vera soluti, & nulla † in contractu fraus in- 13
tercesserit. Nihilominùs Census impositio valida reputari
non posset, quia prædicta Constitutio requirit † numera- 14
tionem de tempore impositionis pro forma ad excludendas
fraudes, non solùm actu interuenientes, † sed etiam possi- 15
biles, qua ratione eadem forma nunquam censetur adimpleta per traditionem ordinis, seu mandati ad exigen- 16
dum reuocabilis, *vt dictum est*, minusque post solutionem
per celebrationem † Instrumenti sequutam, vt post anti- 17
quiores probant Honded. *cons. 25. num. 34. lib. 1.* Gratian. *decis. Marchiæ 224. per tot.* Cenc. *de cens. quæst. 50. num. 16.
& seq.* Duard. *eod. tract. §. 2. quæst. 9. num. 3. & seq. ac num. 9.
Rota in Romana Census 12. Maij 1625.* coram bon. memor.
Merlino inter eius impress. *decis. 173. num. 3. & 6. cum alijs
relatis in præcedenti decisione huius causæ, quia huiusmodi descriptio, &c.*

Nec aduersatur decisio *in d. Romana Saluiani 30. Ianuarij
1646. coram R. P. D. meo Verospio.*

Quia Rota admisit similem ordinem in eo casu tantum 19
ex æquitate (vt ibi declaratur) ob plures circumstantias
† quæ in proposito deficiunt, ac proindè non applicatur. 19

Minus releuat, quod pecunia esset dotalis Beatricis emptricis, † ideòque inuestienda. Quodque contrahentes gene- 20
ris nobilitate fulgerent; Quia huiusmodi circumstantiæ,
præterquod non excludunt potentiam fraudandi non † sup- 21
plent defectum numerationis in actu impositionis requisitæ,
nec maiorem efficaciam præseferunt, quam ipsa actualis solutio † post impositionem facta, quæ nihil suffragatur ex Iuribus supra allegatis.

Ad secundum verò obiectum fuit responsum stipulationem damnorum, & interesse in casum nullitatis tunc † de- 23
mum censeri commissam, quando Census est nullus ex defectu materiæ, nempè fundi liberi, & capacis non ex defectu formæ, scilicet ob non seruatam formam Pianæ Constitutionis, † iuxta distinctionem traditam per Cenc. *de 24
cens. quæst. 88. sub num. 15. vers. Ego verò, &c.* quam prius
deduxit Rot. coram Card. Seraph. *decis. 787. sub num. 10.* &
apud eumdem Cenc. *decis. 60. num. 6. ac complexa fuit in Romana*

mana

mana Saluiani 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Verospio, §. siquidem constat vers. quinimo.
Primò, enim casu sustinetur dicta promissio, & fructus
25 debentur loco † damnorum, & interesse, vt responsum fuit
in *recent. decis. 46. num. 4. part. 7.* & coram Merlin. *d. decis.*
487. *num. 9.* in quibus terminis intelligenda est *decis.* san.
26 mem. Greg. 564. *in obiecto allegata*, quæ principaliter ema-
27 nauit ob nullitatem ex iure, & speciali fauore † Pupillorum
propter dispositionem Statuti, vt deducitur ex præcedenti
decis. 560. num. 4.
Secundò verò casu (qui est noster) huiusmodi stipulatio
28 non attenditur, † nec sustinetur fructusque nullo modo
peti, nec percipi possunt etiam à sponte soluente, vt in ter-
29 minis † Census impositi non præsente pecunia, firmauit
Rot, *in Romana Census de Marinis 3. Aprilis* 1602. coram
Cardinale Sacrato apud Cens. de cens. *decis. 119. num. 3. ac*
in d. Romana Census coram Merlin. *decis. 173. num. 6.*
Et sanè rarinnabilis, & æqua est prædicta distinctio,
30 nam † in primo casu quo Census corruit ex defectu materiæ
ob fundum non liberum, vel emphyteoticum alienari pro-
hibitum, non videtur adeo clarè controuentum Constitu-
31 tioni † cum de tempore impositinnis, potuerit reputari li-
ber, & euictio, sequi ignorante Creditore, *vt fuit ponde-*
ratum in Romana Census 10. *Iunij* 1641. *coram Reu. P. D. meo*
32 *Cerro*, §. *præterea*. In secundò verò casu quo corruit ex
defectu formæ Partes controueniunt Constitutioni in ipso
33 instanti impositioni, & creationis Census non † adim-
plendo illius formam præuia integrali numeratione pecu-
niarum, & sic ille subiacet nullitati vsque ab initio quæ non
potest reparari per d. promissionem damnorum, & inte-
34 resse, † nam hac via eluderetur mens Pontificis, & Consti-
tutionis efficacia, quod non est permittendum.
Quare conclusum fuit standum esse in decisis Actoribus
tantùm informantibus.

Decisio ista emanata die 18. Iunij 1654. erit infra in Miscell.

R. P. D. ALBERGATO.

Fulginaten. Subhastationis.

Die Lunæ 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

In Subhastatione oblator maior tenetur emere, & tradere pretium rei Subhastatæ, & non est amplius locus pœnitentiæ, & quid si ad hoc creditores consentiant vide distinctionem, & quid si fundus fuerit deliberatus, vti liber, & posteà partim est Emphyteuticus.

SVMMARIVM.

1 *Mandati executi validitas benè probatur ex reuolutione actorum.*
2 *Iudex, quando functus est officio suo, non potest, re non integra, sua decreto reuocare.*
3 *Et hoc præsertim, si agatur executiuè.*
Obligatio Cameralis non est vulneranda.
4 *Iudex licitò potest reuocare suum decretum, etiam re non integra, stante rescripto Principis.*
5 *Quia tunc non est nouum iudicium, sed prioris continuatio beneficio Principis instauratum.*
6 *Obligatio facta in actu Subhastationis ab emente, & quidem cum obligatione Camerali, quid operetur.*
7 *In Subhastatione repræsentatur factum Iudicis.*
8 *In Subhastatione ex sola oblatione pretij variosis oritur obligatio de emendo.*
Quod procedit, dum in edicto adest promissio, quod res dabitur plus offerenti.
9 *In Subhastatione, maiori oblatori necessariè facienda deliberatio.*
10 *Contractus non debene claudicare.*
Oblator maior in Subhastatione tenetur emere, & soluere pretium oblatum.
11 *Oblator maior in Subhastatione potest se pœnitere consentientibus creditoribus.*
12 *Quod tamen procedit antè completam deliberationem.*
13 *Subhastatio fit ad fauorem creditorum, ideò tali fauori possunt renunciare.*
Decis. Duran. 445. & Mangil. de Subhast. inspect. 66. num. 2. *quo casu loquantur.*
15 *Subhastatio, quando est perfecta, tunc creditores non possunt consentire amplius, oblatori maiori, quod possit se pœnitere, & quare num. 16.*
17 *Creditor circa pignoris venditionem, gerit se, tamquam procurator debitoris.*
18 *Procurator non potest præiudicare principali.*
19 *Obligatio Cameralis continet stipulationem pro omnibus, quorum interest.*
20 *Subhastatio, & deliberatio corruit, si fuerit dictum quod aliquis fundus erat liber, & postea est pro parte emphyteuticus.*
21 *Deliberatio in Subhastatione censetur facta sicuti cæteri contractus, scilicet,* Rebus sic stantibus.
22 *Subhastatio est nulla in totum licet fundus, vti totus liber fuerit deliberatus, & posteà pro parte reperiatur, quod est emphyteuticus.*
Quia talis Subhastatio non tenet, nec pro parte libera.
23 *Fundus, si vti liber fuit deliberatus, & habeat prope petium Terra emphyteutica, debet probari, quod petium illud sit comprehensum in deliberatione.*
24 *Executio facta in bonis liberis, non potest comprehendere bona emphyteutica.*
25 *Executio, quando non possit dici excessiua, & num. 26.*
27 *Aduersarij assertio non est parum attendenda.*
28 *Exceptio, quando à parte est reiecta non est attendenda, & num. 29.*
30 *In Subhastatione, quid fuerit comprehensum benè iustificatur ex actis.*
31 *Ex Pretij quantitate benè arguitur, quid comprehendatur in venditione.*
32 *Iudex, vel Executor non habet administrationem generalem pignorum captorum in causam iudicati.*
33 *Nec rem potest minori pretio vendere, quàm iusto.*
35 *Administratio aliud est, si concessa sit per mandatum datum à Lege, & aliud si illud sit concessum ab homine.*
36 *Consuetudo non attenditur, de Curia ad Curiam.*
37 *Periti attestatio de re, quæ si non fuit commissa, non attenditur.*
38 *Peritus si excesserit terminos suæ peritiæ, frustratoriè agit.*
39 *Fundus an sit vnus, vel plures, attenditur dispositio possidentis.*
40 *In Subhastatione, quando non possunt dici comprehensa bona emphyteutica, sed tantùm libera.*
41 *Veritati omnia cedunt.*
42 *Rescissioni contractus non est locus, ob omnem læsionem, sed enormissima requiritur.*
43 *Subhastatio non rescinditur ob omnem læsionem, sed enormissima esse debet.*

DECISIO XII.

SVbhasta posito ad instantiam creditorum Antonij Ale-
xandrini eius Prædio in contrada Capranieij Territorij
Fulginaten. illoque deliberato Angelo Marinuccio, vti
maiori oblatori pro scut. 550. fuit ab isto pretium pro par-
te solutum dd. Creditoribus, & residuum in summam
scutor. 357. depositatum super Montem Pietatis ibi per-
manen. pro rata scutorum 250. donec daretur fideiussio
in Instrumento Census ad fauorem Lucæ Antonij Nico-
lai alterius ex Creditoribus promissa, reliqua verò sol-
uerentur cui de iure. Pro cuius depositi restitutione cum
institisset coram A. C. ex quo Prædium Subhastatum
non esset liberum, sed pro parte Emphyteuticum, &
mandatum fauorabile reportasset, cum actuali pecunia-
rum restitutione fuit à Signatura commissum eidem A. C.
vt iterùm Attilium audiret, qui cum præuia reuocatione
primi Mandati aliud fauorabile contra Marinuccium obti-
nuerit pro solutione d. residui in Monte, vt supra deponen-
di. Fuit ab isto interposita appellatio, causaque mihi com-
missa, cum clausula, *si quid exequendum*, dedi dubium
ad formam Commissionis, hodiè à DD. resolutum
pro executione d. mandati, cuius validitas † patet ex re- 1
uolutione processus, & perperam impugnatur ex defectu
iurisdictionis A. C. vt patet, quia cum functus esset
officio suo, † non posset primum decretum re non 2
integra reuocare ad text. *in leg. Iudex posteà ff. de re*
iudic. Bald. *in cap. cum cessante num. 8. de appellat.* Buratt.
decis.

3 dec.619. num.2. præsertim executiuè, † cùm ex præceden-
ti Decreto remansisset vulnerata obligatio Cameralis Rota
post Zacch. de oblig. Cam. dec. 236. num. 3. & dec. 252. nu.2.
Quia cessat vtrumque obiectum ex rescripto Signaturæ
per quod A. C. primum reassumpsit iurisdictionem, & li-
4 beram facultatem cognoscendi † de iuribus sui decreti,
illudque reuocandi quatenus sibi iniustum videretur eo-
dem ordine executiuo, quia non fuit nouum Iudicium,
5 sed continuatio primi Principis † beneficio instaurari, vt
exponit gloss. in l.1. ff. sent. rescind. non poss. Abb. in cap. su-
borta num.1. circa finem de re iud. vbi Felin. num.11. vers. be-
neficio, Imola in l. Imperatores numer. 3. ff. eod. tit. Cephal.
cons.180. num.11. Modern. de Arc. An. de except. cap. 1. §.2.
numer.10. Mnt. decis.17. nu.34. in fin.
6 Iustitia verò non † resultat ex obligatione eiusdem Ma-
rinucci facta in actu deliberationis sub forma Camerali,
per quam nedum quæsita † fuit actio Creditoribus, sed &
7 ipsi debitori per factum Iudicis repræsentato, l. si ob cau-
sam, vbi Bart. Bald. & alij C. de euict. Rimin. iun. cons. 3.
num. 30. vol.1. Rota coram Duran. decis.445. nu.46. & post
Moderd. Perus. de Subhast. decis. 68. num. 5. & decis. 446.
8 num.46. Imò de Iure ex sola † precij oblatione oritur obli-
gatio de emendo, vbi in edicto adest promissio quod res
9 dabitur plus offerenti, nam sicuti indè maiori oblatori est
necessariò facienda adiudicatio, Mangil. de subhast. quæst.71.
num.2. Rot. coram Buratt. dec. 891. num. 1. ità ne claudicet
10 contractus ipse necessariò † tenetur emere, ac soluere
pretium oblatum, idem Mangil. dicta quæst.71. num. 1. Ro-
ta in Romana Domus 19. Decemb. 1631. coram bo. me. Card.
Verospio, & in Perusina Spolij cor. Reuerend. Terracinen.
post Modern. Perus. qui sup. dec.106. num. 1.
11 Nec dicatur licitam † esse pœnitentiam saltem de con-
sensu Creditoris mox per Marinuccium allegato, vt voluit
idem Modern. Perus. in spect. 66. num.13. Rota cor. Duran.
12 d. dec. 445. Nam hoc procedit † antè completam delibera-
tionem, quo casu solum agitur de interesse Creditoris, ad
13 ad cuius commodum, † & voluntatem, cùm fiat Subha-
14 statio, ei renuntiare poterit, in quibus † terminis loquitur
dec. coram Duran. & Modern. Perus. supra allegat. secus ea
consumpta, & postquam Debitori fuit ius quæsitum ex
15 facto † Iudicis pro residuo pretij, quia tunc consensus
Creditoris solum attenditur in sui præiudicium, non de-
16 bitoris cui licitator † se obligauerit soluere, quicquid sibi
reliquum esset, vt in puncto Rota in Anconitana Prædij
26. Nouembris 1630. coram Card. Verospio post Cenc. de
Cens. dec. 436. nu.14.15. & cor. Duran. decis. 257. num. 11.
& 12. cum seq.
17 Et facit quod circa pignoris † venditionem Creditor agit
tanquam Procurator debitoris, qui per præfatum contra-
18 ctum non potest principali † præiudicare, & Iuris censura
idem est, ac si debitor venderet super suum procuratorem,
l. Creditori q. vbi not. Ias. nu. 2. ff. de non. oper. nunc. Bart. in
l. si pignoris num.8. ff. fam. verius, Bald. in l. vnic. nu. 7. C. si
seru. exten. & in l. 1. nu.2. C. cred. euict. pign. Herus de pign.
p.6. mem.1. nu.13. Modern. Foroliuien. eod. tract. lib.4. q.95.
nu.2. Rot. dec.259. & dec.284. vtrobique nu.1. par. 3. rec.
19 Cessatque difficultas ex obligatione † Camerali, sub qua
Marinuccius contraxit continente stipulationem pro om-
nibus, quorum interest Rot. apud Zacch. qui suprà decis.
97. nu.1. cor. Dur. dec.27. nu. 12. & 13.
Nec obstat, quod in edicto dictum fuerit Prædium esse
20 liberum, † & modo pro parte reperiatur emphyteuticum,
ideoque corruat deliberatio. Cùm ad instar aliorum con-
21 tractuum intelligatur † facta rebus sic stantibus, Tiraquell. in
22 l. si vnquam num. 68. ità vt nec veniat pro parte libera ven-
ditione facta, vt in præsenti vnico precio, Afer. de execut.
§.4. cap.76. nu.1. Modern. Panormit. vers.38. num.7. Ioseph
Ramon. cons.84. nu.13. & 14.
23 Quia petium Terræ Emphyteuticum, † non probatur
comprehensum in deliberatione sinè attendatur edictum, vt
voluit Ramon. d. cons.84. sub num. 13. siuè præcedens exe-
24 cutio, quæ iuxta relatam executoris fuit † solùm facta in
bonis liberis non in Emphyteuticis, à qua Edictum decla-
ratur Rot. in Romana attentatorum 27. Aprilis 1640. §. quam
Subhastationem, & §. non obstat coram R. P. D. meo Bichio.
Et quamuis vltrà duo confinia bonorum subhastatorum in
executione relata Edictum tertium contineat, nempè bona
25 hæredum Hieronymi Sixti, non ideò redditur † excessi-
uum, cum in executione præter duo confinia expressa ad-
sit clusula, & alia latera, in quibus verificatur hoc ter-
tio † in Edicto contentum, l. si fines, vbi Bart. & Ang. ff. de 26
euict. idem Ang. cons.4. Roman. cons.5. Aret. in cons. 63. ad
finem, Bertazol. de clausul. instrum. Claus.26. gloss. 3. Id quod
etiam fassus Aduersarius asserens in sua † oblatione ha- 27
buisse notitiam Edicti publicati pro subhastatione bono-
rum executatorum ipsumque Edictum expressè se refert ad
executionem, vt ibi, delli infrascritti beni, sopra quali era
stata fatta l'esecutione, Summario Marinuccij num. 4. Imò
cùm in processu subhastationis debitor apposuisset inter bo-
na executata adesse Prædium Emphyteuticum, † & repli- 28
cantibus Creditoribus omnia esse libera deuentum fuit ad
illorum subhastationem modò nulla vis fieri potest super
exceptione reiecta, Felin. in cap. Capitul. nu.9. de rescript. Se- 29
raphin. dec. 974. num.7. & semper vbi queritur quid † in su- 30
bhastatione contineatur est recurrendum ad acta, l. hac sen-
tentia C. de sententijs quæ sine certa quantitate, l. ait Prætor
§. 1. ff. de re iud. Castr. cons.915. num. 12. lib.2 Rota in Leo-
dien. pecun. 2. Martij 1648. §. quapropter cor. R. P. D. meo
Bichio.
Nec comprehensio deduci potest ex quantitate pretij,
quod esse optimum interpretem quantitatis † rei venditæ 31
dicit Gabr. cons.1618. num.30. lib.1. Cephal. cons.505. nu.2.
Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.4. tit.9. nu 11. Nam
Peritus Aduersarij extimauit vnum petium ex bonis deli-
beratis scut.237. aliud Statiorum 16. scutor. 120. domum
cum Columbario, & area scut. 210. quæ simul vnita supe-
rant pretium oblatum à Marinuccio, non attenta asserta
Regionis consuetudine non æstimandi ædificia, de qua
Testes solum deponunt si ità conuentum fuerit inter par-
tes, cum hic vlla conuentio facta fuerit, nec fieri posset,
nam Iudex, vel executor non habet administrationem 32
generalem pignorum captorum in causam iudicati, sed
ad eius officium solum pertinet administrare iustitiam in
causa executionis circa quam habet mandatum, neque 33
potest rem vendere minori pretio, quam iusto, † vt ad- 34
notauit Iapon. in l. Præses, num. 10. C. transact. in quam
sententiam refert Cyn. Rayner. Bart. Alex. Bald. in l. ius iu-
randum quod ex conuentione §. fin. in vltim. verb. ff. de ius
iurand. idem Ias. in l. Procurator C. de procurat. vbi distin-
guit administrationem, concessam cum mandato cum libe-
ra à lege † vel ab homine, vt illa concessa non possit tran-
sigere, & in puncto Moder. Brecontis. de iudic. lib.1. tit.1.
disp.7. per tot. consuetudo autem non extenditur de casu ad 36
casum vulg. cons. Oldrad. 257. num. 3. in fin. Felin. in cap. au-
ditis nu.14. & seq. de præscript. Surd. cons.74. nu.13. Buratt.
dec.373. num.13. & dec.895. num. 8.
Nec subsistit pretium Statiorum 16. non fuisse delibe-
ratum, quia † hoc solum probatur ex dicto eiusdem Peri- 37
ti, qui cùm fuerit electus ad extimandum non ad cogno-
scendum, quid contineret deliberatio eius dictum non at-
tenditur, † in eo quod excessit fines Mandati Rota coram 38
Greg. decis.485. num.20. dec.13. par.1. rec. & in Romana di-
uisionum 29. Nouemb. 1653. coram R. P. D. meo Beuilacqua.
Et sat est huiusmodi petium possideri ab emptore de con-
sensu debitoris, † quia licet separatum ab altero, & in 39
loco diuerso, censetur vnicum podere ex partium destina-
tione, l. Scia §. Titiana, vbi Bart. ff. de fund. instruct. l. præ-
dij, §. Titio, & §. qui domum ff. de leg. 3. Tiraquell. de iur.
primog. qu.73. nu.4. Gratian. discept. Forens. cap.126. nu.21.
& cap.997. num.1. Soccin. iun. cons.65. num.28. Mantic. de
coniect. vltim. vol. lib.9. tit.2. num. 8. & 12. Rota decis.403.
num.3. par.5. rec. & in Florent. Hort. 4. Iulij 1642. coram R.
P. D. meo Bichio.
Prætereà Domini ponderarunt, quod etiam si d. petium
non fuisset † comprehensum in venditione non tamen in- 40
dè probari, eius loco fuisse venditum petium Emphyteu-
ticum, quia probatio desumpta ex quantitate pretij rei
venditæ, vt in præsenti tum ex Edicto, tum ex Nuncij 41
relatione, & actibus iudicialibus cedit veritati, Cassad.
dec.1. de priuilegijs, Seraph. dec.762. nu.4. dec.1445. num.6. &
dec.57. nu.13. par.4. tom.2. rec. Ex sola verò læsione, non est
locus † rescissioni contractus, nisi sit enormissima, & vl- 42
trà dimidiam, Gabr. de emption. & vend. conclus.1. n.1. cum
allegatis, † & in terminis subhastationis fuit dictum in vna 43
Spoletina prædij dec.648. num.5. par.1. rec. & in Albanen bo-
nor. cor. Remboldo post Modern. Perus. qui suprà decis.53.
num. 1. & in Romana Census 16. Martij 1644. §. quibus stan-
tibus vers. concurrit cor. Reuerendiss. Tarraconen.
Et ità vtraque, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Meleuitana Commendæ.

Veneris 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Articulorum releuantia ad effectum concessionis remissoriæ, esse debet talis, vt valens sit ad effectum obtinendi victoriam causæ, ne partes grauentur inutilibus expensis.

SVMMARIVM.

1 *Articulorum irreleuantia excludit petitionem remissoria.*
2 *Articuli, quando sunt irreleuantes denegatur remissoria, ne partes dispendijs grauentur.*
3 *Articulorum irreleuantia ex quo deducatur.*
4 *Actus voluntaria iurisdictionis potest perfici, etiam extra territorium.*
5 *Articuli non possunt dici releuantes, dum non prosunt ad victoriam causa.*
6 *Articuli, qui sapiunt delictum & dedecus, maximè personarum nobilium non sunt admittendi.*
7 *Remissoria non conceditur, nisi articulorum fumus sit talis, vt deseruiat pro semi plena probatione, & nu.8.*
9 *Articulorum fumus destruitur ex contrario fumo.*
10 *Peritorum fides destruitur ex contraria fide aliorum peritorum.*
11 *Antidata suspicio, ex quo dicatur sublata.*
12 *Antidata suspicio tollitur ex coniecturis.*

DECISIO XIII.

REmissoriam ex parte Venerabilis Linguæ Prouinciæ
petitam ad infringendam collationem, à Procura-
toribus M. Prioris S. Ægidij in personam Equitis Valet-
1 tæ, Nepotis peractam, hodie Domini denegarunt, † ex
irreleuantiæ potissimùm fundamento, quæ admissionem
2 etiam articulorum in Curia regulariter excludit, † ne
partes inutilibus dispendijs grauari contingat, *ad tex. in
l. ad probationem, C. de probationib.* & dixit Rota coram
Verallo *decis.32. nu.3. par.2.* coram Cassad. *decis. 5. num.6.
de sequest. possess. & fruct. & in decis. 647. num. 3. par. 3. diuers. & decis.134. nu.1. par.2. recent.*

Hæc autem articulorum irreleuantia in proposito casu
desumitur ex noua collatione ab ipso M. Priore post secu-
3 ram vacationem habita in persona † Nepotis, quæ licet
extra Conuentum exercita, reputatur esse legitima, ac
robur obtinet firmitatis, dum facultas conferendi ex sta-
tuti dispositione attributa Priori, eidem nulla temporis li-
mitatione præscribitur, vt ponderatum fuit in decis. præ-
terita, *§. præterea*, nec prohibetur extra Conuentum, ac
4 eam proindè potuit † tanquam actum voluntariæ iurisdi-
ctionis extra territorium, & vbique ex tradit. per Calderin.
cons.2. num.2. de elect. Lotter. *de re benef. lib.2. qu.50. nu.81.
& 82.* Rota *in Teueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1544. in
§. quia cum eidem cor. R. P. D. meo Cerro.*

Dum itaque articuli antecedentem dumtaxat collatio-
nem à Procuratoribus actam infringunt, non videntur
5 ad causæ victoriam pertinere, † ac irreleuantiæ pote-
runt proindè fundamento repelli, *iuxta text. in l. ad probat.
C. de probat. c. cum contingat*, ibique glos. *in verbo nihilominus de off. de leg.* Oldrad. *cons. 316. nu.1.* Rota coram Mant.
decis.312. num.2. & coram Mohed. *decis. 5. num. 5.*

Eos prætereà articulos Domini reijciendos esse censue-
runt, quod probationem præseferant obiectiuam, litte-
ras videlicet à M. Priore conscriptas, ac nominationem
personæ eligendæ continentes contra expressum ipsius præ-
ceptum à Procuratoribus quibus directæ fuerant, statim
apertas fuisse, & antequam vacatio ipsa contingeret pu-
blicatas, necnon etiam alias litteras concernentes prohi-
bitionem aperitionis antè vacationis aduentum, conscri-
ptas fuisse de recenti, nec omnibus fuisse procuratoribus
6 communicatas, vt Prior ipse præceperat, † sapiunt quip-
pè dedecus, ac delictum nobilium personarum concer-
nunt, nec debent proindè admitti, *iuxt. text. in authent.
apud eloquentissimum, C. de fid. instrum.* & dixit Rot. coram
Verall. *dec. 60. 62. & 63. par. 3.* coram Caualer. *dec. 512.
num.1.* coram Buratt. *dec.28. num.6.* cor. bo. me. Millin. *decis.129. nu.1. & decis.675. in fine par.3. & 302. nu.14. & 15.
par.5. recent.* Nisi magno saltem † exhibito fumo, qui pro 7
semiplena probatione deseruiat, vt dixit Rota *d. dec. 302.
nu.15. par.5. rec.* & cor. Pen. *dec.149. nu. 1. & 2. & in Cremonen. Parochialis 15. Iun.1646. §. & licet testes, cor. R.P.D.
meo Cerro, & in Bononien. fideicommissi de Belognis 16. Apr.
eiusdem anni, §. quod materia, cor. Reuerend. Terracinen.* li-
cet † de iure dantis existerent, vt dixit Rota *in Valentina* 8
*Parochialis 23. Iannar. 1647. §. nihil ergo, cor. R. P. D. meo
Cerro, & in Calagurritana beneficij de Cornago 15. Ian.1646.
§. tollitur etiam, coram me*: Qui sanè fumus respectu primi,
& secundi articuli nullatenus exhibetur. Alterius verò res-
pectu articuli continentis antidatam litterarum pro legiti-
mo fumo deseruire non † poterit attestatio extraiudicialis 9
peritorum, dum ex contrario fumo destruitur, resultante ex
contraria depositione plurium Equitum, tum ex epistola
responsiua Equitis Tornesij, tum ex insigni nobilitate, ac
virtute conspicua M. Prioris S. Ægidij, ex quibus perito-
rum † attestatio destruitur, & nullius debet ad hunc effe- 10
ctum roboris reputari, vt dixit Rota cor. Buratt. *decis.27.
nu.8. dec.273. nu. 4. cum seqq. in Cæsaraugustana beneficij de
Lanares 26. Iunij 1645. §. 1. in fine cor. R. P. D. meo Bichio,
& in Bononien. fideicommissi de Belogninis 16. April. 1646.
cor. Reuerendiss. Terracinen.* Quinimò antidatæ † suspicio 11
remouetur ex tenore Instrumenti ratificationem, siue no-
uam nominationem concernentis, editi 26. Ianuarij 1648.
In eo quippè continetur tenor epistolæ conscriptæ 12. Fe-
bruarij antecedentis anni, ac prohibentis aperitionem, &
publicationem contentorum in præcedentibus; Indè enim
antidatæ suspicio penitus remouetur, † dum id cuius bis 12
meminit Instrumentum ratificationis non potuit posteà
confici ad sustinendam electionem successiuè peractam, vt
respondit Rota cor. Seraph. *dec.879. n.3. & dec.1221. n.4. & 5.*

Et ita eosdem articulos tanquam irreleuantes, ac obie-
ctiuos reijciendos esse responsum fuit, vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Die Veneris 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Archipresbyter Sancti Petri de Vrbe conferens Beneficiatum eiusdem Ecclesiæ alicui vigore Turni, & Indulti, in quo excipitur beneficia eorum, qui familiares sunt, & continui commensales Papæ, vt sileat tale Indultum, qualiter prædictæ qualitates sint probandæ.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Beneficiatuum S. Petri de Vrbe ex priuilegio Summorum Pontificum, simul spectat ad Archipresbyterum, & Capitulum d. Ecclesia.*
2 *Collatio Beneficiatuum S. Petri de Vrbe ex obseruantia longaua spectat per Turnum.*
Et hoc ratione maioris commoditatis, & ad euitandas multas controuersias.
3 *Archipresbyter S. Petri de Vrbe, si in eius Turno vacauerit aliquis beneficiatus, licitè poterit illum, cui voluerit dare.*
4 *Prouisus motu proprio, à Papa de beneficiatu Sancti Petri de Vrbe in concursu cum prouiso ab Archipresbytero, quando praferatur iste.*
5 *Archipresbyter S. Petri de Vrbe habet indultum conferendi Beneficiatus d. Ecclesia, etiam affectus propter familiaritatem &c.*
6 *Obstacula dum remouentur perinde est, acsi numquam adfuissent.*
7 *Indultum conferendi beneficia, sunt amplia, dum indulgent, vt quis possit conferre beneficia sub pluribus reseruationibus affecta.*
8 *Indultum conferendi beneficia non comprehendit beneficia, qua sunt excepta.*
9 *Milites Pij, quodammodo dicuntur continui commensales Papa.*
10 *Dispositio eadem non est ita interpretanda, vt in se contineat repugnantiam.*
11 *Familiaritas alicuius mente, & dente contrahitur verè.*
12 *Milites Pij, secundum constitutiones Papales gaudent omnia priuilegia continuorum familiarium Papa.*

13 *Ex-*

13 *Exceptio non destruit regulam.*
14 *Ex exceptionis qualitate cognoscitur mens disponentis, quo ad reliqua non excepta.*
15 *Conclauistæ non sunt veri familiares Papæ, sed ex priuilegio.*
16 *Specialis exceptio, facta in ipsa exceptione, quid importet.*
17 *Beneficia habentes in Vrbe, vt Canonicatus beneficiatus &c. qui cum requirant residentiam.*
Ideoque debent possidentes habitare in Vrbe.
18 *Lex illa inepta esset, si casus frequentiores non comprehenderet.*
19 *Gratia motu proprio concessa, & cum amplissimis clausulis latissimè est interpretanda.*
20 *Gratia concessa ei cui concedens est amantissimus, præsumitur omni meliori modo, illam ei voluisse concedere.*
21 *Beneficia an dicantur vacare apud Sedem per obitum Beneficiati in Vrbe.*
22 *Beneficia, vt dicantur vacare apud Sedem, duo copulatiuè requiruntur.*
Primò mors in Curia, secundò quod ibi occasione Curiæ moraretur, num. 22.
Beneficia ea non dicuntur vacare apud Sedem, per mortem eius, qui Romæ degit, ratione originis, vel domicilij.
23 *Beneficia, quæ vacant in Curia dicuntur vacare apud Sedem, ex quo minus est vacare in Curia, quam apud Sedem.*
24 *Beneficia in Vrbe existentia omnia solent in Curia vacare, & quare.*
26 *Milites Pij, cum sint officiales Papæ possunt dici Curiales.*
27 *Curialitas non inducitur nisi ex aliquo exercitio, illam necessario, inferente.*
28 *In Vrbe, qui commoratur, etiam propter beneficium personalem residentiam requirens, non efficitur Curialis.*
29 *Consensus est necessarius ad acquirendam Curialitatem.*
30 *De beneficio aliud est, quod soluatur annata, & aliud quod non soluatur.*
31 *Manutentio danda est anteriori possessori.*
32 *Possessio anterior, quando remaneat infecta ex regulis reuocatorijs Cancellariæ.*
33 *Gratiam habemus motu proprio emanatam, licet releuetur ab onere probandi narrata in ea.*
Attamen non impeditur pars probare defectum intentionis Papæ.
34 *Motus proprius remanet sine suo effectu, dum probatur defectus intentionis in Papa.*
35 *Papa non præsumitur velle turbare possessionem alicuius.*
36 *Beneficium aliquod si Papa conferat vti vacans, si reperiatur collatum, & fuit eius possessio capta, adest in Papa defectus intentionis.*

DECISIO XIV.

BEneficiatum hunc per obitum Hyacinthi Valentini de mense Octob. 1651. vacatum Eminentiss. Dominus Card. Barberinus Archipresbyter contulit Antonio Rotæ qui sub die 14. eiusdem mensis pacificam possessionem accepit; verùm cùm prætenderetur dict. Beneficiatum fuisse Sedi Apostolicæ reseruatum de mense Aprilis 1652. à sa. me. Innocentio X. fuit de illo prouisus Io: Bernardinus Frisonus, & in mense Augusti subsequentis possessionem etiam apprehendit. Hinc orta inter hos prouisos lite, ad illam dirimendam causa, in hoc Sacr. Tribun. introducta, & mihi commissa, dubitaui sub die 4 Decembris anni prox. præteriti, An, & cui esset danda manutentio, sed fuit ordinatum, vt videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, super quo assumpta hodie disputatione, ad fauorem eiusdem Antonij capta fuit resolutio.

Cuius resolutionis ea fuit Dominorum ratio, quia ex
1 Priuilegijs Nicolai V. & aliorum Summorum Pontificum
constat collationem Beneficiatuum † Basilicæ S. Petri simul spectare ad Archipresbyterum, & Capitulum, licet ex longæua obseruantia fuerit inter eos conuentum, vt ratione maioris commoditatis, & ad euitandas dissentiones, quæ inter plures ius instituendi habentes oriri solent, per Turnum alternis hebdomadis † fieret collatio, sic in puncto respondit *Rota in Romana Beneficiatus S. Petri 26. April.* 1591. coram Gipsio *in recen. decis. 15. par. 3. & 28. eiusdem mensis* 1595. *coram eodem, & in Romana Clericatus S. Petri 27. Nouemb.* 1602. *cor. Cardinali Pamphilio, quæ est decisio 616. in princ. par. 4. diuers.* & in alijs relatis per Garz. *de benef. par. 10. cap. 3. num.* 39. Cumque vacatio ista contigerit in hebdomada, & Turno Archipresbyteri, totum ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in il-
lum solùm, vt posset iure proprio † de beneficio dispone- 3
re. *Clem. de iur. patr. cap.* 2. Io: Andr. *in cap. cum in illis 16. sub nu. 2. verbo, vel præsentationem de præben. in 6.* Bolognin. *in add. ad cons.* 43. Ananiæ Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl.* 45. §. 3. *num.* 42. Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 241. & 709. & par. 10. cap. 3. dict. nu.* 39. Rota *d. decis. 616. nu. 2. par. 4. diuers. & decis. 58. num. 2.* apud Viuian. *de iurepatr.*

Non obstat, prouisio Apostolica motu proprio concessa Io: Bernardino collitiganti tanquam de beneficio reseruato, & affecto, ex quo Valentinus prædecessor per em-
ptionem officij militis † Pij in eius personam à Patre fa- 4
ctam, esset familiaris, & continuus Commensalis Papæ, ad quem proinde pertinebat Beneficiati prouisio; quoniam collatio Eminentiss. Archipresbyteri in personam Antonij,
legitur facta etiam vigore Indulti, quod habet † amplissi- 5
mum conferendi beneficia affecta propter familiaritatem, & non obstantibus reseruationibus, *Ex eo quod illa obtinentes aliquorum prædecessorum, aut successorum nostrorum Rom. Pontif. defunctorum, aut S. R. E. Cardinalium tam viuentium, quàm defunctorum, ac tam præsentium, quàm futurorum familiares continui Commensales, aut Sedis Apost. Notarij, Subdiaconi, Accolyti, Cappellani, literarũ Apostolicarum Abbreuiatores, Scriptores, Cubicularij etiam honoris nuncupati; Nuntij, Gubernatores, aut fructuum, & prouentuum Cameræ Apost. debitorum Collectores, vel vnici Subcollectores, aut quicunque alij Curiæ, & Sedis prædictarum etiam sub diuersis Constitutionibus fel. rec. Pauli III. & Pauli V. Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum declaratorijs familiarium continuorum Commensalium suorum, & pro tempore existentium Rom. Pontif. & desuper editis literis declaratorijs comprehensi officiales præsentes, & futuri quocunque nomine nuncupati existerent, & sint &c. ac etiam si illa per mortem Cardinalium, aut Episcoporum, & quorumcumque aliorum contentorum in Extrauag. rec. me. Benedicti XIII. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, ad regimen seu aliarum Constit. Apostol. seu ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter, seu alias generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione Apostol. etiamsi illam multiplex, ac personalis, realis, vel mixta simul fuerit, &c.*
Quæ Indulti verba adeò clara sunt, vt non † remaneat du- 6
bitatio, quin fuerint remota obstacula perindè ac si non esset reseruatio, Garz. *de benef. p. 5. cap. 1. nu.* 628. Monet. *de opt. cap. 3. qu. 3. sub nu.* 82. Rota *dec. 530. nu. 18. par. 4. tom. 3. rec.* Add. ad Buratt. *dec. 622. nu.* 11. & Papa illis vtendo voluerit Indultario tribuere facultatem prouidendi beneficia
nedum simplici, † & duplici, sed etiam multiplici reseruatio- 7
ne obnoxia, Calderin. *cons. 7. n. 1. de rescript.* Rota cor. Card. Caualerio *decis. 627. num. 7. & in Rauennaten. Canonicatus 1. Iulij 1641. §. Nec obstat, & seqq. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Nec obstat, quod adhuc prouisio non pertinebat ad Ar-
chipresbyterum, dum Indultum specificè excipit † bene- 8
ficia reseruata ratione *familiaritatis, & continuæ Commensalitatis familiarium, & continuorum Commensalium Pontificis pro tempore viuentis*, & ad istum effectum dicuntur
veri familiares, & continui Commensales † Papæ etiam 9
Milites Pij, vt ex Bulla erectionis aduertit Gonzal. *glos. 51. num.* 23. Quia cum Papa in supra relatis verbis Indultis prius loquutus fuerit dispositiuè, & certitudinaliter tribuendo facultatem Cardinali conferendi beneficia reseruata, si verba sequentia, *non tamen ratione familiaritatis, & continuæ Commensalitatis*, respicerent beneficia reseruata ratione eiusdemmet affectionis, resultaret ineuitabilis implicatio, & contradictio, quod videlicet Pontifex
† dederit facultatem fieri collationem à Cardinali, & in- 10
continenti in eodem Indulto ius instituendi eidem abstulerit contra *Text. in l. vbi repugnantia 149. ff. de reg. iur. l. nam ad ea 88. vbi glos. & DD. ff. de condit. & demostr.* Surd. *cons. 352. nu.* 17. Ad quam contrarietatem igitur euitandam ita accipienda esse verba dicebant Domini, vt in facultate intellexerit de familiaribus, & continuis commensalibus ex priuilegio Summor. Pontif. qualem prætenditur fuisse Valentinum prædefunctum; in exceptione verò de familiaribus, & continuis commensalibus, veris, & actua-
libus ea † familiaritate; quæ mente, & actu contra- 11
hitur, Sarmien. *in reg. de impetr. benef. per. obit. famil. Car-*

dinalium qu. 13. in princ. Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. n. 317.*
Paris. *de resignat. lib. 10. qu. 3. nu. 22.* Lotter. *de re benef. lib. 2.*
qu. 32. num. 15. Rota cor, sa. me. Greg. XV. *decis. 166. nu. 10.*
vers. probatur autem apud Buratt. *decis. 117. nu. 10. & de-*
cis. 228. num. 1. & decis. 584. num. 3. par. 1. rec.

Quamuis enim per huiusmodi priuilegia, & Constitu-
tiones Pontificum Milites Pij, & alij declarentur ad effe-
ctum reseruationis familiares, & continui Commensales
12 Papæ, illisque tribuant omnes effectus, † & prærogati-
uas veræ familiaritatis, vt dixit Rota coram Card. Se-
raph. *decis. 1251. nu. 15. & 16.* & ea relata Lotter. *de re be-*
nef. lib. qu. 28. nu. 60. & qu. 32. nu. 24. Attamen non efficiun-
tur tales, vt comprehendantur in illa exceptione Indulti,
dum ipsi specificè comprehenduntur in facultate exceptioni
13 contraria, cùm † exceptio non destruat regulam ad *l. quæ-*
situm 12. §. denique ff. de fund. instruct. Quinimò ex qoali-
tate exceptionis dignoscitur de quo genere ipsa loquatur,
14 & declaratur intentio † concedentis quoad reliqua non ex-
cepta, *l. nam quod liquide 4. §. fin. ff. de pecul. legat.* Ias. *in l. 1.*
§. adipiscimur num. 4. ff. de acquir. poss. Rota *dec. 95. num. 15.*
& 6. par. 6. rec.

Nec refert, quod sub d. exceptione Pontifex comprehen-
15 derit etiam Conclauistas, qui cum non sint † actuales Com-
mensales, sed veri ex priuilegio, deberet ex horum expres-
sione limitari, & restringi facultas conferendi beneficia, vt
non comprehenderet vacantia per obitum aliorum familia-
rium ex priuilegio: fuit enim responsum, non esse parem
rationem inter istos, & cæteros in facultate expressos, qui-
nimò regulam esse in contrarium, quod scilicet specialis il-
16 lorum specificatio facta in † exceptione clarè indicat, quod
ibi de alijs familiaribus ex priuilegio non intellexit, dum de
istis coæqualem expressam mentionem non fecit, & ex an-
tecedentibus constat de contraria voluntate disponentis ad
Tex. in l. vnic. C. de caduc. toll. & d. l. quæsitum §. si quis fun-
dum ff. de fund. instr. Grat. *disc. for. cap. 404. nu. 6. & 7.* Ro-
ta *decis. 261. nu. 2. & 3. par. 2. diu.*

Neque Dominis visa fuit considerabilis interpretatio al-
lata, quod facultas conferendi beneficia reseruata ratione
familiaritatis intelligi debeat de vacationibus per obitum
familiarium extrà Curiam, nam Indultum exprimit in spe-
cie prouisionem, & dispositionem beneficiorum tam ratio-
tione *Diaconiæ Sancti Laurentij in Damaso, & aliorum pro*
simili Diaconia, aut quocumque titulo assequendorum, quam
quarumcumque Cathedralium etiam Metropolitanarum, &
17 *Patriarchalium Ecclesiarum*, quæ cum sint in Vrbe, † & il-
la obtinentes teneantur personaliter residere, non potest de
facili præsumi, quod illorum vacatio contingat extra Vr-
bem, vel rarissimò, & sic censeri debet, quod de vacantibus
18 in Vrbe senserit, alias huiusmodi facultas inepta foret, † ex
quo casus illos, qui facilè, & frequentiùs accidunt, non com-
prehenderet, *l. 2. & duabus seqq. ff. de legibus*, Rota coram
bo. me. Merlino *decis. 126. num. 10.*

Quod maximè dicendum videtur non tam inspecto mo-
do facultatis tributæ motu proprio, & cum clausulis præ-
19 gnantissimis, vt propterea † latissima debeat fieri inter-
pretatio, *cap. si motu proprio 23. de præben. in 6.* Rota *dec. 12.*
num. 22. par. 5. rec. & coram Durano *dec. 399. num. 10.* Sed
& attenta insigni qualitate Personæ Eminentiss. Indultarij,
qui cùm esset nepos amatissimus Indulgentis, censendum
20 est, ipsum voluisse illum † gratificare vberiori, & fauo-
rabiliori modo quo potuit, vt in similibus terminis res-
pondit Rota *in Ferrariensis pensionis 2. Martij 1646. §.*
prout quoque, & 18. Iunij 1649. §. nefas igitur, coram Reue-
rendiss. D. meo Decano.

Neque etiam refragatur, quod obijcitur sub eadem In-
21 dulti exceptione contineri † beneficia vacantia apud Se-
dem, quia licet per obitum Valentini in Vrbe sequutum
sufficiat, vt controuersus Beneficiatus dicatur in Curia va-
catus, inferri tamen non potest, quod vacauerit apud Se-
dem ad hoc, vt Apostolica prouisio tanquam facta de reser-
uato ex hoc capite, Bernardino suffragari possit, ex quo
22 pro inducenda vacatione apud Sedem † ad effectum reser-
uationis copulatiuè requiritur, quod Beneficiatus decedat
in Curia, & ibi occasione Curiæ commoretur, vt hinc
concludatur ad Curialitatem, & ad hanc præcipuam cau-
sam commorandi in Curia ratione Curiæ, alias beneficia
vacantia in Curia per mortem illius, qui Romæ degit ra-
tione originis, vel domicilij, non dicuntur vacare apud
Sedem, *cap. præsenti 34. §. sanè*, vbi Monac. *nu. 1.* Io: An-
dr. *num. 3. de præben. in 6.* Gonzal. *glos. 13. num. 19.* Garz. *de*
benef. par. 5. cap. 1. num. 83. Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 27.*
nu. 100. Rota *dec. 616. nu. 1. par 4. diuers.* add. ad Buratt. *de-*
cis. 540. nu. 21. & seq. & in Ebreduen. Prioratus 1. Iunij anni
prox. preter. § nam fuit responsum cor. R. P. D. meo Albergato;
& propterea valet argumentum, quod beneficia quæ vacant
apud Sedem dicuntur † vacare in Curia, non tamen è 23
conuerso, beneficia, quæ vacant in Curia dicuntur apud
Sedem vacare, ex quo minus est vacare in Curia, quam
apud Sedem, Gonzal. *ad regul. Cancell. glos. 13. nu. 49. & 50.*
cum alijs allegatis in d. Ebreduen. Prioratus §. valet siquidem
coram R. P. D. meo Albergato. Quæ conclusio faciliùs reci-
pienda videtur in beneficijs in Vrbe sitis, † quæ ferè omnia 24
solent in Curia vacare, ad euitandum præiudicium, quod
inde contingeret inferioribus Collatoribus, quales sunt
Cardinales titulares in suis Ecclesijs, vt dixit Rota *decis. 9.*
nu. 1. & seqq. par. 5. & decis. 28. nu. 19. par. 6. rec.

Quod autem Valentinus esset Curialis non iustificatur
ex eo, quod domicilium haberet in Curia, ibique conti-
nuò habitauerit, quia id euanuit tam ex origine, & Nati-
uitate in Vrbe, quam ratione Beneficiatus controuersi, qui
personalem residentiam requirebat, & ista de † causa præ- 25
ambula præsumitur in eadem Curia habitasse, & decessisse,
potiùs quam propter Curialitatem, vt in puncto perpen-
dit Rota *in d. decis. 616. num. 1. & 2. par. 4. diuers. & decis. 9.*
numer. 4. par. 5. recent. in qua receditur a præcedentibus con-
trarijs.

Neque in præsenti casu dici posse visum fuit Valentinum
Curialitatis qualitatem contraxisse, quia extabat Miles
Pius, sicque officialis, & † per consequens Curialis, quo- 26
niam cum huiusmodi officia ab exteris etiam emantur,
& retineantur, non potest ex hoc induci Curialitas, quæ
non nisi ex aliquo exercitio illam † necessariò inferente ac- 27
quiritur, Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 32. n. 37. & seqq.* Ro-
ta *decis. 429. num. 16. par. 5. tom. 2. recent.* Non enim sufficit
officium nisi officialis hac de causa, & non alia moretur in
Curia. Idcircò qui moratur in Vrbe etiam propter bene-
ficium personalis residentiæ non efficitur Curialis, vt be-
nè arguit Lotter. *vbi supra num. 39.* Præterquamquod Va-
lentinus tempore quo Pater emit officium Equitis Pij in
eius personam erat constitutus † in pupillari ætate; vnde 28
fit, quod tanquam habens nudum nomen in eo, & tunc
infirmum iudicium in omnibus rebus, *l. 1. §. impuberes*
C. de fal. monet. l. pupillus 9. ff. de acquir. hæred. l. fin. ff. de
iur. & fact. ignor. non valuit præstare consensum necessa-
rium † mediante acceptione talis officij ad contrahendam 29
Curialitatem, Mandos. *reg. 3. qu. 15. nu. 3.* add. ad Buratt.
decis. 706. num. 11. Rota *in Bononien. beneficiorum 29. Maij*
1645. cor. R. P. D. meo Bichio.

Cessat denique alterum obiectum, quod Indultum man-
det expeditionem litterarum Apostolicarum infra quatuor
menses à die factæ prouisionis ab Archipresbytero, vbi
beneficij redditus, & prouentus 24. ducat. de Camera
valorem non excedunt; in qua expeditione cum defece-
rit Antonius, eo ipso vacauit Beneficiatus, potuitque à
Bernardino impetrari, quandoquidem ex Indulto origi-
nali mihi tradito huiusmodi expeditio necessaria duntaxat
detegitur in Beneficijs, quorum valor annuos ducatos 24.
excedit, non autem in controuerso † dictam quantitatem 30
non excedente, nam de primis soluitur annata, secus
autem de secundo, Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 20. nu. 42.*
& 44. Rota *in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram*
Cardin. Pamphilio, §. valor, relata per Garz. *de benef. p. 10.*
cap. 1. num. vlt. & in puncto Canonicatuum Basilicæ Sancti
Petri quod non soluatur annata, Gonzal. *ad reg. Cancell.*
§. 7. Proœmial. num. 167.

Ex quibus omnibus subsistente facultate Eminentiss. Ar-
chipresbyteri de conferendo Beneficiatum hunc, con-
cluserunt Domini constare de bono iure Antonij ab eo-
dem prouisi, illique dandum esse mandatum de manute-
nendo, † cum eius anterior possessio capta, & continua- 31
ta per sex menses, non reuocetur in dubium, vulgato §.
retinen. Instit. de interd. quæ quidem possessio non reman-
sit infecta ex gratia prouisionis per viam motu proprij cum
clausulis sublata, & decreto irritanti ad fauorem Ber-
nardini emanata desumptis ex regulis † reseruatorijs 32
Cancellariæ, quia ista non inficiunt possessionem an-
teriorem prouisi, nisi quando clarè patet Beneficium sub
dictis regulis comprehendi, Rota *dec. 652. nu. 3. par. 1. rec.*
alijque allegati à Modern. *de manut. obser. 46. n. 15.* Et quia
† huiusmodi motu proprio releuatur quidem impetrans 33
ab one-

ab onere iustificationis narratorum, sed non impedit,
quin ab altera parte possit dari de defectu intentionis Papæ,
34 eoque probato motus proprius † remanet sine effectu,
Bald. *l. Imperiales §. similes C. de nupt.* Paris. *de resignat.
benef. lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 127. Gonzal. *super reg.* 8. *glos.* 32. *nu-
mer.* 5. Rota *decis.* 656. *num.* 7. *par.* 2. *rec.* In casu autem præ-
senti defectus intentionis Pontificis in conferendo Bene-
ficium Bernardino, resultat non solum, quia nulla legi-
tur facta mentio de possessione Antonij, quam non præsu-
35 mitur Papam † voluisse turbare, *cap. cum nostris*, vbi Abb.
num. 7. *de concess. præbend.* sed amplius, quia expresse dici-
tur in motu proprio, quod Beneficium vacaret, & vacet
36 ad præsens; Ideò dignoscitur Papam † illud contulisse cum
supposito, quod vacaret de Iure, & de facto, & sic inten-
tionis Papæ defectus ex propria Bernardini prouisione de-
sumitur, vt in istis terminis dixit Rota coram bon. mem.
Merlino *decis.* 318. *num* 7. *repetita in* 5. *par. rec. decis.* 119.

Et ita vtraque &c.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 15. *May* 1656. *coram eodem R. P. D. Beuilaqua.*

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien̄ Fideicommissi.

Die Veneris 14. *May* 1655.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissum inter transigentes dicitur remanere intactum, quando inter partes præcisè fuit exceptum, transactiones qualiter censeantur factæ contrahentes, quando strictè, & præcisè stare debeant Capitulis factis in contractu, & quando secus.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Sententia iustitia, benè docetur ex pluribus decisionibus in causa factis.*
3 *Transactio non obstet fideicommisso, dum illud expresè in ea fuit præseruatum.*
4 *Nam sic illud non censetur numquam remissum.*
5 *Transactio, ad quas personas sit restringenda.*
6 *Transigentes ad qua bona voluerint transigere benè patet ex lectura transactionis.*
7 *Dictio*, vltra, *de sui natura est ampliatiua, atque disposita extendit.*
Dictio, vltra, *extendit dispositionem ad casus non expressos, num.* 7.
8 *Dictio*, vltra, *separat vnum Capitulum ab alia dispositione contentum.*
9 *Instrumentum confectum in executionem Capitulorum non debet augeri, nec ampliare ea, quæ in ipsis Capitulis inter partes conuenta fuerunt.*
10 *Partes, quando voluerunt quod strictè staretur, super Capitulis conuentis, nihil addito, & tunc non admittitur extensio.*
11 *Quod tamen aliud esset dicendum, dum fuit conuentum inter partes, vt obseruarentur conuenta, & possint fieri noua pacta.*
12 *Contractus, licet restringantur ad terminos dispositionis, & scriptura relata, fallit tamen quando aliud fuit conuentum amplia, num.* 13.
14 *Coniectura cessant vbi voluntas, & verba sunt clara.*
15 *Coniectura illa non potest deseruire ad arguendam mentis disponentis, dum eadem coniectura potest ipsam mentem destruere.*
16 *In transactione, quando euidens esset excessus.*
17 *In Transactione vt euitetur excessus facienda omnis interpretatio.*
18 *Contrahentium intentio, quando magis sit attendenda, quam ipsa veritas.*
19 *Detractiones in fideicōmissis, quando non sint detrahendæ.*
20 *Verba generaliter concepta omnia generaliter capiunt.*

D E C I S I O XV.

SEntentiam Rotalem latam à Reuerendissimo D. meo
Decano confirmatoriam alterius R. P. D. mei Celsi
super immissione Com. Ioannis de Pepulis in possessio-
nem bonorum subiectorum fideicommisso conuentionali,
tanquam validam, & iustam censuerunt DD. confir-
mandam. Validitas enim ex † Actorum reuolutione 1
comprobata ab Informantibus pro hæredibus Comitis
Francisci in dubium reuocata non fuit, iusta verò liquet
ex sex Decisionibus præcedenter æditis luculenter † com- 2
probantibus dictum conuentionale fideicommissum eius-
que purificationem, & bonorum identitatem, atque op-
timè occurrentibus repetitæ exceptioni transactionis, &
detractionum.

Transactio siquidem non obstat, quia in ea expressis ver-
bis dict. fideicommissum eiusque iura præseruata fuerunt
† altero decedente sine filijs capacibus, ideòque sequuto 3
obitu Francisci nullis relictis liberis potest Ioannes bona
fideicommissaria in dict. transactione eidem Francisco ob-
uenta ex prædicto fideicommisso recuperare, cùm illius
explicita reseruatio quamcumque prætensam remissio-
nem, & renunciationem † excludat prædicto casu eue- 4
niente, vt in terminis respondit Rota *in rec. decis.* 118. *nu-
mer.* 24. *par.* 5. *in Bononien. fideicommissi* 22. *Iunij* 1639. *cor.
R. P. D. meo Bichio sub §. renunciationem vers. tum denique in
Romana Casalis Aguzzani* 27. *April.* 1644. *cor. Reuerendiss.
D. meo Terracin. §. vlt. &* 26. *Nouembr.* 1649. *cor. Reueren-
diss. D. meo Decano §. ac demum cum cæteris alleg. in decisio-
nibus huius causa* 16. *Aprilis* 1649. *§.* 1. *&* 28. *Martij* 1650.
§. tum etiam cum seqq. coram R. P. D. meo Celso.

Non obstat, quod in Capitulis à transigentibus antea fir-
matis dicti fideicommissi reseruatis restricta fuerit solum
contra tertios cum expressione quod nunquam operari
posset ad præiudicium † Francisci eiusque hæredum, 5
& successorum, ibi, *Che nella presente Capitolatione s'in-
tenda, e s'habbi per espressa ogni preserua delle sue ragioni del-
li fideicommissi &c. e questo però solamente contro à terzi, e non
mai contro il Conte Francesco, e suoi Eredi, e successori.* Si-
quidem omissis responsionibus alijs datis, & subsistentibus
ex lectura Instrumenti desuper confecti apparet † transi- 6
gentes voluisse fideicommissum reseruare etiam inter se ip-
sos casu quo alter decederet sine filijs capacibus sic enim
conuincunt verba Instrumenti, ibi, *Quam Capitulorum
scripturam, & contenta in dd. Capitulis dd. enim infrascriptæ
partes cupientes, & omnino volentes obseruare, & ad alia in-
frascripta deuenire*, ibi, *& cum protestationibus, & declaratio-
nibus, & præseruationibus, de quibus in dd. Capitulis, & infra
dicendis*, & ibi, *& cum expressa declaratione vltra prædicta,
quod per transactionem, & diuisionem, quasis rebus sic stātibus
salua sint iura fortasse purificanda ad fauorē alterius dd. DD.
transigentium altero decedente sine filijs capacibus fideicom-
missorum &c.* Dicta enim verba, *& ad alia infrascripta deue-
nire, & infra, dicendis, atque vltra prædictam* toties gemina-
ta, & repetita enixam aperiunt contrahentium voluntatem,
nedum exequendi contenta in Capitulis, sed etiam ad alia
deueniendi, ampliorem que reseruationem in Capitulis non
contentam addendi. Id enim præ cæteris demonstrat, di-
ctio, *vltra* vltimis verbis adiecta, † quæ de sui natura am- 7
pliatiua est, atque dispositionem extendit ad casus non ex-
pressos, Castrens. *cons.* 66. *nu.* 4. Peregr. *cons.* 77. *nu.* 19. *lib.* 5.
Grat. *discept.* 116. *num.* 41. Rota *in Mutinen. Dotis* 16. *Ian.*
1641. *cor. Card. Panzirolo sub §. propterea*, vbi subditur,
quod separat vnum † Capitulum ab alio in eadem disposi- 8
tione contento, *& in Bononien. Legati* 3. *Iulij* 1645. *§. ve-
rum Domini, &* 18. *May* 1646. *§. iterum enim coram me*,
quæ loquitur de simili dictione vlterius.

Potuerunt tamen contenta in Capitulis ampliare, & vl-
tra ea disponere vtriusque partis accedente consensum, *ad
tex. in l. pacta nouissima C. de pact. & in l. nihil tam natura-
le, ff. de reg. iur.* idemque in his terminis admissum fuit *in
Romana Vinea* 26. *Iun.* 1645. *cor. R. P. D. meo Bichio sub §.* 1.
vers. quibus in Instrumento, licèt enim regulariter † Instru- 9
mentum confectum in executionem Capitulorum non de-
beat augere, nec ampliare ea, quæ in ipsis Capitulis inter
partes conuenta fuerunt, vt dixit Rot. *decis.* 114. *num.* 4.
par. 1. *rec. repetita in par.* 3. *decis.* 508. *sub num.* 2. Regula ta-
men procedit, quando partes restrictiuè voluerunt Instru-
mentum conficere ad formam eorundem Capitulorum
nihil addito, vel diminuto, † secus autem vbicum-
que, prout hic, explicitè declararunt velle quidem
obseruare in Capitulis contenta, sed alia noua adde-
re, diuersamque facere dispositionem, † hoc enim casu 11
dubitari nequit quin Instrumentum possit augere,

& ampliare formam Capitulorum, illudque est attenden-
dendum, quemadmodum dicitur de Instrumento referen-
12 te, † quod licet reguletur, & restringatur ad terminos dis-
positionis, & scripturæ relatæ, fallit tamen quando ex-
presse apparet disponentes aliter in illo disponere voluisse,
vt tradunt Peregr. *de fideic. art.16. sub nu.*111. *vers. limita
nisi,* Add. ad Buratt. *dec.*52. *num.* 13. faciliùs autem ex quo
ijdem transigentes in Capitulis conuenerunt, quod super
13 ipsis quantò citiùs † celebraretur Instrumentum ex dedu-
ctis *in Rom. quarti Dotalis* 27. *Apr.* 1646. *§. nec Comiti Fabio,
coram me.*

Neque ad eliciendam diuersam transigentium volunta-
tem recurri potest ad coniecturam eductam ab inæqualita-
te partium, ex quo Comes Franciscus adscripsit Comiti
Ioanni bona propria libera, receptis è concesso bonis fi-
deicommissarijs.

14 Quoniam † coniecturæ cessant, vbi voluntas, & verba
sunt clara *l. fin. §. sin autem ff. de bon. quæ liber.* Rota *de-
cis.*130. *nu.*3. *par.*1. *rec. &* cor. bo. me. Buratt. *dec.* 73. *nu.*9.
Imò in casu nostro coniectura desumpta ab inæqualitate
15 partium contra Reos † conuentos retorquetur, nam Co-
mes Ioannes recepta medietate bonorum liberorum valo-
ris lib. 123. mil. 745. tradit Co. Francisco medietatem bono-
rum fideicommisso subiectorum valoris lib. 319. mil. 477.
ad quod ipse tanquam legitimatus adspirare non poterat, &
vlteriùs illi remisit nedum fructus ex dd. bonis fideicom-
missarijs per plures annos ab ipso perceptos, sed etiam le-
gitimam sibi debitam in bonis Com. Iacobi Aui, & Co-
mitissæ Gentilis Auiæ, & sic portio obuenta Francisco vl-
tra prædictos fructus, & prædictas legitimas longè exce-
dit portionem obuentam Ioanni. Vnde si in trasactionem
16 remissum fuisset, vt prætenditur fideicommissum, † eui-
dens esset excessus respectu Co: Ioannis, ad quam euitan-
dam censentur transigentes voluisse perseuerare Iura fidei-
commissi, iuxta casum in transactionis Instrumento ex-
pressum, & illam maiorem quantitatem Francisco obuen-
17 tam tradere ad compensandum † periculum futuri euen-
tus, vt ponderatum fuit *in decis. edita cor. Reueredissimo
D. meo Decano* 13. *Iun.* 1652. *sub §. vltimo,* & præter au-
thoritates ibi allegatas tradunt Alciat. *in l. qui Roma* 122. *§.
duo fratres numer.* 34. *& sub num.* 35. *vers. mihi placet, ff. de
verb. obl.* Bursatt. *cons.* 173. *num.* 37. Becc. *cons.* 24. *num.* 30.
Menoch. *cons.* 87. *num.* 94. Facchin. *contr. iur. lib.* 6. *cap.*68.
in 6. *concl. vers. dum tamen,* Grat. *discep. for. cap.* 234. *nu.*8.
cum alijs relat. *in Romana diuisionis* 28. *Nouembris* 1650.
cor. R. P. D. meo Beuilaqua §. ipso enim, & §. fin.

Et in proposito ponderandum quoque videbatur,
quod si Comes Franciscus suscepisset filios legitimos,
potuissent isti non solùm impedire reuersionem pa-
ternæ portionis ad Co. Ioannem, sed casu quo Co:
Ioannes decessisset sine filijs capacibus, potuissent præ-
tendere illius portionem, quia cùm ipse admiserit Co:
Franciscum illegitimum pro medietate ad dict. fideicom-
missum, substulisse videtur omnem maculam illegiti-
mitatis, & sic filios illius fuisse capaces, quod clarius
indicat reseruatio conuenta, non solùm casu, quo Co:
Ioannes decederit sine filijs capacibus, sed casu etiam
quo vterque, nempe ipse, & Franciscus obirent, siue
alter ipsorum obiret sine talibus filijs, & sic admiserunt,
quod Franciscus posset habere filios capaces, nempe na-
tos, vel nascituros ex legitimo præcedenti matrimonio.
18 In ista enim materia † magis attenditur contrahentium
intentio, quàm ipsa veritas, vt ex Bald. *in l. qua loca
num.* 1. *vers. nota, ff. de hered. inst.* alijsque adductis benè
concluditur *in prædictis decisionibus R. P. D. mei Cels.* 16.
Aprilis 1649. *§. nec dicatur, &* 28. *Martij* 1650. *§. nec po-
test renocari.* Vnde tantòminùs illius hæredes conqueri pos-
sunt, quod tradiderit bona libera, & receperit fideicom-
missaria.

Quo verò ad exceptionem detractionum placuerunt
DD. responsiones traditæ *in decisionibus d. R. P. D. mei Cels.*
5. *Decemb.* 1650. *§. non obstant prætensa vsque ad fin. &* 16.
Iun. 1651. *§. etenim prima cum seqq.* & signanter ex quo in
19 transactione adest explicitum † pactum prohibens quas-
cumque detractiones vltra summam lib. 7. mil. iam consi-
gnatam, & satis consumptam, gratisq; d. pactum huiusmodi
esse restrictum, cùm imo generale sit, & indefinitum, ibi,
*Dichiarando ancora, che si debba cauar dalla Massa de' be-
ni stabili del detto già Signor Co: Giacomo à fauore del det-
to Sig. Co: Francesco la somma di lire 7. mil. e questo per tut-
to quello, che hauesse potuto pretendere il detto Co. Fran-
cesco per debiti, o legati pagati, non ostante che ascendessero
à maggior somma delle dette lire 7. mil. & il Co. Francesco non
possa prætendere altra detrattione per qualsivoglia capo, o caso.*
Huiusmodi enim verba † ita generaliter concepta capiunt 20
omnem, & quemcumque titulum detractionum, etiam si
summa non esset æquiualens, & proportionata, sed longè in-
ferior, cùm reliquum censeatur remissum, *ad tex. in cap.* 1.
de transact. cum cæteris adductis in d. dec. die 16. *Iun.* 1651.
§. & vltra prædictam.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Palentina Decimarum. [1]

Die 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Episcopus dicitur Parochus vniuersalis totius Diœcesis, & hoc multò magis, dum in singulis Parochijs in specie non est deputatus Parochus, qui curam animarum gerat, seù plures Beneficiati sunt deputati in genere. Qui tamen Beneficiati aliquam manutentionem super exactione decimarum, quod latè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Cathedralis cum Episcopo habet consortium.*
2 *Capitulum ab Episcopo recipit fomentum, & hoc maximè in casu quo pars decimarum ad Capitulum spectet num.* 2.
3 Decis. Coccin. 254. num. 4. & decis. 187. num. 1. & decis. 257. num. 2. *quo loquantur.*
4 *Episcopus est Parochus vniuersalis totius Diœcesis. Quod procedit, si in ea nulla sint Parochia distincta, nec vllus adsit Curatus particularis, & num.* 4.
5 *Episcopus dicitur Parochus vniuersalis, dum alicui cura animarum in specie non fuit decreta.*
6 *Deputatio ad percipiendas decimas aliud est si fiat in perpetuum, & aliud ad tempus.*
7 *In Ecclesia vnica, & sola, vnicus debet esse curatus, & Rector Animarum.*
8 *Ecclesia Cathedralis quando dicatur habere intentionem fundatam super perceptione decimarum.*
9 *Parochialitas ex reseruatione decimarum pernecesse non potest dici probata.*
10 *Parochialitas, & animarum cura ex quo sufficienter non potest dici probata.*
11 *Ecclesia Parochialis, potest distingui in plures partes, ratione commodiaris vsus.*
12 *Ad Ecclesiam Collegiatam constituendam plura sunt necessaria.*
13 *Beneficiati ex quibus non possint prætendere ius colligendi decimas ad ipsos spectare.*
14 *Parochi de iure communi habent intentionem fundatam super iure percipiendi decimas.*
15 *Quæ iuris assistentia parum iuuat in partibus Hispaniæ, & redditur ratio.*
16 *Animarum cura, quod actu exerceatur, & quod non exerceatur, nec actu, nec habitu, diuersa sunt.*
17 *Curatis, vt iuuet assistentia iuris super iure percipiendi decimas quod nam sufficiat, & declara, vt numer.* 18. *&* 19.
20 *Possessio, quando est communis, non potest prætendi, quod sit particularis, & ad se solum spectare.*
21 *Beneficiati non habentes intentionem fundatam super perceptione decimarum, ipsi debent decimas ad se spectare probare.*
22 *Constitutiones Synodales faciunt particulare quo ad totam Diœcesim.*
23 *Et hoc potissimum concurrente obseruantia.*
24 *Quod magis id intraret stante antiquissima sententia super hoc.*
25 *Clericis competit exemptio quoad solutionem Decimarum, si fundi sint Ecclesiæ, quorum fructibus viuunt Clerici.*
26 *Quod maximè procederet, quando in Ecclesiæ fundatione, pro substentatione, fuerunt assignata, & nu.* 27.
28 *Clerici, quando non teneantur soluere decimas.*
29 *Beneficiati tantum censentur exempti à solutione Decimarum,*

marum, quando bona sunt applicata cura.
30 Actio, & passio non datur in eodem subiecto.
31 Creditum, & debitum quando non radicatur in totum in eadem persona tollitur incompatibilitas.
33 Beneficiatis, quando aliqua portio censeatur assignata tamquam merces, & stipendium seruitij, quam alio titulo.
34 Testes non probant, quando potius fauent parti contraria.
35 Socij, & rem communiter possidentes, non possunt prætendere aliquam possessionem contra socium.
36 Præscriptio non datur sine scientia, & patientia aduersarij.
37 Præscriptio immemorabilis tollitur per actus in contrarium factos.
38 Administrator non potest prætendere aliquod ius acquisitum super re administrata.
39 Ex possessionis mutatione mutatur ius.

DECISIO XVI.

IN Ecclesia Oppidi de Osorno Palentinæ Diœcesis, in qua per inæqualis gradus, seù Ordinis Beneficiatos Patrimoniales ministratur, & vni, vel pluribus ex eis ad libitum per Episcopum Curiæ exercitium demandari solet, Decimæ à Christifidelibus, & intra limites commorantibus generaliter exactæ in horreo communi reponi consueuerunt, vt exinde tertia pars assignetur Capitulo Cathedralis, alia tertia Beneficiatis, & reliqua distribuatur inter Fabricam Ecclesiæ, & Dominum temporalem eiusdem Oppidi, super quibus nulla cadit controuersia, sed solum super bonis pro legatis pijs, aut Cappellanijs, cum onere Missarum, vel Suffragiorum relictis, seù adiudicatis, quæ annexa Beneficiati appellant, & prætendunt ista in horreo separato, & particulari ponenda, vt inter ipsos posteà absque communicatione Capituli Cathedralis, & Domini temporalis loci diuidantur, super quo emanarunt duæ sententiæ coram Ordinario, & Metropolitano in iudicio manutentionis partim ad fauorem Capituli, & partim ad fauorem Beneficiatorum, à quibus postmodum causa ad Rotam deuoluta dictum fuit, quod videretur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis, & super isto demum proposito dubio ad fauorem Capituli Cathedralis hodie fuit resolutum.

Constat etenim, quod assistentia iuris super decimis
potius assistit dicto Capitulo, quam prædictis Beneficiatis
1 ratione consortij, quod Ecclesia Cathedralis † cum Epis-
copo habet, ad tradita in cap. finali de Paroch. & ibi glos.
Barbos. de offic. Paroch. par. 3. c. 28. §. 2. nu. 14. Rota dec. 192.
nu. 3. & 212. nu. 1. & decis. 254. num. 7. par. 7. rec. in Hispalen.
decimarum 15. Febr. 1647. coram R. P. D. meo Meltio cum ibi
2 cumulatis. Nam Capitulum ab Episcopo fomentum † acci-
pit, maximè cùm pars decimarum ad illud spectet, Rota co-
ram Coccino decis. 254. num. 4. vbi sub ista declaratione intel-
3 ligenda † eadem decis. in princ. & dec. 187. nu. 1. & dec. 237.
num. 2. coram eodem ex aduerso allegata, & casu quo inter
Episcopum, & Capitulum litigatur. Est enim Episcopus
4 Parocus vniuersalis † in tota Diœcesi Palentina, cum in ea
nullæ sint Parochiæ distinctæ, nec vllus adsit Curatus par-
5 ticularis, sed † Episcopus alicui ex Beneficiatis curam de-
mandare soleat, ex trad. per Barbos. de offic. Paroch. par. 1.
cap. 1. num. 44. vers. in illa, & dicta par. 3. cap. 28. §. 2. n. 15. &
de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 26. §. 2. nu. 15. & in vot. dec. vot.
41. num. 42. Rota cor. sa. me. Greg. XV. decis. 174. num. 3. vbi
Add. num. 8. Neque contrarium colligitur ex Constitutio-
ne synodali præcipiente, quod Episcopus certum genus per-
sonarum in Curatos eligere debeat, cum in eadem redda-
tur ratio scilicet, quia in nostris Ecclesiis non adsunt benefi-
cia deputata pro hoc onere separata. Et comprobatur ex de-
6 putationibus per Episcopum ad idem munus factis, † quæ
non sunt in titulum, nec in perpetuum, sed ad tempus,
immò & plures esse dicuntur deputati, qui insimul, &
eodem tempore Curati, aut Parochi haberi non possunt,
7 cum ex multiplicatione titulus Curæ excludatur, † quia in
vna Ecclesia vnus debet esse Sacerdos, Sponsus, & Rector,
cap. cum non ignores de præbend. cap. sicut vna 22. quæst. 2. Ol-
drad. cons. 67. nu. 1. exornat Barbos. de offic. Paroch. dicta p. 1.
d. cap. 1. num. 43. Hoied. de incompatib. benef. par. 1. cap. 13.
num. 7. Hippol. Maia obser. 11. à num. 26. cum seq. Rota dec.
52. num. 18. & 19. par. 2. diuers. & in hoc casu Ecclesiam
8 Cathedralem † habere intentionem fundatam in decimis

per text. in cap. cum contingat 29. & ibi glos. verb. de iure communi, probat Barbos. in collect. ad d. cap. nu. 7. Modern. Auenionen. qu. Benef. cap. 56. num. 4. Rota in Mediolanen. decimarum 17. Decemb. 1612. cor. bo. me. Pirouano.

Neque Parochialitas ex reseruatione decimarum pro Be-
neficiatis desumi valet, quæ reseruatæ censeatur † iure par- 9
ticipationis, & assignationis per Episcopum factæ tan-
quam ipsius Coadiutoribus iuxta tex. in cap. in nouo 21. di-
stinct. Barbos. de offic. Paroch. d. par. 3. d. cap. 28. §. 2. num. 4.
Modern. Auenionen. d. qu. 56. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Can-
cell. gloss. 6. nu. 68. Gratian. discept. for. cap. 864. nu. 20. & 34.
Præterquam nec pro inducenda † Parochialitate, aut cura 10
sufficeret, vt per Gonz. vbi proxime nu. 57. Barbos. de offic.
Paroch. d. par. 1. cap. 1. nu. 31. cum seqq. Minùsque ex eo, quod
Testes dicant decimas colligi in Territorio de Osorno † 11
cùm adhuc Parrochijs non distinctis ad commodiorem
vsum limites præscribi possint in terminis Concil. Trid. sess.
24. de reform. cap. 13. tradit Barbos. ibi, & de offic. Paroch.
d. par. 1. cap. 1. no. 23. sicut nec etiam, quod cura habitualis re-
sideat penes Collegium Beneficiatorum cum non constet,
quod Ecclesia de Osorno sit Collegiata, licet fecerit Con-
stitutiones ad ipsius regimen, & Beneficiati capitulari-
ter se congregauerint, † nam ad constituendam Colle- 12
giatam Ecclesiam alia plura requiruntur, ad tradita per Lot-
ter. de re benef. lib. 1. cap. 14. num. 59. Rota coram Mant. de-
cis. 215. num. 1.

Ex quibus omnibus colligitur, quod cum cura anima-
rum in Palentina Diœcesi non resideat penes aliquem par-
ticularem Rectorem, sed apud Episcopum † prædicti Be- 13
neficiati non habent fundatam intentionem in iure perci-
piendi decimas, ex trad. per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. dict.
glos. 6. num. 75. Grat. discept. forens. cap. 865. nu. 38. & ex al-
legatis per Barbos. de offic. Paroch. d. p. 3. c. 28. §. 2. n. 15. Rota
in Hispalen. Decimarum 27. Iun. 1644. in princ. cor. Eminen-
tissimo Corrado, & 15. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Richio,
& 20. Nouembris 1641. in princ. coram R. P. D. meo Cerro.
Et omninò in Beneficiatis excluditur † prædicta iuris assi- 14
stentia, quæ in Regnis Hispaniæ parum fauet Curatis,
seù Parochis pro decimis percipiendis, cùm super decimis
Ecclesiæ Cathedrales, Dignitates, † & alia Beneficia fun- 15
data existant, Barbos. loco mox citato dict. num. 15. Rota cor.
sa. me. Greg. XV. decis. 329. num. 6. cum alijs Add. ad Burat.
decis. 406. num. 6. Non refragantibus decisionibus Calagurrita-
nis Sancti Ascensi, & Daualillo 17. Aprilis, & 1. Iulij 1654.
coram Me, quia in illis controuersia erat inter Beneficiatos
curam actu exercentes, † ac Monachos nec actu, nec ha- 16
bitu habentes, ac proindè in illis admissa fuit iuris as-
sistentia cum sufficiat actuale exercitium, † & sola quasi 17
possessio, vt tenet Rota in Vercellen. Decimarum 13. No-
uembr. 1645. & 31. Maij 1647. coram R. P. D. meo Cerro,
sequens decisiones Seraph. 889. num. 4. & decis. 1387. num. 6.
Rota decis. 667. par. 4. rec. sic intelligen. Qui casus valde dif-
fert à præsenti, in quo quæstio est cum † Capitulo Ecclesiæ 18
Cathedralis Vniuersalis Parrochiæ participantis proprio iu-
re de decimis † secundum Constitutiones synodales. 19

Quinimò & assistentia pro Capitulo Cathedrali fulci- 20
tur ex iure horrei † communis, in quo cum generaliter de-
cimæ reponendæ sint, vtique, & particulares, de qui-
bus agitur, vt in terminis respondit Rota in Pampilo-
nen. decimarum de Vsurbil. 1. Iulij 1648. coram R. P. D.
meo Celso.

Quapropter cùm Beneficiati † intentionem fundatam 21
non habeant ipsi probare debent decimas ad se pertinere,
Rebuff. de congr. portione n. 108. cum seqq. Barbos. de offic. Pa-
roch. d. par. 3. c. 28. §. 2. nu. 9. Rota cor. sa. me. Greg. XV. de-
cis. 429. num. 6. quæ probatio minimè per Beneficiatos exhi-
betur, sed potiùs de contrario constat ex Constitutione Sy-
nodali specificè disponente, quod à quibuscumque Bene-
ficiatis decimæ controuersæ soluantur Capitulo pro rata
ab illo prætensa, de cuius dispositione deponunt testes
† dati in Summ. Capituli primæ positionis numer. 5. Et
hæc constitutio tanquam ius particulare illius Diœcesis om-
nino seruari debet, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9.
§. 1. num. 18. Massobr. de Synod. cap. 4. dub. 4. Rota decis. 522.
num. 1. & seqq. par. 1. diuers. & decis. 852. num. 3. coram Bu-
ratt. & penes Duran. decis. 116. num. 4. Concurrente maxi-
mè obseruantia ex † supradictis testibus comprobata, 23
Rota coram Penia decis. 114. num. 3. Et ex antiquissima
sententia illius † confirmatoria in dicto Summ. num. 12. 24
prout in alia causa Palentina fuit comprobata per Rotam

decis.205. num.1. & decis. 218. num.1. coram Seraph.

Nec excusari debent Beneficiati exemptione Clericis
25 competente non soluendi decimas de fundis Ecclesiæ, †
quorum fructibus Clericali iure veniunt per *text. in cap. nouum genus 2. de decimis, & tradita per* Diu. Thom. 22. *qu.87. art.4.* Suar. *de decim. tract. 2. lib. 1. cap. 17. num.23. & relata per* Barbos. *in collect. ad illum text. & de off.* Paroch. *d. par. 3. cap.28. §.3. num.7.* Maximè quando in Ecclesiæ fundatione
26 pro † substentatione Parochi fuerunt assignata prædia iuxta distinctionem traditam per eosdem *DD. & allegatos per* Barbos. *in vot. decis. lib. 2. vot. 41. num. 7.* & casu quo dicta
27 prædia intra † limites eiusdem Ecclesiæ consistant, *vt per* Couarr. *var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 8.* Guttier. *Canonic. qu. lib. 2. cap. 21. num. 54.* Barbos. *vbi proximè num. 8.* qui in terminis præsentis quæstionis *num. 9.* ex plurimorum sententia refert, quod quando prædia sunt assignata pro dote alicuius Beneficij, seu Cappellaniæ cui nulla imminet cura
28 animarum licèt ex accidenti illam habeat, † qui obtinet Cappellaniam, non teneri Clericos decimas soluere, quod *sequentibus numeris explicat*, casu quo prædia intra fines Parochiæ, cui decimæ soluuntur consistant, ibique Capdellani & Clerici seruitium præstiterint, eademque repetit quamplurimis relatis de iure Ecclesiastico *lib. 3. cap. 26. §.3. num.11. & in dicto voto 41. num.10. cum seqq.*

Nam veriùs est, quod Clerici tantummodò censeantur immunes à solutione decimarum de bonis, quæ sunt applicata
29 Ecclesiæ Parochiali † intuitu curæ, & pro Parochi substentatione, non autem de assignatis pro Cappellanijs, aut anniuersarijs, & sic ad diuersum effectum, vt sunt bona, de quibus agitur, sub qua distinctione Innoc. & Abb. *doctr. in cap.2. de decim.* explicat Guttier. *Canon. quæst. d.lib.2.cap.21. num.57.* Suarez *de relig. lib. 1. capit. 13. nu. 16.* Barbos. *de iure Eccles. d. l.3. c.26. §. n.11. vers. altera, & d.vot.41. à n.15.*

Nec tunc vrget obiecta incompatibilitas ex eo deducta, quod cum Clericis inseruientibus decima debeatur, non possit ae ipsis eadem præstari, † ne detur actio, & passio in
30 eodem subiecto aduersus regulam *l. Vranius ff. de fideiuss. cum similibus.* Quia inconueniens visum fuit cessare, cùm non adsit vnus dumtaxat Parochus, à quo intendatur exactio, sed plures Clerici, aut Beneficiati, qui ex diuersitate personarum, & munerum diuersimodè considerantur,
31 iuxta *text. in l. Tutorem 22. ff. de his quibus vt indign. l. 1. ff. de leg.1.* Bart. *in l. si conuertit §. nuda, ff. de pignor.act.* Valenz. *cons.69. nu.32. tom.1.* Gratian. *discept. forens. cap. 111. n. 13. & cap.298. num.26. cum seqq.* & in terminis decimarum animaduertit Abb. *in d. cap.2. num.4. de decim.* Barbos. *vot. 41. num. 6.* Et ideò cum debitum, & creditum † non radicetur
32 in totum in eadem persona tollitur omnis incompatibilitas, quæ solùm cadit in rata ad Beneficiatos spectante, non verò ad alios secundùm tradita per Diu. Thom. 2.2. *d. q.87. art.4. vers. Vnde patet,* Suar. *d. lib. 1. de relig. num. 16. vers. quod si Ecclesia prædium.* Castropal. *quæst. moral. tom. 2. tract.10. disp. vnic. punct.10. num.6. in fine* Barbos. *d. vot.41. num. 45. in princ. referen.* Valenz. *d.cons.33. num. 122. tom. 1.* Maximè cùm portio dd. Beneficiatis assignata potiùs † censeatur tan-
33 quam merces, & stipendium seruitij ex superioribus.

Possessio autem probata ex locationibus, & Testibus Summ. Beneficiatorum *num. 3. & 4.* sicut & præscriptio immemorabilis ex ijsdem testibus, nec magis Beneficiatis suffragari debet. Tum quia † ipsi tanquam administratores
34 & alieno nomine possidentes præscribere non potuerunt Rota *coram Seraph. dec.707. num.6.* Tum quia tanquàm socij & communi nomine † possidentes aduersus Capitulum
35 nullatenus præscribere voluerunt. vt per Ias. *in §. quædam inst. de act. num.32.* Hector Felic. *de societ. cap.31. numer.75.* Ceuall. *pract. quæst. cap.820. à num.1.* Præterea quia deficit probatio scientiæ, & patientiæ † Capituli pro inducenda
36 præscriptione requisitæ, vt in simili ponderauit Rota *in d. Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. §. quia coram Eminentiss. Corrado, & in alia 25. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Bichio, in Toletana decimarum 15. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Celso, & in d. Calaguritana decimarum Sancti Ascensi, &* Daualillo *17. Aprilis 1654. §. & insuper cor. me.* Etiamque destruitur immemorabilis ex prædicta Constitutione Synodali, & antiqua sententia, cùm ad sui substantiam requiratur, vt nihil vnquam † actum, visum, vel audi-
37 tum sit in contrarium, ad tradita per Rotam *in Salisburgen. iurisdictionis 1. Iulij 1643. §. aut verò, & 22. Maij 1645. coram Reuerendiss. D. Tarracon. confirmata 6. Iunij 1652. cor. Reuerendiss. D. meo Verospio, & in Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. §. & circa coram me.*

Quinimmò & possessio, quam dd. Beneficiati allegant Capitulo Cathedrali prodest, cum illi sint administratores:
quapropter isti censetur acquisita pro tertia parte, vt præter 38
superiora probatur ex *decis. Rota 170. num.10. & decis. 196. numer.6. post Modern.* Perus. *de manuten. in Cathacen. hæredit.11. Decembris 1648. §. respectu, vers. & consequenter coram R. P. D. Cerro.* Et quidem Capitulo assistit possessio antecedens, quam Capitulum super bonis controuersis ha-
bebat in iure percipiendi decimas, † cùm ex mutatione 39
possessoris bonorum decimalium non debeat variari ius Capituli, vt per Rot. *decis. 141. numer. 5. & decis. 455. num.2. apud* Modern. *de manut. in d. Hispalen. decimarum 25. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Bichio, & in Toletana decimarum 5. Decemb. 1653. §. constat enim coram me.*

Atque ità constare de bono iure Capituli etiam ad effectum manutentionis conclusum fuit vtraque parte acerrimè informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Forosempronien. Bonorum.

Die Veneris 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Soror simul succedit pro virili cum alijs fratribus, fratri defuncto. Cohæres, qui administrauit hæreditatem, omnis ratio postulat, vt rationem reddat de administratione. Subscriptio scripturæ, quod operetur, rationem suæ administrationis, quando quis semel reddidit, non tenetur amplius eam reddere dum non constat de dolo, seu errore.

SVMMARIVM.

1 *Soror succedit æqualiter cum fratribus ad successionem fratris defuncti ab intestato.*
2 *Sententia antequam exequatur, debent adimpleri eius conditiones.*
3 *Cohæres, qui administrauit bona hæreditaria, ratio omnis postulat, ut teneatur reddere rationem suæ administrationis.*
4 *Possessionem alicuius rei, quod quis non habuerit, ex quo probetur, & num.5.*
6 *Possessio solo animo dimittitur.*
7 *Possidere aliquam rem, quando quis non præsumatur.*
8 *Rationes reddidisse quando quis dicatur.*
9 *Ratio, quando semel est reddita, amplius reddi non debet non docto de dolo, seu errore.*
10 *Ratio non potest dici reddita, dum libri non fuerunt exhibiti coram Peritis.*
11 *Subscriptio operatur approbationem scripturæ subscriptæ.*
12 *Subscriptio operatur approbationem omnium contentorum in scriptura.*
13 *Subscriptio probatur etiam contrà hæredes subscribentis.*
14 *Libri rationum, quod fuerint exhibiti probatur ex fide Actuarij.*
15 *Actuario de productione scripturæ in actis creditur.*
16 *Sententia ex quo defendi possit ab iniustitia.*
17 *Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum, & meretur executionem, quamuis in aliquibus Capitulis separatis transeat ad alios iudices.*
18 *In compromisso non comprehenduntur ea, quæ in iudicatum transiuerunt.*
19 *Compromissa expirant morte compromittentium, dum pro hæredibus stipulata non fuerunt.*
20 *Sententia, quando non possit dici per alias sententias suspensa.*
21 *Exceptio, quæ non pertinet ad aliorum peritiam non attenditur.*
22 *Verbis dispositionum standum est.*
23 *Bona non possunt dici comprehensa in aliquo loco, dum non constat de eorum identitate.*
24 *Inter hæredes plures, quando litigatur, non est agendum iudicio immissionis, sed familiæ herciscundæ.*
25 *Verum id est intelligendum, quando omnes hæredes possident.*
26 *Actio familiæ herciscundæ non competit non possidenti.*

DECI-

DECISIO XVII.

ALDOBRANDINVS Iulianus Feliciaui filius in vim decreti A. C. de anno 1652. mandantis pro exequutione sententiæ à Prætote Forosempron de anno 1626. ad fauorem Patris latæ ipsum immitti in personalem tertię partis bonorum hæreditariorum Iulij Cæsaris Iuliani Furiosi ab intestato defuncti, d. tertiæ partis actualem possessionem recepit, & desuper in gradu appellationis à d. decreto ad me interposita petijt manutentionem, super qua particulari dubio per me proposito sub die 29. Maij 1655. responsum fuit quod videatur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis, & hodiè de bono Iure Aldobrandi quoad tertiam partem dictorum bonorum dumtaxat, cum aliæ duæ tertiæ partes spectent ad eius Patruos, Domini constare dixerunt etiam ad effectum manutentionis.

Cùm enim Iulio Cæsari de cuius hæreditate agitur tres supervixerint fratres germani, nempè Horatius auctor Hippolyti iunioris, Hippolytus senior, & Felicianus Al-
1 dobrandi Pater singulis tertia † pars hæreditatis debetur illam inter illos æqualiter diuidendo pro virili iuxta disposit. *tex. in Auth. de fundo C. ad Sen. Cons. Tertull. Auth. Constante C. legit. hæred. & decis.* Buratt. 310. *num.* 1. & per consequens rectè A.C. mandauit exequi sententiam de partibus super immissione Feliciani in possessionem dictæ partis.

Nec obstat quod eadem sententia contextualiter condemnet Felicianum ad dimittendum Hippolyto, & Horatio pro duabus tertijs portionem domus, & aliorum bonorum per ipsum possessorum ad præfatam hæreditatem pertinentium, nec non ad reddendam rationem Hippolyto iuniori de administratis occasione curæ ipsius Julij Cæsaris indè infertur vtrumque debuisse adimpleri antequam sententia in parte
2 immissiua Feliciani exequutioni demandaretur *ex allegatis in decis.* 400. Duran. *numer.* 1. *& seq. decis.* 743. *num.* 7. *par.* 3. *recent.* Eo magis quia successiuè duæ aliæ sententiæ locumtenentis Vrbini, & Collegij Vrbinaten. mandarunt procedi ad vlteriorem exequutionem d. primæ sententiæ in ea parte qua Felicianum ad reddendam rationem condemnauit, omnisque † ratio poscit, ne cohæres à cohæredibus exigat quod intus habet, vt reddat rationem de bonis in vita defuncti ad illum peruentis, & bona hæreditaria quæ possidebat confert *l.* 1. *§. preindè, & si §. item ficum me vncta gloss. verbo compensatio, ff. si pars hæred. petat. l. si soror, C. collat.* Bald. *in l.* 2. *num.* 5. *vers. sicut beneficium etiam C. senten. rescin. non poss.* Roland. *con.* 28. *num.* 6. *lib.* 1.

Nam dimissio bonorum si quæ prius Felicianus possidis-
4 set satis probetur, † nedum ex quo alios fratres bonorum hæreditariorum possessionem cœpisse constat ex datis in calce responsionis facti pro Hippolyto, sed etiam quia cum Aldobrandus petierit immitti in tertiam partem omnium
5 † bonorum hæreditariorum ex indè fassus fuit se nullam dd. bonorum partem possidere *Adden. ad* Buratt. *decis.* 160. *num.* 18. *& decis.* 306. *num.* 10. Rot. *dec.* 495. *num.* 51. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. & decis.* 210. *nu.* 1. *p.* 7. & hoc ipsum quatenus
6 opus sit importat dimissionem † possessionis quæ solo animo dimittitur *l.* 3. *§. in admittenda, ff. acquir. possess.* Mant. *decis.* 200. *num.* 5. Duran. *decis.* 269. *num.* 17. Rot. *decis.* 174. *numer.* 5. *par.* 4. *diu. & in Romana hæreditatis de Cincijs* 15. *Decembris* 1613. *coram bo. me. Pirouano*, iuncto præsertim, quod ab anno 1625. citrà nusquam alij fratres petierunt dict. possessionem dimitti, nec duæ suprà enunciatæ posteriores sententiæ admittendum condemnarunt sed solum ad reddendam rationem, & hodiè Rota bonum ius Aldobrandi restringit ad tertiam partem tantum omnium bonorum desuper, quæ manutentionem ei concedit, alias verò duas tertias partes declarat spectare ad alios cohæredes.

Adimpletum pariter visum fuit præceptum reddendi ra-
8 tionem de bonis administratis, nam constat rationes † redditas fuisse in partibus de anno 1726. & 1627. & missis in Curia de anno 1652. *Sum. Aldobrandi num.* 3. Nec ratio se-
9 mel reddita iterum † debet reddi, non docto de dolo seu errore *l. semel C. public. apoc. lib.* 10. *l. unic. ubi not. benef. C. error. Calc.* dum alijs allegatis *in Rom. Computor.* 23. *Iunij* 1640. *§. non obstat §. ex quibus coram R. P. D. Cerro.*

10 Gratisque dicitur † non fuisse coram Peritis exhibitos libros; nam quoad Petitos de partibus contrarium, patet ex verbis ibi, *dicta computa calcularunt habitis in consideratione Partitis descriptis in libris sibi exhibitis d. Sum. num.* 2. Cumque relationes subreptæ fuerint ab Horatio Auctore Hip-
11 polyti Aduersarij † hoc sufficit vt fidem mereantur in omnibus ibidem enunciatis, & de minus legitimæ rationis exaduerso excipi non possit, quia † subscriptio importat omnium approbationem *l. Emptor* 47. *§. fusius de pact. l. fin. §. subscriptionem, C. de Iur. deliber. l. sicut §. non iudicatur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. cap. si quis de reb. Eccles. non alien.* Felin. *in cap. quoniam contra nu.* 43. *de prob.* qua afficit etiam Aduersarium † subscribentis hæredem *l. cum à* 13
Mano C. rei vendic. l. ex qua persona, ff. reg. iur. vin. decis. 1657. *§. non obstat coram R. P. D. meo Zarate*, maximè quia de exhibitione libri administrationis constat vlteriùs ex fide authentica † actuarij sub die 6. Iulij 1621. ibi, occasione ad- 14
ministrationis vnà cum libro producto peracta mei *Sum. responsionis pro* Aldobrando *num.* 2. † cui actuario de produ- 15
ctione facta creditur Buratt. *decis.* 606. *num.* 12. Rota *in Romana Census seu Depositi* 4. *Martij* 1641. *cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec admirandum si in supramemoratis duabus posterioribus sententijs, Iudices mandauerunt primam sententiam exequi quoad obligationem reddendi rationem, quia tunc doctum fortè non fuit de mox † ponderatis exhibitionibus 16
librorum, & relationibus subscriptis, quibus ex abundanti accedit nuperrima relatio Andreæ Chelli Periti electi ab A. C. in omnem, & euentum dd. sententiam ratio haberi non deberet, quia ex prædictis esset iniustæ eò minùs ad effectum retardandi executionem primæ sententiæ per capitulum separatum immissionem concedentis, quæ ob non interpositam appellationem transit † in iudicatum, & mere- 17
tur executionem, etiam si super alijs Capitulis causa esset ad alios Iudices deuoluta, *l. etiam §.* 1. *ff. minor.* Bart. *in l.* 1. *n.* 7. *C. aduers. error. calc.* Cal. *in l. si curatore vers. vel Aduersarij dolo num.* 31. *& seq. C. in integ. rest.* Menoch. *de arbitr. cas.* 91. *num.* 17. *& seqq.* Vinc. de Franch. *decis.* 170. *num.* 4. Rot. *in Spoletana manuten.* 12. *May* 1645. *§. fuit autem coram me.*

Nihil refragante Compromisso inter Felicianum, & fratres, vt asserit facto de anno 1638; eo quia non † compre- 18
hendit contenta in sententia in iudicatum transacta Negus. *cons.* 4. *num.* 105. Ciriac. *contr.* 350. *num.* 11. *&* 12. *hæred. decis.* 185. *n.* 12. *& seq.* Franc. Marc. *dec.* 465. *n.* 1. alijque relati ab *Adden. ad* Surd. *dec.* 185. *n.* 1. & expirauit per obitum Feliciani alterius ex compromittentibus † cum pro hæredibus 19
stipulatum non fuerit, *l. diem proferre §.* 1. *l. sed & interpellatur §. fin. ff. recept. arbitr.* Abb. *in cap. Compromissum nu.* 2. *eod. tit.* Caual. *decis.* 656. *in* 4. Rot. *inter rec. dec.* 452. *n.* 6. *p.* 1. Adeò quod nihil aderat quod suspendere posset executionem primæ sententiæ † quoad immissionem in iudicatum 20
transacta quæ perperam dicitur in hac parte suspensa per duas posteriores cum in illis nec verbum de hoc habeatur. His positis nihil obest quod Felicianus Census aliquos ad Iulium Cæsarem spectantes dum administrator erat extinxerit † quia hoc pertinet ad redditionem rationis satis iuxtà 21
prædicta completam nec aduersantem.

Prætensus excessus decreti A. C. siue ob comprehensionem bonorum Emphyteuticorum, quorum renunciationem solus Hippolytus obtinuit, siue quia capta fuit possessio totius Domus, tollitur respectu Domus, quia verba exetionis † contrarium demonstrant, ibi, *immisisse in veram* 22
possessionem Domus, &c. pro tertia parte tantum, &c. ut in ultimo Summ. Aldobrandi numer. 1. Comprehensio item bonorum Emphyteuticorum non benè educitur, ex quo illa adsint in loco, vbi existunt quædam bona ab Aldobrando apprehensa, quia † non constat de identitate bonorum om- 23
nino probanda, quando vt in casu nostro alia bona libera in eodem loco existunt, Afflict. *cap.* 1. *num.* 12. *de controu. inter* Marc. *& fœm.* Decian. *cons.* 33. *sub num.* 53. *lib.* 1. Rota *decis.* 150. *num.* 5. *decis.* 205. *num.* 8. *par.* 1. *rec.* Et manuten. Aldobrando non datur super bonis Emphyteuticis, sed solum super liberis ad quæ dumtaxat hodierna resolutio restringitur, tum quoad bonum Ius, tum quoad manutentionem respectu tamen dictæ partis bonorum, cum aliæ duæ tertiæ partes, vt suprà dictum fuit spectant ad Aduersarios.

Tandem non obstat quod inter plures cohæredes agi non debuerit † iudicio immissionis, sed familiæ herciscundæ, 25
ut dixit Rot. *decis.* 68. *n.* 4. *inter ingress.* Statil. de Salu. *& dec.* 1027. *n.* 4. *apud* Pen. Quia hoc procedit quando omnes cohæredes † possident cum actio familiæ herciscundæ non competat non possidenti, *l.* 1. *ibique* Bald. *num.* 1. *ff. fam. hercis.* Negus. *cons.* 65. *num.* 4. *& seq.* 26

Et ità vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Meleuitana Commendæ.

Die Veneris 21. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Commendæ Religionis Hierosolymitanæ, adiudicandæ sunt illis, qui probarunt se habiles, & à Collatore capaci legitimè fuit prouisus, litteræ donec sunt sigillatæ non pandunt contenta in eis. Nobiles non præsumitur aliquod commisisse delictum. Statutum vnum per aliud Statutum declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Commenda Religionis Hierosolymitana cui sit adiudicanda.*

2 *Promissio, seu mandatum de beneficio vacaturo, tanquam sapiens votum captanda mortis est nullum, & inualidum.*

3 *Circa Beneficia vacatura votum captanda mortis, tollitur ex collatione facta.*

4 *Actum iurisdictionis voluntaria, vbicumque potest exerceri.*

5 *Ex collatione nulla an priuetur quis à iure facultate conferendi.*

6 *Littera si tradantur sigillata, cùm prohibitione non aperiantur, donec & quousque, &c. ista dum non aperiuntur, non inducunt notitiam.*

7 *Epistola tenor remanet occultus dum ea sigillata est.*

8 *Persona nobilis vigore nobilitatis ingenita, præsumendus est immunis ab aliqua reprehendenda actione.*

9 *Persona nobiles plures, est inuerisimile, quod omnes conspirauerint in perficienda aliqua falsitate.*

10 *Præsumptio falsitatis, & antidata in litteris non præsumitur.*

11 *Statutum Religionis Hierosolymitana cap. 29. de Commend. quid disponat.*

12 *Statutum antecedens benè declaratur per Statutum subsequens, & num. 13.*

14 *Statutum Religionis Hierosolymitana cap. 30. de Commend. quid disponat.*

15 *Decedens in confinibus alicuius loci, dicitur in dicto loco decedisse, & num. 16.*

17 *Obseruantia dat robur dispositionibus.*
Testes, quando non probent obseruantiam, & num. 17.

18 *Probationes illa sunt praferenda, qua maioribus adminiculis sunt suffulta.*

D E C I S I O XVIII.

DOmino Equiti Henrico Vallettæ Commendam con-
trouersam iterùm adiudicandam fore hodiè censuit
Rota coram me, ex eodem decisionis præteritæ fundamen-
to, quod se habilem, & à collatore capaci legitimè proui-
1 sum fuisse probauerat, † vt alias in his terminis firmauit
Rota *decis. 562. part. 5. recent.*

Neque vrgere visa fuit obiectio denuò repetita ex man-
dato procuræ, à M. Priore ante vacationis aduentum eius-
dem fauore Equitis expedito, quod dum implicitum vo-
2 tum captandæ mortis includit, † subsecutam huius vigore
mandati collationem consequenter irritat, atque annullat
per *text. in c. fin. de conceß. præbend. & in cap. detestanda eod.
tit. lib. 6.* Adducta enim obiectio destruitur ex collatione
3 post † vacationis notitiam successiuè habita à M. Priore in
persona Nepotis, quæ à DD. legitima reputatur in *c. vlt.
de iur. patron.* ibique Hostien. *num. 1. & 4.* Anania *nu. 3.* Ma-
rescott. *var. lib. 2. cap. 33. num. 21.* Rota *decis. 16. num. 3. in-
fra med. vers. & ita de renunciat. in antiq.* licet eadem colla-
tio extra Conuentum fuerit expedita, cum idemmet Prior
non prohibeatur extra Territorium voluntariæ iurisdictio-
4 nis † actum exercere, vt declarat Lotter. *de re benef. lib. 2.
quæst. 50. num. 81.* Calder. *cons. 2. numer. 1. de offic. Vicar. &
cons. 2. de elect. Rota in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij
1644. in §. quia cum idem coram R. P. D. meo Cerro.* Neque
5 ex antecedenti † collatione nullitati forsan obnoxia confe-
rendi facultate priuatur à iure *iux. text. in cap. 3. de conceß.
præbend.* ibique Abbas *num. 3.* Ancharan. *nu. 1.* Henrich. de
Boich *cap. 2. num. 6. eod. tit.*

Præterea litteræ mandatum procuræ continentes, ipsis-
met Procuratoribus clausæ transmissæ fuerant, ac sub præ-
cepto ne antè aduentum † vacationis aperirentur, quæ 6
proindè antè aperitionem votum captandæ mortis præse-
ferre nequibant, dum interim nomen personæ ibidem con-
tentæ, earumque tenor remanebat occultus, † vt in ter- 7
minis testamenti clausi probat *text. in §. sin autem quis, in-
stitut. de pupillar. substit. l. qui testamento §. vlt. ff. de testam.
l. vbi §. vlt. ff. de legat. 2.* Roland. *cons. 36. nu. 16. lib. 1.* Rot.
dec. 533. num. 19. par. 4. tom. 3. rec.

Hoc verò præceptum fuisse fideliter expletum iacta Cru-
ce testantur ijdemmet Procuratores, qui virtute nobilita-
tis ingenitæ à delicto † aperitionis exindè censentur immu- 8
nes, *iux. gloß. in c. illud 40. distin.* & aduertit Bart. *in l. 1. §. pe-
nult. ff. de re militar.* Dec. *cons. 175. num. 5.* Bursat. *cons. 135.
num. 31.* Honded. *cons. 33. num. 48. lib. 2.* Menoch. *cons. 378.
num. 24.* Gratian. *discept. forens. cap. 625. num. 27.* Boer. *de-
cis. 217. num. 9.* Nec non etiam ex altero transmissionis lit-
terarum de recenti, quod pariter exsluditur ac penitus re-
mouetur, tum ex inuerisimili tot nobilium personarum
concursu in huius † confectione falsitatis, vt aduertit Ay- 9
mon. *cons. 75. n. 19.* Surd. *cons. 132. nu. 25.* Bec. *cons. 78. n. 21.*
cum alijs latè deductis per Farinacc. *qu. 113. numer. 116. cum
sequent.* Tum etiam ex Instrumento ratificatæ collationis,
seu iterùm habitæ à Priore sub die 26. Ianuarij 1646. in quo
bis recensetur tenor epistolæ prohibentis aperitionem antè
vacationis aduentum, atque conscriptæ sub die 12. Februa-
rij antecedentis anni, † quæ perperam exaduerso proindè 10
supponitur de recenti conscripta, & consequenter labora-
re suspicione falsitatis, ac antidatæ, vt ponderauit Rota
coram Seraph. *decis. 879. num. 3. & decis. 1221. num. 4. & 5.*

Corruere quoque visa fuit altera obiectio deducta ex *Sta-
tuto 29. de Commend.* † deferente M. Priori collationem 11
Commendæ vacantis dumtaxat extra Conuentum in limi-
tibus linguæ, de qua Prioratus existat, cum sub huiusmo-
di dispositione statuti præsens nequeat contineri vacatio,
subsecuta per obitum Commendatarij, qui Parisijs occu-
buit, & consequenter extra limites Prioratus decessit, si-
quidem in seq. cap. 30. † antecedenti cohærenter annexo re- 12
gnum vniuersum, vbi consistunt Prioratus, pro eorum-
dem confinibus assignatur; ad cuius proinde terminos dis-
positionis præcedentis, ac de collatione Commendarum
disponentis, debet per necesse referri sequentis cap. dispo-
sitio cohærenter annexa, † & per viam declarationis adie- 13
cta, quæ iuxta terminos declarati regulariter sumitur, *iux.
tex. in l. heredes palam §. si quid post factum, ff. de testamentis
not. gloß. in cap. per tuas in verbo de nouo de donat.* Dec. *in l.
edita num. 47. C. de eden.* Rom. *cons. 65. num. 3. vers. supra-
dictis tamen,* Rot. *decis. 453. num. 2. par. 1. rec.* Præsertim
quia in fine cap. 30. disponitur Commendatarios tunc in 14
Conuentu decessisse, quoties occubuerint super mare, &
extra limites Prioratuum; Qui sanè Prioratus accipi debent
distributiuè ad effectum conferendi; prout ad eundem † ef- 15
fectum accipi debent confinia linguæ in antecedenti capitu-
lo recensita, atque confinia Prioratuum in sequenti de-
claratione expressa, vt huius scilicet, respectu collationis
inspici debeat, an Commendatarius diem suum extremum
clauserit in Conuentu, vel extra, intra verò clausisse censea-
tur decedentem extra terminos Prioratuum, hoc est totius
Regni confines *iux. seqq. declarationem Statuti c. 30.*

Dum itaque Commendatarius Parisijs, hoc est intra Re-
gni fines occubuit, decessisse proindè censetur intra limi-
tes Prioratus, ac consequenter intra linguæ confines vbi
Prioratus continetur, *iuxt. text. in l. si fines, C. de euict.
l. Patronus §. 1. & 2. ff. de legat. 3.* Alex. *cons. 54. in princ.
lib. 3.* Aymon. *cons. 105. num. 1.* Rom. *cons. 5. numer. 1. propè
finem, Rota in Romana Castri Orciani 18. Maij 1590. coram
Orano, & decis. 683. num. 5. par. 1. & decis. 164. numer. 20.
cum seq. par. 6. rec.* cum alijs latè deductis per Gratian. *c. 657.
numer. 26.*

16 Cum maximè ex obseruantia id † robur assumat pon- 16
derata in decisione præterita, quæ ex aliorum depositione
Testium exaduerso deducta, dici nequit elisa; dum hi non
recensendo casus † particulares aliquem nequeunt gradum
probationis constituere, *iux. text. in l. de quibus, ff. de legib.*
& not. Bart. *in l. 2. qu. 27. in fine, C. quæ sit longa consuetudo,*
ibiq. Cyn. *vers. sed quæro,* Alex. *cons. 45. nu. 1. lib. 2. Rota in
Cæsaraugustana fructuum 10. Iunij 1600. coram Corduba, & in
decis. 264. num. 28. par. 6. rec.* in concursu præsertim attesta-
tionis Eminentiss. M. Magistri, aliorum Equitum deposi-

tiones

18 tiones † habentis in conteſtem, & diſpoſitioni ſtatuti conformis, quæ debet proindè præferri ad tex. *in l. ob carmen §. fin. in principio*, vbi Bald. *ff. de teſtam.* not. Innoc. *in c. auditis num. 4. verſ. hinc colligunt de præſcript.* Butr. *in c. licet cauſam num.46. de probat.* Pariſ. *conſ.88. nu.23. vol.3.* Ruin. *conſ.12. num. 2. & 3. vol. 5.* Gozad. *conſ. 179. num.13.* Boer. *deciſ.23. num.95.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Romana Palatij.

Die Veneris 21. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Identitas bonorum ad effectum deuolutionis eſt plenè, & in ſpecie probanda, cùm nec in antiquis probetur ſine duobus ſpecialibus demonſtrationibus, & in hac materia valdè attenditur congruentia, & veriſimilitudo.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio non denegatur ei, cuius poſſeſſio non controuertitur lite pendente.*
2 *Poſſeſſor, superueniente nouo titulo, poteſt mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis,*
Etiam ad effectum manutentionis.
3 *Bona Eccleſiæ, quando ſunt nulliter alienata, tunc tamen poſſeſſio eorum remanet penes Eccleſiam.*
4 *Et ſic ei debetur manutentio etiam viuente Rectore, qui alienauit.*
5 *Ad deuolutionem agens, plenè, & ſpecificè tenetur probare identitatem bonorum.*
6 *Identitas bonorum ex demonſtrationibus generalibus, non probatur, quæ etiam alijs bonis poſſunt conuenire.*
7 *Identitas bonorum, niſi ſaltem adſint duæ demonſtrationes ſpeciales, quæ alteri rei conuenire non poſſint.*
8 *Identitas bonorum non probatur ex illis demonſtrationibus, quæ dictis bonis nullatenus conueniunt.*
9 *Identitas bonorum non probatur ex illis demonſtrationibus, quæ illa excluditur, & num.10.*
11 *Veriſimilia quæ non ſunt veniunt attendenda.*
12 *In identitatis bonorum probatione multum ſolet deferri congruentiæ, & veriſimilitudini.*

D E C I S I O XIX.

AD inſtantiam Creditorum Bartholomæi de Griſonis deuentum fuit ad Subhaſtationem Palatij ab eo poſſeſſi in regione Tranſtyberim, illudque deliberatum Guido Guidarello pro ſe, & perſona nominanda, à quo poſteà fuit nominatus Hieronymus Sciarra eiuſdem Palatij Inquilinus, contrà quem mota lite à Beneficiaris ſanctæ Mariæ Tranſtyberim contendentibus dictum Palatium eſſe de Iuribus Capellæ ſanctorum Iacobi, & Philippi, in dicta Eccleſia erectæ ipſiſque vnitæ, nec potuiſſe à Rectore in perpetuum locari Iacobo de Militibus auctori Bartholomæi abſque Apoſtolico beneplacito, vtraque parte ſuam poſſeſſionem tuente, dedi dubium cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, quod DD. concedendum eſ-
1 ſe Hieronymo reſponderunt, eius namque poſſeſſio † de tempore motæ litis non controuertebatur, & ſatis probata remanet ex Inſtrumento deliberationis, quo tempore licet poſſideret vt Inquilinus, tamen ſuperueniente nouo titu-
2 lo ſtatim mutaſſe præſumitur cauſam ſuæ poſſeſſionis, † vt ad effectum manutentionis, ponderat Grat. *diſcept. forenſ. cap.954. num.1.* Modern. Peruſ. *de manut. obſeru. 12. nu. 21.* Rota *diuerſ. dec.380. num. 1. & 2. deciſ. 562. in princ. par. 4.* Manric. *deciſ.71. num.1.* Gregor.XV. *deciſ. 546. in princip.* Caual. *deciſ. 284. num.2.*

Nec obſtat, quod ſtante nullitate Conceſſionis ſemper
3 poſſeſſio remanſerit penes Eccleſiam, † eique deberi manutentionem, etiam viuente Rectore alienante, idem Modern. *de manut. obſeruat. 57. num. 102.* Rota *diuerſ. deciſ.881. num.3. par. 4.* coram Seraphin. *deciſ. 1417. numer.3.* Add. ad Gregor. *deciſ. 126. num. 5. & ad deciſ.246. num. 2.*
4 Quia concluſio eſt to ſe vera, ſed † Beneficiatis ſuffragari non poteſt ex defectu probationis identitatis rei locatæ
5 cum Palatio controuerſo † per certas, & ſpecificas demonſtrationes, vt requiritur ad effectum deuolutionis, Alex. *conſ.57. numer.7. lib.7.* Mareſcott. *var. reſolut. lib.* [illegible] *cap.12. num. 33.* Rota coram Seraphin. *deciſ.869. numer. 1.* Buratt. *deciſ.232. num.4. in Peruſina Emphyt. 17. Februarij 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Romana Domus 25. Maij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.* Omiſſis enim demonſtrationibus generalibus, nempè propinquitas Arcus,
& ſituatio † in regione Tranſtyberim, quæ cum alijs quo- 6
que Domibus conueniant vti dubiæ, & æquiuocæ non merentur attendi ad probationem identitatis, Bart. *in l. demonſtratio falſa num.15.* & ibi Caſtrenſ. *ff. de condit. & demonſtrat.* Surd. *conſ.285. ſub num.17. verſ. efficitur dubia*, Ruin. *conſ.30. numer.6. lib.1.* Mareſcott. *d. cap.12. eod. nu.33.* Magon. *dec. Florent. 2. num. 34.* Rota *deciſ. 295. num. 8. par. 1. rec.* coram Canaler. *deciſ. 585. nu.* poſt Pacific. de Saluian. *dec.104. num.10.* Buratt. *dict. deciſ. 132. num.8.* nec etiam in
antiquis, † niſi ſaltem afferantur duæ demonſtrationes 7
particulares, quæ alteri rei conuenire non poſſint, Rota *deciſ.87. num.6. deciſ.158. num. 12. & ſeq. deciſ. 160. num. 7. par. 5. recent. coram Buratt. dict. deciſ. 132. num.5. in Ariminen. fideicommiſſi 14. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro, & in Senogallien. Saluiani 3. Iulij 1647. §. Prædium verò coram Em. D. Cardinali Corrado*, iſtæ in præſenti deficiunt, quia Domus ab Eccleſia locata confinare dicitur cum bonis Monaſterij de Scala ab vno latere, ab alio bona Cecchi Coſolæ, & à parte poſteriori via publica; Palatium verò con-
trouerſum vndequaque confinat cum via publica, † nec in 8
eo verificatur, quod de tempore conceſſionis factæ ab Eccleſia, magna indigeret reparatione, vt dicitur de Domo locata, nam ex Iuribus, in actis exhibitis, de quibus in *Summar. Hieronymi num.2.* Conſtat, quod tunc temporis, & antea habitabatur à Bernardo de Militibus Epiſcopo Sulmoneñ. qui illud poſtea donauit Iacobo Nepoti, ex qua
omnimoda diuerſitate † tam in confinibus, quàm in alijs 9
demonſtrationibus prorſus excluditur identitas, *l. forma, & ibi gloſſ. l. Vicinos ff. de Cenſ.* Bart. *in dict. l. demonſtratio falſa numer. 14.* Surd. *conſ.235. numer. 11. verſ. & ibi diuerſa*, Simon. de Præt. *conſ.83. ſub nu. 22. & conſ. 184. numer. 6.* Rota coram Merlin. *deciſ.415. num.5. & in dicta Senogallien. Saluiani coram Eminentiſs. Cardinali Corrado,*
§. Hincque eliditur. Accedente præſertim, † quod confi- 10
nes Domus Eccleſiæ conueniunt alteri Domui incorporatæ Monaſterio ſanctæ Margheritæ, vt ex datis in eodem *Sum. numer. 7.*

Prætereà ponderabatur, quod cùm huiuſmodi Palatium de anno 1528. poſſeſſum fuerit ab Aloyſio Martutio, à quo deuenit in Anaſtaſiam eius matrem, & hæredem, & deindè in dictum Bernardum Epiſcopum Sulmoneñ. Anaſtaſiæ fratrem, & donatarium, qui illud pariter, vt ſuprà, do-
nauit Iacobo, non eſt veriſimile † hunc voluiſſe recogno- 11
ſcere ab Eccleſia, quod Iure proprio poſſidebat, vt ad excludendam identitatem ponderauit Rota coram Merlin. *deciſ.167. num. 3. & dec. 476. num. 2.* In hac enim materia multum † ſolet deferri congruentiæ, & veriſimilitudini, Decian. *conſ. 20. num. 17. lib. 2.* Gratian. *diſceptat. Forenſ. cap.883. num.6.* Rota *deciſ. 334. num. 2. par. 2. & deciſ. 234. num. 17. par. 7. recent.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Z A R A T E.

Peruſina Legati.

Die Veneris 21. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Defunctus dum obligauit cum hypotheca bona ſua pro aliquo debito, creditori debetur immiſſio in eis vigore Saluiani, probatis tamen alijs requiſitis neceſſarijs, legitima debetur filijs vnà cum fructibus à die obitus Patris, & qualiter calculentur. Immiſſio vigore Saluiani ex quibus non retardetur.

S V M M A R I V M.

1 *Immiſſio vigore Saluiani datur in bonis defuncti, probata hypotheca.*
2 *Et hoc non tantum ob debitum principale, ſed etiam ob fructus decurſos.*
3 *Legitima ſolùs debet unà cum fructibus, & num.22.*
4 *Hæres alicuius, quod aliquis ſit, ex quo probetur.*
5 *Poſſeſſio in antiquis probatur per duos Teſtes, vnus de propria ſcientia, & alius de auditu.*

6 *Teſtes*

6 *Testes deponentes de auditu, debent deponere à quo audiuerunt.*
6 *Tempus 60. annorum dicitur tempus antiquum.*
7 *Exceptio præscriptionis quando non attendatur.*
8 *Legata etiam legitimæ spatio 30. annorum præscribuntur.*
9 *In Præscriptione quando non attendatur distinctio bonæ, vel malæ fides.*
10 *In Præscriptione Iuris quærendi non consideratur mala fides.*
11 *Præscriptio non est alleganda, quando non adest legitimum tempus.*
12 *Præscriptio non currit contra mutos, & surdos.*
13 *Et quatenus curreret, daretur restitutio in integrum.*
14 *Mulieres receptà dote remanent exclusæ per Statuta locorum.*
15 *Immissio quando non possit retardari ex retentione bonorum.*
17 *Immissio quando non expediatur exceptione compensationis.*
19 *Legitimæ legatum ab initio legis ministerio censetur exceptum ex bonis Testatoris.*
20 *Præceptum Testatoris de restituendo hæreditatem pleno iure, & sine diminutione.*
Intelligi id non debet de legato legitimæ.
21 *Testatoris dispositio, quod hæreditas pleno iure, & integrè debeat restitui.*
Intelligi debet, quoad Trebellianicam, &c.
23 *Fructus legitimæ quando sint cum ipsa legitima compensandi.*
24 *Legitima debetur in fructibus, quando hæreditas consistit in stabilibus, quamuis ea sit relicta in quantitate.*
25 *Legitima debetur à die obitus Testatoris.*
26 *Legitimæ fructus debentur ad rationem quinque pro centenario.*
27 *Stabilium bonorum fructus numerantur ad quinque pro centenario.*

DECISIO XX.

IMmissionem Dominis de Columbis Nepotibus, & hæ-
redibus Olympiæ ex eius, & Virginiæ sororis persona
in bonis Francisci Ciuij pro legatis florenorum bismille
concedendam hodie fuit resolutum, quæ ex remedio Sal-
1 uiani proculdubiò competit in bonis Testatoris † sub hy-
potheca obnoxijs, vt per text. *in l. 1. C. commun. de legat.* vbi
communiter DD. *& in §. nostra inst. de legat.* Surd. *cons.* 209.
num. 4. Pacific. de Saluian. *inspect.* 3. *num.* 186. Rota coram
Duran. *decis.* 185. *num.* 2. *& seq. & dec.* 438. *numer.* 1. *par.* 5.
num. 2. *rec.* Non solùm pro sorte, sed etiam pro fructibus
2 † à die obitus Francisci, cùm legata relicta fuissent pro dd.
3 sororum legitima, † quæ vnà cum fructibus solui debet,
vt per Bald. *cons.* 122. *num.* 1. *lib.* 4. Alex. *cons.* 69. *nu.* 3. *lib.* 1.
Surd. *cons.* 128. *nu.* 14. Peregrin. *de fideicom. art.* 36. *num.* 69.
cum seqq. Modern. Vrbinaten. *de fratribus, par.* 1. *cap.* 36.
num. 19.

Quod autem Columbi sint hæredes dictarum sororum,
nullatenus controuertitur, & plenè firmatum extat in
4 *decis.* 184. *nu.* 368. *in princip. par.* 5. *rec. & in decis.* 15. *Maij*
1651. *&* 16. *Martij* 1652. *coram R. P. D. Peutingero.*

Bona verò de tempore mortis per dictum Franciscum
possessa constat esse Prædium Trusiani, Prædium della
Teuerina, Prædium della Casa Bianca, ac Prædium della
Caraceta, & alia quæ declarant Testes pro Concijs exa-
minati *Sum. Columbi num.* 2. quorum licet vnus de propria
5 scientia, & visu † deponat, & alij duo de auditu, suffi-
cienter probant in antiquis, vt per Mandel. *cons.* 6. *num.* 8.
Condel. *cons.* 17. *numer.* 52. *lib.* 1. Rot. coram Duran. *de-
cis.* 344. *num.* 4. *in Perusina fideicom. de Gratianis* 27. *Martij*
1628. *coram Virili, & in Bononien. de Mansilis* 16. *Martij*
1630. *cor. bo. me. Coccin.* Quamuis ijdem Testes de auditu
6 non referant, à quibus audierint, vt per dictum † Duran.
decis. quæ aliàs refert num. 5. Tempus verò antiquum ap-
paret, quia 60. annorum metam excedit, quod in hac ma-
teria vtique antiqua censetur, vt per Rotam coram Se-
raph. *decis.* 75. *in fin. decis.* 389. *nu.* 3. *cor. san. me. Greg. XV.*
vbi Add. *num.* 7. *dict. decis.* 344. *d. nu.* 4. penes Duran. *dict.
decis.* 694. *num.* 2. *par.* 2. *rec.*

Nec prædictam immissionem excludit obiecta præsum-
7 tio ob cursum 60. annorum à morte Francisci, ab anno,
scilicet 1593. vt in *Sum. Concij num.* 5. aut 40. annorum, &
vltrà à die mortis Petri Gerosolymi de anno 1667. sicuti vt
in dict. *Sum. num.* 6. ex quibus satis conficitur tempus 30.
annorum † pro excludendis legatis, etiam Iure legitimæ, 8
secundum tradita per Modern. Foroliuien. *de legitima lib.* 3.
tit. 3 *quæst.* 10. *num.* 9 Rota *decis.* 337. *num.* 20. *par.* 5. *rec.*
Directa distinctione bonæ, siue malæ fidei, † quæ in hoc 9
casu non attenditur, ex traditis per Anchar. *in cap. sine
possess. nu.* 7. *ad fin. vers. item intellig. de regul. iur. in* 6. Hon-
ded. *cons.* 83. *num.* 48. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 201. *nu.* 102. Gra-
tian. *decis. Marchi.* 4. *num.* 9. Cum enim in Iure quærendo
mala † fides non consideratur, Eugen. *cons.* 9. *nu.* 85. *lib.* 1.
Rota coram Penia *decis.* 515. *num.* 3. *decis.* 180. *num.* 7. *p.* 2.
diuers. & decis. 181. *num.* 2. *par.* 2. *recen.*

Nam prædicta obiectio sublata fuit in 1. *decisione R. P. D.
mei Peutingerij... Maij* 1631. *§. nec obstat*, vbi animad-
uertitur † respectu Petri Hieronymi, vtque ad tempus mor- 11
tæ litis de anno 1627. non effluxisse annos 30. nec præscri-
ptionem aduersus dictas sorores tanquam mutas, & sur-
das † processisse, per tex. *in l. sicut, C. de præscript.* 30. *vel* 12
40. *annor.* Rot. *in Rom. Canonum* 15. *Apr.* 1662. *cor. Vbal-
do seniore, & in Perusina hæreditatis* 15. *Decemb.* 1627. *§. nec
facit coram Virili*, quæ † quatenus procederet restitutio 13
in integrum ipsis competeret, vt in 1. *decis. huius Causæ,
§. nec releuat, & in d. Perusina hæredit. coram Viril.*

Minusque impediri debet immissio pro florenis 560. ex
eo quod legatum Virginiæ spectaret pro medietate ad Ma-
riam alteram sororem, & eius filios ab intestato. Nam
omninò quod in transactione anni 1631. Columbi decla-
rantur hæredes Virginiæ, & Olympiæ, vt in Instrumen-
to dato in responsione facti, eadem Maria dotem recepe-
rat, & ideò per Statutum † exclusa remaneat ab hæreditate 14
Virginiæ, cui solùm Olympia innupta, & indotata suc-
cessit, vt firmatur in *dict.* 1. *decis. R. P. D. mei Peuting.
§. Rata.*

Nec magis minui debet Immissio ex retentione quorun-
dam mobilium, † imputatione, pensione domorum, seu 15
fructibus Censuum. Nam ex quietantia data in Calce res-
ponsionis Columbi apparet eadem mobilia, ac suppellecti-
lia Cincijs fuisse consignata, ut firmauerit Rota *in alia Pe-
rusina Census* 27. *Iunij* 1659. *coram R. P. D. meo Peuting.*
& quoad pensiones domorum, & fructus Census in præ-
dicta transactione visa fuerint reseruata contra inquilinos,
& debitores sicut nec † etiam ex alimentis per Petrum 16
Hieronymum subministratis, siquidem ipsa non fuerunt
sufficienter iustificata in *Summ. Cincij num.* 14. vt proindè
non habeat locum in *Sum. Cincij num.* 15. quod etiam so-
lùm disponit in dote, & successione ab intestato, non ve-
rò in Testamento, aut in legato pro legitima, vt ex eius
lectura apud Girian. *sup. d. Statuto fol.* 133. *Rub.* 45. *verb.
fœmina, vers. item frat. quis Pater.*

Neque admittenda est † exceptio compensationis, ex 17
vsufructu hæreditatis Petri Hieronymi fratris dd. sorori-
bus relicto, cum obligatione restituendi Ludouico Cincio
absque vlla diminutione. Nam illa † institutio intelligi de- 18
bet deducto ære alieno, ex traditis per Surd. *cons.* 388. *nu-
mer.* 6. Cyriac. *controu.* 222. *numer.* 37. *cum seq.* Adeò ut ab
initio † ministerio legis legatum legitimæ censeatur con- 19
tractum ex bonis paternis, & in eam prædictos fructus so-
rores imputari non teneantur, vt plenè firmatur in *d. de-
cis.* 1. *R. P. D. mei Peutingerij §. pariter non releuat, & §. ces-
sat.* Nec præceptum restituendi hæreditatem pleno iure,
† & sine diminutione intelligi debet respectu legati pro le- 20
gitima relicti, † sed respectu Trebellianicæ, quam soro- 21
res tanquam hæredes fratris prætendere possunt.

Prætereà non releuat, quod Columbi percepissent ab
Oeconomo scut. 500. & alios infrascriptos fructus deposita-
tos, † quia cùm legatum legitimæ vnà cum fructibus di- 22
ctis sororibus debentur, ipsa legitima diminui debet, sed
prædicta quantitas scutorum 500. & alij fructus compen-
sandi sunt † cum fructibus eiusdem legitimæ, ut firmatur 23
in *dict. decis.* 1. *R. P. D. mei Peutingerij, §. ac proinde*, vbi
rectè deciditur fructus ex legitima deberi, quando hære-
ditas consistit in stabilibus, licèt legitima relinquatur † in 24
quantitate, ex traditis per Modern. Foroliuien. *de legitim.
lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 29. ad me d. Peregrin. *de fideicomm.
art.* 36. vbi alios refert.

Vnde cùm à die obitus † Francisci, qui fuit 1. Februa- 25
rij 1593. *Sum Cincij num.* 5. dictum legatum legitimæ debe-
tur, vt firmatur in *dict. decis. R. P. D. mei Peutingerij §. non
obstat,*

obstat, cum duobus seqq. & ab illa die vsque ad solutionem
dd. scut. 500. effluxerunt 30. anni, dictum legatum flo-
ren. 2000. reddit flor. 3608. & tertium vnius floreni pro
fructibus, cùm redditus cuiuslibet anni sit florenor. 100.
26 calculato prædicto legato legitimæ ad rationem † quin-
que pro centenario, prout legitima computari debet, iux.
tradita per Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 9.* Modern. Fo-
roliuien. *de legitima d. lib. 2. tit. 1. par. 1. à num. 1.* Rot. *in*
27 *dec. 71. par. 2. rec.* † vt accidit in taxatione stabilium ex dis-
positione *Auth. præterea C. de Sacrosf. Eccles.* & pluribus
firmauit Rota *in decisionibus allegatis in Recanaten. heredi-
tatis 20. Iunij 1652. §. à dicta verè die coram me.*

Verùm quia post mortem Petri Hieronymi secutam
die 29. Augusti 1607. *Sum. Cincij num. 6.* præfatæ Olympia,
& Virginia sorores, vnà cum Isabella hæredes vsufru-
ctuariæ ab eo institutæ posséderunt dicta quatuor corpora
28 vsque ad obitum vltimo decedentis, † quæ, vt refertur,
fuit Olympia, & accidisse de anno 1627. vt admittit *deci-
sio R. P. D. mei Pentingerij edita 15. Martij 1652. §. non
obstat.* Ideò ex d. summa floren. 1886. constituta scuta
29 1166. 6. 664. monetæ Romanæ à summa detrahi † debent
d. scuta 500. monetæ, & alia per Columbos, vt suprà, ha-
bita ab Oeconomo die 10. Martij ann. 1631. continen. mi-
nas 63. tritici continen. salmas 21. ad rationem scut. 8. pro
qualibet salma, vt partes conuenerunt, quæ faciunt scu-
30 ta 168. † in falcijs pro summa scut. 4. 506. omissa minima
quantitate. Cæterùm & aliorum leguminum, & demùm
in pensionibus domorum ascendunt ad scut. 16. 6. 50. mo-
netæ in sum. iustificatur, & ita patet ad Columbos perue-
nisse scuta 688. 50. monetæ in totum, quibus detractis ex
dicta summa suprà calculata scut. 1066. 66. 4. remanent dd.
33 fructus in scutis 478. 16. 4. 8. hisque additis alijs fructibus
post d. diem 10. Martij 1631. decursis vsque ad diem 1.
Martij 1656. per annos 24. constituunt alios florenos
2400. qui important scuta 1500. monetæ, insimul con-
ficiunt d. fructus scuta 1978. 16 4. monetæ pro quibus,
& pro legato florenorum 2000. constituen. scuta 1250. eius-
32 dem monetæ Romanæ, & sic in totum pro † summa scut.
3. 28. 164. & pro alijs fructibus ab inde decursis, & in
posterum decurrendis vsque ad integram satisfactionem
dicti legati; DD. immissionem concesserunt vtraque par-
te informante.

R. P. D. ZARATE.

Perusina Censûs.

Die Veneris 21. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Sententia quando non possit dici nulla ex defectu mandati, vel non integræ transportationis actorum. Exceptio contra sententiam, quod sit iniusta, quia adest præscriptio, quando non dicatur valida. Bona hæreditaria quando non possint dici talia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob lapsum fatalium in iudicatum transit.*
2 *Auditores Rotæ Romanæ, omnes simul constituunt vnum Tribunal.*
Auditores Rotæ Romanæ, quando vnus moritur, alter loco illius subrogatur.
3 *Auditor Rotæ ponens, dum est mortuus procurari debet à parte alterius subrogatio.*
4 *Sententia est nulla ex defectu mandati.*
5 *Mandatum præsumitur ex impensa notabili facta à Procuratore.*
6 *Procurator soluens registrum, & alia acta præsumitur in eamandatum.*
7 *Sententia est nulla ex defectu non integræ transportationis actorum.*
8 *Acta, dum non sunt releuantia, an debeantur transportari, & num. 9.*
10 *Acta aliqua, quod non sint transportata, ista exceptio bene tollitur per euidentiam facti, quod ea, habeantur in Registro.*
11 *Acta aliqua, dum pars produxit, & eadem posteà recuperauit, nulla dimissa copia, sanè tunc illa non possunt poni in Registro.*
Atque id prouenit ex culpa aduersarij, & num. 11.
12 *Culpa debet nocere ei, qui eam commisit, non autem alteri.*
13 *Acta, quod non sint integrè transportata, quis non potest dare, qui fuit causa, ne aliqua ex eis possent transportari.*
14 *Acta quando possint dici irreleuantia.*
15 *Recepta, dum non probantur scripta, vel subscripta de manu creditoris, non attenduntur.*
16 *Quod quisque iuris, in alium statuit, ipse quoque seruare debet.*
17 *Præscriptio tricenaria impedit, ne possit agi executiuè.*
18 *Et quid sit dicendum, dum fuit actum, iudicio ordinario.*
19 *Præscriptio non currit contra minorem, durante minoris ætate.*
20 *Nullitatis excessus reddit sententiam inualidam.*
21 *Fructus rei dotalis spectant ad maritum.*
22 *Fructus rerum extradotalium, maritus non lucratur inuita vxore.*
23 *Census extinctio, vt valeat debet fieri cum vero Domino, seu Creditore.*
24 *Cessionarius plus iuris prætendere non valet, quàm habuit ipse cedens.*
25 *In dotem, quod aliquid non fuit datum, benè apparet ex instrumento dotali.*
26 *Identitatis præsumptio benè tollitur ex ipsa confessione aduersarij.*
27 *Identitas non datur, vbi adest diuersitas.*
28 *Bona non dicuntur hæreditaria, ex eo solum, quod fuerint empta ex bonis hæreditatis.*
29 Decis. in causa Tiburtina fideicommissi 23. Iun. 1653. coram R. P. D. meo Zarate, *qualiter sit intelligenda.*
30 *Bona empta ab hærede, vt dicantur hæreditaria, sat non est exprimere nomen hæredis.*
Nisi quoque exprimatur, quod intendit acquirere pro hæreditate.
31 *Acquirentium mens non dignoscitur ex eorum verbis enunciatiuis, sed debent esse dispositiua.*
32 *Scriptura, si careat subscriptione, non attenditur.*
33 *Effectum, ea, quæ non habuerunt non attenduntur.*
34 *Scriptura ex subscriptione robur accipit.*
35 *Et maximè si sit archiuiata.*
36 *Hæredes, quando præsumantur bona pro indiuiso possidere.*
37 *Factum, & confessionem Testatoris, hæres tenetur approbare.*
38 *Legatarius nullatenus factum Testatoris tenetur approbare.*
39 *Fundus dotalis, quando traditur inæstimatus, tunc dominium illius remanet penes vxorem.*
40 *Mulier non potest bona sua dotalia alienare sine solemnitatibus.*
41 *Mulier obligans se pro dote, tenet obligatio sine solemnitatibus.*
42 *Id tamen procedit in simplici promissione, seu constitutione dotis, secus verò in alienatione pro dote, & ampli a num. 43.*
44 *Census dotalis retrouenditio fieri potest à marito.*
45 *Census dotalis retrouenditio an fieri possit à marito, solet tradi illa distinctio, an sit datus æstimatus, vel inæstimatus, & num. 46.*
47 *Retrouenditionis casus valdè differt à contractu venditionis.*
48 *Census retrouenditio, & emptio à que pendeat.*
49 *Alienatio pro dote, vt possit fieri à minore, qualiter procedatur.*
50 *Minor pro ære alieno soluendo, non potest bona alienare sponte, sine decreto Iudicis, & causa.*
51 *Læsio ad hoc, vt alienatio inita sit nulla deficientibus solemnitatibus, nulla reperitur.*
52 *De læsione, quando non constat in contractu Mulierum, Minorum, &c.*
53 *Tunc illi obligantur ad perficiendum, & ratificandum contractum adhibitis solemnitatibus.*

DECISIO XX.

PLacuerunt Dominis fundamenta decisionis coram me emanatæ 27. Iunij 1653. quatenus firmatum fuit constare de re iudicata sententiæ, quæ ob lapsum fata-

1 fatalium appellationis † absque vlla diligentia in iudica-
tum transiuit, vt comprobatur in illa decisione §. ra-
tio: Non obstante, quod superuenisset mors bo. me.
Arguelles: ea enim post biennium à prædicta senten-
tia accidit, & licèt antea euenisset, non præstaret le-
2 gitimum impedimentum, cùm omnes † Domini Ro-
tæ Auditores vnum Tribunal constituant, & reliqui in-
deficientium locum sobrogentur, Sarau. adinnct. qu. 35. §. 8.
de iurisd. Rota cor. Put. dec. 339. nu. 2. lib. 3. & penes Buratt.
3 dec. 818. nu. 1. Et de † facili illi de Cioffis potuissent procu-
rare subrogationem.

Nec magis sententia ex capite nullitatis, aut iniustitiæ
corruere visa fuit; Nam quoad nullitatem desumptam ex
4 defectu mandati procuræ, ista † nocere non potuit, cùm
vltra responsiones datas in 1. decis. §. validitas, adhuc
mandatum substineatur ex impensa notabili facta per
5 † solutionem tum in commissionibus, tùm in sportulis,
6 tùm in eumdem Procuratorem Registri, † ex quibus vel
nouum mandatum præsumitur, vel continuatio prioris ex
mente constituentium, Rota cor. sa. me. Greg. XV. dec. 44.
nu. 5. & in rec. dec. 440. nu. 6. par. 2. in Maceraten. Censuum
22. Iunij 1646. §. sed tamen vers. quodque coram bo. me. Ar-
guelles, & in Compostellana Coadiutoria 9. Maij 1653. §. ac-
cedit etiam vers. sine magna impensa coram me.

Minusque officit altera obiecta nullitas ex non integra
transportatione actorum deducta cum præter responsiones
7 alias † redditas nec in facto subsistat prædicta non integra
transportatio. Ea enim articulorum productio facta à Vir-
ginia, quam deficere exaduerso allegatur in extractu
apud me consignato legitur fol. 52. à tergo. Processus
verò remissorialis in partibus fabricatus, etsi in dicto
extractu non contineatur, tamen vnà cum eo per Nota-
8 rium causæ transportatus † traditur, & quamuis deficeret
tanquam irreleuans censeretur cùm de legitimatione per-
sonarum, super qua fuit confectus, constet ex alijs actis
per illos de Cioffis factis vti hæredes Patris, quæ dantur
in d. extr. fol. 364. Vnde intrat conclusio excusationis ra-
9 tione † irreleuantiæ firmata in alia decisione d. §. validitas
vers. quandoquidem.

Apocha verò matrimonialis Virginiæ, quæ etiam defi-
10 cere dicitur registrata † apparet in d. extr. fol. 205. cum
alijs iuribus exaduerso productis de anno 1635. fol. 213.
215. 229. 231. à tergo. Et receptæ fructuum census, quæ
per Virginiam scriptæ dicuntur pro Catherina matre culpa
11 illorum de Cioffis transportatæ non fuerunt, qui † illas ex
actis recuperarunt nulla dimissa copia, vt patet ex rece-
pta in d. extr. fol. 433. à tergo, quam quidem dimittere
tenebantur, ex trad. per Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 11.
& ibi Additionator numer. 27. litt. M. Scacc. de Iudic. lib. 2.
cap. 11. n. 24. vers. contrarium, Modern. Cesenaten. de modo,
& ratione citandi p. 2. vers. & mandari restitui &c. fol. mihi
12 50. Vnde illorum culpa † ipsos tenere debet, nec alijs no-
cere potest, l. sine hereditaria 21. ff. de neg. gest. cap. si com-
promissarius 37. de elect. in 6. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.
cas. 182. nu. 48. Barbos. axiom. 62. n. 2. Quinimò & negli-
13 gentia transportationis † imputatur ei, qui de non integra
transportatione dicit quando eius culpa processit, Rota in-
ter cons. 167. Farin. nu. 11. vers. nihilominus hoc non procedit
lib. 2. & decis. 200. nu. 5. post eundem lib. 2. & decis. 4. nu. 13.
penes Modern. Perus. de manut. Vbi pro requisita monitio-
ne Iudicis sufficere seruationem terminorum d. dec. nu. 15.
Prætterquamquod & illæ receptæ irreleuantes censentur,
14 † quia non fuerunt recognitæ, & ideò nescitur, an manu
15 d. Virginiæ fuissent conscriptæ, † & consequenter non
sunt attendendæ per tex. in l. Instrumenta, l. rationes, l. exem-
plo C. de prob. Genua de script. priu. lib. 1. qu. 14. nu. 2. & 10.
Rota dec. 714. nu. 28. coram Merlino. Vndè nec ex eis argüi
potest scientia in Virginia de ea scilicet, quod census con-
trouersus ad eam, & Euphrosinam Sororem spectaret
cum enuncietur impositus ad fauorem Catherinæ matris.
Et cessat omnis difficultas dum vigore huius processus,
quem modo tamquam non integrum impugnant illi de
16 Cioffis duplicem sententiam fauorabilem ipsi † obtinue-
runt ex quo videntur illum approbasse ex regula, quod
quisque iuris &c. alias in persona Procuratoris firmata in
alia decisione d. §. validitas, & in Comen. Collegij 11. De-
cembr. 1653. coram. R. P. D. meo Priolo in fine.

Prætereà nec subsistit altera nullitas ex defectu viæ exe-
17 cutiuæ cum pro fructibus vltra triginta annos † decursis
executiuè actum fuisset impediente præscriptione trice-
naria, vt per Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 121. nu. 10. & ex
adductis per Galles. de oblig. Cam. qu. 26. vbi Zacch. & post
eundem Rota decis. 177. num. 5. & dec. 21. num. 5. par. 7. rec.
& in Maceraten. Census 4. Apr. 1639. cor. clar. me. Card.
Verospio Iun. & procedere etiam in annuis redditibus tradit
Parlad. lib. 1. rer. quotid. cap. 2. §. 11. nu. 12. & §. 12. nu. 16.
Rota decis. 35. num. 15. & seqq. apud Modern. Forol. de pign.

Nam prædicta obiectio non applicatur cum sententia,
de qua agitur, lata non fuerit in † Iudicio executiuo, sed 18
ordinario, scilicet pro reuocatione aliarum duarum senten-
tiarum, quæ in contrarium fuerant prolatæ. Et vtcumque
sit † præscriptio hæc currere non potuit aduersus Sorores
minores durante minori ætate, vt per tex. in l. sicut C. de
præscript. 30. vel 40. ann. l. non incognitum C. quib. non obij-
citur long. temp. præscr. Parlad. rer. quotid. d. cap. 2. §. 13.
num. 15. Rota decis. 230. num. 3. decis. 487. nu. 1. penes Cenc.
de cens.

Vndè etiam cessat nullitas ab excessu deducta, ex eo quod
sententia condemnasset in fructibus 30. annorum cum pro
aliquibus annis ijdemmet fructus † exacti, & soluti fue- 20
rint, & constet excessum nullitatem inducere, laté Gratian.
disc. for. cap. 162. à num. 18. Rota coram Buratt. decis. 286.
num. 5. Nam prædictus excessus ex facto tollitur Sum. illo-
rum de Baptistis præteritæ positionis num. 2. ex quo deprehen-
ditur condemnationem processisse simpliciter ad soluendos
fructus decursos, & non solutos; Pariterque ruit alius
excessus consideratus ex eo, quod pro tempore constantis
matrimonij Virginiæ fructus prædicti census † spectarent
ad maritum tanquam de re dotali, vt per tex. in l. dote An-
cillam C. de rei vind. l. in reb. Cod. de iur. dot. Cyriac. con-
trou. 32. nu. 15. Modern. Neapol. de diuis. fruct. par. 2. cap. 3.
num. 48. Quia non constat dictum censum fuisse dotalem,
quinimò contrarium conuincitur ex deductis, & quate-
nus d. Census inter Parafrenalia, seù extradotalia rema-
neret Maritus non adeò † fructus lucraretur maximè in-
uita Vxore, l. de iis C. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. de
pact. conuent. Surd. cons. 290. nu. 1. Modern. Neap. de diuis.
fruct. d. par. 2. d. cap. 3. nu. 46. cum seqq. & nu. 89. Rota cum
ibi citatis in Bononien. pecuniaria 10. Ianuarij 1650. §. atque
ideò coram Eminentissimo Card. Otthobono.

Sed, & quoad Iustitiam ipsa deducitur ex Instrumento
census ad fauorem Virginiæ, & Euphrosinæ stipulato non
obstante allegata extinctione in persona Gratiani tanquam
cessionarij Nonij, qui nec magis probatur in ius dd. Soro-
rum successisse, vt ideò extinctio tanquam cum † vero 23
Domino, seù Creditore facta prodesse debeat, per tex. in l.
si ego ff. de neg. gest. Præsertim cùm de iure cedentis non
constet iux. tex. in l. si nomen ff. de hered. vel act. vend. &
laté comprobatur ex decisione, quæ reuidetur in §. Iustitia ve-
ro. Et confirmatur quia Cessionarius plus Iuris nequit
† habere, quam competit cedenti, l. emptor, vbi Bald. C. de 24
hered. vel act. vend. Modern. Hispan. in labyrint. Cred.
p. 3. cap. 13. §. unic. n. 75. Rota dec. 83. n. 7. post Cenc. de cens.

Excluditur enim quod ex causa dotis census, de quo
agitur, traslatum fuisset in Iacobum Nonium ex apoca
matrimoniali Euphrosinæ, in qua tantum dos constituta
legitur in bonis paternis, & maternis inter quæ non con-
numerabatur census controuersus, qui fuit emptus non de
pecunijs † paternis, sed dd. Sororibus debitis Summ. addi-
tionali de Baptistis num. 1. Vnde ex ipsa partium confessio- 25
ne identitatis præsumptio † reijcitur, quinimò diuersitas
apertè colligitur l. si chirographum, l. Imperatores ff. de pro-
bat. Aym. cons. 35. num. 5. Roland. cons. 1. num. 47. lib. 4. & 26
adhuc vrget, quod apoca matrimonialis posterior fuerit ces-
sione facta, Gratian. per decem, & septem menses, vt ani-
maduertitur in decisione, quæ reuidetur in § neque pro cessione,
vnde cessio ad † illam tunc non existentem ex defectu sub-
iecti referri nequit, l. eius, qui in Prouincia vers. quoniam 27
ff. si cert. pet. Becc. cons. 115. num. 19. vol. 2. Rota in Nusca-
na Canonicatus 11. Martij 1647. §. & hinc vers. cum non en-
tis cor. bo. me. Arguelles.

Neque ipsi aduersatur, quod iste Census dicatur acqui-
situs ex pecunià hæreditaria Patris, quia † ex hoc tantum
non fieret hæreditarius, vt per tex. in l. si ex ea pecunia C. de 28
rei vindic. l. qui aliena pecunia C. si quis alteri, vel sibi, Mant.
de coniect. lib. 7. tit. 8. sub nu. 19. vers. vnde ego, & plures al-
legati per Modern. Hispan. in Labyrint. cred. par. 2. cap. 24.
per tot. & præcipuè nu. 6. Rota apud Vergelleö dec. 128. nu. 1.
vnà cum alijs allegatis in Romana Census 16. Iunij 1652.
cor. Reuerendiss. P. D. meo Bichio §. ad secundum respondetur

nisi

nisi adesset preceptum Testatoris, & destinatio, aut obli-
gatio reinuestiendi in herede, Rot. *in Bononien. seu Ferrarien.*
pecuniaria 12. *May* 1653. §. *nam fuit responsum coram me*,
29 & sic interpretanda est decisio *Tiburtina fideicommissi* 23.
Iunij 1653. §. *ratio resolutionis pariter coram me*. Aut saltim
si acquisitio esset facta pro hæreditate, quo casu non suffi-
30 cit † exprimere qualitatem hæredis nisi expresse adijciatur
pro hæreditate acquiri, vt distinguit Mant. *de coniect. d.*
lib. 7. *tit.* 8. *num.* 19. *in fin.* Fusar. *de subst. qu.* 627. *nu.* 22. Ad
31 dignoscendum † quippè animum acquirentis non debent
attendi verba enunciatiua, sed dispositiua, *ad tex. in l. Im-*
perator §. *fin.* vbi glos. *verb. non videtur ff. de leg.* 2. Rota *in*
Bononien. fideicommissi de Glauarinis 5. *Martij* 1649. §. *pre-*
cipuè quia, & 28. *Iunij eiusdem anni cor. R. P. D. meo Peu-*
tingerio §. *unde nihil refert*.

Ex apocha verò matrimoniali Virginiæ de anno 1591.
que datur in Summ. de Cioffis num. 1. argumentum desumi
non potest, quod census controuersus in partem Euphro-
sinæ obtigerit, & ideò in dotem traditus fuerit Nonio cum
prædicta apoca legatur scripta ab eodem Iacobo Nonio,
non subscripta à partibus, nec archiuiata, *vt in extr. fol.*
32 215. vt proinde tanquam carenti † subscriptione promitten-
tium nulla fides adhibeatur, quamuis subscripta fuisset ab
ipso Nonio Creditore, *vt per tex. in l. inter chartulas C. de*
conuen. fisc. debit. lib. 10. *d. l. instrumenta, d. l. exemplo C. de*
prob. tradit Bart. *in l. nuda ratio col. vlt. & in l. admonendi*
col. 6. *ff. de iur. iur.* Genua *de script. priu. lib.* 2. *tit. de apoca*
33 *manu cred. conscript. numer.* 1. *& seqq.* Præterquam † illa
non habuit effectum sed altera posteà confecta de anno
1593. data *in Summ. additionali DD. de Baptistis nu.* 2. quæ
à partibus subscripta legitur, & eadem die archiuiata,
34 † quamobrem ex subscriptione promittentium maius ro-
bur accipere debet, vt præter superius allegatos tradunt
relatos à Genua *de script. priu. d. lib.* 2. *tit. de apoca manu de-*
35 *bit. conscript.* Accedente præterea † archiuiatione eiusdem
apocæ ex trad. per Gabr. *de prob. concl.* 5. *in princ.* Grat. *di-*
scept. For. cap. 582. *nu.* 1. *& seqq. & decis. Marchia dec.* 167.
nu. 14. Genua *de script. priu. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 10. In qua se-
cunda apoca post assignationem quorumdam bonorum, &
pecuniarum pro dote scut. 3000. Virginiæ adiecta fuit con-
uentio, quod si aliquid deesset pro complimento d. quan-
titatis suppleri deberet ex alijs bonis paternis, ibi, *quello,*
che mancarà s'habbia à resare in beni paterni di d. Madonna
36 *Virginia &c.* Vnde colligitur, quod si bona paterna † indi-
uisa inter dd. Sorores remanebant, ex quibus datis de-
fectus suppleri posset etiam indiuisa remanere poterant bo-
na propria Sororum, & census, de quo agitur.

37 Replicatio verò quod Virginia † factum, & confessionem
authoris approbare teneatur satis eliditur, ex eo quod illa
38 hæres non fuerit, sed † legataria, & quod factum nullum
ipsa approbare non debeat, *vt plenè firmatur in decisione,*
que reuidetur in §. *non obstat*.

Vigereque visa fuit altera decisionis ratio videlicet, quod
etsi dictus census esset hæreditarius, tamen vel fuit assi-
39 gnatus in dotem inæstimatus † & sic remansit penes vxo-
rem, vel traditus ex æstimatione, quæ facit emptionem,
40 & tunc non potuit sine † solemnitatibus alienari, *vt in*
decisione firmatur in §. *prætereà*. Et quamuis exaduerso re-
41 plicetur non requiri solemnitates in obligatione † mulieris
pro dote vti in causa necessaria, ex adductis per Grat. *di-*
scept. for. cap. 985. *ex num.* 1. Cen. *de cens. qu.* 100. *num.* 45.
Rodrig. *de ann. redd. lib.* 2. *qu.* 15. *nu.* 88. Id tantum procedit
42 in † simplice promissione Constitutionis, seu restitutionis
dotis, secus verò in alienatione pro dote, vt per *tex. in l.*
lex que tutores, vbi post gloss. *in verb. quod dote*, notant
communiter *DD. de admin. tut.* Guttier. *de tutel. par.* 2.
cap. 5. *n.* 51. Modern. Neapol. *de diuers. fruct. d. par.* 2. *cap.* 3.
nu. 113. Rot. *decis.* 35. *nu.* 13. *&* 14. *par.* 5. *rec. & dec.* 138.
apud Fenz. *ad statut. Vrb. vers. & circa prima, & dec.* 137.
num. 1. post Modern. Foroliuien. *de pign.* in quo etiam sen-
su intelligenda est *decisio Romana Saluiani* 23. *Martij* 1650.
cor. R. P. D. meo Verospio. Quod idem dicendum est, quan-
43 do bona, quæ in dotem assignata non † fuerunt tanquam
dotalia ex patientia, & consensu tacito vxoris possidet ma-
ritus, vt per Bart. *in l. transactione Cod. de transact.* tenet
idem Modern. Neap. *vbi proximè num.* 106.

44 Nec vrget, quod † retrouenditio census dotalis fieri pos-
sit à marito, ex traditis per Cenc. *de cens. qu.* 109. *num.* 42.
Nam omisso quod in *qu.* 67. *precedenti num.* 24. *&* 25. di-
45 stinctionem agnoscit inter dotem † æstimatam, & inæsti-
matam, vt maritus censum alienare possit, controuersum
est apud DD. an retrouenditio census possit fieri † ab illo, 46
quando data fuit dos inæstimata, vt videre licet apud Cenc.
d. quest. 109. *num.* 42. Modern. Neap. *de diuis. fruct. par.* 2.
cap. 3. *à num.* 50. *cum seq.* in qua quæstione negatiuam sen-
tentiam tenet Felic. *de Cens. to.* 1. *lib.* 4. *cap. vnic. nu.* 6. Grat.
disc. for. d. cap. 905. *nu.* 4. Nec omninò dissentit Cenc. *d. qu.*
109. *nu.* 42. & amplexa fuit Rota *decis.* 1332. *in princ.* coram
Seraph. & in alijs allegatis per Gratian. *vbi prox. nu.* 9. Præ-
terquam valdè differt casus retrouenditionis † ab aliena- 47
tione pro dote, cum retrouenditio, & emptio census pro-
ueniat ex antecedenti † causa, & ex lege contractus, vt 48
loquitur Rodrig. *vbi supra num.* 88. Arias de Mela *var. re-*
sol. lib. 3. *cap.* 27. *num.* 6. Grat. *dict. cap.* 985. *num.* 1. Aliena-
tio verò pro dote non ità, & procedit in minore soluente
Creditori, qui quamuis ex causa necessaria teneatur, non 49
potest spontè pro ære alieno soluendo bona alienare † abs- 50
que Iudicis decreto, & causæ cognitione, *C. si vrgentibus*
ff. de min. l. magis puto ff. de reb. cor. Menoch. *de arbitr. iud.*
lib. 2. *cent.* 2. *cas.* 171. *num.* 10. Modern. Hisp. *in Labyrinth.*
cred. par. 1. *cap.* 1. §. 2. *nu.* 22. *cum seqq.*

Læsio autem ad hoc, vt alienatio inita sit deficientibus
solemnitatibus, † nullatenus desideratur, vt exaduerso ex
Cyriac. *controu.* 29. *à num.* 50. quia Cyriac. nihil tale probat
quinimò expressè contrarium sit inspicere, licet *num.* 57.
vers. ex quibus, &c. solum enim addit, quod quando de
læsione † non constat obligatur mulier, minor ad † perfi- 52
ciendum, & ratificandum contractum adhibitis solemni- 53
tatibus.

Et ità, &c.

R. P. D. P R I O L O,

Beneuentana Saluiani.

Die Lunæ 24. *Maij* 1655.

A R G V M E N T V M.

Sententiæ concedentes immissionem pro fructibus Census, super fundo, in quo erat Census impositus, qui fuit euictus, sunt nullæ, nam euicto fundo super quo est impositus Census, extinguitur ipse Census, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum aduersus sententias datur consti-*
to de earum iniustitia.
2 *Reintegratio competit spoliato docenti de sua posses-*
sione.
3 *Saluianum non datur sine hypotheca.*
4 *Fundus, quando fuit euictus tunc in eo cessat omnis hy-*
potheca, & num. 5.
6 *Census remanet extinctus per resolutionem Iuris imposi-*
toris super fundo, super quo impositus erat Census.
7 *De Euictionis iustitia, quando non possit dubitari.*
8 *Pactum quando fuit factum in vendisione, in casu mole-*
stiarum quomodocumque, & qualitercumque illarum,
possit agi de euictione.
9 *Tunc probatis molestijs agi potest de euictione, nec pro-*
bandum est, an sint iuste dicta.
10 *Census impositor tenetur ad fructus Census loco damno-*
rum, & interesse, licet fundus super quo imposuit Cen-
sus, sit euictus.
11 *Censualis fundus, quando fuit euictus, non potest ille qui*
dedit pecunias ad Censum agere ad dictum fundum.
12 *Fundus, quando euincitur, liberè transit ad euincentem,*
absque vlla hypotheca.
13 *Oppositio, que statim tollitur per Instrumentum publi-*
cum tamquam sublata, non attenditur.
14 *Exceptio, que non est de Iure agentis, non iuuat ad re-*
tardandam spoliato restitutionem.
15 *Exceptio de Iure tertij non admittitur in iudicio restitu-*
tionis in integrum.

D E C I S I O XXIII.

CEnsuerunt Domini constare de causis restitutionis in
integrum, & Paulo dandam esse reintegrationem.
Quia sententiæ concedentes immissionem Cosmo super
Massaria controuersa, ad effectum sibi satisfaciendi de
fructibus Census super ea impositi à Vito Colle ma-
nifestam continent iniustitiam, † qua stante locus est 1
resti-

restitutioni in integrum ob læsionem ex ea resultantem, vt
dicit Rota coram Card. Seraph. *decis.* 251. *numer.* 2. coram
Buratt. *decis.* 452. *numer.* 7. *& decis.* 604. *num.* 57. *ac in re-*
cen. decis. 50. *num.* 1. *par.* 7. Et reintegratio competit spolia-
2 to † docenti de sua possessione ex petitione eiusdem im-
missionis *iux. decis.* Caputaqu. 186. *par.* 3. sa. me. Gregor.
decis. 43. *num.* 2. *decis.* 105. *num.* 5. *& decis.* 336. *nu.* 2. *& seq.*
Duran. *decis.* 113. *nu.* 5. ac sæpè in alijs.

Iniustitia resultat, quia immissio fuit concessa post ex-
tinctam hypothecam super fundo Centuali à Vito contra-
3 ctam, † sine qua non datur Saluianum ex Add. per Pacif.
de Salu. *insp.* 1. *cap.* 5. *num.* 75. Rota coram Buratt. *dec.* 252.
nu. 14. *decis.* 186. *nu.* 13. *& decis.* 774. *num.* 7. siquidem con-
4 stat, quod anni 1593. & 1594. Massaria fuit euicta per † Iu-
lium, & Constantiam Colle, & Camillam Gyptiam ex
causa necessaria, habente originem antè obligationem.

Quapropter resoluta remansit hypotheca intermedia per
5 Vitum Emptorem super ea contracta, *iux. gloss. in l. bonem*
§. pignus ff. de adilit. Edict. Bart. *in l.* 2. *nu.* 43. *C. de rescind.*
vend. Neguf. *de pignor. par.* 5. *membr.* 1. *nu.* 43. Card. Mantica
de tacit. lib. 1. *tit.* 31. *&* 616. *& seq.* Surd. *de alimen. tit.* 9.
quæst. 42. *sub num.* 16. *vers. non obstat cum seqq. & decis.* 286.
num. 1. *& seq.* Cyriac. *contron.* 55. *num.* 17. *&* 18. *& contron.*
425. *num.* 73. Merlin. *de pignor. lib.* 13. *qu.* 13. *nu.* 1. *cum plur.*
seq. Rot. cor. sa. me. Greg. *dec.* 227. *num.* 9. *vers.* 3. *& seq.*
6 Sicque † Census remansit extinctus per resolutionem
Iuris impositoris hypothecantis, *ad tex. in l. lex vectigali ff.*
de pignor. l. si reg. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. l. si ex duo-
bus §. sed, & Marcellus *ff. de in diem adiect.* Cenc. *de cens.*
qu. 116. *num.* 1. *& seq.* Rota apud eundem *decis.* 639. *num.* 1.
ac dec. 748. *num.* 2.
7 Nec dubitari posse visum fuit de † Iustitia Euictionis
dum Vitus pretium rehabuit, illudque acceptauit, post-
quam venditoribus fuerunt intimatæ molestiæ *d. Summ.*
8 *num.* 2. *&* 3. Præsertim cùm pactum fuerit † conceptum in
casu molestiarum quomodocumque, & qualitercumque eo-
9 dem *Sum. num.* 1. quod non exigit illas † esse iustas ex tra-
ditis per Couar. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 7. Ofasch.
decis. 48. *sub num.* 8. Mangil. *de euictione quæst.* 180. *nu.* 14. *&*
seqq. Rota *decis.* 18. *num.* 22. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Non obstat, quod Impositor teneatur nihilominùs ad
10 fructus dicti Census † loco damnorum, & interesse, vt fuit
dictum in *Romana Census* 10. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo*
Cerro, & in Romana Saluiani 20. *Maij* 1651. *coram R. P. D.*
meo Verospio.

Quia non indè sequitur, quod Cosmus agere potuerit
11 ex remedio Saluiani super d. Massaria, † quæ transiuit ad
euincentes libera ab omni onere hypothecæ d. Vitum Im-
12 positæ, proindè ac illam nunquam possedisset, ad *tex. in*
l. si hominem ff. de vsucap. Fabian. de Monte *de empt. &*
vend. quæst. 8. *plur. num.* 3. Franc. *decis.* 64. *num.* 11. *& seq.*
Cyriac. *dict. contron.* 55. *num.* 32. *cum seq.* Rot. *decis.* 91. *nu-*
mer. 6. *& seq. par.* 7. *rec.*

Nec subsistit, quod Paulus habeat causam à d. Vito Im-
13 positore, quia contrarium conuincitur ex Instrumento
acquisitionis ab eo factæ, ex quo apparet illum habere
causam à Mascambruno, vti hærede Felicianæ sororis *dict.*
Sum. num. 6.

Demùm non releuat, quod Paulus receperit scuta 150.
à Galletta, ideòque censeatur elegisse actionem contrà
eum.
14 Quia huiusmodi exceptio † tanquam de non Iure agen-
tis non potest opponi ad retardandam spoliato restitu-
tionem *iux. text. in cap. in litteris de rest. spoliat.* Bellarm.
decis. 36. *sub num.* 1. *vers. circa hoc*, Gabr. *de rest. spoliat. con-*
15 *clus.* 1. *num.* 144. Sed cùm † petitorium est reijcienda, Rot.
decis. 105. *nu.* 26. & cor. bon. mem. Buratt. *dec.* 731. *nu.* 6.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Nullitatis Matrimonij.

Die Lunæ 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Matrimonia cùm debeant esse libera, ideòque in vanum adhibentur minæ, coactiones &c. Nam probato dicto metu, penitus, penitusque corruit dictum matrimonium, quod latè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium est nullum, ex defectu liberi consensus.*
2 *Metus, quod interuenerit in contractione matrimonij probari potest testibus.*
3 *Puella, quod habebat auersionem à Sponso, ex quo doceatur.*
4 *Puella, quod metu contraxit matrimonium coram Parocho, quæ sint signa.*
5 *Tristitia nimia, & pallor in visu quid denotet.*
6 *Displicentia, & magnus mæror arguit, & denotat metum.*
7 *Matrimonia debent esse libera, procul ab omni coactione.*
Matrimonium dum liberè non fuit contractum, est inane.
8 *Matrimonium dicitur nullum, dum multa signa pro coactione ante, & post matrimonium deducuntur.*
9 *Metus satis probatur ex minis priuandi aliquem bonis, quæ eis inferens illum locupletatus est.*
10 *Metus bene inducitur, ex comminatione, quod comminatione auferendi bona.*
11 *Suspitio metus an inducat verum metum.*
12 *Ad metum arguendum in matrimonio benè erit inspicere qualitates personæ, illum inferentis, & patientis metum.*
13 *Patri, vel Matri adoptiuæ debetur reuerentia, itaut inferatur iustum metum.*
14 *Itaut tollat libertatem in contrahendo matrimonium.*
15 *Puella annorum 13. facile inducitur metus.*
16 *In metu inferendo est differentia inter masculum, & fœminam.*
Metus minor requiritur in masculo, quam in fœmina.
Metus minus requiritur in minore, quàm in adulto.
27 *Metus, & illata violentia potissimum arguit, eximia auersione, & violentia.*
18 *Auersio magna præsumitur in puella ducendo aliquem in maritum, dum asseruit, velle potius se ducere ex fenestra, vel in puteum, quam eum habere in maritum.*
19 *De auersione à matrimonio benè denotant lamentationes, protestationes, lachrymæ, & suspiria tam ante, quàm post matrimonium, quid denotent.*
20 *Parentum imperio potius obediendi, quam contrahendi matrimonium, puella præsumatur consensisse matrimonio.*
21 *Argumentum à solito valet.*
22 *Matrimonium præsumitur coacte initum à puella, si post celebratum matrimonium ea nunquam fuit cum marito, nec secuta fuit copula.*
23 *Virginitas probatur per inspectionem, & fidem obstetricum.*
24 *Confessio contra confitentem probat.*
25 *Metus ille satis inducit, si solitus sit exequi minas.*

DECISIO XXIII.

Conquerebatur Angela, quod suasionibus Parentum
adoptiuorum, ac vi, & metu sibi ab eis incusso in-
ducta fuerit ad se Lucio nubendum; Ideò firmiter credens
Matrimonium fuisse inualidum, † ex defectu liberi con- 1
sensus super illius dissolutione iudicium instituit, factisque
opportunis probationibus; Hodie Domini illis discussis de
nullitate constare responderunt.

Visum enim fuit talem metum sufficienter probatum es-
se ex Testibus † formiter examinatis, signanter ex 1. & 2. 2
ac 7. & 8. deponentibus, quod Angela semper tenuit contra-
here sponsalia † cum d. Lucio, ob magnam auersionem, 3
solumue per vim, & metum permisit sibi tangi manum
ab illo, dum Domi Parentum adoptiuorum contracta
fuerunt sponsalia posteaquam vbi ad Ecclesiam duce-
batur, Margherita Mater adoptiua eam obiurgando
monebat, vt permitteret se ab eodem desponsari, at
illa † cum ad actum Matrimonij contrahendi coram 4
Parocho peruenisset ab ipso interrogata, numquid vellet
in eum consentire, præ nimia tristitia, & timore pallida,
& deformis facta subsisteret in respondendo, eadem Mar- 5
garita linis oculis intuens ad respondendum, vt diceret *di*
si, impulit, sic ipsa cum magna displicentia, & mœrore,
de prædictæ Margheritæ potiùs voluntate, quam sua ma-
trimonio consensit, quo fit, vt non dicatur satisfactum
iuris dispositionis, † quod matrimonia debent esse 6
libera coactione, & à nullius arbitrio pendere, *cap. cum*

locum

locum 14.*cap.requisiuit* 17.*& cap.gemma* 27.*de sponsal.& ma-*
trim.cap.nullus 36.*qu.*2.*l.Titia §.Titia ff.de verb.oblig.*Alciat.
*cons.*5.*num.*1.*lib.*1. Alex.*cons.*156.*num.*6.*lib.*5. Franc.Marif.
*decis.*679. *num.*1. *part.* 2. Rota *decis.*565. *num.*2.*&* 3.*part.*
1.*diuers.* coram Gregor.*decis.*326.*num.*31.*& decis.*395.*n.*2.
& 3. & coram Buratt.*decis.*86.*num.* 39.& consequenter ma-
7 trimonium huiusmodi ex defectu consensus, † irritum, &
inane remansit, *cap.veniens il secondo*, Franc.*num.*16.*in fin.*
Butr. *num.*4. *de spons.*Panormit.*in d.cap.cum locum eodem tit.*
& in cap. Abbas, quod met. caus. Alciat. *d. cons.*77.*num.*2.
Gregor. *d. decis.*326. *num.*17. Buratt. *decis.*205.*num.*23.*&*
24.*& decis.*213.*num.*8.
Concurrunt etiam minæ considerabiles ante, & post ado-
ptionem illatæ d. Angelæ, vt huic matrimonio assentiret,
8 expulsionis scilicet è domo, † vt Margherita, & Hierony-
mus facere velle minabantur ad pristinum, & miserabilem
9 statum ipsam reducendo, † cùm amissione dotis promissæ,
& aliorum bonorum intuitu dicti Matrimonij, quatenus
illud contrahere recusasset cum d. Lucio. Quando enim
quis consentit, eò quia ita expedit, ne totam substantiam,
& omne bonum amittat, ac graue damnum timeat in perso-
10 na, vel bonis, censetur † simulatè consentire, vi, & timore
talis periculi, & amissionis bonorum, Euerard. *cons.*19.*n.*29.
Riminald. *in d. cons.*77. *num.*34. Gramatic. *decis.*5.*num.*1.*&*
*decis.*18.*num.*11. Rota in sæpè citatis decisionibus coram
Gregor.326. *num.*11. & apud Buratt.205. *n.*8. *&* 9. Talisque
etiam suspicio in animo apprehensa ab Angela habetur pro
11 iusto metu, † vt præ cæteris considerat Buratt. *decis.*86.*n.*2.
Vtraque cùm pro nullitate Matrimonij multum veniat
12 † inspicienda qualitas personæ, illum inferentis, quam pa-
tientis metum, Calderin. *cons.*1.*circ.princ. de ijs qui vi, &*
met. caus. Felin. *cons.*14.*num.*9. Martin. Degarat. *inter cons.*
*matrim.diuers.cons.*15. *num.*25. & in proposito casu erant
parentes adoptiui, qui Angelam impellebant ad d. matrimo-
nium, dubium autem non est quin ex debita reuerentia
13 erga illos sublata fuerit † Angelæ libertas apertè dissentien-
di tali matrimonio, vt dicatur fuisse vi, & metu contractum
Gregor. *decis.*326.*num.*10. Buratt. *decis.*235. *num.*13. & co-
ram bon. mem. Merlino *decis.*590. *num.*5. Angela verò erat
14 puella annorum 13. † omnique alio auxiliatore destituta;
In interpretatione enim iusti metus fit discrimen inter vi-
15 rum, & † Mulierem, quia minor metus in ista † quam in
16 illo † requiritur gloss. *in d.cap.cum locum de sponsal.* Felin. *in*
*d. cons.*14. *num.*3. Fontanell. *de pactis nuptial.claus.*7.*glos.*2.
*part.*5. *num.*39.*&* 40.*& in d.decis.*326.*num.*25. *&* 26. coram
Gregor. & in puella teneræ ætatis minor sufficit metus,
quàm in adulto, & perfectæ ætatis, Castrens. *cons.*174.*sub*
*num.*3.*lib.*1. Buratt. *in supradicta decis.*205. *num.*21.
Quem metum violentiam, potissimè quoque indicant
illatam, tùm nimia auersio, & repugnantia Angelæ ante,
17 & † post matrimonium accipiendi d. Lucium in Virum, &
cum eo commorandi, adeò vt sæpè dixerit, *velle potius ex*
fenestra se deiicere, vel in puteum se proicere, quam illi assen-
tire. Hanc quoque eius voluntatem, & parentibus ipsis
studuit patefacere, vt illos ab huiusmodi proposito remoue-
18 ret ex qua † nimia auersione Angelæ arguitur metus cum
matrimonium non subsistat, Alex. *cons.*98.*num.*6. *lib.*3.Ri-
min. *inter cons.matrim.diuers.*77. *num.*24. Rota coram san.
mem.Gregor.XV. *decis.*326.*num.*7. *& in Monopolitana nul-*
litatis professionis 27.*Januarij* 1653.*post princ.coram Reueren-*
dissimo D. meo Decano.
Tùm lamentationes, protestationes, lacrymæ, & suspiria
19 ante, † & post matrimonium, & ipsum recessum ab Ecclesia
emissa, ac sæpiùs repetita ab Angela, de quibus deponunt
dd. Testes, quod nempè nunquam habuerat animum con-
20 trahendi d. matrimonium, sed tantùm † Parentum Impe-
rio coacta consenserat, idcircò ac si esset innupta tenuit
21 cum viro cubare, ex quibus signum † apertum argui dice-
batur, quod vi, & contra eius voluntatem fuerit despon-
sata, *§. panorum Inst. de rer. diuis.* Bart. *in l. cætera §.*1.*ff. de*
*leg.*1. Riminald.*d.cons.*77.*num.*35.Honded. *cons.*20. *num.*22.
*lib.*1. san.mem.Gregor.XV. *in d.decis.*326. *num.*44. Buratt.
*d. decis.*205. *num.*14.*&* 15. *& in d. Monopolitana §. vrget*
coram Reuerendiss. D. Decano, eoque magis, quia toto tem-
pore quo deindè insimul permanserunt, non est sequuta
22 Copula, nec vnquam † permisit viro cognosci, vt probant
nedum benè obstetrices, & peritæ mulieres, afferentes per
23 aspectum † corporis eam esse Virginem. Harum enim iu-
dicio deferendum est, quia per illarum auctoritatem proba-
ri Virginitatem est text. *in cap.proposuisti* 4.*& cap.causam* 14.

de probat.cap.fraternitatis 6.*de frig.& malef.lib.*1.*ff.de vent.*
inspic. Franc.Marif. *decis.Delphin.* 677. *num.*2. *& decis.*628.
*num.*1. sed fassus est idem Lucius, etiam *coram R.P. D. meo*
V.Gerente, in actu dato memoriali d. Angelæ, quæ † con- 24
fessio contra eum, plenè probat Petr. Ang. *inter cons. Ma-*
*trim.diuers.cons.*13. *num.*21. Ioannes Socc. *de can. inter eos-*
*dem cons.*20. *num.*5. Barbos. *vot.*16. *num.*15.*&* 55.
Quibus etiam addebantur asperitas, & sæuitia Marghe-
ritæ, quæ, vt dicunt Testes, erat etiam solita minas exequi,
† nec non illius, & Hieronymi suasiones, & importunæ 25
preces pariter emissæ à persona cui debebatur reuerentia
iustum metum incutiunt, & vim coactionis habent ex alleg.
*in d.decis.*326. apud Gregor. *& decis.*205. apud Buratt. & è
contra obsequium, & reuerentia Puellæ in dd. Parentes
adoptiuos, quæ qualitas est multum considerabilis † ad 25
effectum, de quo agitur, vt aduertit Buratt. *d. decis.*205.
*num.*6. Gregor. *d.decis.*326. *ex num.*28.
Et ità Angela tantùm Informante, ipsoque Lucio pluries
intimato resolutum fuit, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Pater instituendo hæredes filium suum, & eius Nepotes, idest, filios sui filij, censentur ordine successiuo vocati, scilicet, instituti hæredes nepotes quatenus eorum pater nolit, aut non possit succedere, & an ex tali dispositione dicatur inductum aliquod fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, quando in aliquo testamento clarè dicatur inductum.*

2 *Mors alicuius probatur ex fide, & testibus.*

3 *Filius, quando per vulgarem anomalam in locum patris, vel matris, repræsentet eorum personam.*

4 *Pater instituendo hæredem filium suum legitimum, & naturalem, & nepotes, dicitur obseruare ordinem charitatis.*

Pater instituendo hæredem suum filium, dicitur non tantum ordinem charitatis, sed etiam necessitatis causa, tamen obseruare.

5 *Pater tenetur ordine necessitatis instituere hæredes filios, & nepotes, alias testamentum esset nullum.*

6 *Pater instituendo hæredes, filios, & nepotes censetur vocasse eos ordine successiue.*

Scilicet, vt prius admittantur filij, & deinde, si ipsi quacumque ratione non sint hæredes, dicantur instituti eorum filij, & testatoris nepotes.

7 *Et ista est vera, & communis opinio, & ab ea nec in consulendo, nec in iudicando est recedendum.*

8 *Pater instituendo hæredes filium, & nepotes, filij admitti debent per vulgarem substitutionem.*

9 *Ita vt in defectum eorum patris, dato, quod ipse non posset succedere, vel nollet succedere tunc eius filij essent hæredes.*

10 *Et ista est communis opinio.*

11 *Pater instituendo hæredes filium suum, & eius nepotes, censentur instituti ordine successiuo, non tamen censetur grauatus pater hæreditatem filijs restituere.*

12 *Et potest de bonis paternis liberè disponere.*

13 *Testator, quando vsus est, verbo directo,* Instituit, *non potest trahi ad fideicommissoriam substitutionem.*

14 *Testator, quando non fuit vsus aliquo verbo habente tractum successiuum, non censetur voluisse inducere fideicommissum, missum, & num.* 15. 17. *&* 18.

16 *Testator habendo voluntatem conseruandæ agnationis, an ex eo censetur habuisse rationem extendendi fideicommissum.*

19 *Agnationis conseruandæ ratio, considerata tantùm in terminis exclusionis delicti, non operatur vltra suum casum, & n.*20.

21 *Fideicommissum non est facilè extendendum extra institutos, & substitutos, quando ad illos tantùm fuit restrictum.*

22 *Clausula Codicillaris operatur vt substitutis vulgaris ad fideicommissariam trahatur, sed dubium est.*

23 *Clausula Codicillaris solummodo confirmat voluntatem Testatoris, non autem alterat, neque extendit illam.*

24 *Clausula Codicillaris extenderet voluntatem Testatoris si vulgarem substitutionem extenderet ad fideicommissariam pariter substitutionem.*

25 *Clausula Codicillaris non debet separari contra mentem Testatoris.*

26 *Confirmatio de sui natura non operatur rei confirmatæ ampliationem.*

27 *Confirmatio intelligenda est iuxta limites rei confirmatæ, cum addat maius robur.*

DECISIO XXIV.

QVia Comes Hieronymus Petronius prætendebat ad
eius fauorem euenisse casum fideicommissariæ sub-
stitutionis ordinatæ in Testamento Iuliani, Vincentius verò,
& Nicolaus de Plancianis opponebant de antiquiori fidei-
commisso Francisci eiusdem Iuliani patris ideò in gradu ap-
pellationis causa mihi commissa, dedi dubium, An constet
de fideicommissis.

Et quod attinet ad fideicommissum Iuliani clarum, &
1 litterale adesse Dominis visum fuit, † nam ille condito Te-
stamento post multa legata diuersis personis relicta, vni-
uersalem sibi hæredem instituit Ioannem Baptistam suum
filium, cui si in pupillari ætate, vel postea quandocumque
sine filijs decederet vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
missum substituit Athalantam ipsius Testatoris filiam, &
filios ab ea nascituros, sine quibus eidem similiter præmo-
rienti substituit dict. Io. Baptistam, & eius liberos, prædi-
ctis verò omnibus pariter quandocumque obeuntibus cum
dicta clausula vulgariter, & pupillariter, & per fideicom-
missum pro æquali portione substituit Triultiam Iunipe-
ram, & Veronicam suas sorores, & successiuè earum
filias in stirpes, & non in capita, cùmque præmortuis Atha-
lanta Triultia, & Iunipera, & vltimo loco sine filijs deces-
serit d. Ioannes Baptista hæres institutus, vt constat ex fide
2 obitus, & probant † Testes dati in Summ. num. 3. super-
stite præfato Co: Hieronymo Veronicæ filio procul dubio
ad eius fauorem apertum esse fideicommissum, ex quo
3 † per vulgarem anomalam successit in locum matris per ea
quæ tradit Peregr. conf. 52. num. 3. lib. 1. Magon. decis. Flo-
rent. 134. num. 9.

At non censuerunt constare de fideicommisso Francisci
fauore fratrum de Plancianis hæredum præfati Io: Baptistæ,
quandoquidem in Testamento cum quo decessit, & dato
in Summ. num. 1. ita dispositum suum hæredem vniuersalem
instituit, esse voluit, & ore proprio nominauit supradi-
ctum Iulianum, eius filium legitimum, & naturalem,
& dicti Iuliani filios masculos legitimos, & naturales na-
tos, & nascituros ex legitimo matrimonio &c. in qua di-
4 spositione cum concurrant, nedum ordo charitatis, † &
affectionis, sed etiam necessitatis, ex quo pater saltem
5 necessitate causatiua tenetur † eius natos, & nepotes in-
stituere, ne alioquin vitio præteritionis rumpatur text. l.
inter cætera 70. ff. de liber. & posthum. 13. ff. de iniust.
6 rupt. Testam. per talem institutionem filium, † & ne-
potes censentur vocati ordine successiuo, vt primò ad-
mittatur filius, & deinde si ipse quacumque ratione non
sit hæres dicantur instituti illius filij, & Testatoris nepotes
ex conf. Galli Aquilij in l. Gallus 29. §. quidem rectè, & ibi
gloss. in verb. non exprimat ff. de lib. & posthum. Corn. conf.
17. num. 1. & conf. 159. num. 5. lib. 4. Rebuff. conf. 175. vers. 5.
casus, Grauett. conf. 22. num. 2. Menoch. conf. 85. num. 77.
Honded. conf. 65. num. 1. & 2. lib. 1. Mantic. de coniect. vltim.
volunt. lib. 4. tit. 9. num. 11. Cancer. var. resol. part. 2. cap. 1. de
7 substit. num. 105. & duobus seqq. vbi quod hæc esse vera, † &
communis opinio Fusar. de substit. quæst. 476. à num. 1. vsque
ad 5. vbi quod ab hac sententia non est in iudicando, nec
consulendo recedendum.

Ex qua præmissa communi conclusione iustificatur alia
8 conclusio, quod † Iuliani filij intelliguntur vocati, & ad-
mitti debent per vulgarem substitutionem, id est, in defe-
ctum ipsius Iuliani patris casu quo ipse non potuisset, vel
voluisset succedere, tunc eius liberi admitterentur, & essent
9 directo † hæredes, sed dum ille hæreditatem adiuit Institu-
tio Io: Baptistæ, eius filij, & auctoris collitigantium extin-
cta remansit, l. post aditam 5. C. de impub. & alijs substitut.
Dec. conf. 205. num. 5. Aymon. conf. 22. num. 3. Menoch. in
eod. conf. 85. n. 79. & 80. Ruinald. iun. in conf. 162. n. 7. Mar-
cabrun. ab Anguil. conf. 61. num. 1. Honded. d. conf. 63. n. 3. &
4. lib. 1. Cancer. loco supra citato sub n. 117. & 118. vbi quod
ità † vti communis opinio vbique seruatur, Modern. Man- 10
tuan. in controu. 522. n. 93. Thes. decis. 127. num 8. Magon. de-
cis. Florent. 71. num. 13. & decis. 136. num. 6. eamdemque in
terminis substitutionis factæ de patre, & filijs, amplexa
fuit Rota coram Card. Caual. decis. 496. num. 1. & seq. & in
Romana fideicommissi de Prasolinis 12. Iunij anni præteriti,
§. non obstat, coram R. P. D. meo Cerro. Atque ideò dictus
Iulianus pater, non dicitur grauatus per fideicommissum,
restituere † filijs, sed potuit de bonis ex paterna dispositio- 11
ne obuentis ad libitum † disponere, Bartol. in d. §. quid rectè, 12
Dec. in d. conf. 205. num. 5. Aym. conf. 131. num. 4. Honded.
in eod. conf. 65. num. 4. Cancer. in d. part. 1. cap. 1. num. 177.

Rursus inductam esse vulgarem tamen substitutionem
suaderi dicebatur, ex eo quia Testator vsus fuit † verbo in- 13
stituit, quod vti directum obligationi non potest, nec ad
fideicommissariam trahi, Dec. in sæpè citato conf. 205. num. 5.
& conf. 258. num. 6. Peregr. conf. 69. num. 7. lib. 5. & de fidei-
commissis art. 18. num. 5. vers. sed contra, Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 4. tit. 9. num. 3. Cancer. pariter in d. cap. 1. de
substitut. part. 1. num. 122. Rota coram san. mem. Greg. XV.
decis. 207. num. 1. nullaque alia verba visum fuit adesse, quæ
ex eiusdem disponentis mente † tractum temporis successi- 14
uum habeant, quo casu etiamsi vocatio facta fuisset per no-
men collectiuum, & filij non essent nati tempore † conditi 15
Testamenti adhuc intelliguntur vocati per solam vulgarem
non autem fideicommissariam, ex congestis per Cancer.
ibid. n. 122. Rota coram Card. Caual. d. decis. 496. num. 4. &
5. & decis. 757. n. 3. & 4. part. 1. rec.

Nec fideicommissum huiusmodi desumi potest ex subse-
quenti substitutione reciproca ordinata inter filios filiorum,
quia debet intelligi facta in casu quo † supra fuerunt substi- 16
tuti, & sic in casu mei vulgaris si filij, nempè noluissent,
† adhuc non autem in casu quo Parentes adiuerunt, vt tra- 17
dunt Cuman. conf. 119. num. 1. vers. modo reducendo cum seq.
lib. 3. Dec. d. conf. 205. num. 8. Ruin. conf. 96. num. 8. lib. 2.
Petr. Anguis. conf. 72. num. 3. ad medium, & seq. lib. 6. De-
cian. conf. 26. num. 39. vers. 1. quia, & seq. lib. 2. Peregr. conf.
29. n. 12. lib. 2. Osasch. decis. 74. num. 35. lib. 1.

Minùs est facienda vis, quod Testator habuerit rationem
conseruandi agnationem, ex quo propterea † desumi de- 18
beat argumentum illud ad omnes respectiuè, & sic inter
eosdem voluisse inducere fideicommissum, præterquod enim
in istis † terminis rationem præfatam non deseruire, fir- 19
mant Osasc. d. conf. 74. num. 42. in fine vers. minus etiam ob-
stat, Peregr. dicto conf. 29. num. 15. & 16. & 20. fuit etiam pro
responsione animaduersum, quod ratio conseruandæ agna-
tionis reprehenditur restricta ad casum delicti, & ideò non
operatur, † vt extra eum casum inducatur fideicommissum, 20
nec præcedentem dispositionem illius exclusiua restringit,
vt pluries dixit Rota, & signanter in decis. 368. num. 7. & 8.
part. 5. rec. in Romana Census 12. Iunij 1651. §. finali coram
Eminentiss. Cardinali Otthobono, in eadem 11. Martij 1652.
§. vltimo, 14. Februarij 1653 §. non obstat in fine, & 30. Ia-
nuarij 1654. §. ratio autem coram R. P. D. meo Cerro, præser-
tim quia non continet nouas personas, sed est restricta ad
specificatos in institutione, & substitutione, quo casu indu-
bitanter non extendit † fideicommissum, vltra illos ex plenè 21
deductis in Romana fideicommissi de Coronis 28. Ianu. 1647.
& 12. Iunij 1651. coram eodem R. P. D. meo Cerro.

Non obstat clausula Codicillaris † apposita in Testamen- 22
to Francisci, per quam vulgaris substitutio ad fideicommis-
sariam trahitur, quia dicta clausula † solummodò confir- 23
mat voluntatem Testatoris, non autem alterat, nec exten-
dit prout extenderet in proposito casu si filij Iuliani instituti
per vulgarem † ex prædictis admitterentur, etiam per fidei- 24
commissariam contra intentionem dicti fideicommitten-
tis, qui noluit d. filijs aliquid relinquere, † Dec. in allegat. 25
conf. 209. & conf. 286. & 290. vbique num. 3. Surd. conf. 211.
num. 30. Fusar. de substit. quæst. 382. num. fin. Cyriac. in dicta
controuers. 322. num. 93. in fine, Gratian. discept. forens. 586.
num. 43. Rot. decis. 375. num. 9. 10. & 11. & decis. 519. num. 6.
part. 1. & decis. 97. num. 13. part. 4. rec.

Vltimò non obstat, quòd Iulianus in eius Testamento
confirmauerit, & approbauerit in omnibus, & per omnia pa-
ternum fideicommissum, quia confirmatio † non est apta 26
am-

27 ampliare dispositionem confirmatam, sed quod iam † tributum est roboratum, & ad eius limites restringitur, *l. Aurelius 29. §. testamento, ff. de lib. legat.* Bald. *in l. aduersus 3. in fine, C. si aduers. rem iudic.* Rota coram Comitulo *decis. 136. num. 14.* apud Butatt. *decis. 170. num. 15. & 16. & in recent. decis. 597. num. 2. part. 3. & decis. 177. n. 53. part. 5.*

Ex quibus Domini concluserunt constare de fideicommisso Iuliani, non autem Francisci Informante Comite Hieronymo, Plancianis sæpiùs citatis, &c.

R. P. D. ZARATE.

Mediolanen. Iurispatronatus.

Lunæ 24. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Probatio Iurispatronatus, quando non sumus in familia, in qua nullatenus cadat præsumptio vsurpationis ipsius Iurispatronatus, sat est, si probetur ex pluribus præsentationibus per cursum 40. annorum effectum sortitis. Iuspatronatus præsumitur ex fundatione, & dotatione in personis priuatis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium aliquod probatur quod vacet ex confessione aduersarij venientis ex eadem vacatione.*
2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
3 *Clerici idoneitas ad beneficium Iurispatronatus probatur ex approbatione Ordinarij.*
4 *Patroni Laici habent tempus quatuor mensium ad præsentandum.*
5 *Iurispatronatus pertinentia, dum non simus in personis suspectis de vsurpatione, qualiter probetur.*
6 *Adeo vt in hoc sufficiat quadragenaria possessio præsentandi.*
7 *Dum tamen probatur effectuatio præsentationum.*
8 *Iurispatronatus pertinentia facilius probatur, dum Ordinarius non est in causa.*
9 *Iurispatronatus pertinentia probatur ex sententia Ordinarij.*
10 *Ordinariorum attestationibus plurimum defertur in materia Iurispatronatus.*
11 *Ordinarij non ita facilè asserunt beneficia esse patrimonialia, & ratio est, quia agitur de eorum interesse.*
12 *Iuspatronatus, quando sumus in personis priuatis præsumitur ex dotatione, & fundatione.*
13 *Quod procedit etiam ex dispositione Sacri Concilij Tridentini.*
14 *Iurispatronatus donatio facta cum consensu Ordinarij, totum illud transit in donatarium.*
15 *Iuspatronatus dotans, quod sit verus patronus, ex quo iustificetur.*
16 *Iurispatronatus pertinentia ad fauorem successorum, sat est probare per quasi possessionem auctoris.*
17 *Præsentatio ad Iuspatronatus hereditarium, non valet, si præsentans non sit hæres, & num. 18.*
19 *Fœminæ Mediolani, vigore Statuti, sunt exclusæ à successionibus ascendentium ab intestato.*
20 *Qualitas aliqua si sit necessaria in aliquo actu, si ea deficiat corruit actus.*
21 *Patroni, quando sunt, plures qui debent præsentare, si aliquis nolit præsentare alijs accrescit ius illud.*
22 *Patroni, quando non sunt plures, tunc præsentatio competit vnicuique insolidum.*

DECISIO XXV.

AD Beneficium Sancti Hilarij in Parochia Sancti Ioannis ad quatuor facies Mediolani patronale familiæ de Baggis, seu Badaggis vacans per obitum Anselmi Baggi, fuerunt præsentati Petrus Baggius à Bassano Baggio, & Carolus de Rubeis à Clara Baggia, approbata ab Ordinario Mediolanen. vtriusque præsentatione vti à veris Patronis facta, sed instituto Carolo Rubeo, & hinc per appellationem à Petro interpositam commissa causa in Rota, datoque dubio, An Petrus esset instituendus, DD. affirmatiuè responderunt, cùm omnia pro institutione necessaria sint iustificata.

Vacatio enim per obitum Anselmi plenè probatur ex
confessione † Caroli collitigantis ex eadem vacatione ve- 1
nientis, gloss. & DD. *in cap. nonnullis de rescript.* Rota *in Bargen. beneficij 26. Iunij 1651. §. etenim coram R. P. D. meo Celso, & in Aretina Plebania 16. Februarij 1654. §. probatur coram R. P. D. meo Cerro, & in Camerinen. Canonicatus 19. Iunij eiusdem anni §. si quidem coram R. D. meo Decano.*

Clericatus Petri ex litteris † patentibus Ordinarij proba- 2
tur, Rot. coram Duran. *decis. 240. num. 2. in Regien. beneficij 27. Iunij 1653. Presbyt. coram R. P. D. meo Beuilacqua, in Bargen. beneficij de Ontannas 1. Iulij 1654. §. etenim coram R. P. D. meo Meltio, & in Nicien. Prioratus pariter 1. Iulij dicti anni, §. equidem coram me.*

Eiusque idoneitas † ex approbatione ad examen Ordina- 3
rij, Rota *in Obredunen. Prioratus 27. Iunij 1653. §. habilitas, vers. & ex relatione, coram R. P. D. meo Albergato in Beneuentana Canonicatus 4. Maij 1654. §. sufficientia coram me.*

Præsentatio intra quadrimestre Patronis Laicis ad præ-
sentandum † concessum *ex dispositione cap. quoniam de Iu-* 4
rep. est clara, cum emanauerit die 22. Aprilis 1648. & Anselmus obijsset die 16. eiusdem mensis.

Existentia denique dicti Iurispatronatus, & illius pertinentia ad fauorem Bassani Petrum præsentantis iustifican-
tur † ex quampluribus præsentationibus ad anno 1490. vs- 5
que ad annum 1648. factis, suumque effectum sortitis, quæ exuberant, cùm simus in familia priuata, in qua vsurpa-
tionis cessat præsumptio, † adeò vt in ea quadragenaria 6
sufficiat, iuxt. *cons.* Federic. de Senis 234. *num. 3. vers. ad propositum,* Rota coram Seraph. *decis. 114. num. 6. in Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. §. existentia, coram bon. mem. Arguelles, in Mediolanen. Iurisp. 30. Ianuarij 1654. in princip. coram R. P. D. meo Albergato.* Et istæ præsentationes constituunt dictum Bassanum, in quasi possessionem præsentan-
di, imò, † & vnica præsentatio effectuata satis fuisset, Rip. 7
in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 91. de caus. possess. & propr. Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis. 45. num. 20. & in citata Mutinen. beneficij §. rursus in fine, coram bon. mem. Ar-*
guelles. Maximè cùm præsens quæstio non sit † cum Or- 8
dinario, sed cum ipsis præsentatis, Rota *decis. 176. n. 2. part. 4. recen. in Cracconien. Præpositura Sancti Floriani 29. Nouemb. 1650. §. Iurisp. coram R. P. D. meo Bichio, in Aquilana Iurisp. 1. Februarij 1651. §. Patronatus coram R. P. D. meo Meltio.*

Item eædem existentia, & pertinentia eliciuntur ex
† sententia anni 1598. & ex visitationibus anni 1604. Or- 9
dinariorum attestantium hoc Iuspatronatus extare, & ad Ioannem Baptistam Baggium, seu Badaggium spectare.
In huiusmodi enim materia Ordinariorum † attestationi- 10
bus plurimum defertur, quia isti in visitationibus diligenter statum beneficij perquirunt, & dum agitur de eorum præ-
iudicio, non † ita facilè asserunt beneficia esse Patronalia, 11
cùm ipsorum intersit esse libera, Viuian. *de Iurepatr. part. 2. lib. 11. cap. 5. num. 24.* Rota *in dict. Mediolanen. Iurispat. 30. Ianuarij 1654. §. concurrit, præterea coram R. P. D. meo Albergato in Aurien. Parochialis 6. Febr. eiusdem anni, §. alia vere enunciatiua coram me, & in Bononien. Iurisp. 1. Iulij etiam eiusdem anni, §. præsertim coram R. P. D. meo Celso.* In nihilo obstante quod in dicta sententia non legantur verba ex
fundatione, & dotatione, quia in familia priuata Iuspatro- 12
natus in dubio tale præsumitur, vt in puncto ne ex Priuilegio existimetur, ac proinde ex dispositione Sacr. Concil.
Trident. † sublatum censeatur, Rota *decis. 505. num. 7.* 13
part. 5. rec. in Balneoregien. Iurispatron. 9. Decembris 1650. §. accedunt coram Eminentissimo Otthobono.

Insuper pertinentia apetitur ex eo, quia Bassanus causam habet ab Anselmo Baggio, qui Flauio Antonio eiusdem Bassani patri hoc Iuspatronatus donauit cum consensu Ordinarij, per quam legitimam donationem totum ius in eundem Flauium Antonium translatum fuit, per text. *in cap. quod autem in fine cap. ex insinuatione, vbi gloss. verbo litteraliter cap. illud, & cap. suggestum de Iurep.* Viuian. *de iurepatr. part. 1. lib. 4. cap. 1. num. 1. & seq.* Rota coram Mantic. *decis. 86. num. 5.*

Anselmum verò dotantem fuisse verum Patronum iustificatur ex eo, quia ipse fuit filius Ioannis Baptistæ, de cuius
quasi possessione præsentandi constat † ex præsentatione 15
facta anno 1598. & ex memorata sententia Iurispatronatus ad fauorem Ioannis Baptistæ. Hoc enim satis probat pertinentia fauore Anselmi eius filij, & hæredis, etiam si vsque adhuc ipse non præsentauerit, cùm ad effectum
iustificationis † pertinentiæ ad fauorem successoris, au- 16
ctoris quasi possessionem probare sufficiat, Rota *decis. 146.*

num.2. part.2. rec. in dicta Aquilana Iurisp.1. Febr.1661. in
fine coram R.P.D. meo Melzio, in Imolen. Decanatus 1. De-
cemb. eiusdem anni, §. si quidem versus finem coram R. P. D.
meo Verospio, in dicta Aretina Plebaniæ 6. February 1654.
§. cum igitur coram R.P.D. meo Cerra, & in Oxonen. Cappel-
laniæ 22. Marty 1654. §. imò coram R.P.D. meo Celso,
17 Non obstat, quod Ioannes Baptista vltra Anselmum † ha-
buerit Hilarium, & Claram, quæ præsentauit Carolum de
Rubeis ab Ordinario institutum. Quoniam si Carolus
prætendat Claram vti filiam, & hæredem patris illum præ-
sentare potuisse, cùm non doceat de Testamento Ioannis
18 Baptistæ in hoc casu necessariò † ex eo quia eadem Clara
reijcitur ex dispositione Statuti Mediolani cap.278. fœmina-
19 rum exclusiuum † à successionibus ascendentium ab intesta-
20 to. Vtique illius præsentatio redditur inefficax, † cùm in
ipsa muliere, qualitas hæredis deficiat, vt in puncto Anch.
in Clementina plures num.5. in fin. de Iurepatronat. Roch. de
Curt. *de Iurep. part.9. quæst.1.2.3.4. & num.10.* & alijs relatis
per Viuian. *eod. tract. part.1. lib.4. cap.2. num.48.* si autem
velit eandem mulierem vti hæredem Hilarij fratris hoc ius
exercere potuisse, & nullius momenti pariter est præsenta-
tio, quia cùm Hilarius hæredes PP. Carmelitas instituerit,
21 istique † non præsentauerint totum ius remansit penes
Bassanum, & cum præsentatio competat vnicuique ex Pa-
22 tronis insolidum † vnius tantùm præsentatio sufficit, Viuian.
de Iurep. part.1. lib.1. cap.2. num.7. Rota coram Duran. *de-*
cis.230. num.4. & 5. in Comen. Iurisp.7. February 1650. §.
quoniam Anastasia coram bon. mem. Arguelles, in Regien. be-
nef.6. Marty 1651. §. pertinentia, vers. cum int præsentandi
resideat, coram R. P. D. meo Peutingerio.
Et ita contradictas.

R. P. D. PRIOLO,

Bononien. Mercium.

Die Mercurij 26. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Merces transportandi onus in se quis sumens, si
casu accidat, quod mulus sarcinas deferens in
foueam plenam aqua cadat, itaque Merces non
parum fuerunt deterioratæ, an teneatur ad earum
refectionem,

SVMMARIVM.

1 *Casus, quando est merè fortuitus, nulla interueniente*
dolo, vel culpa lata, quis non tenetur ad resarcien-
dum damnum.
2 *Animalium casus, mortesque quæ accidunt, fugæ seruo-*
rum, qui custodiri non solent.
3 *Item rapina, tumultus, incendia, aquarum magnitudines,*
impetus latronum, &c. à nullo præstantur.
4 *In casu fortuito, quod interuenerit dolus, vel culpa non*
præsumitur.
4 *Dolum, vel culpam, allegans debet id specificè pro-*
bare.
6 *Casus fortuitus, quando alicui accidit, tunc multò ma-*
gis præsumitur abesse dolus, quando ille omnem adhi-
buit diligentiam,
7 *Ministrum idoneum, & expertum, quando quis adhibuit,*
dum aliquid casu fortuito accidit non tenetur,
8 *Conductori adscribitur quoque leuissima culpa, quoties*
pretiosas merces, ac vastationi facillimè obnoxias su-
sceperit asportandas,
9 *Mulio, vt teneatur de leuissima culpa debet ei constare,*
quod res erant pretiosæ, si fuerunt deterioratæ.
10 *Custos, an teneatur de leuissima culpa.*
11 *In Leg. si merces, §. qui columnam ff. locat. verbum, dili-*
gentissimus, positum, qualiter interpretetur.
12 *Superlatiuum non est nouum, quod aliquando conuertatur*
in positiuum,
13 *Et hoc in iure non rarò contigit.*
14 *In contractu, qui fit in vtilitatem tantum vnius partis*
præstatur diligentia, etiam in superlatiuo gradu,
& num.15.
16 *Contractus, quando respicit vtilitatem vtriusque partis,*
tunc in eo non requiritur exactissima diligentia.
17 *Merces vehendi onus naturæ contractus locationis,*
accedit.
18 *Merces vehendi onus, est contractus, qui respicit vti-*
litatem vtriusque partis.
19 *Scilicet Domini, cuius sunt merces, & vectoris, qui mer-*
cedem recipit pro conductione earum,
20 *Contractus, quando fit gratia vtriusque partis, quis*
non tenetur de leuissima culpa, nisi in specie ea fuerit
promissa,
21 *Pacta inter partes satis est si obseruentur, prout promis-*
sum fuit,

DECISIO XXVI.

VAnnuccium non teneri ad prætensam deteriorratio-
nem Mercium quas à Ciuitate Mediolani Bononiam
vehendas suscepit à Bonauia Mercatore, Domini hodiè re-
sponderunt moti, ex eo quia ex Testibus in *Sum. Informan-*
tis relatis sub num.12. constat deteriorationem fuisse sequu-
tam ob lapsum Muli Sarcinas deferentis in foueam aquæ,
cui solum pluuia madefactum sub pedibus deficit, † qui cum 1
sit casus merè fortuitus, nullo interueniente dolo, vel culpa
lata, seu leui eiusdem Vannuccij non obligat ad damni
emendationem, vt probat text. *in l. contractus*, ibi, *Anima-*
lium vero casus, † mortesque quæ sine culpa accidunt, fugæ 2
seruorum qui custodiri non solent, rapina, tumultus, incendia,
aquarum magnitudines, † impetus prædonum, à nullo præstan- 3
tur, ff. de reg. iur. l. in iudicio, C. locat. Stracc. *de mercat. tit.*
de naut. & naug. part.2. num.5. Surd. *cons.62. & seqq.* Rot.
Ian. *diuers.56. num.1.* & fuit dictum in *Romana Mercium*
27. January 1604. coram bon. mem. Cardinali Sacrato post 2.
vol. cons. Farinac. *decis.208. num.1. & seq.*
Nullus siquidem interuenit dolus, † vel culpa, tum quia 4
non præsumitur, sed ab allegante probari debet certa speci-
fica, & ad casum præordinata, † vt in his terminis pro- 5
bant Corn. *cons.318. num.3. lib.4.* Siluan. *cons.46. num.4. &*
6. Surd. *d. cons.61. num.18. & seq.* Decian. *resp.29. num.28.*
lib.1. & seqq. Cyriac. *controu.459. num.13. cum pluribus seqq.*
Thomat. *decis. Macerat.93. num.3. & seq.* Tum etiam quia
Vannuccius adhibuit † omnes diligentias, quas diligens 6
Pater familias adhibuisset, mittendo Mulum strenuum, &
fortem, † ac Mulionem idoneum, & expertum per viam 7
solitam, & consuetam, eodem Summ. *num.3. 7. & seq.* Ex
quibus quilibet dolus, seu culpa excluditur, iuxta tradita per
Silu. *d. cons.46. sub num.9. vers. ad illud autem*, Purpurat. *d.*
cons.598. num.3. Mascard. *de probat. conclus.468. num.20. &*
seq. Cyriac. *d. controuers.459. sub num.28. vers. tertio respon-*
deo, cum seq.
Neque aduertitur text. *in l. si merces, §. qui columnam ff.*
locat. leuissimam quoque culpam adscribens † conductori 8
quoties pretiosas, Merces, ac deuastationi facillimè obno-
xias susceperit asportandas, ibi, *culpa autem abest si omnia*
facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset;
Quæ præterquod † non iustificatur Merces, de quibus agi- 9
tur, esse pretiosas, quodque ista qualitas Vannuccio inno-
tuit, vt acquiritur iuxt. text. *in l. cum in plures 63. §. locator*
horrei ff. locati. Minusque † quod pro custodia, & exactio- 10
ri diligentia Mercedem habuerit, vt par est congruentem
gloss. in l. qui Mercedem ff. locat. & in l. in iudicio verb. custo-
diam vers. sed licet C. eod. Piccard. *in §. pro vsu num.6. inst. de*
locat. & conduct. Decian. *d. respons.29. n.32. & seq. lib.1.* Rot.
d. decis.208. num.3. post 2. vol. cons. Farinac. Verbum diligen-
tissimus, in eo textu non designat summum diligentiæ † gra- 11
dum, quatenus eius dispositio extenditur ad alias res, quæ le-
uiter non franguntur, sed resoluitur in † positiuum, vt expli- 12
cat ibidem gloss. *verb. diligentissimus*, & Salicet. *vers. salua*
confitendo, &c. & in l. in iudicio num.4. C. locat. alia gloss. in
§. penult. verb. diligentissimus inst. de locat. & conduct. Non
enim rarò † accidit, vt in iure superlatiuum positiui signifi- 13
cationem referat, & è contra secundum subiectam mate-
riam, & naturam eiusque contractus, qui si vtilitatem alte- 14
rius contrahentis tantùm respiciat exactissimam requirit di-
ligentiam, licèt in superlatiuo locutio † concepta non fue- 15
rit, vt commodato est text. *in l. si vt certo §. nunc viden.*
vers. commodatum autem ff. commodat. si verò vtilitatem
vtriusque ipse ferat diligentia non requiritur exactissima li-
cèt in superlatiuo ponatur, sed qualem Pater familias, neque
diligentissimus, † sed attentus, & diligens præstare solet, 16
vt rectè ait Verember. *in §. fin. num.2. instit. de locat. & con-*
duct. latè Koppen. *decis. Germ.38. num.43. & seq.* Quare cùm
onus vehendi Merces, † quod naturæ contractus locationis 17
accedit, *l. qui insulam 33. §. qui Mulas ff. locat.* Strac. *de mer-*
cat. tit. de naut. & naug. part.2. n.1. & seq. Vtriusque vtilita-
tem

tem respiciant, Domini, scilicet, cuius res ad locum desti-
18 natum deferuntur, & Vectoris, qui mercedem † accipit
19 pro conductione io eo venit dumtaxat culpa † leuis non
autem leuissima, oisi periculum singulari pacto fuerit assum-
10 ptum, † vt per text. *in d.l. si vt certo*, §. *nunc videndum ff. commodat.* in specie probant Corn. *d. cons.*318. *num.*4. *lib.*4. Siluan. *d. cons.*46. *num.*5. Purpurat. *d. cons.*598. *sub num.*11. *vers. & ideo*, Decian. *d. resp.*29. *num.*32. *& seq.* & generaliter Salicet. *in d.l. in Iudicio num.*3. *C. de locat.* Menoch. *cons.*53. *num.*21. Mascard. *de probat. d. conclus.*468. *num.*7. Surd. *decis.*87. *num.*7. *vers. & conductor*, Koppen. *d. decis.*38. *sub num.*33. *vers. ecce igitur*, *& num.*43. *& seqq.*

Neque dicatur Vannucciom debuisse sarcinas transferri facere super Plaustris; Nam (vltra quod Testes in eodem Sum. relao, &c. referunt Plaustra esse minùs tuta,) placuit
21 respoosio quod inter partes † conuentum fuit de Mercibus vehendis super Mulis, quorum operam domtaxat Vannuccius locate solet, ideò ad aliud non tenebatur, Purpurat. *d. cons.*598. *sub num.*3. *vers. nam conuentio*, *& sub num.*6. *ex quibus*, *&c.* Mascard. *de probat. d. conclus.*468. *num.*21. Rot. *d. decis.*208. *num.*5. *post* 2. *vol. cons.* Farinac.

Et ita altera tantùm parte Informante, &c.

☞ *Infrà in eadem causa habetur altera sub die* 31. *Mart.* 1656. *coram eodem R. P. D. Priolo.*

R. P. D. B I C H I O.

Bononień. Primogenituræ.

Die Veneris 26. *Maij* 1656.

A R G V M E N T V M.

Immissio in bonis Primogenituræ subiectis, quando à Vocato fuit petita, quibus probatis non possit denegari Identitas bonorum fideicommisso, vel Primogenituræ subiectorum, ex quibus possit satis iustificari.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio in bonis fideicommissarijs, quando non possit denegari.*
2 *Bonorum fideicommissariorum identitas probari potest ex assertione Testatoris in testamento facta.*
3 *Contractus inter hæredes celebrati circa bona hæreditaria probant eorum identitatem.*
4 *Bonorum identitas probatur per assertionem hæredum, quæ confessio benè probat contra eos, & habentes causam ab eis.*
5 *Locatio coadiuuat probationem identitatis bonorum.*
6 *Identitas bonorum probatur ex continuata possessione bonorum de vno in alium.*
7 *Identitas bonorum probatur, si possessor sit successor illius, qui aliàs bona possidebat, nisi aliud doceatur.*
8 *Bona omnia alicuius, quando dubitari non possit, venire in primogenitura ab eo facta.*
9 *Testator potest disponere etiam de re hæredis.*
10 *Liberatio à redditione rationis bonorum administratorum, quid ex hoc inferatur, num.*11.
12 *Testatoris præcepto hæres censetur voluisse inhærere.*
13 *Iuri quæsito alicui primogenituræ præiudicari non potest.*
14 *Hæres adiens simpliciter hæreditatem, censetur in totum omnia disposita à Testatore acceptasse.*
15 *Ex fideicommisso particulari non sunt faciendæ detractiones, dum alibi possunt fieri.*
16 *Hæres, si adiuerit hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij, & aliqua alienauerit præsumitur satisfactus de suis detractionibus, & num.*17.
18 *Et tenetur de proprio soluere legata, quatenus vires hæreditaria non sufficiant.*
19 *Melioramenta consistentia in reparationibus, & reaptationibus bonorum fideicommisso subiectorum reficienda minimè sunt.*
20 *Et hoc præsertim si concurrat voluntas Testatoris.*
21 *Melioramenta vt sint reficienda, debet probari status antiquus.*
22 *Melioramenta, vt reficiantur debet probari, quid fuit impensum, aut melioratam.*

*Melioramenta cum fructibus fideicommissi sunt compensanda num.*22.
23 *Bona Status Ecclesiastici non possunt in forenses alienari, limita tamen vt num.*24.
25 Alciat. *distinctio de qua hic est potius verbalis, quàm fundamentalis.*
26 Menoch. cons.175. num.17. & Rimioald. coos.363. nom.342. *in quo casu loquantur.*
27 *Immissio, quando non sit retardanda, & n.*28.
29 *Beneplacitum Apostolicum non valet, dum fuit impetratum post tempus præfixum.*
30 *Minores, quando sunt læsi competit restitutio in integrum.*
31 *Purgatio moræ vbi non datur, nec ibi datur restitutio in integrum.*
32 *Status mutatio operatur, ne res sit integra.*

D E C I S I O XXVII.

DOmino Ioanni Cellesio Semideæ filio vti vocato ad Primogeoiuuram à bon. mem. Cardinali de Podijs constitutam, censuit hodie Rota in possessionem Palatij eum domunculis ei contiguis positi Bononiæ in Parrochia S. Mariæ Magdalenæ in cootrata S. Donati, nec non bonorum existentium in loco ouncupato *il Castelletto* dandam esse immissionem, quæ docto de purificatione fideicommissi ad
† fauorem petentis, & bonorum identitate passim concedi 1
solet, siue ex ædicto Diui Adriani, siue ex Saluiaoo interdicto Gabr. *cons.*44. *num.*30. *lib.*2. alijque relati *in Fanen. Bonorum* 19. *Iunij* 1648. *coram bon. mem. Arguelles, in Interamnen. fideicomm.* 11. *Mart.* 1654. *coram R.P.D. meo Celso.*

Purificatio enim primogenituræ ad fauorem Ioannis canonizata fuit per duas decisiones sub die 1. Iulij 1654. & 25. Iunij 1655. coram me. Ideotitas verò quod nempè bona petita fuerint à Cardinali viuente possessa tempore
obitus, † & nunc à Dominis de Montecuccolis Aduer- 2
sarijs possideantur, probatur tum ex assertione ipsius Testatoris in eius testamento, iuxta deducta per Fusar. *de subst. quæst.*618. *num.*30. *& per tot.* Rota *decis.*312. *num.*2. *part.*7. *rec. & in Bononien. fideic. de Amorinis* 18. *Maij* 1648. *coram R.P.D. meo Meltio*; tùm ex iostrumento concordiæ inter Christophorum primogenitum, & fratres hæredes à Cardinali institutos inita de Anno 1560. in qoa dd. fratres Christophoro tamquam primogenito Palatium, ac domun-
culas vti hæreditaria Cardinalis cesserunt; † magni oamque 3
momenti sunt ad probandam identitatem similes contractus inter hæredes celebrati, Rota coram Merlin. *decis.*244. *num.*12. *decis.*299. *in princ. & inter recent. decis.*125. *num.*2. *&* 3. *part.*6. *decis.*88. *num.*12. *part.*7. Tùm ex confessione Ioanois Podij filij primogeniti d. Christophori emissa in instrumento venditionis factæ Marchioni Francisco aduersa-
riorum † authori, quæ optimè probat contra confitentes, & 4
habentes ab eo causam, Ruin. *cons.*128. *n.*16. *lib.*2. Peregrin. *de fideic. art.*53. *n.*36. Buratt. *decis.*243. *num.*7. Rota *in Bononien. fideicommissi* 16. *Iunij* 1661. *coram R.P.D. meo Celso.*

Ex eodem supracitato testamento ex instrumento concordiæ, ac venditionis patet identitas bonorum Castelletti, deueoerint in Christophorum, deindè in Ioannem eius Procuratore. Cùmque & Palatium, & bona Castelletti deuenerint io Christophorum, deindè in Ioannem eius filium primogenitum à quo causam habet Marchio Fran-
ciscus, cuius DD. Aduersarij sunt † hæredes, præsumuntur 6
eademmet olim possessa à Testatore, Natt. *cons.*235. *num.*17. Card. Mellin. *decis.*374. *num.*23. Rota *inter rec. decis.*88. *n.*
12. *&* 13. *part.*7. præsertim cùm † sint in eodem loco vbi 7
possidebat Testator exiodè siquidem resultat præsumptio pro identitate, dum exaduerso ooo docetur de particularibus acquisitionibus, Peregr. *de fideic. art.*44. *num.*22. Rota *decis.*129. *num.*2. *part.*5. *recent. & in Perusina bonorum* 14. *Iunij* 1647. *coram Reu. P. D. meo Cerro, in Bononien. fideicomm.* 5. *Decembris* 1650. *coram Reu. P. D. meo Celso*, de quibus non docetur excepto quodam prediolo, de quo hodie non agitur.

Nec dubitari potest quin integrum Palatium, & omnia bona Casteiletti cadant sub primogeoitura, etsi pro aliqua rata essent communia Alexandro Card. fratri restrictio
enim dispositionis † ad bona, quæ erant propria Testato- 8
ris, præsertim, si ille vsus fuit verbo *suum, vel sua.* iuxta text. *in l. sicum qui meus erit ff. de leg.*1. Bart. *in l. seruus electione §. cum fundus n.*3. *eod. tit.* Aldobr. *cons.*25. *n.*36. *lib.*1. Rota *in*

Bononien. bonorum 18. *Martij* 1652. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, non habet locum, quando aliunde constat Testatorem voluisse disponere etiam de re non propria, sed
9 ad hæredem spectante, de † qua potuit disponere, *l. vnum ex familia §. sed & si fundum*, *l. Imperator §. si centum*, *l. cum Pater ff. leg. 2.* Rota *decis. 93. num. 1. & 2.* coram Duran. *decis. 88. num. 22. part. 5. recent.*

Hæc autem voluntas euidens est in casu nostro, quia Testator hæredes Alexandri fratris prædefuncti à se quoque
10 institutos absoluit à reddenda † ratione bonorum ad se spectantium, & à præfato Alexandro administratorum sub expressa conditione, quod Christophoro ad primogenituram vocato, alijsque successiuè primogenitis molestiam aliquam super bonis, inferre non possint aliqua ratione, vel causa, & signanter, *quia forte prætenderent in dd. Bonis, vel aliqua illorum parte eumdem q. Alexandrum habuisse aliquampartem*, & sic voluit etiam partem, quam desuper
11 Alexander prætendere posset esse † subiectam primogenituræ in recompensam absolutionis a redditione rationis, vt benè ponderat Natt. *cons. 110. num. 3. & seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 35. num. 4.* Fusar. *de subst. quæst. 648. num. 8. & seqq.* quod etiam agnouerunt Alexandri hæredes, qui in executionem præcepti huiusmodi omnia bona Castelletti, & integrum Palatium in supra memorata concordia Anni 1560. renunciarunt Christophoro Primogenito, ibi, *omnia, & quæcumque iura &c. in suprascriptis bonis omnibus del Castelletto, tam emptis per dictum q. Illustrissimum D. Cardinalem, quam eorum communem Patrem* (videlicet Alexandrum) *Palatioque magna &c. cedere &c.* Cùmque Christophorus in hac parte gereret negocium primogenituræ inhærendo præcepto Testatoris censetur cessionem accep-
12 tasse pro † se, & successoribus Cardinalis fideicommittentis, quamuis pro se, & hæredibus stipulatus fuerit Fusar. *quæst. 627. num. 27.* Peregr. *decis. Patauina 2. num. 0.* Rota *in Bononien. bonorum* 21. *Febr.* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro*. Nihil refragante, quod de anno 1590. Ioannes, & alij filij Christophori bona Castelletti, tanquam bona olim Alexandri eorum Aui Paterni voluerint inter ipsos esse communia,
13 quia † præiudicare non potuerunt iuri quæsito primogenituræ ex testamento Cardinalis, & præcedenti concordia de anno 1560. inita inter eorum authores, quorum hæredita-
14 tem cum † adiuerint simpliciter ratum habere tenentur quidquid ab illis gestum fuit Soccin. iun. *cons. 107. num. 56. lib. 3.* Menoch. *cons. 89. num. 38. & seqq.* Rota *decis. 169. n. 1. decis. 265. num. 3. part. 1. recent.*

Hinc cessat prætensa detractio partim in dd. bonis olim Alexandro competentium, pariterque cessat detractio dotis Ludouicæ in summa pro qua Cardinalis Testator se obligauit, nec non legatorum, & æris alieni Testatoris à Christophoro, vel eius hæredibus soluti, quia Christophorus hoc onus accollauerat in sæpè memorata concordia anni 1560. per quam etiam alia bona hæreditaria Cardina-
15 lis vltra ea primogenituræ subiecta acquisiuerat, † & cum versemur in fideicommisso particulari ex illo non sunt faciendæ detractiones, dum alia bona adsunt, Natt. *cons. 199. num. 9. & seqq.* Peregr. *de fideicom. art. 4. num. 22. & 28.* Buratt. *decis. 693. num. 10. cum alijs allegatis in Romana fideicommissi de Zuccharis 4. Febr. 1650. §. Tertia coram Reuerendissimo D. meo Decano*. Eo minus quia cum hæredes Cardinalis, & hæredum hæredes authores Dominorum
16 de Montecuccolis † hæreditatem adiuerint sine beneficio Inuentarij, & aliqua bona hæreditaria alienauerint præ-
17 sumuntur soluisse de bonis hæreditarijs, & satisfacti † de omnibus detractionibus, ex allegatis in *Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1640. coram clar. mem. Coccino*, *in Aesina fideic. 10. Maij 1641. in Perusina bonorum 14. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro*, *in Bononien. fideicom. 5. Decembr. 1650. coram R. P. D. meo Celso*, tenenturque quatenus
18 opus sit legata † soluere de proprio, *l. fin. §. si vero postquam Cod. Iur. deliber.* Peregr. *de fideicomm. art. 40. num. 29.* Fusar. *quæst. 541. sub num. 22. aliique relati in Bononien. fideicommissi, seu Domus 30. Aprilis 1646. coram me.*

Idem respondetur ad asserta melioramenta facta in Pala-
19 tio, quorum præterea pleraque cum consistant potius † in reparationibus, & reaptationibus reficienda non sunt, Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 109. n. 18. & 19.* Rota *decis. 607. num. 3. part. 1. diuers.* resistente præsertim voluntate Testa-
20 toris, † qui reaptationes, & melioramenta mandauit fieri
21 ex pensionibus aliarum domorum. Vltra † quod nec probatur status antiquus rei, & quid impensum, aut melioratum, vt debet Curt. iun. *cons. 165. num. 20.* Seraph. *decis. 952. num. 2.* Buratt. *decis. 839. num. 11.* Rota *in Romana fideic. de Spiritibus 22. Maij 1643. §. & quamuis coram me*, & in
† omnem euentum melioramenta compensarentur cum 22
fructibus perceptis actori restituendis, *l. sumptus ff. rei vindic.* Rota *decis. 547. n. 22. par. 5. recent. & in Romana fideicom. de Campagnolis 26. Iun. 1648. coram R. P. D. meo Peutingero, in d. Bononien. fideicom. 5. Dec. 1650. coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstant Constitutiones fel. rec. Sixti V. Clem. VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. prohibentes distractionem bonorum Status Ecclesiastici in forenses qualis est Cellesius, nam
illas tribuere † facultatem testandi ad fauorem Consangui- 23
neorum, dummodò infra biennium veniant ad habitandum in Statu Ecclesiastico decisum fuit in *Ferrarien. de Pendasijs 10. Febr. 1648. coram Reuerend. Archiepiscopo Tarraconensi*,
& cum † editæ fuerint non in fauorem priuatorum, sed Ca- 24
meræ Apostolicæ, solus fiscus potest de illis excipere Bald. *cons. 480. num. 4. lib. 1.* Cephal. *cons. 706. n. 26.* Rimin. *cons. 193. num. 22. lib. 1.* Surd. *cons. 48. num. 21. & cons. 93. n. 15.* vbi ait,
quod contraria distinctio † Alciati est verbalis, non autem 25
fundamentalis, Peregr. *cons. 19. num. 25. per tot. lib. 3.* Cyriac. *controu. 205. num. 170. & n. 195.* Rota *in Ferrarien. manutentionis 14. Iun. 1641. coram bo. mem. Pirouano*, quidquid direndum esset si forenses inhabilitarentur principaliter fauore
aliorum Ciuium, in quibus † terminis loquitur Menoch. 26
cons. 175. n. 17. & seqq. Rimin. iun. *cons. 363. n. 342. & seq.* Vel
saltem quia Cellesius † per speciale indultum Vrbani VIII. 27
habilitatus fuit ad succedendum in his bonis, donec discutia-
tur, an illud fuerit reuocatum † per subsequentem Consti- 28
tutionem Innoc. X. ac dictis Constitutionibus ligetur, non est interim retardanda immissio, vt fuit dictum in *Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Maij 1646. coram R. P. D. meo Meltio.*

Tandem non obstat concordia inter has partes alias inita, super qua nuperrimè obtenta fuit confirmatio Apostolica, quia eam non obstare decisum fuit sub die 14. Febr. proximi præteriti, ob non obtentum beneplacitum Apostolicum
† in tempore prefixo, & recessum vtriusque partis ab illa. 29
Et licèt inter Aduersarios aliqui sint minores, quibus pro reditu ad Concordiam competere restitutionem in integrum,
etiam si post eam prosecuti fuissent † litem, & succubuerint 30
voluit Bart. *in l. si ex causa, §. nunc videndum num. 2. ff. minorib.* quem sequitur Guglielm. de Benedictus *in cap. Raynutius verbo mortuo itaque il primo num. 235. de testam.* Neuizzan. *cons. 17. num. 34.* Rebuff. *ad const. Reg. tom. 2. tit. de restit. in integr. art. 1. glos. 3. num. 20.* Coot. *de moment. poss. limit. 5. num. 15.* Boer. *decis. 63. sub num. 6.*

Hoc tamen non procedit quando, vt in casu nostro, concordia continet pactum resolutiuum in casum non obtenti
beneplaciti intra terminum præfixum, † tunc enim sicuti 31
non admittitur purgatio moræ, ita nec restitutio in integrum fauore minoris, Gratian. *discept. 515. num. 27.* Cyriac. *contr. 240. n. 14. & seqq.* vbi pluribus id comprobat Antonin. *var. resol. lib. 1. resolut. 61. sub num. 18.* Bardell. *cons. 14. num. 17.* Caputaq. *decis. 236. n. 3. par. 2.* Rota *in Rauennaten. seu Terracinen. decimarum 5. Mar. 1649. coram R. P. D. meo Meltio.* Præsertim cùm medio tempore prædecesserint Laura, & Barbara, quarum superuiuentia ob discordes Dominorum sententias concordiæ causam dederat, & subsecuta mors
Cellesij parauerit facilem victoriam, hæc † enim variatio 32
status causæ fauore Cellesij efficit ne res sit integra, & perconsequens excludit restitutionem in integrum non secus, ac purgationem moræ, *l. quod si minor §. non semper vers. Sceuola noster ff. minor* Menoch. *cons. 100. n. 253. cons. 714. num. 4.* Bardell. *cons. 62. num. 21.* Cyriac. *d. contr. 240. num. 24. & seq.* vbi allegat concordantes.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Census, seu Saluiani.

Die Lunæ 27. Maij 1656.

A R G V M E N T V M.

Primus acquirens potest præiudicare vocatis, & maximè quãdo inuestitura esset ex causa onerosa, & concedens esset Magnus Princeps, & quid si talis concessio partim sit onerosa, & partim gratuita.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inuestitus de aliquo officio pro se, suisque potest illius fructus legitimè pro fructus census hypothecare.*
2 *Regiis assertionibus stantibus, & quidquid esset dicendum in casu proprio.*
3 *Ex Notariorum stylo, multa solent apponi in Instrumentis.*
4 *Concessio alicuius gratiæ, quando remuneratoria dicatur.*
5 *Titulus dicitur onerosus, siue concessio sit facta ex pretio, siue ex meritis.*
6 *Concessio alicuius officij, benè dicitur facta ex causa onerosa licet non daretur actio pro beneficijs collatis in concedentem.*
7 *Merita, quando quis non dici posse, quod retribuerit.*
8 *Lumen maior, minus ad se trahit.*
9 *Gratia, quando non possit dici, quod omninò sit remuneratoria.*
10 *Sed partim onerosa, & partim remuneratoria.*
11 *Acquirens primus potest præiudicare vocatis, maximè in acquisitis ex causa onerosa.*
12 *Gratiam allegans præponderare causæ onerosæ, id probare grauatur.*
13 *In concessione alicuius officij licèt merita excederent merita pro quarta parte, non tamen induceret causam lucratiuam.*
14 *Donationes magnorum Principum non debent commensurari ad vnguem ad merita, sicuti donationes priuatorum.*
15 *Creditoribus, quibus ius iam quæsitum fuit non potest præiudicari, & num. 16.*
17 *Ad cautelam maiorem, quæ fiunt non præiudicant.*

DECISIO XXVIII.

FRatribus de Gauottis Agentibus ex remedio vtilis Saluiani immissio in antecedenti instantia pro fructibus
census scutorum 10000. in sorte denegata super officio Præfecti Cursorum à Marchione Iuniore de Tassis pro Serenissimo Cattolico Rege in Vrbe possesso; hodie decreta fuit
coram me, ex ea ratione potissimum, quod dum Anto-
1 nius senior prædictum officium † ex onerosa causa receperat eius proinde redditus in præiudicium successorum legiti-
mè potuit censui hypothecare, iuxta doctr. Bald. *in l.1. num.32. C. per quas pers. nobis acquiritur*, Guttier. *Canonic. quæst. lib.2. cap.5. num.47.* Giurb. *de success. Feud. cap.118. §. primo gloss.15. num.24. vers. nisi debita*, Rota *in Romana dotis 22. Iunij 1646. in §. primo cum seqq. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in Cesenaten. Emphyteusis 23. Ianuarij in princ. & 16. Iunij 1651. in §. Quibus tamen coram R. P. D. meo Albergato*, Capyc. de Latr. *decis.6. num.5.*

Hanc verò acquisitionem officij onerosam extitisse suadent militaria quamplura seruitia ab eodemmet Antonio
erga Regiam Maiestatem exercita, in quorum remunerationem tum primæua concessio Simoni, quoque dum viueret attributa tum altera in ipsius successores prorogata ex
2 † Regia assertione conuincitur emanasse, cui debet plenè quidquid dicendum foret in priuatis in proprio casu deferri
ad text. in Clem. vnic. de probat. Not. Peregr. *cons.4. num.29. & 30. lib.1.* Natt. *cons.522. num.31.* Dec. *cons.25. num.38. & 40.* Ruin. *cons.21. num.7. lib.5.* Rimin. iun. *cons.323. num.4. & cons.556. num.108.* Menoch. *cons.1003. num.76. & 77.* Surd. *cons.419. num.65.* cum alijs latè deductis per Garz. *de Hispanorum nobilit. glos.2. num.20.* Alex. *cons.216. n.22. lib.2.* Rota *in Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. in §. Præterea in hoc*
3 *feudo coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Præsertim † quia eadem potissimum merita pro colore concessionis nequeunt ex stylo Notarij apposita præsumi dùm specialis eorumdem mentio præcessit in hæc verba. *Nos considerantes multa grataque obsequia singulari fide solertia, & vigilantia ab eodem nobis per complures annos præstita primum in Bellicis expeditionibus in Aphrica ad Gilnas, & Tunetum oblatis, quarum in vtraque captus à Turca proprijs sumptibus suis se redemit, deinde in Belgio Columnellum militum Cohortium Italorum peditum agens. Denique in d. officio gnauam, &*
4 *probatam nobis operam nauans &c.* ex qua speciali † propterea mentione remuneratoria prorsus concessio euasit, vt notat Oldrad. *cons.5. in fin.* Alexand. *cons.40. num.14. lib.4.* Ias. *cons.227. num.35. cum plurib. seqq. & num.54. in fine vers.3. notabilius lib.2.* Roland. *cons.13. num.60. lib.3.* Honded. *cons.*
47. *num.50. lib.1.* Menoch. *cons.307. num.12.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. glos.10. part.2. num.24.* Rota *decis.50. n.7. part.6. recent.* Onerosum titulum iuxta veriorem DD. sententia assumens, cùm idem propè modum sit siue res ipsa
† pretio mediante, siue ex meritis compararetur, *iuxta text.* 5
in l. Aquilius, & ibi glos. in casus figurat. ff. de donat. l. sed. & si lege, §. Consuluit, ff. de petit. hæred. & in l. si vero, §. non remunerandi, ff. mand. Bald. *in auth. ex testam. num.14. C. de collat.* Roland. *cons.13. num.60. lib.3.* Natt. *cons.475. num.12. lib.3.* Galuan. *cons.8. num.42.* Menoch. *cons.309. num.19. & de præsumpt. lib.4. præsumpt.167. num.32.* *Clarus sent. lib.4. §. Donatio quæst.3. num.1.* vbi testatur de communi Merlin. *de legit. lib.2. tit.1. quæst.5. num.32.* Rota *in recent. d. decis.50. num.5. part.6.* & coram bon. mem. Merlino *decis. 699. num.34. & 35. in fin.* licèt nulla pro meritis Actio Antonio competeret contra Regem, † cùm tamen is ex con- 6
gruentis iustitiæ debito non autem ex condigno antidotalem suam obligationem explere teneretur, *ad text. in cap. relatum il secondo in verbo iuxta seruitij meritum de testam. l. sed & si lege §. Consuluit vbi post glos. in verb.* obligauerunt notat Bart. *ff. de petit. hæred.* Menoch. *cons.331. num.72. & cons.103. eod. num. cum seqq. de præsumpt. lib.4. præsumpt.167. num.33.* Bardell. *cons.22. à num.41. vsque ad num.36. lib.1.* Decian. *cons.25. num.36. lib.1.* Surd. *cons.419. num.54.* Sanchez. *de matrim. lib.6. disp.6. num.2.* & respondit Rota *in hac eadem causa sub die 8. Iunij 1654. in fin. princ. coram Reu. P. D. meo Bichio.*

Neque merita potuerunt consumpta præsumi ex primæua concessione gratiæ ad Simonis vitam officium prorogantis.
Vel quia ex eisdem Antonij † meritis illud in successores, 7
æquè transmittitur, quæ meritorum assertio à Marchione ex concessionis iure se ruente nequit impugnari, vt aduertit Aym. *cons.217. n.7.* Decian. *cons.25. num.40. lib.1.* Surd. *cons.323. num.29. & 30.* Cæphal. *cons.397. num.61.* Socc. sen. *cons.13. num.5. & cons.82. num.3. lib.3.* Rota coram Buratt. *decis.243. num.7.* & coram Pen. *decis.364. num.17.* vel quia primæua gratia prorogationis nondum executa in alteram
perpetuationis translata fuit, quæ † maioris lucis ad instar 8
lumen minus ad se traxit, vt aduertit Bero. *cons.156. n.1. & 2. volum.3.* Franciscus à Ponte *de potest. substitut. num.6. & 7.* Mastrill. *de magistrat. lib.1. cap.28. num.67. cum seqq.* Lat. *allegat. Fisc.50. num.8.* Capyc. Latr. *decis.26. num.25.*

Et licèt scuta 50. mil. Regi attributa videantur titulum
onerosum † excludere ex quo valori officij nullatenus re- 9
spondent, siue annuus redditus scut.14. mil. siue eiusdem proprietas in scutis 300. mil. circiter inspiciatur, iuxta doct. Bald. *in prælud. feud. num.11.* Socc. sen. *cons.4. num.6. vers. Quinimo* Bald. *lib.3. cum alijs in decisionibus antecedentis instantiæ sub die 27. Iunij 1653. & 8. Iunij 1654. in §. vt propterea coram R. P. D. meo Bichio*, dum tamen pro finali causa concessionis ex tenore gratiæ spectantur hæc merita ibi. *Et hoc pro conuento, & finito pretio integro, & finali pagamento venditionis eiusdem solutionis, & remunerationis dictorum seruitiorum*, pro reliqua summa valoris in scutis ducentum
circiter quinquaginta millibus, † concessio remunerato- 10
ria extitisse censetur, vt aduertit Corn. *cons.194. num.2. vol.3.* Dec. *cons.20. num.5.* Tiraquell. *in l. si vnquam in verb. donatione largitus num.79. & seqq. C. de reuoc. donat.* Sanchez. *de matrim. lib.6. disput.6. num.6.* ac consequenter onerosa itaut fructus officij huius respectu tatæ creditorum hypo-
thecæ remanserint † omninò obnoxij, vt aduertit Natt. *cons.* 11
475. *num.5. & 11.* Surd. *decis.290. num.2.* Add. *ad decis. Greg. 529. num.23.* Rota coram Seraph. *decis.559. num.19. & decis.741. num.3. part.4. tom.3. recent.*

Hinc merita non obstante stipendio, quod exaduerso contenditur ab Antonio receptum ex Regia extimatione valori officij æquipollere noscuntur. Tum etiam ex præ-
sumptione iuris † onus probandi contrarium in Marchio- 12
nem deferentis, vt aduertit Schrad. *cons.39. num.128. & seqq. lib.2.* Roland. *cons.13. n.64. lib.3.* Rota coram Seraph. *decis. 518. n.4.* Quinimo licèt concessio eadem merita pro quarta
parte excederet, † lucratiuam nihilominus causam non in- 13
duceret, vt aduertit Barbos. *in l. qua dotis num.60. ff. solut. matrim.* Decian. *cons.25. num.78. lib.1.* Facund. *de iust. & iur. lib.4. cap.3. n.6.* Sanchez. *de matrim. lib.6. disp.6. n.9.* præsertim quoties magni Principis concessio, vt in proposito casu
concurrat, † quæ licèt meritorum valorem excedat, ex 14
munificentia Principis, cui sat est vt ipsa respondeat nihilominus remunerandi legem assumit, & aduertit Barb. *in cap. sedes num.14. cum seqq. de rescript.* Tiraquell.

in l. si vnquam in verb. donat. largitus num.84. cum seq. C. de reuoc. donat. Menoch. *de arbitr. cas.* 132. *num.9. & cons.* 1003. *num.63.* Decian. *cons.25. num.79. lib.1.* Card. Mantic. *de tacit. lib.13. tit.15. num.35.* Mascard. *de probat. conclus.* 186. *num 16. & 17.* Valasc. *decis.72. num.5. & 6.*

Denique non poterit obseruantia assensus Regij adhibiti in obligatione officij hypothecam excludere. Præterquam enim ea in præiudicium creditorum induci non potuit, qui-
15 bus ius † quæsitum fuerat super officio ex onerosa causa recepto, *vt responsum fuit in hac eadem causa sub die 8. Iunij 1654. in §. Omnemque prorsus eliminat. in fin. coram Reu.*
16 *P. D. meo Bichio*, desumi eadem obseruantia † non poterit ex præstito consensu in erectione Primogenituræ requisito pro excludendis detractionibus aliàs super officio admittendis, vt aduertit Molin. *de Primogen. lib.2. cap.1. sub num.4. & 10. cum seqq. & num.25. 26. &c. 17. num.2.* neque ex altero ex impositione census scut. 50. mil. voluntariè, & ad maiorem dumtaxat cautelam adhibito, vt respondit Rota coram Andr. *decis.92. num.4. & 7.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Romana Census, seu Emphyteusis,

Die Lunæ 31. Maij 1656.

A R G V M E N T V M.

Clausula, *Constituti*, transfert possessionem etiam manutenibilem, statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, an sit manutenibilis, & alia &c.

S V M M A R I V M.

1 *Per clausulam*, Constituti, *transfertur possessio etiam manutenibilis.*

2 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente, prout de iure præsumitur, num.3.*

4 *Statutum Vrbis* cap.147. lib.1. *continuat patris in filios possessionem.*

Possessio actualis, ex quo probetur num.4.

5 *Possessio continuata de Patre in filios vigore Statuti, est manutenibilis.*

6 *Statuta Vrbis non comprehendunt bona Ecclesiastica, de quibus in Statuto non fit mentio.*

7 *Statuta Vrbis non comprehendunt bona Ecclesiastica etiamsi agatur in possessorio inter Laicos de solo dominio vtili.*

8 *Manutentio datur ex actuali possessione effectualiter probata.*

Ex actu etiam vnico acquiritur quasi possessio, etiam manutenibilis num.8.

9 *Manutentio non datur heredi propter exactionem factam ab eo, de fructibus maturatis in vita Testatoris.*

10 *Secus si post mortem fuerunt maturati.*

11 *Possessio, quæ resultat ex clausula*, Constituti, *quando perdat suam vim, & sic non est manutenibilis.*

12 *Clausula*, constituti, *quando remaneat inefficax.*

13 *Census possessio, cum sit res incorporalis, qualiter dicatur acquiri.*

14 *Ex possessione fundi censuati non dicitur acquisita possessio census in eo impositi.*

15 *In iudicio summarissimo reijciuntur sunt altioris indaginis.*

D E C I S I O XXIX.

MAnutentionem in exactione fructuum Census, de quo agitur, subrogat. in locum domus emphyteuticæ petierunt Iosephus Blancus, & Nicolaus, ac alij de Maziottis, eorum verò possessionem educebant. Isti scilicèt ex Clausula, *Constituti*, apposita in contractu Inuestituræ, (in quo se comprehensos prætendunt) celebrato de anno
1 1553. Sum. ipsorum num.1. † per quam translata censetur vera possessio etiam manutenibilis, vt in specie respondit Rota coram san. mem. Greg. *decis.437. num.1. & per tot.* ac ex actuali illius adeptione super Instrumento eiusdem Census, in officio Notarij de eo rogati *d. Summ. num.2.* quæ li-
2 cèt Instrumentalis, † tamen suffragatur ad effectum ma-
3 nutentionis, † dum erat vacua, vt præsumitur *ad l. prædia*, vbi Bart. *num.5. ff. de acquiren. possess.* Rota coram Buratt. *decis.4. num.3. & seqq. ac sæpè in alijs.* Ioseph verò tum ex possessione Patris defuncti abundè probata ex iuribus in eius Summ. *relatis num.3. & 6.* & in ipsum conti-
nuata † vigore *Statuti Vrbis cap.147. lib.1.* tum ex effecti- 4
ua fructuum d. Census exactione post mortem Patris ab eo facta *d. Summ. num.6.* quarum vtraque manutenibilis est, † vt de prima cauetur in eodem Statuto, & respondit Rota apud Modern. *de manut. decis.168. sub num.1. vers. propterea, & seqq. cum alijs per eum relat. in obseruat.55. num.54. & decis.2.* dixit Rota coram Buratt. *decis.359. num.1. & in Romana Census*, coram bon. mem. Merlino *decis.769. num.1. & seqq.* ac in alijs infra allegandis.

Quare cùm dubitaueritur cui sit deodum mandatum de manutenendo DD. hodie consulti Iosepho dandum esse censuerunt. Non quidem ex Statuto Vrb. supra relato, cu-
ius dispositio non comprehendit † bona, prout hic Emphy- 6
teuticæ Ecclesiasticæ, de quibus expressè non loquitur,
etiamsi agatur in possessorio inter laicos † de solo dominio 7
vtili, vt in specie probant Cyriac. *contr911. 12. num.63. & seqq.* Modern. *de manut. d. obseruat.55. sub num.66. vers. excepta tamen Ecclesia*, Rota apud eumdem *decis.447. num.3. & seqq. & in Imolen. bonorum 10. April. 1592.* coram bon. mem. Card. Pamphilio apud Marchel. *de commiss. part.1. fol.947. num.5.* & generaliter firmatum fuit *in Romana domus*, de Scappuccis coram bon. mem. Coccino apud Pacif. de Salu. *interd. decis.238. per tot. in Romana domus 10. Maij 1647. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Romana domorum 15. Decembris 1649. coram Reu. P. D. meo Bichio §. fin.* vbi aliæ allegantur, sed ex actuali possessione probata per effectiuas
† exactiones fructuum d. Census ab eodem Iosepho fact. 8
post mortem Patris *d. Summ. num.6.* quarum vnica sufficit ad effectum acquirendi possessionem manutenibilem, *iuxt. notata per DD. in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & propriet.* Roman. *cons.39. num.7.* Rota *decis.196. num.2. part.1. diuers. & in Asten. pensionis 27. Iunij 1650. coram Reuerendiss. Tarraconen.* & in his terminis penès Caual. *decis.71. num.1.* coram bon. mem. Merlin. *d. decis.764. num.1. & seqq.* & apud Cens. de cens. *decis.235. n.1. & 2. decis.245. num.1. ac in alijs.*

Nec subsistit, quod dd. † exactiones contineant fructus, 9
ac terminos maturatos in vita Patris, quo casu non censetur acquisita possessio nomine proprio, vt dixit Rota *in d. Imolen. bonorum* coram Pamphilio apud Marchel. *de commiss. part.5. fol.947. num.4.*

Quia inter alios in eodem Summario relatos *sub num.6.* adsunt duæ exactiones pro termino maturato die 1. No-
uembris 1654. sicque post † mortem Patris, qui decessit 10
mense Septembris antecedentis, quæ proinde exuberant ad obtinendam manutentionem ex iuribus supra allegatis.

Nec visa fuit obstare possessio illorum de Mazziottis,
nam ea quæ † educitur ex clausula, *Constituti*, suffragari 11
non potest cum virtus d. clausulæ consumpta fuerit in
Pompeo de Maximis primo † Inuestito, vnde quoad alios 12
in inuestitura successiuè vocatos † remansit inefficax, vt be- 13
nè declarat Aretin. *cons.173. num.26. vers. nec etiam hodie lib.2.* Silu. *cons.55. vers. 19. vers. nec dicatur*, Guidopap. *decis.512. per tot.* Giouagn. *cons.34. num.35. vers. addatur prædictus lib.2.* Rot. coram Card. Caual. *decis.5. n.4. cum alijs relat. in Romana Palatij 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Cerro §. minus verò.*

Altera verò exceptio de Instrumento Census non transtulit possessionem manutenibilem ipsius Census, quæ tan-
quam Iuris incorporalis † non acquiritur nisi per actum 14
exactionis, vt in fortioribus terminis, quod ex possessione fundi censuati, non dicatur acquisita possessio Census super eo impositi, respondit Rota coram Buratt. *decis.434. num.11. repetita*, apud Cenc. de cens. *decis.445. part.3. num.11.* Modern. *de manut. obseruat.13. num.66.*

Quæ autem afferebantur circa illorum comprehensio-
nem in præfata inuestitura fuerint per DD. † reiecta ad pe- 15
titorium, cum altiorem exposcant indaginem, quam præsentis iudicij exigat ratio Rota coram Buratt. *decis.97. in* Cenc. *d. decis.235. num.3. ac in alijs relat. in Aesina Hæreditatis 1. Iulij 1654. coram me §. fin.* Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. ZARATE.

Bononien̄ seu Ferrarien̄ Pecuniaria.

Die Luna 31. May 1655.

ARGVMENTVM.

Vocato ad fideicommissum, quibus probatis debeatur immissio etiam contra tertium possessorem bonorum legatum conditionale, quando debeatur. Alienatio, quando non dicatur facta ex causa necessaria, sed voluntaria.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus ad fideicommissum quando dicatur omnia iustificasse, ita vt ei debeatur immissio.*
2 *Etiam contra tertium possessorem.*
3 *Bona, quando non sunt libera, alienari non possunt sine licentia Proprietary.*
4 *Legatum quando fuit relictum sub conditione, non debetur, nisi adimpleta conditione.*
5 *Limitatur tamen ista conclusio, vt hic.*
6 *Legatum relictum sub conditione, quæ respicit tantum fauore hæredis, quando ad hærede censeatur remissa talis conditio.*
7 *Approbatum, semel non potest amplius impugnari.*
8 *De Iure tertij, quis dare non potest.*
9 *De Iure tertij dare, tunc admittitur quando ipso Iure est, exclusiuum Iuris agentis.*
10 *Voluntas eius, de cuius præiudicio agitur, debet constare.*
11 *Obligationes, & promissiones qualiter intelligantur.*
12 *Lite pendente, quæ superueniunt non releuant, & quid si simus in sententia, & ius superueniens sit de præterito.*
13 *Testatoris præceptum de inuestiendo aliquid in bonis stabilibus, quando dicatur impletum.*
14 *Forma tradita a Testatore est seruanda.*
15 *Hæreditaria non est empta à tertio ex pecunia hæreditaria nomine proprio, tenetur tamen ad pretij restitutio.*
16 *Subrogatio excludantur, dum eadem expresse non legitur.*
17 *Alienatio, quando excluditur, quod fuerit facta ex causa necessaria.*
18 *Tempus obligationis dum adhuc, non aduenit, agitari non potest.*
19 *Conditiones in forma specifica sunt adimplenda.*
20 *Pater, quando est administrator bonorum filij, non potest ex causa voluntaria alienare illius bona.*
21 *Pater administrator bonorum filij ex iusta causa tantum potest alienare eius bona.*
22 *Et an requiratur decretum Iudicis.*

DECISIO XXX.

Concessa noua Audientia ad decisionem in hac caosa
coram me emanatam 12. Maij 1653. in qua Co. Aloy-
sio Muzzarello decreta fuit manutentio, dictum fuit quod
videretur de bono iure, super quo hodie proposito dubio,
Domini responderunt constare de bono iure Aloysij etiam
ad effectum manutentionis; Nam de ipsius vocatione, ac
fideicommissi purificatione, sicuti nec de identitate crediti,
1 de quo agitur, eidem fideicommisso soppositi minimè † con-
trouertitur, quibus extantibus dicto Co: Alysio rectè con-
2 tra tertium possessorem ab hærede alienante causam † ha-
bentem immissio concessa fuit, vt firmatur in dicta decisio-
ne, §. *iustitia vera*, *&c.* cum à Sigismundo seniore dumta-
3 xat vsufructuario dictum Creditum alienari non † posset in
Marchion̄ Fontanam absque Proprietarij consensum, vt
præter allegatos in alia decisione, §. *vnde*, *&c.* probat Crass.
de success. tam ex testamento, quam ab intestato, §. *legatum
quæst.* 34. *num.* 2. Ginfb. *decis.* 79. *num.* 13. *&* 14. Rot. *in Romana
Domus* 4. *May* 1648. §. *de legitur*, *coram R. P. D. meo
Bichio*.

Quibus non aduersatur, quod legatorum consequutio
per Sigismundum Testatorem fuisset indirecta quousque
obligatio præstaretur à fideicommissario non molestandi hæ-
redem, nec impugnandi contractus per ipsum gestus, pro-
indè non probata promissione legatarij ab assecutione eo-
rundem legatorum repellatur, tanquam ob † defectum 4
adimplementi conditionis, *l. cum ita legatum* 62. *l. qui hæred.*
§. *fin. ff. de condit. & demonstr.* Papon. *arrest. lib.* 20. *tit.* 5.
arrest. 3. *in fin.* Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 16. Rot. *in
Romana subhastationis* 29. *Ianuary* 1652. §. *præterquod coram
me*. Nam hæc obiectio pluribus diluitur, primò quia
dicta promissio præcessisse censetur, dum legata Aloysio se-
niore fuerunt soluta, † cum hæres ad eorum præstationem 5
cogi non posset, antequam eadem promissio fuisset interpo-
sita, Rot. coram Buratt. *decis.* 482. *num.* 4. *decis.* 264. *n.* 12.
coram Seraph. *& in Compostellana Parochiæ* 1. *July* 1648.
coram Eminentissimo Otthobono, aut saltem implementum
fauore hæredis † tantum respiciens ab eodem remissum pre- 6
sumitur, Rot. *decis.* 577. *num.* 10. *par.* 1. *recent.* *& decis.* 78.
num. 5. post Cenc. *de cens.* Deinceps, quia cum d. Marchio
Fontana contraxisset cum eodem Aloysio seniore vti legiti-
mo possessore dd. legatum, quem vt † talem semel agnouit 7
huiusmodi successionem amplius impugnare non valet, vt
tradit Angel. *in l. si proponas*, §. *hæreditatem in princ.* & ibi
Castren. *ff. de inoff. test.* Dec. *cons.* 665. *num.* 2. Gozzadin.
cons. 3. *num.* 19. Surd. *decis.* 104. *num.* 7. *&* 133. *num.* 17. Rot.
decis. 48. *num.* 2. *par.* 7. *recent.* Præterea quia & ista exce-
ptio respicit ius hæredis, ac proindè tanquam de Iure tertij
† à prædicto Marchione Fontana opponi nequit, Rot. coram 8
Seraph. *decis.* 411. *num.* 7. *decis.* 665. *num.* 11. *& decis.* 390.
num. 4. *par.* 1. *recent.* & coram sa. me. Greg. XV. *decis.* 582.
num. 7. *in Beneuentana Iurisdictionis* 27. *Ianuary* 1653. §.
vnde, *vers. nam coram me*. Maximè cùm non sit exclusiua
iuris agentis Modern. *Hispan. in Labyrinth. credit. par.* 2.
cap. 22. *num.* 62. *cum seq. & num.* 122. Rota coram sa. me.
Gregor. XV. *decis.* 415. *num.* 3. *in Compostellana Coadiuto-
ria* 9. *May* 1653. §. *præterquam*, *vers. non releuat coram me*,
& in Romana census 30. *Aprilis anni præteriti in fin. coram
Reuerendiss. D. meo Decano*. Neque constat † de voluntate 10
hæredis, cuius tantem prohibitio respiciebat Virgil. *de le-
gitim. person. in prælud. num.* 159. *vers. quod dixi*, Add. ad
sa. me. Greg. XV. *d. decis.* 416. *num.* 6. *vers. fallit.* 7. *& in
præcitata Compostellana Coadiutoriæ coram me*, *d.* §. *præter-
quam*, *vers. siquidem regula procedit*, *&c.*

Et cessat omnis difficultas, cùm præfata obligatio, † & 11
promissio interposita appareat ex datis in hodierno *Sum.
Aloysy num.* 3. quæ perperam pro parte Marchionis Fonta-
næ impugnatur ex eo quod non fuisset absoluta, sed condi-
tionalis, nam verius est ipsam conceptam fuisse ampliatiuè
ad formam præcedentis transactionis cum Aloysio seniore
hærede celebratæ, vt ex lectura patet, ibi, *& adimplere
promisit etiam ad formam, & seriem transactionis inita*.
Quæ quidem promissio † quamuis lite pendente superue- 12
nerit, suffragatur ad substinendam sententiam cum sit ex
causa de præterito *præfatas in l. si rem* §. *vltimo*, vbi DD. *ff.
de pignor. act.* Costa *de retrotract. cas.* 30. *cap.* 8. *n.* 10. Gabr.
de iudic. lib. 2. *concl.* 2. *in princ.* & indistinctè procedere de
æquitate Canonica, pluribus adductis firmanit Gabr. *in suis
conclus. in tit. de iudic. lib.* 2. *concl.* 3. *num.* 20. Rot. *decis.* 47.
num. 18. *part.* 2. *diuers.*

Præterea non viget, quod prædictum Creditum lib. 26.
mil. cum Barillo ex præcepto Testatoris deberet inuestiri in
bonis stabilibus, ideòque benè potuisse Aloysium † seniorem 13
illud conuertere in prædium à Marchione Fontana emptum.
Nam hæc obiectio colligitur ex responsione data in prædicta
decisione, §. *causam*, *&c.* quatenus firmatum fuit prædi-
ctum Prædium non fuisse à Testatore destinatum, † nec 14
seruatam formam per eundem iniunctam, vt proindè tale
iouestimentum non subsisteret, ad tradit. per Rot. *in d. Ro-
mana Domus* 4. *Maij* 1648. §. *venditio*, *coram R. P. D. meo
Bichio*, *&* 17. *Marty* 1649. *coram Eminentissimo Otthobo-
no*, *& in eadem* 24. *Marty* 1651. *coram R. P. D. meo Peu-
tingero*, & diuersitas conuincitur ex eo quod acquisitio eius-
demmet Prædij facta legitur pro dicto Co. Aloysio seniore
eiusdem hæredibus, & successoribus, cum clausula, *ad ha-
bendum*, sub expressa, & speciali hypotheca pro euictione
quarundem hypothecarum, non autem pro vocatis ad fidei-
commissum, quibus tantum iniungi debebat onus alijs resti-
tuendi, vndè solum ipsimet Aloysio stipulanti Prædium ac-
quiritur sub sola obligatione † restituendi pretium illi ex cu- 15
ius pecunia res empta fuit, vt per Menoch. *cons.* 213. *n.* 23.
Peregr. *cons.* 21. *num.* 9. *vers. secundus casus*, *lib.* 4. *& de
fideicom. art.* 44. *num.* 28. Rota post Cenc. *de cens. dec.* 421.
num. 4. *vers. quæ duo*, *& num.* 14. *&* 15. & coram Duran.
decis. 63. *num.* 2. Quapropter † excluditur subrogatio, quæ
ex-

expressa non legitur secundum Modern. *Neapol. de iudic. cap.4. quæst. 11. num. 1385. & firmatur in alia decisione, §. non releuat, &c.*

17 Vndè pariter corruit, † quod præfata alienatio facta fue-
rit ex causa necessaria, scilicet, ex obligatione Testatoris
ad fauorem Barilli contracta reinuestiendi cum consensu
dicti Barilli prætium Prædij Castancoli soluendum, & de-
ponendum in Monte Pietatis Ferrariæ in fine nouennij.
18 Quia tempus obligationis nondum aduenerat, † cùm tran-
sactum non fuisset nouennium præfixum, vt firmatur in t.
decis. §. causam prope fin. Nec releuat replicatio, quod Mons
Pietatis Ferrariæ defecisset de tempore faciendi Depositum,
quia de anno 1645. quo alienatio facta fuit per Aloysium se-
niorem nondum defecerat, & in defectum Montis Pietatis
depositum fieri poterat apud Mercatorem idoneum me-
diante decreto Iudicis, ex trad. per Neguſ. *de pignor. 2. par. 3. memb. part. princip. num. 26. vers. septima, &c.* Quod ma-
gis congrueret menti disponentis, quàm implementum per
æquipollens in inuestimento, cum in præsenti ageretur de
forma in pactum deducta, & de conditionibus voluntarijs,
19 quæ magis † in forma specifica sunt adimplendæ, Dec. *cons.
64. num. 6. lib. 7.* Rimin. iun. *cons. 315. num. 60. lib. 4.* Galg.
de cond. par. 2. cap. 10. quæst. 41. num. 1. Rota *in dicto Rom.
Domus 4. Maij 1648. §. 2. venditio coram R. P. D. meo Bi-
chio, in Romana fructus cens. 21. Iunij 1646. §. demum nihil
releuat, &c. & 30. Maij 1653. in fine coram R. P. D. meo
Cerro.*
20 Ex quibus omnibus colligitur alienationem omninò vo-
luntariam fuisse, quæ nullo modo fieri potuit à Patre, quam-
21 uis esset Administrator filij. Quinimò iusta † causa debebat
interuenire, vt tradit Pinell. *in l. 1. par. 3. n. 18. C. de bon.
mater. & allegat. in 1. decis. §. nec præfatam,* præsertim cùm
22 dicta bona essent † fideicommissaria, quo casu etiam decre-
tum Iudicis desideratur, Simonell. *de decret. in contract.*
Minor. *tit. 8. insp. 1. num. 15.* Pascal. *de Patr. potest. quæst. 1.
c. 2. num. 4.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Domus.

Die Lunæ 31. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. requirens in contractibus Mulierum vltra decretum Iudicis, interuentum duorum proximiorum, si accidat quod vnus interueniat, & alter citatus non comparcat, & loco illius fuit datus à Iudice curator, tunc non valet nec decretum, nec contractus, dum ille Proximior fuit citatus coram diuerso Iudice.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres secundum Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. non possunt se obligare, nec contractum aliquem, vel distractum facere.*

2 *Sine solemnitatibus ab eodem Statuto præscriptis.*

3 *Contractus, vel distractus facti à mulieribus sunt nulli, si solemnitas à Statuto loci requisita, non fuit in eis seruata, & num. 4.*

4 *In contractu mulieris, cum secundum Statutum Vrbis duo proximiores requirantur, ideo non valet si vnus fuerit adhibitus.*

5 *Statutum Vrbis requirens duos consanguineos in contractu mulierum, si adsint, non sufficit, si vnus tantum adhibeatur, & loco illius Index deputet Curatorem.*

6 *Consanguineus citatus ad interessendum contractui mulieris non dicitur benè citatus, si fuerit citatus coram vno Iudice, & contractus fuit factus coram alio Iudice.*

7 *Citatio consanguinei ad interessendum contractui mulieris proximioris, & contractus celebratus, quando sint nulli certa, & citatio debet esse præcisa respectu Iudicis, loci, & temporis.*

8 *Citatio, quod debeat esse certa respectu Iudicis, loci & temporis, est de forma substantiali ipsius citationis.*

9 *Citatio dum non fuit præcisa respectu Iudicis, corruunt inde facta, & decreta. Cum perinde sit ac si nulla facta esset citatio.*

10 *Statutum Vrbis cum pro forma requirat interuentum duorum proximiorum in contractu mulierum, si vnus solus interueniat, est nullus.*

11 *Contractus mulierum, requirentes à Statuto decretum Iudicis, tale decretum potest interponi à quocumque Iudice, amplia, vt hic.*

12 *Iudicis præcisa notificatio ideo est de forma in citatione, quia citatus sciat vbinam comparere debeat, & n. 13.*

14 *Citatus ad comparendum coram vno Iudice, si Iudex sit diuersus, perinde est ac si citatio non esset facta.*

15 *Limita tamen hoc, si citatus postea fuit certificatus de vero Iudice.*

16 *Statutum requirens, quod in contractu celebrando per mulierem debeant interuenire duo consanguinei, qualiter posset eludi.*

Quod de Iure non debet admitti, cùm Statutum tale id requirat, ne mulieres defraudentur.

17 *Mulier impugnans contractum quia secundùm Statutum Vrbis non interuenerunt duo proximiores, quid probare debeat, & num. 18.*

Præsumptio stat pro Iudice.

19 *Statutum lib. 1. cap. 151. copulatiuè requirit, & solemnitates, & causam.*

20 *Quæ causa Iudici est in scriptis danda, & plenè est discutienda.*

21 *Statutum Vrbis requirens quod in contractu mulieris, insinuetur Iudici causa dum dicta causa, est causa falsa corruit contractus.*

22 *Et reddit quoque ipsum decretum Iudicis nullum, & num. 23.*

24 *Vxor non tenetur pro marito.*

25 *Obligatio si sit nulla in parte, est quoque nulla in totum, quando desuper adest decretum Iudicis.*

26 *Decretum Iudicis est indiuiduum.*

27 *Capitulis Matrimonialibus standum est.*

29 *Venditio facta à muliere, quando dicatur ei damnosa.*

30 *Actum nullum, non censetur quis voluisse ratificare maximè si nullitas sit ab initio.*

31 *Approbatio actus nulli, vt valeat, quid requiratur.*

32 *Ad Approbationem actus nulli, vt quis validè deueniat requiritur in eo scientia nullitatis.*

DECISIO XXXI.

EX capite nullitatis, & ea defectu Causæ visum fuit DD.
non substineri venditio Domus à Cleria pretio scut.
4200. m. Balduccio facta pro persona ab ipso nominan.
Inualiditas deducitur, quia Cleria contraxit, non adhibitis
solemnitatibus Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. quo cautum est
mulieres non posse se obligare, nec † aliquem contractum, 1
vel distractum facere sine solemnitatibus ab eo requisitis,
quo casu absque difficultate contractus extitit † nullus ex 2
dispositione d. Statuti Bart. *in l. si quis pro eo 58. sub num. 11.
vers. si verò prohibitio, ff. de fideiuss. in l. 2. in fin. C. ne fide-
iuss. dot.* Menoch. *cons. 819. num. 4.* Rota coram Buratt.
*decis. 410. n. 1. & 2. decis. 924. num. 1. & in recent. decis.
594. num. 32. & 33. par. 5.*

Non fuisse adhibitas necessarias solemnitates patet ex eo,
quia Instrumentum venditionis celebratum fuit cum inter-
uentu solummodò † Octauij, & tamen vltra illum Cleria 3
duos alios consanguineos habebat, quorum alter erat sal-
tem adhiben. cùm ex forma Statuti † interuentus duorum 4
concurrere debeat, & ea non seruata dicatur ipso Iure in-
ducta nullitas contractus, vt tradunt Gabr. *cons. 1. num. 6.
vers. necessitatem,* Picard. *ad d. Stat. gloss. 17. num. 1.* Fen-
zon. *ibid. num. 13.* Verall. *decis. 205. in princ. par. 3.* Bor-
gnin. *decis. 20. num. 33. 34. & 62. par. 3.* Rot. *in recent. decis.
203. num. 1. & 370. num. 12. par. 4. tom. 2. & in Romana suc-
cessionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. defectus, coram R.
P. D. meo Decano.*

Nec fuit satisfactum Statuto per Deputationem Curato-
ris factam loco alterius coniuncti ad interessendum citati,
† & non comparentis; siquidem in citatione expressè con- 5
tinetur, quod contractus erat stipulandus coram Eminen-
tiss. Bichio tunc A. C. locumtenente, & † in eius proprijs 6
ædibus, & nihilominus legitur postea confectus coram di-
uerso Iudice, & in alio loco, quam expresso in citatione,
nem-

7 nempè Domi ipsius Cleriæ venditricis, † quapropter De-
putatio Curatoris, & contractus ipse nullus, & inefficax
remansit; Citatio enim in tali casu debebat esse præcisa res-
8 pectu Iudicis, † loci & temporis, vti de forma substantia-
li dante modum adhibendi solemnitatem Consanguineorum
9 adeout illa non adimpleta contractus censeatur sine citatio-
ne celebratus, & proindè non valeat substineri, Alex. cons.
50. num. 5. lib. 5. Felin. in c. consuluit num. 3. de off. de leg.
& in cap. 1. num. 22. de iudic. Picard. ad d. Stat. gloss. 11. n. u.
& seq. Osasc. decis. Ped. 165. num. 16. & 17. & in puncto
alijs alleg. dixit Rot. in d. decis. 203. num. 11. & seq. part. 4.
tom. 2. recent.
Quæ quidem forma attendi debet, non obstante quod
10 possit stipulari † contractus coram diuerso Iudice ab illo,
coram quo fuit executa citatio, ac pariter in loco non inti-
mato, quia id procedit, terentis ijsdem terminis, vt scilicet,
11 † postquam Electus fuit Iudex, & locus si velit recedi huius-
12 modi voluntaris mutatio est consanguineis † interueniendis
notificanda, ad hoc vt sciant ad quem locum debeant acce-
13 dere, † ad tex. in c. fin. de rescript. Alex. cons. 71. num. 5.
lib. 7. Rolan. à Vall. cons. 94. num. 26. & 27. lib. 2. Picard.
ad Stat. glos. 19. n. 25. Matant. in prax. civ. de citat. n. 64.
14 & ibi Adden. alias tamen si tali Casu non † declaretur, &
iterùm notificetur locus in quo Iudex reperiatur, & velit
15 confici † Instrumentum non dicuntur moniti consanguinei
ad comparendum, l. aut qui aliter 5. & §. 1. ff. quod vi aut
clam. Dec. in cons. 150. num. 5. 6. & 7. lib. 5. Roland. in di-
cto cons. 94. num. 26. & de facili elideretur mens statuen-
16 tium, † & dispositio Statuti præsentiam proximiorum re-
quirentis pro indemnitate mulieris, ne detrimentum patia-
tur, Cartar. decis. 46. num. 9. Buratt. decis. 924. num. 121.
Hincque etiam cessat, quod dicebatur non fuisse à Cleria
17 contractum † impugnante probatum, quod haberet con-
sanguineos tempore celebrationis contractus habiles ad
præstañ consensum, & qui vlterius commodè interuenire
potuissent prout necessarium esse, ait Alex. ad Bart. in l. si
tutius in princ. ff. de aqu. pluu. arc. Gratian. dec. March. 9.
num. 7. & decis. 38. num. 2. Greg. decis. 459. num. 10. &
ibi Add. num. 12. quia satisfacit eadem responsio superius
data, quod dum electa fuit via citandi proximiores, & in-
18 ferendi citationem illis † transmissam in Instrumento, vti-
que ex huiusmodi citatione remanet probata existentia pro-
ximiorum, & habilitas ad interessendum, & cessat omnis
19 alia præsumptio quæ stat pro Iudice, † & eò ipso, quod inef-
ficax, & minùs legitima detegitur dicta citatio, vt in pun-
cto huic obiecto occurritur in citata decis. 203. num. 19. p. 4.
tom. 2. recent. & in Romana successionis de Comitibus, §. 1.
idem, & seq. coram Reuerendissimo D. meo Decano.
Ex defectu Causæ (& hæc est alia resolutionis ratio) di-
ctum fuit alienationem corruere, quia Statutum in d. cap.
20 151. copulatiuè requirit solemnitates, † & causam, quæ
Iudici in scriptis exprimatur, insinuetur, & plenè discutia-
tur Rot. apud Buratt. decis. 410. sub num. 6. & decis. 924.
num. 11. coram bon. mem. Merlino, decis. 540. num. 1. &
in decis. 371. num. 13. & seqq. par. 4. tom. 2. & decis. 594.
num. 34. & seq. par. 5. recent. Causa autem, quę hic fuit Iu-
21 dici narrata, & in Instrumento expressa ea est, † quod Cle-
ria remanebat debitrix residui Dotis viro promissæ, ad effe-
ctum igitur illud soluendi Domum, de qua agitur, vende-
bat, & tamen ex lectura apocæ Matrimonialis, de qua Sum.
num. 4. deprehenditur Dotem non esse liberè soluen sed rein-
uestien in tot locis Montium, Censibus, vel stabilibus, quæ
22 stare debent pro fundo dotali, quod si fuisset Iudici † speci-
ficatum, absque dubio licentiam vendendi non dedisset, &
sic liquet ex ijs causam soluendæ Dotis fuisse omnino fal-
23 sam, quæ propterea reddit alienationem, † & Iudicis de-
cretum desuper interpositum ipso Iure nullum, l. magis prox.
§. 1. alienum ff. de rebus eorum l. 1. §. hæc verba, ff. ne uis fiat
ei Rota coram bon. me. Merlino decis. 540. num. 3. & 575.
num. 1. in eadem decis. 594. num. 43. par. 5. & post Pacif. de
Saluian. decis. 56. sub num. 11. in Romana Domuncularum
26. Iunij 1648. §. instit. & 3. seq. coram Reu. D. meo Decano,
& in Romana locorum Montium 19. Iunij 1651. §. falsitas au-
tem, coram R. P. D. meo Melzio, quatenus verò subiungi-
tur in dicto venditionis Instrumento Cleriam proposuisse
soluere scuta 3000. quibus vir vti posset soluendis debitis,
& expignorandis nonnullis bonis, nec minus causa sufficiens
visa fuit, vt Domus venderetur, quia præterquam ad ipsam
24 huiusmodi expignoratio non pertinebat, cum † vxor non
teneatur pro marito, Socc. in cons. 31. num. 19. lib. 1. Grat.
discept. for. cap. 669. per tot. Rota decis. 123. num. 15. par. 2.
diuers. Satis esse responsum fuit causam † fuisse falsam, sal- 25
tem quoad primam expressionem soluendæ Dotis, vt in to-
tum obligatio mulieris reddatur nulla † propter decreti Iudi- 26
cis indiuiduitatem, Bald. in l. si non curem, ff. de condit. in-
deb. Rot. in decis. 540. num. 15. & 575. eod. num. coram
Merlin.
Non subsistit quod scut. 10. mil. ex causa dictæ Dotis sol-
uendæ post obitum Dominici Cleriæ Patris in pecunia nu-
merata, seu bonis stabilibus, vel Censibus non essent rein-
uestien quoniam † contrarium legitur in dicta Apoca, seu 27
Capitulis Matrimonialibus, ibi, Quali scut. 10. mil. dapa-
garsi per parte di detta Settimia dopo la morte di Domenico,
&c. quali similmente per questa rata fondo Dotale, &c. Si ta-
men ex inita conuentione hæc pecuniarum quantitas stare
debebat pro fundo dotale, ex necessitate † antecedenti erat 28
restituen ex traditis per Gratian. in discept. 435. num. 25. &
30. seqq. Rota coram Card. Caualer. decis. 37. per tot. & in
recent. decis. 286. pariter per tot. & 297. à num. 3. vsque ad
7. par. 3.
Nec refert quod in causa prætij Domus venditæ, emptor
accollauerit in se Censum sortis principalis scutor. 1200. quia
non ideò deueniendum erat ad alienationem Domus valdè
maioris æstimationis, ex cuius pensionibus futuris dicti Cen-
sus plusquam commodè venditrix soluere poterat, idcircò
vti damnosa talis † venditio non erat præmissa, Gratian. in 29
mox citatis cap. 435. num. 29. & sequentibus.
Denique non obstat ratificatio dictæ alienationis dedu-
cta ex petitione prætij, quia huiusmodi † petitio non suffra- 30
gatur, cùm ex præfatis constet de contractus, & obligatio-
nis nullitate, & sic de veritate principij infecti, vt fuit dictum
in alleg. decis. 540. num. 18. Merlin. Tum quia nullibi con-
stat instantiam † fuisse factam per ipsam Cleriam, vel Pro- 31
curatorem legitimum, qui haberet certam nullitatis scien-
tiam, prout opus est † ad approbationem inducendam, vt 32
dixit Rota in sæpè citata decis. 540. num. 10. & 11. & ibi
Add. num. 15. & in dicta Romana Domuncularum 26. Iunij
1648. §. fin. coram R. P. D. meo Decano.
Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. C E R R O.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Domorum.

Die Lunæ 31. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Meliotamenta facta bona fide, licet controuersum sit, an sint compensanda cum fructibus, nec nè, & satis inter se pugnent Doctores. Attamen Rota hic decidit, quod opinio negatiua est magis æqua, & verior, & nisi iniustus, & rigorosus Iudex sequetur contrariam.

S V M M A R I V M.

1 *Ius restitutionis transit ad quoscumque successores, tam particulares, quam vniuersales, & num. 2.*
3 *Fructus melioramentorum an debeantur, vel ipsa compensentur cum fructibus.*
4 *Melioramenta facta in domo à Fabro Murario, vel simili, certa conuenta mercede, Dominus dicitur illa possidere, & non Faber ille.*
5 *Nam remanet tantum simplex creditor, & sic solum suas mercedes prætendere potest.*
6 *Interesse ratione lucri cessantis, & damni emergentis, vt quis prætendere valeat, quid probare teneatur.*
7 *Melioramenta facta ab Inquilino, qui conduxit domum ad meliorandum.*
8 *Cùm dicta melioramenta sint facta bona fide, ipse dicitur Dominus dictorum melioramentorum.*
9 *Melioramentorum fructus, facta ab Inquilino, qui Domum conduxit ad meliorandum ei debentur, donec fuerit satisfactus, & num. 10.*
11 *Melioramenta faciens in re aliena, eorum fructus sibi non acquirit, sed cum eis compensat melioramenta.*
12 *Melioramenta faciens in re aliena, donec de eis non fuerit satisfactus, facit fructus suos.*
13 *Et ista opinio est magis æqua, & sequetur. Atque nisi iniustus, & rigorosus Iudex veram negabit.*
14 *Contrahentium mens est attendenda.*

15 *Lo-*

15 *Locatoris mens, quod fuerit conductorem meliorantem non debere computare fructus in ipsa melioramenta, ex quo denotetur, & num. 16. & sequentib.*

DECISIO XXXII.

IN decisione super bono Iure emanata coram me aa. Iu-
nij 1654. † dictum fuit potiorem fuisse causam locato-
rum durante locatione, ea rameo expitata mediante actua-
li disdicta ijsdem locatoribus facta 3. Maij 1652. sicuti com-
peteret Michaeli Florettæ conductori retentio Domorum;
de quibus agitur, donec sibi restituerentur scuta 3578. &
b. 33. quæ ex forma pacti in Instrumento locationis cooten-
ti impenderat in moliorando dictas Domos, ita pari modò
eandem retentionem competere Iacobæ Maonæ illius vxo-
1 ri, & legatariæ † cum ius retentionis transeat ad quoscum-
2 que successores † tam vniuersales, quàm particulares, ex
Giurb. *decis.* 63. *num.* 11. *&* 17. alijsque auctoritatibus *in
decis. allegatis*, §. *quapropter*.

Acquiescentibus hinc indè partibos huic resolutioni, ac
interim vita functa Iacoba, & sic espitato legato per virum
sibi relicto sua vita durante suborta fuit altera controuersia
3 super fructibus dd. meliotamentorum, supet quo proposito
particulari dubio DD. responderuot fructus melioramento-
rum deberi.

Non versamur eoim in melioramentis factis à Fabtomu-
4 rario, † vel simili pio certa conuenta mercede, qui non
sibi, sed Domino fundi meliorasse dicitur, & sic illi, oon
5 autem sibi dominium melioramentorum acquirit, † rema-
netque simplex creditor in pecunia ratione mercedis, &
pretij cementorum, cuius intuitu fructus melioramentorum
percipere ooo valet, sed ad summum probatis requisitis,
Castren. *in l.* 3. *ff. de eo, quod certo loc.* petere potest interesse
6 ratiooe † lucri cessantis, & damni emergentis, vt post An-
gel. *in l. emptor*, §. *hic tantum*, *ff. de rei vendic.* alijs addu-
ctis firmauit Rot. *in Romana Domus* 24. *Ianuarij* 1650. *coram
R. P. D. meo Bichio*, §. *verumque vtriusque*.

Sed versamur in melioramentis factis à conductore cui
7 Domus † non simplicitet ad inhabitan̄ sed specificè ad me-
liorandum locatæ fueruni, & sic ab eo qui bona fide melio-
8 rauit, † & qui propterea Dominus est melioramentorum
eorumdem: In isto autem casu duæ adsunt DD. opiniones.
Altera affirmatiua, nempè quod donec illorum conuenta,
9 pretium ipsi restituatur fructus pro eorum rata † faciat suos,
iuxta gloss. *in l. final. verbo si per mulierem ff. de fund. dotal.*
Valasc. *de iur. emphyteutic. quæst.* 25. *num.* 26. Negus. *de pi-
gnor.* 4. *memb.* 5. *p.* 2. Garl. *de expens. & melioram. cap.* 23.
num. 54. *cum seq. & signanter sub num.* 56. *vers. ex quo primo
iuxtà tract. magn. tom.* 17. *fol.* 344. Peregrin. *de fideicomm.
artic.* 50. *num.* 63. Guttier. *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 68. *n.* 11.
Gratian. *discept.* 193. *num.* 4. *&* 5. Marescott. *var. resolut.
lib.* 2. *quæst.* 112. *num.* 52. *cum seq.* Afflict. *decis.* 87. *num.* 7.
Capyc. *decis.* 93. *num.* 12. *vers. stantibus enim, & versu qua-
tenus verò*, Gramatic. *decis.* 705. *num.* 1. *& post sess. decis.
Aragon.* 71. *num.* 5. 317. *&* 6. Hieronym. Leo *decis. Valen-
tin.* 98. *num.* 12. *cum seq. & signanter num.* 18. vbi alios re-
fert Rota *decis.* 112. *num.* 1. *part.* 2. *diuers. & decis.* 64. *n.* 2.
10 *par.* 4. *recent.* cum alijs † quot in termiois de conductore re-
fett, & sequitur Carocc. *in tract. locat. & conduct. tit. de
melioram. quæst. num.* 12. *fol.* 221.

Altera verò negatiua, videlicet, quod meliorans io re
11 aliena † fructus sibi non acquirat, sed melioramenta cum
eis compensare teneatur, cuius antesignanus est Couar. *var.
resolut. lib.* 1. *cap.* 8. *sub num.* 4. quem alijs adductis sequitur
Barbos. *in l. diuortio*, §. *final. sub num.* 48. *vers. sed his ff.
solut. matrim.*

Verum præterquod primam opinionem magis æqoam,
12 † & veriorem esse latissimè ex innumetis auctoritatibus
comptobaot Antonin. de Amat. *resolut.* 14. *sub n.* 68. *tom.* 1.
qui etiam loquitur de coadiutore, & Modern. *ex Archia
Hannor.* ouncupatus Anton. Niger *de except. cap.* 8. §. 5. *n.* 1.
& 5. *cum seqq. vbi antè num.* 12. dicit, quod eam non iu-
13 stam, nemo nisi † iniustus, aot rigorosus Iudex negabit in
14 proposito nostro satis clarè colligitur † meos contrahentium,
quod Floretus conductot lucraretur, & faceret fructus suos
pro rata meliorata.

In Instrumento enim præfatæ locationis non solom con-
ueotum fuit, quod finitis nouem annis, oisi ipsi conductori
pretium meliorameotorum fuerit restitutum haberet facul-
15 tatem † sublocandi pet aliud bienoium, & sic deinceps do-
nec dictum pretium restitueretur, ideòque cum post facta
meliotamenta partes non conuenetiot de aogenda pensio-
ne satis explicaruot velle quod augumeotum fructuum † ex 16
melioramentis proueniens spectaret ad meliorantem, iusta
optimam opinionem supra telatam, quam secuta fuit Rota
coram Put. *decis.* 275. *num.* 1. *in fin. lib.* 3. *in correct.* idem-
que in puncto ponderauit Rot. *decis.* 64. *sub num.* 2. *vers.
maximè quia par.* 4. *recent.* sed etiam subseqneoter additum
pactum explicitum, qood post restitutionem pretij melio-
ramentorum si meliorans † vellet domos pro vsu suo retine- 17
re, teneretur soluere maiorem pensionem eam augendo ad
rationem ses cum dimidio, pro quolibet centenario expeo-
so in meliorationibus, & melioranti restituto, cùm enim hoc
augumentum locatores stipulati oon fuerint satis † explica- 18
runt velle, quod tunc augumentum vti fructus melioratio-
nis spectaret ad meliorantem.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decaoo.

Romana, seu Nepesina Restitutionis io integrum.

Die Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum, vt concedatur, ex quo Inuentarium bonorum hæreditariorum non fuit factum in tempore quid requiratur. Donatio facta Sponsæ, & eius filijs, qualiter censeatur facta.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus non confectionem inuentarij hereditarij datur, dum adest iusta causa.*

Veluti ex qualitate sexus muliebris, ætate longæua, paupertate, & probabili credulitate, quod fuit benè confectum.

Dolus in confectione inuentarij extra tempus, ex quo excludatur.

Dolus in non confectione inuentarij hereditarij extra tempus, ex quibus excludatur, num. 2.

3 *Restitutio in integrum vt detur aduersus non confectionem inuentarij hereditarij, debet constare de læsione.*

4 *Læsio, vt consideretur in non confectione inuentarij hereditarij, non est metienda, ab vno, vel altero corpore hereditario, sed à tota hereditate simul.*

5 *Hæres adeundo hereditatem sine beneficio inuentarij, quando in hoc possit considerari magna læsio.*

6 *Donatione opulenta, quod quis priuaretur ob modicam hereditatem, id valdè læsiuum esset.*

7 *Donatio facta contemplatione matrimonij Sponsæ, & eius filijs nascituris.*

An censeatur facta filijs, vti heredibus, vel vti filijs.

8 *Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij, & filiorum nasciturorum, tunc filij censentur vocati vti filij.*

9 *Donatio facta contemplatione futuri matrimonij Sponsæ, illiusque heredibus, & successoribus.*

Tunc filij censentur vocati vti heredes, & successores; non vti filij.

10 *Donatio contemplatione matrimonij facta pro Sponsa, & filijs nascituris, tunc per nouam dispositionem non potest præiudicari filijs.*

11 *Donatio facta Sponsæ, & filijs nascituris, tunc filijs acquiritur ius irreuocabile, & num.* 12.

13 *Ius quando fuit acquisitum alicui per stipulationem, non potest eidem per sequentes stipulationes præiudicari.*

14 *Donatio facta alicui, & eius heredibus, & successoribus, quando intelligatur de heredibus, & successoribus sanguinis. Eis tamen deficientibus ad quoscumque successores.*

15 *Filiæ fœminæ etiam veniunt sub nomine filiorum, nisi ad masculos voluntas Testatorum sit restricta, & num.* 16.

17 *Alienans bona alicuius, non possunt dici, quod sine alterius.*

18 *Pos-*

18 *Possidens aliqua bona alicuius non est dicendum, quod sint bona alterius.*
19 *Bona aliqua possideas pro maiori securitate sui crediti, non possunt dici bona propria.*
20 *Vidua vltrà dotem, quando alia bona non dicatur habuisse.*
21 *Testamentum, quando non habuit suum effectum, non venit attendendum.*
22 *Confessio facta in Testamento, an releuet.*

DECISIO XXXIII.

DEcisum fuerat coram me 18. Martij 1652. Claudiæ de
Roscijs competere restitutionem in integrum aduer-
sus confectionem inuentarij bonorum hæreditariorum,
quia Siluiæ matris non factam in tempore, ex quo non de-
1 ficiebat iusta, & legitima causa deducta ex qualitate sexus
2 muliebris, ætate sexagenaria, paupertate, † & probabili
credulitate, quod legitimè confectum fuisset, excludebatur
dolus, & constabat de læsione.

Istamque resolutionem hodiè Domini confirmandam esse
censuerunt, quia præ cæteris subsistit fundamentum læsio-
3 nis, † sine qua reliqua non sufficerent ad obtinen. huiusmo-
di restitutionem, *cap. constitutus, §. quocirca, ibique gloss. verbo constiterit, & cap. ex litteris, §. licet de in integr. restit. l. verum, §. sciendum, & l. in causa, ibique gloss. principalis, vers. & respondeo ff. de minor.* Cyn. *in auth. ad hæc num. 3.* ibique Alberic. *in 2. & 3. C. si minor. se ab hæred. abstinuer.* cum innumeris allegatis per Grat. *disc. 767. nu. 44.* Larr. *decis. Granaten. 70. num. 12. cum seq.* & in puncto alijs relatis
respondit *Rota in Romana Census 26. Iunij 1653. coram R. P.
4 D. meo Bichio, §. 2. quod non constat, cum seq.* vbi quod † læ-
sio non est metienda ab vno, vel altero corpore, sed à tota
hæreditate simul restitutis acceptis.

Educebatur enim læsio, ex quo sine beneficio inuentarij
5 teneretur Claudia approbare venditionem Prædij nuncupa-
ti Ripoli factam à Siluia matre, quàm alias ratam habere co-
gi non posset, eo quod d. Prædium iure proprio ad ipsam
spectat vigore donationis ab Auo materno dictæ Siluiæ pro
ea, eiusque filijs nascituris (qualis erat Claudia) factæ, &
sic ob modicam hæreditatem priuaretur commodo opulentę
6 Donationis; † ad quam proindè firmandam, discutien.
videbatur, An dicta Donatio debeatur filijs Siluiæ vti eius
7 hęredibus, vel † potius vti filijs, & illam deberi filijs vti fi-
lijs, non vti hæredibus, Domini veriùs putarunt, cum fa-
8 cta fuerit contemplatione † certi matrimonij, & filiorum
ex eo nasciturorum, Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 1. num. 3. & 30. & 31. & gloss. 9. num. 3. & 4.* Grat. *discept. 924. num. 33. & disc. 984. num. 22. & seq.* Franch. *decis. 205. per tot. Rota in Romana Donationis de Castellanis 10. Maij 1632. coram bon. mem. Cocc. in rec. decis. 127. num. 21. par. 6. in Romana Domorum de Sciadelerijs 4. Aprilis 1636. coram Cardinali Panzirolo pariter in rec. decis. 114. num. 2. par. 7. in Florent. Donationis, seu separationis bonorum 2. Decembris 1650. coram Reu. P. D. meo Peutingero, §. nec obstat, ac in Romana restitutionis Dotis 30. Maij 1653. coram R. P. D. meo Beuilaqua, §. & in hanc resolutionem.*

Non obstat, quod in Instrumento Donationis post con-
tractum matrimonium celebrato Notarius stipulatus fuerit
9 † pro Siluia sponsa absente illiusque hæredibus, & successo-
10 ribus quibuscumque; Quia cùm acquisitum fuerit † ius ir-
reuocabile filijs vti filijs ex illius proœmio e usque dispositi-
ua, & constitutione Procuratoris ad insinuandum loquen-
tibus de sola sponsa, & filijs, atque ex ipsamet stipulatione
11 facta etiam pro filijs nascituris, & fortiùs ex dicta præce-
denti Apoca matrimoniali nullam mentionem faciente hæ-
redibus, & successoribus, & ad quam donator semper in
12 Instrumento † relationem habuit, non potuit vtique per
dictam stipulationem subsequenter factam etiam pro hære-
13 dibus, & successoribus quibuscumque † eis præiudicium
inferri, Angel. *cons. 209. sub num. 1. vers. hoc præmisso*, quem
sequuntur Aret. *in l. 1. num. 15.* Rip. *num. 88. ff. solut. matrim.*
Menoch. *cons. 370. num. 4. & de præsumpt. 15. num. 20. & 21. lib. 3.* cum alijs per Rotam *decis. 250. num. 26. part. 6. recent.*
vel saltem huiusmodi stipulatio intelligenda est de hęredibus,
14 † & successoribus sanguinis, quibus deficientibus ad alios
quoscumque donationis beneficium extenditur, & in his
terminis Modern. Neapol. *contr. iur. lib. 1. controu. 57. nu. 23. cum seq. cum alijs allegatis in dicta Florentina Donationis, seu separationis bonorum coram Reu. P. D. Peutingero, §. neque ab hoc.*

Nec subsistit, quod Claudia vti fœmina non comprehen-
datur in d. donatione. Quia etiam filiæ † fœminæ veniunt 15
appellatione filiorum, nisi ad masculos expressè restricta sit
dispositio, vel de contraria appareat † disponentis volun- 16
tate, *l. si ità scriptum in princ. ff. de legat. 2. l. qui duos, & l. semis ff. de legat. 3.* cum cæteris allegatis in puncto donationis
per Card. Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 11.* Rota *in rec. decis. 316. num. 2. part. 1.* & coram Merlin. *decis. 364. nu. 14.*
Allegata autem exclusio Statutaria, cessauit ob prædeces-
sum omnium filiorum masculorum ante mortem Siluiæ
Corn. *cons. 74. num. 14. lib. 1.* Cephal. *cons. 95. num. 16.* Rota
decis. 177. num. 3. par. 8. rec. & in Romana supplem. legitimæ 26. Ianuarij 1646. coram me, §. nec dici potest cum seq.

Corruit denique, quod Claudia plura bona tam mobilia,
quàm stabilia ad Siluiam spectantia alienauerit; quia non
erant propria Siluiæ, sed Honorij eius Viri, atque ab ipsa, 17
& successiuę à Claudia eius filia possessa fuerunt pro securi- 18
tate Dotis illius, qui titulus non efficiebat, vt bona essent
propria Siluiæ vxoris, & à dominio hæreditatis Honorij vi-
ri exiuerit, cùm præstet † dumtaxat quandam insistentiam 19
pro maiori securitate mulieris donec dos restituatur, vt la-
tè probat Giurb. *decis. 16. num. 5.* & comprobauit *Rota in Bonon. fideicommissi de Glauarinis 18. May 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. pro fundamento*, debet quidem
Claudia ea, quæ alienauit, imputare in creditum dotale
matris, non autem de eis reddere rationem hæreditatis Sil-
uiæ, sed Honorij, de qua hodie non agitur.

Gratisque dicitur Siluiam vltrà dotem multa bona habuis-
se, quia hoc non resultat ex possessione dd. bonorum, quæ 20
ad Honorium spectabant, nec ex eo quod in primo Testa-
mento instituerit sibi hæredem Claudiam filiam in omnibus
bonis ad se spectantibus tam occasione suæ Dotis, quàm
vltra dotem vigore hæreditatis Flaminij Catalani sui Patris,
quia nullibi constat, quod ex hæreditate Flaminij bona ali-
qua habuerit, cùmque dictum Testamentum † non ha- 21
buerit effectum, & Claudia instituta fuerit hæres in alio de
hæreditate Flaminij mentionem non faciente nulla ex primo 22
Testamento resultat probatio existentiæ aliorum bonorum
hæreditatis Flaminij, Surd. *cons. 169. num. 4. & per tot.* Ma-
resc. *var. resol. lib. 1. cap. 48. num. 6. vers. sed opportuno*, Grat.
discept. 166. num. 53. cum seqq. Rota coram Card. Seraph. *decis. 48. num. 1. & 2.* maximè cùm ex testibus relatis in *Summ. Claudiæ num. 2.* clarè appareat, Siluiam mortuo viro reman-
sisse in magna egestate, & statu miserabili.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Casalis Veteris.

Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis concessio facta alicui ad tertiam generationem masculinam, sub tali concessione non veniunt masculi ex fœminis, sed solùm masculi ex masculis. Nec sub eadem concessione veniunt pronepotes, cùm inuestitus constituat primam generationem, secus verò si fuerit dictum, ad tertiam ipsius, vel ipsorum generationem Instrumentum si discordat à Capitulis, quid attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Masculus descendens ex fœmina non potest dici, quod proueniat ex linea masculina.*
2 *Emphyteusis, an sit concessa pro linea masculina, vel fœminina attendi debet initium ipsius concessionis.*
3 *Emphyteusis an sit concessa pro masculis, vel fœminis, quid sit attendendum.*
4 *Principium aliquod, quando est exclusum, censetur quoque esse exclusum, quidquid prouenit ab eo.*
In causato non potest esse plus virtutis quam id, quod procedit ab ipsa causa influenti, num. 4.
5 *In Emphyteusi concessa masculis, prætendens succedere debet probare, & masculinitatem, & descendentiam.*
6 *Emphyteusis concessa pro masculis, tunc ab ea excluditur omnis fœmina descendens ex masculo, & omnis descendens ex fœmina.*

7 In

7 *In Emphyteusi Ecclesiastica sumenda est illa interpretatio qua magis fauet Ecclesia.*
8 *In contractibus regulariter fit interpretatio aduersus stipulatorem.*
9 *Particula*, da, *posita in concessione Emphyteusis, latinè sonans*, A, *& dicitur stare causatiuè.*
10 *Hoc tamen est intelligendum secundum subiectam materiam, & num.11.*
Concessio facta ad tertiam generationem ab aliquo inchoandam, iste enim erit primus inuestitus, & sic primus gradus.
12 *Emphyteusis Ecclesiastica pro tribus solet concedi generationibus in quibus tamen comprehenditur primus acquirens.*
13 *Emphyteusis Ecclesiastica potest concedi vsque ad quartam generationem, & vlteriorem.*
14 *Emphyteusis concessa ad tertiam generationem, controuersum est, an includat primum acquirentem.*
15 *Verba, quando non dicantur stare augumentatiuè.*
16 *Verba non interpretanda sunt contra mentem contrahentium.*
Verba non sunt intelligenda contra naturam contractus, & num.16.
17 *Verba contra vtilitatem Ecclesiæ non sunt interpretanda.*
18 *Emphyteusis acceptata pro filijs, & ad eorum tertiam generationem tunc filij censentur primo loco vocati.*
19 *Nam & hoc casu Pater consideratur, vt instrumentum, & filiorum minister.*
20 *Emphyteusis concessa pro filijs, & eorum nepotibus, dictio illa*, eorum, *quid importet.*
21 *Instrumenta, & non capitulationes sunt attendenda.*
22 *Scripturæ pleniori, quando sit standum.*
23 *Coniecturæ plures deseruiunt pro adminiculis causæ principalis.*
24 *Mutatio voluntatis præsumitur stante longo temporis interuallo, & num.25.*
26 *Locatio, quando possit dici perpetua.*
27 *Interpretatio benigna, quando ad fauorem Emphyteutæ sit facienda.*
28 *Contrarietate stante inter capitula, & instrumentum, est ad illa recurrendum, tamquam ad matricem.*
29 *In Capitulis continetur originalis conuentio contrahentium.*
30 *Capitula contractus, quando præcesserunt, & postea subsequitur Instrumentum, tunc multo magis attenduntur capitula, quàm instrumenta.*
Partes, si conueniant, vt Instrumentum extendatur iuxta conuentiones factas tunc illa in nihilo possunt immutari.
31 *Relato potius standum est, quam referenti.*
32 *Instrumentum, quando est factum pro maiori conuentorum robore.*
33 *Tunc consideratur tamquam factum pro maiori conuentorum robore, & validioris obseruantia.*
34 *Capitula contractus, quando sunt facta, & fuit conuentum, quod desuper conficiatur sicut illa, Instrumentum.*
35 *Tunc si Notarius aliquid superadderet, maximè circa substantialia præsumitur additum per errorem.*
36 *In inuestitura si superaddatur persona noua, dicitur factus error in substantialibus.*
38 *Confirmans non videtur in aliquo derogare, vel addere.*
39 *Dictio*, in omnibus, & per omnia, *importat omnimodam conformitatem.*
40 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
Relatio, quid operetur, num.40.
41 *Instrumentum extensum, prout in Capitulis, iuxta eorum tenorem est intelligendum.*
42 *Dictio*, prout, *omnimodam importat similitudinem, non solum in substantia, sed etiam in qualitate.*
43 *Dictio*, propterea, *si ponatur post copulatiuam*, &, *coniungit dispositiones.*
Itaut vna ab altera pendere dicatur, num.43.
44 *Oratio illa dicitur vnica, quæ ab vno dispositiuo verbo dependet.*
45 *Verba*, pro Synonimis, habitis, *eundem recipiunt intellectum.*
46 *Interpretatio semper illa est facienda, per quam instrumenta, & capitula reducuntur ad concordiam.*
47 *Emphyteusis concessio censentur facta, vt cantat sententia executoris.*
A tituli primordio posterior formatur euentus, n.47.
48 *In Emphyteusi Ecclesiastica attenditur potius tenor beneplaciti Apostolici, quàm tenor Instrumenti.*
49 *Beneplacitum Apostolicum, quando producitur à Domino directo, tunc cessat præsumptio alterius plenioris ex cursu longi temporis.*
50 *Beneplacitum Apostolicum in contractu Ecclesiæ, quod præsumatur ex cursu longissimi temporis, id est hodie sublatum per Bullam fel. rec. Vrbani VIII.*
51 *Emphyteusis concessa si sit pro masculis, & eodem tempore adsint masculi sexus masculini, & fœminini, tunc soli primi intrant.*
52 *Interpretatio, quæ repugnat literali sensui, venit respuenda.*
53 *Mentio, quando discretiuè est facta, ita intelligenda venit.*
54 *Notarij narratiua, & tenor Instrumenti debent ad concordiam reduci.*
55 *Confirmatio non alterat naturam rei iam dispositæ.*
56 *Instrumentum, quando fuit factum relatiuè ad Capitula, non censetur ab eis recessum.*
Et vt dicatur recessum ab eis, quid requiratur.
57 *Instrumentum, quando fit in vim præcedentis conuentionis, non attenditur interuallum.*
58 *Interuallum non obstat repetitioni, quæ fit ex relatione.*
59 *Interpretatio, quando dicitur, quod latè sit facienda ad fauorem alicuius.*
Id procedit, quando sumus in dubio, non autem in claris, num.50.
60 *Fauori priuatorum potius in dubio præualere debet fauor Ecclesiæ.*
61 *Masculi ex fœminis non comprehenduntur sub concessione Emphyteusis facta pro masculis.*
62 *Quod procedit etiam in locatione.*

DECISIO XXXIV.

DIxerunt Domini concessionem Casalis Veteris factam ab Abbate, & Canonicis Sancti Petri ad Vincula Io: Baptistæ Victorio *à tertia generatione masculina, comminciando da suoi figlioli, &c.* non suffragari DD. de Robettis, quia licèt masculi, tamen vti descendentes à Victoria filia Io. Baptistæ † non possunt dici de illius generatione masculina, 1
sed fœminina, iuxta theor. Castr. *in l. maritus num.5. C. de procurat.* Mar. Salom. *in l. Gallus §. nunc de lege num.3. vbi DD. communiter ff. de liber. & posthum.* Specul. *in §. nunc aliqua vers.146. tit. de locat.* repetit idem Castr. *cons.190. num. 4. vol.2.* Curt. iun. *cons.172. num.5. vers. Et ideo,* Soccin. iun. *cons.186. num.10. & 14. lib.2.* Ruin. *cons.126. num.13. & cons.208. num.7. vol.1.* Rauden. *respons.35. num. 20. lib.1.* Dec. *cons.319. sub num. 2.* Ruger. *cons.21. num.9.* Modern. Lucen. *cons.13. num.7. & cons.80. num.81. vol.2.* Peregr. *de fideic. art.26. nu.29. in fin. vers. adducit etiam,* Fusar. *de subst. qu.346. num.17. &* 39 Molin. *de primog. qu.13. num.8.* latissimè Caldas *de iur. emphyt. lib.2. qu.24. num.86. cum seq.* Gratian. *discept. foren. cap.901. num. 21. 22.* Mantic. *de tacit. lib.22. tit.15. num.16. & tit.16. num.23.* Rota coram Verall. *decis.16. 17. 18. par.2.* coram Duran. *decis.300. num.6. & in Bononien. fideicommissi de Barberiis 5. Decemb. 1650. §. primo quia conclusio coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & 19. Februarij 1652. §. nam respondetur coram Reuer. P. D. meo Bichio.*

Principium enim † constitutiuum generationis masculinæ, vel fœmininæ pendet à filijs, qui si masculi constituunt generationem masculinam; si fœminæ, fœmininam, ac proinde sicuti, *filia primi acquirentis,* sub prædicta concessione † non continetur, quia non potest dici *de generatione* 3
masculina nondum quo ad ipsam in esse producta, Castr. *d. cons.190. in princ.* & plenius Alex. *cons.53. num.5. cum seq. vol.6.* Curt. *de feud. part. 3. num.28.* Paris. *cons.74. n.2. vol.3.* Polidor. Rip. *obser. 306. d. qu.346. num.35. & 36.* Ita nec aliquis ex ea descendens, cum in causato non possit esse plus vir- 4
tutis, quam procedat ab influenti potentia causæ, *ad text. in l. si vna matre C. de bonis matern. & in cap. ad Apostolica de re iudic. in 6.* Castr. *in d. l. maritus num.5. vers. sed certum,* Ioann. Andreas *in addit. ad Specul. rubr. de testam. in fin.* Alex. *cons.53. n.7.* Honded. *cons.7. num. 28. lib.2.* Molin. *d. qu.13. sub eodem nu.8. in fin.* Mantic. *qui supra lib.23. tit.36. nu.2.*

*num.*2. Rugier. *d. conf.*21. *nu.* 10. Modern. Lucen. *d. conf.*80. *num.*81. Peregr. *d. art.*56. *num.*7. 8. qua ratione ad affectum
5 successionis in huiusmodi † emphyteusi duplicem requiri qualitatem, quod sit masculus, & proueniat ex linea masculina primi inuestiti, appositissimè deduxit Castren. *d. conf.* 190. *post num.*4. *vers. si dicam*, vbi quod excluditur omnis fœmina descendens ex masculo, & omnis descendens ex
6 fœmina, etiam † si sit masculus, cui non prodest proprius sexus masculinus, sed nocet sibi fœmineus suæ Matris, vel Auiæ, quem sequuti sunt Gozadin. *conf.*87. *num.*15. Menoch. *conf.*505. *num.*59. Soccio. iun. *cap.*1. *num.*117. *lib.*1. Ruin. *d. conf.*509. *eod. num.*7. Ruger. *d. conf.* 21. *num.* 23. Raudens. *d. resp.*35. *sub eodem num.*26. Modern. Lucen. *conf.*56. *num.*67. *lib.*1. *d. conf.*13. *num.*7. *& d. conf.*80. *num.*85. *lib.*2. Ioseph. de Sess. *decis. Aragon.*49. *nu.*7. 8. Rota coram Duran. *dec.*300. *num.*7. *& decis.*203. *num.*5. *par.*2. *rec. fuitque dictum in altera decisione huius causæ, cum D. Principissa Rocella sub die* 5. *Maij* 1653. §. *nec vrget coram me.*

Quæ opinio redditur indubitabilis in terminis emphyteu-
7 sis Ecclesiasticæ, in qua semper ea sumi † debet interpretatio, quæ est Ecclesiæ fauorabilior, Castr. *d. conf.*190. *in fin.* Ruger. *d. conf.*21. *num.*18. Gratian. *discept. for. cap.*88. *nu.*6. *& cap.*131. *nu.*2. cum alijs allegatis *in præcit. decis. huius cau-*
8 *sa* §. *penult. vers. qua opinio.* Et regulariter † in contractibus interpretatio fit aduersus stipulatorem, *l. veteribus ff. de pact.* Alciat. *conf.*104. *num.*6. *l.*9. alijsque relatis, Peregr. *d. art.*26. *num.*8. *in fin.*

Nec contrarium suadetur ex illis verbis, *Cominciando da*
9 *tutti li suoi figliuoli*, quasi † generatio masculina esset inchoanda à nepotibus, quos ideò sufficeret esse masculos, vt pro inclusione istorum de Robertis, descendentium ab Octauio filio Victoriæ ponderabatur, cùm particula † *Da*, latinè sonans in Monosyllabam *A*, stet exclusiuè, vt docet *gloss. in verbo ab initio in l.*20. §. *fin. ff. de act. empt. & Clem. sicut appellationem verb. à die, de appell.*

Quia si aliter postulet, vel materia subiecta, vt quia di-
10 cta præpositio sit iuncta cum suo principio, † aut natura contractus, seu verisimilis mens contrahentium, accipitur inclusiuè, vt declarant Archid. *in cap. statutum num.*2. *de preben. in* 6. Bald. *in l. si Caligmo num.*15. *C. de nupt.* Oldrad. *conf.*49. *num.*1. Grat. *cap.*161. *n.*21. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.*11. *nu.*33. Rota *decis.*705. *n.*3. *par.*4. *diu.*

Hic autem est iuncta cum suo principio, cum sit adiun-
11 cta personis filiorum, à quibus incipit † generatio, vt in specie animaduertit Simon. de Prçt. *conf.*20. *nu.*16. *conf.* 88. *num.*8. 17. *lib.*5. Et in præcisis terminis de concessione facta ad tertiam generationem ab aliquo inchoandam, quod iste constituat primum gradum dixit, Rota coram Buratt. *decis.* 502. *num.*9. *& in Forosempronien. & Eugubin. seu nullius Emphyt.* 26. *Iunij* 1636. §. *nec præsatæ in fine coram bon. mem. Coccino.*

Idem suadet natura contractus, & verisimilis mens con-
12 trahentium, quia similes Emphyteuses † bonorum Ecclesiasticorum solùm concedi pro tribus personis, comprehensa prima receptoris cauetur *in* §. *Emphyt. auth. de non alien.* qui textus licet correctus fuerit *in* §. *licentiam, iuncta gloss. auth. de alien. & emphyt.* Ex quo apparet Emphyteusim Ecclesia-
13 sticam concedi posse, † etiam ad quartam, & vlteriorem generationem, vt dixit Ales. *conf.*155. *num.*16. *lib.*5. Ruin. *conf.*186. *num.*9. *lib.*1. Mantic. *de tacit. lib.*25. *tit.*25. *nu.*13. Seraphin. *decis.*1362. *num.* 7. Tamen argumento desumpto ex *d.* §. *Emphyteusis*, controuersa est opinio an in Emphy-
14 teusi concessa ad tertiam † generationem includatur primus acquirens, vt patet ex Mantic. qui eam disputat ad partes *in d. tit.*25. *per tot.* Gab. *de var. emphyt. lib.*3. *conclus.* 4. Bald. *conf.*448. *per tot. lib.* 3. Castr. *conf.*338. *num.*2. *lib.*5. Simon. de Prçt. *d. conf.*88. *num.*24. Cephal. *conf.*582. *num.*13. 14. *& conf.*185. *num.*8. Honded. *conf.*32. *num.*38. *lib.*2. Marescott. *var. resol. cap.*53. *num.*20. *lib.*5. Merlin. *decis.*420. *nu.* 7. & 8. cum alijs allegatis *in d. Forosempronien. & Eugubin. seu nullius emphyt. eodem* §. *nec præsatæ*, quo circa illa verba, *Cominciando da tutti li suoi figliuoli*, censentur apposita
15 † ad euitandas dissentientes DD. opiniones, super inclusione primi acquirentis, non quia starent augmentatiuè ad
16 inchoandam generationem † in persona Nepotum contra naturam contractus, & verisimilem mentem contrahentium, quæ talis fuisse creditur, vt bona quàm citiùs ad Ec-
17 clesiam † reuertantur, vt in specie similis declarationis respondit Rota *decis.*499. *num.*3. *in fin. part.* 3. *recent.*

Minus viget hæc solùm procedere inspecto tenore Capitulorum, secus habito respectu ad verba Instrumenti desuper celebrati, vbi Io: Baptista stipulatus est, & acceptauit
pro filijs, & ad eorum † tertiam generationem, ex qua 18
forma stipulationis, filij censentur primi acquirentes, Pater
autem consideratur, vt Instrumentum, † & filiorum mi- 19
nister iuxta theoricam Ales. *in l. quod dicitur num.*16. *vers. tamen quod casum nostrum*, & ibi Ias. *nu.*27. *ff. de verbor. oblig.* quam sequuntur Ruin. *conf.*122. *n.*3. *in princ. lib.*1. Menoch. *præsumpt.*48. *num.*7. *lib.*3. Surd. *decis.*325. *num.*20. Modern. *Fulginaten. de iure emphyt. tit. de contr. emphyt. qu.*4. *num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 1157. *vers. limitanda est primo num.* 5. *&* 6. & sic prima generatio incepisset à nepotibus vir-
tute dictionis, † *eorum*, quæ est separatiua primi acquiren- 20
tis à cæteris generationibus, pro quibus fit stipulatio, iuxta distinct. Bald. *in auth. si quas ruinas C. de Sacros. Eccles.* Alex. *conf.*110. *num.*18. 19. *lib.*3. Gozad. *conf.*55. *n.*7. Gabr. *de emphyt. conclus.*4. *nu.*34. Ruin. *d. conf.*166. *num.*6. Bellon. *conf.* 80. *num.*5. Mantic. *d. tit.*25. *nu.*15. Menoch. *conf.*1066. *n.*17. Rota coram Seraph. *decis.*1362. *num.*2. Add. ad Buratt. *decis.*602. *num.*25. *coram Gregor.*533. *num.*1. vbi Adden. *nu.*20. coram Merlin. *d. decis.*420. *n.*2. 3.

Quod autem Instrumentum, non capitula attendi debeat,
deducebatur ex illorum obscuritate, † cum illa verba, *Co-* 21
minciando da suoi figlioli, referri possint tam ad generationem, quàm ad tempus concessionis, quo casu statur scri-
pturæ † pleniori, iuxta celebrem doctrinam Bald. *in l. Im-* 22
*perator num.*26. 27. *ff. de stat. homin.* Ales. *conf.*70. *n.*5. *lib.*1. *& conf.*105. *num.*3. *lib.*2. Natt. *conf.*314. *num.*4. Bertr. *conf.* 55. *num.*4. *lib.*5. Soccin. sen. *conf.*94. *num.*5. *lib.*1. Rimin. iun. *conf.*197. *num.*54. *lib.*2. Surd. *conf.*141. *nu.*6. Marescott. *variar. resol. par.*1. *cap.*93. *nu.*3. Rota coram Buratt. *decis.*265.
*num.*3. *& decis.*671. *nu.* 3. *par.*1. *diuers.* iunctis præcipuè ad- 23
miniculis resultantibus ex pluribus enunciatiuis in narratiua eiusdem Instrumenti, ac in alio confirmationis emissis, & primum in supplicatione pro obtinendo Apostolico beneplacito, ac in articulis datis coram Executore, formam † con- 24
cessionis ad tertiam filiorum generationem referentibus Bald. *in l. optimam num.*12. *vers. nisi aliud C. de contrah. & comitt. stipulat.* Alex. *conf.*190. *num.*22. *lib.*6. Becc. *decis.*252. *num.*7. Necnon longo temporis interuallo inter Capitula, &
Instrumentum, ex quo † præsumitor mutatio voluntatis, 25
vt accidit etiam in intratura, quæ in Instrumento aucta fuit in scutis centum *Rot. in Rom. Situs* 13. *Decembris* 1642. *non obstat coram Reuerendissimo Tarraconen.* ac demum cum Casale contrauersum prius locatum reperiretur Iulio Porcario
in perpetuum sub annua † pensione scutorum 300. Io: Ba- 26
ptista illud redemit proprijs expensis à dicta perpetua locatione, & à lite desuper orta, pensionem auxit ad scut.360. & soluit pro intratura scuta 1100. quæ omnia operantur, vt
ad fauorem Emphyteutæ benigna sit † facienda interpreta- 27
tio, Gramat. *consil.* 160. *num.* 13. Mantic. *de coniect. l.*7. *tit.*1. *num.* 21. Modero. *Fulgin de success. in bon. emphyt. qu.* 9. *num.*3.

Sed his minimè obstantibus capitulis deferendum esse cen-
suerunt Domini ea vulgata regula, quod data † contrarie- 28
tate inter capitula, & Instrumentum, est ad illa recurrendum,
tanquam matricem, & † originalem conuentionem Ales. 29
*conf.*156. *num.*8. *lib.*6. Zabarell. *conf.*111. *num.*1. Modern. Eugubin. *controu.*182. *n.*9. *par.*2. Thesaur. *lib.*1. *qu.*1. *per tot.* Surd. *conf.*102. *num.*19. *& decis.*71. *num.*4. *&* 288. *num.* 41. Adden. ad Greg. *decis.*178. *num.*8. Rot. *decis.*114. *n.*4. *par.*1. *rec.* coram Merlin. *decis.*608. *n.*17. coram Penia *decis.*1537. *num* 19. *cum seqq. & in Assisien. dotis* 22. *Iunij* 1640. §. *n c pariter coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Rom. Vineæ* 55. *Iunij* 1645. *in princ. coram R. P. D. meo Bichio.* Quæ conclusio si procedit in puris terminis, quando præcesserunt Ca-
pitula, & † subsequitur Instrumentum, multò magis in 30
præsenti, quo partes conuenerunt Instrumentum desuper celebrari nullo mutato verbo substantiali, eorumque tenor fuit ad vnguem relatus in eodem Instrumento, quo casu suc-
cedit alia regula; magis standum † esse relato, quàm refe- 31
renti, Rota *decis.*151. *n.*6. *part.*1. Mantic. *decis.* 355. *nu.*2. Adden. ad Gregor. *sub d. n.*8. *in fin. vers. Item hac secunda*, & dictum fuit *in Atsina dotis, & lucri dotalis* 11. *Ianuarij* 1649. §. *nec quidquam coram Arguelles.* Et Instrumentum
† vti factum pro maiori conuentorum robore, vt ibi, *hinc* 32
est, quod volentes dictæ partes eamdem Capitulationem ad effectum deducere, & in publicam formam, illique maiorem facul-
tatem, & robur adijcere, &c. consideratur solùm † ad ef- 33
fectum maioris probationis, & validioris obseruantiæ. Capitu-

pitula verò censeotur dispositio principalis, & substantia
contractus, Alea. *cons.* 122. *num.* 3. *lib.* 2. Modern. Panorm.
cons. feud. nu. 13. *vers. arbitror tamen ego*, *& num.* 14. Mao-
tic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 47. Iuncta præsertim dicta præ-
34 cedenti protestatione in Capitulis apposita, † ne quid in
Instrumento circa substantialia immutaretur, qua data si
quid additur à Notario eum Capitulis incomparibile, quoad
35 † substantialia præsumitur ea errore, Alex. *dicto cons.* 122. *n.*
2. Modern. Eugubin. *d. cons.* 182. *eodem num.* 9. *in fine*, Rota
coram Merlin. *d. decis.* 608. *num.* 17. Additio verò vnius per-
36 sonæ, † quod sit alteratio in substantialibus, dixit Rota *in
cit. Forosempronien. & Eugubin. seu nullius Emphyt.* §. *nec
præfata*.

Præterea eò minus diuersa interpretatio à Capitulis sumi
potest, cum in parte dispositiua Instrumenti, Canonici se
concessionem facere declarauerint ad tertiam generationem
37 in omnibus, & per omnia, prout in ipsis Capitulis † con-
tinetur, ac omnia, & singula in ijs contenta confirmarunt,
innouarunt, & de nouo fecerunt, singula singulis congruè
38 referendo, qui enim † confirmat, non videtur in aliquo
derogare, vel addere, *l. more maiorum ibi DD. communiter
ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & in his terminis Modern. Pa-
norm. *d. cons.* 6. *sub eodem num.* 14. & de dictione *in omni-
39 bus*, *& per omnia*, † quod importet omnimodam confor-
mitatem, Soccin. iun. *cons.* 398. *num.* 7. *lib.* 3. Mart. *de claus.
par.* 1. *claus.* 62. alijsque relatis Barbos. *eodem tract. cl.* 67. Ro-
40 ta *decis.* 429. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Et de alia, singula † sin-
gulis congruè referendo, quod operetur, ac si superius dis-
posita fuissent expressa cum omnibus suis qualitatibus probat
gloss. in l. si negotium in verb. gestorum C. de negot. gest. idem
Mart. *claus.* 360. Gratian. *discept. forens. cap.* 65. *num.* 17. & in
41 specie † Instrumenti facti prout in Capitulis, quod iuxta
illorum tenorem intelligi debeat, ea natura dictionis, *prout*,
42 quæ † omnimodam importat similitudinem, nedum in
substantia, sed etiam in qualitate, *ad tex. in l. edita C. de
eden. & in extrauagan. ad reprim. verb.* prout Gemin. *consil.*
29. *in princip.* dixit Mantic. *de tacit. dicto lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 10.
Pen. *decis.* 1350. *num.* 5.

Nec ideò quamuis latior sit forma subsequentis stipulatio-
nis, vt ibi, *Et propterea concesserunt*, *& tradiderunt Ioan-
ni Baptista præsenti*, *& stipulanti pro filijs suis*, *& ad eorum
tertiam generationem*, dici potest recessum à præcedenti con-
cessione facta iuxta Capitula, ponderando naturam dictio-
43 nis, † *propterea*, quæ posita post copulatiuam, *Et*, co-
niungit dispositionis, Ita vt vna ab altera pendere dicatur,
cap. quia propter de elect. Soccin. *cons.* 156. *num.* 18. *lib.* 2. Se-
raph. *decis.* 885. *num.* 7. Et vnica dicitur oratio, quæ ab vno
44 † principali verbo dispositiuo regitur, Gratian. *discept. fo-
rens. cap.* 988. *n.* 26. Modern. Eugubin. *controu. forens.* 6. *n.* 25.
par. 1. Vnde potiùs dd. verba, *Comminciando da suoi figlioli*,
de quibus in Capitulis, & alia, *& ad eorum*, *&c.* expressa
45 in Instrumento censentur † habita *pro Synonimis*, eum-
demque recipiunt intellectum; & si diuersimodè essent in-
terpretanda, Curt. iun. *cons.* 111. *n.* 7. *cons.* 113. *n.* 8. Aym. *cons.*
62. *n.* 12. Bellon. iun. *cons.* 2. *sub n.* 25. Rot. *dec.* 40. *n.* 8. *vers. non
46 obstat par.* 5. *rec.* Et ea semper fieri debet interpretatio, † per
quam *Instrumentum*, *& Capitula*, reducantur ad concor-
diam, etiam improprtiando verba, Crauett. *cons.* 70. *num.* 5.
Dec. *consil.* 194. *num.* 3. Paul. de Mont. Pic. *cons.* 52. *num.* 18.
Torniel. *cons.* 49. *nu.* 35. Rota coram Merlin. *dicta decis.* 608.
nu. 14. 15. *& in Pisauren. Donationis* post Merlin. *de legitim.
decis.* 172. *num.* 23.

Confirmantur prædicta ex sententia Executoris, qua con-
cessio confirmatur vsque ad tertiam generationem inci-
piendam à filijs; ad cuius formam Instrumentum censetur
stipulatum, vt in terminis concessionis Emphyteusis, quod
47 † præsumatur facta, vt cantat *Sententia Executorum*, &
iuxta præcedentem tractatum, cùm à primordio tituli poste-
rior formetur euentus, Modern. Eugubin. *contr.* 135. *n.* 44.
Rota coram Gregor. *decis.* 522. *num.* 6. *& decis.* 663. *num.* 23.
part. 1. *recent.* Alias in parte alterata careret Apostolico be-
neplacito, nec ideò deberet attendi, vt in specie, quod
48 † ideò sit attendendus tenor beneplaciti, non Instrumen-
tum, dixit *Rota in vna Senen. Pradij* coram Seraphio. *dec.*
868. *per tot. confirmata coram Gipsio* 7. *Maij* 1590.

Nec intrat præsumptio alterius plenioris confirmationis
49 ex cursu temporis, † quàm aliàs, vbi beneplacitum Apo-
stolicum producitur à Domino directo, admisit Rota *dec.* 14.
num. 40. 41. *par.* 6. *recent.* cum illa sublata fuerit ex Constitu-
50 tione † felic. rec. Vrbani VIII. vt sæpiùs responsum fuit;

& signanter *in Leodien. Dominij* 25. *Iunij* §. *fin. coram Emi-
nentissimo Card. Corrado*.

Quibus etiam accedit subsecuta obseruantia optima in-
terpres intentionis contrahentium, *cap. inter dilectos vbi glos.
verb. ex forma de fin. Instrum.* Felin. *in cap. super litteris n.* 9.
& 10. *de rescript.* Existentibus enim in rerum natura vno eo-
demque tempore descendentibus masculini sexus, † & fœ- 51
minini, his semper exclusis, licet in pari gradu, illi inte-
grum Casale possederunt, vt alias in simili concessione pon-
derauit *Rota in Mantuana, seu Senogallien. Bonorum super
bono iure* 14. *Martij* 1646. §. *fin. coram Reueren. P. D. meo
Meltio*.

Nec obstant adducta in contrarium, quia asserta Capitu-
lorum obscuritas, vt illa verba, *Comminciando da suoi figlioli*,
possint intelligi quoad tempus concessionis, † repugnat lit- 52
terali eorum sensui, & tanquam immediatè adiecta genera-
tioni, eam solùm qualificant, Surd. *cons.* 160. *num.* 64. 269.
num. 19. *& cons.* 271. *num.* 68. Nec vllatenus referri possunt
ad initium concessionis, de quo † discreta fit mentio, vt 53
ibi, *la qual concessione habbia da cominciare dal giorno di
Sant' Angelo*. Surd. *cons.* 426. *num.* 1. *cons.* 554. *num.* 7. *&* 8.
Adden. ad Gregor. *decis.* 301. *num.* 18.

Narratiua Notarij, & dispositiua Instrumenti, vel sunt,
vt supra reducenda ad concordiam cum Capitulis, † vel eo 54
postposito, etiam vti extente beneplacito Apostolico in par-
te alterata, illis est inhærendum ex prællegatis.

Ad Instrumentum confirmationis eadem paret responsio,
cæteræ verò enunciatiuæ non minus concordant † cum In- 55
strumento, quam cum Capitulis, vt ex earum lectura pa-
tet; Nec est admittenda præsumpta mutatio voluntatis ex
cursu temporis, cum Instrumentum fuerit celebratum rela-
tiuè ad Capitula, ac in illorum exequutionem, quo casu,
non aliàs censetur † recessum, quàm si delata fuerint, vel 56
id partes expresserint, Thesaur. *dicta qu.* 1. *nu.* 67. vbi quod
non attenditur interuallum, quando Instrumentum fit in 57
vim præcedentis conuentionis, Crauett. *cons.* 166. *num.* 2. vbi
quod interuallum non obstat repetitioni, quæ fit ex relatio-
ne Mantic. *d. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 11. Merlin. *d. decis.* 608.
num. 20.

Argumentum intraturæ cum non respiciat substantiam
contractus, Batt. *in l. si mihi, & Titio ff. de verbor. oblig.* Reo-
dan. *de reb. Eccl. non alien. qu.* 2. *cap.* 22. *nu.* 3. Ricc. *in prax.
Emphyt. Eccles. respons.* 158. *num.* 3. *par.* 2. non contrariatur
† Capitulis, in quibus solùm prohibetur mutatio in substan- 58
tialibus, & ex speciali declaratione superinde facta, oritur
argumentum continuatæ voluntatis, quoad non expressa,
Ruin. *consil.* 112. *nu.* 3. *lib.* 5. Soccin. sen. *cons.* 96. *num.* 2. *lib.* 1.
Becc. *consil.* 74. *num.* 23. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.*
18. *num.* 6.

Cæterùm quod correspectiuè ad promissa per Ioannem
Baptistam, concessio latè debeat interpretari, † respon- 59
sum fuit, hoc solùm in dubio procedere posse, secus in cla-
ris, & potius † in ambiguis fauori priuatorum præualere 60
debet fauor Ecclesiæ, Felin. *in cap. nonnulli num.* 13. *de rescr.*
Bald. *in cap. in præsentia col. penult. de probat. & in l.* 2. *nu.* 11.
C. de iur. emphyt. Grat. *discept. for. cap.* 295. *num.* 10. Tiraq.
de pia caus. priu. 98. *in fin.* Rota *decis.* 454. *n.* 4. *par.* 1. *diuers.
& dec.* 97. *num.* 12. *par.* 7. *rec.*

Siuè igitur concessio controuersa *sit locatio*; vt demùm
opponebant informantes pro Robertis, siuè *Emphyteusis*,
cùm pro vtroque contractu plures hinc inde † vigerent præ- 61
sumptiones, & coniecturæ, sat est ad illorum exclusionem,
quod facta fuerit *ad tertiam generationem masculinam*, sub
qua masculi † ex fœminis non continentur *etiam in locatio-* 62
ne, cùm non spectetur natura contractus, sed forma stipu-
lationis, *Rota in Rom. Domus* 22. *Aprilis* 1644. *coram Emi-
nentiss. Card. Cecchino*, *&* 19. *Iunij* 1645. *coram Eminentis-
simo D. Cardinali Otthobono*, *& fuit dictum in supracitata de-
cisione huius causa alias edita coram me in* §. *finali*.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ZARATE.

Sancti Seuerini Pecuniaria.

Die Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Restitutiò in integrum, vt concedatur aduersus
rem iudicatam, concludenter, & clarè debet
constare de illius nullitate, vel iniustitia, obser-
uan-

uantia diuturna, quid operetur. Fides extraiudicialis, quando probet. Nouatio, vt possit dici inducta quid requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem indicatam, vt detur, quid requiratur.*
2 *De iniustitia sententia dari non potest, si ex ea constet de iustitia.*
3 *De iniustitia sententia, quando non constat, cessat restitutio in integrum.*
4 *Exceptio non traditionis retardat executionem obligationis Cameralis.*
5 *Clausula,* Constituti, *transfert veram possessionem.*
6 *Obseruantia diuturna operatur, vt omnia in contractu vsque ab initio adimpleta præsumantur.*
7 *Fides extraiudicialis licet non probet, setus tamen est si adminiculis sit suffulta, & num.8. & 9.*
10 *Executori deputato attestanti de re ad officium suum pertinente, credendum est.*
11 *Iactare suum, nemo præsumendum est, quod voluerit iactare.*
12 *Liberè tradita, quando aliqua res non dicatur.*
13 *Nouatio contractus, vt dicatur facta quid requiratur.*
14 *Nouatio inter diuersas personas locum habere non potest.*
15 *Fides extraiudicialis regulariter non probat.*
16 *Et hoc maximè, si facta sit lite pendente, & sine citatione partis.*
17 *Probatio illa est vana, dum fit per ea, quæ illam excludunt.*
18 *Fratres vtrinque coniuncti præferuntur ex vno latere tantum in successione fratrum.*

D E C I S I O XXXV.

NOn constare de causis restitntionis in integrum DD.
responderuot, quia aduersus rem iudicatam ex capite
iniustitiæ non datur, nisi clarè, & concludenter de iniusti-
1 tia appareat, † vnde læsio desumitur, *l. nam postea §. ac si*
maior ff. de iur. iur. l. si ex causa iudicati 10. ff. de minor cap.
ex litteris, vbi Innoc. *sub num.7. vers. ego non credo de in int.*
rest. coram Buratt. *dec.223. num.4. Rota in Ferrarien. Pensio-*
nis 2. Martij 1646. in princ. coram Reuerendiss. D. meo Deca-
no, & in Romana Vinea de Granuella 26. Iunij 1648. §. resti-
tutio coram Eminentiss. Corrado, & Vladislauien. Admini-
strationis 20. Nouembris eiusdem anni in fin. coram bon. mem.
Arguelles. Tantum verò abest, vt de ioiustitia mandati A.
2 C. doceatur, vt potius de iustitia appareat ex publico traosa-
ctionis Instromento cum obligatione Camerali inter Seueri-
oum Manuzzinum, & M. Antonium eius filiom ex prima
vxore susceptum, & iam emancipatum celebrato, in quo
idem M. Antonius ea pecunia, tam soluta, quàm ei soluen-
da incomputum maternæ dotis ab illis de Pattigelphis Em-
ptoribus qoarundam terrarum à Seuerino venditarum
omne æs alienum solnere promittit Seuerini Patris: Iste
verò filio pro sua reintegratione insolutum tradit tria Præ-
dia io vocabulis, *del Campagnano, del Cupo, e della Fon-*
te noua. Cùm postea M. Antonius scuta dumtaxat 500. in
causam suæ promissionis erogasset iustè contra ipsum instan-
tibus Hieronymo, & fratribus de Manuzzinis d. Seuerini
ex secundo Matrimonio filijs ab A. C. mandatum execu-
tiuum soluendi residuum æris alieni paterni, vel ad effectum
3 deponendi reliquam summam pro illius solutione † relaxa-
tum fuit: Vnde prætensa iniustitia cessat, & proinde etiam
in integrum restitutio, *l. penult. vbi glos. in verb. necessarium*
C. si aduers. rem iud. Rota in d. Romana Vinea de Granuella
d. §. restitutio vers. quare prorsus coram Eminentiss. Corrado,
& in Piscien. Beneficij 20. Nouembris 1651. §. nam quando sen-
tentia coram me.
4 Nec obstare visa est exceptio † non traditionis dd. Præ-
diorum apta etiam retardare obligationis Cameralis execu-
tionem, Grat. *discept. for. cap.451. num.3.4. & 7.* Maur. *de so-*
lut. cap.44. num.3. Quoniam traditio comprobata remaoet,
5 tùm ea clausula, *Constituti*, † per quam vera possessio in
Emptore translata fuit, Barbos. *claus. 31. num. 2. & per tot.*
Rota *decis.151. num.12. part.6. & decis.261. num.15. par.7.*
recentior. & coram Buratt. *decis.345. num. 2.* Tùm ex diu-
6 turna transactionis obseruantia, † per quam singula adim-
pleta censentur, Rota *decis.254. num.6. part.7. recentior.* cum
alijs adductis *in Barchinonen. Parochialis, seu Vicaria 10. Fe-*
bruarii 1645. §. tum quia coram Eminentissimo Corrado.

Accedunt attestationes, ex quibus ostenditur M. Anto-
oium possidere prædia, de quibus agitur, & illæ quamuis
† extraiudiciales probationem constituunt vti suffultæ ad- 7
miniculis, Rota *decis.158. num.12. part.1. decis.136. num.6.*
decis.162. num.3. & 4. par.5. recent. & decis.297. num.1. co-
ram Coccino, ex quibus illud primum occurrit, quod super
prædio, *del Campagnano*, facta fuit executio vigore man-
dati ab A. C. ad instantiam Nicolai Carletti Creditoris d. M.
Antooij relaxati, ex † huiusmodi enim executione per pu- 8
blicum executorem facta æstimari potest bona possideri ab
eo qui passus est executionem, Rota post Modern. *de manu-*
tent. decis.334. num.2. & in Romana Census 14. Decembris
1648. §. adminicula coram bon. mem. Arguelles, in nihilo fa-
cieote responsiones, quod mandatum relaxatum fuerit con-
tra † Seuerinum pro debito ab ipsomet contracto, ideòque 9
soper d. Prædio tanquam proprio executio fieri potuit. Nam
contrarium habetur tam ex notula, seu libro Notarij, in quo
expeditiones faciendæ adnotantur, ibi fiat mandatum exe-
cutiuum extra Curiam pro D. Nicolao Carletto, contra D.
M. Antonium Mantizzinum de Ciuitate Sancti Seuerini
pro florenis 94. debitis vigore Instrumenti facti die 13. Mar-
tij 1631. Quam ex executoris relatione, ibi, Vigore
mandati Illustriss. D. A. C. fecisse executionem super
Grano existente in possessione D. M. Antonij Manozzini
in Contrada Campagnano, executori enim referenti circa
† concernentia officium snum deferendum est, Rota coram 10
Buratt. *decis. 196. decis. 363. vtrobique num. 1. & decis.*
675. num.3.

Secundùm, quod idem M. Antonius in prædicti Instrumen-
ti transactionis executionem soluit quasdam pecuniarum
sommas, & præcipuè sc.150. Quintilio Puccitello. Nec
credendum d. pecunias persoluere, seu iactare voluisse, si re
vera huiosmodi bona insolntum data non recepisset, *ex reg.* 11
eex. in l. cum de indebito 25. vers. qui non soluit ff. de probat. l.
qui vas, §. vocare ff. de furt. cum similibus.

Tertium, resultat ex protestationibus Iudicialibns præ-
nominati M. Antonij pro solutione, & adimplemento pro-
missorum conuenri asserentis ad nihilum cogi posse, non
alia ratione, nisi quia Prædia libera non forent, sed suppo-
sita Censibus, pro quibus Iudex in suspenso scut. 100. reli-
quit. Istæ autem protestationes necessariò antecedentem
Prædiorum traditionem supponunt, † dum dicitur Prędia 12
non fuisse liberè tradita, ex addnctis per Purpurat. *cons.466. n.*
17. Rota *dec.207. num.2. & 3. par.2. diuers.*

Non vrget prætensa nouatio elicita ex eo quatenus Seue-
rinus Pater Prædium della Fonte noua, postmodum Mariæ
filiæ io Dotem assignauerit, & alterum del Campagnano
in Instromento diuisionis Nicolao alteri filio tradiderit,
adeòque ex hisce actibus traditio dd. Prædiorum M. Antonio
facta excludator; Nam prætetquam † quod nouatio non 13
nisi enixa voluotate verbisque expressis ex Iustinianea deci-
sione inducitur, *vt in l. fin. C. de nouat. vbi gloss. & DD.*
Honded. *consil.401. num.10. & seq. lib.2.* Gabr. *consil. 155.*
num. 17. lib.1. & cons.155. num.17. lib.1. & cons.170. lib.2.
Surd. *cons.149. num.1.* Grat. *discept. for. cap.509. nu.10.* Gut-
tier. *de iur. confirm. 1. cap.63. num.1. & 2.* atque inter diuer-
sos eidem † nouationi non est locus *d. l. fin. C. de nouat.* vbi 14
Bald. *in princ. gloss. in §. præterea vers. noua persona in-*
stit. quibus mod. oblig. toll. Mantic. alios referens *de tac.*
& ambig. lib.17. tit.3. num.3. & tit.6. num.6. Rota coram
Crescent. *decis.4. de solut. num.1.* Nec assignatio Prædij della
Fonte noua Mariæ filiæ facta † beoè probatur ex fide ex- 15
traiudiciali data, cum fidem non faciat *l.3. §. idem diuers. ff.*
de testam. Rot. *decis.714. num.15.* coram Merlino. Præser-
tim cùm pendente lite, & sine † partis citatione emana- 16
uerit Rota coram Seraph. *decis.1423. num.3. & decis. 82. nu.*
15. par.7. recent.

Minusque altera assignatio Prædij del Campagnano Ni-
colao facta iustificatur ex diuisionis Instromento, inmò po-
tius excluditur, dum ibi Prædium esse † M. Antonij Seue- 17
rioni asserit, & à se in causam alimentorum ipsius M. An-
tonij Furiosi retineri. Et quamuis posteà subdet post eius-
dem filij Furiosi obitum ad Nicolaum spectare, hoc ad abun-
dantiorem cautelam egit, & ad effectum remouendi fu-
turas altercationes inter filios vtriusque Matrimonij,
declarando, quod Hieronymus, & cæteri fratres filij
secundi Matrimonij, nihil vnquam prætendere pote-
rant super eo Prædio, veluti M. Antonio primi Ma-
trimonij filio assignato, & in quo Nicolaus vtrin-

18 que cooiunctus succedebat, † oon autem alij filij solum consanguinei, *iuxta tex. in §. si igitur defunctus Auth. de hered. ab intest. venien.* Paris. *cons.* 110. *num.* 47. *lib.* 4.
Et ità, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi.

Die Lunæ 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Testator si disponat, quod in concursu masculorum, & fœminarum debeant præferri masculi runc non extantibus masculis fœminæ censentur vocatæ, quod procederet, etiamsi adessent masculi, sed non faciunt instantiam admitti, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Nullitas opposita, dum ex facto ipse cessat, non relevat.*
3 *Sententia à Iuris dispositione recipit interpretationem.*
4 *Sententia difformitas ex quo tollatur.*
5 *Ex Partis confessione benè conuincitur, id quod per ipsum disponitur.*
6 *Immissio etiam datur hæredi fideicommissario in bonis fideicommissarijs vigore l. fin. C. de Edict. Adr. toll.*
7 *Sententia iustitia bene iustificatur ex decisionibus in causa emanatis.*
8 *Masculus, quod in concursu fœminarum, debeat habere prælationem, tunc si non concurret masculus, intrant fœminæ.*
9 *Quod procedit etiam adessit masculus, sed non facit instantiam admitti.*
10 *Masculi, quando sunt vocati cum fœminis, data prælatione masculis, tunc non data consideratione agnationis.*
Sanè non attenditur, an masculus proueniat ex linea masculina, vel fœminina, & num. 11.
12 *Prælatio masculorum apposita in substitione filiorum, an censeatur repetita in substitutione transuersalium.*
13 *Et maximè, si dictæ substitutiones sub vnice periodo, ac verbo eodem, regantur.*
14 *Fideicommissum ex voluntate Testatoris, quando dicatur indiuiduum.*
15 *Decis. 151. part. 1. & decis. 107. part. 6. recent. declarantur.*
16 *Legitima detractioni non est locus, quando constat quod filius hæres fecit plures alienationes bonorum.*

DECICIO XXXVI.

SEnteotiam Rotalem Io: Felici descrentem immissionem in bonis Pantasileæ Auiæ ex vtroque validitatis, ac iustitiæ fundamento hodiè Rota decreuit confirmandam eius
1 namque validitas † ex Actorum reuolutione dignoscitur, & perperam impugnatur, siuè ex non facta antè sententiam productione testamenti, vndè fideicommissum atque Prælatio Io: Fælicis fauore desumitur, vel quia eadem sententia condemnationem ad fructus præseferat indefinitam, ac consequenter includat exactos ex bonis à mulieribus retinen. pro legitima: necnon etiam contineat deformitatem à decisiooibus editis antea pro iustificatione seotentiæ, in qua legitimæ dumtaxat detractio reseruatur, cùm tam in Decisionibus asseratur eamdem competere. Quinimmò io sententia decernatur immissio, nedum in bonis hæreditarijs Pantasileæ de tempore obitus, sed in alijs quoque subrogatis vice aliorum detractorum ex ipso fideicommisso.

Siquidem prima nullitatis exceprio, non producti, videlicet, testamenti ante senteotiam visa fuit ex facto corruere,
2 dum ex Actorum reuolutione conuincitur † ipsius à Cletia, atque Virgioia facta productio. Condemnatio verò fructuum habita indefinitè in sententia refertur ad exactos dumtaxat ex portione booorum restituendi secundùm Iuris
3 dispositionem, † à qua declarationem regulariter recipit eadem sententia, *vt in c. dilectus de off. ordin.* Aym. *cons.* 74. *num.* 90. & his terminis *Rota in Romana Vineæ* 22. *Iunij* 1593. *coram Orano, & in decis. 66. num. 3. par. 2. rec. & in Romana fideicommissi de Campagnolis* 8. *Febr.* 1649. *§. non obstat, coram R. P. D. meo Peutingero, & in Rom. Subhast.* 1. *Iunij* 1651. *cor. R. P. D. meo Bichio in penult.* Altera verò nullitas, siue ex deformitate deducatur, excluditur ex reseruata in decisionibus legitima importante idem ius retinendi ipsis in sententia relictum, † quæ proindè ab eisdem perperam impugna- 4
tur dum maiorem ex retentione rettahunt vtilitatem, quam in Iure agendi in decisionibus reseruato pro consecutione legitimæ ad *tex. in l. per retentionem C. de Vsur. & in l. Paulus, & in l. purè ff. de doli exequut.* Aym. *cons.* 6. *num.* 98. Ruin. *cons.* 66. *num.* 17. *lib.* 1. Ceph. *cons.* 658. *num.* 22. Rota *decis.* 295. *num.* 2. *part.* 2. *diuers.* siuè petatur ex immissione concessa in bonis subrogatis, nullius pariter roboris esse censetur io casu † proposito, quo ex ipsarum mulierum 5
confessione conuincitur subrogatio bonorum expressa, io quibus ex † *remed. l. vlt. C. de Edict. D. Adr. toll.* de- 6
cerni debet immissio, prout de cæteris in tempore obitus à fideicommittente possessis, ad *tex. in l. Imperator, §. cum autem,* vbi Bart. *in princ. ff. de leg.* Castrens. *cons.* 326. *part.* 1. *num* 2. Alex. *cons.* 40. *num.* 10. *lib.* 3. & *cons.* 186. *num.* 5. *lib.* 5. Peregr. *de fideic. art.* 44. *num.* 28. Rota coram Buratt. *decis.* 229. *num.* 9. & *in Romana locorum Montium* 3. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio in §. quibus non aduersatur, & in Fanen. bonorum* 10. *Iunij* 1648. *§. minus attenta fuit coram bon. mem. Arguelles.*

Iustitia verò sententiæ † conuincitur ex tribus decisioni- 7
bus antecedentis Instaotiæ R. P. D. mei Zarate affabrè editis, quibus bonorum identitas ostenditur, ac fideicommissum à Pantasilea institutum, nec non Io: Fælicis fauore purificatum ex ipsismet verbis Testamenti deferentibus semper † mascu- 8
lis prælationem io coocursu fœminarum, es quibus debet Io: Felix Virginiæ matri, & Cleriæ Matertetæ in humanis licet adhuc degen. præferri, dum nulli alij concurrunt masculi pro prælatione Instantes, vt latè probat Peregr. *de fideic. art.* 27. *n.* 5. *ad med. cum seqq.* Fusar. *de subst. quæst.* 379. *nu.* 31. & 34. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 1. & 2. perspecta potissimum dictio oe illa, *semper*, quæ masculo licet remotiori prælationem attribuit respectu fœmioarum proximarum
† in gradu, *iux. gloss. communiter recept. in l.* 1. *vers. sem-* 9
per, ff. sol. matr. not. Peregr. *cons.* 44. *num.* 28 *lib.* 1. & *de fideicommissis art.* 27. *n.* 2. Pancirol. *cons.* 91. *n.* 20. & *alij relat.* per Grat. *discept. for. cap.* 621. *n* 18. & 19. Rot. *dec.* 9. *n.* 1. *diuers.*

Neque vrgere visa fuit origo Io: Felicis ex fœmina proueniens, non autem ex † masculo quoties enim de materia 10
indifferenti, vt in proposito casu agatur, nec fuit ratio agnationis contemplata in institutione fideicommissi masculus descendens ex fœmina masculorum appellatione continetur, vt aduertit Soccin. iun. *cons.* 2. *num.* 11. *lib.* 3. Honded. *cons.* 15. *nu.* 29. *lib.* 2. Mant. *de Coniect. lib* 8. *tit.* 8. *num.* 20. Peregr. *de fideicom. art.* 26. *num.* 15. *cum seqq.* Fusar. *de subst. quæst.* 404. *num.* 7. *cum seq.* Rota *decis.* 15. *num.* 2. *part.* 2. *diuers.* & *in Bononien. successionis* 4. *Maij* 1646. *§. sed quatenus, & 17. Iunij 1647. in §. fateor, cum seq. coram R. P. D. meo Bichio,* vbi prætetea inconueniens † ex prælatione filij matre prohabi- 11
ta ponderatum penitus cessare firmatur quoties Testator primum gradum successionis in proposito casu masculis detulit, & fœminas successiuè vocauit.

Non obstat, † quod prælatio masculorum in substitutio- 12
nibus descendentium vnicuique dumtaxat ex filijs facta fuit, non autem in substitutione traosuersalium, de qua nunc agitur repetita legatur, qoooiam ex Testamenti lectura dignoscitur testatricem descendentiam suam masculinam, † ac 13
fœmininam sub vnico periodo vocasse ad fideicommissum, eidemque reciprocè substituisse attributa tamen masculis semper prælatione, cuius virtute debet qualitas masculina in substitutione descendentium æquè, ac traosuersalium in omni causa, & quandocumque præferri, vt tradit idem Peregr. *ad d. art.* 27. *num.* 2. Paris. *cons.* 90. *num.* 28. & 29. *lib.* 2. Decian. *consil.* 1. *num.* 258. Pancirol. *cons.* 91. *num.* 20. idem Peregr. *cons.* 44. *in fin.* itaut Ioannes Fælix admitti proindè debeat non solum ad portionem Curtij Auij, sed etiam Fabij ob prædecessum † Hilarij eiusdem filij, sine filijs, 14
vt aduertit Gabr. *cons.* 132. *num.* 56. *lib.* 1. Rota *decis.* 700. *in fin. part.* 1. *recentior.* & *in Interamnen. fideicommissi* 14. *Decembris* 1646. *§. ponderando coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio.*

Non obstant in contrarium † allegata in *decis.* 151. *par.* 15
1. & *decis.* 106. & 107. *par.* 6. *recent.* dum in ijsdem decisionibus, nec masculi vocati fuerant, oeque in Testamento eorumdem sancita prælatio.

Iustitiam denique sententię non arguit denegata detractio le-

legitimæ ex persona Scipionis Iacobi Antonij, atque Domi-
nici filiorum quoque Pantasileæ, quam sibi debitam esse
contendunt ipsæ mulieres, dum in sententia legitima reser-
uatur ex persona Curtij, ac Fabij filiorum pariter Pantasi-
16 leæ, quoniam priorum legitimam ex † pluribus alienatio-
nibus constat remansisse consumptam recensitis in decisioni-
bus editis coram bon. mem. Arguelles *sub diebus 8. Iunij,
& 23. Ianuary* 1648. à cuius consecutione dd. legitimæ
fuerunt mulieres sine merito exclusæ in sententia.
Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Macerateñ. Hæreditatis.

Die Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Hæres fideicommissarius non potest prætendere retentionem bonorum, si ipse alienauerit ex dictis bonis, sed asserit non esse sufficientes pro suis detractionibus, sed agere debet Iudicio ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Pro fideicommissario, quod semper fuit agnitus fundus, & vti talis fuit possessus, an dicatur talis.*
2 *Filio hæredi fideicommissario, debetur legitima, & Trebellianica.*
3 *Legitima, quando iam fuit consumpta, peti amplius non potest.*
4 *Hæres sine beneficio legis, & inuentarij, alienando bona hæreditaria, dum intendit detrahere aliquid sibi debitum, quid probare teneatur, & n.5.*
6 *Et præsertim eidem incumbit onus probandi contrarium, scilicet negatiuam, & amplia nu.7.*
8 *Pro iustificatione status hæreditarij non sufficit descriptio bonorum facta post longum tempus ab obitu Testatoris.*
9 *Cum dictus status, stante longo tempore potuit esse immutatus.*
10 *Et hoc maximè probatis alienationibus medio tempore factis.*
11 *Alienatio bonorum facta ab hærede grauato, quando ex eiusdem hæredis confessione constet fuisse factam vigore suarum detractionum, quando constet.*
12 *Hæres alienando bona fideicommissaria, dicitur consumpsisse suas detractiones.*
13 *Et ipse hæres prætendat tales detractiones non esse sufficientes Iudicio ordinario experiri debet, & num.14.*

DECISIO XXXVII.

FVerat fratribus de Adrianis sub die 27. Iunij 1653. de-
creta manutentio in Prædij medietate, vulgò Montis
Luperi, quia possessores anteriores declarati fuerunt ab Ad-
uersarijs coram Iudice instantibus pro immissione, ac suc-
cessiuè eorundem fratrum expulsione. Hac verò decisione
ad disputationis trutinam reuocata Domini demandarunt,
vt super bono Iure partis vtriusque consulerem, &
illud eisdem fratribus de Adrianis assistere hodiè res-
ponderunt.
Probatur enim, nec exaduerso controuertitur prædium,
de quo agitur, ex hæreditate Prosperi senioris oneri tamen
fideicommissi suppositum prouenire, & vigore diuisionis ab
ipsius filijs habitæ de anno 1579. medietatem eiusdem Prædij
Claudio cessisse, pro altera verò dimidia Hieronymo cui si-
ne filijs præmortuo successisse fratres Paulum, videlicet,
Adrianum, & Claudium, ex huius verò obitu sine filijs de-
latam pro dimidia ex persona Pauli Prospero iuniori, ac pa-
tri Octauij, & fratrum de Adrianis modo agentium, qui
1 dum Prædium semper agnitum fideicommisso obnoxium, &
ex eodem titulo possessum ostendunt, bonum proindè ipso-
rum ius super ea Prædi medietate legitimè concludunt, vt
respondit *Rota in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 18.
Maij 1648. *coram Reu. P. D. meo Meltio, & pluribus relatis
auctoritatibus in Bononien. fideicommissi de Fornasarijs* 1.
Aprilis 1650. §. 1. *coram me.*
2 Neque ius bonum excluditur ex † detractione legitimæ,
& Trebellianicæ fratribus de Troylis debitæ tanquam hære-
dibus Claudij, Hieronymi, & Adriani, dum ipsi Prædium in
territorio Ciuitatis Nouæ constitutum in vim diuisionis
prædictæ delatum fuit Adriano, ex cuius proindè persona
agere nequeunt Troyli ad legitimam † in Prædij delatione 3
consumptam ad *tex. in l. nulla C. de solut.* Alexand. *cons.* 17.
num. 3. *lib.* 1. Surd. *cons.* 145. *num.* 14. *& sequen.* Peregr. *de fi-
deic. art.* 36. *num.* 29.
Ex persona verò Hieronymi, & Claudij ius retentionis
in Prædio controuerso, neque potuerunt † experiri post- 4
quam illi sine beneficio inuentarij hæreditatem Paternam
adierant, ac plura successiuè corpora fideicommissi distra-
xerant. Hinc enim alia adfuisse bona in hæreditate præsu-
mitur à grauatis hæredibus † subtracta, ex quibus detra- 5
ctiones ipsis competentes consumptæ fuerint, *iuxta text. in
§. sancimus authentica de hæredibus, & falcidia,* Rota co-
ram bon. mem. Vrgellen. *decis.* 360. *num.* 1. coram Merlino
decis. 265. *num.* 9. *& in Reatina successionis 9. Iuny* 1644. §.
*quia sola coram R. P. D. meo Meltio, & in pluribus alijs relatis
in Bononien. de Bologninis 2. Maij* 1653. §. *in bonis pariter co-
ram R. P. D. meo Celso.* Itaut eisdem incumbat onus proban-
di contrarium prædictam, scilicet, negatiuam secundùm
Bald. *in l. cum de lege ff. de probat.* Natta *cons.* 199. *num.* 12.
& 138. *nu.* 9. Gratian. *discept. cap.* 570. *nu.* 15. *&* 20. cum alijs
relatis *in Perusina bonorum* 30. *Maij* 1650. §. *quo verò ad me-
dietatem in fine coram R. P. D. meo Cerro,* & per Adden. *ad
decis. Greg.* 262. *num.* 16.
Ab huius verò probationis onere fratres de Troylis non
redduntur immunes ex diuisione ab ipsis auctoribus † habi- 7
ta de paterna hæreditate, ex qua status ipsius quoque posset
desumi, ex traditis per Cyriac. *contr.* 5. *num.* 18. Cùm enim
hæc diuisio post nouennium, & sic longè post obitum patris
inita fuerit inter filios pro iustificando statu paternæ † hæ- 8
reditatis probando de tempore obitus nullatenus suffraga-
tur, vt ex Ruino, Decio, Surdo, alijsque auctoribus res-
pondit Rota *in Bononien. fideicommissi de Barbettis* 19. *Iunij*
1654. §. *prout constituunt detractiones dotium in principio co-
ram R. P. D. meo Bichio,* com alijs relatis per *Modern. Cre-
mon. resolut. practic. cap.* 124. *num.* 5. *&* 125. *num.* 4. & ratio
potissima ea videtur esse, quod ipsa diuisio probare quidem
potest diuisa † bona in patrimonio partis diuidentium exti- 9
tisse, non autem quod alia relicta non fuerint à patre, ex qui-
bus detractio competens † diuidentibus consumpta non 10
fuerunt.
Nec ipsis poterit suffragari † bona fides alienantium 11
deducta ex confessione quo eadem fieret pro iure legitimæ,
& Trebellianicæ. Bona quippè fides non tollit præsumptio-
nem ex non confectione inuentarij, ac subsequutis succes-
siuè † alienationibus resultantem, vt aliæ præcesserint 12
alienationes, de quibus non constat alia bona non adfuisse
donec contrarium concludenti ratione concludetur, vt res-
pondit *Rota in Bononien. fideicommissi de Glauarinis* 10.
Dec. 1638. *coram R. P. D. meo Terraconen.*
Præterea dum etiam ex alienantium confessione probatur
ad computum legitimæ, & Trebellianicæ † actas per ipsos 13
alienationes Troyli successores supplementi dumtaxat credi-
tores in Iudicio ordinario † poterunt experiri, non autem 14
ius retentionis opponere, vt notat Alex. *cons.* 128. *num.* 5.
lib. 1. Rimin. iun. *cons.* 539. *num.* 35. Marescott. *variar. lib.* 2.
cap. 121. *num.* 15. *cum seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 198.
num. 16. *cum seq.* Rota *decis.* 184. *num.* 1. *&* 2. *part.* 4. *diuers.
& decis.* 368. *num.* 13. *par.* 5. *recent. & decis.* 291. *nu.* 7. *par.* 7.
& in Amerina Castriguardia 16. *Ianuary* 1641. §. *videlicet,
confirmata* 4. *Marty eiusdem anni,* §. *nihilominus, coram
Reuerendiss. Terraconen.*
Denique ius retentionis assequi nequeunt vigore dotis
maternæ secundæ, videlicet, vxoris Prosperi † fideicom- 15
mittentis, postquam in prædio Ciuitatis Nouæ per Adria-
num eiusdem auctorem quæsito eadem dos consumpta di-
gnoscitur.
Et ita vtraque parte Informante decisum.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Arimineñ. Fideicommissi.

Die Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Ad fructuum restitutionem, certè ille tenetur, ad quam fuit condemnatus vigore sententiæ, & maximè in iudicatum transactæ, quæ ha-

betur pro veritate. Ad fructuum restitutionem de quo tempore sit facienda,

S V M M A R I V M.

1 *Ad fructuum restitutionem sine dubio quis tenetur, si ad eos fuit condemnatus per sententiam.*
2 *Sententia, quando transiuit in iudicatum ob non interpositam appellationem, habetur pro veritate.*
3 *Fructus, nisi à die petita manutentionis, in simplici interdicto summarissimi possessorij.*
4 *In Iudicio ordinario, & petitorio debentur fructus à die occupationis.*
5 *In Iudicio ordinario, & petitorio fructus sunt restituendi à die occupationis, vti damna, & interesse.*
6 *In spolio, nisi sit violentum, aut attentatum, non fit condemnatio ad restitutionem fructuum, nisi à die motæ litis.*
7 *Pro restitutione spolij, quando fuit actum, tunc à quo die sint restituendi fructus.*
8 *Appellatio litis continuationem inducit.*
9 *Lis, non dicitur finita dum fuit obtenta restitutio in integrum.*
10 *Res cum omnibus suis fructibus est restituenda.*
11 *Fructus bonorum stabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario.*
12 *Glos. in auth. perpetua in verbo, iuxta C. de Sacrosanct. Eccles. millies fuit secuta à Rota.*
13 *Testes, quando dicantur bene probare fructuum quantitatem.*
14 *Fructus dicuntur deductis expensis necessarijs pro illorum collectione.*
15 *Fructus, in iudicio etiam spolij dummodò non sit violentum, aut attentatum debentur illi qui fuerunt percepti, & non qui percipi potuerunt.*
16 *Dictio,* in circa, *quid importet, & comprehendit quid modicum, amplia n.17.*

D E C I S I O XXXVIII.

EXpedita à me causa ad fauorem illorum de Battaglinis non solùm super manutentione, sed etiam in petitorio præuia sententia diffinitiua super absolutione à molestijs sibi illatis per Georginos, & consortes, ex prætenso fideicommisso Caroli Mercati cum illorum condemnatione ad fructus Sum. eorumdem de Battaglinis *num. 1. & 2.* hodiè dubitatum fuit, An debeantur fructus, à quo tempore, & ad quam summam, & DD. responderunt, fructus deberi iuxtà modum infrà exprimendum.

Quod debeantur in dubium reuocari non potest, quia,
1 vt dictum est, in sententia Georgini, & consortes ad illorum restitutionem explicitè condemnati fuerunt, vt pluribus adductis auctoritatibus responsum fuit in *Mediolan. bonorum 19. Ianuarij 1650. coram bon. mem. Arguelles in princ.*
2 Quæ cùm transierit in iudicatum ob non interpositam appellationem, habetur pro veritate, & est exequenda, *l. res iudicata ff. de regul. iur.* Surd. *cons. 61. num. 2.* Rota *decis. 147. num. 6. part. 5.* & coram Buratt. *decis. 62. nu. 8.*
2 A quo tempore dixerunt Domini à die adeptæ † possessionis post eosdem Georginos, & consortes, vigore sententiæ ad eorum fauorem latè per Reuerendissimum D. meum Decanum: quia licet in simplici interdicto summa-
3 rissimi † possessorij non veniant fructus, nisi à die petitæ manutentionis, *ad l. 3. ff. de interd.* Faber. *in §. retinendæ num. 14. vers. item, & fructus instit. eodem tit.* Rota *decis. 317. num. 1. part. 1. & decis. 606. num. 1. part. 2. recent.* apud Post. *de manut. decis. 317. num. 4.* coram Duran. *decis. 222. num. 3. & in Bonon. bonorum 26. Februarij 1649. coram Eminentiss. Otthobono, §. fieri autem*; In Iudicio tamen ordinario, & petitorio, in quo prout hic, lata fuit senten-
4 tia absolutoria ad fauorem illorum de Battaglinis, † quæ titulum reducit ad non titulum, restituendi sunt omnes fructus percepti à die occupationis, vt post Roman. *cons. 454. num. 26. & 27.* consuluit Rimin. iun. *cons. 333. num. 21.* Natt. *cons. 533. num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 15. num. 150.* Seraph. *decis. 835. sub num. 2. vers. in Iudicio verò*, vbi quod
5 saltem peti possunt, † vt damna, & interesse, Rota *in recent. decis. 317. num. 2. & decis. 693. num. 1. in fin. vers. & est regulare part. 1. in Melevitana fructuum 8. Febr. 1649. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. nec illos, & plenius in dicta Mediolanen. bonorum, §. præterquam quod cum sequent. coram bon. mem. Arguelles.*

Nec refert, † quod in spolio, iuxta opinionem quam 6
seruat Rota, nisi violentum sit, vel attentatum, non veniant fructus, nisi à die motæ litis, vt alijs relatis responsum fuit in *Romana Domorum 25. Iunij 1646. coram Rev. P. D. meo Bichio, §. 1. cum seq. in Romana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram Eminentiss. Otthobono, §. in liquidandis enim iuncto, §. seq. & in Melevitana Territorij 3. Iunij 1650. coram me in fine.*

Quia præterquod hoc procedit, quando pro reuocatione spolij actum fuit interdicto possessorio reintegrandæ, † vel 7
retinendæ, in quibus terminis loquuntur Decisiones prædictæ, non autem quando prout hic actum fuit iudicio ordinario, & petitorio, vt distinguendo firmatur in dicta *Mediolanen. bonorum coram bon. mem. Arguelles, §. non obstat etiam*; Nos versamur extra hanc difficultatem, quia tempore quo Georgini possessionem occuparont, lis pendebat tanquam antecedenter introducta coram Prætore Ariminі, & ad Reuerendiss. D. meum Decanum deuoluta, atque subindè per viam appellationis, & restitutionis in integrum restaurata coram bon. mem. Boccabella, & deindè coram
me; † Appellatio enim litis continuationem inducit, vt 8
alijs relatis responsum fuit in *Barchinonen. iurisdictionis 8. Aprilis 1647. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio §. minus obstat in fine in Colonien. Vicariæ 24. Ian. 1653. coram R. P. D. meo Meltio §. neque subsistere, & prius in Eugubina Prædij 14. Iunij 1649. coram me §. Quia cum emanauerit*; Etiam si per negligentiam appellantis esset deserta, quia sufficit,
quod iustus de † causis concessa fuerit restitutio in inte- 9
grum, per quam reuiuiscit prima lis, Capyc. Latr. *decis. 68. sub num. 28.* Card. Seraph. *decis. 945. num. 3.* Rota *decis. 135.*
num. 6. par. 8. rec. Et sufficit, † vt res cum omnibus fructi- 10
bus perceptis restituatur, *l. necnon 28. §. fin. ff. quib. ex caus. minor. restit.* Cancer. *var. resol. tom. 2. cap. 1. num. 287.* Odd. *de restit. in integr. quæst. 45. num. 13.* & in terminis Card. Seraph. *decis. 1245. num. 2. & seqq. & Rota in dicta Romana Domorum coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio §. sanè contra.*

Quo verò ad quantitatem dicebant Informantes esse liqui-
dandam, iuxta taxam † legalem ad rationem quinque 11
pro centenario, secundùm *gloss. in Auth. perpetua verbo iuxta*
C. de Sacros. Eccles. quam † millies comprobauit Rota, 12
& signanter in recent. decis. 656. num. 2. part. 3. & alibi passim, facilius in proposito, quo testes relati *in dicto Summ. num. 3.* fructus ad hanc rationem ex bonis controuersis per-
cipi deponunt, qui † cùm loquantur de fructibus in certa 13
quantitate, nempè de annuis sc. 10. dicuntur deponere de-
ductis † expensis necessarijs pro illorum recollectione san. 14
mem. Gregor. *decis. 273. num. 3.* quam ità declarauit Rota *in rec. decis. 444. num. 5. part. 2. in Placentina Beneficij 27. Maij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen. sub §. non obstat, quod non deponant, & in Gerunden. Prioratus 29. Nouembris eiusdem anni coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio §. vltimo in fine.*

Verùm, quia *in Summ. sub num. 4.* exhibita fuit quædam locatio à Georginis facta ad rationem sc. 8. bononenorum 84. pro quolibet scuto, ad istam proindè quantitatem pro tempore, quo durauit prædicta locatio sunt condemnandi, quia Rota sequitur opinionem Zabarell. *in cap. gratum de restit. spoliat.* quod scilicet etiam in Iudicio spolij non violen-
ti, aut attentati † spoliator teneatur tantum ad fructus 15
perceptos, non autem ad eos, qui percipi potuerunt, *vt dictum fuit in allegata Romana Domorum in Burgo coram Eminentissimo Otthobono §. insuper ex quo*: Nil refragante, quod locatio loquatur de tribus Tornaturis in circa, sententia
verò condemnet ad quatuor, quia dictio illa, † *in circa*, 16
benè comprehendit Tornaturam tanquam quid modicum, *iuxta Theoricam gloss. in cap. 1. §. penult. verbo circa illud de Offic. ordin. in 6. cum concordantibus adductis in Romana Pensionis 19. Ianuarij 1646. coram me §. pen.* maximè quia non
constat, quod quarta Tornatura esset † separabilis, vel 17
separata ab alijs locatis.

Et ita resolutum fuit fructus deberi à die captæ possessionis per Georginos ad rationem scutorum decem annuorum ante, & post locationem, & scutorum octo bononenorum 84. pro tempore locationis vtraque, &c.

R. P.

R. P. D. ALBERGATO.

Aprutina Parochialis.

Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Præsentatio ad Iuspatronatus, quibus concurrentibus dicatur iuridicè facta. Et si spectet ad plures vti vniuersos qualiter sit facienda. Regula Cancellariæ de triennali, vt iuuet possessorem, est probandum, non solùm triennalis possessio, sed etiam, quod fuerit pacifica, & quid si non sit integra possessio, sed partis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium aliquod, quod sit vacans benè probatur ex confessione alterius partis, dum venit ex eadem vacatione.*
2 *Presbyteratus iustificatur ex literis patentibus Ordinarij.*
3 *ad Beneficium, quod quis sit habilis, probatur ex fide Examinatorum.*
4 *Beneficium, quod non excedat 24. Ducat. probatur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*
5 *Præsentatio, quod fuerit in tempore, ex quo doceatur.*
6 *Patroni Laici habent tempus quadrimestre ad præsentandum.*
7 *Deuolutio præsentationis ad iuspatronatus, ex non præsentatione in tempore, gradatim fit.*
8 *Papa aliud est, quod velit conferre beneficium vti deuolutum, & aliud, quod velit concurrere cum eius collatore.*
9 *Iuspatronatus, quando competit aliquibus vti vniuersis, qualiter tunc sit facienda præsentatio, & num. 10.*
11 *Ita vt tunc non sufficiat præsentatio aliquorum.*
12 *Et quid si eligantur procuratores ad præsentandum.*
13 *Præsentatio spectans ad plures, vti vniuersos, quando remaneat inutilis.*
14 *Præsentatio, quando est facienda per plures simul, sola consultatio, seu præambulum non habet vim præsentationis.*
15 *Regula de Triennali, vt sit locus debet integra triennalis possessio probari.*
16 *Quæ integra possessio, quando sit improbabilis.*
17 *Functiones Parochiales qualiter soleant distingui, & num. 18.*
19 *Regula de Triennali, vt sit locus, sufficit sola possessio Iuris spiritualis.*
Quæ tamen conclusio magnam recipit dubitationem, n. 10.
20 *Beneficium parochiale, quando quis pacificè dicatur possidere.*
21 *Possessor verus, & absolutus rei non potest dici, qui dimidiam partem possidet.*
22 *Mulier candida non potest dici nigra, si pedem nigrum habeat.*
23 *Possessor beneficij non potest dici pacificus, si minorem partem redditυum habeat.*
24 *Accidens non potest denominare subiectum, nisi ipsi subiecto conueniat in totum, vel pro maiori parte.*
25 *Possessor rei, quis dicatur esse, qui possidet rem principaliorem.*
26 *Et quid si simus in spiritualibus, & nu. 27.*
28 *Prouisus de Parochiali, cum conditione, vt infra annum faciat se promouere ad sacros Ordines.*
29 *An possit dici per dictum annum possidere spiritualia.*
30 *Beneficium Parochiale an quis dicatur pacificè possidere, si tantum spiritualia non, autem temporalia possideat.*
31 *Beneficia duo inter se continent, scilicet spiritualia, & temporalia.*
32 *Cura sola possessio, non sufficit pro vera possessione Beneficij Curati.*
33 Tex. in cap. licet canon. de elect. in 6. *strictè debet intelligi.*
34 Regul. Cancellar. de Triennal. *qualiter sit intelligenda.*
35 Text. in cap. commissa de elect. in 6. & alij DD. *quo casu loquantur.*
36 *Possessor simpliciter vt quis dicatur aliud est, & aliud vt quis dicatur possessor pacificus.*
37 *Possessor pacificus beneficij, quando quis possit dici, licet non possideat eius fructus, & num. 38.*
39 *Regula de Triennali Cancell. benigna interpretatione est sumanda.*
40 *Regula de Triennali non debet extendi contra verborum proprietatem.*
41 *Opinio aliqua, quando hinc inde est valde controuersa, cessat omnis difficultas, dum ex facto ipso ipsa tollatur.*
42 *Pars, quando aliquid pro vero admisit, non est aliud quærendum.*
43 *Fides extraiudiciales non releuant.*
44 *Confessione propria nulla maior est probatio.*
45 *Oeconomo non potest amplius beneficio dari, dum à prouiso fuit capta illius possessio.*
46 *de Iure tertij, quis dare non potest.*
47 *Citatio, contestatio litis, & similes actus, sunt merè Ciuiles.*
48 *Præscriptionis interruptio fit per actus naturales.*
49 *Interruptio naturalis præscriptionis omnibus prodest, & num. 50.*
51 *Beneficij possessio apud prouisum, quando nec naturalis, nec temporalis.*
52 *De iure tertij, quando quis dare possit.*
53 *Contra hæredem excipi potest, quod habeat cohæredem.*

DECISIO XXXIX.

ORta lite inter Achillem Pagliaronum Prouisum Apo-
stolicum, & Iosephum Gallum vti præsentatum à
Communitate Castri Montis S. Poli, de cuius iurepatrona-
tus existit Præpositura controuersa ibidem erecta sub titulo
S. Mariæ, & Pauli, hodie me proponente Achilli adiudi-
candam esse DD. responderunt, cuius gratia est in omnibus
iustificata, nam vacatio per obitum Narcisi Rainaldi vltimi
possessoris probatur ex confessione † Aduersarij venientis 1
ex eadem vacatione, Mantic. *decis.* 132. *num.* 1. Caual. *decis.*
55. *num.* 3. *decis.* 10. *num.* 2. *par.* 2. *& decis.* 20. *nu.* 1. *par.* 6. *rec.*
Achillis Presbyteratus ex † litteris patentibus sui ordinarij, 2
idem Mantic. *d. decis.* 132. *num.* 5. Buratt. *d. decis.* 255. *num.*
15. Eiusdem habilitas ex relatione † examinatorum Vrbis,
Penia *dec.* 1134. *num.* 5. Buratt. *dec.* 613. *num.* 6. Mellio. *decis.*
147. *num.* 2. Valor per non excessum ducat. 24. ex testibus de
publica voce † & fama deponentibus, Ægid. *decis.* 675. Put. 4
decis. 29. *lib.* 1. Caual. *decis.* 533. *num.* 6. Buratt. *d. decis.* 255.
num. 11. Ac demum deuolutio † ob non præsentationem fa- 5
ctam in tempore à d. communitate, quæ habita notitia vaca-
tionis, vt ex conuocatione statim superinde facta nõ præsen-
tauit intra quadrimestre, glos. *in Clem.* 1. *de suppl. neglig.* Prælat. 6
Franc. Marc. *dec.* 475. *n.* 18. *dec.* 1153. *part.* 1. Modern. Pisan.
de Iurepatr. part. 12. *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 4. Nec deuolutio est
gradatim iustificanda, † nempè à communitate Patrona ad 7
ordinarium, ab isto ad Metropolitanũ, & à Metropolitano ad
Sedem Apostolicam, quia cùm Prouisio Achillis simpliciter
loquatur vti de deuoluto, censetur Papa prouidisse iure præ-
uentionis, & concursus cum inferiori Collatore, licet secus 8
si prouidisset vti de deuoluto ad Sedem Apostolicam ad ter-
minos Concilij Lateranensis, iuxta magistralem distinctio-
nem Mandosij *ad reg. d. annali qu.* 90. *n.* 6. Gonz. *super reg.* 8.
Cancell. §. 2. *proœm. nu.* 3. *& seqq.* Garz. *de benef. par.* 20. *cap.*
3. *num.* 30. Add. ad Buratt. *dec.* 18. *nu.* 12. Rota *in Maioricen.*
beneficij 28. *Maij* 1635. *coram bon. me. Coccino, & in Regien.*
beneficij 29. *Ianuarij* 1654. *coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Nec releuat asserta præsentatio Galli, vi cuius fuit in-
stitutus ab ordinario Aprutino, nam vti facta à solo Prio-
re sine mandato totius vniuersitatis, nullius est roboris;
Quoties enim ius præsentandi † spectat ad aliquos vti 9
vniuersos, omnes, & singuli in vnum locum iuxta soli-
tum conuocati, † per secreta suffragia debent eligere, 10
& nominare præsentandum, ac constituere certum
Procuratorem ad faciendam præsentationem coram ordi-
nario, non autem sufficit † sola præsentatio, seu con- 11
uocatio Regentium, Io. Andr. *in cap.* 3. *de iurepatron.*
Lambert. *eodem tit. lib.* 2. *qu.* 2. *art.* 9. *num.* 2. Modern. Pi-
san. *qui supra part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 15. Rota *decis.* 295.
num. 6. *part.* 6. *decis.* 82. *num.* 2. 3. *& decis.* 302. *num.* 12. *par.* 7.
recent. & in Aquilana Iurispatronatus 24. *Ian.* §. *non obstat,*
& 4. *Iunij* 1646. §. *secundo tollitur coram Eminentissimo D.*
Card. Corrado, nisi Populus solitus esset eligere † antia- 12
nos, seu Priores penes quos sit omnis Populi potestas, *ad tex.*
in §. *Senatus Consult. Instit. de iure nat. gen. & ciuil.* Barbos.
& alij *in l. item eorum, & l. illum* §. *si decuriones ff. quod cu-*
iusque vniuers. nom. Feder. *cons.* 111. *collat.* 6.

Nec dicatur mandatum Vniuersitatis, seu etiam eius-
dem præsentationem otiri es approbatione partiti proposi-
ti ab vno es consiliatijs super dismembratione fructuum
dictæ Præpositurae in quinque partes, quatom doæ assi-
gnarentur Præposito, & aliæ tribus Capellanis, qui illum
in exercitio curæ adiuuarent, nominando in Præpositum
modo prædicto dictum Gallum, quia in huiusmodi resolu-
13 tione † fuit espresse præsentatum beneplacitum Apostoli-
cum, itaut aliàs pro infecta haberetur, quo propterea non
sequuto totus actus ob sui indiuiduitatem remansit inutilis,
nec ideò impediuit deuolutionem, *cap. cum in cunctis §. vlt. de elect.* Bellam. *decis.* 182. Garz. *de benef. par.* 8. *cap.* 2. *num.*
11. Lotther. *lib.* 2. *qu.* 24. *num.* 12. Modern. Pisan. *lib.* 8. *cap.* 6.
num. 24. *Rota in Firmana Capellaniæ 28. Aprilis 1651. §. quod tanquam coram Reuerend. P. D. meo Bichio*, & indè solùm
deduci potest quædam consultatio, seu præambulum ad præ-
14 sentandum, † quod non habet effectum veræ præsentatio-
nis, & nullum ius confert, *ex allegatis in Cameranen. Canonic. 19. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Priolo confirmata 19. Iunij eiusdem coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nullo igitur, ac inualido apponente titulo Galli minus
potuit allegare beneficium regulæ de triennali, cùm nec pro-
bauerit suam pacificam possessionem per integrum trien-
15 nium, immò es datis † in Sum. Achillis constat ei statim il-
latas fuisse molestias ab Illustriss. Cameræ Thesaurario, tam
in perceptione fructuum pro tribus es quique partibus,
quàm in ipsomet Iure spirituali, cùm iste deputauerit Ca-
pellanos, qui in eadem Ecclesia vnà cum præposito admini-
16 strarent Sacramenta, expensa Ceræ † distribui solitæ in
festo Purificationis à subcollectore eiusdem Cameræ facta
fuerit, idemque pro Concionatore in Quadragesimis, quæ
17 omnia respiciunt exercitium Curæ Animarum, † & inter
functiones Parochiales recensentur, vt de Concionatore
disponit S. Conc. Trid. *sess.* 5. *de reform. cap.* 2. Barbos. *de potest. Paroch. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. *cum seq. de distributione Candelarum in die Purificationis*, idem Barbos. *cap.* 12. *num* 4.
Ricc. *resolut.* 305. *par.* 4. & de deputatione Capellanorum
18 † pro adiumento Curæ, Abb. *in cap. extirpanda §. qui vero vers. hoc intellige de præben.* Seraph. *dec.* 639. *num.* 3. Gonzal.
super reg. 8. *glos* 4. §. 3. *num.* 38.

19 Hinc euitatur obiectum, quod ad effectum regulæ † su-
fficiat sola possessio iuris spiritualis, nam præterquamquod
hæc conclusio magnam recipit dubietatem, quia licèt *glos. in cap. commissa, & cap. licet canon. de elect. in 6.* dicatur pa-
20 cificè possidere, † qui habet liberum Curæ exercitium, quod
idem tradit Card. *in Clem.* 2. *§. illi vero nu.* 9. *de etat. & qualit.* Bald. *in cap. Ecclesiastica in fine de elect.* Rebuff. *de pacifica possessione num.* 202. Guidopap. *cons.* 134. *n.* 7. Ferret. *cons.* 1.
num. 3. *& cons.* 354. *num.* 7. Rota *decis.* 1235. *part.* 3. *diuers.*
contrarium tamen sentit Imol. *in Clem. gratia de rescript. per text. in cap. concesso de præben. in 6.* Mandos. *ad reg.* 26. *Cancell. qu.* 25. *num.* 2. *&* 3. *& quæst.* 26. *per tot.* vbi præsertim *n.* 8.
21 firmat possessorem pro dimidia † non posse dici verum, &
absolutum possessorem, & possessorem rerum spiritualium,
22 minoris verò partis temporalium æquiparata † mulieri can-
didæ pedem nigrum habenti, quæ sicuti nigra dici non po-
23 test, ita nec possessor † pacificus, qui minorem partem tem-
poralium habet, cùm nec alias accidens possit denominare
24 subiectum nisi ipsi subiecto † conueniat in totum, vel pro
maiori parte, vt notat Io. Andr. *in cap. sicut nobis col.* 1. *num.* 3. *de verb. signif. lib.* 6. idemque firmat Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 13. 14. vbi quod aut agitur de simplici
25 † possessore veluti si quæreretur quis esset possessor, & tunc
26 is dicitur possidere, † qui possidet partem principaliorem,
puta ius spirituale, aut agitur de possessione pacifica, & re-
27 quiritur etiam possessio temporalium, † quem sequitur San-
chez. *respons. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 10.

Et pro solutione ad contraria Informantes pro Achille
distinguebant plures effectus, quod nimirum aut agitur
28 † quod prouisus de Parochiali teneatur se facere promoueri
ad Sacros Ordines infra annum, & censeri pacificum
possessorem, si per annum integrum ius spirituale possedit
ob præiudicium animarum, quæ aliàs Sacramentorum
præstatione, alijsque necessarijs, & à Parocho præstari so-
29 litis † fraudarentur. Idque pro ratione ponere scribentes
communiter *in d. capitulo commissa*, aut ad alios effectus,
in quibus cesset huiusmodi præiuditium, & his casibus ver-
30 ba esse accipienda † in suo proprio, & vero significatu,
iuxta quem non posse dici pacificum possessorem, qui pos-
sidet sola iura spiritualia nisi etiam percipiat maiorem par-
tem fructuum cum beneficium duo † in se contineat spiri- 31
tualitatem, & temporalitatem, vt in terminis prouisi de
beneficio incompatibili, quod primum non vacet per asse-
cutionem secundi nisi prouisus perceperit maiorem partem
fructuum, adeò vt † non sufficiat sola possessio Curæ, fir- 32
mauit *glos. in d. cap. concessio*, ibi nam cùm ego non perci-
piam fructus illius beneficij non dicor plenè habere possessio-
nem illius, & ibi probat Panormit. *num.* 16. Butr. *in d. cap. commissa num.* 16. Ancbar. *num.* 4. *vers. quæro*, Franch. *num.* 3.
Gemin. *in §. annus num.* 3. *vers. conclude ergo*, Barbos. *num.* 7.
& DD. communiter in cap. de multa de præben. & c. cum in cunctis §. 1. *de elect.* Mascard. *de probat. concl.* 183. *num.* 45. 46.
vbi in specie respondet *ad text. in cap. licet canon.* quod stri-
ctè debeat intelligi, & solùm procedere, vt teneat se promo-
ueri † ad ordines Sacros intra debitum tempus, Campanil. 33
diuers. iuris canonic. rub. 8. *cap.* 3. *num.* 13. Sraphil. *tit. de qualit. & stat. benefic. §. huiusmodi num.* 12. Garz. *de benefic. par.* 22. *cap.* 5. *n.* 123. 126. *&* 136. Menoch. *de retinen. remed.* 2. *n.*
582. Hoied. *de incompatibil. beneficij cap.* 13. *num.* 48. *& num.* 80. *vers.* 3. *declaratur*, Add. *ad decis.* 3. *de præben. in antiq.*
Cassador. *decis.* 9. *num.* 2. *de caus. possess. & propr.* Rota coram
Seraph. *decis.* 953. *num.* 1. Add. ad Burat. *decis.* 19. *num.* 21.
Et in puncto † regulæ nostræ tenuit Sotus *glosator anti- 34
quus in hac materia summopere versatus in sua glos. num.* 13.
Gomes. *qu.* 53. *sub num.* 2. *& qu.* 60. *num.* 3. Cochier. *nu.* 13.
Litt. H. & num 65. Azzor. *Instit. moral. pars.* 2. *lib.* 7. *cap.* 35. *quest.* 7.

Et secundum prædicta intelligendos esse dicebant, *text. &
DD. in contrarium adductos*, vt procedunt in † primo mem- 35
bro distinctionis, de quo in specie loquuntur *d. cap. commissa, & cap. licet canon.* prout ita Gomes. *d. qu.* 53. declarat
Bald. *in d. cap. Ecclesia*, Guidopapa *ad eundem effectum promotionis ad Ordines Sacros allegat.* à Rebuff. *d. num.* 202. *vers. quod procedit*, & in ijsdem terminis loquitur Card. *in d. §. illi
vero num.* 9. Ferret autem *cons.* 1. *num.* 3. loquitur, † vt quis 36
simpliciter possessor dicatur, non vt dicatur pacificus, *& cons.* 354. *in contrarium allegat.* in terminis regulæ, & in casu quo
es speciali gratia Apostolica fructus erant alteri reseruati,
ac ideò possessio † prouisi non poterat cadere super fructi- 37
bus non impediri cursum triennalis, respondebant non
ideò sequi, quod ad effectum regulæ sufficiat possessio spiri-
tualium cùm ibi supponatur possessorem, qui fructus non
percipit possidere † bona temporalia, vnde nascuntur 38
quod sufficit, vt declarat Gomes. *super reg. de annali qu.* 47.
num. 7. *in fine*, ibi, *sufficit ergo quod quis faciat actus pertinentes ad possessionem licet fructus non percipiat, vt agrum colere, vel similia*, quæ ponit Castr. *in l.* 3. *C. finium regund.*
Bald. *in l. iudicia C. de rei vendic.* Et quamuis regula sit beni-
gna interpretatione iuuanda ad euitandas lites, & calumnias, 39
Castropal. *oper. moral. tract.* 13. *dis.* 2. *punct.* 31. *nu.* 3. *Rota in Gerunden. Beneficij 9. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Bichio.* Non tamen extendi † posse contra verborum pro- 40
prietatem, Cresc. *decis.* 17. *num.* 2. *de caus. possess. & propriet.*
Lotther. *de benef. lib.* 2. *qu.* 52. *num.* 29.

Cessat obiectum in hoc opinionum conflictu, in quo DD.
superfluum putarunt quidquam firmare ex ipso facto † cum 41
Gallus non possederit integrum ius spirituale, sed habuit
adiunctos pro tribus es quinque partibus, vt es actibus su-
pra relatis, & ipsemet † admisit in concordia facta cum 42
Illustrissimo Thesaurario, qua fatetur † tres ex quinque 43
portionibus fuisse vacantes fauore Cameræ hodierno *Sum.
Achillis num.* 11. reiectis quibusdam fidibus extraiudicialibus
† de deputationibus ab illo factis, tùm quia fides non facit 44
fidem, Cæsar. de Grassis *decis.* 2. *num.* 13. *de sponsal.* Seraph.
decis. 206. *num.* 3. Rota *decis.* 780. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* tùm
quia eis resistunt actus contrarij supra recensiti, & eiusdem
Galli confessio, qua † nulla maior probatio, *l. cum te 45
C. transact.* necnon præcedens Decretum Communitatis
instituendi vltra Præpositum tres alios Capellanos ad Cu-
ram Animarum pro tribus es quinque partibus, quod ap-
paret effectuatum, cùm alias Illustriss. Thesaurarius non
potuisset pro dictis ratis manum apponere † postqoam Gal- 46
lus fuerat institutos, cùm ex die institutionis, & possessio-
nis ab instituto captæ euanescant deputationes Oeconomo-
rum, vt fuit dictum *in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij
1644. coram R. P. D. meo Cerro, & in Perusina beneficij 28.
Iunij 1647. coram Reuerend. P. D. meo Bichio.*

Nec obstat Achillem † vti tertium non posse dare 47
de molestijs illatis à Camera ad excludendam triennalem
possessionem, Rebuff. *de pacif. possess. n.* 267. Buratt. *decis.* 585.
num.

num.6. & decis.622.num.9. Nam præter quamquod obiectum
48 procedit in interruptione per actus merè ciuiles, vt est † ci-
tario, contestatio litis, & similia, in quibus terminis lo-
49 quuntur mox allegati, at secus † si interruptio sit per actus
naturales, prout est fructuum perceptio, vt distinguendo
in vtramque speciem molestiarum declararunt Gomes. *supra
reg. de trienn. quæst. 22. vers. & ideo*, Cottier. *super ead. reg.
num.13. Litt. N.* Sot. *num.13. ad med.* Et ratio diuersitatis est,
50 quia naturalis interruptio † præscriptionis omnibus prodest,
l. naturaliter ff. de vsucap. Ciuilis autem prodest tantum
agenti, *l. eum notissimè §. sed et si quis C. de præscript. 30. an-
norum*, Barbos. *ibid. §. imo num.16.* Peregr. *cons.103. num.1.
lib.3.* Gionagnnn. *cons.68. n.5. & seqq. lib.1.* Hodie non agi-
tur de simplicibus molestijs à Camera illatis, sed quod ista
51 fuit in possessione beneficij † pro tribus ex quinque parti-
bus; vnde resultat, quod Gallus non possedit spiritualia, nec
temporalia pro maiori parte, ad quod probandum bene
52 † excipi potest de possessione Tertij, *iux. doctr.* Bart. *in l. pri-
ma §. quod ait Prætor ff. vti possid.* Rota *decis.63. nu.3. part.1.
53 rec.* Sicut excipi potest contra hæredem, quod ipse † non est
solus hæres, sed habet Cohæredem, *l.2. ff. si pars hæred. pet.*
Thes. *decis.4. num.8.* Rota coram Caual. *decis.346. num.7. &
in Bonon. fideic. de Lucio 2. Maij 1622. coram bo. me. Coccino.*

Et ita Causa pluries proposita, & vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Successionis.

Die Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Monasterium ingressurus, si renunciet bonis, quamuis causa finalis renunciationis sit ipse ingressus, tamen dum renunciatio est ad fauorem agnationis, prout ipse disposuit, seruanda est, vnde extantibus agnatis, non intrabant extranei. Vocatus ad Emphyteusim, non potest præiudicare alijs vocati.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ fuerunt relicta pro conseruatione agnationis, donec adest aliquis de eadem, iste est præferendus alijs.*
2 *Renuncians bonis, vt professionem emittat in aliqua Religione, si renunciet ea, vt conseruetur agnatio, tunc non nisi agnati sunt vocati, exclusis extraneis.*
3 *Bonis renuncians, vt intret Religionem, causa finalis dictæ renunciationis est ingressus Religionis, & num.8.*
4 *Non autem votum conseruationis agnationis, & sic potius renunciare Mundo, & pompis eius.*
5 *Agnationis conseruatio, in renunciante bonis propter ingressum Religionis non censetur causa finalis, sed impulsiua.*
6 *Agnationis conseruatio, dum fuit motiuum principale renunciantis, vt stent bona in agnatione, quid ex hoc argui non possit.*
7 *Bonis renuncians, ab illis remanet exclusus.*
8 *Renuncians bonis, vt Monasterium ingrediatur, licet causa finalis dicatur ipse ingressus Religionis.*
9 *Non tamen ex hoc sequitur, quod ipse non potuerit imponere legem sibi benè visam renunciationi.*
10 *Renunciantis mens benè colligitur ex clausulis positis in renunciatione.*
11 *Bonis renuncians, vt Religionem ingrediatur, si disponat, vt bona non transeant ad extraneos, extantibus agnatis, isti semper intrabunt.*
12 *Nomen hæredis diuersimodè accipi potest.*
11 *Bonorum renunciatio si fuerit acceptata à renunciatario pro se, suis hæredibus, & successoribus quibuscumque.*
14 *Hoc non tribuit facultatem, vt liberè possint alienari dd. bona.*
15 *Concessio facta pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque intelligenda est de hæredibus sanguinis.*
16 *In concessione aliqua, dum adsunt personæ contemplatæ, non intrant extranei.*
17 *Concessio facta pro conseruanda agnatione, existentibus illis, qui eam conseruare valent, non sunt admittendi impotentes, & num.18.*
19 *Familiarum decus sine bonorum affluentia commodè conseruari non potest.*
20 *Agnationem intendens conseruare eius intentio præsumitur esse, ne bona transeant ad extraneos.*
21 Decis. in causa Romana Successionis de Comitibus 23. Ianuarij 1642. coram Dunozetto, *in quibus loquatur terminis.*
22 *Decisiones loquentes in diuersis terminis non possunt applicari, vbi termini illi non applicantur.*
23 *Inuestitura, quando est amplissima pro quibuscumque hæredibus latissimè concepta.*
Tunc etiam hæredes extranei in ea comprehenduntur.
24 *Institutio hæredis facta in re data in Emphyteusim, & adsunt vocati, est nulla.*
25 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia quando dicatur, & num.26.*
27 *Ad Emphyteusim, quando quis dicatur vocatus iure proprio, non autem transmisse.*
28 *Ad Emphyteusim vocatus non potest in præiudicium aliorum vocatorum de dicta Emphyteusi disponere.*
29 *Bona, quæ non sunt sua perperam, quis in alium transfert.*
30 *Inuestitura qualiter fuerit facta, benè probatur ex exhibitione ipsius inuestituræ.*
31 *Inuestitura aliud est, quod sint clara, & aperta.*
32 *Et aliud, quod sint obscura, incerta, ac requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO XL.

ORta controuersia inter Conuentum S. Mariæ ad gra-
dus Viterbij hæredem vniuersalem Horatij Gagliardi,
& Paulum filium in legitima sibi de iure debita institutum,
fuit post latam ab A. C. sententiam deuentum ad concor-
diam, in qua cum pro indiuiso fuisset reseruatum officium
militis Pij olim à q. Gagliardo acquisitum, ac Petro eius ex
dicto Horatio, & Portia Coniugibus Nepoti primogenito
donatum, necnon medietas dotis eiusdem Portiæ, & quæ-
dam apothecæ existentes in Ciuitate Viterbij, Patres Con-
uentus prædicti in eorundem bonorum possessionem pete-
bant immitti, sed Rota desuper disputato dubio contrarium
censuit. Et fundamentum denegandi immissionem ad offi-
cium militis Pij, & ad medietatem dotis Portiæ fuit, quia
constat ad Horatium Conuentus authorem peruenisse ex
hæreditate Petri filij, qui ante emissam professionem in Re-
ligione Ordinis Prædicatorum cuncta sua bona eidem Ho-
ratio Patri renunciauit, vt in sua agnatione, & prosapia
de Gagliardis conseruarentur, & pro illius decoris manu-
tentione, vnde cùm prædicta bona prouenerint ex disposi-
tione eius, qui agnationis † conseruationi prospexit inde 1
fit, vt quandiu exter Paulus frater disponentis de agnatione,
& prosapia, bona sic renunciata ei debentur non existente
alia persona, quæ ex mente renunciantis † valeat succe- 2
dere, & d. Paulum excludere, Sanchez *super præcept. Deca-
log. lib.7. cap.7. num.25.* Iacob. Cancer. *var. resolut. part.3.
cap.15. de renunc. num.24.* Cyriac. *controu.475. num.1. & 2.
Rota in Romana Renunciationis 7. Iunij 1634. coram Reueren-
diss. D. meo Decano in recent. decis.543. num.31. & seqq.
part.5.*

Non obstat, quod potissima causa inductiua renunciatio-
nis non fuit votum conseruandi agnationem, sed potiùs in-
gressus Religionis, vt colligitur † ex verbis proœmialibus 3
Instrumenti, vbi renuncians expressit qualiter Deo opti-
mo maximo inseruire deliberauit vitamque Religiosam
ducere, & sic Mundo, & pompis renunciare, & de pro-
ximo † Deo dante professionem emittere, &c. Hæcque 4
in dubio iudicatur causa finalis renunciationis, conseruatio
autem agnationis præsumitur impulsiua, ex quo causa
† talis considerationis etiam remota adhuc Petrus, qui 5
Religionem ingredi decreuit, verisimiliter renunciatio-
nem fecisset, vt aduertit Rota *decis.587. num.4. & 5. par.1.
recent.* Si ergo agnationis conseruatio non fuit motiuum
principale ad ita disponen̄, non potest argui de intentione
Petri † fuisse, vt ad bona admitterentur solummodo Pau- 6
lus, & alij agnati; Conuentu cæterisque omnibus exclusis,
nam etsi vrgeat contra † ipsum renunciantem, vt perpe- 7
tuo excludatur à bonis renunciatis, & Pater acquirat facul-
tatem testandi, eaque cuicumque velit relinquendi in
eius præiudicium, & huius rei causa finalis, & præ-
cipua sit † ingressus Religionis: Tamen non inde sequi- 8
tur, vt ratione agnationis conseruandæ non fuerit motus
ad ligandum manus renunciatarij † ne bona in extraneos 9

dissiparet stantibus agnatis, prout principaliter considetusse
10 apparet ea clausulis renunciationis, in quibus † aduertit
renuncians ingressum suum in Religionem, & abdicatio-
nem mundanorum, & statim considerat etiam conserua-
tionem agnationis suæ, vnde elicitur noluisse bona ad ex-
11 traneos † deuenire, sed voluisse d. agnationi prouidere,
quapropter renunciatarius in alios, quam in illos de adem
agnatione non possit disponere, & sic distinguendo tenet
Gabriel. *cons.* 135. *num.* 25. *cum seqq. lib.* 2. Sanchez *super præ-
cept. decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 28. Vasquez *de success. tom.* 1.
lib. 2. §. 18. *num.* 118. *vers. cæterum, Rota diffusè in Macera-
ten. pecuniaria* 20. *Iunij* 1644. §. *& licet vers. vbi bene distin-
guit, & § alterum coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*
Idemque admissum fuit *in Auenionen. fideicommissi* 11. *May*
1648. §. *neque huic, & §. hinc resultat coram R. P. D. Verosp-
pio, & prius in allegata Firmana bonorum* 11. *Aprilis* 1616.
coram Remboldo.

Nec sufficit, quod renunciatio fuerit ab Horatio acceptata
pro se, suisque hæredibus, & successoribus quorumcum-
12 que hæredum etiam extraneorum, quia cùm nomen † hæ-
redis diuersimodè accipi possit, vt considerat Menoch.
in cons. 158. *num.* 12. *& seq.* In præsenti casu non potest im-
13 portare liberum arbitrium disponendi in personam † d.
Horatio benefitiisam, nec ei tribuit facultatem vtendi iuri-
14 bus renunciatis pro libito suæ voluntatis, sed intelligi de-
bet de descendentibus suis proprijs, vel saltim de hæredi-
15 bus, † & successoribus sanguinis, dum Petrus in renuncia-
16 tione adiuit rationem conseruañ. agnationis; Itaut do-
nec existunt agnati contemplati, & apti ad agnationem
17 conseruandam, illi succedere debent, exclusis alienis, ad
quos effectum habuisse non censetur, quia per eorum ad-
18 missionem non resultat effectus conseruationis consideratæ,
l. cum acutissimi 30. *in fine*, vbi Bald. *in* 2. *not.* Iason. *num.* 1. *C.
de fideicom. DD. in l. Gallus* 29. §. *etiam si parente ff. de li-
ber. & posthum.* Couar. *in cap. quamuis* 2. *in* 3. *parte relect.*
§. 3. *sub nu.* 4. *vers. quarto de pactis in* 6. Soccin. sen. *cons.* 249.
num. 15. *&* 16. *lib.* 2. Honded. *cons.* 29. *num.* 101. *& seqq. lib.* 1.
Cyriac. *in d. controu.* 475. *num.* 10. *&* 11. *Rota in Romana do-
nationis, seu legitimæ de Carcanis* 3. *Aprilis* 1620. *coram
Card. Sacrato ad finem, & in d. Maceraten. pecuniaria §.
neque obstat vers. vel etiam*, minusque esset saluum decus
agnatorum si ad bona ad hunc effectum renunciata non es-
19 sent vocati, nam dignitas, & honor, † familiarum com-
modè conseruari non potest, nisi per affluentiam diuitia-
rum, *l.* 1. §. *sed et si seruus ff. de ventr. inspic. Auth. de testi-
bus §. sancimus* Angel. de Vbald. *cons.* 221. *num.* 2. Alexand.
cons. 52. *num.* 4. *&* 42. *lib.* 4. Soccin. sen. *cons.* 47. *num.* 6. *lib.* 3.
Paris. *cons.* 72. *num.* 81. *lib.* 4. Rota apud Pen. *decis.* 269. *nu.* 9.
& 10. *& decis.* 471. *num.* 3. *part.* 5. *recent. vers. Et præterea.*
Intentio autem dicti Petri renunciantis, qui multum cura-
20 uit supradictam agnationem, & sua bona conseruari, fuit ne
ea deuenirent ad hæredes extraneos, Soccin. iun. *cons.* 110. *n.*
39. *lib.* 2. Riminal. iun. *cons.* 23. *nu.* 83. *cum seq.* Crauett. *cons.*
213. *num.* 2. *& cons.* 130. *num.* 6.

21 Cui themati applicari nullo modo potest *decis. sub die* 23.
Ianuarij 1642. *facta in causa Romana Successionis de Comiti-
bus coram Reuerendissimo D. meo Decano in §. clarissima si-
quidem pro fratribus in contrarium allegata*, quia loquuntur
in longè diuersis terminis, aderat enim ibi amplissima stipula-
22 tio pro quibuscumque hæredibus latissimè concepta, neque
agebatur de renunciatione facta contemplatione agnationis,
& multa propterea concurrebant, per quæ iure merito Rota
23 dixit, etiam hæredes extraneos esse in renunciatione com-
prehensos.

Quo verò ad apothecas super quibus pariter petita fuit im-
missio tanquam relictas ab Horatio, dicebatur nec suffragari
Conuentui Institutio ad eius fauorem facta: Hæ namque ap-
parent in Emphyteusim concessæ Gagliardo, & Horatio vsq;
24 ad eorum tertiam lineam, & generationem masculinam à
fratribus B. Mariæ ad Quercum Viterbien. atque ideò versa-
25 mur in Emphyteusi ex pacto, & prouidentia, *l. stipulatio ista*
38. §. *si quis ita ff. de verb. obligat.* Duran. *dec.* 410. *num.* 5. Ad
quam per obitum Horatij concurrit Paulus filius, & Gagliar-
26 di primi acquirentis nepos comprehensus in inuestitura ex d.
pacto, & virtute tacita concessionis, *DD. in l. si mihi, & Titio*
110. *ff. de verb. oblig.* Rota *dec.* 415. *nu.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*
27 & coram Duran. *d. decis.* 410. *nu.* 6. Et quidem iure proprio,
non autem ex transmisso, quia secuto obitu primo loco
vocatorum finitur Emphyteusis, diciturque noua respe-
ctu aliorum, & illis de nouo acquiritur, Clar. *in §. Em-
phyteusis qu.* 37. *in princ.* Mantic. *de tacit. lib.* 14. *art.* 19. *nu.* 5.
& seq. Rota apud Duran. *d. decis.* 410. *d. nu.* 6. & coram bon.
me. Merlino *dec.* 86. *n.* 2. & ex his fit consequens, quod non 28
potuit Horatius in præiudicium Pauli mediante d. Institutio-
ne dominium † apothecarum in Conuentum transferre, Me- 29
noch. *cons.* 61. *num.* 20. *& seqq.* Rota *d. decis.* 415. *num.* 4. *&
decis.* 60. *n.* 12. *part.* 5. *& decis.* 74. *nu.* 8. *par.* 6. *recent. & d. dec.*
86. *nu.* 6. bon. mem. Merlio. *& in Romana Domus* 22. *Aprilis*
1644. *coram Eminentiss. D. Card. Cecchino, & in Romana
deuolutionis Domus* 20. *Iunij* 1653. §. *Hinc verò coram R. P. D.
meo Verospio confirmata* 15. *Iunij* 1654. *coram Reu. P. D.
meo Meltio.*

Cùm igitur Paulus per exhibitionem inuestiturarum do-
ceat incontinenti ad se inibi comprehensas apothecas specta- 30
re, hoc sat esse putabant DD. ne Conuentui hæredi extraneo
daretur super illis immissio, Roland. à Valle *cons.* 2. *nu.* 38. *in
fine, & n.* 39. *lib.* 3. Peregr. *cons.* 4. *n.* 55. *lib.* 1. Modern. *de le-
gitim. qu.* 19. *art.* 2. *n.* 71. *& seqq.* Cocchier. *decis. Pedamontan.*
26. *n.* 21. *vers. ex præmissis*, Rota *dec.* 597. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 697.
per tot. par. 2. *rec.* Nec obstare in oppositum deducta, quia pro-
cedunt vbi Inuestituræ exhibitæ † essent obscuræ, & incer- 31
tæ requirentes probationem extrinsecam super comprehen-
sione prætendentis se esse ad bona in Inuestitura contenta
vocatum, tunc enim altiorem expeterent indaginem, & pro- 32
inde illius discussione ad aliud iudicium reiecta daretur im-
missio hæredi scripto, sicuti explicant Roland. *vbi supra*, Me-
noch. *de adipiscen. remed. quarto n.* 381. Caccheran. *d. decis.*
26. *nu.* 21. *vers. aut vero*, Caual. *decis.* 319. *num.* 3. *& dec.* 100.
num. 1. post Mangil. *de subhastat.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Romana Domorum.

Die Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Dominium rei Emphyteuticæ, licet non probetur per Instrumentum concessionis, tamen limitatur in actione personali, veluti si agatur ad deuolutionem ob pacta non seruata. Pactum positum in concessione Emphyteusis, si non obseruetur, intrat pro pœna deuolutio, & agi potest ad eam.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum rei Emphyteuticæ probat dominium eiusdem rei. Item probatur per præstitum consensum, item recognitione, puta solutionis laudemij.*

2 *Dominium rei Emphyteuticæ non probatur per Instrumentum concessionis.*

3 *Quod tamen limitatur, quando sumus in actione personali, puta si agatur ad deuolutionẽ ob pacta non seruata.*

4 *Dominium rei Emphyteuticæ probatur per recognitionem in dominum non solum inter recognoscentem, & inter illum cui fit.*

5 *Recognitio in Dominum, probat dominium etiam contrà vniuersales, & particulares successores.*

6 *Solutiones Canonis, quando sunt plures, & antiquæ, deseruiunt pro adminiculo ad probandum dominium.*

7 *Deuolutioni est locus, quando pacta apposita in concessione Emphyteusi non fuerunt obseruata, & nu.* 8.

9 *Pacta, & conuentiones apposita in concessione Emphyteusis, cauendum est, vt obseruentur.*

10 *Alias pro eorum inobseruantia intrat deuolutio, si in pœnam apposita fuit in concessione.*

11 *Pactum, quando est personale, non transit in successorem singularem, titulo donationis.*

12 *Pactum non potest dici singulare, si sit factum occasione rei.*

13 *Pactum non potest dici personale, quando promissio pro se, & suis successoribus fuit stipulata.*

14 *Consensus præstitus, cum suis protestationibus, quoad ea, non sibi præiudicat prædictum consensum præstans.*

15 *Pacta, qui non obseruat, cadit à Iure suo, & intrat deuolutio.*

16 *Pactum, quando est conditionale, vt pactum obseruetur, debet probari, quod fuit adimpleta conditio.*

17 *Officialis, si deponat de re pertinenti ad eius officium credendum est ei.*

18 *Testis deponens contra ipsum inducentem, plenius probat.*

19 *Tem-*

19 *Tempus 70. annorum est tempus longæuum, & antiquum.*
20 *Probatio illa admittenda est, qua probabilis est, & Iura ad hoc non aduersantur.*
21 *Hominis vita vsque ad annos centum præsumitur.*
22 *Ius non attendit ea, quæ rarissimè accidunt.*
23 *Viuere, quod quis præsumetur vsque ad 100. annos, Iura hoc non probant, imo contrarium.*
24 *Deficientia probatio, ex adminiculis coadiuuatur.*
25 *Obligatio pacti vt adimpleatur, semper vrget.*
26 *Probatio, quæ non releuat, non attenditur.*
27 *Emphyteusim ad tertiam generationem habens, non potest eam vendere, sed tantùm commoditatem percipiendi fructus.*
28 *Quod tamen intelligendum est durante vita vocatorum.*
29 *Ex promissione facti alieni dum adimpleri non potest, agi potest ad damna, & interesse.*
30 *Consensus extendi non debet vltra ea, de quibus fuit præstitus consensus.*
31 *Consensus præstitus durante vita vnius, non debet extendi ad vitam alterius.*

DECISIO XLI.

COncesserant Administratores Ecclesiæ S. Ludouici nationis Gallicanæ de anno 1560. q. Bartholomæo Bulgaro in Emphyteusim quamdam domum cum parte terreni ad tertiam generationem ab ipso incipien. & post eius obitum quinque filijs superstitibus d. Domum, seu domos, reseruato Ecclesiæ consenso vendiderunt q. Augustino de Martinis, qui postea Ecclesiam in Dominam recognouit, cum enunciatiuis, quod secunda generatio dd. domos vendidisset, & obligationem docendi de superuenientia vendentium secundæ generationis quolibet biennio, si extra Vrbem ad habitan. recessissent, & pœna deuolutionis alijsque in Instrumento contentis *Summ. Ecclesiæ num.2.* sob quibus etiam conditionibus recognitione, & consensu, & sine præiudicio Iurium idem Augustinus donauit Ioanni Baptistæ de Martinis dd. Domos; Vnde ex eo quod prædictis conditionibus non esset satisfactum, nec de superuenientia secundæ generationis ostensum, & de recessu ab Vrbe personarum eiusdem secundæ generationis constaret ex depositione vnius testis pro parte Martini examinati, & diligentijs per Cursorem factis *Summ. Ecclesiæ num.4.* Et quod deficientia ex lapsu temporis longæui præsumeretur Iudicium coram A. C. fuit introductum, & ab eo mandatum de associando fuit relaxatum ad fauorem Ecclesiæ, cuius vigore ipsa possessionem obtinuit spatio duorum annorum, sed postea de superuenientia eiusdem Clementiæ comperto d. mandatum fuit reuocatum, & concessum aliud de manutenendo ad fauorem Ioannis Baptistæ, & consequenter sententia absolutoria, *vt in eius Summ. primæ positionis num.3. & 9.* super quibus causa deuoluta ad Rotam, propositoque dubio super manutentione rescriptum fuit, quod videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis, & circa hoc demum proposito resolutum constare de bono Iure Ecclesiæ.

Dominium enim controuertitur, vt benè iustificatur ex
1 Instrumentis † concessionum, præstiti consensus, & recognitionis, ac solutionis laudemij, *vt in Summ. Eccles. num.1.*
2 *2. & 5.* Et licèt regulariter † dominium non probetur ex Instrumento Emphyteusis *iuxt. tradita per Modern. Fulginaten. de iure Emphyt. tit. de contract. Emphyt. quæst.26. num.3.* Rota coram Caualer. *decis.269. num.1.* tamen limitatur
3 quando agitur actione † personali, prout in præsenti propter inobseruantiam pactorum, vt explicat d. *Modern. vbi prox. num.7. vers. sed si agatur, vel quando concedens est Ecclesia, seu pius locus, vt per eumdem num.12. cum seq.*
4 Adestque recognitio, ex qua dominium † probatur non solùm inter recognoscentem, & illum cui fit, *ex tradit.* per Amat. *variar. resol.84. num.6. cum seq.* Rota *decis.12.*
5 *num.3. part.2. recent.* sed etiam contra vniuersales, † & particulares successores, Rot. *decis.262. num.5. part.5. recent.* maximè concurrentibus tot adminiculis, scilicet solutio-
6 nis, Canonis pluribus, † & antiquis inuestituris, & enunciatiuis, vt tenet Rota *decis.290. num.1. part.1. recent.* & coram Caual. *decis.93. per tot. & decis.105. num.2. & seq.*

Quapropter dict. Domus ad Ecclesiam vti Dominam redire debet, cùm † locus factus fuerit deuolutioni propter inobseruantiam pacti appositi in consensu venditionis præstito per d. Ecclesiam continente, quod quolibet biennio Martinus emptor teneretur docere de superuenientia personarum † comprehensarum in secunda generatione si ab 8
Vrbe discederent. Nam pacta, & conuentiones in hoc contractu omninò † seruari debent, vt per text. *in l. 1. & 2. C. de iur. emphyt. §. adeo inst. de locat.* tenent ibi communiter scribentes Modern. *Fulginatensis de iure emphyt. in prælud. quæst.4. num.2. & 3. & de var. caduc. quæst.1. à num.1.* Rota coram Merlino *decis.355. num.1.* Pro quorum inobseruantia vtique succedit deuolutio, quæ in pœna † apposita fuit 10
in conuentione, cum pactum rem ipsam afficiat, vt per Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob inobseruantiam pactorum, in princ. d. Modern. Fulginaten. eod. tract. tit. de var. caduc. quæst.1. num.42. & de alienat. quæst.1. num.218. & 241.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.26. in prin. ip. & in vim pacti declarati posse deuolutionem admittit,* Rota *decis.577. in princ. part.2. recent.* & coram Seraph. *decis.794. num.10.* etiam alijs adductis per eumdem Modern. *Fulginaten. d. tit. de alienat. quæst.1. num.242.*

Nec obstat, † quod prædictum pactum docendi de super- 11
uenientia appositum fuerit per venditorem, & ideò tanquam personale non possit † transire in Ioannem Bapti- 12
stam singularem successorem titulo donationis, quia imò prædictum pactum est reale tanquam factum occasione,
† & continetur, quia Augustinus Auctor dict. Ioannis 13
Baptistæ promisit pro se, & successoribus, quamobrem & iste teneri debet, vt per Becc. *cons.24. num.28.* Rota coram Burat. *decis.161. num.16.* Maximè cùm Ecclesia in consensu præstito donationi, conseruauerit Iura, † & con- 14
senserit cum pactis in alijs Instrumentis appositis *Summ. Eccles. num.3.* Et vtcumque sit ius seruandi pactum transit in Dominum directum † contra primum Emphyteutam, 15
qui si pacta non obseruat à Iure suo cadit, & proindè consequenter resoluitur ius secundi Emphyteutæ, *secundum l. hac vectigali ff. de pignor.* & tradit. per Modern. *Fulginaten. d. tit. de contract. quæst.10. num.16.*

Minusque aduersatur, quod obligatio superuenientiæ concepta fuisset in casu ipsius ab Vrbe recessus, † qui non- 16
dum probatur, aut iustificatus videtur, nam de prædicto recessu constat ex diligentijs à Cursoribus factis, quibus tanquam de pertinentibus † ad eorum officium debet fides 17
adhiberi, gloss. *in cap. cum parati in verb. suus Nuntius de appellat.* Modern. *Casanaten. de citat. cap.7. num.57. tom.1.* Rota coram san. mem. Gregor. XV. *decis.426. num.6. & decis.789. num.1.* coram Burat. Atque etiam ex depositione testis à Ioanne Baptista adducti, † qui contra producentem 18
magis probat ex text. *in l. si quis Testibus C. de test. b.* Rota *decis.500. num.6. part.4. tom.2. & decis.586. num.3. tom.3. & decis.430. num.31. part.5. tom.2. rec.* Ac propterea ex longæuo cursu 70. annorum, † à quo tempore non constat ali- 19
quos de secunda generatione existere, & quamuis extitissent probabile est, quod ipsi decessissent, vt per text. *in l. potest quis 57. ff. de hered. instit. l. computationis 68. ff. ad l. Falcidiam,* & ex alijs traditis per Narbon. *in suis annal. in annal. centesimo quæst. vnic. num.1.* contra quæ Iura non † aduer- 20
santur text. *in l. an vsusfructus. ff. de ind. l. vltim. §. 1. C. de sacros. Eccles. cum similibus,* ex quibus deducitur vitam hominis † vsque ad 100. annos præsumi, vt pluribus relatis tra- 21
dit Narbon. *vbi sup. num.4.* Nam veriùs est, quod ex istis Iuribus non probatur, quod vita hominis vsque ad 100. annos præsumatur, cum ius non colligat, quod † rarissimè accidit, 22
sed solùm quod vltra centum annos non extimetur vitam protendi, ideòque præsumptio in negatiua, non verò affirmatiua, † quod credatur quis viuere vsque ad 100. annos, vt be- 23
nè explicat Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt.49. num.1.* Guttier. *pract. quæst. lib.2. quæst.7. num.5.* Couar. *lib.2. var. cap.7. à num.6. vers.30.* Sanchez *de Matrim. lib.2. discept.47. n.1. vers. sed hæc ratio,* Rota *decis.102. num.6. part.1. diuers. & decis.1171. n.2.* coram Seraph. & coram Putau. *decis.81. num.1. lib.1.* eoque faciliùs locus est præsumptioni deficientiæ, † quia in præsenti concurrunt tot adminicula, vt per 24
Rota *in Cæsaraugustana portionis,* penès Marches. *de commiss. part.1. fol.340. & decis.78. num.1.* coram san. mem. Gregorio XV. & semper viget obligatio pacti ostendendi superuenientiam, † ex quo probatio Io: Baptistæ incumbit 25
ex traditis per Gratian. *discept. forens. cap.78. num.3. & 5.* Guttier. *pract. quæst. d. lib.2. quæst.5. num.5.* Rota coram san. mem. Gregor. XV. *decis.228. num.3.*

Nec vrget, quòd doceatur de superuenientia Clementiæ, quia ipsa non probatur de comprehensis in secunda genera-
tatio-

26 ratione, nec de eorum † hæredibus, vt teneatur consensum
præstare iuxta promissionem de faciendo consentire illos de
secunda generatione, & præterea ipsa renunciauit, & cessit
ad fauorem Ecclesiæ.

Neque refragatur quod venditio facta fuisset pro tertia
27 generatione, & Ecclesia illam laudauerit; quia † vendito-
res non potuerunt vendere ius tertiæ generationis, sed tan-
28 tùm commoditatem † percipiendi fructus vita durante exi-
stentium de secunda generatione, vt tradit Roderic. *de
annnis reddit. quæst.3. cap.3. num.17. & seq.* Rot. *decis.84.
num.12.* apud Modern. *Foroliuien. de pignor.* Et quamuis illi
obligauerint se suosque hæredes de faciendo consentire
omnes personas, & singulos eorum filios masculos, & fœ-
minas; tamen cùm non doceatur de eorum consensu, qui
poterat restringi ad ius venditorum nullum præiudicium
illis de tertia generatione irrogaretur, vt solùm ex d. pro-
29 missione facti alieni † agi poterat ad damna, & interesse
contra venditores, & eorum hæredes, *l. stipulationes non
diuiduntur, ff. de verb. obligat.* Surd. *cons.330. num.5.* Rot.
decis.606. num.2. coram Merlino.

Nec consensus Ecclesiæ ad tertiam generationem extendi
30 debet, † cùm ipsa sibi expressè curauerit in pacto docendi
31 de superuenientia † existentium in secunda generatione
quolibet biennio, ideòque vltimis protendi non potest, sed
ad solam vitam alienantium, Rot. *decis.296. num.5. part.5.
rec.* Et ita, &c. vnica, &c.

R. P. D. BICHIO.

Ariminen. Fructuum.

Die Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Statutum, quale est Ariminense, disponens, quod omnes fructus rerum tam dotalium, quàm extradotalium sint mariti, ita vt nullam petitionem, nec retentionem, vxores possint facere, vel habere contra Maritum, vel Socerum, vel hæredes eius, Magistraliter declaratur qualiter sit intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus de Iure communi habet administrationem in bonis paraphrenalibus vxoris.*

2 *Imò habet plenum ius, vtendi, & fruendi fructibus eorumdem bonorum.*

3 *Statutum, quando dicatur correctorium Iuris communis.*

4 *Statutum interpretandum est secundùm Iuris communis dispositionem.*

5 *Statutum ita est interpretandum vt minus, quàm fieri potest, recedat à Iure communi.*

Statutum, satis est, dum interpretatur vt ius commune corrigatur in vno casu, num.5.

6 *Statutum disponens, quod fructus rerum omnium vxoris sunt mariti, vt minus corrigat ius commune, qualiter sit intelligendum.*

7 *Maritus aliud est, si percipiat fructus rerum dotalium, vel bonorum paraphrenalium consentiente muliere, & aliud dissentiente.*

8 *Vxoris dissensus, quòd maritus non exigat fructus bonorum extradotalium, ex quo possit etiam probari.*

9 *Fructus bonorum extradotalium consumptes in promiscuos coniugum vsus, marito acquiruntur.*

Nulla habita ratione an sint naturales, vel industriales num.9.

10 *Fructus extare præsumuntur, dum extant bona ex eis empta.*

11 *Bona empta ex fructibus alicuius rei, quando extent ex quod probetur.*

12 *Statutum Papiæ circa fructus dotales, & extradotales, quod illos fructus acquirat maritus, loquitur etiam in casu quod vxor contradicat.*

13 *Prohibitio aliquid non faciendi, fortius stringit, quàm simplex ordinatio.*

14 *Statutorum verbis inhærendum est, quamuis corrigant ius commune.*

15 *Statutum Florentinum concedit viro vsumfructum bonorum vxoris illos mariti hæredes restituere non tenetur.*

17 *Statutorum verba vniuersalia, & indistincta, vniuersaliter, & indistinctè comprehenduntur.*

18 *Statutum per verba vniuersalia deferens marito lucrum dotis, habet locum, siue extent filij, siue non.*

19 *Prohibitio generalis omne tempus includit.*

20 *Verba vniuersalia geminata maiorem vim habent.*

21 *Verba vniuersalia geminata comprehendunt etiam ea, quæ non comprehenderentur.*

22 *Fructus dotales debentur viro, mortua vxore, siue filij extent, siue non.*

23 *Regula textus* in leg. iam hoc iure, ff. de volgar. & pupill. *procedit etiam, si vnum determinabile alio esset fauorabilius.*

24 *Dispositio si tantùm certos casus excipiat, signum est, quod cæteros casus voluit comprehendere.*

25 *Quod procedit etiam in his terminis Statuti odiosi odio irrationabili, maximèque dum verba Statuti remanerent otiosa, & num.26.*

27 *Statutum disponens, quod maritus sit dominus fructuum omnium bonorum vxoris, est odiosum odio irrationabili.*

Confirmatio Statuti odiosi odio irrationabili non est valida, si sit in forma communi num.27.

28 *Statutum habens rationem, vt alliciantur homines ad contrahendas nuptias, non potest dici odiosum odio irrationabili.*

Statutum habens motiuum subleuandi homines ab oneribus matrimonij non potest dici odiosum odio irrationabili, num.28.

29 Surd. decis. 192. num.13. & 14. *& DD. ibi allegati, in quo casu loquantur.*

30 *Statutum illud quod respicit publicam vtilitatem, non est dicendum odiosum.*

31 *Statutum non censetur voluisse includere ea, quæ sunt contraria libertati Ecclesiasticæ.*

32 *Statuta deferentia mariti fructus bonorum paraphrenalium vxoris, valida sunt, & habent motiuum rationis, & num.33. & 34.*

35 *Statuti dispositionem quando quis facto approbauit, non est vlterius quærendum.*

36 *Fructus an sint dicendi, deducto ære alieno.*

37 *Pacta intelligenda sunt secundum terminos Iuris communis.*

38 *Vxor impedire valet maritum in administratione bonorum extradotalium, etiam si vigore Statuti illorum fructus spectent ad maritum.*

39 Berous in cons.41. num.19. & 21. lib.1. *quo in casu loquatur, & num.40.*

41 Angel. in cons.61. n.1. *in quibus terminis disponat.*

42 *Fructus rerum dotalium de Iure communi spectant ad virum.*

43 *Disponentes præsumuntur voluisse confirmare cum dispositione Statuti, & num.44.*

45 *Statutum Arimini obligat omnia bona mulieris eius creditoribus, quale Statutum declaratur, & n.48.*

46 *Ex fructibus bonorum extradotalium, quando maritus inualide possit Census extinguere, &c. & num.47.*

49 *Census non potest dici validè extinctus, nisi præcesserit disdicta facta à Censuario.*

50 *Bona alicui promissa non potest quis postea in præiudicium illius disponere.*

51 *Census non benè extinguitur per actus inter alios factos.*

52 *Census debitor potest ex interuallo pacisci, cum accollatario Census, quod Censum extinguat.*

53 *Vocatio qualis ex parte debitoris, effectum disdictæ Census habeat. Intellige si sit effectum sortita, n.54.*

55 *Sententia, quando non possit redargui de iniustitia.*

56 *Sententia, vt substineatur facienda est interpretatio.*

57 *Sententia, vt dicatur nulla ex defectu integræ transportationis actorum, quid sit probandum.*

58 *Actorum non integra transportatio, non annullat sententiam quando sumus in prophanis.*

DECISIO XLII.

ARiminense Statuto *sub rubr. de vsufr. rerum vxorum, &c.* relato in Summario Portiæ *num.9.* disponitur *quod omnes vsusfructus rerum vxorum siue pharafrenales, siue dotales sint, siue aliæ, sint Mariti, donec sunt simul vna familia, de quibus vsusfructibus nullam petitionem, vel retentio-*

tentionem Mulieres possint facere, vel habere contra Maritum, vel Socerum, vel hæredes eorum. Nec per verba huiusmodi dici potest concessa viro sola bonorum administratio, quia appellatione omnis vsusfructus non venit sola ad-
1 ministratio, † quam etiam de iure communi vir habet in parafrenalibus, *l. fin. C. pact. conuen. l. Maritus C. procur.* sed plenum ius vtendi, & fruendi fructibus eorumdem bonorum, §. 1. *inst. de vsur.* Cephal. *cons.* 157. *num.* 6. *&* 7. Maluas. *cons.* 49. *num.* 7. *in fin. & num.* 8. *&* 9. Castell. *de vsufruct. cap.* 3. *num.* 42. in puncto Castr. *cons.* 455. *num.* 7. *lib.* 2.
2 Illud autem † tanquam correctorium iuris communis, Menoch. *præsumpt.* 9. *num.* 26. *in fin. vers. quod quidem lib.* 3. informantes pro Portia Battaglina asserebant interpretan-
3 dum † esse, iuxta ius commune, & vt ab eo recedat minus
4 quam † fieri potest, Honded. *cons.* 42. *num.* 22. *& seq. lib.* 1. Surd. *cons.* 4. *num.* 49. *& decis.* 178. *num.* 15. *& seq.* Rota *decis.*
5 512. *num.* 5. *part.* 1. *diuers.* & propterea satis esse, † quod ius commune corrigat vno casu, Rom. *cons.* 199. *num.* 6. Grat. *cons.* 41. *num.* 25. *lib.* 1. Magon. *decis. Florent.* 105. *num.* 6. Rut. *decis.* 432. *num.* 10. *part.* 1. *diuers. decis.* 843. *num.* 8. *part.* 4.
Inferentes exindè operari, dumtaxat in casu quo fructus
6 parafrenalium fuerint † à viro percepti vxore sciente, & tacente, corrigendo in hoc ius commune, vt in puncto similis statuti tradit Tort. *ad stat. Papien. stat.* 87. *num.* 13. Io. Baptist. Cost. *de iur. & fact. ignor. dist.* 47. *num.* 5. *cent.* 1. non autem
7 quando † Mulier expressè dissensit, Gerius Spin. *in punct. similis Stat. cons.* 24. *vers. quia ipsa contradicet*, Hond. *cons.* 91. *num.* 62. *&* 63. *lib.* 2. Cancer. *var. resol. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 21. Bott. *cons.* 29. *num.* 61. *& seq.* Decian. *cons.* 84. *num.* 25. *& seq. lib.* 4. Rota *in Bononien. Pecuniar.* 26. *May* 1650. §. *atque ideo coram Eminentiss. Card. Otthobono*, in quibus decisionibus
8 firmatur, vlterius † dissensum vxoris probari etiam ex conquestionibus extraiudicialibus intra domesticos parietes, quas Portiam fecisse probant Testes dati in eius Sum. n. 12.
Eòque minus extendi posse Statutum ad casum, quo fructus non fuerunt à viro consumpti, sed etiam post eius obi-
9 tum extant, cùm de † iure communi solùm consumpti in promiscuos coniugum vsus Marito acquirantur nulla habita distinctione, an sint naturales, vel industriales, Decian. *d. cons.* 84. *num.* 36. *in fin. & num.* 38. *num.* 42. *vers. tertio facit*, Menoch. *de præsumpt.* 9. *num.* 6. *lib.* 3. Cancer. *d. cap.* 9. *num.* 18. Cyriac. *contr.* 31. *num.* 6. Arias de Mes. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 4. Thes. *decis.* 187. *num.* 5. *circa fin. vers. nun autem* Tort. *ad d. Stat. Pap. num.* 87. *sub num.* 9. Cost. *in puncto similis statuti de Iuris, & fact. ignor. d. dist.* 47. *num.* 6. & extare
10 † censentur, dum extant bona ex illis comparata, Decian. *d. cons.* 84. *num.* 43. *vers. quod si constare*, Bald. *cons.* 478. *num.* 1. *lib.* 5. Thesaur. *d. decis.* 187. *sub num.* 5. *col.* 2. *infra med. vers. extantium verò*, Giurb. *decis.* 89. *num.* 28. alijque relati ab Arias de Mesa *d. cap.* 30. *num.* 5. Qualia esse bona,
11 & censum à † Laurentio viro constante matrimonio acquisitos, probatum asseritur ex testibus datis in *Summ. Portiæ num.* 10. *& sequent.*
Sed his non obstantibus Rota, prout alias in secunda instantia sub die 26. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Verospio, ita hodiè in gradu appellationis à sententia Rotali ab ea lata interpositæ, censuit locum esse præfato Statuto, quia
12 illud in verbis non loquitur de fructibus † perceptis Muliere patiente, & non contradicente, vt disponit Statutum Papiæ, de quo Tortus, & Costa exaduerso allegati, sed generaliter, & indistinctè omnes vsusfructus adiudicat Marito,
13 quodque plus est prohibet Mulieri, ne † illos à viro viuente petat, vel eo mortuo ab eius hæredibus, & sic reiecit etiam dissensum Mulieris, quem fortius fructuum petitio inducit, *l. qui in aliena §. vlt. ff. acquir. hered. l. si mihi, & tibi, §. vlt. ff. leg.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 594. *num.* 17. Rota *in Romana Dotis* 18. *Iunij* 1649. §. *penult. vers. qua sanè coram*
14 *R. P. D. meo Cerro*, & inhærendum † est verbis Statuti, quamuis corrigat ius commune Paser. *cons.* 74. *num.* 22. post Bald. *in l. ita nobis propè fin. Cod. ad leg. Iul. de adulter.* Grat. *discept.* 685. *num.* 11. *& sequent.* vltra alios allegatos *in decisione huius causæ coram R. P. D. meo Verospio*, §. *neque dispositio*, & in puncto Stat. Florentini concedentis viro vsufru-
15 ctum bonorum vxoris, † quod illos vlti hæredes restituere non teneantur, Angel. *cons.* 161. *num.* 6.
Quod pariter Statutum comprehendat etiam fructus
16 extantes colligitur, tum ex supra citatis verbis † disponentibus, nullam petitionem à Muliere fieri posse, quæ cùm vniuersalia, & indistincta sint, nec magis ad consumptos,
17 quam † ad extantes referantur omnes indistinctè comprehendunt, *l. Iulian. ff. leg.* 3. *cap. soliti ad fin. de maior. & obed.* Corn. *cons.* 29. *num.* 1. *lib.* 1. Rota in terminis Statuti *decis.* 93. *num.* 26. apud Modern. *ad Stat. Perus. & in puncto huius Stat.* Gerius Spin. *cons.* 24. *sub num.* 7. *vers. quia respondetur, & num.* 8. *& seq.* sicut in simili dicimus, † quod Statutum 18
per verba vniuersalia deferens marito lucrum dotis, locum habet, siue filij extent, siue non extent, Roman. *cons.* 44. *num.* 5. *in fin.* Becc. *cons.* 95. *sub num.* 31. Ponderando præsertim, quod vniuersalis prohibitio, ne mulier à viro fructus petat includit etiam tempus † quo fructus percipiebantur, 19
& sic dum extabant, cùm etiam tunc de iure communi, vel saltem die sequenti petere posset, *l. eum qui Kalendis ff. de verb. oblig. l. qui hoc annu ff. eod. l.* 3. *l. si quis hac lege §. Iudicium ff. oper. liber.* Piccard. *in §. penult. num.* 1. *Inst. de inut. stipul.* Ant. Faber. *de error. Pragmatic. decad.* 16. *err.* 4. *sub num.* 6.
Eoque magis prioribus Statuti verbis pariter vniuersalibus in principio, ibi, *omnes vsusfructus, &c. siue parafrenales, siue dotales, sint mariti*, verba † enim vniuersalia ge- 20
minata maiorem vim habent, Dec. *cons.* 386. *num.* 8. Gabr. *cons.* 20. *num.* 18. vbi quod ideò comprehenderentur, etiam ea, quæ alias non comprehenderentur *lib.* 2. Rota in terminis dispositionis strictè, & odiosè, *decis.* 93. *num.* 8. *inter impress.* apud Zacch. *de obligat. Cam.* Cùmque Statutum sub 21
vnica determinatione tribuat viro fructus dotales, & parafrenales, ea indè etiam assequimur, quod † sicut dotales sunt 22
viri extent, nec ne, *l. dotis fructus, l. quamuis ff. iur. dot. l. doce ancillam Cod. rei vendit.* Rot. *decis.* 80. *n.* 5. coram san. mem. Greg. XV. ita & parafrenales iuxta regulam desumptam *ex l. iam hoc Iure ff. vulg. & pupill.* quam † procedere etiam si 23
vnum determinabile ab altero esset fauorabilius, dixit Rota *in Rumana Salarij* 18. *Februarij* 1622. *coram bon. mem. Piruano.*
Tum ex quo Statutum infra ab vniuersali dispositione excipit duos tantùm casus, nempè vergentiæ viri ad inopiam, & maletractationis vxoris, propterea † enim omnes 24
alij non exceptuati censentur inclusi, Alex. *in l. fin. num.* 4. *ff. quod quisque iur.* Aret. *cons.* 20. *num.* 9. Dec. *cons.* 247. *n.* 8. & in terminis statuti odiosi, etiam odio † irrationabili, Rot. 25
decis. 51. *num.* 10. *part.* 1. *recent.* præsertim quia alias verba vniuersalia statuti eiusque dispositio esset otiosa, quod nec in † Statutis odiosis admittendum est, Pascit. *cons.* 189. *n.* 3. 26
& 4. Bellon. iun. *cons.* 74. *num.* 23. Grat. *discept.* 685. *num.* 10. cum alijs alleg. à Modern. *Neapol. alleg.* 18. *num.* 18. *& seq.* & in proximis terminis Monach. *decis. Lucen.* 68. *n.* 24. *&* 25.
Non obstat, quod sic statutum esset odiosum odio irrationabili, † & proindè non sufficeret eius confirmatio in for- 27
ma communi, quia imò vt respondet *decis. coram R. P. D. meo Verospio, in §. altera*, Statutum habet motiuum rationis ad alliciendos, scilicet viros ad nuptias eosque subleuandos ab † oneribus matrimonij, quodque dicitur fructus acqui- 28
ri in recompensam alimentorum, procedit in acquisitione proueniente à tacita voluntate vxoris, in quibus † terminis 29
loquuntur allegati à Surd. *decis.* 192. *num.* 13. *&* 14. Statutaria verò respicit primario publicam vtilitatem resultantem etiam à recompensa † alimentorum, per quam homines 30
quos alias onus alendi vxorem à nuptijs retraheret ad illas alliciuntur, nec non à resecatione litium, quæ occasione eorumdem fructuum possent inter coniuges oriri, † ideò- 31
que sufficit confirmatio in forma communi, maximè quia excipiendo statuta contraria libertati Ecclesiasticæ omnia alia quæ huiusmodi † non sunt includere censetur, vt in 32
fortioribus terminis statuti odiosi respondit Rota *supracitat. decis.* 51. *num.* 10. *part.* 1. *recent. & conferunt allegati ab add.* ad Buratt. *decis.* 6. *num.* 15. & generaliter, quod statuta deferentia Marito fructus parafrenalium valida sint ob causã † subleuandi ab oneribus matrimonij, tradit Matthæus Bru- 33
nus *in punctu huiusmet Statuti cons.* 131. *num.* 14. Alexand. *cons.* 42. *num.* 13. *in fin. num.* 14. *lib.* 1. Castrens. *cons.* 455. *num.* 7. *lib.* 2.
Suffragatur præterea viro eiusque hæredibus instrumentum matrimoniale, in quo viro assignata fuerunt scuta 4000. pro dote, & vndecim millia in causam bonorum parafrenalium, cum † declaratione tamen quod fructus sc. 1500. ex 34
dictis scutis vndecim millia extradotalibus, & illorum fructus sint reseruati ipsi Portiæ, itaut ipsa liberè, & absolutè possit, & valeat de illis disponere, illaque exigere nullo requisito consensu viri, hæc siquidem reseruatio, quæ alioquin elusoria † esset, demonstrat quod Coniuges agnoscentes 35
vim Statuti Ariminensis omnes fructus parafrenalium adiudi-

36 iudicantis viro illi inhærere voluerunt, † & reseruando certam quantitatem pro vxore reliquos omnes marito acquiri, vt per Surd. *cons.* 361. *num.* 21. Merlin. *decis.* 386. *n.* 4. Rota *decis.* 669. *num.* 2. *in fin. part.* 1. *recent. & in Romana rescissionis Concordiæ* 26. *Febr.* 1652. *§. penult. in fin. coram me*.

Gratisque dicitur pactum huiusmodi intelligi debere in
37 terminis iuris communis, hoc est si posteà constaret † de voluntate, & consensu ipsius vxoris, vt tradit Berou. *cons.* 44. *n.* 19. & 22. *vers. & hæc responsio lib.* 2. & censeri appositum non respectu consumptionis fructuum, sed administrationis, nè videlicet vxor virum impediret in administran-
38 do prout facere potest, etiam quando † adest statutum de fructibus lucrandis, vt benè aduertit Angel. *cons.* 61. *sub num.* 6. *vers. illud autem*.

Quia in casu quo consuluit Berous mulier sibi prius re-
39 seruauerat vsum, administrationem liberam, † & dispositionem, & vsumfructum, tam in vita, quàm in morte, & deindè immediatè adiecerat pactum expressum absolutionis mariti eiusque hæredum à redditione rationis, & administrationis, quod ne videatur contrarium dictæ reseruationi
40 Berous interpretatur vt supra, ibi, *& hoc est dicendum causa euitandæ contrarietatis*. Item in casu Angeli concessum erat viro, vt possit administrare sicut vxor, & hæc verba *sicut ipsa vxor* ponderat Angel. ad eliciendum quod solùm administratio censetur communicata, quodque vxor potest liberè absque consensu viri fructus percipere, & cum eo participare commoditatem, & fruitionem, sed in casu nostro nihil est reseruatum vxori præter supradicta scut. 500. &
41 † scuta 1500. eorumque fructus, & in reliquis sicuti reseruatio partis fructuum dotalium, indicat partes voluisse alios, spectare ad virum iuxta dispositionem Iuris communis ita pariformis, & contextualis reseruatio ratæ fructuum extradotalium, denotat voluntatem, quod alij acquiran-
42 tur viro † iuxta dispositionem iuris municipalis, cui partes se conformasse censentur, Rota *decis.* 785. *num.* 6. *part.* 1. *diuers. decis.* 146. *num.* 10. *decis.* 255. *num.* 3. *part.* 1. *recent. decis.* 137. *num.* 5. *apud Coccinum*, cùmque habeamus verba
43 expressa statuti † omnem vsumfructum etiam muliere fructuum restitutionem postea petente tribuentis viro, nec illi vxorem instrumentum dotale in acquisitione fructuum pacificet, sed solùm eorum ratam vxori præseruet, educi
44 non potest fauore vxoris participatio fructuum, † nisi respectu ratæ reseruatæ, manente de cætero integro, & omni vsufructu penes maritum.

Non obstat aliud Statutum Arimini datum in *Summ. Por-*
45 *tianum.* 13. obligans omnia bona mulieris eius † creditoribus, itaut possint de vsufructu dictorum bonorum satisfieri, quia non negatur quod maritus ex fructibus paraphernalium soluere debuerit æs alienum vxoris, & sic etiam debita hæreditaria Ludouici patris in ipsam per aditionem transfusa cum hoc onus respectu annuarum præstationum incumbat viro, etiam ratione vsusfructus ab alio statuto delati, *l. fin. ff. vsufru. leg. l. vsufruct. bonorum ff. ad leg. falcid.* Castill. *de vsufr. cap.* 58. *n.* 11. & 12. *l. fin. §. sin autem legata Cod. bon. quæ liber.* Menoch. *cons.* 115. *num.* 11. Surd. *decis.* 193. *num.* 1. & *seq.* Rota *in Interamnen. vsufruct.* 14. *Maij* 1650. *§. quia obiectum coram R. P. D. meo Cerro*, admittuntque hæredes viri quod pro tempore constantis matrimonij rata fructuum bonorum erogetur in solutiones fructuum censuum, tunc decursorum.

Sed negant ex dictis fructibus extingui debuisse etiam
46 sortes principales † censuum, vel cum illis compensandos esse fructus soluto matrimonio decursos, eorumdem censuum, qui marito viuenti fuerant à censuarijs translatiuè cessi; hæc enim translatiua cessio facta marito nomine proprio non extinxit census, sed transtulit in cessionarium,
47 etiam si (quod negatur) ille † non de proprijs pecunijs, sed mulieris soluisset, *l. si ex ea, & tibi Doctores C. rei vendic. l. qui aliena pecunia, l. nihil prohibetur, C. si quis alter. vel sibi, l. quamuis la seconda Cod. de pignor.* Rota in terminis census, *decis.* 26. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & in terminis acquisitionis factæ à marito de pecunia dotali, *decis.* 262. *num.* 7. *in fin. ibid.* Ofascus *decis.* 140. *num.* 9. Sortes verò principales ex
48 forma supracitati statuti mandantis ex fructibus † bonorum vxoris eius debita solui non debuerunt cum dictis fructibus
56 solui, quia non facta à † censuarijs disdicta debitæ non erant, Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 80. *vers. neque obstat*, Cyriac. *contr.* 94. *num.* 56. Rota *decis.* 498. *num.* 10. *decis.* 528. *num.* 6. & 7. apud Cens. *de censib.*

Nec obstat, quòd saltem census scut. 800. debitus Alexandro Gambalongo debuerit extingui eo quod Ludouicus Portiæ pater, ac originalis dicti census debitor in Instrumento locationis certorum bonorum mandauerat conductori, vt illum extingueret cum affictibus successiuè decurrendis, quos mortuo Ludouico Laurentius Portiæ vir exegit, nam cùm locationem præcessisset instrumentum matrimoniale, quo Ludouicus omnia bona extra dotem pro-
misit, & post suam mortem tradit voluit Laurentio, † non 50
potuit deindè in præiudicium Laurentij fructus, seu affictus se mortuo decurrendos destinare in extinctionem præfati census, Surd. *cons.* 403. *sub num.* 79. Peregr. *cons.* 53 *num.* 10. & 11. *lib.* 1. Castill. *decis.* 64. *num.* 27. *lib.* 1. cuius de cætero sortem creditor petere non poterat, nec ratione disdictæ,
quia eius vicem non supplet dicta destinatio inter alios † fa- 51
cta ei nusquam intimata, Cenc. *de censib. quæst.* 103. *num.* 21. nec ratione obligationis de extinguendo facta ab affictuario,
quæ licèt valida sit cùm debitor census possit ex † interuallo 52
pacisci cum accollatario quod censum extinguat, Gaspar. Roder. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 24. *in fin.* Felician. *de cens. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 17. alijque relati in *Caus. plebis* 1. *Iulij* 1647. *§. extrema in fin. coram me*, non probet actionem creditori census pro petitione sortis.

Quæ an repeti possit quando per debitorem vocati fuerunt omnes creditores ad concursum, & discussionem di-
sputant Doctores affirmantibus plerisque †, eo quod talis vo- 53
catio ex parte debitoris effectum habet disdictæ, vt latè per Cen. *de censib. quæst.* 107. *sub num.* 29. aliosque relatos a Modern. *Hisp. in Labyrint. cred. part.* 1. *cap.* 29. *num.* 26. & *seq.*
Sed in casu nostro talis vocatio non adest, † & sola senten- 54
tia graduatoria non lata instante debitore, nec censuarijs vocatis sortis repetitionem non parit, aut census extinguit, vt in fortioribus terminis dixit Rota *decis.* 60. *num.* 2. & *seq. part.* 1. *recent. & in Rom. census* 7. *Iunij* 1639. *coram R. Episc. Terracin.*

Meritò igitur Sententia Rotalis absoluit Gridulphos hæredes Laurentij à restitutione fructuum paraphrenalium ab eodem Laurentio constante matrimonio perceptorum per Portiam petita, denegauitque cum illis compensandos esse
fructus censuum a Laurentio acquisitorum post eius mor- 55
tem decursos; † neque eadem sententia redargui potest in 55
ea parte qua declarat omnes, & quoscumque fructus bonorum extradotalium Portiæ durante vita viri exceptis fructibus postea vt supra reseruatis spectasse pleno iure ad Laurentium inferendo quod implicitè neget ex illis debuisse solui debita vxoris contra formam supracitati statuti; Quia
vt substineatur intelligenda † est de omnibus fructibus de- 56
ducto ære alieno iuxta dispositionem statuti, Vinc. de Franch. *decis.* 227. *num.* 12. *vers. nam dicebam*, Capyc. Latr. *decis.* 25. *sub num.* 38. *vers. nam verba*, Rota *decis.* 66. *num.* 3. *part.* 2. *recent. & in Romana fideicomm. de Campagnolis* 8. *Febr.* 1649. *§. non obstat quod Sententia coram Reu. P. D. meo Peutingerio in Baren. Saluiani* 10. *Iunij* 1652. *§. penult. coram me*.

Hinc eandem Sententiam confirmandam esse decisum
hodiè fuit vtraque parte Informante, † non attenta nulli- 57
tare ex defectu integræ transportationis actorum; nam quæ deficere asseritur ex prædictis non releuant, & non
† releuantium transportatio in causis profanis necessaria 58
non est, ex allegatis ab add. ad Buratt. *decis.* 405. *num.* 18. & 19. & *in Romana Subhastationis* 7. *Iunij* 1651. *coram me*.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Cæsaraugustana Canonicatus.

Mercurij 9. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quando dicantur conformes, Capitulum quando fuit interdictum, & licèt Canonici aliqui sint innocentes, & non afficiantur interdicto, tamen ipsi non repræsentant Capitulum, & non possunt facere actus Capitulares, ne detur illud absurdum, vt in eadem Ecclesia dentur duo Capitula vnum bonum, & alterum malum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Beneficium aliquod obtinens à Papa, si non narrauit, eius collationem spectare ad aliquod Capitulum, & ad Episcopum dicitur gratia subreptitiæ obtenta.*
2 *Gratia, quando merè gratiosa non possit dici.*
3 *Sententiæ plures dicuntur conformes, dum vna confirmat aliam.*
4 *Sententiæ dicuntur conformes, quando in effectu in substantia concordant.*
5 *Sententiæ, quando sunt conformes, sunt exequendæ.*
6 *Sententia iustitia bene probatur ex decisionibus in causa emanatis.*
7 *Collatio beneficij, quod competat alicui de Iure Communi, & de Iure speciali paria non sunt.*
8 *Episcopus, quando venit appellatione Canonicorum consideratur, tamquam vnus de Capitulo, & non vti Prælatus, & num.9.*
10 *Subreptio non causatur ex taciturnitate eorum, quæ non retraxissent Principem à concessione gratiæ.*
11 *Capitulum, quando fuit interdictum, licèt aliqui Capitulares non sint interdicti, non tamen possunt facere actus Capitulares.*
12 *Corpus, quando suspenditur non possunt eius membra eius operationes exercere.*
13 *Capituli suspensio licèt non afficiat innocentes tam respectu culpæ, quàm respectu actus spectantis ad singulos, qualiterque id sit verum.*
14 *Capituli suspensio, afficit etiam Canonicos innocentes, quoad actiones nomine, & iure totius Capituli Delinquentis facienda, cuius ipsi sunt membra.*
15 *Quod quidem non est puniri propter peccatum alienum, sed est aliquo modo participare de pœna totius.*
16 *Capitulum licet conseruetur, & sit repræsentabile etiam per vnum Canonicum.*
17 *Attamen, quando Capitulum est interdictum, & adsint Canonici innocentes, vtique tunc per eos non repræsentatur Capitulum.*
18 *Capitula duo non dantur in eadem Ecclesia, vnum suspensum, atque interdictum.*
Alterum vero, neque suspensum, neque interdictum.
Capita duo, monstruosum esset, dare in eodem corpore, sic duo Capitula in eadem Ecclesia, n.18.
19 *Interdictum Ecclesiasticum non potest dici generale, dum aliquos excipit.*
20 *Interdictum aliud est locale immediatè locum afficiens, prohibendo, ne in eo fiant sacra functiones.*
21 *Et aliud personale, quod immediate afficit personas prohibendo illis participationem sacrarum functionum.*
22 *Interdictum subdiuiditur in generale, & speciale.*
23 *Interdictum illud dicitur generale, quod fertur in aliqua collectione hominum, vti corpus positiuum, & morale, nempè in Populum alicuius Ciuitatis.*
24 *Vniuersitas licet sit interdicta, quia tamen multi sunt innocentes, sequitur quod non omnes sint interdicti.*
25 *Interdictum, quando est generale, an afficiat tantum eos, qui dederunt causam interdicto.*
26 *Interdictum generale ad effectum vt fulminetur, non exigitur, vt in omnibus de Vniuersitate sit culpa, ad effectum, vt omnes afficiat.*
27 *Interdicto generali, vt sit locus sufficit, vt adsit culpa in capite, vel in maiori parte eorum de Vniuersitate.*
28 *ab Edicto generali excepti, possunt exercere, quæ possunt facere vti singuli, non vti vniuersi.*
29 *Interdictum, quando est Capitulum licèt Canonici innocentes quoad se participent de pœna inflicta eidem Capitulo, tamen habet vt hic, & num.30.*
31 *sub Interdicto generali, quod adsint personæ Vniuersitatis etiam innocentes, sicuti reliqui culpabiles est compatibile.*
32 *Beneficiorum collatio non impeditur per suspensionem à diuinis.*
33 *Veritatis narratio non inducit subreptionem.*
34 *Contumaces digni sunt odio.*
Papa odio censetur motus, dum voluit in conferendo beneficium præuenire Capitulum contumacem, & interdictum num.35.
36 *Subreptio, ex quo non inducatur, & n.37. & 38.*

DECISIO XLIII.

ADuersus tres sententias Rotales, quæ reuocando primam vnisormiter concedunt executionem litteris
Apostolicis Gregorij de Alayeto, causa appellationis mihi
commissa cum clausula, *consisto de tribus*, Informantes,
pro Didaco Hieronymo Sala non solùm repetebant subre-
ptionem ex duplici capite toties deductam, nempè ob omis-
sam narratiuam, † quod Ius conferendi nedum ad Capitu- 1
lum spectat, sed etiam ad D. Archiepiscopum Cæsaraugu-
stanum, & ex quo Papæ narratum non fuerat in sententia
Censurarum sex Canonici, & totidem Dignitates nomi-
natim fuisse exceptuatas, penes quas propterea Ius Capi-
tuli conseruari poterat, sed aliam nouam subreptionis spe-
ciem deduxerunt, ex eo scilicet, quod Summo Pontifici
simpliciter expositum fuit Prouisionem Canonicatuum va-
cantium in Mensibus Martij, & Septembris ad Capitulum,
& Canonicos ex indulto, seu Priuilegio Apostolico † per- 2
tinere tacito, quod Indultum non processerat ex mera
gratia Papæ concedentis, sed titulo oneroso, & cum
pactis initis in limine sæcularizationis cum Maiestate Ca-
tholica, cui insuper in Bulla eiusdem sæcularizationis Ius-
patronatus pro certis mensibus reseruatum fuerat.

Verùm prædictis non obstantibus resolutum fuit constare
de tribus, quia cum sententiæ Rotales adinuicem † simpli- 3
citer se confirment, & in substantia concordent dubitari
nequit de ipsarum † conformitate, vt dixit Rota *decis.647.* 4
*num.1. part.1. decis.491. eodem num. part.5. & decis.292. in
princ. part.6. rec.* cor. Duran. *decis.365. num.3. in Romana
Domus 11. Aprilis 1644. coram Reuerendissimo D. Terraci-
nen. & in Romana fideicommissi, seu Saluiani 1. Iulij 1652.
coram me*. Ac propterea † sunt exequendæ iuxt. text. 5
*in Clem. ve calumnijs de senten. & re iud. in cap. sua
nobis 65. de appell. & in l.1. C. ne liceat vna eademque
de appellat.*

Iustitia satis liquet, nam validitas non reuocatur in du- 6
bium ex tribus *decisionibus in hac causa editis 16. Iunij 1653.
coram R. P. D. meo Albergato 4. Febr. 1654. coram Reu. P. D.
meo Bichio, & 16. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Beuilaqua*; Nec obstat prima subreptionis exceptio, quia Ius
conferen. Canonicatus vacantes in mensibus Martij, & Se-
ptembris non competit D. Archiepiscopo Cæsaraugustano
ex Iuris dispositione, sed ex speciali † priuilegio d. Bullæ 7
secularizationis, quæ illud tribuit Capitulo cum Archiepi-
scopo non simultaneè, & distributiuè, sed tanquam vni
corpori per Capitulum, & Archiepiscopum repræsentato
cum declaratione, quod Archiepiscopus vnam tantùm
vocem, prout quilibet Canonicorum habeat, & sub
expressa conditione, quatenus in actu collationis ipse
interueniat in Capitulo, atque ideò satis fuit exponere
Papæ, quod collatio Canonicatuum in dd. mensibus va-
cantium spectaret ad Capitulum, † nam ipsius appellatione 8
venit etiam Archiepiscopus quando tanquam vnus de Ca-
pitulo participat de collatione, quia tunc non consideratur,
vti Prælatus, † sed tanquam vnus de corpore Capituli, *vt* 9
*relatis decisionibus, & authoritatibus luculenter responsum
fuit in omnibus decisionibus huius causæ.*

Cessat pariter altera, quia cùm dictum Ius conferendi
spectet ad Capitulum, illudque sit interdictum, & suspen-
sum, non fuit opus Papæ narrare aliquos ex Canonicis, &
Dignitatibus ab huiusmodi interdicto, & suspensione
fuisse in sententia exceptuatos, quia talis expressio † illum 10
non retraxisset à prouidendo, nam si qui ex Capitularibus
non excommunicati, & habiles remanserunt exercere
non possunt actus Capitulares, & Iurisdictionales, quia
dum totum corpus suspenditur, non possunt illius membra
eius operationes exercere, licèt enim suspensio Capituli
non afficiat Innocentes respectu culpæ, & respectu actus
spectantis ad singulos vti particulares, † eos tamen afficit 12
quoad actiones nomine, & iure totius Capituli delinquen-
tis, & cuius ipsi sunt membra, quod propriè † non est 13
puniri propter peccatum alienum, sed est aliquo modo
participare de pœna totius, quod peccauit, quod non esse
inconueniens, tradunt optimè Suar. *de censur. lib.5. disp.28
sect.4. num.2. vers. Respondent, & disput.36. sect.2. num.10.*
Castropal. *oper. moral. part.6. tit. de Censur. disp.4. punct.3.
num.3.* Modern. Pater Dian. *resol. moral. part.5. tract.10.
resol.22. vers. sed contrariam, Rota in Cæsaraugustana distributionum 29. Maij 1652. coram Reu. P. D. meo Verospio §.1.
& §. siquidem interdictum, & prius in Tridentina Canonica-*

nicatus 17. Maij 1645. §. Prout etiam confirmata 26. Febr.
1646. coram me, in quibus subditur, quod licèt Capitulum
14 conseruetur, † & sit repræsentabile, etiam per vnum
dumtaxat Canonicum repræsentantur tamen tanquam
corpus infectum, & inhabile ad exercendum actus Iuris-
15 dictionales, alias autem † darentur in eadem Ecclesia duo
Capitula, alterum suspensum, & interdictum, & alterum
16 neque interdictum, neque † suspensum, quod monstruo-
sum esset, *vt latius probatur in decisionibus*.

Agnoscentes informantes pro Didaco hanc veritatem
conabantur eam euitare allegantes prædicta procedere in
17 Interdicto generali non autem in † speciali, negantes pro-
pterea id, de quo agitur fuisse generale, dum nonnullos
excipit, sed contrarium patet ea quo latum fuit contra Ca-
pitolum; Recepta enim est in hac materia distinctio,
18 quod interdictum aliud est locale immediatè † locum
afficiens, prohibendo, ne in eo fiant sacræ functiones, &
19 aliud personale, quod immediatè afficit personas, † pro-
hibendo illis participationem sacrarum functionum,
20 quorum vtrumque subdiuiditur in generale; & † speciale,
& signanter interdictum personale illud est generale,
21 quod fertur in aliquam collationem hominum vti † corpus
politicum, & morale, nempè in Populum alicuius Ciui-
tatis Collegium, Capitulum, Accademiam, & simi-
lia, quod constringit omnia membra, & partes illius,
22 aliud verò est speciale, † quòd fertur in certam per-
sonam, seu certas, & determinatas personas, prout sunt
singulares, non autem vt membra alicuius Communi-
tatis, prout sic distinguendo benè declarant Alter. *de censur.*
tom. 2. rubr. de interd. disput. 1. cap. 3. col. 3. vers. interdictum
ergo, & col. 4. vers. eodem modo fol. 288. Coninch. *de Sacram.*
tit. de interd. disput. 17. dub. 1. num. 4. & 6. Laym. *Theolog.*
moral. lib. 1. tract. 5. cap. 4. rubr. de interd. cap. 1. num. 2. Filiuc.
quæst. moral. tom. 1. tract. 18. cap. 1. n. 4. cum duob. seqq. Sayr.
de Censur. lib. 5. cap. 1. num. 10. vsque ad fin. Castropal. *d. tit.*
de censur. disput. 5. punct. 1. n. 3. & 4. Modern. Pater Lezana
in Sum. quæst. regul. verbo interdictum n. 3. vers. Rursus etiam
fol. 274. qui allegant concordantes.

Igitur cùm in casu nostro non possit dubitari, quin indi-
23 terdictum sit personale, † vtpotè non afficiat locum, sed per-
sonas, certum etiam est illud non posse dici speciale, sed ge-
24 nerale, dum latum fuit collectiuè † contra totum Capitu-
lum vti corpus morale non autem contra Canonicos vti
singulas, & determinatas personas iuxta supradictam
distinctionem, & præter supra allegatos Modern. *Pa-*
normit. nuncupat. Marc. Scrius *in explicatione Bull. Sanctæ*
Cruciatæ disput. 1. diffinit. 6. §. 4. quæst. 2. num. 8. nil refragan-
te exceptuatione aliquorum Canonicorum, & Dignitatum,
quia Iudex potest, ab interdicto generali aliquos tanquam
innocentes exceptuare, sed exindè non diuersificatur eius-
dem interdicti qualitas, per ea quæ tradunt Laym.
in d. cap. 1. d. num. 2. vers. Interdictum personale, ibi, *nisi spe-*
ciali priuilegio eximantur, & Filiucc. *d. tract. 18. cap 6. sub*
num. 144. circa finem vers. & quia, vbi ait, quod licèt inter-
25 dicatur † vniuersitas, quia tamen semper in ea sunt multi
innocentes addendum est non omnes de tali vniuersitate
26 esse interdictos, sed eos † tantùm, qui dederunt causam
interdicto, ad effectum enim, vt feratur interdictum
27 † generale non exigatur culpa in omnibus personis, quæ
tali interdicto ligantur, sed satis est culpa in capite, vel in
28 magna, aut præcipua parte illius Communitatis, † in
quam interdictum generale fertur, iuxta text. *in cap. si*
sententia de sent. excomm. Surd. *vbi supra dicta disp. 36. sect. 3.*
num. 4. Layman. *pariter vbi supra cap. 4. sub num. 4. vers.*
Quapropter, & Modern. Pater Diana *dicta resol. 22. vers.*
sed sufficit culpa plurium. Effectus autem dictæ exceptua-
29 tionis est, quod exceptuati † exercere possunt operatio-
nes ipsis competentes vti singulis, non autem tamquam
membris Capituli suspensi, & interdicti, quia licèt sint
innocentes quoad se, participant tamen de pœna inflicta
eidem Capitulo in ijs, quæ Capituli sunt, & ad ipsos
spectant non vti determinatas, & singulares personas,
30 † sed vti Capitulum repræsentantes, *vt probant Autho-*
ritates adducta in dd. Decisionibus, aliaque supra alle-
gata.

Compatibile enim est, vt aliqui sub interdicto generali
Vniuersitatis, & Collegij comprehendantur tanquam
31 membra, absque eo quod vti non culpabiles † incurrant in-
terdictum personale, quo virtualiter afficiuntur cæteri
culpabiles, vt ex Bonac. Suar. Reginal. & Filiucc. *firmatum*
fuit in decisione Reu. P. D. mei Albergati §. Capitulum verò
post med.

Obiecto autem, quòd suspensio à Diuinis non impediat
collationem, & † Prouisionem Beneficiorum, ex Cardi- 32
nali Seraph. *decis. 860. num. 6. & decis. 870. num. 2. satis re-*
sponsum dixerunt Domini tam in decisione R. P. D. mei Al-
bergati §. penultimo, & §. fin. quàm in alia Reu. P. D. mei Bi-
chij sub §. Alterum obiectum, ex quo localiter exindè elici
† non potest aliqua subreptio, quæ litteras Apostolicas 33
per Gregorium impetratas afficiat dum ipsam facti ve-
ritatem † Papæ exposuit, suspensionem scilicet Capitu- 34
li à Diuinis, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ. Ideò
contumaciæ Capitularis odio motus tanquam † ex causa 35
impulsiua censetur Pontifex voluisse in conferendo præ-
uenire Capitulum, & sic illud punire *ex authoritatibus,*
& rationibus in dd. decisionibus allegatis, quibus non repu-
gnant, sed fauent adducta decisiones Cardinalis Seraphini.

Tertia denique subreptio nouiter excitata nullius est mo-
menti; quia Bulla secularizationis in ea parte, in qua Ius
conferendi Capitulo conceditur † gratiosè à Papa proces- 36
sit, dum ad istum effectum nil prorsus de proprio posuit,
vel persoluit, vnde esto etiam quod titulus Patronalis Ca-
tholicæ Maiestatis præbere potuerit causam onerosam re-
spectu ipsius, illam tamen † non præbuit respectu Capi- 37
tuli, quod ex mera gratia Pontificis obtinuit ius conferen-
di Canonicatus in dd. duobus mensibus vacantes. Iura
autem Regia, & Ius præsentandi præseruata fuerunt in
alijs quatuor mensibus, nempè Februarij, Maij, Augu-
sti, & Nouembris; Ideòque cùm non tangant Canoni-
catus † vacantes in mensibus Martij, & Septembris quo- 38
rum Collatio Capitulo vnà cum Archiepiscopo concessa
fuit, non erat de eis facienda mentio.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Accollationis Debitorum.

Luna 9. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Debita alicuius accollans soluere, dum ei fuit promissum tradere quædam bona, si talis promissio fuit correspectiua ad solutionem debitorum, tunc non probata dicta traditione cessat promissio d. solutionis. Et ex quibus dicatur probata talis traditio.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio correspectiua, quando est, tunc cessante correspectiuitate cessat obligatio.*

2 *Obligatio, quod sit correspectiua probatur ex verbis instrumenti.*

3 *Correspectiuitas, ex quo possit negari.*

4 *Testis vnicus fidem non meretur.*

5 *Consignatio bonorum, quod alicui fuit facta ex quo probetur, & num. 6.*

6 *Confessio propria plenè probat.*

Contra Iuramentum proprium, quis venire non potest, num. 7.

8 *Iuramentum Testatoris ligat etiam hæredem ad obseruationem.*

9 *Consignatio bonorum probatur, si pars eorum probetur, quod fuerit facta pro aliqua parte.*

10 *Testis non probat negatiuam non consignationis bonorum, si simpliciter asserat, se non vidisse talem consignationem.*

Quoniam potuit fieri, licèt ipse non viderit quamuis præsente.

11 *Testis, an probet negatiuam non traditionis bonorum, si pro ratione asserat, non potuisse fieri, quia tempus fuit breue.*

12 *Verba*, dedit, & assignauit, *etiam si essent verba Notarij intelligi possunt de traditione facta, paulò ante instrumenti stipulationem.*

12 *Testis vnicus non est attendendus, & hoc maximè ad reprobandum instrumentum.*

Testes duo, & quidem omni exceptione maiores requiruntur ad reprobandum instrumentum, n. 13.

14 *Verba instrumenti, quod aliqua bona fuerunt consignata in actu stipulationis.*

Ex

Ex hoc non excluditur, quod talis consignatio, potuerit fieri, paulo ante stipulationem instrumenti.

15 *ad Instrumenti reprobationem requiruntur probationes præcisa, & necessario concludentes.*

16 *Notarius debet conficere instrumentum, de eo, quod de tempore instrumenti interuenire potuit.*

17 *Et insuper de eo, quod ipse testificare potest, declara tamen, vt hic, & num. 18.*

19 *Confessio partis plenè probat contra ipsam, nec ita facile tolli potest, & seq.*

D E C I S I O XLIV.

DVobus Testibus probatum afferens Antonius Fornasarius Hieronymi hæres, quod tempore Instrumenti sub die 20. Iulij 1646. interdictum Hieronymum, & Angelicam de Arsenatis celebrati, mobilia, quæ ibi Notarius Hieronymo consignata dixit, tradita re vera non fuerunt, inferebat exinde, quod consignatione huiusmodi non facta, quia obligatio Hieronymi de soluendo debita Angelicæ, & prædium ab illius liberando correspectiua est, &
1 ad traditionem mobilium † ex ea agi non potest, *l. fin.* Caccepill. Aymen. *cons.* 461. *num.* 39. *in fin.* Rot. *decis.* 428. *n.* 7. *part.* 1. *recent. cum alijs allegatis in Bononien. Bonorum de Romantijs 7. Iunij 1652. coram R.P.D. meo Verospio*, & correspectiuitas, † ex verbis Instrumenti, ibi, *& pradicta fuit D. Hieronymus ex vna, quia ex altera &c. D. Angelica &c.* resultat, vt de similibus verbis dixit Rot. *decis.* 123. *num.* 41. *part.* 2. *decis.* 405. *in princ. part.* 4. *diuers. & in Meleustana Donationis* 12. *Decembris* 1653. §. *idque clarius coram R. P. D. meo Cerro*, nihil obstante vltima decisione huius causæ,
3 quæ † correspectiuitatem negat, ob alias obligationis causas à Testibus recensitas. Quia hodiè compertum fuit de
4 illis deponere † vnicum Testem, qui fidem non meretur, *cap. licet vniuersi de Testibus*, Rot. *decis.* 6. *num.* 13. *decis.* 367. *num.* 6. coram bon. mem. Buratt. *decis.* 317. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Nihilominus DD. steterunt in decisis, quia consignatio
5 † mobilium probatur ex verbis instrumenti, ibi: *Angelica dedit, & assignauit dicto Hieronymo &c.* & infra, ibi: *D. Hieronymus supradictam consignationem de consensu partium factam ad se trahens, & penes se retinens, dixit confessus fuit, & publicè recognouit habuisse, & recepisse, & ad cautelam renunciauit &c.* sola enim iurata confessio Hieronymi, sicuti contra ipsum (vbi non exigitur pro forma actualis) & præ-
6 sentanea consignatio † plenè probat, & ab illo contra proprium ioramentum impugnari † non potest, Bald. *in l. per. num.* 2. *C. solut. Matr.* Alex. *cons.* 90. *num.* 3. *lib.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 361. *num.* 1. Gratian. *discept.* 873. *num.* 3. & 4. Cenc. *de cens. quæst.* 87. *num.* 11. Maximè post lapsum 30. dierum *in l. contractibus etiam super cæteris*, ibique Barbos. *n.* 30.
8 *allegauit Concordantes C. non corumpere*, ita contra † Antonium filium, & hæredem, Thob. Non. *cons.* 16. *num.* 31. *ex text. in l. cum à Matre C. rei vendic.* Cenc. *d. quæst. n.* 12. Rot. *in rec. decis.* 261. *num.* 7. *part.* 7. *& in Romana Saluiani* 12. *Ianuarij* 1646. *coram bon. mem. Arguelles*, præsertim
9 quia partis mobilium † consignatio corobatur vlterius successiua illorum venditione facta ab eodem Hieronymo, vt per Natt. *cons.* 547. *num.* 26. Surd. *cons.* 397. *cons.* 489. *n.* 21. Buratt. *decis.* 108. *n.* 18. *& alios relatos in Romana restitutionis dotis* 5. *Iunij* 1634. *coram R. P. D. Pironano.* Testium verò exaduerso inductorum, Alter cùm simpliciter deponat se non vidisse in actu stipulationis instrumenti consigna-
10 ri mobilia, non concludit negatiuam † aduersus verba Instrumenti, quia potuit fieri consignatio eo præsente, licèt non vidisset, *vt in fortioribus terminis*, post Bald. *cons.* 455. *num.* 41. *lib.* 1. tradit Bertaz. *claus.* 2. *gloss.* 2. *sub num.* 30. *col.* 3. *circa fin.* Angel. *cons.* 227. *sub num.* 3. *vers. non obstat*, Corn. *cons.* 202. *num.* 2. *lib.* 4. Aldobr. *cons.* 161. *num.* 16. *lib.* 2. Cyriac. *contr.* 417. *n.* 149. Rot. *in Romana Alimentorum* 28. *Martij* 1640. §. *non obstat il primo coram me.* Cùmque idem Testis se non vidisse ob breuitatem temporis quo interfuit ibi: *Non viddi &c. per la breuità del tempo ch'io stette lì*, eo mi-
11 nus † concludit negatiuam traditioni, vt ad propositum ponderauit Rot. *in d. Romana Alimentorum* §. *non obstat præsertim*, quia verba instrumenti dedit, & assignauit etiam si essent verba Notarij intelligi possunt de traditione
12 facta † paulò antè rogitum Instrumenti, Bart. *in l. post dotem num.* 21. ibi: *debet intelligi præteritum in modica præteritione ff. sol. Matr.* Natt. *cons.* 360. *sub num.* 41. *vers. etsi debet, & vers. intelligi de modica præteritione.*

Alter Testis præter quod sit vnus, & ad probandum Instrumentum duo † requiruntur omni exceptione maiores, 13
Felin. *in cap. cum Ioannes num.* 35. *& num.* 43. *& seqq. de fid. Instrum.* Farinacc. *de falsit. & simul. quæst.* 188. *num.* 92. *& seqq.* Cenc. *de cens. quæst.* 51. *num.* 21. *Aliuque allegats*, addentes ad Buratt. *decis.* 518. *sub num.* 15. restringit suum dictum ad actum stipulationis Instrumenti, ibi: *nell'atto della stipulatione dell'Instrumento*, & sic non excludit consigna-
tionem paulò antea † factam, in qua verba Instrumenti 14
etiamsi essent Notarij verificari possunt, vt dicebam, & ad
reprobandum Instrumentum requiruntur probationes 15
† præcisæ, & necessario concludentes, Cenc. *de cens. quæst.* 51. *num.* 8. Rot. *decis.* 422. *num.* 5. *& in part.* 1. *recent. decis.* 551. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 2.

Imò probandum vlteriùs est, quod nec ex interuallo antè Instrumentum mobilia consignata fuerint, quod enim dicitur verba Instrumenti, *dedit, & tradit*, intelligenda esse de traditione tunc, vel modico tempore antea facta, ita vt probata negatiua coarctata ad dictum tempus conuincatur falsitas Instrumenti licèt secus sit in scriptura priuata, & ratio diuersitatis est, quia Notarius debet
conficere Instrumentum, de eo quod † tempore Instrumen- 16
ti interuenire potuit, & de quo ipse potest testificari Bart. *in l. post dotem num.* 11. *ff. sol. matr.* Bald. *in antiq. lectiòn. num.* 4. & 21. Natt. *d. cons.* 360. *num.* 41. Buratt. *decis.* 298. *num.* 7. *& seqq.* procedit quando sunt verba Notarij
adito aliquo signo traditionis coram se † & Testibus factæ 17
nec possunt inferri ad partis confessionem secùs è conuerso, vt declarando doctrinam Bart. *in d. l. si ex cautione, & in l. prædia num.* 1. *& seqq. ff. acqu.* post Dec. *distinguit in l. singularia num.* 19. *& num.* 33. *ff. si cert. pet.* Cepoll. *cons.* 23. *num.* 16. Addentes ad Bart. *in d. l. prædia vers. pro concordia*, Bertazol. *claus.* 341. *glos.* 6. *num.* 5. *& num.* 11. & 12. Natt. *d. cons.* 360. *num.* 4. *in fine vers. & ex hoc.*

Nos autem versamur in secundo casu, quia Notarius ad-
didit explicitè confessionem recipientis, † ibi: *dixit confessus* 18
fuit &c. habuisse &c. ad quam referenda sunt etiam verba dedit, & assignauit, & verba recipiens &c. ad se trahens &c. Roman. *in d. l. prædia sub num.* 41. *vers. & tunc*, aut proferuntur Bart. *in d. l. si ex cautione in antiq. licèt sub num.* 9. & 16. Bart. Salicet. *num.* 28. Felin. *cap. si cautio sub num.* 55. *vers. & non sufficeret de fid. Instrum.* Gratian. *discept.* 628. *num.* 10. Mant. *de tacit. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 4. Rot. *in Parmen. Pensionis* 23. *Martij* 1640. §. *non enim, & 2. seqq. confirmata* 28. *Aprilis* 1645. *coram me.*

Semper itaque firma manet confessio partis † aduersus 19
quam nihil releuat, quòd mobilia tradita non essent æquiualentia debitis accollatis, quia ad hoc affertur tantùm inuentarium bonorum hæreditariorum Fulcini primi viri
Angelicæ correspondens † venditioni mobilium, vt supra 20
factæ à Hieronymo, illius verò confessio in instrumento emissa non restringitur ad mobilia hæreditaria Fulcinei, sed
indefinitè se habet, nec docetur nulla alia † mobilia præ- 21
ter hæreditaria habuisse Angelicam, vt ad conuincendam insufficientiam mobilium assignatorum necesse est ex allegatis *in decisione vltima* §. *pen.* & §. *final.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. B I C H I O.

Romana Retentionis Domorum.

Mercurij 9. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

In concordia ea, quæ non fuerunt expressa, non possunt dici in ea comprehendi: Et latè discutitur, quando creditum possit dici turbidum, tam respectu substantiæ, quàm respectu quantitatis, vt non sit locus retentioni bonorum.

S V M M A R I V M.

1 *Concordia non comprehendit ea, quæ in ipsa non fuerunt deducta.*

2 *Concordia dum adhuc pendet res de qua agitur, dicitur etiam litigiosa.*

3 *Sententia non dicitur transiuisse in iudicatum, quando in tempore fuit appellatum.*

4 *Et causa fuit commissa, & etiam non transiuit primus annus.*

5 Lo-

5 *Legata non possunt solui de bonis fideicommissarijs, dum adsunt bona libera.*
6 *Credita quando non possint dici aerea, & inexigibilia.*
7 *Credita non possunt dici inexigibilia, dum pro maiori parte fuerunt exacta.*
8 *Periti relatio, quando apparet erronea, non est attendenda.*
9 *Oppositio, quando tollitur ex ipsa euidentia facti, frustra dicitur opposita.*
10 *Datio in solutum, quid operetur.*
11 *De credito proprio, quando quis censeatur satisfactus, & num. 12.*
13 *Assignatio bonorum, quando habet in ventre causam expressam.*
14 *Datio in solutum supponit debitum iam in esse deductum.*
15 *Datio in solutum, supponit debitum certum, nec aliqua elidibile exceptione, alias non tenet.*
16 *Datio in solutum, quando conuertatur in simplex pignus.*
17 *Contractus recipiunt interpretationem à subiecta materia.*
18 *Contrahentes præsumuntur potius voluisse inire contractum validum, quàm inualidum.*
19 *Dispositio ad quam causam in dubio sit referenda.*
20 *Credita assignata an præsumantur exacta.*
21 *In vtilitatem eius præsumitur quid factum, quod in fauorem eius creditorum fuit factum, & num. 22.*
23 *Diuersitate stante non benè arguitur de persona ad personam.*
24 *Creditor, & debitor, quis potest esse alicuius, diuersis tamen temporibus.*
25 *Relatio Periti, quando est erronea, non potest nocere non citatis.*
26 *Fideicommissarijs, vt possit dici praeiudicatum, debent etiam ipsi citari.*
27 *Creditum, quando dicatur remanere in quantitate maius eius, quod debetur.*
28 *Creditum quando est turbitum tam in substantia, quàm in quantitate, non datur retentio.*

D E C I S I O XLV.

COncordiam initam cum ipso Monasterio, & Monialibus S. Bernardini de anno 1651. sententiam super eius validitate à R. P. D. Vicesgerente, & in iudicatum transactam cum successiua eaecutione, ac deliberatione domus positæ in Regione Pontis in Platea Turris Sanguineæ, ad sui fauorem facta de anno 1654. nec non creditum Laurentij, & Iosephi suorum debitorum super bonis fideicommissi obligata à Iacobo fideicommittente, soluta resultans, obiecit hodie Nereus Scarlattus vnà cum Bindis ad euertendam decisionem contra eosdem de Bindis pro Monialibus editam die 20. Aprilis 1654.

Sed primum obiectum nil vrget, cùm hodie non agatur
de domo assignata Scarlatio in d. concordia, sed super alijs
1 domibus possessis à Bindis, quas concordia † de eis non loquens, non comprehendit *l. si certa ff. transact.* Abb. *cons.* 10. *num.* 1. *lib.* 1. Surd. *cons.* 418. *num.* 10. *& seqq.* Rota *decis.* 232. *num.* 12. *part.* 1. *recent.* cùmque eadem concordia
stante lite contra eius validitatem à Monialibus mota pen-
2 dente adhuc, vt infra dicetur † litigiosa sit, eo minus interim vrgere potest, Bald. *in l. item quia in secunda lect. sub num.* 3. *vers. nec potest dici ff. pact.* Card. Mantic. *decis.* 221. *num.* 9. Rota *in Neapolitana Pensionis* 30. *Aprilis* 1640. §. *fin. coram me.*

Sententia D. Vicesgerentis gratis dicitur in iudicatum
3 transacta, cùm ab illa † fuerit infra legitima tempora appel-
lationis causa commissa R. P. D. meo Verospio, nec à die
4 appellationis lapsus fuerit † annus constituendi rei indicatæ necessarius, Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap. vlt. num.* 9. Cassad. *decis.* 6. *num.* 8. *de appellat.* Cresc. *decis.* 8. *num.* 8. *eod. tit.* Put. *decis.* 311. *lib.* 2. Rota *decis.* 156. *n.* 1. *part.* 2. *recens.* Eaecutio verò d. sententiæ facta, & allegata deliberatio restringitur ad præfatam domum, de qua hodie non agitur.

Creditum Iosephi, & Laurentij ea causa solutionis legatorum à Iacobo fideicommittente relictorum respondet
prima decisio non suffragari contra bona fideicommissi,
5 quia penes soluentes aderant bona libera, ex quibus † legata soluisse præsumuntur, vel soluere debuerunt, Roman. *cons.* 276. *num.* 7. Menoch. *cons.* 383. *num.* 14. alijque allegati *in d. decis.* §. *quod supposito.*

Habebant inquam penes se scut. 13518. quæ ipsimet debebant fideicommittenti occasione Societatis, cum eo aliàs contractæ, & nominum debitorum socialium, quorum exactionem in se assumpserant; nec dici potest ea nomina fuisse
† aerea, & ineaigibilia, qualia plerumque esse nomina ea 6
causa vtilium, deponunt Testes *Sum. Scarlati num.* 15. Quia
in casu nostro constat illa fuisse pro maiori parte exacta à
d. Iosepho, & Laurentio, † quæque deinde deteriora facta 7
fuissent, ipsorum periculo cedunt, *l. in ratione* 30. *l. in quantitate* 73. *ff. ad leg. Falcid.* Peregr. Giouagn. & alij allegati in prima decisione §. *secondo*, quia vlterius exindè infer-
tur erroneam esse, nec attendendam relationē Fuschij † vlti- 8
mi periti, asserentis dd. nomina fuisse aerea, & ineaigibilia. Eo minus quia emanauit non citatis Monialibus, quas gratis pars aduersa negat tunc fuisse in causa, cùm ex datis *in Summ. præteritæ positionis pro Monialibus* appareat
contra illas de anno 1612. ad instantiam Oliuerij fuisse
commissam causam in Rota, & † de anno 1647. citatas ad 9
instantiam ipsius Scarlatti; peritus verò electus fuit de anno 1648. d. Summ. num. 6.

Non obstat, quòd Iacobus Testator fuerit de dd. scut. 13518. satisfactus ab eisdem Iosepho, & Laurentio mediante assignatione, quam ei fecerunt de anno 1603. totius negocij, & effectuum Drogheriæ, cum facultate ad libitum disponendi de negotij effectibus, constituendo insuper eum Procuratorem irrenocabilem, vt in rem propriam, & clausula, *Constituti*, ac verbis, *cede, concede, da, trasferisce, e consegna*,
quæ † important dationem in solutum 10
prioris obligationis eaetintiuam, Gonzal. *cons.* 28. *num.* 9. *& seqq.* Becc. *cons.* 105. *num.* 10. Surd. *cons.* 243. *sub num.* 21. Rota *in Tiburtina Castri S. Angeli* 11. *Martij* 1650. §. *neque obstare coram Reuerend. P. D. meo Meltio*, iuncto præsertim quod Iacobus de dictis effectibus disposuit, quod in solidatione computorum subsecuta de anno 1613. Iacobus decla-
ratus fuit debitor in scut. 1874. signum † euidens, quod de 11
suo credito anni 1603. fuerat satisfactus, vt per Iason. *in l. siquidem num.* 3. *C. transact.* Honded. *cons.* 47. *num.* 34. *lib.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1318. *num.* 9.

Nam pro responsione ad hoc obiectum, ad quod tota
difficultas restringitur, animaduerterunt iterùm † Domini 12
assignationem, & cessionem præfatam negotij Drogheriæ non fuisse factam in causam huius crediti, sed ad reddendum securum Iacobum de damnis, quæ in futurum pati posset occasione fideiussionis, & promissionis per eum eadem die factæ pro ipsis Laurentio, & Iosepho, quod scilicet in futurum soluturi essent eorum Creditoribus in temporibus cum illis concordatis summas debitas, ibi, *il sopradetto Sig. Lorenzo Carpiano, volendo render sicuro il sopradetto Sig. Giacomo, che s'è obligato, come di sopra, cede &c.* Cùm itaque hæc assignatio habeat in ventre causam eapressam assicurationis à damnis fideiussoris tunc præstitæ forsan
prouenturis, nullatenus referri † potest in causam diuer- 13
sam præexistentis Crediti scut. 13518. *l.* 1. *vbi notant omnes ff. solut.* Roman. *cons.* 94. *sub num.* 2. Aym. *cons.* 158. *num.* 13. Decian. *cons.* 20. *num.* 24. *lib.* 2. Marr. *vot.* 51. *num.* 5. Rota *in Rom. Societatis officij* 20. *Iunij* 1644. §. *non obstat primo coram me.* Et quoniam ea causa damnorum Iacobus tunc Creditor non erat quippè sola fideiussio, præsertim in ipso limine contractus id non præstat, impossibile est, quod assignatio quibuscumque clausulis munita importet dationem in
† solutum, quæ supponit creditum iam in esse deductum, 14
certum nec aliqua eaceptione † elidibile, & alioquin non 15
tenet, Ruin. *cons.* 160. *num.* 25. *lib.* 2. Menoch. *de retinen. remed.* 1. *n.* 37. *& seqq.* Surd. *decis.* 46. *num.* 5. *&* 6. Rota *diuers. decis.* 33. *num.* 6. *part.* 1. itaut, & si alijs casibus, de quibus loquuntur allegati in obiecto, clausulæ, *Constituti*, & aliæ in obiecto allegatæ denotare valeant dationem in solutum,
hic resoluantur † in simplex pignus, attentis tum verbis, 16
ibi, *per render sicuro*, quæ in proximioribus terminis ponderauit Rota apud Modern. *Perus. de subhast. decis.* 604.
num. 6. tum subiecta materia † contractus, à qua interpre- 17
tationem recipiunt, Roland. *cons.* 96. *num.* 8. *lib.* 1. *decis.* 154. *num.* 14. Rota *inter rec. decis.* 301. *num.* 20. *part.* 1. nec non mente contrahentium, qui præsumuntur potiùs contra-
ctum pignoris validum, † quam dationem in solutum ea 18
prædictis nullam celebrasse, Rot. *decis.* 285. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Quòd

Quod verò Iacobus de effectibus sibi vt supra assignatis
dispoluerit, nec releuaret si probaretur, quia dispositio
19 huiusmodi semper referenda esset † ad causam fideiussio-
nis, ex qua facultas disponendi concessa fuerat, Surd.
cons. 418. *nu.* 11. Rota *dec.* 91. *nu.* 5. *par.* 1. *decis.* 692. *nu.* 13.
par. 5. *rec. decis.* 104. *num.* 5. *par.* 2. *diuers. cum alijs alleg. in
Mediolanen. præbenda* 11. *February* 1650. *coram me*. Nec
probatur nisi de quibusdam effectibus traditis Creditori-
bus, ad quorum fauorem Iacobus, vt supra fideiusserat,
dictorum enim effectuum pars inexacta adhuc præsumitur,
20 nisi exaduerso contrarium probetur, vt debet, Salicet. *in l.* 2.
num. 15. *C. Iur. Emphyt.* Rip. *in l. in illa num.* 15. *ff. verb.
oblig.* Dec. *cons.* 105. *n.* 12. Nati. *cons.* 526. *nu.* 4. Aliam par-
tem Iacobus nouæ rationi Bancharïæ sub die 27. Nouemb.
1603. initæ nomine proprio, & Aurelij de Migliore, ac
Vincentij Mancinghi assignauit ad effectum ex eorum pre-
tio satisfaciendi Creditoribus eiusdem Laurentij, prout ex
dicto pretio satisfactum fuit, imò in summa illud exceden-
te, vt constat ex relatione Damiani primi Periti data in
præterita positione Monialium *num.* 12. adeo quod est, ac
si Iacobus prædictus effectus ipsi Laurentio tradidisset, quia
21 † in eius vtilitatem versum dicitur, quod illius Creditori-
bus solutum fuit, *l. stipulatio ista*, *§. si stipuler*, *& §. si quis
Insulam l. liber homo*, *§. fin. ff. verb. oblig.* Ias. *in d. §. si sti-
puler num.* 8. Gabr. *de verb. oblig. conclus.* 1. *nu.* 62. Mantic. *de
22 tacit. lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 4. *&* 5. & sic semper verum † est
dicere, quod nihil de dictis effectibus peruenit ad manus
Iacobi.

Solidatio tandem anni 1613. non fuit facta cum Iacobo,
nec ipsum declarat debitorem in scutis 1874. sed cùm Lau-
rentius nedùm hæreditario nomine Iacobi, sed etiam pro-
prio, ibi, *Noi Lorenzo Carpiani tanto come herede*, *&c.
come in nome mio proprio*, & percutit solum rationem so-
cialem contractam de anno 1609. in qua esto, quod Iaco-
bus remansisset debitor dd. scut. 1874. (quod negatur)
posset ad summam quantitas hæc compensari pro concur-
renti quantitate cum credito scut. 13558. ad Iacobum spe-
ctante, proueniente ab alia antiquiori ratione sociali ter-
minata de anno 1601. quæ cùm sit prorsus distincta à po-
23 strema contracta cum diuersis † personis, & partis trans-
fusæ non censentur partitæ vnius in alteram, Rota *decis.*
592. *num.* 4. *par.* 5. *rec.* & stant simul, quod Iacobus de anno
24 1613. remaneret Creditor scut. 3518. † ex prima, & debi-
tor scutorum 1874. ex altera posteriori, istæ rationes ad in-
uicem non confundantur, aut compensatione elidantur,
Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 9. *glos.* 9. *num.* 11. Bellon.
decis. Ianuen. 31. *num.* 11. *decis.* 75. *num.* 2. Rota *decis.* 592.
num. 16. *decis.* 612. *num.* 9. *par.* 5. *recent.*

Ad relationem Fulchi respondet prima decisio, quod est
25 erronea, & nocere † non potest fideicommissarijs, tunc
ad causam admissis, & non citatis, Aldobr. *in §. fin. num.
vlt. instit. de administr. Tut.* Crescen. *dec.* 2. *num.* 2. *de Ar-
bitr.* cum alijs allegatis per Add. ad Gregor. XV. *decis.* 545.
nu. 12. Et ad decisionem in alia instantia æditam cor. R. P.
D. meo Verospio responsum pariter fuit in eadem prima de-
cisione, quod tunc doctum non fuerat de errore relatio-
26 nis Fuschi, quodque emanasset † fideicommissarijs non
citatis, multaque alia contra eamdem relationem ibi affe-
runtur.

Rursus ex quo in concordia anni 1603. Ioseph, & Lau-
rentius reportauerint à Creditoribus remissionem, seu de-
falcum scut. 20. pro quolibet centenario, inferri dumtaxat
potest, quod etiam in scut. 13518. quæ debebant Iacobo,
27 simile defalcum consequi † debeant remanente semper cre-
dito in maiori quantitate, quàm sit eorum creditum pro-
ueniens ex solutione legatorum; Quod in omnem euen-
28 tum † attentis prædictis negari non potest, quin sit sal-
tem turbidum, tàm in substantia, quàm in quantitate, &
proindè ob illud retentio non competat, Rota apud Cinc.
de censib. decis. 498. *num.* 15. *decis.* 113. *num.* 7. coram Du-
rano *decis.* 30. *nu.* 12. apud Modern. Foroliuien. *de pignor.
& in Ianuen. locorum Montium* 1. *Marty* 1641. *coram Re-
uerendissimo D. Episcopo Terracinen.*

Sublatis ex his omnibus obiectis pro obtinenda retentio-
ne à Bindis, & Scarlatto excitatis, eam Domini iterum de-
negarunt confirmando primam decisionem vtraque parte
Informante.

R. P. D. BEVILAQVA.

Ripana Beneficij.

Mercurij 9. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

De Beneficio prouisus, vt illud obtineat, tenetur omnia narrata in gratia iustificare, & maximè si in eis consistat fundamentum suæ intentionis, & non obstante quod materia sit negatiua. Beneficiorum vniones dum effectuatæ non sunt sub Pontifice, quæ fuerunt ceptæ, remanent reuocatæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur per litteras Patentes Ordinarij. Et ista probatio est verus modus id docendi.*
2 *Ad beneficium obtinendum quis debet probare, quod fuit prouisus de eo, à persona, qua habet ius.*
3 *Et ex quo id iustificari possit.*
4 *Beneficiorum vnio, non potest dici talis, dum non fuit effectuata sub illo Pontifice, sub quo fuit cepta.*
5 *Vniones non effectuata; reuocatur per regulam Cancellariæ reuocatoriam vnionum non effectuatarum.*
6 *Ad beneficij institutionem obtinendam, est iustificanda mors vltimi possessoris.*
7 *Gratiam impetrans, tenetur iustificare omnia in ea supposita, & maximè ea, in quibus consistit gratia fundamentum.*
8 *Intentionis sua fundamentum quis probare tenetur, quamuis materia consisteret in negatiua.*
9 *Beneficium, quando fuit impetratum vti certo modo vacans, tunc impetrans fortius tenetur iustificare narrata in gratia.*
10 *Beneficiorum vniones, quando non releuent.*
11 *Actus aliquis in vanum probatur per comprobationem, per quam excluditur ille.*
12 *Gratia quando non est iustificata, non meretur executionem.*

DECISIO XLVI.

QVamuis Ioseph Viuianus prouisus de simplici perpe-
tuo beneficio sub inuocatione S. Michaelis Archan-
geli sito in Castro S. Benedicti iustificet eius habilitatem,
ex quo super collatione Clericatus † dantur litteræ pa- 1
tentes Ordinarij, qui est verus modus concludendi hanc
probationem, *cap. post cessionem* 7. & ibi Felin. *nu.* 3. *&* 15.
de probat. cap. 1. *&* 2. *de Cleric. peregr. c. legum qu.* 2. *qu.* 1.
Rota *dec.* 16. *de prob. in antiq.* coram bo. me. Coccino, *dec.*
305. *nu.* 4. *& in rec. dec.* 152. *nu. final. par.* 5. Ac quoque do-
ceat de prouisione † ad sui fauorem facta à Capitulo S. Io: 2
Lateranen. vti habente iurisdictionem illud conferendi ex
litteris desuper expeditis, † quæ factum collationis pro-
bant, *iux. not.* per Couar. *pract. qu. cap.* 20. *in fin.* Rota *decis.
penult. de Iurepat. in nouis*, *& in rec. dec.* 190. *in princ. par.* 2.
& par. 5. *decis.* 562. *num.* 1.

Non obstante vnione per Archiconfraternitatem San-
ctissimi Sacramenti eiusdem Castri S. Benedicti colliticgan-
tem † prætensam, quæ tanquam non effectuata durante
Pontificatu fa. mem. Sixti V. qui illam sibi fecisse dicitur,
remansit reuocata † ex regula Cancellariæ vnionum reuo- 3
catoria, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 5. *§.* 7. *nu.* 43. Rota *dec.* 627.
num. 2. *part.* 2. *rec. & in indiuidualibus terminis huius Bene-
ficij decisum fuit*, coram bo. me. Merl. *dec.* 49. *num.* 27. *&* 8.
inter eius impressas.

Non indè dixerunt DD. esse ei adiudicandum Benefi-
cium, quia defuit in † probando vacationem vltimi posses-
soris, quæ cum sit alterum ex necessarijs requisitis ad ef-
fectum institutionis, debuit omnino probari, *c. decerni-
mus*, *& c. Monasterium* 16. *qu.* 7. *c. cum Bertoldus*, & ibi
Abb. *nu.* 12. *vers. item potest agere de re iud.* Rot. cor. Card.
Seraph. *dec.* 303. *num.* 1. *c.* Mellin. *decis.* 227. *num.* 6. Du-
ran. *decis.* 278. *num.* 1. *& in* 5. *part. rec. decis.* 152. *&* 232.
vtrobique num. 1. *& in Pistorien. Beneficij* 19. *Aprilis* 1652.
§. & vacatio coram Reuerendiss. P. D. meo Celso, absolu-
lutum non est, quod onus iustificandi omnia in litteris
† narratiuis pertinet ad impetrantem, & præsertim
quando in illis positum est gratiæ fundamentum, Io.
And. *in cap.* 1. *num.* 2. *de litis contest. num.* 6. Gonzal. *ad*

reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. contra null. & attent. nu. 230. & 231. Modern. *de re benef. lib. 2. qu. 48. num. 266.* Buratt.
dec. 275. n. 1. & dec. 486. per tot. par. 3. & 440. num. 1. par. 3.
8 *rec.* Etiam si narratiua † consistat in materia negatiua, ad
doctr. Bart. *in l. in illa 8. num. 5. ff. de verb. oblig.* Innoc. *in
c. super his 16. num. 10. de accusat.* Lotter. *vbi supra nu. 287.*
& Rota coram Buratt. *in eadem dec. 175. nu. 2.* Et eo magis
9 † in præsenti casu, quo Beneficium fuit impetratum tan-
quam certo modo vacatum, vndè plena, & concludens exi-
gitur probatio, Man. *cons. 20. nu. 19. vers. tanto magis*, Gon-
zal. *super reg. 8. gloss. 15. nu. 123. & 124.* Buratt. *d. dec. 175.
num. 5. & 6.*

Nec releuat, quod dicebatur Beneficium istud à prædi-
cto Capitulo S. Ioannis Lateran. nuper Agabito collatum
fuisse auctoritate Apostolica ab eo permutatum cum
10 † alio per Matthæum de Septempanibus possesso, qui in
vim dictæ permutationis de ann. 1638. possessionem ap-
prehendit, quoniam ex solo Instrumento eiusdem adeptæ
possessionis, ad id iustificandum dato, in quo tamen nul-
11 la fit de huiusmodi † permutatione mentio, excluditur
potius non probatur Beneficij vacatio, *l. 2. §. vacua possess.
de act. empt. gl. in c. cum nostris 6. in verb. non vacaret ad fin.
vers. sic possess. de concess. prebend.* Atque ideò fuit meritò
responsum petitam illius adiudicationem non esse Viuiano
12 concedenda, † quia gratia suæ prouisionis ex hoc non di-
citur iustificata, & in consequens nomen gratiæ non me-
13 retur, nec executioni † demandata, *c. 2. de rescript.* Gon-
zal. *d. gloss. 9. num. 232. & 233.* Rota apud Duran. *d. decis.
278. num. 2.* coram Cardin. Millino *decis. 229. numer. 6. & 7.
& decis. 173. num. 5. par. 3. & d. dec. 440. num. 3. par. 4. & de-
cis. 87. in fin. par. 7. rec.*

Et ita decisum ipso Viuiano tantum Informante.

R. P. D. ZARATE.

Romana Dotis de Lancellottis.

Die Lunæ 14. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Sententiæ nullitas, & iniustitia, claudit ostium, ne illa transeat in iudicatum, & illud aperit, vt obtineatur restitutio in integrum. Executio, quando est facienda pro re dotali, tunc si non adsint libera, exequenda venit super bonis fideicommissarijs.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas, & iniustitia precludit viam sententiæ, ne transeat in iudicatum.*
2 *Nullitas, & iniustitia sententiæ aperit viam læsis, vt iterum ius suum experiantur.*
3 *Sententia lata pendente termino supersessoria concessa à signatura Iustitiæ est nulla.*
4 *Executio mandati dotalis fieri potest super fideicommissarijs bonis, quando non adsunt bona libera.*
5 *Executiuè potest procedi vigore obligationis Cameralis.*
6 *Bonorum liberorum existentia ex quo non probetur.*
Bona non possunt dici libera, si sint debitis inuoluta.
Bona non possunt dici libera, si contagio litis sint infecta num. 7.
8 *Bona, vt non possint dici libera ad effectum, vt excludatur dispositio* Auth. res quæ C. commun. de leg. quid sufficiat.
9 *Bona libera, quod non adsint, benè probatur ex confessione ipsius partis aduersæ.*
10 *Confessione propria nulla est maior probatio.*
11 *Dos, quibus concurrentibus non possit dici excessiua.*
12 *Familia solitum non parum attenditur in constitutione dotium.*

DECISIO XLVII.

1 CEnsuerunt DD. constare de causis restitutionis † in
integrum, cum nullitas, & iniustitia sententiæ pre-
cludant transitum rei iudicatæ, læsisque aperiant aditum
2 † ius suum iterùm experiendi, Felin. *in c. inter cæteros
numer. 10. de re iudic.* Surd. *cons. 61. numer. 52. & seq.* Rota
*in Anconitana Dotis 17. Iunij 1648. §. sed quidquid ex 15.
Nouembr. eiusdem anni in princ. & 31. Ianuar. 1645. pariter
in princ. coram bo. me. Arguelles.*

Nullitas patet ex eo prima sententia lata fuit per R. P. D.
Melchiorium post concessam supersessoriam † ab Eminen- 3
tissimo Cardinali signaturæ præfecto, quemadmodum fuit
hodie comprobatum coram me in alia decisione super du-
bio generali, *§. nec dicatur.*

Iniustitia autem ex eo deducitur, quia D. Marchionis-
sæ Claudiæ Torres agenti pro consecutione Dotis scut. 14.
mil. à maioribus suis assignata, denegata fuit executio super
bonis fideicommissarijs Ferdinandi Torres proaui, & ta-
men super eis alijsque † bonis liberis non extantibus, me- 4
rito agere poterat, vigore *Auth. res quæ C. comm. de leg.*
Rota *decis. 193. num. 1. cor. Merlin. decis. 683. num. 2. coram
Merlino in Fanen. Dotis 4. Iulij 1646. in princ. vers. prædicta
tamen, cor. R. P. D. meo Cerro, & dicitur in alia dec. §. nec
suffragatur.* Et quidem executiuè, cùm Instrumentum
Dotale contineat † obligationem Cameralem, & sic para- 5
tam executionem etiam contra successores in fideicommis-
so obligatos ex allegatis in alia decisione, *§. quapropter.*

Nec bonorum liberorum existentiam D. Marchio Ferdi-
dinandus iunior ostendit, † vt tenetur in Inuentarijs Mar- 6
chionis Ludouici Marchionissæ Claudiæ patris, & clar.
me. Cardinal. Torres, & Gasparis Patruorum. Quoniam
cùm bona prænominatorum, † vel sint ab ære alieno absor- 7
ta, vel implicita, seu litium ærumnis obnoxia dici non
possunt libera ad effectum excludendi † dispositionem 8
dict. Auth. res quæ, Rota *in Bononien. fideicommiss. de Mal-
netijs 10. Martij 1642. & 11. Martij 1643. coram R. P. D.
meo Peutingerio in Aueniomen. Pecuniar. 10. Decemb. 1646.
coram R. P. D. meo Verospio, cum congestis in alia decisione
d. §. nec suffragatur obiect. vers. etiam.* Probatio illa desum-
pta ex Inuentarijs, præterquam † quod Summarium res- 9
ponsionis Marchionissæ Claudiæ in medium affert Mar-
chionis Ferdinandi confessionem bonorum † liberorum 10
exclusiuam, qua nulla maior probatio, *l. cum te la 2. C. de
transact. l. generaliter C. de non num. pecun. cum simil.*

Obiectum verò excessiuitatis Dotis visum fuit non rele-
uare, quia ponderatis per DD. meos certissimis illis argu-
mentis, ex quibus elicitur Dotem congruam esse, † hoc 11
est qualitate Patrimonij, consuetudine familiæ, regio-
nis, & exemplis aliorum mulierum ab eadem familia, &
in eadem familia † nuptarum, quæ in hoc casu D. Mar- 12
chionissa Claudia certatim concurrere docuit, vtique
huiusmodi Dos scut. 4. mil. congrua visa est, Moder. *contr.
fer. cap. 9. num. 2.* Rota *dec. 49. num. 2. par. 6. rec. & fuit di-
ctum in alia decisione in §. cæterum cum seq.*

Ad exceptiones nullitatis, & subreptionis contra breue derogatorium fideicommissi non opus fuit alia responsione, cùm cessent ex adductis in alia decisione *§. exceptiones.*

Et ità vtraque &c.

Infrà in eadem causa habetur altera decisio sub hac eadem die 4. Iunij 1655. cor. R. P. D. meo Zarate est decisio 48.

R. P. D. ZARATE.

Romana Dotis de Lancellotis.

Die Lunæ 14. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum pro restitutione Dotis, dum non potest exequi super bonis liberis, exequi benè poterit super bonis fideicommissarijs; Et nullatenus ea bona possunt dici libera ad prædictum effectum, si ære alieno, vel litium ærumnis sint inuoluta. Dotes in Vrbe fuerunt reformatæ ad scuta 5500. à san. mem. Sixto V. sed passim ei dispensatur.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio, dum non potest haberi super bonis liberis, sumenda sunt fideicommissaria.*
2 *Bona fideicommissaria, quod sint obligata pro dote, id congruit menti constituentis fideicommissum.*
3 *In Fideicommissi euersionem non potest dici fieri id, quod congruit pudicitiæ mulierum, & voto fideicommittentis.*
Dotis causa potissima esse debet.
Causa publica debet præferri priuatis placitis, num. 4.

5 Te-

5 *Testator, nec expressè potest disponere, ne dotes extrahantur à fideicommisso.*
6 *Auth. res quæ C. commun. de legat. cùm sit remedium subsidiarium, ideo solùm non existentibus bonis liberis intrat, & num. 7.*
8 *Heredi fideicommissario incumbit onus probandi adesse bona libera, vt cesset Auth. res quæ C. commun. de legat.*
9 *Et præsertim quando agitur de dote iam constituta.*
10 *Bona illa non possunt dici adesse, quæ fuerunt absorta ab ære alieno, & num. 11.*
12 *Bona debitis inuoluta non excludunt remedium Auth. res, quæ C. commun. de legat.*
13 *Bona, quando fuerunt hypothecata sub obligatione Camerali, tunc sanè competit via executiua.*
14 *Quod procedit etiam contra tertium possessorem, possidendo dicta bona.*
15 *Per sententiam dicitur vulnerata via executiua.*
16 *Sententia dicitur attentata, si fuerit lata pendente termino supersessoria signaturæ.*
17 *Attentata non dicuntur remissa, si causa à signatura fuerit remissa ad eundem Iudicem attentantem.*
19 *Dotis non excessus probatio, in casu eam detrahendi à fideicommisso, ad quem spectet.*
20 *Bona, quod sint fideicommissaria, ex quo probetur.*
21 *Iura contra producentem plenè probant.*
22 *Ad Dotem congruam constituendam, attenditur consuetudo regionis.*
In Vrbe inter personas nobiles solent constitui magnæ dotes, num. 22.
23 *Dotes in Vrbe fuerunt reformatæ à fel. re. Sixto V. ad scuta 5500.*
Sed passim tali Constitutioni solet derogari.
24 *Puellæ Romanæ de domo de Cincijs fuit constituta dos scutorum duodecim millium.*
25 *Eadem dos fuit constituta puellæ de domo de Maximis.*
26 *Item alteri puellæ pariter de Maximis fuit constituta dos scutorum 13. millium.*
27 *Puellæ Romanæ de domo de Palutijs fuit constituta dos scutorum 14. millium.*
28 *In Dote congrua constituenda attenditur consuetudo propria domus, seu familiæ.*
Puellæ Romanæ de domo de Serlupijs fuit constituta dos scutor. 35. millium.
29 *Dotes in dies potius augentur, quàm diminuantur.*
30 *Generis humani, & præcipuè Mulierum luxus in dies augmentum sumit.*
31 *Puella nobilis, & iuuenis, & venustissima non est mirum dum habuit minorem dotem aliarum sororum.*
Dum fuit tradita pro vxore marito sexagenario, &c. & vide num. 32. 33. & 34.
35 *Obligati quando sunt plures ad aliquid faciendum, non est agendum contra vnum tantum, limita vt hic.*
36 *Confessio partis aduersæ est multum attendenda.*
37 *Bona fideicommissaria vt capi possint pro dote, non extantibus liberis bonis non est opus derogatione.*
38 *Ad Cautelam ea quæ fiunt, si sint nulla, non inualidant dispositionem.*
29 *Nullitatis vitium, an sit considerabile, etiam in casu quo aliquid obtinere non sit necessarium.*
40 *Ad Cautelam, quando aliquid obtinetur, ex hoc infertur, quod id non erat necessarium obtinere.*

DECISIO LX.

NVpsit mense Ianuario 1631. Marchionissa Claudia Torres Marchioni Scipioni Lancellotto causa Dotis insolidum bo. me. Cardinalis Torres, Marchio Gaspar Ludouicus, & R. P. D. Ioannes de Torres polliciti fuerunt scut. 14. mil. monetæ intra duodecim annos à die sponsalium persoluen. & interim fructus ad rationem quinque pro centenario cum obligatione omnium bonorum, & peculiariter hypothecarunt Palatium in Platea Agonis, singulaque bona stabilia, & iura in Vrbe, vel statu Ecclesiastico vigore cuiusuis fideicom. vel primogenituræ ad eos spectantia, vt oppida Pizzoli, Cagliani, & Baretti in Regno Neapolitano, aliaque bona stabilia, & iura, eorumque oppidorum, & Territorij, & ad primogenituram pertinen. & promiserunt impetraturos derogationem Apostolicam, & assensum Regium, quemadmodum obtinuerunt.

Hinc pro sorte, & fructibus à R. P. D. Melchiorio A. C. locumtenente, anno 1651. relaxato mandato citato D. Marchione Ferdinando iuniori prædicti Gasparis filio, & hærede fideicommissario, à quo obtenta oris apertitione aduersus derogationem Apostolicam à Sanctissimo, & deindè à d. R. P. D. Melchiorio sententiam absolutoriam, causaque in hoc Sac. Rotæ Auditorio commissa, datoque dubio, An, & quæ Actio, contra quos, & super quibus bonis competat, DD. censuerunt actionem executiuam competere contra D. Marchionem Ferdinandum iun. super bonis fideicommissi ascenden. sitis in Vrbe.

Ratio resolutionis fuit, quia D. Marchionissæ Clau-
diæ descendenti pro consecutione suæ Dotis benè compe-
tit † actio contra bona fideicommissaria Ferdinandi Tor- 1
res Proaui, *ex dispositione Auth. res quæ C. comm. de leg.* ad-
modum consentanea Patris, † vel etiam Aui voto, & 2
congrua mulieris pudicitiæ, *vt in l. Mulier, §. cùm propo-*
neretur, ff. ad Trebell. ibi, *Dixi non posse dici † in conuersio-* 3
nem fideicommissi factum, quod & Mulieris pudicitia, & Pa-
tris voto congruebat, publicæque vtilitati proficua ad libe-
rorum vbertatem propagandam, vt propterea iure optimè
primaria sit habenda Dotis causa, & anteponenda priuatis 4
placitis hominum, qui adeò per ingeniosas legum amba-
ges fideicommisso bona tueri, & quasi æternitati commen-
dare studuerunt, *vt in d. Auth. res quæ in fin. C. comm. de*
leg. & in Auth. de restit. & ea quæ parit in 11. mens. §. san-
cimus, Modern. Cremon. *cons. 72. nu. 7.* Rota coram Mer-
lin. *decis. 657. num. 1. & 884. num. 4. & 5. in Romana Dona-*
tionis propter Nuptias 27. Iannar. 1646. §. subsistere coram
R. P. D. meo Peutingerio. Et profectò tanti ponderis † est 5
huiusmodi publica vtilitas, vt nihil facienda sit dispositio
Testatoris, vel etiam expressè alienationem prohibentis
in casu Dotis constituendæ; siue restituendæ, ex alleg. per
Modern. Cremon. *d. cons. 72. à num. 9.* Pereg. *de fideicom.*
art. 42. num. 6. & seq. Modern. Vrbinat. *de fratribus par. 3.*
cap. 33. num. 11. Rot. coram Mant. *dec. 152. num. 2. in Ro-*
mana Dotis 23. Iun. 1645. §. tum etiam, quia coram Eminen-
tissimo Othobono, in Anconitana Dotis 5. Iunij 1651. §. non ob-
stat, & §. seq. coram R. D. meo Decano.

Nec suffragatur obiectum, quod dispositioni *d. Auth. res*
quæ, tanquam † subsidiariæ locus sit dumtaxat bonis liberis
non extan. *vt per scribb. in d. Auth. res quæ C. comm. de le-*
gat. Rota *decis. 478. num. 1. par. 3. rec. Aesina fideicommissi*
28. Iun. 1652. sub §. Dotis tamen solutioni coram me. Quo-
niam existentiam bonorum † liberorum Ludouici patris
Marchionissæ Claudiæ, ex quibus ipsa filia dotari posset,
non docuit D. Marchio Ferdinandus iun. & † tamen ipsi 8
tanquam hæredi fideicommissario hoc probationis onus in-
cumbit, Peregr. *de fideicomm. d. art. 42. nu. 3.* Modern. Vr-
binat. *de fratribus loc. suprà cit. nu. 16.* Rota *dec. 66. nu. 4. p. 1.*
rec. & in Rom. hæreditatis 14. Decemb. 1646. §. & licet cor.
bo. me. Arguelles, præsertim in Dote iam constituta, Rota
in Bononien. fideicommissi de Rubeis 15. Ianuar. 1620. coram
Vbalde sen. in Romana Casal. Aguzani 27. Iun. 1640. §. de-
tractio coram Reuerendissimo Tarraconen. & in cit. Aesina
fideicommissi sub d. §. Dotis tamen, & in Fanen. bonor. 4. De-
cemb. 1654. §. nec valet responsio coram me. Et probatio illa
desumpta ex Inuentarijs Marchionis Lodouici patris, &
Cardinalis Torres, & Gasparis Patruorum redditur in-
sufficiens, cùm bona dd. Cardinalis, & Ludouici consi-
stant in mobilibus, & suppellectilibus, quæ absorta fue- 10
runt ab ære alieno, bona verò Gasparis existunt penes D.
Marchionem Ferdinandum iun. eius hæredem, † qui licet 11
illa exhibere teneatur, nihilominus assignauit D. Marchio-
nissæ Mariæ Serlupiæ eius matri incomputum Dotis suæ.
Cumque etiam ista aliaque bona prædicta sint implicata,
remed. d. Auth. res quæ, excludere † minimè possunt, Ro- 12
ta penes Mant. *decis. 152. num. 5.* coram Duran. *decis. 145.*
in fin. in d. Romana Dotis 23. Iun. 1645. §. demum, coram
Eminentissimo Otthobono, cum alijs congestis in d. Aesina fi-
deicom. §. nec valeat coram me.

Quapropter in dubium reuocari non potest, quin DD.
Coniugibus hæc † competat actio, & quidem executi- 13
ua contra, dicta bona fideicommissaria Ferdinandi Proa-
ui respiciendo Instrumentum promissionis Dotis cum
præcipua hypotheca omnium bonorum sub obligatione
Camerali paratam executionem habente, etiam contra
successores in fideicommisso, dum vt in proposito bo-
na fuerunt pro Dote † obligata, Rot. coram Merlio. *de-*
cis. 657.

eis.657. nom.9. & post Zacch. *de oblig. Camer. 232. cum alijs cumol. in Aoconitana Dotis* 10. *Decembris* 1653. *in princ. coram R. P. D. meo Verospio.*

15 Nec dicatur per sententiam † R. P. D. Melchiorij viam
executiuam vulneratam fuisse, Rota *dec.611. num. 2. cor.*
Caual. in Vercellen. Aqoarum 10. *Martij* 1653. *sub §. ter-*
tio quod stante coram me, quia cùm prædicta sententia ema-
16 nauerit post concessam † supersessoriam ab Eminentissi-
mo Signaturæ Præfecto, remansit nulla, & attentata, Vant.
de nullit. tit. de nullit. & defect. iur. ordin. num. 128. *&* 157.
Marches. *de commiss. par.1. cap.1. nu.* 59. *fol. mihi* 9. Rota *in*
Perusina Bonorum 4. *Iunij* 1642. *§. nulla autem fuit cor. R. P.*
17 *D. meo Cerro*, & proindè † huiusmodi vulnerationem indu-
cere non potuit, Rot. *dec.302. nu.6. par.6. rec.* post Zacch. *de*
oblig. Cam. dec.4. no. 8. *& dec.* 95. *num.* 2. Et nullitas, & at-
tentatum non fuerunt sublata per remissionem causæ ad
eumdem R. P. D. Melchiorium, subsequens enim remissio
18 præteritum attentati † vitium non abrogat. Lancell. *de at-*
tent. par.2. cap.20. lib. 3. nu.26.

Cæterùm non excessus Dotis probatio (in casu de quo
19 res agitur distrahendæ † Dotis à fideicommisso spectat ad
Marchionissam Claudiam, Rota *in d. Romana hæreditatis*
14. *Decembris* 1646. *d. §. & licet vers. qualitas autem illa*
cor. bo. me. Arguelles) benè elicitur primo ex d. Proaui fidei-
committentis patrimonio in scut. 120. mil. quemadmodum
20 in narratiua Ferdinandi patrui Marchionis iunioris, † dum
pro imponendo Censu fideicommissi derogationem obti-
nuit, & hodie per eundem D. Marchionem iuniorem pro-
21 ductum, vt proindè contrà ipsum producentem, quoad di-
ctam summam indubitatam probationem constituit, Cy-
riac. *contr.178. nu.49. tom.* 1. Modern. Perus. *de manut. obs.*
97. *num.* 38. *vers. alias nunquam*, Rot. *dec.219. nu.6. par.4.*
recent.

Deindè ex Regionis consuetudine, in more positum est,
22 in Vrbe similes Dotes constitui inter Nobiles, † in quo-
rum numerum adscribi possunt D. Marchionissa Claudia
Torres, & Marchio Scipio Lancellottus coniuges, quæ
consuetudo non obstante Constitutione fe. re. Sixti V. quoad
23 præscriptam Dotem scut. 5500. † cui passim derogatur
benè ostenditur in pluribus Sac. Rotæ resolutionibus, *ut*
in decis. 433. *in fin. coram Mollino*, vbi pro Puella fami-
24 liæ † de Cincijs fuit reputata congrua Dos scut. 12. mil.
in decis. 63. coram sa. mem. Greg. XV. in prædicta quan-
25 titate † scut. 12. mil. assignata fuit Puellæ familiæ de
Maximis, *& in decis. Roman. Dotis* 29. *Ianuar.* 1652. *con-*
firmata 10. *Martij* 1653. *coram R. P. D. meo Verospio*, di-
26 ctum fuit Dotem alteri Puellæ de † Maximis taxatam
in scut. 13. mil. esse congruam, & non excessiuam, &
tandem *in dec.49. num.1. par.6. rec.* similis Dos scut. 14. mil.
27 tanquam solita si in Vrbe data fuit in familia Palutia.

Secundò ex consuetudine earundem familiarum de Tor-
res, & de Lancellottis, quia Marchio Gaspar Marchio-
28 nis Ferdinandi iunioris pater † Marchionissam Mariam
Serlupiam in vxorem duxit cum dote scutor. 35. mil. Mar-
chio verò Tiberius pater Marchionis Scipionis hodie
in causa contraxit matrimonium cum D. Laura Marsciana
habita Dote scut. 14. mil. Ex huiusmodi enim consuetudi-
ne comprobatur congruam esse Dotem istam, Modern. Cre-
monen. *cons.29. nomer.115. vers. cæterum*, Rota *decis.249.*
num.17. & decis.293. sub nom. 1. coram Merlino, *in Auxi-*
mana Dotiom 24. *Ianuar.* 1653. *§. eoque magis coram R.P.D.*
meo Albergato, in Romana bonorom, seu vsusfructus 5. *Mar-*
tij eiusdem anni, *§. inspecta insuper, coram me.* Maximè
29 cùm Dotes in dies potius augeantur † quam diminuantur,
Gratian. *decis. March.19. nom.37. in fine*, Rota *in mox al-*
legata decis. Modern. Vrbinat. *de frat. par. 3. cap.3. nom.19.*
30 vbi reddit rationem, quia humani generis, † & præci-
puè Mulierum luxus in dies incrementum sumi ab eodem
tempore, quod eo longiùs procedit ille se latiùs protendit.

Nihil releuante, quod D. Laura soror D. Marchionissæ
Claudiæ data fuerit in matrimonium cum Dote scut. 5000.
31 Id non euenit, quia ipsa admodum † iuuenis nobilis ve-
nustissima tradita fuit viro septuagenario extrà Vrbem
commoranti, & hac Dote contento. Marchionissa verò
32 Claudia † data fuit viro iuueni, nobili, ditissimo, & in
Vrbe, quapropter nil mirum sit ex diuersitate circumstan-
33 tiarum diuersæ quoque Dotes † constituantur, satisque
est eundem sortiri effectum, quod omnes sint æqualiter
34 benè nuptæ, attenta consuetudine Regionum, † & fa-
miliarum, & qualitate virorum, vt egregiè in his ter-
minis, quod non attendatur diuersitas Dotis datæ alteri
sorori, Decian. *cons. 26. nomer. 4. post med. vers. non obstat*
quod alijs filiabos, vsque ad fin. nomeri, & latè prosequitur
Ruin. *cons.56. num.16. cum seq. lib.* 3. Rota coram sa. mem.
Greg. *decis. 63. num. 23. & in d. Romana Casalis Aegidiani*
27. *Iunij* 1641. *§. minus obstat, quod alteri sorori coram Ren.*
Terraconen.

Nec considerabilis visa fuit obiectio, quod executioni
contra D. Marchionem Ferdinandum locus non sit factus,
dum extant fratres obligati, contra quos hæc † exequu- 35
tio prius esset dirigenda, quia isti fratres tanquam trans-
uersales dumtaxat in subsidium tenentur & fideicommissa-
rio non promiscuè censentur, Faber. *in suo Cod. lib.5. tit.6.*
de Rinal. 3. Gomez. *ad l. Tauri* 40. *num.* 75. Molin. *de Pri-*
mog. Hispan. lib. 2. cap.15. num. 68. Rot. *in Melenitana Pe-*
cuniaria 10. *Februarij* 1653. *§. neque habita, & 6. Martij*
1654. *§. pariter coram R. P. D. meo Meltio*; Præterquam
quod ex eiusdemmet D. Marchionis Ferdinandi Confes-
sione elicitur prædictos fratres † non possidere bona vllius 36
valoris, vt super eis fieri possit executio.

Exceptiones verò Nullitatis, & Subreptionis contra
Breue derogatorium fideicommissi ad retardañ. Dotis de-
tractionem adductæ non fuerunt habitæ in consideratione,
quia cùm Dos de iure, non extantibus bonis liberis capi
possit ex † bonis fideicommissarijs Ascendentium absque 37
alia derogatione ex supradictis, eaque petita fuerit ad Cau-
telam nullitatis, aut subreptionis † vitium non est con- 38
siderabile ne aliàs sint detrimenti ea, quæ ad solam Cau-
telam parata sunt, *l. Testamentum C. de testam. l. solent, ff.*
de reg. iur. Rot. *in Anconitana Pecuniarum* 15. *May* 1654.
§. iniustitia in fin. coram me.

Minusque vrgeret remansio, quod vitium nullitatis,
vel subreptionis considerabile sit ex eo, quod † Breue, li- 39
cet non necessarium, cum fuerit ex communi consensu
impetratum, redditur quodammodo necessarium, quia
cum ad eandem cautelam fuerit obtentum, minimè † in- 40
ferri potest huiusmodi necessitas, Rot. *in Ferrarien. Pensio-*
nis 2. *Martij* 1646. *§. sicut pariter coram Reuerendissimo D.*
meo Decano.

Et ita vtraque parte audita, &c.

Superius decisio 47. sub die 14. Iunij 1655. cor. eodem R.P. D. Zarato est in eadem causa.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Toletana Pecuniaria.

Luna 14. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Creditum cedens alicui, & promittens esse certum, & tutum, ac exigibile, hoc intelligitur tam de Iure, quàm de facto, & omni tempore tenetur illud tale manutenere, ita vt probata in exigibilitate agi potest ad obseruandam promissionem. Et quando dicatur probata talis inexigibilitas. Testamentum, quando non potest dici sine hærede, & quando executor testamentarius habeatur, & non habeatur pro hærede.

S V M M A R I V M.

1 *Ius certum, & securom omni tempore in perceptione sortis, & fructos cedene, quid id importet.*
2 *Reges esse feloendo, notorium est.*
3 *Relatio fieri debet ad id, quod aliter fieri non potest.*
4 *Census validitas, quando dicatur promissa, qoantum ad validitatem Iurie, qoàm facti.*
5 *in Contractibus mens, & verba contrahentium sunt attendenda.*
6 *Ius certom, quando non potest alicui imputari, quod non exploraueris.*
7 *Ius certum, & tutum cedens alicui semper tenetur illod tale præstare.*
8 *Cedene ius aliquod vti exigibile, intelligitur de perpetua exigibilitate.*
9 *Promissio qualibet, recipit interpretationem à subiecta materia.*
Actus qoilibet recipit interpretationem à subiecta materia, num. 9.

10 *Ios*

10 *Ius aliquod, quod sit effectum inexigibile, ex quo doceatur.*

Officialis attestanti de re ad eius officium pertinenti, credendum est, num. 10.

11 *de Actis, ea, quæ non sunt, non releuant.*

12 *de Tempore vno, ad aliud, non bene infertur.*

13 *Creditum, quando est intricatum, & duræ exactionis, non tenetur quis sumere.*

14 *Præmium dispositionis arguit mentem finalem disponentis.*

15 *Creditum an sit bonum, & exigibile, id benè demonstrat experientia.*

Experientia est rerum magistra.

Promissio facta per verba indefinita, & iterationem importantia, non dicitur consumpta in primo actu.

17 *Intimatio molestiarum non est facienda, quando non versamur in casu euictionis.*

18 *Intimatio non est necessaria, quando creditum promissum fuit exigibile, sed postea totum reperitur contrarium.*

19 *Creditum, quando fuit promissum exigibile, si probetur eius inexigibilitas agi potest.*

Quod sit factus locus stipulationi proximè exigibilitatis.

20 *Nullitas antidata, quando non attendatur.*

21 *Disponentis voluntas benè deprehendi potest ex circumstantijs.*

Executor testamentarius, an possit declarare mentem testatoris, num. 21.

22 *Executor testamentarius tunc multò magis potest declarare mentem testatoris, quando Testator ei animum aperuit, & communicauit.*

23 *Hæres, & non legatarius tenetur conficere inuentarium.*

24 *Hæres ille dicitur institutus, ad quem commodum hæreditatis spectat.*

25 *Substitutio supponit institutionem.*

26 *Institutio hæredis potest fieri quibuscumque verbis aptis.*

27 *Verba*, lego, & mando, *licet sint verba communia, & obliqua, tamen adiecta vniuersitati bonorum important institutionem.*

Intellige tamen non dato, alio hærede.

28 *Verba*, lego, & mando, *adiecta vniuersitati bonorum, tunc multo magis institutionem important si agatur fauore piæ causæ.*

29 *Aditio hæreditatis cum beneficio Legis, & inuentarij conuenit soli hæredi.*

30 *Administrationem bonorum hæreditariorum, quicumque habet, potest adire hæreditatem.*

31 *Testatoris voluntatem adimplens, signum est, quod est hæres.*

32 *Verba, quando sunt dubia benè posteà possunt declarari, & rem poni in claris.*

33 *Testatoris verba, quando sunt ambigua possunt declarari in subsidium ab Aduocatis, quibus vsus est Testator &c.*

34 *Executor testamentarius tunc habetur pro hærede, quando Testator nullum declarauit hæredem.*

35 *Et in his terminis sunt intelligendi Doctores, executores testamentarios haberi pro hærede, firmantes.*

36 *Expressum facit cessare tacitum.*

37 *Executor testamentarius non potest dici hæres, licet habeat facultatem vendendi omnia bona, sed eorum retractum alicui debet tradere.*

38 *Executores testamentarij haberi possunt in eo pro hæredibus, vt possint agere, & conueniri pro exequenda mente testatoris.*

39 *Hæres, quando quis est, & clarè constat, tunc perperam quæritur super hoc disputari.*

40 *Hæres, vt quis dicatur sufficit simplex enunciatiua, ex actu gesto pro hærede.*

Etiam ad effectum, vt possit conueniri à creditoribus.

41 *Amplia, quando enunciatiua talis, fuit facta per modum causæ.*

42 *Executor testamentarius an possit in bonis hæreditarijs, voluntati Testatoris obsequendo, se obligare.*

43 *Executor testamentarius dum exequitur voluntatem testatoris pro conscientia sua.*

44 *Et non pro conscientia hæredis, tunc non requiritur interuentus ipsius hæredis.*

DECISIO XLIX.

COnfirmarunt hodie DD. decisionem coram me editam *die* 8. *Iunij* 1654. qua * fuit resolutum Domum
professam Societatis Iesu in hæredem Didaci Ossorij
teneri ad nouam assignationem loco Iuris regalis super
gabellis Oppidi de Oecagira Monialibus Sanctæ Mariæ Magdalenæ Matriti assignati, in vim concordiæ inter ipsas, & D. Didacum initæ, quia admodum clara
visa fuit obligatio eius nomine facta à P. Bernardino
Antequera executore Testamentario manutenendi huiusmodi Ius certum, & tutum † omni tempore in per- 1
ceptione sortis, & fructuum, quod idem importat,
ac promissio perpetuæ exigibilitatis, Bald. *in l. promissio si nomen ff. de hæred. vel act. vend.* Gratian. *disc. for. cap.* 527. *per tot.* Eugen. *cons.* 73. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *cons.* 102. *num.* 1. Cenc. *de Cens. qu.* 82. *sub nu.* 23. Moderu. *Furolin. de pign. lib.* 5. *qu.* 21. *nu.* 7. Rota Ianuen. *dec.* 156. *nu.* 23. Barz. *decis.* 110. *n.* 4. Thomat. *dec.* 61. *n.* 1. *& fuit dictum in Nouarien. Pecuniaria* 26. *Iunij* 1652. §. *fin. coram R. P. D. meo Bichio, & in Tudertina Census* 28. *Martij* 1653. §. *Nec visa fuit, & §. non obstat coram R. P. D. meo Melsio*, licèt agatur de Iure
regio † in quo cùm sit notorium Regem soluendo esse *ar-* 2
gum. l. 2. *ff. de fund. dot.* promissionem illud manutenendi verum, & bonum solum referri ad illius crediti substan-
tiam, cùm ad alium referri † non possit, censuit Menoch. 3
cons. 778. *num.* 5. quem sequitur Mastrill. *dec.* 240. *num.* 11. 12. quia in præsenti bonitas Census controuersi, in quo
cum verba promissionis possint referri ad † vtramque 4
bonitatem Iuris, & facti, & tam respectu sortis, quàm fructuum, vt specificè loquitur, ita pariter sunt accipienda, cùm in contractibus debeant attendi mens,
& † verba contrahentium, *l.* 1. §. *si conueniat ff. deposit.* 5
Castr. *cons.* 219. *nu.* 2. *lib.* 2. Alex. *cons.* 103. *nu.* 6. *lib.* 6. Eugen. *d. cons.* 73. *n.* 1. Rot. *dec.* 415. *n.* 4. *par.* 1. *rec.* & cor. Duran. *dec.* 204. *nu.* 6. & potissimum, quia non potest imputari
monialibus si non explorarunt † conditionem Iuris cer- 6
ti tanquam subductis suasionibus, & promissionibus P. Antequeræ asserentis, quod re considerata, & recognitis bonis Didaci, & eorum qualitate cæterisque circumstantijs illud dd. bonorum optimum iudicauit, & reuera esse quod
facit, vt nunquàm cedens liberetur, † sed semper de- 7
beat præstare tale, vt in proposito notat Alex. *in l. si cum dotem*, §. *mulier vers. vnum addo nu.* 4. *ff. solut. matr.* vbi ità declarat Text. *in l. inter causas* §. *abesse*, & ibi gloss. *in verb. admittit in fine, ff. mand.* Angel. *in l.* 1. & ibi Castr. *nu.* 3. *ff. si quis in Ius vocat. non hier. per l. qui satisd. col. penult.* & Castr. *ad fin. vers. Ego puto de fideiuss.* idem Castr. *d. cons.* 219. *n.* 1. Gratian. *d. cap.* 527. *num.* 6.

Idem quoque suadere visa fuit præcedens conuentio defuncti, qua iniuncto onere perpetuo conuentui recipiendi gratis tres Moniales, itaut vna defuncta posset altera nominari, & celebrandi quotannis solemne sacrificium ei pro dote promisit annuum redditum ducatorum 650. valoris 243750. Marapetinorum, illosque allocare in bonis, & censibus certis alias pro allocatis haberi voluit pro melioribus bonis suæ hæreditatis semper tamen ad electionem Monialium cum facultate sibi bona assignata repudiandi, & alia eligendi vsque ad totalem cognitionem melioris non obstante quauis institutione hæredis alijsque dispositionibus vtcumque factis fauore alterius piæ causæ, quia nolebat hanc fundationem præferri cuicumque casui euenienti, & cuicumque alteri ab eo faciendæ, *vt in præterita decis. fuit ponderatum in* §. *illa autem*, ex quibus rectè desumitur natura subsecutæ
promissionis † factæ ab hærede manutenendi Ius ces- 8
sum, vt scilicet intelligi debeat de perpetua exigibilitate iuxta præcedentem defuncti dispositionem, cùm semper
quæuis promissio sicut quilibet † alias actus recipiat in- 9
terpretationem à materia subiecta, *l. si Insulam ff. de præscript. verb.* Euerard. *in cent. leg. in verb. à subiecta materia*, Menoch. *d. cons.* 778. *num.* 7. Surd. *cons.* 128. *nu.* 11. *& cons.* 389. *num.* 10. Rot. *dec.* 78. *num.* 11. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Quod autem Ius regale fuerit effectum inexigibile
patet ex fide publici † Officialis, cui tanquam deponen- 10
ti de re spectante ad eius officium credendum est, *DD. in l. quadam*, §. *nummalarios attenta, ff. de eden.* Gabr. *de Testib. concl.* 1. *num.* 19. Abb. *cons.* 34. *num.* 1. *par.* 2. Roman. *cons.* 205. *nu.* 3. Non attenta alia fide contraria modo
data per modum professam. Tùm quia non est † de actis, 11

Rota *decis.471. num.8. par.4. tom.2. dec.197. num. 13. & de-*
cis.285. num.5. par. 5. recent. Tum quia solum refert dd. ga-
bellas pluries fuisse locatas, quæ in importent fructus con-
trouersi de anno 1654. quod non arguit eiusdem fuisse
redditus in annis antecedentibus sumpto initio ab anno
1644. quo fuit actum pro nouo assignamento, quia in
12 his, quæ pendent ab intrinsecis † accidentibus non benè
infertur de vno tempore, ad aliud, vt post Bart. *in l. con-*
firmando num.1. ff. de confirmar. tutor. Cuman. Felin. Aret.
& alios latè probant Menoch. *de præs. lib 6. cap.25. nu.9. 11.*
Pacian. *de probat. lib.1. cap. 34. num.32. 37.* Rota *in Romana*
fideicommissi de Marianis 5. May præteriti §. hoc igitur co-
ram me.

Nec releuat, quod in defectu gabellarum Oppidi de
Ouagna d. Ius regale sit super alijs gabellis assecuratum,
13 quia cùm sint intricatæ, † & duræ exactionis non sunt à
Monialibus excutiendæ, Scacc. *de Camb. §. 2. gloss. 5. num.*
268. Rota Ian. *d. dec. 156. num. 7. 8.* Thomat. *dict. dec. 61.*
num.12. Rota post Modern. Perus. *de subhast. dec. 72. nu. 8.*
& in dicta Nouarien. Pecuniaria §. cum etiam in fin. coram
R. P. D. meo Blchio.

14 Eò minus, quia vt patet ex proemio cessionis, † quòd
arguit causam finalem contractus, iuxta Theoricam Bart.
in l.1. in princ. ff. ad Maced. & in l. fin. 3. ff. de hered. instit.
Becc. *cons.20. num. 11.* Mant. *de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 30.*
Rot. *dec.299. num.1. par.5. rec.* acceptarunt huiusmodi cen-
sum inhærendo assertioni sibi, vt suprà factæ à P. Ante-
quera, quod erat Capitale melioris qualitatis, ac aliud
15 relictum à Didaco cuius contrarium cum † experientia
rerum Magistra docuerit, vtique possunt vigore faculta-
tis sibi à Testatore attributæ super alijs bonis experiri, quia
16 vti concepta per verba indefinita, † & iterationem im-
portantia non fuit consumpta in primo actu, Archid. *in cap.*
nunc verò 5. quæst. 3. Domin. *cons. 97. super primo dub. col. 1.*
Dec. *cons.169. in primo dub.* Tiraq. *in l. Boues, §. hoc sermone*
lim.25. 26. ff. de verbor. signif.

Minùs vrget defectus intimationis faciendæ Patribus in
17 casu molestiarum, quia non versamur † in casu euictionis
posse à Monialibus, vel litis ei motæ, sed deficientiæ red-
18 ditus eis assignati ex sua † propria natura ob temporum,
ac Bellorum calamitatem, quæ statim, ac probatur à Ces-
19 sionario fit locus stipulationi † promissæ exigibilitatis, vt
benè distinguit Dec. *d. cons. 102. num. 2.* Gratian. *d. cap. 527.*
num.10. Thomat. *d. dec. 62. num. 11.* Rota *dec. 66. num. 10.*
par.4. tom.3. rec.

Cessat etiam ex prædictis obiecta nullitas antedictæ obli-
20 gationis quasi † factæ à Patre Antequera præter men-
tem defuncti, cùm de ea satis constet ex circumstantijs su-
21 pra relatis, vel si dubia declarari † potuit, prout decla-
rata fuit ex facto subsequuto executoris Testamentarij,
Bald. *cons. 468. num. 3. lib. 1. cons.259 num. 1. lib. 4.* Anchar.
cons. 329. num. 2. Capr. *de execut. vltim. volunt. membr. 6.*
num.149. Modern. Lucen. *eod. tract. tit. 12. nu. 132.* Mant.
de coniect. lib. 3. tit. 1. nu.20. & 21. Merlin. *decis.456. num.1.*
& seqq. & decis. 35. num. 21. par. 6. recen. Cuius declaratio-
ni eo magis standum est, cùm Testator asseruerit se ei ma-
22 nifestasse suam voluntatem ibi: cum quo † communicari
animum meum, vt alijs allegatis in specie ponderat Mo-
dern. Hispan. *de execut. & commiss. Testam. lib. 2. cap. 5.*
num.14. & 15.

Sublata nullitate minùs vrget assertus error, vtpotè
quia Domus Professa obligata fuerit vti hæres Didaci, &
23 tamen non sit hæres, sed † legataria, quia id benè con-
stat ex Testamento, quod licèt verba institutionis diri-
gantur in animam Testatoris, stant tamen relatiuè ad
modum infrà adiectum, quo commodum applicatur Do-
mui Professæ, quæ propterea verè, & propriè dicitur hæ-
24 res, & quidem † vniuersalis licet constituta, in eo quod
superetit alio sibi non dato cohæredi, vt est Text. *in l. 2. C.*
de hered. instit. Peregr. *de fideicomm. art. 5. num. 30.* Idem
probat subsequens substitutio per vulgarem ei facta fauore
Confraternitatis Sacræ Congregationis B. Mariæ del Re-
25 fugio, quæ † requirit præcedentem Institutionem, *l. cum*
in Testamento §. hæc verba ff. de hered. inst. quem Text. sin-
gularem, & valdè notabilem dicit Roman. & declarat
in l. in Testamento num. 14. C. de Testam. lib. 1. §. vltimo ff.
de vulg. & pupill. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 1.*
26 *num. 12.* Nec attenditur quibus verbis hæc facta † fuerit
cum quibuscumque verbis aptis tamen, & conuenien-
tibus, Institutio hæredis fieri possit, *l. quoniam indi-*
gnum, vbi DD. communiter C. de Testam. Alex. *cons.12. num.*
13. lib. 3. Crass. *in §. Institutio quæst. 14. num. 1.* Mant. *tract.*
quo suprà de coniect. d. lib.4. tom.3. num. 1. Et in specie. quod
verba, *lego, & mando*, quibus in præsenti concepta fuit li-
cet obliqua, † vel communia si sunt adiecta vniuersitati 27
bonorum nec alius sit datus hæres importent Institutio-
nem de primo, probat Tex. *in cap. Raynutius num. 6. de Te-*
stam. ibique Butr. Grot. *in rubr. de legat. 1. num. 10.* Ruin.
cons.14. nu.15. lib. 2. Surd. *cons.258. num. 13.* Angel. *cons.31.*
Modern. Neapol. *contr. Iur. lib. 2 controu. 31. nu.6.* Rota *de-*
cis.1060. nu.2. par.3. diuers. & de secundo est Text. in l. quo-
niam C. de Testam. & tradit Lancellott. Galliaul. *in l. centu-*
rio, ff. de vulg. num.429. præsertim fauore piæ † causæ per id 28
quod habeatur *in c. fin. de successione ab intestato*, Couar. *in*
c. cum tibi num. 6. de Testam. Alex. *cons. 168. num. 12. lib. 5.*
Castr. *cons.457. vol. 1.*

Accedit aditio facta à P. Prouinciali cum beneficio † le- 29
gis, & Inuentarij, quæ concessit soli hæredi, Crass. *de In-*
uent. qu.4. num.4. Modern. Lucen. *eodem tract. tit. 1. tract.7.*
num.174. Mascard. *de probat. conclus.48. num.4.* facultas ve-
rò Prouincialis quoad huiusmodi actum indubium reuoca-
ri † non potest, nam quicumque habet administrationem 30
potest adire hæreditatem, ad Text. *in l. si Infans C. de Iur.*
delib. Buratt. *decis.523. num.2.*

Et demum rem ponit in claris subsequens actu assigna-
tionis factæ Monialibus ab Executore Testamentario cui
erat voluntas defuncti nomine Domus professæ tanquam
hæredis per quam si dubia dici possent † verba Institutionis 31
ea satis declarasse videtur, prout declarare potuit, & verbis
cōgruis exprimere addendo id quod non mutata † substātia 32
actus magis facit ad eius confirmationē, vt præter suprà al-
legatos Soccin. Iun. *cons.124. n.48. cū plurib. seqq. vol. 1.* Mant.
de coniect. vlt. vol. d. lib.3. tit. 1. n. 18. & 33. vbi ait interpre-
tationem ambiguæ voluntatis Testatoris posse fieri † etiā 33
ab Aduocatis, quos Testator ipse consuluit, quemadmo-
dum deberet ordinare Testamentum, & quibus volun-
tatem suam aperuit ex Angelo *num. 1.* & Imola *num. 3. in*
l. cum ex filio ff. de vulg. & pupill. Borgnin. *dec. 40. num. 13.*
par. 5. Moneta *de Commut. vltim. volunt. cap. 5. num.*
62. 63.

Ad id tamen, quod dicebatur † Executorem Testamen- 34
tarium haberi loco hæredis responsum fuit procedere nul-
lo alio scripto hærede certo in Testamento, in quibus
terminis loquuntur DD. exaduerso allegati, & quotquot 35
in contrarium adduci possent, alias secùs, quia prouisio
de expresso † hærede facit cessare tacitum, vt probat text.
in l. hæreditatis ff. de hered. instit. ibi, hæreditas statum pri-
mum nullo Iure pertinet cum Institutus hæres non sit, nec quid-
quam ei prodest, quod ab eo aliquid legatum est, aut libertus
ei defuncti Testamento commendatus est. Idem probatur *in l.*
nulli, & l. si quis, ad declinandum circa fin. C. de Episc. &
Cleric. ibi, hæc tamen omnia locum habere sancimus, quando
non certi Seneris, vel certè Ecclesia nominatio à Testatore
subsequuta est, sed incertus, est eius sensus, sin autem in
personam certam, venerabilemue certam, Domum respexerit
ei tantummodo hæreditatem, vel legatum competere sancimus,
nulla falcidia, nec in hac parte intercedente in omnibus autem
huiusmodi casibus cælestes iracundias Sacrosanctorum rerum
administratores expectet, si qualecumque lucrum, & huiusmodi
Gubernatoribus sibi acquisiuerint, & not. Innoc. *in c. cum tibi*
de Testam. Specul. *de Instr. editis §. nunc verò num. 28.* Alex.
cons.12. n.7. per Tex. *in l. cum ex filio §.1. ff. de vulg. & pupill.*
& num.14. Paris. *cons.74. nu.39. & 41. lib.3.* Crass. *de execut.*
vltim. vol. qu.8. Modern. Lucen. *eod. tract. to. 1. cap.1. n.15.*
& in puncto dispositionis à Testatore factæ, quod Execu-
tores sui Testamenti priùs, & ante omnia adimplerent
sua legata, bonaque in subhastatione venderent, & quod
superesset, † implicarent in emptionem annorum reddi- 37
tuum, vel stabilium, & posteà traderent hæredi scripto,
vt in præsenti, quod reputentur simplices mandatarij,
Valenz. *cons. 35. num. 48. vol. 1.* vel solùm possunt haberi
loco hæredum quoad hoc, vt agere, & conueniri † pos- 38
sint pro exequenda voluntate defuncti, vt exponit gloss.
in dicta l. nulli verbo licentiam, expressè probatur in ter-
minis hæredis, incerti cum Testator pauperes suos scrip-
sisset hæredes, *in dict. l. si quis ad declinandum circa med.*
ibi, si enim hæredum eis, & Ius nomen dedimus sine fal-
cidia tamen legis emolumento necesse est eos debita exi-
gere, & Creditoribus respondere, vbi gloss. in verbo sine fal-
cidia illos vocat hæredes nomine, sed non re, & idem voluit
Alex:

Alex. *d. conf. 12. sub eod. num. 7. vers. sed solùm autem si con-
siderentur repræsentatinè quatenus agant tanquam Procura-
tores hæredis*, *eiusque personam repræsentant*, vt declarant
Menocch. *de adipisc. rem. 4. nu. 256. cum seq.* Argel. *de legit.
contrad. qu. 17. art. 1. num. 14. & qu. 15. num. 26.*

Dum igitur est in probatis Domum Professam verè esse
39 hæredem, † & adiuisse hæreditatem, ijs omnibus mo-
dis, quibus aditio probari potest per actum, scilicet &
acquisitiuum translatiuum in alium possessiuum, & ver-
bo quos approbat, Bald. *cons. 224. sub num. 1. vol. 2.* de quo
meminit Caball. *cons. 156. num. 25. vol. 1.* Imò sufficit sim-
40 plex enunciatiua in actu gesto † vti hærede etiam ad effe-
ctum, vt conueniri possit à Creditoribus, Bart. *in l. Ge-
rit num. 15. ff. de acq. poss.* Cald. *cons. 263. vol. 1.* Menoch.
lib. 4. præs. 100. num. 24. Mascard. *de prob. concl. 41. num. 11.*
Cyriac. *contr. 127. num. 6. 7. & contr. 24. num. 8.* Rota *de-
cis. 274. num. 6. par. 7. rec.* maximè quando enunciatio est
41 † facta per modum causæ, Mascard. *de prob. d. concl. 41.
num. 12.* Cyriac. *d. contr. 244. num. 9.* potuit proculdubio à
P. Antequera Executore Testamentario modo quo supra
42 obligari in † bonis hæreditarijs obsequendo voluntati, &
contractui defuncti, *l. nulli ibi, & pro sua conscientia vo-
luntatem adimpleat Testatoris*, vbi glossa declarat, sicut
scit Testatorem voluisse, vnde Bald. *ibidem vers. sed nun-
43 quid hæres col.* 3. Ideò tenet † non requiri interuentum hæ-
redis, cum Executor pro conscientia sua debeat exequi,
44 non pro conscientia † hæredis, quod dicit notandum, &
ità tenuisse Iacobus de Aret. sequitur Alex. *cons. 215. num. 4.
10. lib. 6.* Capra *de execut. membr. 6. num. 93.* Ceph. *cons. 625.
num. 11.* Crass. *de execut. vltim. vol. qu. 11.* Modern. Lucen.
eod. tract. tit. 12. cap. 17. num. 189.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Luneñ Sarzaneñ Beneficiorum.

Luna 14. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Beneficij possessio, quando constat, quod est at-
tentata, & quidem hinc inde, tunc locus est se-
questro. Edictorum affixio, quando sit actus iu-
dicialis, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *inter Præsentatos dum durat lis super institutione, non potest capi possessio absque vitio attentatorum.*
2 *Et quid si sit capta vigore Literarum Apostolicarum, & num. 3.*
4 *Capitulum non habet iurisdictionem tradendi possessionem beneficij.*
5 *Beneficia non dicuntur litigiosa ex edictorum affixione.*
6 *ex Edictorum affixione, & publicatione, beneficium non dicitur litigiosum, si non compareat legitimus contradictor.*
Edictorum affixio est actus extraiudicialis, & sic beneficium non efficitur litigiosum.
7 *Tunc tamen efficeretur litigiosum si compareret legitimus contradictor, & interuenerint plures citationes iudiciales.*
8 *Beneficium, vt dicatur litigiosum debent concurrere requisita Clem. 2. vt lit. pendent.*
9 *Beneficium, quando est litigiosum, sanè si apprehendatur eius possessio dicitur attentata.*
10 *Possessio beneficij capta in vim literarum Apostolicarum, non potest dici attentata.*
11 *Papa non attentat prouidendo aliquem de beneficio.*
12 *Papa licet non attentet, dum prouidet de beneficio, attentat tamen executor tradens eius possessionem lite pendente.*
13 *Beneficij possessio, quando constat, quod est attentata tunc locus est sequestro.*

D E C I S I O I.

VAcantibus per mortem Io: Antonij Magni anno
1653. tribus beneficijs simplicibus Capellanijs nun-
cupatis de Iurepatronatus ad ea per diuersos prętensos pa-

tronos pręsentati fuerunt Io: Antonius Contardus Griffus,
& Io: Franciscus Promontorius inter quos mota lite super
institutione, quoad duo ex dd. beneficijs S. Nicolai, &
S. Luciæ coram Capitulo Sarzaneñ, & quo ad aliud S. Ma-
riæ coram Ordinario Luneñ Sarzaneñ ea pendente primo
loco Contardus gratiam Apostolicæ prouisionis obtinuit
cum derogatione medietatis votorum, illamque exhibuit
coram Vicario d. Ordinarij, & ab eo 6. Septembris eiusdem
anni 1653. mandatum de immittendo reportauit eademque
die possessionem beneficiorum S. Nicolai, & S. Luciæ fuit
assecutus. Deinde verò Promontorius appellauit infra de-
cem dies à die habitæ notitiæ, & de mense Nouembris
sequentis aliam Apostolicam prouisionem certo modo im-
petrauit, & Vicario Eminentissimi Archiepiscopi Ianueñ
super omnibus pręfatis tribus beneficijs sententiam Immis-
sionis obtinuit eiusque vigore post interpositam appellatio-
nem à Contardo illorum possessione apprehendit.

Hinc igitur Iure meritò DD. responderunt constare de
attentatis hinc inde, & apponendum esse † sequestrum, 1
quia pendente lite inter pręsentatos super institutione, non
potuit ab eis absque incursu attentatorum apprehendi
† possessio eorumdem beneficiorum vigore prouisionum 2
Apostolicarum, quas deinde vnusquisque † impetraue- 3
rat, vt in terminis monuit Lancellott. *de attent. lite pend.
par. 2. cap. 4. in præfat. num. 614. cum seqq.* quam in puncto
post Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 11. nu. 40. & 41.* com-
probauit Rot. *in Aquilana Iurispatronatus* 18. *Iunij* 1649.
*cor. R. P. D. Meltio sub §. Pendentia autem, & prius in Gerun-
den. Beneficij 1. Februar. 1645. cor. me §. sed cum Andreas.*

Non obstat, quod omisso † an dicto Capitulo compe- 4
tat Iurisdictio de quo in indiuiduo dubitauit, Rot. coram
Duran. *dec. 4. num. 9.* ex edictorum affixione, & exhibitio-
ne præsentationum, † non fuerit lis introducta, & sic di- 5
cti actus tanquam extraiudiciales non indicant attentata,
vt firmatur ibid. num. 10. & 11.

Licet enim simplex edictorum affixio, & publicatio, an-
tequam compareat, & se opponat aliquis legitimus con- 6
tradictor sit actus merè extraiudicialis, Calder. *cons. 2. sub
num. 2. vers. pro ista vltima opinione de elect.* Lambertin. *de
Iurepatr. par. 2. lib. 2. qu. 9. principal. art. 12. nu. 1. fol. mihi 95.*
Gonzal. *super regul. Cancell. gloss. in annotat. contra nulli-
tates, & attentata nu. 41. & 42. cum alijs allegatis in Vicen.
Beneficij 10. Decemb. 1646. coram me §. nec obstat, quod Vica-
rij*, efficitur tamen iudicialis, † & litem introducit post com- 7
paritionem, & oppositionem competitorum, qui in casu
nostro ad plures citationes, iudiciales, petitiones, & pro-
testationes † deuenerunt *Sum. Promontorij num. 1. & 2.* In 8
casu nostro litem esse introductam cum concurrant requi-
sita per *Clementinam secunda vt lit. pend.* dixit Rot. *dec. 227.
nu. 2. 3. & 4. par. 3. lib. 2. & dec. 226. nu. 4. eadem par. 3. lib. 3.
diuers. in Cremonen. Præpositura* 23. *Maij* 1644. *cor. Emi-
nentissimo D. Cardinali Corrado, §. nam illa in fine in dicta
Aquilana Iurispatr. coram R. P. D. meo Meltio d. §. penden-
tia autem, & distinguendo in Leodien. personatus* 16. *Maij*
1650. *coram me, §. quia cum simplex*, ac de † consequenti 9
operatur, quod omnia in eius spretum deinde gesta atten-
tatorum vitio laborent ex authoritatibus, & decisionibus
supra relatis.

Nec subsistit, quod possessio † capta in executionem lit- 10
terarum, Apostolicarum non possit † dici attentata; Quam- 11
uis enim Papa non attentet prouidendo ad text. *in cap. pro-
posuit, §. licet autem de concess. præbend.* Egid. *dec. 249. in fine*,
Gregor. *decis. 2. num. 1. & 2.* attentat tamen executor illius
† prouisionis tradendo possessionem lite pendente, vt op- 12
timè declarauit Rot. cor. Gregor. *d. dec. 2. nu. 5.* ibique Ad-
den. *sub n. 15. vers. verum notandum est, & dec. 10. n. 2. vers.
tamen licet in Bituntina Iurispatronatus 26. Febr. 1646. cor.
bo. me. Arguelles, §. non obstat in d. Gerunden. Beneficij, §. fi-
nal. & in Melenitana Parochialis 26. Maij 1651. §. Indeque
non releuat, coram me.*

Firmatis attentatis hinc inde vtriusque possessio est se-
questranda † iuxtà inueteratum stylum Tribunalis, vt post 13
Archidiacon. *in cap. quia res sub n. 10. vers. ex quibus Iuribus
11. qu. 1.* firmauit Rot. cor. Gregor. *decis. 10. dec. 91. & dec.
251. in omnibus nu. 1.* cor. bo. me. Buratt. *dec. 13. nu. 4. in d.
Bituntina Iurispatr. §. firmatis igitur in d. Aquilana Iuris-
patr. sub d. §. pendentia autem, & in d. Gerunden. Beneficij
§. sed cum Andreas, & alibi passim.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Bononieñ Hæreditatis de Pepulis.

Veneris 18. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Immissio hæredi scripto in testamento, non abolito, non cancellato &c. omninò debeatur. Incestus commissus cum sorore, vt impediat matrimonium cum altera sorore, debet plenè, & concludenter probari talem incestum fuisse commissum ante consumationem matrimonij, quale tempus anterius non solum plenè, & concludenter est probandum, verùm etiam indubitatè. Qui non cognoscitur ex se, cognoscitur ex socio.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi debetur immissio, statim ostenso testamento, non abolito, nec cancellato, amplia num. 2.*
3 *Sententia effectus suspenditur per appellationem.*
4 *Sententia suspensa per appellationem, non valet impedire immissionem hæredi scripto.*
5 *Spurietatis exceptio, non attenditur, quando non fuit probata.*
Aut talis probatio ex contrarijs probationibus incerta redditur.
6 *Hæredi scripto non potest retardari immissio ex probationibus illiquidis.*
7 *Contra minores non potest procedi, eis curatore ad lites non dato.*
8 *Curator ad lites datus minori, vt validè dicatur datus, quid requiratur, & num. 9.*
10 *Minori, quando maximum damnum dicatur inferri.*
11 *Minor, quando dicatur læsus per procuratorem datum ad lites.*
12 *Examen testium, licet sit validum, tamen non probat, si ex illo non apparet, quod probatio sit clara.*
13 *Testes, si plures patiantur exceptiones tam in personis, quàm in dictis, non probant.*
14 *Testes, qui inuerisimilia deponunt, & eliduntur ab alijs testibus, non releuant.*
15 *Testes, qui sunt honestiores, & qui verisimiliora deponunt, sunt præferendi contrarijs.*
16 *Testes excludentes impudicitiam, & excludentes delicta, sunt præferendi alijs.*
17 *Testes non deponentes præcisè de re, supra qua controuertitur, non iuuant.*
18 *Incestum cum consanguinea sponsa commissum, vt impediat matrimonium, debet probari adfuisse antè consumatum matrimonium.*
19 *Quale tempus plenè, & concludenter est probandum, & num. 20.*
22 *Testis deponens, quod faciebat quis cum aliqua non conuenientia honestati, non ex hoc probant copulam carnalem.*
23 *Copula carnalis si probanda veniat de aliquo tempore, ex quo non dicatur probata.*
24 *Mulier prius cognita, tamen tardius potest concipere, & parere, quàm altera, quæ posteà fuit cognita.*
25 *Vnde non est bonum argumentum, qui prius peperit, prius ergo fuit cognita.*
26 *Testis, qui est sine conteste, non attenditur.*
27 *Testi adimitur omnis fides, si probetur, quod sit vilis, & pauperrimus.*
28 *Amplia etiam si sit mulier.*
29 *Testes, quando non percepisse copulam carnalem probent, amplia num. 30.*
31 *Testis in suo dicto singularis non iuuat.*
32 *Causa, quando est grauissima, & agitur de probando crimine incestus, plena, certa, & concludens probatio desideratur.*
33 *Probatio non tantum concludens, imò & indubitata est necessaria, in causa grauissima.*
34 *Testibus interesse habentibus in causa, nullam omninò merentur fidem.*
35 *Et eorum attestationes solum sibi ipsis, & non alijs nocere debent.*
36 *Testes non probant copulam carnalem, licet asserant mulierem prægnantem peperisse in lecto alicuius.*
37 *Quoniam talis actus necessario non infert ad probandam copulam carnalem cum illo.*
38 *Possibilitas sola est sufficiens ad tollendam certam, & concludentem probationem.*
39 *Filius, quando non est tractatus à prætenso Patre, vti filius, quale sit signum, & vide num. 41. 42.*
43 *Filij solent plus diligi, quàm fœmina à parentibus.*
44 *Diffamatio honoris, & libidinis in muliere tollitur, si conuersetur cum Matronis nobilissimis, morum, & vitæ candore conspicuis.*
45 *Quæ certè, cum ea non conuersarent, & maximè in publico non prodirent, si illa violata fama, & honoris esset.*
45 *Talis quis præsumitur, quales sunt illi, cum quibus conuersatur.*

DECISIO LI.

COmmissa fuit hæc causa R. P. D. Peutingero, apud
quem pluries proposita, sed nondum decisa; Tandem coram Me propter illius aduersam valetudinem suffecto fuit resolutum DD. Antoniæ, & Margaritæ sororibus de Pepulis dandam esse immissionem, quæ quidem dd. sororibus competere visa fuit, quia cùm fuissent à Co: Alexandro Maria eorum Patre hæredes vniuersales institutæ in vltimo testamento, quod exhibentur non abolitum,
nec cancellatum, vtique illis suffragatur huiusmodi † In- 1
stitutio, vt in possessionem bonorum hæreditatis immitti debeant, *iux. l. fin. Cod. de edict.* Diu. Adr. tollen. Rota coram Mantic. *decis. 295. num. 1. par. 5. decis. 529. & numer. 1. par. 4. tom. 3. & decis. 408. pariter nu. 1. par. 5. recent.* & passim in alijs. Adeò vt prædictam immissionem impedire
† non valeant sententiæ in præcedentibus instantijs prolatæ 2
super petitorio; Nam cùm adhuc pendeat iudicium † ap- 3
pellationis ab eis interpositæ, cuius vigore suspensus fuit earum effectus, *l. 1. §. fin. ff. ad Sen. cons. Turpell. l. furti 6. §. 1. ff. de is qui notantur infamia*, Rot. *dec. 1309. num. 7. cor. Penia, ex in Romana legati 29. Ian. 1652. in fin. cor. me.*
Non possunt † interea impedire immissionem, vt benè 4
probat Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. sub num. 809. vers. secundus est casus cum seqq.* Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 36. num. 2. & 3. cum seq. & sub num. 16. vers. secus si sententia, & seqq.* Rota *decis. 55. num. 16. vers. præsertim cum seqq.* coram Penia.

Nec magis nocere debet exceptio spurietatis à Comite Roderico dd. Antoniæ, & Margaritæ obiecta, cùm ex de-
positionibus Testium, vel non fuerit † legitimè probata, 5
vel saltem ex contrarijs probationibus illiquida remanserit,
quo casu retardari † non debet immissio hæredis scripti; vt 6
per Tex. *in l. 2. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Berou *cons. 57. sub num. 6. vers. et si dicatur cum seqq. per tot. lib. 2.* Argel. *de leg. contrad. qu. 2. art. 2. num. 56. & 57. & de acquir. poss. quæst. 3. num. 511. & 545.* Moder. Aueniònen. *qu. Ciuil. cap. 53. nu. 4. & 5.* Barz. *dec. 46. num. 28. vers. non obstant exceptiones cum seqq.* Rota *in Bononien. de Pepulis coram Ordinario relata per* Contard. *ad l. vnicam limit. 12. num. 19. vers. & hæc limita cum seqq. C. si de moment. possess. decis. 387. num. 4. vers. nec obstat cum seqq. par. 1. decis. 524. numer. 7. vers. attamen certum est par. 4. tom. 2. recent. & in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis 12. Maij 1645. in §. fin. cor. Reuerendiss. Tarraconen.*

Testes namque deponentes Dominicam sororem Dianæ Matris Puellarum, prius cognitam fuisse per Comitem Alexandrum earum Patrem nulli constat examinatos fuisse,
cùm examen † processerit contra Infantes Curatore tan- 7
tum ad litem adhibito, dum cum Tutore legitimo procedi debuisset, eoque citato, ad tradita per Afflict. *decis. 262. num. 2. vers. citatur*, Ossasc. *decis. 89. num. 2. cum seqq.* Ma-
strill. *decis. 73. nu. 1.* Et deputato prædicto Curatore, † non 8
citata Matre, vel Auo Materno, vt de stylo seruan. esse tradunt Neuzan. *cons. 17. num. 29.* Gail. *obser. 107. nu. 7. vers. 2. casu*, Scacc. *lib. 1. cap. 50. num. 23. vers. & ita seruat.*
de iudic. Quinimò dum Mater extabat tutor, alius † dari 9
non poterat, nisi ea citata, & audita, etiam post quadrimestre pariter elapsum, ad tradita per Alex. *cons. 160. nu. 4. & seqq. lib. 5.* Guttierez *de tutel. par. 1. cap. 16. num. 22. vers. nihilominus*, Surd. *decis. 48. num. 11. vers. secundo respondetur.* Maximè cùm ex prædicto examine maximum præ-
iudicium Pupillis fuerit irrogatum, † ex omissione Inter- 10
roga-

10 rogatorij necessarij ad distinguendum prætensum concubi-
11 tum, & iustificandam † copulam, & conceptum ex quo-
dam Ioanne Tubertino cubiculario Com. Alexandri Ma-
riæ, vt aliqui testes deposuerant, quos repetere neglexit
Curator ad causam datus.

Et quamuis alias validum esset examen, nihilominus
12 nulla clara † ex dictis depositionibus probatio deinmi va-
let, quia prædicti Testes plures patiuntur exceptiones,
14 tàm in personis, quàm † in dictis, ac propterea inuerisi-
miles omninò redduntur, atque etiam eliduntur eorum
14 depositiones, ex † alijs Testibus pro ijsdem Antonia, &
Margarita inductis, qui tanquam honestiores, ac longè
15 verisimiliora deponentes, † ac pro exclusione impudici-
16 tiæ, atque delicti sunt † præferendi, iuxt. Tex. *in cap. no-
stra de Testib.* Farin. *cum ibi citatis de Testib. qu. 57. sub nu-
mer. 36. & seqq. qu. 65. sub num.* 150. *cum pluribus seqq. & nu-
mer.* 193. Rota coram san. me. Greg. XV. *decis. 239. num. 2.
decis. 552. num. 26. par. 5. tom. 2. recent. in Romana Heredi-
tatis de Gratianis 7. February 1642. in §. minus obstat, quod
probatio filiationis coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Ro-
mana executionis laudi 14. Iunij 1647. §. non obstat coram bo.
me. Arguelles.*

17 Præterea ijdem Testes præcisè † non concludunt Comi-
tem Alexandrum Mariam rem habuisse cum Dominica
18 Sorore Dianæ, antequam ipse Comes istam † cognouisset,
itaut eo tempore præcedentis affinitatis, eo facto contra-
19 ctæ interfuisset † impedimentum, vt necessarium esset,
*iux. l. eum actum 17. ff. de negoc. gest. l. sed etsi 7. §. publi-
ciana tempus 14. ff. de pub. act. l. matrem 17. C. de probat.
cap. super eo de eo, qui cognouit consaguin. Vxor. suæ,* Ruin.
cons. 67. num. 5. vers. est regula vol. 1. Negusant. *de pignor.
par. 5. membr. 2. num.* 44. vbi quod non sufficit quælibet tem-
20 poris probatio, sed oportet † vt sit præcisa, & limitata ad
illud tempus, quod fuit in iudicium deductum, Rota pe-
nes fa. me. Greg. XV. *dec. 290. num 5. & dec. 264. sub nu. 47.
21 vers. & præterea par. 5. rec.* Siquidem † in præsenti tres tan-
tum Testes pro huiusmodi antecedenti Copula probanda,
Primus scilicèt, Tertius, & Septimus, à D. Comite Ro-
derico producuntur.

Primus est quædam Mulier nuncupata Thaddæa, quæ
22 non aliud in substantia deponit, quam actus † honestati
non consentaneos, cum Dominica præcedentes, atque
illam peperisse priusquam Diana prægnans visa fuerit, quæ
sanè non conuincunt pernecesse præcessisse, vt requiri-
23 tur copulam atque cognitionem carnalem, † ex qua orta
fuerit affinitas cum Dominica, Gemin. *cons. 33. num. 7. vers.
tacuit, & Sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 4.* vbi
Barbos. Cùm Mulier prius cognita tardiùs tamen concipe-
24 re, † ac parere, quam altera posteà cognita possit, & so-
25 leat, ideoque nulla infertur concludens copulæ † antece-
denti probatio, Soccin. Iun. *cons. 86. sub num. 14. vers. qui-
nimò lib.* 5. Nogueroll. *alleg. 23. num.* 90. & alijs relatis per
Rot. coram Seraph. *decis 893. sub numer. 13. vers. ex quibus
apparet cum seqq.* Et nihil refragatur dictum istius Mulieris
26 circa assertum partum etiam ex alio, † videlicèt, quia est
vnica de auditu ab ipsa Dominica, & sine conteste, Alex.
cons. 20. num. 3. vers. & sic hucusque lib 4. Rota *dec. 830. num.
5. coram Penia.* Præterquamquod huic fœminæ omnis fi-
27 des † abrogatur, ex eo quia est simul vilis, ac pauperrima,
vt deponunt Testes à sororibus dati, Marc. Ant. *var. re-
sol. lib. 1. resol. 28. num. 8.* Barbos. *in vot. dec. lib. 3. vot. 98.
num.* 21. Rot. coram Seraph. *dec. 1330. num.* 3. penès Pen. *de-
cis. 671. in fin.*

Pari ratione nihil facienda est depositio tertij Testis, cùm
28 & ipse deponat solummodò de actibus ab † honestate
alienis, & copulam non concludentibus, idemque vilis
29 sit, & pauper, ac † proinde militant eædem, quæ de Thad-
dea altera Teste exceptiones præpositæ sunt.

Quemadmodum & depositio septimi Testis nomine
30 Iulia de Sanctis non est habenda in vlla † consideratione,
quia & eadem vilis est, & pauperrima, & deponit quidem
Dominicam priùs peperisse, sed de auditu ab ipsa Thad-
31 dea, † in quo singularis redditur, *cap. causa de probat.
cap. cum dilectus de accusat.* Nogueroll. *dicta alleg. 23. nu-
mer.* 88. Rota *in Romana Nullitatis Matrimonij 19. Ianua-
rij 1646. §. insuper coram bon. me. Arguelles.*

Potissimè verò nulla vis fieri potest in his depositioni-
32 bus, quia in causa grauissima, & vbi res † agitur de pro-
bando crimine incestus, ad declarandum statum persona-
lem dd. sororum, easque excludendum ab opulenta hære-
ditate paterna, & contra Testamentum Patris plena,
certa, † concludens, quinimò & indubitata probatio 33
desideratur, *l. fin. C. de probat.* Rota cor. Seraph. *dec. 1356.
num. 1.* & penes Pen. *dec. 581. num. 2. dec. 611. sub nu. 11. &
dec. 119. num. 1. & seqq.*

Insuper nullius sunt momenti assertiones Dominicæ à
Testibus Com. Roderici relatæ, quia cùm Dominica pro-
priam causam, ac interesse † ageret cum Diana Sorore, 34
contendens de prætenso matrimonio cum Comite Alexan-
dro Maria contrahendo nihil probat, *iux. l. nullus ff. de
Testib. C. eod. tit. cap. 3. de præs. cap. de illo, & cap. super eo,
de eo qui cognouit consanguineam Vxoris suæ,* Rota cor. sa. me.
Greg. XV. *dec. 42. num.* 1. Et tales attestationes dumtaxat
ipsi asserenti, non autem † alijs præiudicare possunt, ex latè
cong. per Farinacc. *de delict. carnis qu. 136. num.* 51.

Nec aliqua sufficiens probatio huius prioris copulæ † eli- 36
ci posset, etiam si Dominica peperisset, vt prætenditur ge-
mellos in lecto eiusdem Comitis. Quoniam exinde non
remaneret probatum, quod isti † essent filij Com. Alexandri 37
Mariæ, eum & alij eodem tempore rem habere potuerint
cum d. Dominica, vt habuisse deponunt Testes Com. Ro-
derici, & hæc sola possibilitas † requisitam concludentem 38
probationem excludit, Socc. Iun. *cons. 36. num. 36. vers. di-
co quod non agitur lib.* 2. Peregr. *consil. 393. nu. 5. vers. quam-
obrem cum possibile.* Imò in proposito casu existant præsump-
tiones pro exclusione d. assertæ † prioris copulæ, dum isti 39
gemelli non fuerunt nullo modo tractati, vt filij ab ipso
Com. Alexandro Maria, quinimò ad Hospitale † exposi- 40
torum electi, & verisimiliter, si eius filij fuissent, domi
aluisset, vestimenta aliaque ad vitam † necessaria præbuis- 41
set, vel etiam hæredes instituisset, veluti huiusmodi alia-
que filiationis certissima argumenta † in filias Dianæ præ- 42
stitit, glos. *in cap. transmissi vers. nota qui filij sint legitimi,*
Dec. *consil. 40. num. 19. vol.* 5. Galeott. *de not. expur. cap. 22.
sub num.* 1. Rota *dec. 289. nu. 6. par. 5. rec.* Præcipuè cum in-
ter istos gemellos ex Dominica ortos masculus adesset, qui si
filius ipsius Comitis fuisset, facilius † in eum vti masculum, 43
quàm in filias Dianæ amoris sui documenta dedisset, Ia-
son. *in l. qui filiabus num. 2. ff. de leg.* 1. Melchior de Valent.
*Illustr. Iur. tract. lib. 3. tit. de suor. hæred. iur. & success. cap. 3.
numre.* 13.

Demum ad excludendam diffamationem, & vulgarem
Dominicæ, & Dianæ † libidinem, Domini considerarunt, 44
quod istę Mulieres frequenter cum Marchionissa Diaman-
te Pepula eiusque filiabus, morum, & vitæ probitate
conspicuis tractabant, quod vtique non fecissent, si ea-
rum † violati honoris fama in publico prodijsset, ipsisque in 45
eadem domo comorantibus potius, quam alijs hoc explo-
ratum fuisset, tamen vnusquisque † præsumitur quales il- 46
li sunt cum quibus conuersatur, *l. cum qui C. de Episcop.
& Cleric.* vbi notat Bald. *cap. inter sollecitud. de purgat. Ca-
non.* Tiraquell. *cum ibi citat. in 5. l. connub. gloss. 1. par. 5. nu-
mer.* 29. Iacob. Simancha *de Cathol. instit. tit. 50. num.* 14.

Et ita, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRÒ

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Veneris 18. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum quando probet, licet non sit originale, & authenticum. Statuta Vrbis, licet confirmata à Papa non ligant Clericos secundùm opinionem Rotæ. Clerici non veniunt sub generali confirmatione Statutorum Laicalium facta à Papa. Clerici, quatenus possint vti Statutis Laicorum in fauorabilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum si contineat obligationem Cameralem, habet executionem paratam.*
2 *Obligationis Cameralis vigore procedi potest executiuè.*
3 *Instrumentum, quando est minimè originale, sed copia, non releuat.*
Et hoc maximè procedit, quando pars opposuit generalia contra.

4 *Instru-*

4 *Instrumentum originale, quando fuit in actis productum, & posteà fuit illud restitutum parti, dimissa copia collationata, tunc benè probat copia.*
5 *Et hoc præsertim dum adsunt adminicula.*
6 *Scriptum alias informis iunctis adminiculis, & maximè in antiquis plenè probat.*
7 *Statuta antiqua Vrbis annullant quascumque promissiones dotis vltrà scuta 1500. factas.*
8 *Statuta Vrbis, tanquam confirmata à Papa, ligant etiam Clericos.*
Decis. Rotæ Roman. in causa Romana Dotis 21. Februarij 1567. coram Robuster. dubitatur de eius validitate.
9 *Statuta Romana tamquam confirmata à Papa, dicuntur Papalia, & sic ligant etiam Clericos.*
10 *Statuta Romana, licet sint confirmata à Papa, non ligant Clericos, nisi in quibus Papa in specie facit mentionem de eis, vel habeant verba vniuersalia apta illos comprehendere.*
11 *Rota perpetuò reiecit illam opinionem, quod Statuta Vrbis ligent Clericos, vti confirmata à Papa.*
12 *Statuta Vrbis secundum opinionem Rotæ, non ligant Clericos, licet confirmata à Papa ex certa scientia, & in forma specifica.*
13 *Et hoc non ex defectu potestatis, sed defectu voluntatis.*
14 *Papa, si confirmet Statuta Laicorum super rebus Ecclesiarum, vel Clericorum seruandum est, tamquam Statutum Papale.*
15 *Quod est intelligendum, si nominatim sit facta mentio Ecclesiæ, vel Clericos, alias non continetur sub generali sermone.*
16 *Clerici non continentur sub generali confirmatione Statutorum facta à Papa, ex quo libertas Ecclesiastica posset lædi.*
17 *Clerici possunt vti per modum priuilegij Statutis Laicorum fauorabilibus.*
18 *Quod tamen est intelligendum, si ipsa Statuta nullam faciant mentionem expressam de Ecclesiasticis.*
19 *Clerici possunt vti Statutis fauorabilibus Laicorum, quando à principio contractus declararunt se velle vti tali Statuto in vim priuilegij.*
20 *Sed quando ita non se declararunt, secus est.*
21 *Clericus, quando conuenitur ratione contractus, hoc casu Statutis Laicorum non potest vti, nec minus per viam priuilegij.*
22 *Quia tunc res non est amplius res integra.*
22 *Persona Ecclesiastica, & maximè Eminentissimæ Dignitatis non est præsumendum aliquem voluisse defraudare.*
24 *Tutor conueniri potest nomine proprio, ex obligatione proprio nomine facta.*
25 *Præscriptio non meretur allegari, dum iudicialiter fuit interrupta.*
26 *Instantia de Iure Canonico est perpetua.*
27 *Taciturnitas diuturna inducit desertionem causæ, quando vel ex actis constat de claro Iure tacentis.*
Restitutio in integrum aduersus desertionem causæ datur stante probabili ignorantia.
Ignorantia in hærede semper præsumitur nu. 28.
29 *Impedimenta, quando sunt notoria, tunc facilè conceditur restitutio in integrum aduersus desertionem litis.*

DECISIO LII.

NVpsit Ersilia de Sancta Cruce anno 1563. Francisco Cincio cum dote scut. 5000. monetæ, quam infrà quinquennium proximum illi soluere promiserat sub obligatione Camerali bo. me. Prosper de Sancta Cruce tunc Episcopus Chisanen. sponsæ Patruus, sed elapso quinquennio, & dote non soluta egit Franciscus coram A. C. & an. 1572. contra promissorem ad Cardinalatus apicem elatum mandatum executiuum obtinuit pro scut. 1500. sine præiudicio residui; verùm interposita appellatione, & causa commissa prout in prima bon. me. Cardinali Mellinò tunc Sac. Rotæ Auditori cum facultatibus A. C. nuper Christophorus Cincius vti cessionarius fisci illam reassumpsit coram me in illius locum suffecto tam pro consequutione scutor. 3500. occasione residui sortis principalis dict. dotis, quam pro fructibus decursis quousque matrimonium durauit, & citato D. Marchione Tarquinio de Sancta Cruce hærede mediato eiusdem promissoris obtinuit dari dubium, An, & pro qua summa sit relaxandum mandatum, cui responderunt DD. mandatum esse relaxan. pro residuo sortis, reseruato, vt de fructibus particulariter videatur, cum
enim Instrumentum promissionis † factæ per Cardinalem 1
contineat obligationem Cameralem *Sum. Actoris num.* 2.
habet executionem paratam vulg. Iuribus, & eius vigore
procedi potest exequutiuè ad relaxationem mandati contrà
bona hæreditaria illius, dum ex commissione relata sub
nu. 5. communicatæ fuerunt facultates A. C. *vt in Poetuen. Affictus 4. Martij 1652. coram R. P. D. meo Bichio, §. prima pars, vbi alleg. concordantes.*

Non obstante, quod d. Instrumentum non sit originale,
sed copia, quæ regulariter non probat, † præsertim quan- 3
do pars, prout hic, opposuit in termino generalia contrà.

Quoniam Notarius A.C. per cuius acta hæc causa introducta, & agitata fuit attestatur Instrumentum publicum, & originale, ibi fuisse productum, & producenti successiuè restitutum dimissa ibi copia cum eo collationata, *Summ.*
Actorum num. 1. *&* 2. quæ † propterea facit fidem sicut 4
ipsummet originale, Rota coram Cardinale Seraph. *dec.* 1192. *num.* 3. coram Buratt. *dec.* 584. *num.* 5. *& in Vercellen. vnitatis Capituli 24. Aprilis 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. nam quoad scripturam*, præcipuè cùm ad-
minicularetur tum ab effectuatione † matrimonij eisdem 5
anno, mense, & die sequenti iuxtà formam dicti Instrumenti *dicto primo Sum. sub dicto num.* 2. tum ab expressa ratificatione post aliquot dies facta à Francisco Sponso *nu.* 3. tum etiam ex iudicio post 9. annos ab eo successiuè moto, & fauorabiliter prosequuto per relaxationem mandati executiui pro scut. 1500. sine præiudicio residui *num.* 4. certum enim est, quod etiam exemplum, copia, & scriptura
† alias informis iunctis adminiculis, & præsertim in anti- 6
quis, plenè probat Caputaqu. *dec.* 234. *num.* 2. *par.* 1. Rota *diuers. dec.* 717. *num.* 5. *vers. non obstant, in fine par.* 4. *in recent. decis.* 198. *numer.* 2. *decis.* 310. *numer.* 7. *& decis.* 605. *num.* 8. *in fin. par.* 3. *& decis.* 418. *par.* 1. *& decis.* 418. *numer.* 5. *par.* 2.

Nec refert, quod per antiquum Statutum Vrbis annullentur quæcumque promissiones dotis, vltrà summam scut. 1500.

Quia huiusmodi † Statutum vti Laicale non compre- 7
prebendit Cardinalem dotis promissorem tanquam personam Ecclesiasticam, *Auth. statuimus C. de Episc. & Cleric.* Rota *in Romana liberationis à fideiussione 4. Martij 1630.* coram bon. me. Merlino, inter eius impressas *decis.* 901. *nu.* 1. *& in Romana Donationis de Castellanis 23. Iunij 1631.* coram bo. me. Coc. *in rec. decis.* 58. *&* 28. *&* 52. *par.* 6. *in Romana successionis de Comitibus 15. Ianuary 1642. §. & indubitanter cessare circa fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Roman. dotis 21. Februar. 1627. & in Romana Domorum 15. Decembris 1640. in fine, cor. Reuerendiss. P. D. meo Bichio.*

Et licet allegata fuerit *Decisio in Roman. Dotis 21. Fe-*
bruarij coram Robusterio, quæ in his terminis firmat † præ- 8
fatum Statutum comprehendere etiam Cardinales. Attamen quidquid sit de legalitate huius decisionis, quæ circumfertur manuscripta, fundatur in sola ratione, quod
vigore † Apostolicæ confirmationis Statutum sit Papale, 9
quam rationem nisi Statutum loquatur in specie de Cleri-
cis, vel habeat verba † vniuersalia apta illos comprehen- 10
dere deficiunt, quæ hic deficiunt perpetuo Rota † reiecit, 11
firmando Clericos alioquin in Statutis, quamuis confir-
matis à Papa ex certa scientia, † & in forma specifica non 12
comprehendi, & hoc non ex defectu potestatis, quam
tribuit confirmatio, sed † ex defectu voluntatis, *vt respon-* 13
detur in terminis Statuti Vrbis in dd. decisionibus suprà allegatis, quæ comprobatæ fuerunt in casibus aliorum consimilium Statutorum, *vt in Tudertina successionis 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Meltio, §. nihil suffragantur*, & in his terminis egregiè Bald. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ num. 14. & 15. de Constit.* vbi loquitur his proprijs verbis, si Pa-
pa † approbet Statutum Laicorum, super rebus Clerico- 14
rum, & Ecclesiarum † Statutum est seruandum, tanquam 15
Statutum Papæ, quod intelligo, si nominatim † est facta 16
mentio de Clericis, & Ecclesiasticis aliter non continentur in generali sermone, ex quo posset eorum libertas infringi.

Quatenus † verò replicabatur Clericos posse vti per mo- 17
dum priuilegij Statutis Laicorum fauorabilibus, tamen &

de per-

18 personis Ecclesiasticis † expressam mentiooem non facien-
tibus, ex allegaris per Modernum Episcopum Eugubinum
decis. 11. numer. 9. & 10. & sub num. 30. Cardin. Mellin. *de-
cis. 146. nu. 6. cum concord. in Rom. seu Ianuen. locorum Mon-
tium 26. Iunij 1648. coram me, §. hoc enim.* Responsum
19 † fuit id procedere quando Clericus à principio contractus
declarauit velle vti Statuto tanquam priuilegio, secus au-
20 tem † si tunc huiusmodi declarationem non fecit, sed id
solum allegat quando vigore contractus conuenitur; hoc
20 tamen casu Statuto † Laicorum vti non posse, nec om-
nìs per modum priuilegj, optimè distinguendo declara-
uit Lambertengh. *de contract. gloss. 2. in verbo mulierem nu. 58.
fol. 169.* & firmauit Rota *in Senogallien. fructuum Census 11.
Iunij 1644. coram Reuerendissimo Terracinen. sub §. deni-
que non obstat*, vbi affert rationem, quia tempore Iudicij
intempestiua est declaratio cum res non sit amplius inte-
21 gra, † tantum autem abest, quod Cardinalis ità declara-
uit tempore contractus, quod imò dum nulla habita ra-
tione præmemorati Statuti d. dotem promisit in scut. 5000.
22 & vti voluisse † censetur, ne alias sponsum fraudaret,
quod præsumendum non est, attenta præsertim qualitate
Ecclesiastica, qua pollebat.

Et hinc Domini dixerunt non esse opus quærere, An
Cardinalis teneatur tamquam tutor, dum ex prædictis
24 validè † conueniri potest ex obligatione proprio nomine
facta, cui noo obstat obiectè præscriptionis exceptio, cum
25 interrupta † fuerit anno 1572. ex dicta lite iudicialiter
mota coram A. C. & Rotæ commissa anno 1592. *cap. fin.
de præscript.* & quamuis ab anno 1593. quo emanauit cita-
tio ad dicen. contrà commissionem, nil posteà spatio 60.
& vltrà annorum actum fuerit in causa; nihilominus quia
26 de iure Canonico est perpetua, *cap. penult. de iudic.* Cresc.
decis. 7. de caus. possess. & propr. tum demum similis diutur-
na taciturnitas inducit desertionem, quando vel ex actis
27 constat de claro † non Iure tacentis, vt declarando *de-
cis. Achill. 7. vts lit. pend.* respondit Rota *in Rossanen. Deci-
marum 24. Ianuarij 1642. coram Reuerendissimo D. Episco-
po Salamantino in fine, & in Auenionen. legitimæ 30. Apri-
lis proximi præteriti coram R. P. D. meo Priolo, §. vltimo,
& prius in Calaguritana Beneficij S. Ioan. de Molin. §. quo-
niam lis coram me*, & in omnem casum ob probabilem
28 ignorantiam; quæ semper in hærede præsumitur † com-
petere Actori restitutio in integrum aduersus lapsum tem-
poris, vt ad fauorem ipsiusmet D. Christophori firmatum
fuit in *Rom. Vinea 22. Iunij 1654. coram me, §. fin.* vbi ad
29 ipsum effectum † fuerunt etiam ponderata notoria fisci
impedimenta.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Die Veneris 18. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Exceptio, dum est incontinenti probata, est valens ad impediendam executionem obligationis Cameralis. Fideicommissum factum filijs, eorumque descendentibus in infinitum, & in casu deficientiæ eorum Testator vocauerit nepotes ex fratre cum eorum descendentibus, rationem reddens, quia volebat, vt eius bona perpetuò conseruarentur in cippo, seu domo sua per lineam rectam, & tunc non est dubitandum, an fuerit inductum fideicommissum in omnibus suis descendentibus, & in subsidium in omnibus descendentibus fratris sui.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio in continenti probata impedit executionem obligationis Cameralis.*
2 *Substitutio filiorum, seu nepotum vt comprehendat totam descendentiam, quid sit perpendendum.*
3 *Nepotum appellatione, regulariter venit tota descendentia.*
4 *Verba, per totam lineam descendentes, &c. indicant pernecesse etiam vlteriores descendentes fuisse vocatos.*
5 *Linea, cùm incipiat à filijs, nepotes possunt constituere primum gradum, seu punctum.*
Vnde si vlteriores descendentes excluderentur, & nullatenus verificaretur descendentia per lineam rectam à Testatore contemplata, num. 4.
6 *Nepotum appellatione tunc maximè venit tota descendentia, dum eorum vocatio Testator distulit in remotissimum tempus.*
7 *Quando scilicet erit finita tota descendentia omnium suorum filiorum.*
8 *Decis. in causa Roman. fideicommissi de Cosciarijs 16. Martij 1649. coram bo. me. Cardin. Corrado, quo casu loquatur, & num. 9.*
10 *Testator, quando dicatur voluisse comprehendere totam descendentiam.*
11 *Testator, quando voluit, vt bona conseruarentur, & agnatione masculina, quale sit hoc signum.*
12 *Ratio conseruationis bonorum perpetuo in familia, siue stet principaliter, siue accessoriè, semper deseruit pro interpretanda mente Testatoris, & num. 14.*
Quidquid alias esset dicendum si ageretur de extendendo ipso fideicommisso, & num. 15.
16 *Verba, in euentum prædictum, quid importent, & diuersificent, & qualiter, num. 17.*
18 *Testator si disposuerit, quod eius bona in infinitum conseruarentur in familia, eius fideicommissum non potest dici restrictum ad solos filios, & nepotes.*
19 *Dictio, semper denotat perpetuitatem.*
20 *Decisiones in causa Bononien. Bonorum de Sanctis 15. Martij 1641. & 16. Martij 1648. coram bo. me. Bichio, & aliæ plures quo casu loquuntur.*
21 *Fideicommissa aliud est, quod loquantur per verba restrictiua, & aliud si per verba directa, & non restrictiua.*
22 *Fideicommissa quando non agitur de eis extendendis, sed declarandis, qualiter sit procedendum, & num. 23.*
Nepotes, quando quis vocauit post deficientiam filiorum, & descendentium, de quo tempore sit probanda existentiam nepotum, & num. 24. & 25.
26 *Descendentia ab aliquo ex quo iustificetur.*
27 *Bonorum fideicommissorum identitas ex quo remaneat iustificata, & num. 28. 29. & 30.*
Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex Instrumento diuisionis facta inter fideicommissarios.
31 *Identitas bonorum fideicommissariorum probatur, ex eo quod hæres grauatus possiderit in loco eodem, quo possidebat fideicomittens.*
32 *Creditor simplex non potest euitare, quin non procedatur ad subhastationem bonorum communis debitoris, ipso non amoto à possessione.*
33 *Creditor simplex non potest euitare subhastationem, ad effectum pretium deponendi, ad effectum, vt illi prius soluatur, si sit anterior.*
34 *Residuum verò soluatur alijs creditoribus.*
35 *Creditor posterior non potest concurrere cum creditore anteriore.*

D E C I S I O LIII.

AD impedien. executionem mandati Rotalis aliàs re-
laxati ab Emiuentissimo D. Cardinali Otthobono
pro fructibus Census, de quibus agitur, ad fauorem D.
Marcelli Gherardi contrà D. Marcellum Crescentium,
quod deindè Rota coram me mandauit exequi præceden-
tibus pluribus decisionibus. Pro parte eiusdem Crescen-
tij opponebatur de antiquiori fideicommisso, quondam
Romani condito de anno 1505. prout ex Testamento rela-
to in *Summ. sub num.* 1. & proposito dubio resolutum fuit
non esse † proceden. ad executionem, quia dict. fidei- 1
commissum tanquam incontineoti probatum impedit viam
executiuam, Card. Seraph. *dec. 757. num.* 1. Rota *in Ra-
uennaten. Census 7. Aprilis 1617.* coram Vbaldo apud Cenc.
*de Censib. dec. 75. num. 5. & 6. & in Ciuitatis Castelli Cen-
sus 17. Maij 1631. coram bon. me. Pirouano.*

Eius enim probatio ex eo pendet, An substitutio filiorum, seu nepotum Petri Pauli fratris Testatoris, à quibus descendit, comprehendat omnes d. Petri Pauli descenden-

den-

deotes, & sanè illorum comprehensio clarè deprehenditur
2 † ex toto Testamenti contextu, nam postquam Testator
in eius propria linea descensiua totam suam descendentiam
in infinitum vocauit in casu illius deficientiæ voluit, quod
succederent, sunt verba Testamenti, ibi, filij legitimi,
& naturales masculi ex legitimo matrimonio nati, quondam
Petri Pauli ipsius Testatoris germani fratris, seu nepotes ip-
sius Petri Pauli masculi, & legitimi, & naturales ex legiti-
mo matrimonio nati per directam lineam descendentes. Ad-
dens vlterius hoc fecisse, ibi, Quia cupit quod Cippus
domus suæ per directam lineam masculinam, legitimam,
& naturalem, ex eo, & filijs suis descenden. conseruetur,
ac etiam fratris ipsius Testatoris in euentum prædictum, &
bona sua quæcumque, quæ in dicta hæreditate dimitit, &
remaneant semper in familia, & agnatione sua masculina,
ex eo descenden. seu ex fratre dicti Testatoris in euentum
prædictum, vt suprà.

3 Nepotum enim appellatione † regulariter venit tota de-
scendentia, vt tradit Bart. in l. Gallus, §. instituens num. 2.
ff. de liber. & posthum. Alex. cons. 125. nu. 12. & 13. lib. 5. Pe-
regr. cons. 59. nu. 5. lib. 5. Fusar. cons. 4. num. 30. vbi de magis
communi Modern. Altograd. cons. 52. num. 18. & seqq. lib. 2.
Card. Mant. de coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. nu. 24. Rota in
Bonon. fideicommissi de Desiderijs 20. Martij 1626. cor. bo.
me. Merlino inter eius impressas dec. 206. nu. 37. repetita in
rec. dec. 6. eod. nu. 5. & in Viterbien. Castrorum 21. Iun. 1628.
cor. bo. me. Coccin. in eadem par. 5. dec. 194. num. 63. vbi de
communi, & 23. Maij 1653. coram eodem, vbi de communi, &
magis communi.

Præsertim in eo proposito, quo Testator non solùm illo-
rum vocatione addidit illa verba, ibi, Per directam lineam
4 descendentes, quæ indicant † per necesse etiam vlteriores
descendentes fuisse vocatos, nam cum linea incipiat à fi-
lijs, nepotes possunt tantummodò constituere illius pri-
mum punctum, vndè si vlteriores descendentes exclude-
5 rentur, † nullatenus verificaretur descendentia per lineam
à Testatore peroptata, vt arguunt in terminis Hieron.
Pappon. cons. 2. num. 26. Rimin. iun. cons. 744. num. 23. cum
seq. lib. 7. Cyriac. contr. 281. num. 85. & seq. Rota in d. Bo-
non. fideicommissi de Desiderijs 20 Martij 1626. cor. bo. me.
Merlino num. 21. & 26. Iunij eiusdem anni coram eodem de-
cis. 228. num. 19. cum seq. repetita in d. 5. par. rec. dec. 21. eo-
dem numero.

6 Sed etiam † illos vocauit in casum non existentiæ ali-
quorum ex suis descendentibus in infinitum vocatis, &
sic in tempus adeò remotum, vt probabiliter superesse non
7 sont ex linea P. Pauli nisi † descendentes vlterioris gra-
dus per ea, quæ in his terminis tradunt Imol. in d. l. Gal-
lus d. §. instituens num. 48. ff. de liber. & posthum. aliique plu-
res, quos refert, & seqq. Rota dec. 426. num. 4. par. 4. diu. in
dict. Bononien. fideicommissi de Desiderijs nempe in 1. nu. 16.
& 38. & in 2. num. 2. 3. & 7. in Rauennaten. Saluiani 18.
Iunij 1642. coram R. P. D. meo Meltio, §. 3. coniectura, &
in Bononien. successionis 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo
Bichio, §. nec non animaduertendo. Quibus non aduersatur
Rota in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martij 1648.
8 cor. Eminentiss. Corrado, nam † ibi ex ipso Testamenti con-
textu, legitimisque coniecturis indè resulta . constabat dis-
ponentis voluntatem fuisse restrictam ad filias fœminas
substituti, vt acurratè firmatur in §. quia Testatrix, at-
9 que consideratum casum, † quo citiùs extingui posset de-
scendentia masculina prius vocata, vt sub itur §. neque ob-
stat quod præcedens cum seq. In casu autem nostro supra pon-
derata, & inferiùs ponderanda fideicommittentis aperiunt
10 voluntatem comprehendi totam Petri Pauli descendentiam
nedum proximo, sed etiam remotissimo tempore consi-
derato.

Idque præ cæteris ostendit pariformis ratio conseruan-
11 di bona in familia, & agnatione masculina † descenden-
te tam ex ipso, quam ex dicto Petro Paulo eius fratre, vt
ostendunt superiùs relata verba; dum enim Testator ibi-
12 dem æqualiter respexit † conseruationi propriæ, & fra-
ternæ agnationis, propriam autem descendentiam mas-
culinam vocauit in infinitum, ità pari modo præsumitur,
13 vocasse † totam descendentiam Petri Pauli fratris in dicta
ratione pariformiter contemplatam ad regulam, l. iam hoc
iure ff. de vulg. & pup. Hæc autem ratio siuè ster principali-
14 ter, siuè consequutiuè, semper inseruit † pro interpre-
tanda mente fideicommittentis, quod appellatione nepo-
tum, omnes descendentes comprehendere voluerit, quid-

quid alias dicendum esset, si deduceretur pro extensione
fideicommissi, vti in in indiuidualibus terminis probat Gab. 15
cons. 124. num. 2. cum duob. seqq. lib. 2. & sequitur Rota de-
cis. 44. num. 5. par. 1. rec. 1. coram bo. me. Coccin. decis.
276. num. 7. & decis. 493. num 6. & 7. quarum prima est re-
petita in eadem par. 1. recen. decis. 105. nu. 4. in Bonon. fidei-
commissi de Secadenarijs 11. Decembris 1623. coram bo. me.
Merlino inter impressas decis. 63. sub nu. 6. vers. negari sal-
tem non potest, in Bonon. de Nascentorijs 13. Maij 1646.
§. non obstat, quod illa verba, & 14. Ianuarij 1647. §. præci-
pue, & §. fin. cor. bo. me. Argelles.

Nec istam declarationem diuersificant verba in euentum
prædictum bis repetita in dicta ratione.

Quia huiusmodi verba † præseferre quidem, & demon- 16
strare videntur vocationem descendentium Petri Pauli
tunc demùm locum habere, quando omnes Testatoris de-
scendentes in infinitum vocati deficerent, sed non desi-
gnant personas in dicto casu vocatas minusuè † illorum 17
vocationem restringunt ad solos filios, vel nepotes, alias
enim manifesta adesset contradictio, quod Testator con-
textualiter declarauerit velle bona semper conseruare pro- 18
pria, vel fratris, & agnationem fratris restrinxerit ad ne-
potes, vt ponderato illo verbo, semper, tradunt Peregr.
cons. 38. num. 16. & nu. 22. vers. 3. quod semper lib. 1. Bellon.
iun. cons. 2. sub num. 17. vers. quia vero coniectura, & num. 18.
Rota in recent. decis. 718. num. 2. & sequent. par. 2. quam
refert Grat. discept. 765. num. 24 cum seq. & præcipue
num. 27.

Decisiones autem in Bononien. Bonorum de Sanctis 15.
Martij 1641. & 16. Martij 1648. coram † R. P. D. meo Bi- 20
chio, in Romana fideicommissi de Coronis 28. Ianuarij 1647.
& 12. Iunij 1652. cor. Me, ac aliæ in contrarium allegata, &
adducta in præcedentibus decisionibus huius causæ, super
articulo donationis fratrum de Crescentijs, procedunt in
† terminis vbi verba restrictiua expressa sunt directa ad 21
certas personas, & vbi agitur de extendendo fideicommis-
so de casu ad casum, non autem † vbi, prout hic, non sunt 22
directa ad personas, sed ad casum illarum vocationis, ne-
que agitur de extendendo fideicommisso, † sed de decla- 23
randa vocatione ad effectum interpretandi præcedentem
substitutionem, & eruendi mentem fideicommittentis;
Nec refert, quod non constet nepotes P. Pauli extinisse de 24
tempore, † quo defecit descendentia effectiua Testatoris,
quia dum ipse vlteriores etiam illius descendentes vocauit
satis est, † quod isti supersint. 25

Quod autem Crescentius descendat ex d. Petro Paulo
fratre Mariani fideicommittentis probatur in prędicto eius
Summ. num. 7. vbi liquet Virgilium † Seniorem fuisse fi- 26
lium dicti Petri Pauli, ex illo natum fuisse Iacobum, &
ex isto Virgilium Iuniorem, qui genuit Io: Baptistam Pro-
curatorem Crescentij.

Quę verò sint bona sub huiusmodi fideicommisso † com- 27
prehensa demonstrant iura in d. Summ. relata num. 2. & 3.
cum tribus seqq. & signanter Instrumentum emptionis † fa- 28
ctæ per Stephanum Patrem dicti Mariani 30. Decembris
1648. de vncijs quatuor ex 28. Casalis violatæ, & viola-
tellæ vnitis alijs octo vncijs per eum possessis, ac Instru-
mentum diuisionis celebratæ † 7. Septembris 1520. inter 29
Marium, Marcum Antonium, & Ioan. Baptistam fi-
lios eiusdem Mariani, vbi firmo remanente fideicom-
misso per dictum ipsorum Patrem constituto diuiserunt
medietatem dd. vnciarum 12. prædicti Casalis, & domus
magnæ versus Ecclesiam S. Mariæ Rotundæ, & tres grip-
tas contiguas muris eiusdem Ecclesiæ. Hinc enim dd. bo-
norum † identitas satis probata remanet siuè ex di- 30
cto diuisionis Instrumento, & pluribus relatis dictum
fuit in Bononien. de Bologninis 4. Iulij 1653. coram R. P. D.
meo Celso, §. respectu vero, siue ex quo tam ex ipsa diuisio-
ne, quam ex supradictis alijs Iuribus apparet grauatus
† possedisse in eodem loco quo possedebat fideicommittens,
iuxta vulg. cons. Fulgos. 145. sub num. 2. vers. porrò sæpius à
Rota comprobatum, & signanter in Bononien. fideicommissi
de Nascentorijs 6. Februarij 1645. §. præfataque vrgere cor.
Reuerendissimo Tarracon. & 20. Iunij 1650. §. fin. cor. R. P.
D. meo Peutingerio, in Bononien. fideicommissi 5. Decembris
1650. §. identitas verò coram R. P. D. meo Celso, & prius
in Perusina bonor. 14. Iunij 1647. §. fideicom. enim vers. hinc
enim coram me,

Cæterùm DD. dixerunt non posse impedire dictam
executionem, siue D. Annam matrem, siue R. P. D.
Cre-

Crescentium, illa enim cùm sit simplex Creditrix euitare
31 non potest quin procedatur ad † subhastationem bonorum
communis debitoris, ipsa non amota à possessione, quatenus in ea reperiatur, & ad effectum deponendi pretium
ex eis redigen. illudque consignan. primo loco eidem
Annæ pro rata sui crediti (si est anterior) residuum verò
32 soluendi † cæteris concreditoribus, vt ex textu claro *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus ff. de res iud. decisum fuit in Romana subhastationis de Alexijs* 15. *Februarij* 1647. *&* 15.
Maij 1648. *coram me*, & in hoc conueniunt etiam Informantes pro creditoribus, R.P.D. verò Crescentius si creditum desumit ex assignata Apocha per Io: Baptistam confecta de anno 1612. ad fauorem Francisci sui auctoris pro so-
33 lutione annuorum scutorum 800. est posterior † credito
actorum contracto de anno 1602. si verò ex persona dicti
Francisci consequi prætendit quintam partem bonorum,
34 de quibus agitur, creditores offerunt † illam liberam relinquere exequendo dumtaxat super alijs quatuor partibus
ad hæreditatem Io: Baptistæ eorum debitoris spectantibus.

Et ità resolutum fuit esse proceden. ad executionem su-
35 per dicta medietate vnciar. 12. Casalis violatæ, † & violatellæ, & Domus magnæ ad Rotundam, & tribus griptis fideicommissarijs Mariani ad formam tamen supradictæ diuisionis. Informantibus Anna, & Marcello Crescentio, Gerardo, & Alphonso tantùm, &c.

R. P. D. ZARATE.

Camerineñ Census.

Lunæ 21. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Tutor, quando contrahit pro pupillo, ac eiusdem bona obligat, ipse tamen non remanet obligatus, cum nomine officij censeatur contraxisse, & quid si sit initus contractus census, & fuit fundatus super fundo ipsius Tutoris, & deducuntur aliæ plures coniecturæ, quæ tamen omnes eliduntur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor obligans bona pupillorum pro obseruantia contractus celebrati, non potest conueniri nomine proprio.*

2 *Tutor contrahens nomine pupilli, non ipse, sed pupillus remanet obligatus.*

3 *Promissio cuiuscumque conditionis sit, si habeat annexam aliquam qualitatem, nisi illa concurrat, cessat promissio.*

4 *Promissio cum aliqua conditione inita, ab ea declaratur, & restringitur.*

5 *Contractus celebratus à Tutore pro pupillo, censetur nomine tutorio, celebratus.*

6 *Et hoc quantumuis verba dispositiua, & obligatoria sint in personam Tutoris directa.*

7 *Intellectus subauditus non debet admitti, quando iam habetur intellectus clarus.*

8 *Verba, quando sunt clara non admittitur quæstio voluntatis contrahentium, vel disponentium.*

9 *In Contractu, quando fuit expressa causa, propterquam ille fuit factus, non est quærenda alia causa.*

10 *Consanguinei, quando sunt adhibendi in contractu minorum, vt per Ægidianam constitutionem, quare adhibeantur.*

11 *Solemnitates in contractibus minorum sunt adhibenda, ne alias contractus reddatur inutilis.*

De Errore, quando constat, non præiudicatur veritati.

Testis vnici depositio non attenditur.

12 *Contra Instrumentum non aliàs admittitur probatio erroris, nisi probetur per exactissimas, & concludentes probationes.*

13 *Notario plus adhibetur fides, quàm Testibus.*

14 *Error benè probatur, si talis probatio, coadiuuatur ex circumstantijs facti.*

15 *Geminatio operatur, vt excludatur error.*

16 *Testis vnicus testamentarius, an faciat vacillare instrumentum, ita vt non mereatur executionem.*

17 *Testis vnicus non sufficiens est ad reprobandum instrumentum.*

18 *Testis instrumentarij depositio non dicitur illa facta à consanguineo interueniente in instrumento, vti proximior minoris.*

Consanguinei adhibentur in contractu minorum, non ad probationem, sed ad solemnitatem.

19 *Testibus, dum habent interesse in causa adimitur fides.*

20 *Verba quando sunt clarissima non admittuntur coniectura.*

21 *Coniecturæ, tunc tantum admittuntur, quando sumus in obscuris, & rebus dubijs.*

22 *Census an censeatur eius, cuius est fundus censuatus.*

23 *Contractum fuisse initum nomine proprio, quando pernecesse concludendum non est.*

24 *Ad Errorem probandum contra instrumentum probatio debet esse necessaria, & non per possibile.*

25 *Contractus initus à Tutore, an dicatur factus nomine proprio, si vtilitas fuit versa in vtilitatem Tutoris.*

Quod intellige verum, quando Tutor simpliciter contraxit alias secus.

26 *Obligatio vt contrahatur requiritur consensus, eius, qui debet obligari.*

27 *Contrahens nomine officij, & illius bona obligans, non censetur voluisse se obligare nomine proprio.*

28 *Actus humani operari non possunt vltra intentionem agentium.*

29 *Contra Tutorem alienantem bona pupilli sine causa, potest dari actio doli, si in proprios vsus pretium vertit.*

30 *Via executiua non competit contra illos, qui in instrumento habente executionem paratam, non sunt expressi.*

31 *Censum afferens ad se spectare ex hac confessione, quid sequatur.*

32 *Testis vnicus non probat.*

33 *Administratorio nomine, quod quis facit, non sibi præiudicat.*

34 *Tutor soluens fructus census pupilli, non valet quasi possessionem exigendi nomine proprio acquirere.*

35 *Tantùm præscriptum, quantum possessum.*

36 *Testes examinati, in alio iudicio an probent in diuerso.*

37 *Probatum, quando aliquid est ex testibus, & coniecturis non datur via executiua.*

38 *Error, quando adest in instrumento circa non substantialia, illud non vitiat.*

39 *Veritatis actu, magis est attendendus, quàm tenor verborum.*

40 *Instrumenti veritas licet testibus suppleri possit.*

Attamen id non procedit, vt agens gaudeat via executiua, sed ordinaria agendum est.

DECISIO LIV.

INhærendo Commissioni huius causæ mihi factæ cum
facultatibus A. C. dedi dubium. An pro fructibus Census controuersi sit relaxandum mandatum executiuum,
vel de manutenendo contra Ferroniam, quod vtrumque
resolutum negatiuè, quia cùm huiusmodi Censum imposuerit fauore Zucconi Tutorio nomine filiorum eorumque
bona obligauerit † pro obseruantia contractus non potest 1
conueniri nomine proprio, *l. prima ea, l. post mortem §. Tutor ff. quando ex fact. Tutor l. si non subscripsisti*, vbi Angel.
Cod. de Admin. Tutor. Bart. & alij *in l. qui Procurator ff. de Procurat. & in l. si Pupilli §. 1. num. 2. ff. de negot. gest.* Ipse
enim Tutor contrahere non videtur, † sed pupillus in per- 2
sona Tutoris, qui ideò solus obligatur, Bald. *in d. l. si pupilli d. §. 1.* Alex. *in l. possessio §. et si possessio num. 7. ff. de acquir. poss.* Soccin. sen. *cons. 193. num. 41. lib. 2.* Lambert. *de contract. glos. 10. num. 31.* Surd. *cons. 19. num. 11.* cum alijs relatis *per Modern. Lucen. de tutor. & curat. tract. 9. tit. 19. cap. 63. num. 4369.* Et est regula generalis cuiusuis promis-
sionis, quod si loquatur † cum qualitate certa, non habeat 3
locum, nisi interueniat d. qualitas ex qua restringitur, & de-
claratur, & quicquid in illa omissum † est, re, loco, tempo- 4
re, & personis, habetur pro omisso, Soccin. iun. *cons. 64. num. 6. cons. 70. num. 1. vol. 3.* Ruin. iun. *cons. 192. nu. 3. vol. 3.* Natt. *cons. 404. num. 7.* Rimin. iun. *cons. 492. num. 13.* Surd. *cons. 179. num. 40. 41.* Grat. *cons. 86. num. 10. vol. 1.* Cyriac. *contr. 378. num. 18.*

Nec autem tam verba enunciatiua Instrumenti emissa in proœmio, ibi, in hac parte tanquam Mater, & Tutrix, quæ

sola

5 sola sufficerent, † vt actus censeatur celebratus tutorio nomine Bald. *cons.* 210. *num.* 1. *lib.* 2. Lambert. vbi supra *num.* 7. & 9. Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 11. Quamquam dispositiua, & obligatoria sunt in persona Ferroniæ tanquam tutrix, vt ibi vice, & nomine prædictorum suorum
6 filiorum imposuit, & assignauit † annuum Censum, &c. & infrà eadem D. Magdalena obligauit omnia, & singula dd. filiorum rea&c. ex quibus excluditur omnis subaudi-
7 tus intellectus, quod † contrahere voluerit nomine pro-
8 prio, quia vbi verba sunt clara, non admittitur quæstio † voluntatis contrahentium, *l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de leg.* 1. *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* Cyriac. *controu.* 27. *num.* 5. Marescott. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 144. *nu.* 16. Surd. *cons.* 401. *num.* 23. Natt. *cons.* 641. *num.* 10. Rota *decis.* 245. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 14. *num.* 5. *par.* 6. *rec.* Iuncto etiam quod fuit expressum id fieri causa pertinente
9 ad pupillos, ex qua contractum † tutorio nomine censeri celebratum, licet de eo nulla fiat mentio, dixit Rota *in d. l. post mortem* 4. *§. tutor numer.* 2. *in fin. vers. secundo casu*, Surd. *d. cons.* 19. *eod. num.* 11. Illorumque consanguinei fuerunt adhibiti ad formam constitutionis Marchiæ, quorum
10 ideò nomine contractus † præsumitur celebratus, ne alias tanquam destitutus solemnitatibus quoad Ferroniam reddatur inutilis contra præsumptionem, text. *in l. quoties C. de reb. dub. cum vulgar.*

Nec releuat assertus error, vt quia verè Ferronia nomine proprio licet in Instrumento scripta fuit sub nomine
11 officij, quia de eo solùm deponit † vnicus Testis, qui nihil probat, *cap. licet cap. veniens de Testibus*, Gabr. *eod. tit. cons.* 1. *num.* 11. Cottar. *pract. quæst.* 23. *num.* 13. Farinac. *eod. tit.*
12 *q.* 62. *num.* 1. Præsertim contra Instrumentum, contra † quod non aliàs admittitur allegatio erroris, quàm si probetur per exactissimas, & concludentes probationes, Bald. *in l. Imperator num.* 2. *ff. de stat. homin.* Dec. *in l. si librarius*, *n.* 4. *ff. de reg. iur.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 13. *n.* 2. Menoch. *lib.* 2. *præs.* 79. *numer.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 6. Farinac. *de falsit. q.* 156. *num.* 119. Rota coram Greg. *decis.* 157. *num.* 15. & coram Durano *decis.* 237. *num.* 20. & *decis.* 261. *num.* 15. *par.* 7. *recent.* Quæ maiores requi-
13 runtur, vt hic mortuo Horatio, † cui plenior fides, quam Testibus adhibetur, Castr. *in l. errore C. de testam.* quod notabile dicit, & sequitur Add. ad Guidopap. *q.* 130. *in verb. Tabellionis*, Farinac. *d. q.* 156. *num.* 120. Et concurrentibus
14 in contrarium pluribus † facti circumstantijs de quibus supra, vt benè per Aymon. *cons.* 75. *num.* 20. Boer. *decis.* 118. *num.* 9. Et pluries geminata repetitione tutorij nominis as-
15 serti † erroris exclusiua, Dec. *cons.* 185. *num.* 1. Mandell. *cons.* 72. *numer.* 49. Buratt. *decis.* 459. *numer.* 20. Nec attenditur an testis sit instrumentarius, nam quidquid sit,
16 vtrum faciat vacillare fidem Instrumenti, ne † mereatur executionem, certè non sufficit ad probandum errorem,
17 itaut quis contra sensum † verborum remaneat obligatus, sed saltem duo testes sunt necessarij, Menoch. *de arbitr. cas.* 205. *num.* 32. Boer. *d. decis.* 118. *num.* 9. Farin. vbi supra *qu.* 158. *num.* 431. Præterquam quod non habemus depositio-
18 nem Testis Instrumentarij † sed proximioris consanguinei in Instrumento adhibiti, non ad actua probationem, sed
19 solemnitatem, cuius fides † diminuitur ex præsumpta affectione, vt pluribus relatis *ibid.* Farinac. *de test. q.* 60. *cum seqq.*

Minus vrgent coniecturæ ad idem ponderatæ ab Infor-
20 mantibus per Zuecono, quia cùm verba † Instrumenti sint clarissima, & alijs suffulta adminiculis, assertæ coniecturæ
21 nihil, vel parum † operari possunt cùm solum sibi locum vsurpent in casu dubio, *d. l. ille*, *aut ille*, & in his terminis Modern. Eugub. *contr.* 5. *n.* 20. *vers.* 2. *argum. p.* 1.

Et singulas refellendo ad primam ex eo desumptam, quod fundus censuatus sit proprius Ferroniæ, responsum
22 † fuit non concludere pernecesse contractum fuisse initum
23 nomine proprio, † cùm etiam super re aliena census valdè imponatur de consensu Domini, Mollin. *de controu. par.* 2. *disp.* 399. *num.* 9. Azzor. *instit. mor. par.* 3. *lib.* 10. *cap.* 6. *q.* 7. Scacc. *de commerc. & camb. §.* 1. *quæst.* 1. *num.* 181. Cenc. *de cens. q.* 14. *num.* 15. Rota post ipsum *decis.* 13. *num.* 1. & *de-*
24 *cis.* 337. *in princ.* Ad probandum autem errorem contra † Instrumentum probatio debet esse necessaria non per possibile, Farinac. *de falsit. q.* 158. *num.* 116. Greg. *dec.* 157. *num.* 14. & *decis.* 128. *num.* 23. *p.* 6. *rec.*

Altera ex versione pretij in vtilitatem Ferroniæ, tunc
25 quid † operatur quando Tutor simpliciter non expresso tutorio nomine contrahit, aliàs secus, quia cùm obligatio
contrahi † non possit sine consensu, *§.* 1. *inst. de oblig. quæ ex* 26
consens. nasc. qui deficit in Tutore quoad obligationem sui
† ipsius, eo ipso quod contrahit sub nomine officij, & obli- 27
gat bona Pupilli, ideò non potest censeri obligatus nomine
proprio, † cùm actus gentium operari non debeant vltrà 28
eorum intentionem, *l. non omnis ff. si cert. pet.* Bursat. *d. cons.* 193. *sub eodem num.* 41. Paris. *cons.* 78. *num.* 2. *vol.* 1. Et inde solùm deduci posset actio doli, vel de in rem verso, quate-
nus sine causa † rem pupilli alienauerit conuertendo pre- 29
tium in suos vsus, ad text. *in l. prædiorum*, vbi glos. & DD. *C.
de præd. minor.* Non autem Creditoribus competit † via 30
executiua vigore Instrumenti in quo Tutor noluit obligari, *l. si vnus §. ante omnia ff. de pact.* Surd. alios referens *dec.* 266. *num.* 11. Rota *decis.* 382. *num.* 1. *par.* 3. *rec.*

Quæ verò afferuntur de confessione eiusdem Ferroniæ,
quod debitum Census ad se pertineret, ex qua veluti † in 31
necessarium antecedens probari promissionem, & obligationem nomine proprio, dixit Gabr. *cons.* 71. *num.* 15. *lib.* 1. & de accollatione d. Census ab ea facta secundo viro in Capitulis matrimonialibus, non visa fuerunt DD. sufficienter iustificari. Primò de confessione Ferroniæ solùm
depoint vnicus Testis, † de quo supra, alter autem loquitur 32
de solutione scutorum 8. ab ea facta pro fructibus, quæ cùm
tunc temporis administraret filiorum bona, † censetur fa- 33
cta tutorio, & nomine administratorio, & de illorum pecunijs iuxta præcedentem obligationem, *l.* 3. *§. verum quæri poterit ff. de manumiss. l. qui in aliena §. si is qui putabat ff. de acquir. hæred.* Ruin. *cons.* 61. *num.* 9. *vol.* 1. Surd. *d. cons.* 19. *num.* 18. 19. 21. Gutier. *de tut. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. Mantic. *d. tit.* 17. *numer.* 8. Modern. Eugub. *d. contr.* 56. *num.* 24. Rota *dec.* 301. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* Nec ideò dictus Census inde ac-
quirere † potuit quasi possessionem exigendi contra Ferro- 34
niam nomine proprio, vt ei debeatur manutentio, in quo consistit secunda pars dubij, iuxta regulam tantum præscri-
ptum, quantum † possessum, vt per Modern. Perus. *de ma-* 35
nutent. obseru. 53. *n.* 71. Rota post ipsum *decis.* 534. *num.* 13. *decis.* 553. *num.* 5. coram Greg. *dec.* 569. *num.* 1. vbi Add. *n.* 6. coram Merlin. *dec.* 620. *num.* 26.

Asserta verò accollatio facta secundo viro non probatur
ex duobus Testibus † contra illum examinatis in alio iudi- 36
cio, in quo Actor succubuit, *cap.* 2. & ibi glos. & DD. *de testib. l. quando C. eod. tit.* Farinac. *in eod. tract. q.* 72. *par.* 1. *nu.* 1. & *seqq.* Rota *dec.* 678. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 3. & *decis.* 246. *num.* 13. *par.* 5. *rec.*

Sed quamuis ex prædictis constare posset contractum fuisse initum contemplatione Ferroniæ, & proprio nomine se obligasse, cùm id solum probatum remaneat ex testibus,
& coniecturis, paratam † non habet executionem, Felin. *in* 37
cap. sicut sub num. 4. *de sententia, & re iudic.* Scacc. *de appell. cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 9. *num.* 63. & *seqq.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *glos.* 3. *par.* 7. *sub num.* 63. Modern. Rom. *de oblig. Cam. q.* 27. *num.* 7. Esto quod error etiam circa substantialia
non vitiat † Instrumentum, nec ei vim adimat, Bursat. *cons.* 38
317. *num.* 8. Semper tamen firmum manet obligationem Ferroniæ nomine proprio non abundè probari, quàm ex Testibus, itaut quamuis sit attendenda magis veritas actus,
quàm tenor † verborum, ipsa tamen veritas probata per 39
Testes non fruitur priuilegio viæ executiuæ, vt benè declarat Surd. *cons.* 263. *num.* 20. qui in specie respondet, quod
licet veritas Instrumenti Testibus suppleri possit id tamen † 40
non procedere ad effectum, vt agens gaudeat summaria
cognitione, sed vt via ordinaria consequatur † ius suum, 41
vt dicit Bald. *in l.* 2. *n.* 6. *C. de exec. rei iud.* & sequitur Mut. *decis.* 23. *num.* 2. *cum seqq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Saluiani.

Die 21. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Donatio in dubio numquam præsumitur dato aliquo alio possibili titulo. Hæres præsumitur sibi satisfecisse de suo credito; hæres, & non legatarius tenetur ad soluenda debita hæreditaria. Hæres ad tempus, quatenus possit institui.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In remedio vtilis Saluiani extrema necessaria sunt verificanda.*

2 *Donatio semper cessat, vbi qualibet alia causa considerari potest.*

3 *Donatio numquam præsumitur date aliquo titulo possibili.*

4 *Pactum de redimendo, quandoque diminuit de vero valore.*

5 *Hæres, quando erat creditor defuncti, præsumitur se satisfecisse de suo credito ex bonis hæreditarijs.*

6 *Ex Correis vnus soluens totum debitum, an possit agere contra alios Correos, ad soluendam eorum ratam, declara vt num. 7. 8. & 9.*

10 *Hæres, quando desinit, quod sit talis, & euasit simplex legatarius, tunc non tenetur ad debita defuncti, & num. 11.*

12 *Et facta restitutione totaliter, liberatus remanet ab actionibus hæreditarijs.*

13 *Hæres, licet ad tempus non possit institui.*

14 *Attamen si ita instituatur, & post tempus detur alius hæres, tunc primus grauatus dicitur onere fideicommissi ad fauorem secundi.*

15 *Ob Religionis ingressum, quod hæres desinat esse hæres tamquam conditio turpis reycienda est.*

16 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur ad impediendum iudicium Saluiani interdicti.*

DECISIO LV.

EX remedio vtilis Saluiani interdicti agit Cumulus
charitatis Melitæ tanquam hæres Gregorij Xerri pro
Inmissione in possessionem Prædij nuncupati Talinias à
Fabritio Testaferrata possessi ad effectum sibi satisfacien-
di de fructibus aunui Census scutor. 80. alias super eo im-
positi 12. Nouembris 1611. per Catherinam, & P. Pau-
lum, ac Mauritium de Manduca eius filios, & venditi d.
1 Gregorio pretio scut. 1000. eùmque extrema † necessaria
iustificauerit, quæ non reuocantur in dubium, duas fa-
uorabiles decisiones obtinuit *coram R. P. D. meo Pentin-
gerio alteram* 11. *Decembris* 1652. pro duabus tantùm ex
tribus partibus fructuum d. Census, & alteram 4. Februa-
rij 1654. pro fructibus integri Census petitam Immissionem
adiudicantem, causaque coram me in eius locum suffecto
ob illius aduersam valetudinem hodie reproposita DD. ste-
terunt in decisis.

Nec subsistit, quod pretium dicti Prædij non exce-
dat scut. 1000. ex quibus cùm persoluerit Fabritius scut.
819. Creditoribus anterioribus reportata cessione
Iurium pro remanentibus tantùm scut. 181. non au-
tem pro fructibus integri Census concedi possit immis-
sio.

Quia ex Instrumento retrocessionis dicti Prædij facto
per Angelum Manducam 5. Aprilis 1632. ad fauorem
Pauli Testaferratæ Procuratoris Fabririj relato in eius
Summ. num. 2. clarè conuincitur illius pretium fuisse
constitutum in scutis 2200. cùm totidem ab ipso Paulo
persoluta fuerint, nempe scuta 1000. pro illius retractu,
& alia 1200. pro eius retrocessione nil refragante, quod
ista mille, & biscentum soluta dicantur pro bono pacis
seruando, & amicitia diù retinenda, aliasque ob causas
animum suum dignè mouentibus. Quia hoc sanè indi-
cat ementem ob illas causas tantùm pretij quantitatem
persoluisse, sed non concludit, quod sola mille in causam
pretij, alia verò mille, & biscentium Donationis, & li-
beralitatis titulo ipse ennmerasset, præsertim stante ex-
pressa conuentione, quod sc. 1000. erogarentur in solutio-
nem legati pij relicti à Io. Paulo Procuratore Angeli vendi-
toris, & d. alia 1200. persoluerentur Crediroribus anteriori-
bus reportata cessione Iurium ad fauorem Emptoris; Cùm
enim aliàs ociosa, & inefficax fuisset huiusmodi conuen-
tio reportandi cessionem Iurium pro dicta rata scut. 1200.
si valor Prædij esset tantummodò prædictorum sc. 1000.
vtique exinde optimè demonstratur pretium prædij verè
fuisse dd. scut. 2200. capax omnium Creditorum, & sic
absolutè excluditur prætensa donatio, quæ semper ces-
2 sat, vbi quælibet alia causa † considerari potest, *vulg. l.
cum de indebito ff. de probat.* Rota *decis. 660. numer. 6.*
3 *par. 8. rec.* & dato alio titulo † possibili nunquam præsumi-
tur donatio DD. *in l. Procula ff. eod.* Rota *decis. 113. num. 4.
par. 1. rec.*

Et quamuis venditor d. Prædium retraxisset pro solis
scut. 1000. Inde tamen argui non potest plus non valuis-
se, nam prima vice venditum fuerat pro dd. sc. 1000. cum
pacto redimendi † quandocumque, quod minuit de ve- 4
rò valore, Abb. *in cap. aliquibus num. 2. & 3. de Decim.*
Roland. à Vall. *cons. 58. num. 12. lib. 4.* Rota *post 2. vol. cens.*
Farin. *decis. 256. num. 1.* cum alijs per Add. ad Buratt. *dec.
761. num. 10.*

Non obstat, quod Cumulus sit hæres tam Gregorij
Creditoris, quàm etiam P. Pauli condebitoris, & inso-
lidum obligati, ideòque censeatur † sibi satisfecisse ex 5
eius bonis hæreditarijs, *l. 1. §. si debitor ff. ad l. falcid.* &
quidem non solum pro hac tertia parte, sed etiam pro
integro Censu, & sic intret conclusio, quod vnus ex † 6
correis soluens totum debitum non potest agere contra
alios correos pro eorum ratis, Rota *decis. 182. num. 7. par.
1. diuers.*

Placuit enim responsio secundæ Decisionis *D. mei
Pentingerij sub §. Decisionem vero nempe*, quod obiectum
non procedit in proposito, quo commodum, † & vtili- 7
tas contractus impositioni d. Census non fuit communis
ipsi P. Paulo, Census enim impositus fuit pro reluenda
tenuta hæreditaria Ioannis Pauli communis Patris Dat.
in solutum dicto Angelo eius † Donatario, & Creditori 8
per Catherinam nomine Mauritij, & aliorum illius hæ-
redum; vnde etiamsi P. Paulus respectu Creditoris cen-
seatur obligatus insolidum, respectu tamen correorum,
ad quos præuenit commodum, & vtilitas, contractus † di- 9
citur simplex fideiussor, & ab ipsis potest repetere integram
releuationem si soluit, vt præter auctoritates in dicta deci-
sione allegatas, optimè respondit Rota *in Rom. pecuniaria
29. Nouembris 1627. coram bo. me. Card. Virili in rec. decis.
462. num. 1. 2. & 3. par. 5.*

Gratis autem subditur P. Paulum fuisse hæredem dicti
Io: Pauli, quia iuxtà eius Testamentum resoluta fuit † 10
ipsa Institutio per ingressum Religionis, & rone euasit
simplex legatarius vnciarum 400. pro iuribus legitimè sibi
eo casu relictarum restitutis fructibus, & residuo bono-
rum hæreditariorum. Ideò non tenebatur † ad debita 11
defuncti, *l. fin. C. de hered. instit.* & facta restitutione, to-
taliter † liberatus remansit ab actionibus hæreditarijs, *l.* 12
prima ff. ad Trebell. §. si quis vna Instit. de fideicom. hered.
licet enim hæres non possit ad tempus † institui, tamen 13
si ita instituatur, & post tempus detur alius institutus,
tunc primus † grauatus dicitur onere fideicommissi ad fa- 14
uorem secundi, Bald. *in l. extran. la prima, numer. 10. vers.
Dico ergo C. de hered. Instit.* Surd. *cons. 439. num. 20.* Go-
mez. *var. resol. tom. 1. cap. 2. num. 9. vers. tertia est*, Peregr.
de fideicomm. art. 5. num. 19. vers. Baldus verò. Exceptio
autem quod priuatio ob causam ingressus † in Religio- 15
nem tanquam turpis reijcienda sit, vel non potest allegari
à Fabritio, qui est tertius, vel tanquam requirens † altio- 16
rem indaginem, non admittitur in hoc iudicio Saluiani in-
terdicti, Rota *dec. 276. num. 9. cum seqq. par. 6. rec.*

Obiectio denique, quod Petrus Paulus ante professio-
nem plura debita contraxit, nec de fructibus perceptis ra-
tionem reddiderit, quodque Cumulus certas Domus illi
assignatas possideat, satisfactum Dominis visum fuit, ex
quo omnia debita, & Iura per Catherinam eius Matrem
tanquam Curatricem, & administratricem filijs interue-
nientibus contracta fuerunt, & pecuniæ ex eis obuentæ
in extinctionem æris alieni Testatoris cesserunt, *Sum. ad-
ditionali Cumuli num. 1. & 2.* fructus non iustificantur per-
cepti ab ipso, imò potiùs præsumuntur percepti à d. Ca-
therina, quæ relicta fuerat vsufructuaria. Domus verò
tanquam particulari titulo Donationis non iure hæredita-
rio contra P. Paulum spectantes possidentur à Cumulo,
qui propterea impediri nequit, quia ab illis, ad quos ex im-
positione Census commodum peruenit, siue super illorum
bonis consequi valeat illius fructus tanquam hæres Grego-
rij Creditoris, & emptoris eiusdem Census ex Iuribus in
dd. Decisionibus, vt supra allegatis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papieñ.

Romana Multiplici.

Luna 21. *Iunij* 1655.

A R G V M E N T V M.

Obligatio Cameralis, quando est clara in Instrumento, & liquidatum est creditum, illius executio non debet retardari. Obligatus in aliquo contractu ad damna, & interesse, ad quid teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio Cameralis, quando non possit retardari.*

2 *Relationi Periti de consensu vtriusque partis electi, multo magis est standum.*

3 *Relatio Periti in actis producta, & iuxta præscriptum ordinem Iudicis ordinata, tunc multo magis probat.*

4 *Solutio facta ad bonum computum, & sine præiudicio residui, indicat solutionem non esse finalem.*

Solutio facta ad bonum computum præseruat residuum ab omni præiudicio, num. 4.

5 *Obligatus in aliquo contractu ad damna, & interesse, tenetur ad fructus recompensatiuos, vti succedentes loco damnorum, & interesse.*

6 *Obiectio illa, quæ ex ipso facto tollitur, amplius non attenditur.*

7 *Ad inuestiendum quando quis tenetur quandoquoque teneatur ad inuestiendum fructus ipsius multiplici.*

8 *Decisiones in causa factæ semper de stylo Rotæ supponuntur, dum in eisdem causis disputatur.*

9 *Obligatus in aliquo contractu ad damna, & interesse, si aliquid facere neglexit, succedit obligatio ad ipsa damna.*

10 *In obligationibus omnibus ad factum, stante negligentia succedit obligatio ad damna, & interesse.*

11 *Ratificans aliquid, vt rem bene factam in rem propriam non potest id postea improbare.*

12 *Obligans se ad aliquid adimplendum, non secuto adimplemento, succedit obligatio ad damna, & interesse.*

13 *Mandatum suscipiens, si non adimplet promissa, tenetur ad damna, & interesse.*

14 *Bonorum stabilium fructus taxantur ad rationem quinque pro centenario, & num. 15.*

D E C I S I O L V I.

IN Causa, quæ diù pendet inter DD. de Caffarellis ex vna parte, & D. Antonium Vitalem ex altera de, & super inuestimento, & Multiplico, quod Simon Vitalis in Instrumento emptionis quarundam Domorum sibi à DD. de Caffarellis venditarum facere promiserunt, vsque ad summam scut. 6000. plures emanarunt Decisiones coram bon. mem. Vbaldo, Romboldo, & Pirouano, omnes firmantes Antonium Vitalem filium cohæredem q. Simonis teneri tàm ad fructus recompensatiuos scut. 2000. residui pretij dd. Domorum, quam ad damna, & interesse loco fructuum, qui ex tali inuestimento percipi potuissent iuxta formam obligationis per dictum Vitalem susceptæ.

Successiuè, quia non conueniebant partes quoadmodum calculandi dd. fructus recompensatiuos, ac damna, & interesse, fuit per Rotam præscripta certa forma à Perito seruanda in Constitutione Calculi, vt ex Decisionibus emanatis, vna *sub die* 3. *Nouembris* 1635. *coram bon. me. Pirouano*, & altera *sub* 18. *Martij* 1654. *coram me*: Electo itaque nouo Perito, ac facto per eum Calculo ad formam sibi in dd. Decisionibus præscriptam, cùm ille calculando fructus post perfectum Multiplicum ad rationem quinque (quam taxam DD. approbarunt, non autem illam ad rationem sex) constitueret debitorem Antonium Vitalem in scutot. 2523. & 87½, ac vlteriùs creauerit etiam illum debitorem in alia summa scut. 1737. pro fructibus scut. 988. quos Paulus del Bene eius Tutor ex fructibus locorum Montium ad Multiplicum spectañ exegit, ac illos non inuestiuit, dubitaui an, & pro qua summa relaxandum esset mandatum, & DD. pro vtraque summa
constituente scut. 4260. 87. relaxanduo esse censuerunt,
quia stante obligatiune Vitalis ex Instrumento, & liquida-
tione debiti ex moderna huius Periti relatione non † potest 1
retardari executio obligationis Cameralis, ad tex. *in l. item
si vnus* 19. *in fin. ff. de recept. arb.* & ibi ad. Rebuff. *in const.
Regn. tom.* 1. *de litt. obl. art.* 6. *glos.* 3. *num.* 77. Corn. *cons.* 43.
vol. 1. Paris. *cons.* 96. *nu.* 72. *lib.* 1. *vers. & relationib.* Neuiz.
cons. 94. *num.* 18. Bursatt. *cons.* 105. *num.* 9. *ad med.* Guttier.
pract. lib. 1. *qu.* 37. *per tot.* & fuit firmatum *in Decisionibus
huius Causæ coram Vbaldo decis.* 85. *par.* 4. *tom.* 2. & coram
Remboldo *decis.* 668. *ead. par.* 4. *tom.* 3. *rec.* Tanto autem
faciliùs, cùm d. Peritus fuerit † iudicialiter atque de par- 2
tium consensu electus, *l. hac adict.* §. *his illud*, ibi, *quos vtra-
que pars elegerit C. de secund. Nups.* Felin. *in cap. proposuisti
num.* 36. *de probat.* Rota *in rec. decis.* 541. *num.* 1. *par.* 1. *& in
Eugubina Prædij* 14. *Iunij* 1649. §. *quia præter, quod coram
R. P. D. meo Cerro*, & quia d. Relatio in actis producta ap-
paret iusto ordine facta, & iuxta præscriptum Rotæ, † illi 3
proinde est standum, Rota coram Buratt. *dec.* 913. *num.* 3.
& in rec. dec. 354. *num.* 1. *par.* 1. *& dec.* 171. *num.* 3. *p.* 7.

Neque vllius releuantiæ visæ fuerunt exceptiones pro-
positæ pro parte Vitalis contra dictum Calculum. Et pri-
mo contra primam partitam scut. 1359. calculatam à Pe-
rito pro complemento multiplici vsque ad diem 8. Martij
1609. quod scilicèt illa extincta remansit ex solutione sc.
1500. facta de anno 1619. pro complemento conuentio-
num, & ita pro tali solutione d. debiti; Quia immò con-
trarium ex eodem Instrumento colligitur. Quandoqui-
dem solutio apparet facta ad bonum computum, & sine
præiudicio residui, quæ propterea † indicat solutionem 4
non fuisse finalem, atque præseruat omne præiudicium,
Soccin. *cons.* 287. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *in Ciuitatis Castelli sup-
plementi legitimæ* 11. *Martij* 1616. *coram bo. me. Manzane-
do, & in Romana Pecuniaria* 6. *Februarij* 1626. *coram Rem-
boldo, & fuit firmatum in vltima Decisione huius Causæ
emanata coram me sub die* 18. *Martij* 1654. §. *non obstat quod
dicatur.*

Secunda partita scutorum 715. 80. prout, & aliæ calcu-
latæ à Perito ad Creditum DD. de Caffarellis pro fructibus
partim recompensatiuis, partim debitis loco damnorum,
& interesse ob non factum inuestimentum ad formam ob-
ligationis benè, & ipsæ subsistere visæ fuerunt, nihil obstan-
te, quod post perfectum de anno 1609. Multiplicum præ-
tendatur nullos fructus debitos fuisse, quia cùm ex pecunijs
ad d. multiplicum spectantibus, & prouenientibus partim
ex residuo pretij domorum venditorum, & partim ex fru-
ctibus reinuestitis remaneret in manibus d. Vitalis summa
sc. 1359. vt ex relatione Periti, *pag.* 4. *vers. Dico, e dichiaro,
& pag.* 7. *vers.* 1. vtique Vitalis semper ad dd. fructus tene-
tur, siuè tanquam recompensatiuos, siuè † tanquam dam- 5
na, & interesse ex pacto conuento in d. Instrumento vendi-
tionis, Honded. *cons.* 30. *nu.* 51. *lib.* 1. Couar. *lib.* 3. *var. res.
cap.* 4. *sub num.* 5. *vers. ista etenim*, Rota coram Seraph. *dec.*
383. *n.* 6. & firmauit Rota in hac eadem causa *d. dec.* 85. *n.* 1.
p. 4. *tom.* 2. *& d. dec.* 688. *num.* 9. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Minus subsistere visum fuit, quod a conuentione reinue-
stiendi, & multiplicandi fructus, de qua in d. Instrumento
venditioni recessum fuisse prætendatur per aliam posterio-
rem contentam in Instrumento anni 1598. quia obiectum
† tollitur ex facto, nam in ea parte quæ respicit obligatio- 6
nem reinuestiendi susceptam per Vitalem, nedum non fuit
facta aliqua nouatio, vt immò illa reseruata legatur, & ex-
pressè conuentum, quod Vitalis teneatur reinuestire ne-
dum fructus recompensatiuos, sed etiam fructus inuesti-
menti, & fructus fructuum ad formam prioris Instromen-
ti, † & ita huic obiecto respondendo dixit Rota *in decisioni- 7
bus huius Causæ coram Vbaldo, & Remboldo sepius allegatis*,
ac in præsenti disputatione † supponendis iuxta stylum, 8
Rot. *dec.* 275. *in princ.* post Zacch. *de oblig. cam. in rec. decis.*
354. *num.* 8. *p.* 4. *rec.* cum alijs relatis in *Bononien. fideic. de
Amorinis* 21. *Iunij* 1649. *coram me*, §. *quia licet.*

Neque valet replicatio, quod attenta forma prioris In-
strumenti Vitalis teneretur solummodò soluere fructus vs-
que ad completum multiplicum, quo finito facultas exi-
gendi fructus cessaret, prout etiam obligatio illos de
nouo inuestiendi, quia in sequenti Instrumento anni 1598.
idem Vitalis promisit fructus inuestire donec retineret pe-
cunias in suis manibus, & pariter in Instrumento Anni
1619. aliam similem obligationem inuestiendi fecit, &
facultatem exigendi fructus fructuum reseruauit. Vnde
iusta

iusta ratione Peritus calculauit in debitum Vitalis nedum
fructus pretij, seu Inuestitoeoti faciendi, & fructus multi-
plicandos vsque ad diem multiplici, vt in relatione pag.4.
& 7. sed etiam fructus Inuestimentorum post perfectum
multiplicum debitos DD. de Caffarellis. Nam certum est,
9 quod si tota † pecunia inuestita fuisset fructus redidisset,
prout & hodie redderet. Id autem cùm d. Vitalis facere ne-
10 glexerit, merito succedit obligatio ad damna, & † inte-
resse, quæ etiam intrat in omnibus obligationibus ad fa-
ctum, *l. stipul. non diuiduntur vers. Celsus vbi DD. ff. de verb.
oblig. l. si quis ab alio in fin.* vbi Alex. & Ias. *ff. de re iud.* Surd.
cons. 330. num. 5. lib. 3.

Etiam partita scutorum 988. pro totidem eaactis à Paulo
del Bene Tutore Antonij Vitalis ex fructibus locorum
Montium ad multiplicum spectantibus visa pariter fuit iux-
ta rationem per Peritum calculata ad debitum Vitalis, quia
& ista spectabant ad DD. de Caffarellis.

Nihilque refragatur, quòd Vitalis prætendat se non te-
neri ad restitutiooem dd. fructuum, tanquam malè per
suum Tutorem eaactorum. Nam quidquid de hoc sit, dum
in Instrumento anni 1619. idem Vitalis declarauit pecu-
niam per d. Tutorem exactam consumptam fuisse pro di-
uersis suis indigentijs, ea hac cessat omnis difficultas, quia
stante d. declaratione dicitur d. exactionem ratificasse, atque
11 approbasse † tamquam iustam in rem propriam prætereà
eum in iouestimentis pro tempore factis per d. Vitalem tam
in Censibus, quàm in locis Montium reseruata semper fue-
rit facultas eaigendi fructus, eosque inuestiendi. Inde se-
12 quitur, vt dictus Vitalis ratione mandati † assumpti, &
non adimpleti ad damna, & interesse teneatur iuribus su-
periùs allegatis.

Ea eadem ratione censuerunt etiam Domini approban-
dam esse partitam sc. 1783.83. debito Vitalis adscriptam pro
fructibus dd. scutorum 988. quos inuestitos fuisse non pro-
batur; Nam cùm, vt dictum fuit, idem Vitalis in inuesti-
mentis factis pro corpore multiplici reseruauerit sibi sem-
per omnimodam facultatem exigendi fructus ad effectum
illos inuestiendi ad formam Instrumenti venditionis, & vi-
gore dictæ facultatis prædictam summam sc. 988. exegerit,
eaque non inuestierit, inde fit, vt ille ea d. mandato susce-
pto, & non adimpleto damna præstare teneatur, & per con-
13 sequens reficere quoque debet † fructus, quos DD. de Caf-
farellis percipere potuissent, si inuestimentum factum
fuisset, *l. idemque §. si Procurator, & l. si mandauero, §. sicut
ff. mandati.*

Quo verò ad quantitatem ad quam dd. fructus sint ta-
14 xandi DD. censuerunt taxaodos esse ad rationem † quin-
que: Nam cùm ex forma conuentionis contentæ in In-
strumento venditionis inuestimentorum fieri deberet in Cen-
sibus, stabilibus, vel locis Montium transire voluerunt cum
15 taxa legali, † quæ est ad rationem quinque *iuxta vulg. gloss.
in Auth. perpetua verb. iuxta C. de sacros. Eccles.* Rota coram
Buratt. *decis. 65. num. 2. & decis. 612. num. 1. & in rec. decis.
561. num. 6. & 10. part. 3. & decis. 135. num. 18. part. 6.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 21. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Recipiens aliquid sub obligatione certum quid de eo faciendi, si illud non adimpleat, potest cogi ad restitutionem. Testes, vt probent, & sic vt reducantur ad concordiam admittenda est interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas satis docetur dum constat, omnia necessaria interuenisse.*
2 *Accipiens pecunias sub obligatione illas inuestiendi in tot Locis Montium, quo non probato, quid sequatur.*
3 *Pecunias recipiens ad aliquem effectum, si id non adimplet ad quid condemnetur.*
4 *Creditum, quando dicatur plenè iustificatum.*
5 *Debiti agnitio, ex quo satis conuincatur.*
6 *Testes, quando sunt contrarij inuicem, eorum depo-*

sitiones operantur, vt neutri sit credendum.
7 *Variatio in testibus non attenditur si obueniat, quia fuerunt inuoluti ab interprete partis, dum subtiliter interrogat.*
8 *Testis, sufficit, quod referat illud in quo consistit substantia de quo contenditur, licèt non recordentur de alijs circumstantijs.*
9 *Et in hoc non attenditur licèt testes discordarent.*
10 *Testes, quod probent facienda est interpretatio.*
11 *Testes, quod non sint discordes, in dubio est interpretandum.*
Testes curandum est, vt ad concordantia reducantur.
12 *Testis pauperis testimonium, an sit reijciendum.*
Testis pauper, & vilis vtrum probet.
13 *Testis pauper probat, si sit bona famæ, & honesta vita.*
14 *Testi fides non minuitur ob paupertatem, nam ex hoc non repellitur ad testificandum.*
15 *Testis pauper, & vilis, & est vilis, quia est pauper, ex hoc non minuitur eius fides, si sit bonæ famæ.*
16 *Quia dicta vilitas non est defectus ex se, sed idem est cum ipsa paupertate.*
17 *Et hoc ad effectum, ne propter defectum vtilitatis, sit repellendus ad testificandum.*
18 *Testis famulus non probat pro Domino, intellige vt hic.*
19 *De Pecuniarum assignatione, & numeratione secuta inter domesticos parietes, quæ alijs quam domesticis non fuit nota.*
20 *Benè per ipsos domesticos testes probatur sufficienter.*
21 *Testes illi in subsidium debens admitti, qui sunt informati de re de qua agitur, dum alij non potuerunt id scire.*
22 *Mandatum, quando quis susceperit tenetur illud ad vnguem obseruare.*
23 *Assertiones eorum, qui sunt magis accurati, magis attenduntur.*

DECISIO LVII.

IN gradu appellationis causa mihi commissa, dubitaui,
An sententia Rotalis qua fuit pronunciatum Co. Ange-
lum Ferrettum donatarium vniuersalem Com. Fabritij te-
neri ad restitutionem scutorum 1530. Lauræ Alamantiæ
esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmaodam
fore censuerunt; Nam validitas non impugnabatur, & ea
actis apparebat interuenisse omnia † requisita ad ea necessa- 1
ria, *iuxta decis.* Caputaqu. 260. *part. 2. passim allegata*; Iu-
stitia verò satis innotescere visa fuit ea deductis in *decis. R.
P. D. mei Bichi sub die 26. præsentis mensis anni præteriti
emissa*, in qua copiosè fuit firmatum d. Com. Fabritium se-
mel scuta 780. & iterùm scuta 750. recepisse à prædicta
Laura cum promissione, vt pro ea tot loca Montium eme-
ret. Vnde † cùm pro parte Com. Donatarij, non doceatur 2
fuisse empta loca Montium iustè fuit condemnatus ad resti-
tuendum † pecunias cum huiusmodi obligatione acceptas, 3
*ad l. 1. ff. de pact. l. 1. C. de const. pecun. l. stichum 91. §. natura-
lis, ff. de solut. l. 1. C. de his qui non dom.* Ruin. *cons. 141.
num. 9. in fin. lib. 1.* Gratian. *discept. forens. cap. 501. num. 25.*
Cyriac. *in controu. 165. num. 1. & seqq.* Rota *decis. 741. n. 1.
part. 1. diu.*

Nec amplius hæsitationi fuit locus, an sufficienter pro-
bata sit pecuniarum numeratio, etenim per duos Testes
scilicet, Claudiam nouissimè cum citatione, & interroga-
torijs partis contrariæ firmiter repetitam, & Dominicum
Com. Fabritij famulum antea ser. ser. eaaminatum, ac ab
eadem Claudia incontestem in sua depositione vocatum
plenè probatum extat Comiti fuisse de anno 1644. tra-
dita scuta 780. in pecunia aurea, & argentea, vt in ho-
dierno, *Summ. Laura num. 1. & 2.* & de alia summa
scutorum 750. anno sequenti eidem eabursata constat ex
dicto præfatæ Claudiæ, & Angeli tertij Testis relata in
eodem *Summ. num. 3. & 4.* sicque dum non valet vltrà du-
bitari † de validitate examinis Testium creditum Lauræ in 4
controuersis scutis 1530. concludenter videtur iustifica-
tum, *cap. cum dilectus 32. de elect. cap. in omni 4. de testib.*
Cyriac. *in d. controuers. 160. num. 4.* Rota *Genuen. de Mer-
catura 195. in princ. & num. 1.* Rot. *in decis. 526. num. 1. &
seqq. part. 5. recent.*

Et tantò magis quia dicti Testes adminiculantur ex

Epistolis eiusdem Com. Fabritij debitoris, & olim Aduocati eius fratris iudicialiter recognitis, ex quibus cùm non constet de alia causa ob quam fuerunt scriptæ comprobata
5 remanet † veritas consignationis, & huius debiti agnitio, *l. si aliquid* 13. *C. de don.* Aymon. *consil.* 185. *num.* 13. Olasch. *decis.* 58. *num.* 18. Rota coram Andrea *decis.* 30. *num.* 3. & coram fan. mem. Gregor. XV. *decis.* 60. *n.* 10.

Neque refert, quòd dispositiones Claudiæ primi Testis, & Iosephi tertij Testis sint contrariæ, ex quo Ioseph dicit ipsum solùm interfuisse consignationi pecuniarum, & ta-
6 men Claudia asserit se præsentem fuisse, † quæ depositiones operantur, vt neutri sit creden. *l. eos* 27. *ff. de falsis*, Rota *decis.* 709. *num. fin. part.* 3. *recent.* quoniam omisso, quod talis
7 variatio euenit, quia Testis † fuit inuolutus ab interprete partis illum nimis subtiliter interpretante, vt ponderauit Rota coram Burat. *decis.* 614. *num.* 6. cùm omnes tres Testes concordent in numeratione pecuniarum cessat omnis
8 contrarietas, † quia sufficit, quod Testis referat illud in quo
9 consistit substantia eius de quo contenditur, † licèt non recordetur de alijs circumstantijs, & in illis inter se varient, *cap. nihil obstat* 7. *de verb. signif.* l. 3. §. *ideoque ff. de test. gloss. in cap. dudum* 20. *verb. substantia de conu. cog. & in cap. cum Ecclesia* 3. *verb. vacillasse de caus. possess. & propriet.* Modern. Mantuan. *in consil.* 415. *num.* 5. *& controuers.* 406. *n.* 145. & 160. Rota *Genuen. de Mercatura in citata decis.* 195. *num.*
10 8. Et ita etiam † fieri debet interpretatio ad hoc, vt Testes probent, nec eorum dicta, sint inter se contraria, sed con-
11 ueniant, & ad concordantiam reducantur, Felin. *in cap. cum tu* 16. *num.* 6. *vers. quarta conclusio de test.* Andr. *decis.* 30. *num.* 7. Mant. *decis.* 372. *num.* 17.

Nec Claudiæ testimonium reijciendum est, eo quia est
12 † pauperrima, & vilis, nam Testis, qui est pauper, & vilis fidem non facit, *l. testium* 3. *ff. de test.* 6. fuit responsum enim non esse de paupertate Testis curandum, dum de cætero
13 ipse est bonæ famæ, & honestæ † vitæ, tali namque casu paupertas nihil ei de fide minuit quin sit ad iustificandum,
14 † admittendus Bald. *in cap. si quis testium* 8. *n.* 5. *vers. & magis creditur de testib.* Farin. *in eodem tract. quæst.* 57. *num.* 43. Rot.
15 *decis.* 62. *n.* 17. apud Gilian. *ad stat. Perus.* Validitas † autem non viget, quia non est alia ratione vilis, nisi quia pauper, & laborat manibus suis, & ideò ista vilitas videtur eadem
16 esse cum paupertate, † & efficaci ab ea, nec potest conside-
17 rari vti defectus per se distinctus à paupertate ad finem, † vt tanquam talis sit à testificando repellenda, ex adductis per Farin. *in d. quæst.* 57. *num.* 73. *&* 74. *& in d. decis.* 62. *num.* 17. apud Gilian. *ad stat. Perus.*

Minùs debilitatur Claudiæ depositio, quia ipsa parti in-
18 seruiuerit, tum quia nullibi constat, quod tempore d. depositionis esset in illius seruitio, & ab eo salariata, vt probari deberet cum alias non sit prohibita pro ea testificari, *l.* 3. §. *lex Iulia, ff. de testib.* Gabr. *de testib. conclus.* 10. *num.* 9. Gratian. *discept. for. cap.* 144. *num.* 11. *&* 12. Gregor. *decis.* 351. *n.* 35. *&*
19 51. Mant. *decis.* 112. *num.* 8. Tum quia † agitur de probando numerationem, & consignationem pecuniarum sequutam
20 inter domesticos parietes, quæ alijs quam familiaribus, † cognita esse non solet, quo sit vt ipsorum domesticorum testi-
21 monium sufficiat ad † præfatam rei sic gestæ probationem, *l. consensu*, §. *super plagis C. de repud. & ap. veniens el* 2. *in fin. de testib.* Dec. *consil.* 304. *num.* 10. Paris. *consil.* 353. *num.* 22. Rota *Genuen. de Mercatura decis.* 75. *num.* 4. *& d. decis.* 195. *num.* 3. Mant. *d. decis.* 112. *num.* 4. *&* 10.

Non obstant coniecturæ in contrarium ponderatæ nulla enim ex illis apta visa fuit ad infringendum Lauræ creditum, aut Comitis obligationem, & signanter illa quæ vrgentior videbatur desumpta ex solutione facta per Lauram Procuratori Comitis de pretio Cimbæ ab eodem Com. Laurentio venditæ sine illa protestatione, vel compositionis oppositione tolli videbatur, quia Laura non soluit pretium prædictum de proprijs pecunijs, sed de pecunijs d. Com. Laurentij filij ad hunc effectum sibi transmissis, cuius
22 proindè mandatum † tenebatur ad vnguem seruare, *l. de leg. ff. mandati cap. cum olim* 32. *ff. de offic. delegat.* Surd. *decis.* 209. *num.* 6. eòque magis, quia dd. omnibus coniecturis præ-
23 ualere debent assertiones Comitum Fabritij, † & fratris in suprad. Epistolis, cùm essent personæ accuratæ.

Et ita, &c. vtraque parte &c.

R. P. D. BICHIO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Die Lunæ 21. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Sententia lata super iure Cathedralitatis, quando dicatur iusta, & ex quibus probationibus iustificata dicatur Cathedralitas, & ex quibus coniecturis, & adminiculis talis probatio coadiuuetur. Et maximè non concurrente Iure partis, & etiam si sententia in iudicatum transiuerit ob lapsum fatalium.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia sententiæ Rotalis, benè probatur ex decisionibus desuper emanatis.*
2 *Traditio antiquissima tam Historicorum, quàm Scriptorum probat.*
3 *Ecclesia Sancta Maria de Pilari ædificata fuit à S. Iacobo Apostolo, ideòque meretur dici, esse Prototemplum Hispaniæ.*
4 *Insignia Agni Paschalis, sunt propriè insignia Ecclesiæ Cathedralis.*
Enunciatiua antiquissima, non parùm coadiuuant probationes, num. 4.
5 *Consuetudo inueterata celebrandi diem festum Dedicationis in ipsa die Dedicationis Ecclesiæ, quid probet.*
6 *Cathedralitas Ecclesiæ, ex quibus coniecturis arguatur.*
7 *Campanam nuncupatam de interdicto non habet, nisi Ecclesia Cathedralis.*
8 *Ecclesia Cathedralis, si fuerit vsurpata ab hæreticis, vnà cum Ciuitate; tunc expulsis inimicis, dicta Ecclesia recuperat omnia sua iura antiqua.*
9 *Ecclesia Cathedralis si adsit, & alia pariter eligatur in Cathedralem, non propterea præiudicium fit Ecclesiæ Cathedrali anteriori.*
10 *Episcopus vnus, & idem in sua Ciuitate potest habere plures duas Ecclesias Cathedrales.*
Declara tamen vt hic, num. 10.
11 *Vincere quis potest per non ius actoris.*
12 *Fatalia dum non prorogantur in tempore, sententia transit in rem iudicatam.*
13 *Læsio vbi non potest considerari, non potest concedi restitutio in integrum.*

DECISIO LVIII.

Beatissimæ Virginis Mariæ de Pilari Ecclesiam existentem in Ciuitate Cæsaraugustæ fuisse antiquitus Cathedralem, in eaque primitus Sedem Episcopalem d. Ciuitatis extitisse, bis pronunciauit Rota in sententijs de anno 1631. à clar. mem. Coccino, & anno sequenti à Card. Vbaldo latis, quarum validitas non controuertitur.

Iustitia † verò comprobatur ex deductis latissimè respondendo omnibus contrarijs, in *decis.* 353. *num.* 20. *& seq. vsque ad* 114. *part.* 5. *recent. & in decis.* 177. *sub n.* 4. *& seq. part.* 6. 1
in quibus ad probandam antiquam Cathedralitatem huius Ecclesiæ expenditur antiquissima traditio tam Historicorum, quàm Scriptorum, quibus adduntur Iulianus Perez 2
in sua Chronica num. 403. qui ait, istam Ecclesiam à D. Iacobo Apostolo ædificatam fuisse, vt creditur primam in Hispania, 3
† & ob id mereri dici Prototemplum, Hallus Gallus *in lib. de Aduentu Sancti Iacobi in Hispania*, Lualdus *in sua Historia sub titulo, della Christiana Religione nell'Occidente tom.* 1. *cap.* 16. *fol.* 27. *Hippolytus Maraccius in suo Opusculo Apostoli Mariani de S. Iacobo Maiori cap.* 5. §. *de templo amoto.*

Antiquæ † Imagines Agni Paschalis, quæ sunt propria in- 4
signia Ecclesiæ Cathedralis Cæsaraugustanæ, & reperiuntur depictæ in partibus superioribus Capellæ maioris Ecclesiæ S. Mariæ incisæque in antiquissimo lapide ad ostium Sacristiæ S. Mariæ de Pilari; Enunciatiuæ in litteris Apostol. maximè Gelasij II. simul cum litteris Petri Librana Episcopi, ac sententijs antiquis contentæ. Inueterata celebrandi
† diem festum Dedicationis huius Ecclesiæ ipsa die qua celebratur Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis, consuetudo canoni- 5
zata

zata *in decis.*472.*&* 493.coram san.mem.Greg.XV.*in decis.*
616.*num.*5.*part.*1.*recent.* *&* *in d. decis.*353.*num.*73.*part.*5.
Facultas exigendi decimas in Territorio Cæsaraugusta-
oo, mutua in sepeliendis vtriusque Ecclesiæ Canonicis offi-
6 cia, † indistincta omnium Sacramentorum, prout in Cathe-
drali administratio. Dignitas Capellani maioris, Reten-
7 tio Campanæ nuncupatæ de interdicto prærogatiuæ; † &
præeminentiarum pluta in id afferuntur à Patre Lezana
in disert. antiquissima, & continua Cathedralitate Angelica,
Apostolica, & miraculosa Ecclesia S. Mariæ Maioris de Co-
*lumna Cæsaraugustanæ cap.*1. *&* 2. *per tot.*
Nec obstat, quòd ista Ecclesia fuerit aliàs à Mauris occu-
8 pata, † quia illis postea expulsis recuperauit antiquum sta-
tum libertatis Iure quasi postliminij, *vt est textus in cap.*
prima actione 16.*quæst.*6. *& tradunt in cap. & hoc dicimus, ea-*
*dem caus.*16.*quæst.*7. Bellam. *num.*9. *& in cap.*2. *de noa.oper.*
nunc. Ionoc.*num.*2.*vers.hoc autem certum est.*
Minus obstat Ecclesiæ S. Saluatoris aduersariæ in Cathe-
dralem erectio, quam pleraque ab informantibus pro eadem
9 Ecclesia deducta conuincunt, † quia non inde sequitur ab-
dicatio antiquæ Cathedralitatis ab Ecclesia de Pilari, quia
per erectionem non præiudicatur alijs Ecclesijs, Vames.
*cons.*10.*num.*4.Seraph. *decis.*1444.*num.*7. *& seqq.* nec est no-
uum quod vnus, & idem Episcopus in sua Ciuitate habeat
10 duas † Ecclesias, vnam Cathedralitatem constituentes ob
ipsarum Ecclesiarum vnionem, *vt est textus in cap.*1. *de sede*
Vacan. vbi notant omnes Canonistæ, & dixit Rota *in Ver-*
cellen.vnitatis Capituli coram Penia, quæ est inter eius im-
*press. decis.*558.*num.*8.*confirmata* 18.*Apr.*1614. *coram Ar-*
chiepiscopo Seleuciensi, & 24.*Aprilis* 1643. *coram Eminen-*
tiss. D.Car.Otthobono, idemque decisum fuit in Aretina vnio-
nis 22.*Iulij* 1643. 2.*Iun.*1645.1.*April.*1647.*coram Reuerend.*
Episc. Terracinensi, & 18. *Martij* 1652. *coram Rev. P. D.*
meo Verospio.
Quibus positis duo sequuntur pro resolutione dubij hodie
11 propositi. Primò, † quod cùm ex actis constet de non
Iure Ecclesiæ S. Saluatoris, quod ex *d. decis.*353. *part.*5.
rec. & 177.*part.*6. ipsi notum erat, eaque appellationem à
dictis sententijs Rotalibus bon. mem. Mormano commis-
sam, prosecuta non fuerit ab ann.1633. nec fatalia proro-
gari obtinuerit, eædem sententiæ ob tam longam taciturni-
12 tatem transierint in iudicatum, † & causa dicatur deserta,
Clem. sicut Clem. si appellationem de appellat. cap. cum
*sit Romana eodem tit.*Achill. *decis.*10.*num.*1.*vt lit.pend.decis.*
7.*num.*4.*& seq.eod.tit.*Butatt. *decis* 307.*num.*10. Rota *inter*
*recent.decis.*383.*num.*3.*part.*2.*decis.*1.*num.*8.*num.*11.*& seqq.*
*part.*7. *& in Fanea.Capellania* 22.*Iun.*1646.§. *nec dicatur,* §.
hac quæ indubitanter coram Reuerendiss. Episcopo Terraci-
nensi, in Romana Fideicommissi de Campagnolis 8.*Febr.*1649.
§.*calculando coram R.P.D.meo Peuting. in Vercellen. præpo-*
*sit.*5.*Iulij eiusdem anni* §.*penult. coram me.*
13 Secundò, † quod ex dictis sententijs vti iustis, & validis
nulla Ecclesiæ S. Saluatoris inferatur læsio, sine qua non da-
tur restitutio in integrum, *cap.*1. & ibi Abb. *num.*1. *&* 2. *de*
rest.in integr. Mohed.*decis.*2. *de appellat.*Seraph. *decis.*1239.
*num.*1. *cum alijs allegat. in Gerunden. Pertinentum* 25.*Iunij*
1649. *& in Interamnen.fideicommissi* 11.*Martij* 1654.*coram*
R.P.D.meo Celso.
Ideò constare de re iudicata, non autem de causis restitu-
14 tionis in integrum † decisum hodie fuit, informante tantùm
Ecclesia de Pilari, citatis tamen pluries, ac diù expectatis
procuratoribus Ecclesiæ Metropolitanæ Sancti Saluatoris.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Episcopo Papien.

Carpentoraten. Restitutionis Ouium.

Die Lunæ 21. *Iunij* 1655.

A R G V M E N T V M.

Possessor malæ fidei non solùm tenetur ad restitutionem rei possessæ, & ad fructus perceptos, verùm etiam ad eos fructus, qui percipi potuerunt, cum mala fides sit vera radix obligationis fructuum, qui percipi potuerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Possessor malæ fidei, tenetur ad fructus etiam, qui percipi potuerunt.*

2 *Possessor malæ fidei non solùm tenetur ad fructus perceptos, sed etiam ad eos, qui à vero Domino percipi potuerunt.*
3 *Possessor, vt constituatur in mala fide, quid attendatur.*
4 *Facti veritas est attendenda.*
5 *Possessio probatur per publicum instrumentum.*
6 *Executio facienda est in bonis debitoris, & non super bonis alienis.*
7 *Socius, qui ponit solam operam cum alio socio ponente capitale, nihil prætendere potest de dicto capitali, maximè si illud diminuatur.*
8 *Debitor remanet satisfactus stante ex computatione sui crediti.*
9 *Possessor sine titulo, tenetur etiam ad fructus, qui percipi potuerunt, & num.*10.
11 *Possessor non tenetur ad restitutionem fructuum, dum res permansit sub sequestro iudiciali, & num.*12.
13 *Heredes quoque tenentur ad restitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, dum successerunt eis, qui fuerunt malæ fidei possessores.*
14 *In spolio violento, & attentato sine dubio intrat obligatio restitutionis etiam eorum fructuum, qui percipi potuerunt.*
15 *Et Rota sæpius secuta fuit prædictam opinionem.*
16 *A Spolio violento, & attentato, quando quis non possit excusari.*
17 *Dolus, & mala fides operatur, vt possessor teneatur ad fructus, qui percipi poterant.*
18 *Possessor in mala fide, quando quis fatis, super quo comprehensus.*
19 *Dolus, & mala fides eò magis arguitur in aliquo, stante mera causa lucri.*

D E C I S I O LIX.

TRes emanarunt in hac causa decisiones coram bon.
mem. Pirouano in quarum prima sub die 23.Iunij
1625. fuit resolutum restitutionem Ouium esse faciendam
in quantitate tunc temporis petita cum fructibus perceptis,
& qui verisimiliter percipi potuerunt, quia agebatur contra
† malæ fidei possessorem per litis contestationem effectum, 1
qui regulariter tenetur nedum ad fructus perceptos, sed ad
eos † etiam qui verisimiliter percipi potuerunt à vero Do- 2
mino, *vt in dicta decis. sub* §. *demum cum fructibus, à die*
enim motæ litis, vt possessores † constituantur in mala fide, 3
quæ est vera radix obligationis ad fructus restituendos, *est*
*text.apertus in l.*3. *vbi DD. ff. de interdict. l. fructus ff. de*
vsur. Rot. *decis.*4. *de restit. spoliat.in noa.* Caputaq. *decis.*27.
*part.*2. Rota coram Seraph.*decis.*835. *num.*1. *&* 2. & coram
san.mem.Greg.XV.*decis.*24. *in princ.* cum alijs allegat. per
Merlin. *decis.*330.*num.*1. *cum duobus seq. & num.*7.Repropo-
sita deinde causa sub die 7.Iunij 1636. fuit dictum esse stan-
dum in decisis, præterquam quoad fructus qui percipi po-
tuerunt. Data postmodum noua audientia sub die 6.Iunij
1639. sancitum fuit facti † veritate meliùs, ac clariùs dedu- 4
cta, restitutionem faciendam esse cum fructibus qui percipi
potuerunt, recedendo à secunda decisione, & persistendo in
prima. Cùm autem ad formam dd. primæ, & tertiæ deci-
sionum pro parte D.Io.Francisci de Peirons, & litis consor-
tium, præteritis diebus fuerit petita expeditio huiusmodi
causæ, mandarunt Domini, quod reuiderentur d.decisiones,
quare hodierna die renouata disputatione coram me, vti in
locum ipsius Pirouani suffecto responsum fuit, standum
esse in primo, & vltimo loco decisis.
Quo enim ad animalia nulla fuit habita difficultas, quin
illa spectarent ad Petrum, & fratres auctores Ioannis Fran-
cisci de Peirons, litisque consortium, qui hodie agunt, non
autem ad Ludouicum Rondellet, quia constat illa fuisse pos-
sessa per dd. Petrum, & fratres, dum per publicum † Instru- 5
mentum illa precario concesserunt ipsi Ludouico Pastori ad
pascendum cum pacto de partiendis fructibus, illaque fuisse
eadem, quæ consignata fuerunt ipsi Pastori, & super quibus
confirmata executio ad instantiam Sebastiani Auctoris Ga-
brielis de Seguin, satis in apertum deducit *prima decisio, sub* §.
quantum ad restitution.Ouium; Vnde dict.Sebastianus vti cre-
ditor Ludouici Rondellet, non potuit super assertis Anima-
libus executionem facere † tanquam spectantibus ad
dd. Petrum de Peirons, & fratres, non autem ad suum

debitorem, quæ propterea fuit nulla, iuxt. *pract. gloss. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus ff. de re indic.* vbi Angel. *num.* 1. Inol. *post princ. vers. & ex ista*, Rota coram Buratt. *decis.* 236. *num.* 6. *& decis.* 908. *num.* 5. & post Pusth. *de manut. decis.* 367. *num.* 1. *& decis.* 368. *eodem num.* 1.

Nec refert, quòd dictus Ludouicus Roodellet in Animalibus in executionem captis dicat habuisse suam partem propriam, quam superlucratus fuerat ratione custodiæ de illis habitæ ferè per spatium vnius anni, videlicet à principio Iunij 1595. vsque ad mensem Iunij 1596. quia ille solùm prætendere poterat partem de fructibus in d. anno perceptis, non autem de ouibus ei consignatis, vt denotant illa verba Instrumenti dati in Summ. Ioannis Francisci, & litis consortium *num.* 1. partem omnium fructuum prouenientium ex dd. Animalibus tam lanæ, & casei, quæ diuiduntur inter dd. partes, scilicet lanæ in mense Maij proximè venturo, quando tondentur, lac in suo tempore, & Animalia accreta supradictis alijs in fine anni, &c. & signanter quod
7 socius, qui ponit operam cum socio ponente Capitale, † vt nihil super illo prætendere possit, maximè si Capitale diminuatur, cum solùm sit habenda ratio fructuum, firmauit Rota coram Merlino *decis.* 69. *num.* 21. sed circa hoc ex alio etiam Capite remouetur quæcumque difficultas, nam Animalia super quibus facta fuit executio ascendebant ad numerum 136. vt in eodem Summ. num. 2. sententia autem lata contra d. Sebastianum super restitutione dd. Anima-
8 lium fuit restricta ad Oues 95. & sic Rondellet † remansit satisfactus de sua tertia parte quatenus ea illi fuisset debita stante ex computatione Ouium 41.

Vt autem restitutio fieri debeat à Gabriele de Seguinis de
9 Ouibus cum fructibus perceptis, & qui percipi † ex illis potuerunt tanquam causam habente à Sebastiano visum fuit Dominis, quia satis est euidens mala fides ipsius Sebastiani, quæ sufficiens fuit, vt tanquam possessor sine aliquo ti-
10 tulo dd. Ouium obligatus remanserit † tam ad fructus perceptos, quàm ad eos qui percipi potuerunt à vero Domino, *vt præter allegatos in prima decisione sub §. demum cum fructibus, & in 3. sub §. vera namque, constat etiam ex §. 2. Institut. de offic. iudic. l. si nauis 62. ff. de rei vendicat. l. si rem & pretium ff. de petit. hæreditatis, l. 1. C. de fid. Instrum. & iure hasta Fiscal. lib.* 10. & tradit eleganter Cyriac. *in l. vsura* 121. *ff. de verb. signif.*

Minùs releuat, quòd ad manus hæredum Sebastiani nulli
11 Ouium fructus peruenerint, eo quia remanserunt † sub deposito iudiciali, quia malæ fidei possessor tenetur etiam ad illos fructus quos petitor percipere potuisset, aut percepturus fuisset *ad text. in l. præterea restituere, ff. de rei vendic.* vbi habetur non sufficere corpus ipsum restitui, sed opus esse vt causæ rei restituatur, id est, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, *& in præcitata l. si nauis, ff. de rei vendicat.* valdè ponderatur etiam non, An malæ fidei possessor frui-
12 turus fuerit, sed, An petitor † frui potuerit, & vt ad actoris personam in simili casu præsertim sit respiciendum, tenet Accursius, & Cyriac. *in d. l. si nauis, §. generaliter, ff.*
13 *de rei vendicat.* & vt idem procedat † in hærede qui succedit malæ fidei possessori, *est text. in l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expens.*

Prætetea quia hic agitur non de spolio iudiciali, sed de violento, & attentato, multò magis debentur fructus
14 † etiam illi qui percipi potuerunt, Archidiac. *in cap. reintegranda, vers. quid de fructibus 3. quæst.* 1. Natta *cons.* 14. *n.* 14. *& seq.* Thesaur. *decis.* 29. *num.* 6. *& seqq. & per tot.* & Rota
15 hanc semper † amplexa fuit sententiam, *vt in decis.* 4. *n.* 2. *& decis.* 5. *n.* 1. *de restit. spoliat. nouis*, Caputaq. *decis.* 27. *la* 2. *part.* 2. *& alijs omissis*, coram Caualer. *decis.* 586. *num.* 3. *in fin. & decis.* 552. *num.* 1. *& 2. part.* 1. *diuers.* coram Coccino *decis.* 439. *num.* 1. *in rec. decis.* 583. *num.* 4. *part.* 3. *& decis.* 99. *num.* 3. *part.* 4. *& latè firmatum fuit etiam in Romana Demor.* 25. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec excusari potest d. Sebastianus à mala fide, & violen-
16 to spolio, † quia statim ac fuit facta executio super dd. Ouibus, vt erant consignandæ consulibus loci ad effectum illas retinendi per 12. dies iuxta formam ordinis, & bannimenti Comitatus Venaisini, de quo in eodem Sum. num. 4. statim ducere eas fecit ad quoddam suum prædium distans à prædicto loco 12. millarijs vbi curauit quod immediatè illarum fieret tonsio, non obstan. quod esset dies festiuus solemnitatis Pentecostes ad effectum occultandi signum Crucis piceæ lo dorso cuiuslibet illarum impressum, vt benè probant Te-
17 stes d. Sum. num. 5. ex † quibus, vt arguatur, dolus, & mala fides propter quam debentur etiam fructus, qui percipi potuerunt, declarat Put. *decis.* 373. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1173. *num.* 10. *& seq.*

Quæ quidem mala † fides eo magis remanet comprobata, 18
dum requisitus idem Sebastianus à Iudice, quod exhiberet lanam ex dd. Ouium tonsione collectam pro cognoscendo, An in illa extaret prædictum signum Crucis piceæ recusauit hoc facere sub prætextu quod illam iam vendidisset, & demùm in processu causæ, quia semper negauit dd. Animalia spectare ad Petrum Peirons, & ad Ioannem, & Beltramum Coras fratres asserendo, quod erant sua propria † con- 19
trafacti veritatem, ex huiusmodi mendacio arguitur dolus maximè cùm fuerit factum ex mera causa lucri, *l. eleganter §. final. & ibi glos. & DD. ff. de dolo, l. quod si ff. eodem, l. 2. ff. de proxenet.* Strach. *in d. tract. de proxenet. tit. quando in negot. num.* 12. qui operatur, vt † debeantur quoque fructus 20
qui percipi potuerunt.

Et ita resolutum fuit Informante tantùm Ioanne Francisco de Peirons, & litis consortibus, &c.

In hac eadem causa adsunt supra in part. 8. recent. plures Decisiones, nempe sub diebus 23. Iun. 1652. sub 6. Iunij 1639. & sub 7. Iunij 1636. coram bon. mem. Pirouano, sunt in ordine Decision. 288. 289. & 141.

R. P. D. BICHIO.

Colonien. Cameratiæ.

Die Veneris 23. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Intimatio facta Canonico, patitur defectum quando Capitulariter ei non fuit facta, qualis tamen defectus sanatur, si certò constat talis intimationis habuisse notitiam, veluti si Capitulum constituerit Procuratorem ad se defendendum in illa causa, de qua Capitulum fuit intimatum. Relaxationi declaratoriæ quando sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Officiali attestanti de re spectante ad suum officium, credendum est.*
2 *Intimationis executio facta Canonico, aliquem patitur defectum, si Capitulariter ei non fuit facta.*
3 *Intimationis executio, si patiatur aliquem defectum, sanatur dum intimationis notitiam pars habuit.*
4 *Et hoc præsertim, ex capite contumaciæ, vt contra contumaces, possit relaxari declaratoria.*
5 *Intimationis notitia satis dicitur peruenisse ad notitiam alicuius, dum ad se defendendum constituat procuratorem.*
6 *Citationis, vel intimationis satis dicitur quis habuisse notitiam, dum pars fatetur se eam habuisse.*
Confessione propria nulla maior est probatio, num. 7.
8 *Contumacia in parendo mandatis Rotalibus, quando satis dicatur constare.*
9 *De contumacia satis constat, dum non docetur de paritione.*
10 *Declaratoria vt euitetur, debet constare de paritione saltem verbali.*
11 *Quod procedit, etiam si paritio actum aliquem positiuum non requireret.*
12 *Contumacia aduersus mandatum Rotale, apertè conuincitur, dum aduersus illud fuit constitutus procurator.*
13 *Cùm ex hoc conuincatur aperta contumacia.*
14 *Contumacia satis arguitur si contra aliquem fuit intimatum mandatum Rotale, vt desisteret ab aliquo actu, & ordinem datum in contrarium non reuocauit.*
15 *Actus aliqui, quando non possint excusari à vitio attentatorum.*
16 *Attentata, vt purgentur omnia sunt reducenda in pristinum.*
17 *In Attentatorum reuocatione sunt, quoque restituendi fructus.*
18 *Vel saltem ad hunc effectum, soluenda est aliqua di-*

ctorum

ctorum fructuum pars cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione.
19 *Declaratoria excommunicationis, quando sit relaxanda contra Capitulum, & Canonicos.*
20 *Capitulum, & Canonici, quando sunt excommunicandi ob eorum proteruiam obediendi mandatis Rotalibus.*
21 *Ab ista excommunicatione excipiendi Canonici illi, qui se offerant obedire parati.*
22 *Executor mandati Rotalis, quando dicatur commisisse attentatum, & vide num. 23.*

D E C I S I O LX.

INtimatum sub die 19. Maij 1654. fuisse Abbatissæ, &
Canonissis aduersarijs mandatum Rotale reuocato-
rium attentatorum, ac respectiuè de manotenendo ad fauo-
rem Annæ Salome à Bargh, easque simul congregatas re-
spondisse se illud pro intimato acceptare constat ex fide No-
1 tarij actuarij, cui tanquam de re spectante † ad eius offi-
cium præstanda fides, Put. *decis. 5. num. 11. lib. 3. in corr.* Rot.
in Colombrien. Decanatus 27. Ian. 1595. coram Lotta impres.
apud Marches. *de commiss. tom. 2. fol. 2221. in decis. 624.*
num. 1. part. 1. recent. in Cracouien. attentat. 17. Iun. 1652. co-
ram me.
Et esto, quòd intimationis exequutio aliquem pateretur
2 defectum † puta, quòd Canonissæ tunc non essent capitu-
lariter congregatæ, vel similem, quia tamen ex infra dicen-
dis actibus capitularibus per eas successiuè gestis constat
3 † Intimationis notitiam, etiam hoc nomine ad illas deue-
nisse hoc satis esset, vt ex capite contumaciæ fieri posset de-
4 claratoria † excommunicationis contra singulas, & interdi-
cti contra Capitulum, *vt ex text. in Clemen. causam in fin.*
de elect. tradit in terminis censurarum Alter. *de censur. di-*
sput. 3. lib. 3. cap. 2. vol. 2. vers. tertius casus, post Felin. *in cap.*
cum sit Romana n. 15. de appell. Modern. *Mediolan. de cens. in*
Com. disput. 1. qu. 1. punct. 9. sub n. 9. vers. tertius est, Caputaque
decis. 249. in fin. lib. 1. in manuscript. Seraph. *decis.* 1094. Rot.
decis. 11. in fin. de dol. & contumac. in nou. & in Leodien. Ab-
batissatus 8. Apr. & 20. Iun. 1642. coram Reuer. Episc. Tarra-
cinen. in Monopolit. iurisdictionis 10. Febr. 1647. coram me.
Nimirùm biduo post nempè sub die 21. Maij Abbatissa,
& Canonissæ Capitulariter congregatæ à prædicto man-
dato appellarunt, & specialem Procuratorem ad prosequen-
dam hanc appellationem constituerunt, vnde resultare
5 scientiam † citationis indubitatam, etiam ad effectum vt
procedi possit ad censuras, dixit Felin. *in d. cap. cum sit Ro-*
mana n. 15. Rota *d. decis. 11. de dol. & contum. in nou. d. decis.*
1296. n. 1. apud Seraph. *decis. 500. sub n. 2.* apud Caual. *decis.*
48. n. 22. & 23. ac n. 37. part. 4. tom. 2. recent. & in d. Leodien.
Abbatissatus §. fin. in Cracouien. propositura Sancti Floriani
12. Decembr. 1650. §. certo inquam, coram me, Eo magis,
6 quia ibidem asseruerunt † sibi mandatum fuisse intima-
tum, ibi, *Mandato, &c. ante biduum intimato, &c.* &
sic legitima intimatio probatur etiam ex earum confessione,
7 † qua nulla maior probatio, *cap. per tuas de probat.* Butat.
decis. 121. num. 1.
Earumdem verò Abbatissæ, & Canonissarum contuma-
8 cia in † paren. mandantis Rotalibus satis probatur, tum
9 quia seruatis terminis de stylo seruari solitis † de paritione
non docuerunt, nec saltim verbaliter parere obtulerunt,
10 vt ad euitandam † declaratoriam necesse est, etiam quando
11 paritio actum aliquem positiuo non † requirit, Rot. *dec. 319.*
n. 1. part. 2. rec. decis. 614. n. 2. part. 3. decis. 272. num. 3. inter im-
press. apud Modern. Perus. de manut. in Burgen. decimarum
11. Febr. 1650. §. quia præter coram R. P. D. Cerro, in Leodien.
Vicaria 4. Iulij 1653. §. neque coram me, tum quia ab eodem
mandato sibi intimato vt supra, & appellationem prose-
12 quendam † specialem Procuratorem constituerunt, quod
13 apertam non parendi voluntatem, & contumaciam † præ-
sefert, vt ponderauit Rot. *decis. 62. num. 1. inter impress.* post
Cens. *de Cens. & in alijs relatis in Barchinonen. iurisdictionis*
5. Iulij 1649. §. 9. coram me, in d. Cracouien. præposit. Sancti
Florian. §. apertissima coram me, & in decis. 272. n. 4. apud
Modern. *Perus. de manutent.* ac respectu Abbatissæ contu-
macia resultat etiam ex eo quod Abbatissa non reuocauit
14 prohibitionem † à se alias factam Canonissis, ne Annam
Salome à Berghe in Camerariam recognoscant, ac aliam
15 electionem Camerariæ à se pariter factam, † quas attenta-
tas esse decisum fuit 6. Martij 1654. coram me, & reuocare
debuisse dubium non est, quia pro reuocatione attentato-
rum, † reponenda suo omnia in pristinum statum alias est 16
locus declaratoriæ, vt in fortioribus terminis dixit Rota
decis. 134. num. 8. decis. 163. num. 3. inter impress. apud Mo-
dern. *Perus. de manut. decis. 274. num. 2. & seqq. part. 5. recent.*
& in Marsicen. iurisdictionis 10. Maij 1649. §. nec Archipre-
sbytero coram me, sunt etiam restituendi fructus, † ad quo- 17
rum restitutionem mandatum Rotale condemnat, *vt in ter-*
minis declarater. Butat. *decis. 947. num. 2.* Gregor. XV. *decis.*
30. sub num. 1. decis. 50. eodem num. Rota *in supracitata Leo-*
dien. Vicaria §. 2. quia coram me, vbi in §. seq. dicitur, † quod 18
saltem facto deposito alicuius quantitatis debet iudicialiter
offerri residuum sequuta liquidatione, *iuxt. decis.* Achil. *1. n. 1.*
de sent. excom.
Probata ex his contumacia Abbatissæ, & Canonissarum
censuerunt DD. feren. esse declaratoriam interdicti † con- 19
contra Capitulum, & excommunicationis contra singulas
Canonissas, & Canonicos, *iuxt. dispositionem text. in cap. Ro-*
mana §. in vniuersit. de sent. excom. in 6. & notatur per Butriũ
in cap. capitulum 10. n. 21. de rescrip. Imol. *ibid. n. 12.* Soccin.
in cap. dilectus il 2. n. 67. de Simon. Couar. *var. resol. lib. 2. cap.*
8. n. 9. aliosque relatos in Triden. Decanatus, & Canonicatus
23. Maij 1642. coram Reueren. Archiepiscopo Tarraconen. &
in Monopolitana iurisdictionis 11. Febr. 1647. coram me.
Exceptis tantùm Maria Magdalena, & Ferdinanda Tripes,
quæ obtulerunt se promptas, & paratas parere, † & vt ser- 20
uatum fuit in *Cæsaraugustana distribut. 15. Ianu. 1635.* coram
rec. mem. Coccino, *impress. inter rec. decis. 299. num. 4. part. 7.*
& in ead. 20. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro.
Non obstat attentatum executionis mandati Rotalis edu-
ctum, ex quo ille intimato mandato illud non remisit ad
Rotam † abstinendo ab vlteriori processu, sed vlterius pro- 21
cessit ad comminationem Censurarum, quod attentatum
reuocandum esse, dixit Rot. *in decis. 442. num. 1.* apud Mo-
dern. *de manut. & in Brundusina Archiepiscopat. 2. Maij*
1652. coram clar. mem. Coccin. vbi subditur, quod interim
non est danda declaratoria, quia † non constat executorem 22
deuenisse ad publ. comminationem Censurarum, & Anna
in hac parte illius comminatione non vtitur, imò & quate-
nus opus sit renunciat. Et ita decisum, &c. vtraque.

R. P. D. B I C H I O.

Bononien. Primogenituræ.

Veneris 25. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum Testamenti, dicitur in forma probanti, quando fuit extractum ab Originali à Notario, qui erat ad hoc deputatus, & hoc quantumuis Notarius, qui illud stipulatus fuit, mortuus sit, & etiam si non inueniatur Originale illius, cùm tunc istud habetur pro Originale.

S V M M A R I V M.

1 *De Notarij deputatione, quando non dubitatur, ex ipsiusmet Notarij attestatione ea probatur.*
2 *Instrumentum, quando plenam fidem, & executionem mereatur.*
3 *Instrumentum dicitur originale, si ab originali in publicam formam fuit leuatum.*
4 *Et hoc procedit, dum id fuit factum ab ipso Notario rogato, siue ab alio Notario, leuandi facultatem habente.*
5 *Notarius subrogatus in locum Notarij præmortui, facere potest, quidquid facere poterat ipse mortuus.*
6 *Instrumentum extractum ab Originali à Notario, qui illud poterat extrahere, probat absque alio originali.*
7 *Notarius non est nouum, quod de vno Instramento faciat plures imbreuiaturas.*
8 *Diligentia ad reperiendam aliquam scripturam, quando non sint sufficientes ad probandam negatiuam non existentia, & num. 9.*
19 *De Notarij fide, Lex non parum confidit.*
11 *Notarius sumpsisse authenticum Instrumentum ab originali vitioso non est credendum.*
12 *Instrumentum iam à Notario exemplatum, si pars*

aduersa eo iam vsus est, & obseruauit, amplius non potest dare, de eius inualiditate.

13 *Instrumenti approbatio, & obseruantia ex quibus iustificetur, & num. 14. 15. & 16.*

17 *Productiones scripturarum, quando sunt iudiciales, & effectum sortita, quid importent.*

18 *Scriptura in actis producta semel, semper probat, & fidem facit num. 19.*

20 *Productio non dat robur scripturæ, alias informi.*

21 *Productio, tunc non dat robur scripturæ, quando constat esse informem.*

22 *Verba enunciatiua adiuuant probationes factas, & num. 23.*

24 *Approbatio sufficit ad effectum iudicandi scripturam esse in forma probanti.*

25 *Recognitio manus Notarii in Instrumentis ab eo exemplatis, stante antiquitate temporis quando non sit necessaria, & num. 26.*

26 *Antiquitas 70. annorum est sufficiens ad effectum, vt non sit necessaria recognitio manus Notarii.*

27 *Et hoc maximè, quando pars aduersa vsa est Instrumento controuerso.*

D E C I S I O LXI.

AVditis hodie informantibus pro Dominis de Monte-
cuccolis aduersus decisionem sub die 1. Iulij anni
proximè antecedentis editam coram me, tandem Domini
confirmarunt non obstante obiecto, quod Instrumentum
Testamenti clar. mem. Card. de Podijs, ex quo petitur im-
missio non sit in forma probanti.

Quia Instrumentum exhibitum ex rogitibus Buccamatij
de dicto Testamento rogati extractum fuit per Notarium
Burgognonum ad id à Correctore, & Consulibus Societa-
1 tis Notariorum deputato, † de qua deputatione cum non
dubitetur, & ipsiusmet Notarij attestatione probetur Ca-
pitaq. *decis. 245. part. 2.* Mart. And. *decis. 14. num. 8.* Buratt.
decis. 667. num. 4. decis. 878. num. 2. Rota *in Nouarien. bonor.*
17. *Decembr. 1640. coram clar. mem. Coccino*. Idem Instru-
2 mentum plenam fidem, † & executionem meretur
rum vigore statuti Bononiæ *lib. 2. rubr. de instr. & act.*
§. *quibus testamenti fol.* 188. vt ponderauit Rota apud
Pen. *decis. 478. num. 1.* tum ex dispositione iuris communis
3 quo authenticum † dicitur Instrumentum ab originali in
publicam formam leuatum, siue à Notario rogato, *cap. cum*
P. Tabellio, cap. si instantia de fid. Instrumentor. Alex. *in Auth.*
4 *si quis in aliquo n. 5. in fin. C. de eden.* siue † eo defuncto alio
Notario leuandi facultatem habente, quia in locum Notarij
5 rogati † prædefuncti dicitur subrogatus, Menoch. *de adipisc.*
remed. 4. n. 655. Dec. *in d. Authent. si quis in aliquo n. 26. vers. 9.*
fallit Rota *decis. 503. n. 9. & 22. part. 4. tom. 2. rec. decis. 284.*
num. 10. & seq. part. 7. in dicta Nouarien. bonor. §. 1. in fin. coram bon. mem. Coccino.

Quamuis originale, seu Matrix hodie non exhibeatur,
6 quia ipsum exemplum † vim originalis habet, Conar. *pract.*
quæst. cap. 19. sub n. 3. Rot. *decis. 26. n. 9. part. 4. tom. 2. rec. & fuit*
dictum in supracitat. Nouarien. bonorum §. 1. enim vbi alleg. concord. nihil refragante, quod factis nuper diligentijs inter ro-
7 gitus † Buccamatij reperta non fuerit nisi quædam imbreuia-
tura informis, & mendosa, quia non est nouum, quod Nota-
8 rij plures imbreuiaturas † conficere solent, Paris. *cons. 28. n.*
21. lib. 2. Ruin. *cons. 144. n. 7. lib. 4.* Rot. *in Romana fideicom. de*
Victorijs 20. Mart. 1651. coram Eminentiss. Domino Cardinale Otthobono, & modernæ diligentiæ non conuincunt ne-
9 gatiuam † existentiæ alterius imbreuiaturæ de ann. 1589.
quo fuit facta exemplatio, dum exemplãs asseruit extraxisse
ex rogitibus, nec de aliquo vitio Matricis mentionem facit,
vt in his terminis respondet Menoch. *de adipisc. remed. 4. sub*
10 *num. 654. vers. nec aduersatur*, vbi dicit rationem, † quia ex
quo lex multum de Notarij fide confidit, non est credendum
11 Notarium sumpsisse † authenticum ab originali vitioso ipsius
vitio suppresso, Berou. *cons. 139. sub num. 9. lib. 2.* Rota *in d.*
Nouarien. bonor. §. quod autem.

Eo magis quia vt infra dicetur, Testamentum Card. à
Buccamatio rogatum, & à Burgognono in publicam for-
12 mam exemplatum partes, & ipsimet Aduersariorum aucto-
res approbarunt, obseruaruntque, vnde resultat eiusdem ro-
gitus, & exemplationis veritas, itaut amplius impugnari non
possit, vt in terminis ad effectum immissionis, *ex remed. l.*
fin. C. de edict. Diui Adr. toll. tradit Peregr. *cons. 64. num. 17.*
num. 19. & seq. lib. 1. Rota *in Bonon. fideicomm. de Amorinis*
18. May 1648. §. non obstant coram R.P. D. meo Meltio, & in
Romana seu Ianuen. Cambij 27. Nouembris 1651. §. quoad
primum vers. sicut coram me.

Approbatio verò, † & obseruantia apparet, quia hæredes 13
Cardinalis in vim testamenti à Buccamatio de anno 1554.
rogati hæreditatem adiuerunt de anno 1556. *Summ. Celesij*
num. 1. Deinde anno 1560. eodem hæreditario titulo, & in
vim eiusdem Testamenti concordiam inter se inijuerunt,
† in qua sibi ad inuicem bona hæreditaria assignarunt, legata 14
à Cardinali in dicto Testamento relicta soluerunt, & in
specie reseruarunt iura primogenituræ de qua agitur, ibi,
saluo tamen iure Primogenituræ casu quo, &c. iuxta tenorem
Testamenti dicti Cardinalis Testatoris d. Sum. n. 2. litt. D. &
sub litt. G. ibi, *de quo rogatus extitit D. Iacobus Boccamatius*
Notarius, & Causidicus Bonon. de ann. 1554. & infra, ibi, *saluo tamen iure Primogenituræ, &c. iuxta tenorem Testamenti*
prædicti. Insuper sumptum de cuius legalitate † agitur extra- 15
ctum fuit de anno 1589. ad instantiam Ioannis de Podio, &
productum coram Vicario Archiepiscopali, qui successiuè
sententiam producenti fauorabilem tulit eximẽdo quædam
bona hæreditaria Cardinalis à fideicommisso ad effectum
ex illorum pretio soluendi debita Cardinalis d. Sum. num. 3.
similisque productio facta fuit de ann. 1634. à Ioanne Podio
Aduersariorum auctore coram Auditore Generali Bono-
niæ in Iudicio per Lucatellum contra ipsum moto super ca-
ducitate † à Palatio primogenituræ subiecto ob tractatus, & 16
Instrumenta desuper inita cum Marchione Francisco de
Montecuccolis contra præceptum Cardinalis Testatoris in
quo Iudicio emanauit pariter sententia fauorabilis cum re-
seruatione iurium Primogenituræ ad fauorem Lucatelli in
casum obitus, ibi, *saluo semper, & reseruato iure eodem D.*
Lucatello petendi d. Palatium vigore testamenti q. Eminentiss. D. Cardinalis in casum mortis dicti D. Ioannis d. Sum. n.
4. Cùmque hæ † productiones sint iudiciales, & effectum 17
sortitæ fauore producentium efficaciorem includant appro-
bationem, & confessionem veritatis Testamenti eiusque
exempli, Peregr. *cons. 64. sub n. 20. vers. sed quia sæpè in Iudicijs*
lib. 1. Mastril. *decis. 43. sub num. 7. & 8. & num. 13.* vbi quod
† semel productum in actis facit perpetuam fidem, Surd. 18
cons. 151. num. 16. Rot. *decis. 671. num. 4. in fine part. 1. diuers.*
& in d. Nouarien. bonorum §. 1. vt fuit, vbi subditur, quod con-
fessio ex huiusmodi productionibus resultans afficit † etiam 19
successores ad effectum iudicandi sumptum productum esse
in forma probanti in eorum præiudicium.

Quapropter non vrget, quod productio non det robur
scripturæ alioquin informi, quia procederet obiectum, si
verè constaret scripturam † esse informem, & pateretur 20
defectus legales, quos producentis consensus supplere non
posset, secus in casu nostro, quo negatur informem esse Ma-
tricem ex qua Instrumentum leuatum fuit, & producens
vigore eiusdem Instrumenti sententias fauorabiles obtinuit,
tunc † enim illud esse in forma probanti negare non potest 21
etiam in alio Iudicio, vt in terminis fideicommissi Rot. *decis.*
384. num. 2. part. 2. rec. & in Meleuit. fideic. 13. Martij 1652.
coram me.

Eo minus concurrentibus vltrò enunciatiuis dicti testa-
menti, & Primogenituræ † emissis in Instrumento vendi- 22
tionis lapidum d. Sum. num. 6. & in alio concordiæ rogat. de
anno 1582. *Sum. ibid. num. 5.* necnon capitulis conuentis de
anno 1626. inter Ioan. & Ludouicum Pogium ex vna, &
Com. Franciscum Montecuccolum ex alia super venditio-
ne Palatij controuersi cum obligatione faciendi multipli-
cum ad fauorem vocatorum in d. testamento, & Primoge-
nitura Cardinalis Sum. num. 7. adeò quod nullatenus hodie
negari † valeat integra fides Testamento, & exemplo ab 23
ipso ferè initio per longissimum tempus toties approbato,
& semper obseruato, vt in terminis exempli Seraph. *decis.*
1192. *n. 2.* Add. ad san. mem. Greg. XV. *decis. 469. sub litt. D.*
vbi ampliat quamuis non constet de obseruantia scripturæ
in omnibus ibi contentis, Rot. *decis. 184. num. 9.* vbi quod
† approbatio sufficit ad effectum iudicandi scripturam esse 24
in forma probanti, *& num. 32. & 33. part. 6. recent. decis. 33.*
num. 6. & 7. apud Comitol. *& in sæpè citata Nouarien. bonor.*
§. 4. ac tandem coram clar. mem. Coccino.

Hinc neque obstat, quòd recognita non fuerit manus
Notarij Burgognoni, quia antiquitas † temporis iuncta su- 25
pra deductis approbationibus, & obseruantia non æquiuo-
ca, vt in casu *decis. 154. n. 29. part. 4. tom. 2. recent.* sed ipsum
Testamentum, & Primogenituram respicienti † adimit 26
reco-

recognitionis necessitatem, Seraph. *decis.* 1481. *num.* 2. Rota *inter recent. decis.* 693. *num.* 2. *&* 8. *part.* 3. cum alijs allegatis ab Add. ad Burat. *decis.* 667. *num.* 11. vbi quod ad hunc effectum sufficit antiquitas 70. annorum, maximè quia Ad-
27 uersariorum auctores † similiter exemplo eiusdem Notarij vsi vt supra fuerunt, Rot. *decis.* 671. *num.* 4. *&* 5. *part.* 1. *diuers.*

Quo verò ad purificationem Primogenituræ fauore Cellesij subsistunt fundamenta vix in hoc exaduerso impugnata primæ decisionis cui standum esse resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Calaguritana Beneficiorum de Cornago.

Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Ad beneficium, quando sunt plures qui concurrunt, ille venit præferendus, qui est ætate maior, qui est Sacerdos, qui fuit prius sacris ordinibus initiatus, qui fuit approbatus ad audiendas confessiones fidelium, qui est Doctor, qui est legitimus, vt habetur hic.

SVMMARIVM.

1 *Ad beneficium quando plures concurrunt, ille est præferendus, qui digniores habet qualitates.*

2 *Ætas probatur ex fide Baptismatis.*
Ætate quando quis est maior, iste est præferendus, inter plures concurrentes ad beneficia, num. 2.

3 *Ætas maior sicuti arguit maiorem prudentiam, & maturitatem ita præbet præcedentiam.*

4 *Character Sacerdotalis præbet prælationem in concurrentibus ad beneficium.*
Ordo Sacerdotalis probatur ex litteris patentibus ordinarij, num. 4.

5 *Ordo Sacerdotalis tribuit prælationem quoad concurrentes ad beneficium, licèt ipsum beneficium non sit Sacerdotale.*

6 *Ad beneficium concurrentes illi præferuntur, qui prius fuerunt promoti ad sacros Ordines.*

7 *Approbatus, quando quis est ad audiendas confessiones fidelium ista qualitas operatur, vt quis ex pluribus concurrentibus ad Beneficium præferatur cæteris.*

8 *Curam animarum si quis concurrens ad Beneficium habuit, operatur, vt iste præferatur cæteris.*

9 *Doctoratus qualitas præbet prælationem, cæteris concurrentibus ad beneficium.*

10 *Doctor, non doctori præfertur.*

11 *Legitimus præferendus est illegitimo ad assequendum beneficium.*

12 *Ius commune est fortius, quàm priuilegium.*

13 *Ad Beneficium obtinendum, quis fatetur se inhabilem, dum de eo, quod obtinet petat coadiutoriam.*

14 *Effectum, ea quæ non habuerunt, non attenduntur.*
Confessio, quoad vnum effectum non attenditur quoad diuersum, num. 14.

15 *Ex inhabilitate ad beneficium onerosum, non infertur ad inhabilitatem beneficij simplicis, nullumque seruitium requirentis.*

16 *A sententia Ordinarij præferentis aliquem ad beneficium, admittitur appellatio, & num.* 17.

18 *Appellationis à termino pendente, omnia gesta de eo tempore dicuntur attentata.*

19 *Appellatione stante, omnia acta dicuntur attentata, & ista attentata sunt grauiora alijs, & num.* 20.

21 *Attentata, & nulla ea, quæ sunt, non habentur in consideratione.*

22 *Auditor Rotæ, quando valeat instituere ad beneficium.*

23 *Inter plures concurrentes ad beneficium est præferendus ille, qui est dignior.*

24 *Consuetudo Regionis in adiudicandis beneficijs dum est approbata, est attendenda.*

25 *Et tunc multò magis, dum desuper adest Constitutio Apostolica.*

26 *Attentata ea, quæ sunt, & carent titulo Canonico, non afferunt impedimentum.*

27 *Qualitates maiores habens est in omnibus præferendus alijs concurrentibus ad beneficium.*

28 *Fructus antecedentes beneficij, vt quis obtineat, quid requiratur.*

DECISIO LXII.

IN concursu simplicis beneficij vacati per obitum Francisci Villanouæ in Ecclesijs vnitis S. Petri Oppidi de Cornago, iuxta loci consuetudinem duobus filijs Patrimonialibus dimidiatè conferendi fuerunt per sententiam Vicarij declarati illegitimos appositores Petrus Ballexo, Antonius Luna, & Philippus Martinez, non attenta Petri oppositione, quod Antonius tanquam exterus reijciendus esset, à quo propterea interposita appellatione, tam à d. sententia, quàm à subsequuta Examinatorum relatione, alijsque actibus præsentationis, & Institutionis, à d. Antonio, & Philippo reportatæ, necnon eorumdem reintegrationis, ad aliud integrum Beneficium medio tempore vacatum. Causa mihi commissa dedi dubium, cui dd. beneficia essent adiudicanda, hodie à Dominis resolutum fauore Petri, qui præter cætera requisita Constitutionis Clementis VIII. super his beneficijs
æditæ, † cæteros oppositores maioribus præpollet qualita- 1
tibus, idcircò est in adiudicatione præferendus, *cap. si forte 65. distinct.* Rota *in Calaguritana Beneficij de Bilbao 28. Iun. 1651. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, in Calaguritana Beneficij de Zerbera 28. Febr. 1652. coram Reuerendiss. D. meo Zarate, in Calaguritana Beneficij 10. Aprilis eiusdem §. propterea coram R. P. D. Meltio, & in alia de Ocon 1. Iulij in princ. coram R. P. D. Zarate, & passim in alijs.*

Est enim ætate senior, † vt ex fide Baptismatis, qua benè 2
probatur ætas, Rota *decis.* 159. *num.* 5. *coram Merlino, in Calaguritana Beneficij 27. Nouembris 1648. §. est vero Didacus vers. & è conuerso coram R. P. D. meo Bichio, & in d. Calaguritana Beneficii de Coton, §. & quidem coram R. P. D. meo Zarate.* Quæ qualitas † sicut arguit maiorem pruden- 3
tiam, & maturitatem ita præbet prælationem, Barbat. *cons.* 23. *n.* 13. Roland. *cons.* 47. *n.* 70. *lib.* 1. Lambert. *de iur. patr. par.* 2. *lib.* 2. *qu.* 2. *in princ. art.* 26. *n.* 4. Rota *in Calaguritana Beneficii de Ordona 4. Aprilis 1650. §. neque Mattheo, coram R. P. D. meo Peutingerio, in Calaguritana Beneficii de Toralua 10. Iun. 1650. §. dignior autem, in d. Calaguritana beneficii de Bilbao §. huiusmodi autem coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in d. Calaguritana Beneficii de Ocon 1. Iulii 1652. eodem §. & quidem 28.* Put. *vers. apparet coram R. P. D. meo Zarate.*
Idè probat character sacerdotalis, quo est † decoratus, vt ex 4
litteris patentibus sui Ordinarij in cōcursu alterius hunc or-
dinem non habentis, † etiamsi beneficiū non sit sacerdotale, 5
Gutier. *cons.* 2. *n.* 22. *in fin.* Larra *de Cappellan. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 17. Rota *in Calaguritana beneficii de la Casa de la Reina 27. Mart. 1648. §. quod autem coram Reuerendiss. Tarraconen. in d. Calaguritana Beneficii de Ordona §. cui qualitati coram R. P. D. meo Peutingerio, in Calaguritana Beneficii de Logrono 20. Nouembr. 1652. §. ex patentibus coram R. P. D. meo Verospio, in Calaguritana Beneficii de Lumareras 18. Mart. 1652. §. quod autem coram R. P. D. meo Meltio, & in d. Calaguritana Beneficii de Ocon. §. 2. in Sacerdotio coram R. P. D. meo Zara-
te.* Et pariter attenditur † quis prius fuit assecutus sacros or- 6
dines, & gradus, Io. de Platea *in l.* 2. *n.* 1. *C. de Primicer. lib.* 12. Natt. *cons.* 678. *n.* 56. 57. Barbos. *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 60. *n.* 101. Rota *in d. Calaguritana Beneficii de Taralua §. insuper Ioannes coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono, & in Calaguritana Beneficii del Ciego 6. Febr. 1651. §. maior autem vers. sic etiam coram R. P. D. meo Verospio.* Fuit etiā
approbatus, ad audiēdas fidelium † confessiones, vt ad effe- 7
ctum prælationis ponderat Lotther. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 31. *n.* 138. Rota *in Calaguritana Beneficii de Toralua, & in alia de Bilbao 28. Iun. 1651. eodem §. huiusmodi autem versic. & vlterius coram Eminen. D. Card. Otthob. in Calaguritana benef. de Alesanco 14. Feb. 1652. §. Nec dubitandū est vers. sed etiam cor. Reu. Tarracon. & in d. Calagurit. Benefic. del Ciego eodē §. Maior autem vers. sū ex deputatione coram R. P. D. meo Verospio.* Necnon ad † curam animarū quam qualitatem Rota 8
sēper magni fecit in similibus beneficijs, vt in *Calaguritana beneficii della Casa della Reina 4. Iul. 1646. §. & has verò maiores corā R. P. D. meo Verospio, in d. Calagur. Beneficii de Cregicerā eod. in d. Calaguritana Beneficii de Lumbreras §. multū*

etiam fauet coram R. P. D. meo Meltio, & in alia 10. Apr.
1652. §. *fauet praterea coram eodem, in Calaguritana Bene-*
ficij de Ense 26. Iunij 1652. §. Maiores verò coram Reuerendiss.
9 *Tarraconen.* Probat etiam se licentiatum, † prout præfe-
rendum esse graduatum in aliqua scientia, dixit in Capota-
quen. *decis.* 277. *part.* 1. Barbos. *d. alleg.* 60. *sub eodem n.* 101.
Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neapol.* 135. *num.* 2. *part.* 4. Et ita
10 Doctorem † non Doctori, Paris. *cons.* 28. *num.* 15. *lib.* 4. Rota
decis. 36. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* & *in Calaguritana Beneficij*
10. *Maij* 1639. *coram Reuerendiss. Tarraconen. et 7. Iul.* 1676.
coram R.P.D. meo Verospio, & in Calaguritana Beneficij de
Cornago 18. Iunij 1647. §. quod autem coram Eminentissimo
D. Card. Otthobono, & in alia 28. Aprilis 1652. coram eodem,
& 1. Iulij eiusdem anni coram R.P. D. meo Verospio. Ac de-
11 mum † tamquam legitimus, ac ideò habilis, de Iure com-
muni est præferendus Antonio Lunæ natatali habilitato per
viam dispensationis, & priuilegij, cum potentius sit ius com-
12 mune, † quam priuilegium, *l. eius militis, §. militia missus*
ff. de milit. testam. & in proprijs terminis Dec. *cons.* 542. *n.* 8.
in fin. Rota *decis.* 168. *part.* 2. *diuers.* & *in Meleuitana digni-*
tatis 4. Aprilis 1622. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Non obstat, quòd Petrus se inhabilem pronuntiauerit in
13 mandato procuræ † pro obtinenda enadiutoria in præbenda
ab eo possessa in Calaguritana Ecclesia, quia non probatur
14 id effectuatum, & huiusmodi † confessio emissa ad certum
effectum ei non nocet ad alium, Salic. *in l.* 1. *num.* 37. *C. de*
probat. Marsil. *in rubr. num.* 7. Albet. *in* 2. *part. Statut. qu.* 148.
& alij per Tiraquel. *in tract. res inter alios acta num.* 24. & 25.
Surd. *cons.* 571. *num.* 62. & *decis.* 250. *num.* 6. Rota coram
Buratt. *decis.* 200. *n.* 9. post Cens. *de cens. decis.* 148. *n.* 14. &
decis. 115. *num.* 13. *part.* 5. *recent. in Volaterana Prioratus*
6. Martij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, nec inhabilitas
15 quoad † Beneficium onerosum idem arguit quoad benefi-
cium simplex nullum seruitium requirens, ad text. *in l. Pa-*
pianus ff. de minor. Butr. *in cap. fin. num.* 42. *vers. si agitur de*
caus. possess. & propr. Surd. *cons.* 150. *num.* 94. *lib.* 1. Rota *de-*
cis. 8. *num.* 10. & *decis.* 370. *num.* 8. *part.* 5. *decis.* 59. *num.* 44.
part. 7. *recent.*

Minùs vrget præsentatio Beneficiatorum, & Institutio
16 exaduerso obtenta † ab Ordinatio, quia cùm Petrus appel-
lasset tùm à præcedenti sententia, qua Antonius fuit decla-
ratus filius Patrimonialis, prout appellare potuit Bald. *in l.* 3.
C. de Episcop. aud. num. 14. & *in Marg. Decretal. v. appell. qu.* 8.
Menoch. *de adipiscen. remed.* 4. *num.* 824. & 825. Gabr. *in*
addit. ad praxim. regist. lib. 3. *cap.* 10. *sub num.* 6. *vers. item ad-*
mittitur appellatio, Gonzalez *super reg.* 8. *Cancell. glos.* 9.
17 *n.* 188. Tùm à subsequuta Examinatorum relatione † appel-
latione admittente in his beneficijs simplicibus Patrimonia-
libus, Gonz. *d. glos. num.* 184. Garz. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2.
num. 244. Rota *in Calaguritana Beneficij 17. Februarij 1648.*
coram R.P.D. meo Bichio, in Calaguritana Beneficij de Lo-
grono 19. Febr. 1648. coram R.P. D. meo Verospio in princ. vers.
ac proinde licuisse, & in Calaguritana Beneficij 24. Ian. 1652.
§. ex affixione vers. vnde appellatio coram Reuerendissimo P.
D. meo Meltio. Posteriores actus præsentationis, & Insti-
18 tutionis redduntur attentati, † nedum quia facti penden-
te tempore ad appellandum, *cap. non solum de appellat.*
cap. 2. *vt lit. pend.* Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 17.
19 Sed † post interpositam appellationem, à quo casu grauius
20 redditur vitium attentatorum, † in terminis *in d. Calaguri-*
tana Beneficij 24. Ianuarij 1652. §. firmatis igitur coram R.P.
21 *D. meo Meltio.* Nec ideò sunt habendi † in consideratione
ad effectum adiudicationis, ac si facti non essent, sed intrat
22 arbitrium † Sac. Rotæ vbi pendet appellatio, iuxt. text. *in*
Clem. Auditor. de rescript. & fuit dictum *in d. Calaguritana*
benef. della Casa della Reina 16. Ian. 1647. coram Reu. P.D.
meo Bichio, & 27. Mart. 1648. coram Reuerend. Terracinen.
& in d. Calaguritana Beneficij da Zerbera 26. Febr. 1652. §.
non obstat in fin. coram Reuer. D. meo Decano.

23 Fuit igitur resolutum Petrum, † vti digniorem præferen-
dum esse in adiudicatione, tam primi Beneficij dimidiati,
quàm alterius integri postea vacati ad quod patet ei ascen-
24 sus iuxta antiquam consuetudinem † totius Diœcesis ratio-
nabilem, & à Iure approbatam, vt per *glos. in cap. fin.* & ibi
Gemin. *vol.* 6. *vers.* 3. *nota*, & Franch. *vol.* 3. *auth. in eadem*
gloss. Monet. *de opt. cap.* 2. *per tot.* & per motum proprium
25 fel. rec. Clementis VIII. vt dixit Rota coram Burat. *decis.* 195.
num. 1. & *in Calaguritana Beneficij de Autol. 19. Apr. 1613.*
coram Sacrato post Marches. *de commiss. part.* 2. *fol.* 478. *n.* 1.
& alia de Logrono 29. Ianuar. 1652. & in altero de Auseio 30.
Apr. 1654. §. 1. coram R.P.D. meo Verospio, licèt sit possessio-
ne destitutus penes Aduersarios existente, quia tanquam
† attentata, & carens Canonico titulo eis nullum Ius præ- 26
bet, nec Petrum impedire potest quin propter maiores qua-
litates, & præeminentias † integrum beneficium assequa- 27
tur, vt responsum fuit *in d. Calaguritana Beneficij de Logro-*
no 29. Ian. & in alia de Auseio §. non obstat. Id tamen pro-
cedere dixerunt postquam Petrus sententiam super adiuca-
tione primæ medietatis in qua † opus est, quod prius ius ob- 28
tineat, vt postea ad integrum tanquam fructum anteceden-
tis Beneficij, seu tituli super eo Canonicè obtenti ascendere
possit cùm ad instar optionis graduata tradatur ascensio,
Rota *decis.* 10. *de praben. in antiq.* & seruatum fuit *in d. Ca-*
laguritana Beneficij de Logrono 29. Ian. coram Reu. P. D. meo
Verospio, & in alia de Erse 26. Iunij 1652. coram Reueren-
dissimo Tarraconen. Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 131. cauet ad hoc, vt contractus à minoribus, vel Mulieribus gesti sint validi, vltra solemnitates exigit causam, quæ Iudici in scriptis est insinuanda, & vult vt plenè ea discutiatur. Verumtamen est, quod ad effectum validitatis contractus, non attenditur, quod causa expressa cedat in vtilitatem, sed sufficit esse in sua specie veram, aut saltim minoribus, aut Mulieribus non damnosam. Necessarium tamen est d. causam esse in totum veram, quia si esset in parte vera, & in parte falsa, omnia funditus essent nulla, & quidem ipso iure.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 151. *quid disponat circa validitatem contractuum, Minorum, vel Mulierum.*
2 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 151. *vltra solemnitates requirit, vt Iudici in scriptis insinuetur causa.*
3 *Causa in contractu Mulierum exprimenda, an debeat cedere in vtilitatem earum.*
4 *Et vtrum sufficiat, quod sit vera, aut saltim eis non damnosa.*
5 *Causa in contractu Mulierum, vel Minorum, iuxta Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 151. *requiritur, quod in totum sit vera.*
6 *Quia si causa in parte est vera, & in parte falsa, totus contractus, ac tota obligatio, & decretum Iudicis vitiatur.*
7 *Et quidem ipso iure omnia sunt nulla.*
8 *Fides facta ab Officiali, quando non veniat attendenda.*
9 *Ad societatem officij pecunia data, si ab illa extrahantur fructus primi semestris anticipatè, pars ista pecunia stant etiam sub periculo vita.*
10 *Intellige si decedat pars intra sex menses.*
11 *Sub causa falsa, non dicitur aliquid factum, si aliquid fiat de stylo.*
12 *Mulieris consensus in eius contractu, & Iudicis decretum in eo interpositum, reputatur indiuiduum.*
13 *Et sic dum causa expressa est in parte vera, & in parte falsa, contractus corruit in totum.*
14 *Contractum impugnare vti vsurarium, aliud est, & aliud vti nullum, & inualidum.*
15 *Obligationis causa quando est in parte vera, & in parte falsa, an corruat in totum contractus.*

DECISIO LXIII.

PEtebat Ioseph Ghislerius executionem mandatorum, quæ A. C. decreuit contra Dianoram obligatam in Instrumento Societatis officij sc. 2000. ad fauorem eiusdem Iosephi contractæ; Vnde proposui dubium iuxta rescriptum Signaturæ, An dd. mandata essent exequenda, quod fuit nega-

negatiuè resolutum. Iuducti DD. dispositione *cap.* 151. *lib.* 1.
1 Statuti Vrbis, vbi cauetur quod ad hoc, vt coottactus † à
mioorіbus, & mulieribus gesti sint validi, & ipsorum obli-
gationes in illis factæ substineantur vltra solemnitates eaigi-
2 tur causa, quæ Iudici † in scriptis exprimatur, innuetur,
& plenè discutiatur, *sicuti liquet ex ipsius Statuti lectura*, &
pluries fuit in Rot. decisum, *vt in decis.* 410. *sub num.* 6. *de-
cis.* 783. *num.* 3. *& decis.* 924. *num.* 11. coram Buratt. & apud
Merlin. *decis.* 714. *sub num.* 34. *inter eius impressas, & in rec.
decis.* 370. *num.* 13. *par.* 4. *tom.* 2.

Et quamuis eaistimatent tetinendam esse opinioonem,
quod ad effectum validitatia contractus mulieria non atten-
3 datur, † quod causa expressa cedat in illiua vtilitatem, sed
4 sofficiat esse in sua specie veram, aut † saltem illi oon
damnosam, prout alias Rota recedendo à decisis, *in eaasa
Romana Argentoram* 27. *Iunij* 1607. *coram san. mem. Gregor.
XV. firmauit coram fel. rec. Innoc. X. in Romana Saluiani in-
terdicti* 15. *Decembris* 1614. post Pacif. de Saluiao. *decis.* 56.
num. 10. & in alia *ibid. impress. decis.* 227. *nam.* 3. quas refert
Grat. *in discept. Forens. cap.* 952. *num.* 22. *&* 28. & deinde
fuit dictum *in Romana Domorum* 11. *Decemb.* 1645. §. *qua au-
tem coram R. P. D. meo Bichio, in Romana domancularum*
10. *Febr.* 1648. §. *subsistit pariter, &* 26. *Iunij einsdem anni*
§. *Iustitia verò, & seq. coram Reuerendiss. D. meo Decano,
& in Romana pratensa restitutionis dotis* 15. *Ian. &* 21. *Iunij*
1649. *coram R. P. D. meo Peutingero*.

5 Certi Iuris tameo esse dicebatur † requiri causam in to-
tum veram, sufficientem ad substineodam obligationem in
tali causa fundatam; quia si eausa exposita partim vera sit,
6 & partim † falsa, totus cootractus, totaque obligatio cor-
ruit, decretum ioibi interpositum in totom pariter vitiatur,
l. magis puto 5. §. *si as alienum ff. de reb.* coram Bart. & Ca-
streos. *in l. si non sortem* 26. §. *si centam ff. de condit. indebit.*
Ruin. *consil.* 160. *num.* 27. *lib.* 2. Rolan. à Valle *cons.* 7. *na.* 86.
lib. 3. Hond. *cons.* 32. *num.* 3. *lib.* 1. Gratian. *discept. Forens.*
691. *num.* 32. Rota coram Merlin. *decis.* 540. *n.* 2. *in fine, & n.*
2. *& decis.* 575. *eodem num.* 11.

In proposito autem casu visum fuit deficere huiusmodi re-
quisitionem Dianora enim præmia narratiua, quod Cattulus
eius vir emerat à Marchione Alphonso Theodulo Teuutam
nuucupatam la Montagnana pretio scutorum 6600. & pro
paghis matutatiaiam fuerat contra eum relaxatum manda-
tum eaequtiuum ad effectum illas soluendas, & Virum à
molestijs liberandi in hac Societate officij scut. 2000. se obli-
gauit, bonamque fidem erga officiales recognouit, & nihi-
lominuanon fuerunt in hanc causam soluta eidem Marchio-
ni creditori omnia præfata sc. bis mil. sed solum illi certum
officium Iannizzeratus pro pretio currenti, tunc iuata atte-
stationes Proxentarum ascendente ad scut. 1620. ex quibus
apertè colligitur causam satisfactionis debitæ Marchioni, &
Iudici expositam esse minua veram quoad scut. 380. remа-
nentia pro complemeuto dd. sc. 2000. quæ propterea reddit
7 contractaio societatem officij obligationem mulieris, † ac
dectetum Iudicis desuper interpositum ipso iute nullum, *l.* 1.
§. *hac verba ff. nouis fiat*, & Dec. *cons.* 403. *num.* 20. *Rota in
Vrbinaten. Pradij* 23. *Maij* 1653. §. *non obstat consensus co-
ram R. P. D. meo Bichio, & in Romaaa domus* 31. *Maij pra-
teritis* §. *ex defecta causa in fine coram me*.

Non obstat, quod officium Iannizzetatus à Ghislerio in-
solutum initæ Societatia officij Cattulo assignatum fuerit in-
ter eos valuratum scutis 1800. hocque pretium sit attenden-
dum iuxtà alteram Proxenetarom fidem; Responsum enim
8 fuit prædictam fidem in casu, de quo agitur † oullius esse
releuantiæ, quia vis uon stat io eo, quod conuenerant Cat-
tulus, & Ghislerius, sed in eo quod Marchio ooluit recipe-
re in satisfactionem sui crediti officium prædictum pro pre-
tio in dd. scut. 1800. coonento, sed pro curreoti, quod erat sc.
1620. & cum bac expressa Marchionis declaratione mioiste-
rio Procuratoris per eum constituti, & interessentis fuit sti-
pulatum Iostrumeotum, vt legitur in Chirographo ibid. in-
serto, ideòque pro maiori summa vltra illam, quæ non ce-
debat in causam Iudici narratam, & insinuatam ooo debuit
contrahi societas, & contracta in nolla parte valere potest,
Natta *cons.* 162. *num.* 7. Gratian. *discept. paris.* 162. *n.* 18. Rut.
dec. 630. *num.* 3. *par.* 2. *rec.* alijsque superiùs citati.

Nec facit, quod Ghislerius creditor retinuerit pro fructi-
bus primi semestris anticipatè permissis io societatibua offi-
ciorum scut. 100. & pro bae rata, quę demitur ex sorte prin-
9 cipali, eo quia tota † est in periculo si decedat infrà sex
menses ille, qui dedit pecuuias, vt de stilo testantur Boc-
cac. *de Soc. offic. qu.* 1. *num.* 38. Zacch. *eodem tract. n.* 359. non
videtur posse dici falsa causa obligationis, quia omisso an
10 id fieti potuit † absque liceotia Iudicis, qui decretum inter- 11
posuit ad hæc remaoentia scuta 280. nempè Centum, quæ
io contanti soluta Cattulus, & Dianora penès se tetinuetuot,
& reliqua scut. 180. habita tatione ad valorem cuttentem
officij, non autem à Iosepho dd. Cooiugibus valutatum,
quæ efficiunt, vt obligatio mulietis inualida reddatur, quia
tam illius † consensus, quàm Iudicis decretum reputatur 12
indiuiduum ad finem, vt vitieotur etiam in parte vera si pro
alia parte falsa, & † minus subsistente non erat interponen- 13
dum, *l. si idem* 11. §. *fin. ff. de iurisd. omn. Iud. l. in hoc* 28. *ff.
de reb. eor.* Bald. *in l. certi conditio* 9. §. *qaoniam sub num.* 8.
vers. secundum si Iudex, Dec. *num.* 4. Soccin. *nu.* 19. *ff. si cert.
pet.* Roland. à Valle *in d. consil.* 7. *num.* 88. *lib.* 3. Gratian. *di-
scept. Forens. cap.* 122. *num.* 5. *&* 6. *& cap.* 447. *nu.* 42. Man-
gil. *de euict. qu.* 146. *num.* 7. Rota *in d. decis.* 575. *num.* 12. apud
Merlin. *in d. Vrbinaten. Pradij coram R. P. D. meo Bichio* §.
non obstat consensus, & in eadem Romana Domus d. §. *ex de-
fectu causa in fine coram me*.

Quemadmodum nec etiam vis aliqua facienda est in alle-
gata querela criminali contra Ghislerium porrecta, quoniam
hodie non impugnatur à † Dianota contractus tanquam 14
vsurarius, vt deducitur in sententia absolutoria per eundem
Ghislerium reportata, sed causam suæ obligationis minus ve-
ram, & congruam io parte fuisse ostendit, & consequenter
nulla † fuit ex præallegatis. 15

Et ex hoc fundameoto, vtraque parte informante puta-
runt DD. mandata † non esse eaequenda cum cætera de- 16
ducta visa sunt sublata ex responsionibus datis per informan-
tes pro Iosepbo, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Segobieñ Beneficij.

Veneris 25. Ianij 1655.

ARGVMENTVM.

Beneficij collationem sub certa conditione habens, si illud conferat sine interuentu d. conditionis perperam dicitur illud conferre. Regula Cancellarię de Triennali possessore, vt dicatur interrupta per litem, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Mense Maij est reseruatus.*
2 *Beneficij valor, ex quo dicatur probatum, quod non excedat fructus 24. Ducatoram.*
3 *Beneficium vacans, qaando fuit collatum, non est amplius locus collationi.*
de Beneficij antecedenti collatione, quando constat, vacationis remanet consumpta.
Et non habetur amplius in consideratione, num. 3.
4 *Beneficium, quod eius fructas excedant valorem 24. Ducatorum iustificari potest ex testibus.*
5 *Beneficij collatio, quando alicui fuit indulta sub aliqua conditione, sica non fuit iustificata, non tenet talis collatio.*
6 *Possessio triennalis beneficiorum, qaid operetar.*
7 *Prascriptionem habens pro se potest allegare meliorem titulum de Mundo.*
8 *Possessor triennalis pacificas quis non potest dici, si ante lapsam triennij ei fuit mota lis.*
9 *Quoad regulam triennalem quis non potest dici, dum ante triennium fuit mota lis iuris, vel facti super re possessa in iudico, vel extra.*
10 *Effectam ea, qua non habuerunt, non valent interrumpere prascriptionem.*
11 *Citatio licet fuit decretata non tamen executa, non dicitur inducere litis pendentiam.*
12 *Possessio triennalis, quando est dupliciter triennalis, tunc multò magis intrat regula Cancellaria de Triennali.*
13 *Lis, & controuersia extraiudicialis, an interrumpant triennalem possessionem.*
14 *Mandatum procura nō probatur per assertionem Notarij.*
15 *Prescriptio, vt interrumpatur per litem motam per Procuratorem, docendum de ius mandato est, illudque exhibendum.*

16 *Pos-*

16 *Possessio beneficij, quando est nulliter capta, nihil operatur.*
17 *Possessio alicuius rei, vt valide capiatur per Procuratorem, debet constare de eius mandato.*

DECISIO LXIV.

PEr Obitum Pauli Sanchez vacauit de mense Maij 1642.
Beneficium, de quo agitur in Parochiali S. Iusti Oppidi de Coca, & Nuntius Apostolicus 4. Iunij subsequentis illud Ioanni de Morugodoi contulit à Sede autem Apostolica fuit de eo prouisus Raimundus Rainerius, quo sub die 13. Febr. 1651. defuncto Gregorio de Riofrio idem Beneficium vti vacatum per obitum Pauli in mense reseruato ob non expeditionem litterarum prouisionis Raimundi à san. mem. Innoc. X. 1. Martij 1651. obtinuit sibi conferri tandem die 14. Iunij eiusdem anni mortuo d. Ioanne Beneficium fuit ab Ordinario collatum Petro Munoz, inter quem, & Gregorium introducta lite iuxta mentem Dominorum hodie proposito dubio, an & de cuius bono Iure constet etiam ad effectum manutentionis contrà Gregorium informantem fuit resolutum.

Nàm cùm Beneficium istud iam esset de anno 1542. ab Hispanorum Nuntio collatum Ioanni ob vacationem, quæ
1 contigerat in Mense † Maij reseruato vigore suarum facultatum comprehendentium Beneficia in mensibus reseruatis vacantia, quorum fructus 24. ducatorum auri de Camera
2 valorem annuum non excedunt, † vt relatis earundem facultatum verbis testatur Garz. *de benef. part. 5. cap. 3. nu. 84.* non potuit sub die 1. Martij 1651. quo Raymundus nondum litteris super sua prouisione expeditis vita functus est, vel per obitum ante d. Pauli de d. Beneficio vti vacante prouide-
3 ri Gregor. quia stante † antecedenti collatione in personam Io: facta vacatio remansit consumpta, nec consequenter poterat ampliùs in consideratione haberi, *c. susceptum 6. de rescript. in 6. cap. 2.* vbi Ancaran. *num. 2. de praeben. eod. lib.* Lotter. *de re benef. lib. 3. qu. 14. num. 61. & 62.* Rota *decis. 691. num. 5. part. 2. decis. 440. num. 15. part. 4. tom. 2. & decis. 569. num. 10. part. 5. rec.* Duran. *dec. 79. num. 6. & 244. num. 9.* & coram bon. mem. Merlin. *decis. 157. num. 12.*

Non obstat, quod ex dictis Testium, & alijs pro Grego-
4 rio adductis satis † innotescat hoc beneficium excedere in valore ducatos annuos 24. Ideoque Nuntij Apostolici collatio non potuit Ioanni suffragari, dum illius facultas est re-
3 stricta, † & limitata ad Beneficia non excedentia d. valorem, vt ex sententia *Rot. in Calagurritana Archipresb. 3. Aprilis 1587. coram Gipsio,* refert Garz. *de benef. decis. 5. cap. 3. num. 182.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 2. proœmial. num. 56.* Idemque comprobat *Rota in Calagurritana Prastimonij 10. Martij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono §. tituli verò, & in Pampilonen. Benef. de Esparta 10. Decembr. eiusdem anni §. nullus autem vers. & propterea coram bon. mem. Arguelles,* quia cùm Ioannes 16. Iunij 1642. vsque ad obitum sequutum 14. Iunij 1651. extiterit in possessione d. Bene-
6 ficij intercessit possessio triennalis † cuius exceptio opposita cohibet quascumque molestias, & tuetur possessionem adeòvt nequeat contra eum excitari lis, neque in possessorio, neque in petitorio Rebuff. *in prax. benef. super 3. part. sing. in verbo A.C. reg. vers. sed si quis,* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 53. num. 7. & 11.* Cassad. *decis. 5. num. 5. de restit. spoliat.* Rota coram bon. mem. Buratto *decis. 20. num. 9. & 280. n. 1. & in rec. num. 12. & 13. par. 7.* illumque defendit etiam aduersus prouisum Apostolicum, Buratt. *d. decis. 208. num. 2. &*
7 *l. eius,* præsumit habere quodcumque † ius, quod sit melius in mundo, vt vulgò dici consueuit Paris. *cons. 81. num. 1. & seq. lib. 4.* Mohed. *de caus. possess. & propriet. decis. 15. num. 2.* Mant. *decis. 50. num. 10. Rota in Lucana Capellania 1. Iulij 1650. in princ. coram R. P. D. meo Bichio, & in Anglonen. Archipresbyteratus 17. Maii 1652. coram R. P. D. meo Albergato, & in rec. decis. 119. n. 5. part. 6.*

Nec dicatur, quod hæc exceptio non competat Petro, ex quo Raymundus prouisus Apostolicus possessionem dicti Beneficij de mense Aprilis 1645. apprehendidit, sicque antè
8 completum triennium † possessio fuit interrupta, nec propterea censendum est Ioannem fuisse pacificum possessorem, qui quoad regulam triennali possessione ille dicitur, cui illa
9 mota fuit controuersia Iuris, † vel facti in iudicio, vel extrà super re possessa, Mandos. *ad reg. de annali 34. quæst. 26. sub num. 1. vers. breuiter,* Lotter. *loco superius citato nu. 19.* Rota *d. decis. 209. num. 10. & 699. nu. 1.* coram Buratt. Mant. *dec. 76. num. fin. & decis. 599. n. 34. & 40. par. 4. tom. 3. rec.* Quoniam vltrà quod pro iustificatione † adeptæ possessionis fuit 10
solummodò doctum, quod Breue Apostolicum de capienda possessione nomine Cameræ, tanquam exequutioni non demandatum non valuit operari effectum turbatiuum pacificæ possessionis Ioannis, vt in terminis communis causæ, & decretæ citationis, † sed nunc exequutæ, tradit Paris. *d. cons.* 11
81. num. 10. Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 53. n. 23. & seq.*

Aduertebant Domini, quod etiam si nunc appareret possessionem verè fuisse captam, & exindè aliqua extraiudicialis molestia desumi posset: Adhuc tamen ineuitabilis est triennalis perceptio, quia si durante triennio iudicialis lis non fuit mota effectus turbatiuus ex d. possessione resultans tantùm durauit, quatenus ipsa molestia, qua cessante triennalis fuit reassumpta, ex quo Ioannes, qui à dicto anno 1645. superuixit, & beneficium retinuit vsque ad annum 1651. nedum vnica, † sed duplicem aliam triennalem compleuit, 12
vt distinguit Mandos. *ad seq. de Annali qu. 42. in fin. vers. nec molestia,* Cassador. *dec. 6. num. 8. super reg. & latè firmatum fuit in Salernitana beneficij 3. Aprilis 1644. §. fin. coram R. P. D. meo Bichio,* semperque obstaret defectus litis iudicialis super possessione, ac controuersiæ extraiudicialis, per quam de facto essent illatæ molestiæ circa fructuum possessionem, vt ad hunc effectum exigitur, Mandos. *d. quæst. 42. ante fin. vers. postremò,* Garz. *super reg. de annal. quæst. 45. num. 8. vers. breuiter,* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 52. n. 35. & 36. & quæst. 53. num. 20. & 30. decis. 1254. num. 2. vers. quicquid,* Buratt. *in citat. decis. 280. & 699. vtrobique num. 3. & 583. nu. 5. addentes lit. C.*

Considerabant præterea DD. quod possessio Gregorij de controuerso Beneficio, fuit illius nomine sub die 7. Iunij 1651. apprehensa per Gabrielem de Laredo vti eius Procuratorem, de cuius tamen mandato non constat, nisi ex assertione Notarij in † Instrumento adeptæ possessionis, ex 14
qua non probatur illum realiter fuisse Procuratorem, & ad hoc ab eo constitutum, sed debet † exhiberi mandatum ad 15
notata in *auth. si quis in aliquo C. de eden.* Dec. *cons. 522. nu. 3. 4. & 5.* Surd. *decis. 28. num. 2. & 3.* Buratt. *d. decis. 208. n. 11.* vbi Add. *num. 15.* vndè non docto de prædicto mandato non iuuatur Gregor. tali † possessione nullumque ex ea potest 16
commodum consequi, quandoquidem vt acquiratur possessio Beneficij, opus est in mandato procuræ specialiter detur facultas illam capiendi, *l. 1. §. per Procuratorem ff. de acquir. possess. gloss. in cap. si tibi absenti 17. in verbo habuerit,* & ibi Geminian. *num. 4. de præben. & dignit. in 6.* Rim. *cons. 104. num. 5.* Rot. *decis. 2. num. 1. & sub num. 2. vers. secus verò, de Procurat. in nouis* coram Burat. *in sæpè citata dec. 209. n. 10.* Pen. *decis. 25. num. 5. & 6.* & apud Modern. *de manutent. decis. 587. num. 4.*

Et ita per contradictas, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papien.

Salisburgen. Iurisdictionis.

Die Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Ordinarius in Monasterijs Regularium existentibus intra limites suæ Diœcesis nullam habet iurisdictionem, circa regularitatem, vel Religionum institutum, aut regularem obseruationem, sed solum intendit in his, quæ pertinent ad eius ordinariam iurisdictionem, &c. Vndè si sit lata sententia, quod subsit Monasterium iurisdictioni ordinarij, qualiter illa sit intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Negatiua benè probatur ex reuolutione actorum, ad hoc vt non obstet validitati sententiæ.*
3 *Monasterium, dum probatur non habere separatum territorium, subest iurisdictioni Ordinarij.*
4 *Monasterium, quando subest iurisdictioni Ordinarij priuatiuè quoad Abbatem.*
5 *Decisiones, quando dubitari minimè potest, quin benè iustificent iustitiam sententiarum.*
6 *Pro sententiarum iustitia stat præsumptio iuris.*

7 *Sen-*

7 *Sententia dicitur iniusta, & excessiua, si det iurisdi-
ctionem Ordinarijs, quo ad iurisdictionem Regu-
larium.*
8 *Verba, quando sunt ambigua ob eorum generalitatem,
strictè sunt intelligenda.*
9 *Verba sunt intelligenda secundum eorum sensum, quæ ha-
bere possunt.*
10 *Verba sunt interpratanda prout de Iure sunt intelligenda,
& num. 11.*
12 *Declaratio benè fieri potest per Procuratorem ad hoc spe-
ciale habentem mandatum.*
13 *Ordinarij declaratio, quod non intendit habere aliam iu-
risdictionem in Monasterium Regularium, nisi quate-
nus de Iure attendenda est.*
14 *Ab animo alicuius, quando aliquid dependet, standum
videtur omninò eius declarationi.*
15 *Declarationi alicuius standum venit, magis, quam actibus contrarium denotantibus.*
16 *Quando sumus in materia in animo consistente.*
17 *Ordinarius non potest præiudicare successoribus.*
18 *Episcopi declaratio facta in iudicio contentioso, præiudi-
cat, tam successoribus, quàm Ecclesiæ.*
19 *Declaratio Episcopi facta prout de Iure, & iuxta tran-
sactiones antea factas præiudicat successoribus.*
20 *Quæ conclusio fortius intrat, & caret difficultate, dum
à Sede Apostolica confirmata fuit.*
21 *Confirmatio Apostolica supplet omnes, & quoscumque de-
fectus solemnitatum, quæ opponi possunt.*

DECISIO LXV.

CAusa ista per sententiam Rotalem iam terminata ad fa-
uorem Reuerendiss. Archiepiscopi Salisburgien. & in
hac causa secunda instantia iterum eaacta informante so-
lum eodem Reuerendiss. D. Archiepiscopo censuerunt Do-
mini illam esse confirman. quia valida, & iusta ex actis, &
deductis probatur.
De validitate constat ea reuolutione actorum, ex quibus
1 apparet de iurisdictiune citatione mandato † procuræ alijs-
que requisitis, *iuxta decis. Verall. 260. part. 2.* Rot. *decis.
589. num. 1. part. 1. & decis. 207. num. 1. par. 5. in rec.* &
alibi passim, & ex huiusmodi actis, quod remaneat
2 probata negatiua cuiuscumque validitatis † quæ opponi
posset, declarat Bart. *in l. fin. C. de reb. credit.* Alciat. *præs.
16. regul. 3.* Her. *de probat. negat. num. 167.* Becc. *consil.
40. num. 2.*
Institia similiter est patens ex decisionibus in causa factis,
in quibus firmatum fuit partibus acerrimè Informantibus
3 Monasterium Sancti Lamberti non habere † separatum
territorium, sed esse Diœcesi Salisburgen. subiectum, ideò
4 illud territorium † iurisdictioni Ordinariæ D. Archiepisco-
pi subesse eiusque Ecclesias Parochiales ibi visitan. ceterosque
actus iurisdictionales eaercendi ad D. Archiepiscopum pri-
uatiuè quoad Abbatem pertinere. Quæ quidem decisiones
5 non potest dubitari, quin iustitiam sententiæ † probent
cum in illis respondeatur singulis obiectis pro Abbate dedu-
ctis, Rota *in dec. 315. num. 4. part. 3. rec. 261. num. 3. part. 6. &*
6 *decis. 151. num. 3. & part. 7. in rec.* & pro illa stat † etiam
omnis præsumptio, vt benè firmat Alex. *cons. 132. num. 4.
& consil. 136. num. 14. lib. 2.* Rota *decis. 147. num. 7. part. 5.
recentior.*
7 Dici neque † potest, quod sententia huiusmodi sit iniu-
sta, aut excessiua ex eo, quod tangit iurisdictionem regula-
rem Abbatis, quia ea illius lectura apparet contrarium, sci-
licet ea esse restrictam ad Ordinariam iurisdictionem tan-
tum stantibus illis verbis ipsumque esse subiectum illius Or-
dinariæ iurisdictioni, sed quatenus etiam aliqua illius verba
8 essent ambigua ob eorum † qualitatem nihilominùs sunt
9 strictè intelligen. nec debent interpretari in illo † sensu
quem fortasse habere possent ex lata illorum significatione,
Rot. *decis. 393. num. 2. & 18. part. 5. recens.* & ideò intelligi
debent in ea parte, quæ de Iure venit eaequen. pro substinen-
10 da † sententia, nempè quo ad iurisdictionem Ordinariam
tantùm, non autem quoad iurisdictionem regularem, Cra-
uett. *cons. 188. num. 8.* Soccin. *cons. 91. num. 10. lib. 4.* Rota
decis. 450. num. 9. part. 1. diu. decis. 319. par. 1. rec. & coram
Buratt. *decis. 337. num. 24.* maximè accedente transactione à
Papa confirmata, & in actis exhibita ad cuius formam fuit
11 obtenta sententia, quæ † propterea eo magis intelligenda
venit prout de Iure, ac secundum illud recipere debet inter-
pretationem Alea. *cons. 46. nu. 3. lib. 1.* Crauett. *cons. 74. n. 9.*
Rota coram Seraphin. *decis. 984. num. 3. part. 4.* coram Bu-
ratt. *decis. 240. num. 10. & in recent. decis. 65. num. 7. part. 7.*
Circa hoc etiam remouetur quæcumque difficultas ea de-
claratione facta † per ipsum Archiepiscopum mediante 12
persona Procuratoris ad hunc effectum speciali mandato suf-
fulti, de quo in *Summ.* ipsius Archiepiscopi *num. 2.* ex quo
colligitur nullam ipsum prætendere iurisdictionem in dicto
Monasterio quoad regularitatem, † vel Religiosum insti- 13
tutum, & regularem obseruantiam, sed intendere solum-
modò in illo alijsque Ecclesijs anneais exercere suam ordina-
riam iurisdictionem, & quia hic agitur de materia depen-
dente ab animo ipsius Archiepiscopi, † standum omninò 14
videtur illius attestationi, seu declarationi ad *text. in l. qui
in aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. cum proponas n. 2.
C. de bon. auth. iud. possid.* cum alijs relatis per san. me. Gre-
gor. XV. *decis. 163. num. 4. & num 8.* vbi signanter loquitur
de expressa declaratione facta ab Episcopo, & firmat illi ma- 15
gis esse standum quam factis contrarium indicantibus,
† quia agitur de materia in animo consistente. 16
Nihil etiam facit, quod declaratio Archiepiscopi non pos-
sit præiudicare successoribus, qui ab eo nullam causam † ha- 17
bere possunt, Rot. *dec. 13. de procur. in nou.* cum pluribus alijs
relatis *in decis. 768. num. 4. part. 2. recent.* Quia in hoc casu
declaratio fuit facta ab Archiepiscopo in contentioso † Iu- 18
dicio, quæ propterea præiudicat iam successoribus, quàm
Ecclesiæ, ad trad. per Abb. *in cap. fin. num. 44. vers. secus si
per viam*, & ibidem Paris. *num. 54. in 3. conclus. de præscript.*
Rota coram Penia *dec. 588. num. 5.* & vlterius facta etiam
fuit super eo quod † Iuris est, ac emanauit ad formam, & 19
iuxtà tenorem transactionis in hac causa inter Archiepisco-
pum, & Abbatem, qui de tempore quo illa edita fuit existe-
bant, quæ posteà confirmata fuit etiam à Papa, vndè caret 20
omni difficultate, vt illa valeat, & quocumque tempore
etiam à futuris Archiepiscopis seruari debeat cum talis con-
firmatio † Apostolica suppleat defectus omnium solemnita- 21
tum, quæ opponi possent ad *tex. in cap. de pact. & cap. 1. de
transact.* Abb. *cons. 41. num. 3. vers. item omnis solemnitas*,
Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 36. num. 18.* Dec. *cons.
341. num. 112.* Gabr. *cons. 71. num. 10. & 13. lib. 2.* Surd. *cons.
245. num. 39. & cons. 249. num. 9. lib. 2.* Rot. *decis. 479. nu. 1.
part. 1. diuers.* Et ità resolutum fuit, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Apothecarum.

Die Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Ignorantiam qualitatis rerum emptarum, quando quis prætendere non valet, immò constat de eius scientia, quamuis etiam per relationem, nam tunc conqueri non potest de venditore, & maximè si emptor erat diligentissimus in rebus suis.

SVMMARIVM.

1 *In emptore requiritur certa scientia qualitatum rei
emendæ.*
*Scientia an illa dicatur certa, quæ habetur per relatio-
nem, num. 1.*
2 *In mandate non dicitur certa scientia, quæ habetur per
relationem.*
3 *Dictio*, seu, *quid importet.*
4 *Instrumenta duo, dum fuerunt facta eodem die, si si-
mul, & semel, & incontinenti facta sint, ac coram
eodem Notario, ac Testibus, dicuntur vnicum In-
strumentum.*
5 *Et hoc multò magis dum secundum habet relationem ad
primum.*
6 *Verbum*, residuum, *refertur ad partem.*
7 *Instrumentum approbans censetur habere notitiam
omnium contentorum in eo.*
8 *Diligentissimus, quando quis est in rebus suis non est ve-
risimile, quod aliquid acceptauerit, & eius qualitates
nesciuerit.*
9 *Venditor, quando non est verisimile, quod non certiora-
uerit emptorem de qualitatibus rei emptæ.*
10 *Certus non est amplius certificandus.*
Certificari non debet, qui non est ignorans, nu. 10.

11 *Ven-*

11 *Venditio non censetur stipulata, nisi pro ea parte, quæ pertinet ad venditorem.*
12 *Vendita rei confines, quando dicantur expressè specificati in instrumento venditionis.*
13 *Domus, & apotheca, quando dicatur existere in loco aptissimo ad negotium mercatura.*
14 *Apotheca, quando est in loco aptissime ad mercaturam, hoc est pretio æstimabile.*
15 *Apotheca, quod sit loco pretioso, quoad negotia, satis demonstratur, si vt ea habenda fuit soluta, vt dicitur vulgò,* vna bona vscita.
16 *Item si plures annata locationis anticipatè fuerunt soluta.*
17 *Pretium rei empta, quando quis non exbursauit, sed computauit suum creditum, minus soluisse dicitur.*
18 *Expensa rei communis socius partem suam soluere tenetur.*
19 *Creditum, quando non dicatur excomputatum pro solutione rei empta.*
20 *Ad solutionem expensarum rei communis, vt quis cogi possit, quid sit probandum.*
21 *Dispositio aliqua benè declaratur ab ipsa dispositione clarè loquente.*
22 *Ignorantiam, quando quis allegare non valeat.*

DECISIO LXVI.

SCiuisse Lucam Aretusium, quod domus, & apothecæ
sibi venditæ die 1. Decembris 1645. à Procuratore Ceci-
liæ Archileæ, ac Thomæ Fontanæ coniugum non specta-
bant ad venditores, nisi pro duabus ex tribus partibus, easque
tantùm emere intendisse constat euidentissimè ex verbis in-
strumenti venditionis, siquidem in eius dispositiua vendun-
tur domus, & apothecæ, cum relatione ad earum mentio-
nem suprà factam in procemio, ibi, *dictas domum, & apo-
thecam*. In procemio autem contrahentes locuti fuerunt de
domo, & apotheca prouenientibus ea fideicommisso Cæ-
saris Cæsarei cuius duæ tantùm tertiæ partes Cæciliæ, &
Guido Antonio auctori Thomæ Fontanæ, vnà cum dicta
Cęcilia venditores, & altera tertia pars Annæ Theresiæ
adiudicatæ fuerant per mandata Rotalia, ad quæ cum in
dict. procemio expressè relatio habeatur, ibi, *in prædictis
sententiis, & mandatis Rotalibus*, ad quæ, &c. perindè
est, ac si diuisio partium iuxta tenorem dicti mandati esset in
eodem instrumento expressa etiam ad effectum probandi in
1 emptore illius † certam scientiam, qualis dicitur quæ re-
sultat ex relatione ad aliud, Ruin. *cons.29.num.5. lib.2.* Bero.
cons.110.num.58.lib.2. Rot. *decis.* 1496.*num.3.&4.* coram
Seraphin. *& inter rec. decis.504.num.5.part.3. dec.432. n.7.*
2 *par.4. tom.2.* licet secus † esset si mandatum fuisset solum
enunciatum, in quibus terminis loquitur Rota *decis.621.
num.5. part.1. recent.*

Eo magis, quia nedum fuit facta relatio ad mandata Ro-
talia, sed etiam ad instrumentum inter Cęciliam, & Tho-
mam ea vna, & Guidum Antonium ea altera celebrata sub
die 11. Octobris 1639. & 10. Iunij 1643. in quorum primo
hæc bona diuisa fuerant in tres partes inter Cęciliam, An-
nam Theresiam, & Thomam gratisque dicitur relationem
restringi ad instrumentum rogatum die 13. Octobris, non
autem die 11. quia cùm nullibi constet aliud instrumentum
sub die 13. inter dd. partes rogatum fuisse relatio intelligenda
pernecesse est de rogato die 11. Maximè quia post enunciati-
uam diei 13. subsequitur dictio, *seu*, &c. quæ verè diei ex-
3 pressionem importat ad text. *in cap.1. de stat. regular. in 6.*
Ias. *cons.64.n.2.lib.1.* Menoch. *cons.817.nu.7.* Barbos. *dict.
363.num.14.*

Neque viget, quod sub die 11. duo reperiantur instrumen-
ta, vnum, præfatæ diuisionis, aliud, in quo Cęcilia ter-
tiam partem sibi in diuisione eadem die facta obuentam
4 assignauit Thomæ viro, cùm enim vtrumque † stipulatum
fuit simul, & semel, & in continenti, ibi, *eadem die 11.
Octobris 1639. & incontinenti, &c. coram eodem Notario,
& testibus*, vtrumque in relatione venit, eum pro vero ha-
beatur, Natt. *cons.115.num.1. in fine vers. nam ex quo sunt,
& num. seq.* Surd. *cons.551.num.10.* Soccin. *cons.773.num.4.
lib.2. vers.2. quia, Rota in Romana pecuniaria 17. Martij
1645. §. quia cum vers. quod si duo instrumenta coram Emi-
nentissimo D. Cardinali Corrado*, præsertim quia secundum
5 continet expressam relationem ad primum, ibi, *iuxt. for-
mam instrumenti assignat. hodiè per acta mei, &c. facto roga-
ti, ad quod, &c.*

In altero die 10. Iunij 1643. Guidus Antonius renunciauit
Cęciliæ, ac Thomæ coniugibus tertiam partem sibi in suprà
memorata diuisione reseruatam præuia ipsius instrumenti
diuisionis sub dicta die 10. Octobr. rogati mentione, & quod
plus est, huic secundo instrumento interuenit ipse Lucas
Aretusius, & scut. 200. ibi Guido Antonio promissa soluit,
vndè mirum videtur, quod prætendat, vel ignorantiam diui-
sionis in hoc instrumento per explicitam relationem repeti-
tæ, & eorum quæ ibi gesta fuerunt ipso præsente, & inter-
ueniente, Bald. *in l. testium in fin. C. testib.* Menoch. *præ-
sumpt.21.num.2. & seq. lib.6.* Gonzal. *super reg. Cancell. glos.
48.num.21.* Rota *decis.4. num.10. par.2. diuers.* vel compre-
hensum fuisse in venditione id quod non pertinet ad vendi-
tores apparebat ex instrumentis ad effectum, vt innotesce-
ret, quod ius venditores super his domo, & apotheca ha-
berent insertis relatiuè in instrumentum venditionis, quod
etsi loquatur nedum de tertia parte assignata in instrumento
dotali, sed de residuo bonorum hæreditariorum Iulij Cæsa-
ris, quia habet relationem ad d. instrumentum anni 1643.
ibi, *residuum, &c. iuxta formam instrumenti desuper dicta
die 10. Iunij 1643. rogati, &c.* intelliguntur de residuo ter-
tiæ partis in præcedentibus instrumentis, vt suprà reseruatæ
Guido Antonio, & in posteriori anni 1643. ab eo donatæ
venditoribus, nec est nouum, † quod verbum residuum 6
referatur ad partem, Seraph. *dec.617. num.13.*

Eadem scientia conuincitur, ex quo præcedenter de an-
no 1636. Anna Theresia cum Cęcilia sorore, & Guido An-
tonio fratre domum, & apothecam locauerat ipsimet Are-
tusio, & de anno 1640. Secundinis, & locationem anni
1640. hoc modo factam Aretusius nedum sciuit, sed appro-
bauit in prædicto instrumento an. 1643. acceptando pro
reimbursatione scutor. 200. quæ, vt suprà, soluit Guido
Antonio assignationem pensionum ab ipsis Secundinis con-
ductoribus debitarum; ea approbatione enim conuincitur
† scientia omnium contentorum in instrumento approbato 7
Rota *decis.14. nu 4. part.4. rec.* cum alijs allegatis à Gratian.
discept.853. num.51. & 52. inuerisimile prorsus est, quod in
rebus suis diligentissimus acceptauerit assignationem pen- 8
sionum non viso prius instrumento locationis, ex quo de-
bebantur, vt not. Doct. *in Clem. vnic. de concess. prabend.*
Ias. *in l. si res obligata nu.40. ff. leg.1.* Roman. *cons.* 481. *n.8.*
Caualer. *decis.3. num.2. & seq.* & in proprijs terminis Rota
d. dec.14. num.4. in fine vers. nec verisimile, par.4. rec.

His positis duo sequuntur, Primò, imputari non posse
venditoribus, quod emptorem de dicta parte ad Annam
Theresiam spectante non certiorauerint *iuxt. dispositionem
text. in l. quæro 30. ff. act. empt.* quia satis certioratus fuit per 9
relationes ad suprà memorata instrumenta, & mandata Ro-
talia, & cum Aretusius etiam ex prædictis instrumentis lo-
cationum factarum, scilicet Secundinis, & alio anni 1643.
cui ipse interuenit, † certus esset, certiorari vltrò non de- 10
buit, *l. in fine non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari
debet qui non ignorauit, ff. eod. tit. l. item veniunt §. pretium
ff. petit. hær.* Menoch. *cons.20. sub num.48.* Cyriac. *controu.
160. num.37.*

Secundò, quod venditio domus, & apothecæ communis
cum Anna Theresia non censeatur † stipulata, nisi pro 11
duabus partibus ad venditores spectantibus, vt in puncto
Bald. *in l. 1. C. qui test. facere poss. in l. si domus §. fin. in fine,
ff. leg.1.* alijque in prima decisione huius causæ coram me re-
lati, *§. his consonas*, id ampliantes quatenus desumpti fue-
runt † certi fines rei venditæ, tantò magis, quia in instru- 12
mento venditionis fecerunt mentionem partium, ibi, *tam
partem ad dictam Cæciliam spectantem, &c.* vt per Bellon.
de iur. accresc. cap.7. quæst.67. num.152. Crescent. *decis.61.
per tot. de sentent. & re iudicat.*

Necnon quia vt ponderat prima decisio in §. *omneque pre-
tium conuentum*, correspondet tantum duabus ex tribus par-
tibus; Et quatenus replicatur inesse bonis venditis onera Ca-
nonum, & census valorem minuentia respondetur haben-
dam esse rationem pro augendo † valore, quod domus, & 13
apotheca existunt in via Peregrini, & loco aptissimo nego-
tijs mercaturæ, † quod esse pretio æstimabili, tradit Cephal. 14
cons.328. sub nu.29. Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.6. gloss.
12. part.1. num.22. in fine*, Gratian. *discept.547.* Rota *decis.
540. sub nu.3. part.2. rec. & in Romana legati 14. Maij 1644.
§. fin. in fine coram Reuerendissimo Episcopo Salamantino*, vt
enim docuit obseruantia, quia conductores, vt præferren-
tur, soluerunt non modicam summam, † vt vulgò dici- 15
tur, *per la bona vscita*, & plures annatas anticipatas, ex
quo

16 quo colligi booa esse pretiosa, † magoæ æstimationis, tra-
dit Cephal. *d. conf.* 328. *num.* 40. *verf.* 6. *cum istud*; Ponde-
randumque pariter est, quod Aretusius non soluit pretium
17 io pecunia oumerata, sed eacompuiauit † suum præten-
sum creditum, & sie minus soluisse, dicitur *ad tex. in l. mi-*
nus 204. *ff. reg. iur.* Castrens. *conf.* 393. *col. vlt. c. med. prasertim part.* 2. Cyriac. *controuerf.* 169. *num.* 28.

Non obstat coniectura comprehensionis totius domus, &
apothecæ educta, vel ex mandatis procuræ ad vendendum
prius datis à venditoribus continentibus facultatem venden-
di tertiam partem competentem Thomæ iure dotis Cęciliæ
vsoris, necnon alias duas tertias partes ad eundem Thomam
pro indiuiso vnà cum Cęcilia spectantes titulo donationis ad
eorum fauorem factæ à Guido Antonio socero. Vel ex quo
creditum, quod Aretusius, vt suprà, excomputauit in com-
18 putum pretij tanquam † versum in defensionem rei com-
munis solui debebat etiam ab Anna Theresia posseditrice
tertiæ partis, *l. ex parte ff. famil. ercisc.* Ruin. *conf.* 100. *in*
fine lib. 4. Seraph. *dec.* 1012. *num.* 4.

Negatur enim debitum excomputatum fuisse commune
19 Annæ Theresiæ † cum non proueniat solum ex mutuo fa-
cto Cęciliæ, ac Thomæ pro expensis litis vertentis super de-
fensione bonorum fideicommissi communis, sed etiam pro
alijs eorumdem coniugum necessitatibus, neque pro eo Are-
tusius haberet actionem cootta Annam Theresiam, quæ mu-
tuum oon recepit, quæque nec Cęcilia, ac Guido Antonius
quippè qui litem pro fideicommisso prosecuti fuerint ad pro-
priam vtilitatem, vt scilicet, duas illius partes consequereo-
20 tur † tenerentur reficere expensas, nisi probetur eius intui-
tu plus expensum, quàm alioquin pro defensione duarum
partium opus fuisset, *Rota in Florentina expensarum de Cam-*
bijs 8. *Nouembris* 1627. §. 1. *& per tot. coram Reuerendissimo*
D. meo Decano, & in Romana expensarum 15. *Decembris*
1653. §. *penult. coram me*, & semper satis est, quod nomine
Theresiæ non fuerit facta venditio.

Mandatum verò procuræ loquens de duabus tertijs parti-
bus competentibus vigore donationis factæ mandantibus à
21 Guido Antonio declaratur † ab ipsa donatione, quæ non
continet, nisi tertiam partem ipsius Guidi Antonij eaque
poterat aliquo modo diuidi in duas attentat duplicitate tituli
acquisitionis, quia nempè partem habebat e persona pro-
pria partem ex iure accrescendi ob præmorientiam Archan-
geli alterius fratris, vt narratur in iostrumento diuisionis an-
ni 1639. ad quod donatio explicitè refertur. Vndè ex ipsa
22 donatione † educitur germanus sensus dd. verborum, vel
probatur illorum error, Alex. *conf.* 83. *num.* 1. *verf. modus au-*
tem lib. 5. Curt. iun. *conf.* 192. *nu.* 21. *lib.* 3. Butatt. *decif.* 182.
num. 2. cùmque Procurator in instrumento venditiooís simi-
lem eapressiooem oon fecerit, sed simpliciter domum, &
apothecam, cuius duas tantum partes ad venditores spe-
ctare, emptor, vt dicebam, certò sciebat, vendiderit cum
expressa relatione ad mandata Rotalia, & instrumentam al-
teram tertiam partem Annæ Theresiæ adiudicantia boc so-
lum debet attendi, maximè quia Procurator potuit vtilius
contrahere, *l. si quis mihi bona* §. *sed si mandauit ff. acq. ha-*
red. Tiraq. *retr. lign.* §. 36. *glof.* 2. *num.* 59. cum alijs allegatis
à Modern. Scalen. iun. *resol. forens. tom.* 2. *resolut.* 200.
num. 94.

Ex quibus Domini steteruot in decisis, vtraque parte
Informante.

R. P. D. P R I O L O.

Romana Canonicatus.

Die Veneris 25. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Canonicatus Ecclesiæ Sancti Hieronymi Illyricorum Vrbis ex Constitutione Sixti Papæ V. fundatoris, vt quis validè obtineat, duas conditiones habere debet, scilicet, quod sit natione Illyricorum, seu alias origena, & secundò, quod habeat peritiam Illyrici idiomatis, quare si quis habeat alteram qualitatem frustrà prætendit eius institutionem; idioma alicuius Nationis, ex quo docere debet, quod quis calleat.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatus non potest prætendere in beneficio esse instituendum, dum non habet requisita necessaria.*
2 *Canonicatus Vrbis S. Hieronymi Illyricorum, vt quis valeat obtinere, quid requiratur.*
3 *Præsentatus ad aliquod beneficium, si duas habere debet qualitates, non sufficit dum alteram tantum habeat.*
4 *Fides præsertim extraiudicialis, non releuat, dum lite pendente fuit facta.*
5 *Requisitum aliquod, si pro forma requiratur, pro institutione ad beneficium, qualiter sit probandum.*
6 *Idioma alicuius Nationis, vt quis dicatur scire perfectè, non sufficit responsio ad aliquas interrogationes.*
7 *Præsentatus, quod habeat debita requisita, pro obtinenda institutione, debent dicta requisita constare ex actis.*
8 *Beneficij institutio dum emanauit extra iudicium, & careat legitimo contradictore, præsumptio stat pro eius validitate.*
9 *Iudicium executiuum aliud est, & aliud, dum sumus in petitorio.*
10 *Congregatio Illyrica S. Hieronymi Illyricorum Vrbis repræsentat totam Nationem Illyricam.*
11 *Ad beneficium admitti non debet, qui illius qualitates requisitas, non habet.*
12 *Tempus trium annorum est longè sufficiens ad ediscendam aliquam linguam.*
13 *Qualitas requisita ad obtinendam institutionem in beneficio, debet adesse de tempore institutionis.*
14 *Ex scientia de præsenti non infertur ad scientiam de tempore anteriori.*
15 *Præsumptio leuis eliditur à fortiori.*
16 *Qualitates ad obtinendum beneficium, quis si habuisset, verisimiliter non recusasset examen.*
17 *Linguam alicuius Nationis non præsumitur quis callere, dum per longum tempus, nec verbum quidem locutus est secundùm eam.*
18 *Confessione propria nihil est potentius.*
19 *Præsumptio qualibet cedit splendori veritatis.*
20 *Probatio vna per contrarias probationes tollitur.*

D E C I S I O LXVII.

EX eodem fundamento defectus peritiæ Illyrici idiomatis
in Io. Baptista Iampsi præsentato ad Canonicatum Ec-
clesiæ Sancti Hieronymi Illyricorum Vrbis, confirmarunt
DD. decisionem coram me editam sub die 15. Maij anni
præteriti, † in qua firmatum fuit non constare de illius ha- 1
bilitate, nec de requisitis necessarijs pro obtinenda institu-
tione ad eumdem Canonicatum. Nam clara est dispositio
litterarum san. mem. Siati V. fundatotis, ac Decretorum S.
Visitæ copulatiuè requirentium, quod præsentandus † sit 2
nationis Illyricæ, seu aliàs origena, & quod habeat peri-
tiam Illyrici idiomatis. Vndè quidquid sit, quoad primum
requisitum, satis est, quod Io: Baptista † non probauerit 3
se habere, secundum, vt sit reijciendus per *text. in l. hæred.*
plures ff. de condit. & demonstr. Guttier. *conf.* 2. *num.* 5. Gon-
zal. *ad reg.* 8. *glof.* 3. *num.* 100. *& gloff.* 43. *num.* 94. Lotter. *de*
re benef. lib. 2. *quæst.* 11. *num.* 42. Rota *decif.* 402. *num.* 4. *in fine*
verf. vel etiam cum seqq. part. 2. *rec. & in Cracouien. Præposi-*
tura S. Floriani 28. *Nouembris* 1650. *coram R. P. D. meo Bi-*
chio, §. *non obstat*, *&* 24. *Nouembris* 1651. *coram R. P. D.*
meo Verospio, cum alijs in dicta decisione allegatis, §. *quare*.

Non obstat fides Archipresbyteri nuper exhibita, io qua
attestatur Io: Baptistam ab eo interrogatum circa linguam
Illyricam, rectè respondisse. Tum quia est fides extraiudi- 4
cialis emanata lite pendente, ac post emissam decisionem,
qoæ non suffragatur, Rota coram Seraph. *decif.* 1423. *nu.* 3.
coram Burart. *dec.* 113. *nu.* 28. vbi Add. *n.* 36. *& in recent. de-*
cif. 323. *n.* 4. *part.* 2.

Tum quia † non concludit illum habere peritiam, vt 5
pro forma requiritur, respondens eoim ad aliquas interro-
gationea oon dicitur perfectè babere idioma, vt io † spe- 6
cie tradit Gomez *ad regul. Cancell. in regul. de idiomat.*
quæstione 8.

Tum etiam quia non est credeñ. † Archipresbytero, 7
quod in institutione interuenerint debitæ qualitates, nisi iu-
stificentur ex actis, vt diait Rota coram Verall. *decif.* 308.
pars. 1. coram san. mem. Gregor. *decif.* 413. *num.* 10. Add. ad
Bu-

quaest.38.num.26. & seq. Put. *d. decis.252. sub num.2.lib.3.& ita firmauit Rota in Gerunden. beneficii 17. Ianii 1644. coram R. P. D. meo Bichio, §. non obstat, quod Raymundus, & in Fesulana beneficij 1. Iulij 1648. §. final. & 17. Maij 1649. similiter §. fin. coram me.*

Non obstar, quod fundator in ea parte, in qua mandat
Capitulo prælationem Coruini alijs personis verbis depreca-
4 tiuis † vtatur, ibi, *Rogans Canonicos*, & paulò inferiùs,
placeat eis praeferre. Quia verba huiusmodi indicant quidem
5 quandam † vrbanitatem loquendi, qua fundator vti vo-
luit cum Capitulo tanquam Superiori, cæterùm demon-
6 strant etiam deliberatam eius voluntatem, † quæ proindè
illud obligat, & cogit ad implementum, & obseruantiam
eorum omnium, quæ per ipsum ordinata fuerunt *ad text.*
in l.2. C. com. delegat. l. etiam hoc modo 118. *& l. & eo mo-*
do 121. *ff. delegat.* 1. Surd. *cons.*275. *n.*8. Peregr, *de fideicom.*
*art.1. num.*46. & hoc idem benè declarauit Rota *decis.*640.
num.1. & num.27. part.1. diuersorum. Quæ auctoritates li-
cet loquantur in vltimis voluntatibus, nihilominùs valdè
7 conferunt etiam ad materiam iurispatronatus, † quæ ad
instar fideicommissariæ regulatur cum, & in illa mens, &
intentio fundatoris potissimum, attendatur Lambert. *de iu-*
*repatronat. lib.2. part.1. quaest.7. art.27. nu.*10. Rota coram
Burart. *decis.* 21. *n.*6. *& in Gerunden. beneficij 5. Maij* 1649.
8 *coram me*, §. *final.* vltrà quod etiam † in contractibus ver-
bum *Rogo*, aliquando mandatum, seu præceptum impor-
tat, *vt in l. 1. ff. mandati, & l. si seruus meus 44. ff. de*
negot. gest.

Neque refragatur, vt ex eo, quod erectio huiusmodi
Canonicatus facta fuit cum expressa relatione ad aliam præ-
cedentem factam de alio simili Canonicatu per quemdam
Venturam Beuerardum, & in ea duæ tantum nominationes
contineantur, in reliquis ius liberum præsentandi Capitulo
relinquatur, indè inferatur non potuisse dictum Io. Bapti-
9 stam Vrbinellum dictam † formam excedendo plures no-
minationes sibi reseruare, nec ius præsentandi post eius mor-
tem Capitulo relictum ad certum personarum genus limita-
re. De facili enim obiectum huiusmodi tollitur aduerten-
do, quod fundator in principio fundationis expresse prote-
10 status † fuit velle disponere de bonis suis cum pactis, con-
ditionibus, & reseruationibus infrà exprimendis, & non
alias, ideòque cùm inter alias dispositiones expresse deman-
11 dauerit Capitulo prælationem Coruini; Vtique † hæc for-
ma, & non alia seruari debuit *cap. illud in fin. de iurepatron.*
Modern. Pisan. *eodem tract. part.2. lib.2. cap.9. num.9.* Nihil
12 obstante dicta relatione, quia illa non habet locum † res-
pectu eorum, quæ specialiter fuerunt expressa, & prouisa,
Dec. *in l. toto iure num.19. ff. de reg. iur.* Din. *in cap. generi in*
fin. eod. tit. in 6. Menoch. *de praesumpt. praesumpt.* 181. *nu.*6.
13 *lib.*4. Et regulariter † relatio non fit ad id, ex quo resulta-
ret effectus contrarius intentioni disponentis, Oldrad. *cons.*
152. *num.2. in fin.* Bald. *cons.*107. *colum. final, vers. sed con-*
*tra hoc opponitur lib.*2. Soccin. inn. *cons.*81. *num.*21. *lib.*3. Ro-
ta coram sanct. memor. Gregor. XV. *decis.*495. *n.*11. Quod
14 tantò magis procedere † debet stantibus verbis illis apposi-
tis in eodem instrumento fundationis, *singula singulis con-*
gruè referendo, quæ operantur, vt relatio non sit facienda
15 ad omnia præcedentia, sed ad ea tantum, † quæ se com-
patiantur cum subsequenti dispositione Rota coram sanct.
memor. Gregor. XV. *decis.*433. *num.*9. *decis.* 384. *num.*4. *&*
*dec.*495. *num.*10.

Minus releuat, quod saltem Capitulum dederit limita-
tum consensum acceptandi dictam erectionem, scilicet iuxta
formam prioris factæ per dictum Beuerardum, & non alias,
vnde semper sit seruanda dicta forma, alias censeatur adem-
ptus consensus Capituli. Quia esto, quod consensus Ca-
16 pituli deficeret, adhuc nihil releuaret, † quia dare formam
erectionibus Beneficiorum spectat ad Ordinarium, & non
ad Capitulum, Zabarell. *in cap. illud in 4. oppositio. de iu-*
repatronat. Rocch. de Curt. *eodem tractat. verb. pro eo nu.*23.
Lambertin. *de iurepatronat. lib.1. part.1. quaest.2. artic.15.* &
fundatores possunt sibi ius reseruare etiam inuitis Rectori-
17 bus Ecclesiarum; Immò † & ipse Episcopus si vellet sine
causa contradicere cogi posse, *cap. nullus 17. de iurepatron.*
Lambertin. *eodem tractat. lib.1. part.2. quaest.1. art.20. n.22.*
*fol.*284.

Præterea considerabant etiam DD. pro omnimoda huius
obiecti irreleuantia, quod admissa, non tamen concessa
prætensione Capituli, vt, scilicet, erectio restringenda sit
ad duas nominationes, adhuc ex quo vna tantum nomina-
tio facta fuit ab ipso fundatore hæc, de qua in præsenti agi-
tur † ad fauorem Coruini substinenda esset in vim secun- 18
dæ nominationis, quæ vsque adhuc minimè consumpta
fuit.

Non obstat, quod Coruinus sit à fundatore nominatus
post Ioannem Bernardinum Amatorium, & descendentes
vsque ad quartum gradum Io. Amatorij. Quia cùm nullus
ex illis concurrat, neque compareat ad obtinendum † hu- 19
iusmodi Beneficium factus est locus secundo vocato, ad tra-
dit. per Menoch. *cons.*215. *num.*3. Fusar. *consil.*5. *num.*25. &
ita iure merito Coruino controuersum Canonicatum adiu-
dicandum † esse firmatum fuit iuxta doctrinam Garz. *de* 20
benef. part.7. cap.15. num.8. ad med. vers. 2. non obstat, Ro-
ta *in d. Gerunden. beneficij 5. Maij 1649. §. fin. coram me.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Leodien. Canonicatus.

Die Lunae 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, non expectant nisi executionem. Beneficij possessio capta contra Constitutionis Innocentianæ formam facit, vt Beneficium vacet ipso iure, & validè ab alio impetretur, & eius possessio capiatur.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica, quando in omnibus sunt iustificata, consequenter exequenda veniunt.*
2 *Clericatus alicuius, quando non possit controuerti.*
3 *Beneficij valor, per non excessum, quando non sit necessarium probare.*
4 *Beneficij valor per non excessum, quando sumus in Concordatis Germaniae, qualiter soleat exprimi.*
Beneficij vacatio benè remanet iustificata, dum per alium fuit adepta illius possessio, num. 4.
5 *Beneficij possessio contrà formam Innocentianam capta, non tenet.*
6 *Beneficij possessio capta contrà formam Innocentianam, facit, vt vacet ipso iure Sedi Apostolica Beneficium.*
7 *Vacatio, quando intrat ipso iure, & ipso facto, importat Canonem latae sententiae.*
3 *Beneficium, quando vacat ipso iure, non expectata sententia priuationis, nec citato possessore potest impetrari à Sede Apostolica.*
9 *Vsus transumpti litterarum Apostolicarum, quando non possit impugnari.*
10 *Pro Beneficij possessione assequenda vigore Innocentiana, quid non sit necessarium.*
11 *Instrumentum, quando apparet destitutum rogitu Notarij, tunc fides tantum ipsius Notarij non releuat.*
12 *Testes si de aliquo actu antecedenter fuerint rogati, si posteà coram eis alius actus fiat, praesumuntur etiam de eodem actu rogati.*
13 *Actus, quando fuit expeditus ante promulgationem alicuius legis, an valeat, dum fit iuxta illius terminos.*
14 *Legis natura est dare normam futuris negotijs, non autem praeteritis.*
15 *Lex tunc multo magis respicit futura, dum in ea dicitur, quod futuris actibus intendit formam dare.*
16 *Constitutio Innocentij de capienda possessione beneficij quot partes habeat, & num.17.*
18 *Actus factus dum aliqua lex fuit lata, quando habeatur ille pro expleto, & consummato.*
19 *Lex prohibitoria, continet actum retrò ante ipsius promulgationem factum, quando post eam consummatus fuit actus.*
20 *Dictio*, huiusmodi, *quid importet.*
21 *Dictiones*, huiusmodi, *& similium, cuius natura sint.*
22 *Princeps legem à se latam benè potest declarare, & talis declaratio est attendenda.*
23 *Pro actus dubij inclusione, quando declaratio veniat attendenda.*

24 *Gra-*

24 *Gratia prouisionis beneficij censetur restricta ad vacationem narratam, & non ad aliud.*
25 *Princeps, quando præsumatur voluisse legem à se latam declarare.*
26 *Princeps iuris scientiam habere præsumitur.*
27 *Beneficij vacatio satis est, vt iustificetur prout fuit expressa in litteris.*
28 *Beneficij priuationis pœna non incurritur ex possessione instrumentali absque perceptione fructuum.*
29 *Decretum de dimittendo beneficio incompatibili non vrget nisi fructuum exactio, cum possessione concurrat.*
30 *Illatio perperam fit ad diuersa, & num.31.*
32 *Constitutionis ignorantia non iuuat, dum per viam legis emanauit.*
33 *Constitutio Papalis statim, ac publicata in Curia est, ignorantes etiam stringit.*

DECISIO LXIX.

LItteras Apostolicas pro assecutione Canonicatus controuersi à Petro Mean expeditas Domini censuerunt io
1 omoibus iustificatas, † ac consequenter exequendas iuxta *text. in c. si Capitulo, ibique glos. notat. in verb. exequatur de concess. praben. lib.6. & in cap. si quando de rescriptis*. Siqui-
2 dem ipsius Clericatus non controuertitur eaaduerso, † & ex Ordinarij litteris testimonialibus legitimam iustificationem assumit, Felin. *in c. post cessionem num.3. & 15. de probat.* Rota coram Gregor. *decis.78. nu.5. & in Valentina Parochiales de Moncada* 18. *Iunij* 1647. *§. Thomam verò coram R.P.D. meo Cerro, cum alijs deductis in Clusina benefic. 26. Februarij* 1649. *in §. Clericatus coram me*. Valor Canonicatus inducatis 24. per non excessum vlteriori probatione
3 non indiget, † dum vigore concordatorum Germaniæ Be-
4 neficia quæcumque sub ea † dumtaxat quantitate exprimi solent de consuetudine Prouinciæ relata in *Leodien. Canonicatus, & Scolastria 27. Februarij* 1612. *coram Sacrato, & in Leodien. Canonicatus 27. Iunij* 1642. *§. de Clericatu vers. valor non indiget, & 23. Februarij* 1643. *sub §. primo, & in Leodien. Archidiaconatus 1. Iulij* 1642. *coram Reu. P. D. meo Cerro.*

Eius denique vacatio iustificata dignoscitur ex adepta per
5 † Hieronymum possessione vigore transumpti ad formam aotiquam, dumtaxat expediti sine recognitione videlicet, ac subscriptione officialis, necnon etiam destituti subscriptione, & stemmate Reuerendiss. Datarij contra normam ab
6 Innocentiana constitutione sæpissimè præscriptam sub pœna priuationis Beneficij ipso facto incurrendæ, ac eiusdem successiuè dispositione tanquam ipso iure vacantis Apostolicæ Sedi, dumtaxat † reseruatæ. Ex huius enim vsu transumpti contrauentio constitutionis depromitur, necnon iustificatio legitima prouisionis à Petro nouiter expeditæ, vt in terminis similium Constitutionum Iulij III. ac Gregorij XIII. notat Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ gloss.15. num. 85. & 98.* Paris. *de resignat. Beneficiorum lib.11. quæst.7. num.1. cum seq.* Rota *dec.216. num.5. & decis.265. num.1. par.6. rec.* qui proindè potuit eorum virtute verborum ipso facto, ac
7 ipso iure † importantium Canonem latæ sententiæ secun-
8 dum Eugen, *cons.68. num.12. lib.1.* non expectata † sententia priuationis, neque citato Possessore Canonicatum ab Apostolica Sede obtinere iuxta *tex. in c. licet Episcopus vbi gloss. notat in verbo, te non vocato, de preben. lib.6.* Prob. ad Monach. *in c. Alma Mater. num.8. de Sent. excom. lib.6.* Paris. *de resignat. benef. libr.11. quæst.7. num.34. & quæst.10. num.10.* Hoieda *de incompatibil. benef. part.1. c.4.* Garz. *de benef. part.11. c.10. num.23.* Gonzal. *ad regul.8. Cancell. glos. 15. num.348.* Rota *decis.707. num.3. & decis.728. num.1. part.3. diuers.*

Hic autem transumpti vsus à Hieronymo perperam impugnatur, dum ea adeptæ possessionis instrumento conuincitur sub die 2. Aprilis 1653. coram Testibus rogato, & consequenter per 14. menses post editam Constitutionem sub die videlicet 3. Februarij 1652. Tum ex reiteratis ipsius
9 Hieronymi instantijs coram Capitulo, † vt eiusdem virtute transumpti se ad possessionem Canonicatus admitteret, & in ea deindè confirmaret, prout anteactis retrò temporibus cæteris similis vigore transumpti instantibus concedere consueuit; Tum denique ex Capitularibus decretis exhibitionem Bullarum, siue transumpti præcipientibus ad formam Constitutionis Innocentianæ expediti, licet pro asse-
10 cutione possessionis † neutrum necessarium esse contenderet ipse Hieronymus, sed exhibitum dumtaxat sumptum suffragari.

Nec fides Instrumenti in proposito casu destruitur, quoad actum possessionis apprehensæ vigore transumpti. Quia
† Testium rogitu apparet destituta, sine quibus soli Nota- 11
rio de eodem actu testanti non creditur, vt respondit Rota coram Penia *decis.279. num.5. cum seq. & decis.605. num.12. part.5. recent.* Quoniam Testes noscuntur adhibiti in reiterata instantia facta Capitulo pro assequenda possessione Canonicatus vigore transumpti eadem ipsa die antecedenter exhibiti, ac penes ipsum relicti, quam ab eodem Capitulo denegatam immediatè, ac nulla postposita mora Hieronymus a Notario obtinuit, adeòque huic actui possessionis immediatè subsecuto, & in eodemmet instrumento re-
censito ijdem Testes antecedenter de transumpti præsenta- 12
tione rogati censentur adfuisse iuxta, theoricam Bart. *in l. si quis ex argentarijs §. si initium num.8. in fin. ff. de eden.* quam sequitur Bald. *num.1.* Alex. *num.4. & 5.* & in propriis terminis comprobauit Rota coram Card. Millino *dec.203. n.2. vers. Testes appositè.*

Neque modus vacationis expressus in litteris excluditur, quod transumptum pro capienda possessione adhibitum à
Hieronymo ante prædictam Constitutionem fuerit † ex- 13
peditum, cuius proindè vsus prohibitus dici nequeat ab ipsa constitutione postmodum emanata per viam legis, siuè huius natura perspecta futuris dumtaxat negotijs prospiciendi,
non autem † præteritis, iuxta *text. in cap.2. & in cap. vlt.* 14
de constit. & in l. causas C. de transact. l. penult. in fin. C. de Sacros. Eccles. Card. *in Clem. dudum §. nos etenim in 7. qu. de sepulturis*, Rota coram Put. *decis.173. num.2. lib.3. in correctis*, siuè speciali natura constitutionis, qua Summus
† Pontifex profiteretur se futuris velle negocijs proui- 15
dere.

Hæc enim constitutio ex lectura dignoscitur in duas par-
tes distributa in quarum prima sub pœna † excommunica- 16
tionis extractio transumpti ad formam antiquam Notarijs prohibetur, qui propterea actus expeditionis transumpti adueniente constitutione perfectus, ac consumatus sub ea-
dem excommunicationis pœna; vt in † proposito casu di- 17
ci nequit inclusus. In altera verò interdicitur prouisis ne eiusdem vigore transumpti possessionem audeant assumere sub pœna priuationis, ac vacationis Beneficij, sub cuius proindè dispositione adeptio possessionis vigore transumpti longè post editam Constitutionem subsecuta comprehensa
censetur, tanquam † actus post eamdem Constitutionem 18
expletus, ac consumatus iuxta Theoricam Bart. *in l. omnes Populi num.45. ff. de Iust. & Iur.* notat Barbat. *in cap. vlt. nu. 46. de constit.* Felin. *in cap. quoniam contra num.11. eod. tit.* ibique Dec. *num.17.* Socin. iun. *cons.21. num.15. lib.1.* Menoch. *cons.240. num.39.* Suarez *de leg. lib.3. cap.14. num.12. vers. nam lex* Magon. *decis.88. num.12. & 13.* quippè qui
sub lege, seu constitutione prohibitoria † antè ipsius con- 19
sumationem promulgata continetur, vt notat Felin. *in cap. vlt. num.11. de constit.* Paris. *de confiden. qu.12. nu.13. & 14.* Rota coram Seraph. *decis.1001. num.3.* Quem sanè intelle-
ctum non excludit dictio illa, *huiusmodi*, apposita in † pro- 20
hibito vsu transumpti, proindè assumendi post editam dumtaxat constitutionem; hæc quippe dictio adiecta dignoscitur solemnitatibus antecedenter expressis videlicet reuisio-
nibus, & subscriptionibus huiusmodi, & ad † easdem re- 21
petendas censetur apposita, non autem pro qualificando vsu transumpti iuxta naturam dictionum similium se referendi ad proxima ad *text. in cap. si Abbatem, vbi glos. in verb. huiusmodi de elect. in 6.* Corneus *cons.97. num.8. lib.4.* Maresc. *var. lib.2. cap.77. n.27. cum alijs adductis in decis.33. n. 3.* coram san. mem. Greg.

Declaratus præterea fuit hic actus à Summo Pontifice sub ipsa constitutione comprehensus, dum sub narratiua tran-
sumpti longè ante editam constitutionem † expediti, sed 22
post eam ad vsum deducti, ac consumati Petro contulit Canonicatum vti vacantem non seruata forma constitutionis,
talis namque declaratio pro † inclusione actus alias dubij 23
sub eadem constitutione deseruit iuxta Theoricam Felin. *relatam in cap. vlt. nu.5. de constit. cap. inter alia de sententia excommunicationis cap. per Venerabilem*, qui filij sint legitimi Ruin. *cons.161. num.12. lib.1.* Card. Mant. *decis. 59.* cum alijs relatis *in Barchinonen. Canonicatus 9. Iunij 1645. in §. Etenim hæc obseruantia coram me.*

Et licet ad Partis instantiam, non autem motu proprio
narratiua præcesserit, quo casu regularitèr † gratia restri- 24
cta

cta censetur ad vacationem narratam, non autem inde declarationem constitutionis insurgere, ac successiuam priuationem Canonicatus.) Attamen dum Pontifex vti con-
25 ditor constitutionis eandem callebat, † & post expressam sibi veritatem Petro contulit Canonicatum, constitutionem prædictam, licèt alias illa dubietatem admitteret declarasse censetur, vt respondit Aucharan. *cons.292. num.2. & 3.* pro
26 ratione considerans, quod † Pontifex iuris notitiam habere præsumatur, nec in iure censetur errasse, Rota coram Merlino *dec.227. num.7.*

Hinc verò desumitur vacationis legitima iustificatio fa-
27 uore Petri, cui satis esse censetur iustificare † vacationem, eo modo, quo expressa fuit in litteris, vt admittit Sarnen. *in regul. de triennal. qu.11. num.13. in fin.* Rota coram Seraph. *dec.990. num.7. & dec.71. num.12. par.6. rec. & in Lucana Parochialis de Ripafracta 26. Maij 1634. coram bo. mem. Coccino, & in Messanen. Archipresbyteratus 5. Maij 1642. §. litteras autem coram R.D. meo Decano, & in Gerundea. Prioratus 27. Ianij 1644. coram R.P.D. meo Bichio in primo §.*

Non etiam poterit ab huius priuationis incursu Hierony-
28 mus excusari ex Instrumentali possessione, † dumtaxat adepta absque vlla fructuum exactione, sine qua pœna priuationis irrogare non solet, vt in similibus ferè terminis assecutionis videlicet secundi Beneficij incompatibilis, quod decre-
30 tum de dimittendo non vrgeat, † nisi fructuum exactio cum possessione concurrat, notat Lotther. *de re benef. lib. 2. qu.30. num.8. cum seqq.* alijsque relatis iuribus respondit Rota *in Auellina Canonicatus 27. Martij §. in proposita autem, & 12. Iunij §.1. 1651. coram R. P. D. meo Cerro.* Cùm enim constitutio, de qua agitur resistat vsui transumpti, &
31 possessionis † assecutioni regulari proinde non potest eodem iure decreti de dimittendo Beneficium incompatibile, quod retentioni resistit, non autem assecutioni, ea notatis *in cap. vt quis de elect. lib.6.* & respondit Rota coram Mohed. *dec.14. de prab. & dec.601. num.5. par.4. & decis.307. num.9. part.8. rec. & in Fesulana Beneficij 4. Iunij 1635. coram R.P. D. meo Albergata.*

32 Eidem † denique Hieronymo suffragari non poterit, ignorantia constitutionis, quæ dum per viam legis emanauit, sta-
33 tim, ac publicata fuit in Curia, ignorantes † etiam obstringit, vt tradit Io. Monachus *in cap. in generali num.6.7. & 8. de reg. iur.* Sarnen. *in proœm. regul. qu.2. num.23.* Nauar. *cons. 1. num.19. de constit.* Rota *dec.365. num.13. 14.* post Cenc. *de Censib.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Pientina Parochialis.

Die 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando sumus in personis non suspectis de potentia, qualiter probetur Iuspatronatus, quando dicatur hæreditarium, & veniat sub Vniuersitate bonorum, & aliqua circa prouisionem eius attentatam.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus probatio admittitur per quadragenariam cum fama.*
2 *Et hoc, quando non intrat præsumptio vsurpationis.*
3 *Iuspatronatus, quando est hæreditarium transit cum Vniuersitate bonorum.*
4 *Præsentatio præsumitur facta proprio nomine, & num.5.*
6 *Iuspatronatus ex quibus verbis arguatur, quod sit propriè hæreditarium, & num.7.*
8 *Iuspatronatus, an sit hæreditarium potissimum attenditur, vltimus status.*
9 *Iurispatronatus qualitas, vt dicatur mutata per annexionem bonorum, probatio debet esse valde concludens.*
10 Decis. Card. Seraph. dec.723. *ferè per totam, & penes* Pacif. de Saluian. decis.100. num.1. *quo casu loquatur.*
11 *Iuspatronatus si consideretur tamquam vnum ex iuribus particularibus, non venit sub generali assignatione. Nam ad hoc requiritur specialis mentio, num.11.*
12 *Iuspatronatus, quando assignatur alicui, requiritur ad specialis mentio.*
13 *Verbum,* tenimenti, *est verbum generale, declara tamen vt hic.*
14 *Iuspatronatus, assignatio facta simpliciter sub corporibus particularibus, non venit in generalitate bonorum.*
15 *Filius petens sibi assignari legitimam in Iurepatronatu Iudex generaliter id concedens, quid ex hoc inferatur.*
16 *Iuspatronatus transit cum Vniuersitate bonorum, & num.17.*
18 *Executor Apostolicus in prouisione Iuspatronatus, quando dicatur attentatè procedere.*
19 *Executor Apostolicus dicitur mixtus, stante clausula,* Dummodò ius alteri non sit quæsitum.
Clausula, verificato prius, *facit executorem mixtum, num.19.*
20 *Executor Apostolicus, quando negari non possit, quod sit mixtus, & num 30.*
21 *Iudex tradens possessionem pendente tempore, ad appellandum dicitur attentatè procedere.*
Appellatio, quando fuit admissa per Signaturam, illa retrotrahitur ad diem sententiæ.
Et operatur, vt omnia interim gesta, sint attentata, & num.23.
22 *Signatura admittendo appellationem operatur, vt interim omnia gesta sint attentata, etiamsi alias appellatio non esset admittenda.*
24 *Præsentatio ad Iuspatronatus facta lite pendente est attentata.*
25 *Litigans sub Iudice competenti, si dum litigatur adeat alium Iudicem, inualide id facit.*
26 *Papa, licèt non attentet prouidendo, Executor tamen Apostolicus attentat, tradendo possessionem lite pendente.*
27 *Affixio, & publicatio edictorum in prouisione Iurispatronatus, quando isti actus dicantur extraiudiciales, & quando iudiciales.*
28 *Lis satis dicitur pendere in collatione Beneficij, si concurrant requisita Clem.2. vt lit. pend.*
30 *Attentatorum vitio laborant omnia, quæ facta sunt coram alio Iudice, lite pendente.*
31 *Litem quis non potest negare fuisse introductam, dum ipso iam comparauit coram Iudice, ad hunc effectum citatus.*
32 *Possessionem attentatè capiens talis possessio est sequestranda, ne gaudeat commodo vitiosæ possessionis.*

DECISIO LXX.

RESOlutum fuit constare de bono Iure Reuerendiss. D. Grossetani, & Litis consortium etiam ad effectum reuocationis Attentatorum. Pendet enim resolutio boni Iuris non ab existentia Iurispatronatus Ecclesiæ Sancti Ioanni ad Assum Pientinæ Diœcesis, quæ controuerti non valet, satisque iustificatur ex pluribus præsentationibus longissimo tempore cursu effectuatis, & ex reiteratis antiquissimis enunciatiuis, tam Summorum Pontif. quàm Ordinariorum, illorum Summario *à num.16. vsque ad* 30. ex quibus resultat quadragenaria, † cum fama sufficiens ad istum effe- 1
ctum, cùm versemur in priuatis, in quibus non habet locum † dispositio Sacri Concilij Trident. *sess.25. cap.9. de re-* 2
form. cum in eis non cadat vsurpationis præsumptio) ea latè deductis *in Aretina Plebaniæ 6. Februarij 1654. coram me, §. Præmissu enim, & §. Nec deficit.*

Sed ab illius pertinentia ad quem scilicet spectet ius præsentandi ad dictam Ecclesiam, siue ad dictum D. Grossetanum, vti hæredem vniuersalem Emilij Iunioris de Pannellinis Prioris Senarum, qui præsentauerat Iacobum de Clauis, per cuius obitum vacauit Parochialis controuersa, eiusque Nepotes, vel potius ad D. Pandulphum Pannellinum, vti successorem in d. Prioratu.

Et sanè cùm versemur in Iurepatronatus hæreditario, regula est pro hærede, † quod in ipsum etiamsi extraneum 3
transiuerit cum vniuersitate bonorum, iuxtà gloss. communiter receptam *in cap. pia mentis 17. qu.7.* quam comprobauit Rota coram bo. me. Merlino *dec.403. n.5. & dec.539. num.8. repetita in recent. dec.96. eod. num. par.6. in Narnien. Iurispatronatus 13. Maij 1633. coram R. D. meo Decano in eod.*

par.6. dec.207.n.4.& in Bononien. Iurispatronatus 23. Ianuarij
1640. coram R. P. D. meo Bichio, §. nam licet.
Non obstat, quod d. Emilius præfatam præsentationem
fecerit in personam d. Iacobi de Clauis, cum expressione ti-
tuli Prioris.
Quia cùm ibidem priùs expresserit nomen proprium, &
deinde dignitatis, vt enunciatur in subsequenti illius Institu-
tione relata *in dicto Summ. num.3.* Istius expressio non vide-
4 tur adiecta taxatiuè, sed solùm † demonstratiuè, & præsen-
tatio proprio nomine facta censetur, vt in terminis respon-
dit Rota coram Card. Mantic. *decis.150. sub num.5. vers. Et*
cum nomen, & in rec. dec.53. num.4. vers. vbi fuit dictum part.
5 1. & in simili de præsentatione facta † cum qualitate maioris
natu *in Leodien. Beneficij 1. February 1645. §. Nec obesse po-*
test coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, ac prius de præ-
sentatione, cum qualitate filiationis *in Lauden. Iurispatron.*
22. Maij 1643. coram me sub §. Similiter.
Eoque magis, dum deduxit præfatum Ius præsentandi ad
se, suosque hæredes, & successores pertinere, vt subditur in
eadem Institutione, ibi, *Cuius Ecclesia Patronatus, & Ius*
præsentandi spectare, & pertinere dignoscitur ad Emilium
de Pannelinis primum Priorem Senarum, eiusque hæredes,
& successores, &c. Huiusmodi enim verba ostendunt Ius-
6 patronatus † verè, & propriè hæreditarium esse, Merlin. *dec.*
94. num.4. Sicque clarius indicant illum non vti Priorem,
sed simpliciter tanquam Emilium præsentasse sibi, suisque
7 hæredibus, & successoribus acquirendo † quasi possessionem,
vt in his terminis dictum fuit *in d. Leodien. Beneficij 31. Ia-*
nuary 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio, §. Pariter, circa
finem. Quæ quidem quasi possessio, & vltimus status val-
6 dè † attendi solet ad effectum cognoscendi de pertinentia,
cap. consultationibus de Iurepatronatus cap. querelam de elect.
& cap. cum olim de caus. possess. & propriet. Federic. de Sen. *cons.*
334. sub num.3. cum cæteris alleg. *in Maioricen. Beneficij 28.*
Iunij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, §. siue attendatur, & in
Sulmon. Beneficij 10. Martij 1649. coram bo. me. Arguelles sub
§. Et hæc quasi possessio.
Nec obstat illius annexio cum bonis intra quorum fines
Beneficium existit, particulariter assignatis per sententiam
Emilio Seniori pro sua legitima, & super quibus ipse d. Prio-
ratum constituit *dict. Summ. num.2.*
9 Quia præter quod annexio clarè, † & concludenter iusti-
ficare debet ad effectum, vt vnà simul cum bonis Iuspatro-
natus dici possit translatum, *cap. cum sæculum, & cap. ex lit-*
teris de Iurepatronatus, Card. Mantic. *dec.164. num.3. & dec.*
198. num.4. vers. præterea non benè, Rota *in Cracouien. Præpo-*
situra 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, §. fin. & in
Guesnen. Iurispatronatus 27. Ianuarij 1648. coram Reueren-
diss. D. Tarraconen. §. Non obstat, quod Ecclesia.
Tunc demum operatur illius translationem quando fit as-
signatio, cessio, vel alienatio vniuersalis respectu rei, sine
vlla specifica traditione rerum particularium, in quibus ter-
10 minis procedunt † deducta per Rotam coram Card. Seraph.
dec.725. per totam, & signanter n.2. & 3. & apud Pacif. de Sal-
uian. *dec.100. num.1.* Secus autem vbicumque (prout hic) as-
signatur, vel alienatur Vniuersitas Bonorum cum specifica
traditione rerum singularium, & particularium, vt euenit in
proposito, ibi, *Assignamus, & concedimus dictum Tenimen-*
tum S. Io. ad Assum, cum omnibus adiacentis, & in dicta Cu-
ria existentibus, quod Tenimentum, & bona sunt infrascripta,
videlicet, *la Tenuta, e Palazzo, &c. d. num.2.* Hoc enim casu,
11 cum Iuspatronatus consideretur † tanquam vnum ex iuri-
bus particularibus, non venit sub generali assignatione, nisi
de eo fiat specialis mentio, Emanuel Cost. *in repet. cap. si Pa-*
ter verb. Trebellianica sub num.7. vers. Quapropter venditis
de testam. in 6. Peregr. *cons.11. n.9. lib.4.* Lambertin. *de Iurepa-*
tronat. 2. par. lib.1. qu.5. sub n.4. vers. & quamuis, Garz. *de benef.*
par.5. cap.9. num.13. & 14. Barbos. *de Offic. & potest. Episc. al-*
leg.71. num.8. Maresc. *var. resolut. lib.2. cap.55. ante num.12.*
vers. quia quando, Lotter. *de re benef. lib.2. qu.9. num.52.* Mo-
dern. Pisan. *de Iurepatronat. lib.4. cap.1. num.9.* Rota *in Lu-*
cana Iurispatronat. seu Cappellaniæ 6. Nouembris 1598. coram
Litta relata per Garz. d. cap.9. num.12. & in Comen. Iurispa-
tronatus 12. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato, §. Res-
12 *ponsum enim fuit.* Et nisi copulatiuè expressus † adhibeatur
Ordinarij consensus, ex clara dispositione textus, *in c. quod au-*
tem Consulis de Iurepatronatus, ibi, *si consensus Episcopi non*
accesserit, nihil agi videtur, Lambert. *vbi supra d.2. par.1. lib.*
qu.1. art.19. per totam, sanct. me. Greg. *dec.420. num.1.* Duran.
dec.463. pariter num.1. cum cæteris allegatis *in d. Cracouien.*
Præpositura coram R. P. D. Verospio, §. nullitas verò, & in d.
Com. Iurispatronatus, d. §. responsum enim fuit vers. & adhiberi
coram R. P. D. meo Albergato. Dictio enim † præfata, *videli-* 13
cet, ibi, *bona sunt infrascripta videlicet.* Nomen tenimenti
esto, quod generale esset ad certa corpora particularia infe-
rius expressa restringit, iuxta theoric. Bart. *in l. quæsitum, §. si*
quis fundum num.15. vers. aut fuit facta numeratio, ff. de fund.
instruct. Bald. *cons.200. n.3. lib.4.* Aym. *cons.227. num.7. vers.*
quod sine dubio, Cephal. *cons.372. num.18.* Add. ad san. mem.
Greg. *dec.257. num.12. vers. nisi expressio.* Atque operatur,
quod assignatio simpliciter facta dicatur de corporibus par-
ticularibus, quo casu Iuspatronatus † non transit sub gene- 14
ralitate, & vniuersalitate verborum, etiam si assignentur
bona alicuius Castri, vel loci, vt præter supradictas authori-
tates alleg. concordantibus respondit Rot. *in Firmana Iurisp.*
28. Nouembris 1631. coram Reuerendiss. Terracinen. §. penult.
Accedit præfatis, tum ponderatio, quod dicta bona
non constituunt Villam, nec vniuersitatem, sed sunt inter
se diuisa, & separata, quodque licet Emilius Senior petie-
rit illa sibi assignari pro legitima cum Iurepatronatus, Iu-
dex † tamen præuia explicita designatione particularium 15
corporum bona assignauit, nulla facta mentione Iurispa-
tronatus *dict. num.2.* Vnde illud non concessisse videtur, &
quidem Iure optimo, † quia transit cum hæreditate vniuer- 16
sali, non autem cum sola legitima debita filijs, vt in puncto
Menoch. *consil.401. num.128.* Tum subsequuta obseruan-
tia, nam (vt supra dictum fuit) Emilius Iunior non præ-
sentauit tanquam Prior, & præsentatus habuit Institutio-
nem cum declaratione, quod Ius præsentandi ad illum spe-
ctabat, eiusque hæredes, & successores *dict. num.3.* Huius-
modi enim obseruantia † magni est momenti ad dignoscen- 17
dum an Iuspatronatus sit annexum vniuersitati, & an fue-
rit sub vniuersitate translatum, ex ponderatis per Ro-
tam *in recent. decis.314. num.3. vers. sufficit etiam par.4.*
Nulliter autem, & attentatè processit D. Ordinarius
Aretinus executor Apostolicus prouisionis † obtentæ per 18
Ioannem de Sebastianis, secundo loco præsentatum à d.
Domino Pandulpho moderno Priore. Nulliter siquidem
ex quo non fuit citatus Armenius Battellus præsentatus à d.
Domino Grossetano, & Consortibus, qui omninò citari de-
buit cum eius præsentatio expressè narrata fuerit in d. gra-
tia Apostolica, ibique, addita clausula, *Dummodo alteri*
non sit Ius quæsitum, & verificato Iurepatronatus d. Summ.
num.15. † quæ faciebant executorem mixtum, vt in ter- 19
minit Rot. *decis.142. num.6. & 7. par.5.* & magis in pun-
cto *in Bituntina Iurispatronatus 26. February, §. nec dubita-*
ri potest, & 7. Maij 1646. §. Minus obstat secundum coram bo.
mem. Arguelles. Præcipuè cùm Armenius mediante legi-
timo † Procuratore, iam antea contra Priorem, & Maior- 20
tum primum præsentatum comparuisset, suamque præsen-
tationem exhibuisset, *d. Summ. num.11.* vt post Rotam *in*
recent. decis.52. num.3. part.2. admissum fuit *in Firmana*
Cappellania 28. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Bichio, §. eo-
que magis in fine.
Attentatè verò, tùm quia pendente tempore ad † appel- 21
landum illi possessionem, tradit *cap. non solum de appell.*
in 6. & toto tit. ff. & C. nihil innouar. cum concordantibus
allegatis *in d. Bituntina Iurispatronatus.* Quod certiùs ad-
mittendum est dum postea dd. Grossetanus, & Consortes
appellarunt à die habitæ notitiæ, & causam appellationis
præuia auocatione simpliciter ad vtrumque effectum mihi
committi obtinuerunt, quæ † sanè commissio retrotrahi- 22
tur ad diem sententiæ, & efficit, vt omnia interim gesta
dicantur attentata, etiam † si aliàs appellatio non esset ad- 23
mittenda, iuxta conclusionem in Rota quotidie receptam,
& signanter in *decisionibus alleg. in d. Bituntina, & Viterbien.*
Canonicatus 26. Iunij 1652. coram me sub §. Quia præter
quod.
Tum etiam quia pendente lite † inter primos præsenta- 24
tos super Institutione Prior secundo loco præsentauit Ioan-
nem de Sebastianis, *cap.1. & 2. vt lit. pend. in 6.* quod pro-
cederet etiam in præsentatione, tradit Calderin. *cons.1. per*
totum eodem tit. & firmauit Rota coram Card. Caualer. *decis.*
480. num.1. in rec. dec.136. n.1. par.2. decis.336. n.3. vers. Ma-
xime quia part.3. & dec.507. num.3. & 4. par.5. & in Bitunti-
na Parochialis 26. Nouembris 1646. §. Quo vero ad Caballi-
num coram Eminentiss. D. Card. Othobono. Atque Ioannes
alium Iudicem adiuit, nempè d. D. Ordinarium Aretinum,
& ab eius manibus vigore prouisionis Apostol. possessionem
apprehendit, quod † fieri non posse monuit, in terminis 25
Lan-

Lancell. *de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in praf. num. 614. cum seqq.* quem comprobauit Rota *in Aquitana Iurispatronatus* 18. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio*, §. *pendentia autem*, *& prius in Gerunden. Beneficij* 1. *Februarij* 1649. §. *sed cum Andreas*, *& nuperrimè in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum* 14. *currentis*, §. *Hinc igitur coram me*, in quibus subdi-
26 tur, quod licèt Papa † non attentet prouidendo, executor tamen attentat tradendo possessionem lite pendente.

Nec subsistit, quod inter primos præsentatos processum fuerit extraiudicialiter.

Quia licèt simplex edictorum affixio, & publicatio ante-
27 quam compareat, † & se opponat legitimus contradictor
sint actus extraiudiciales, efficiuntur tamen Iudiciales, &
litem inducunt post comparitionem, & oppositionem
competitorum, qui in proposito ad plures citationes, iudiciales petitiones, & diuersas protestationes coram Ordinarijs Pientino, & Clusino deuenerunt *d. Summ. à num. 8. vsque*
28 *ad* 15. Hoc enim casu litem † esse inductam cum concurrant
requisita, *Clem. 2. vt lit. pendent.* & sic omnia deinde gesta
† attentatorum vitio laborare, firmauit Rota *decis. 227. n. 2. 3. & 4. part. 3. lib. 2. & decis. 266. num. 4. eadem part. 3. lib. 3. diuersorum Cremonen. praeposit.* 23. *Maij* 1644. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado*, §. *Nam illa in fine*, *in d. Aquilana Iurispatronatus coram R. P. D. meo Meltio*, §. *Pendentia autem in Leodien. Personatus* 16. *Maij* 1650. §. *Quia cum simplex*, *& in d. Lunen. Sarzanen. Beneficiorum sub* §. *Licèt enim coram me*.

Neque in dubium reuocari posse videtur Iudicialis citatio
30 coram Ordinario Pientino, cum de ea constet, † tam ex
præcedenti instantia Procuratoris Armenij, & ex illius decreto de citandis collitigantibus *d. Summ. num. 9.* quam ex fide Nuncij, & ex Epistola eiusdem met Ordinarij Pientini *num.*
31 10. atque melius ex comparitione ab eijsdem † collitigantibus facta in termino dictæ citationis *num.* 11. ex quibus, & signanter ex dicta comparitione suppleri defectum citationis, docuit Baldus *in l. si consentaneum sub num.* 35. *C. quomodo, & quando Iudex*, Vant. *de nullit. ex defectu citat. num.* 17. Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. num.* 118. Card. Seraph. *decis.* 1141. *num.* 4. Rot. *in Baren. seu nullius Pecuniaria* 26. *Maij* 1645. *coram me*, §. *prout etiam*.
32 Et hinc locus est † sequestro ne attentans gaudeat commodo vitiosæ possessionis, vt post Archid. *in cap. quia res* 50. *sub num. 9. caus. 11. qu. 1.* respondit Rota *in dicta Buuntina Iurispatronatus coram bon. mem. Arguelles*, *& in d. Lunen. Sarzanen. Beneficiorum coram me, in fine*.

Atque ita, &c.

R. P. D. BICHIO.

Montis Falisci Canonicatus.

Luna 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Beneficij valor, vt validè dicatur probatus per non excessum, qualiter testes deponere in hoc articulo teneantur, subreptio est plenè probanda, & ideò non dicitur docta, dum eius probatio redditur dubia.

SVMMARIVM.

1 *Mors alicuius benè probatur ex partita extracta ex libro Parochi.*
2 *Beneficium aliquod impetrare quærens, tacitè confitetur possessorem eius esse mortuum.*
3 *Presbyteratus qualitas benè probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
4 *In Curia, quod quis per longum tempus habitauerit probari potest ex testibus.*
5 *Beneficij valorem, vt testes probent per non excessum quid requiratur.*
6 *Beneficij valor probatur per testes, qui per certas coniecturas reddunt rationem sui dicti.*
7 *Beneficij valor per non excessum, iustificatur per testes probantes de publica voce, & fama.*
8 *Quod procedit, etiamsi testes non percutiant tempus vacationis beneficij.*
9 *Testis deponens de fama per non excessum si an probet valorem beneficij, & quid suffultus adminiculis.*

10 *Ad Beneficij valorem probandum per non excessum admittuntur leniores probationes.*
11 *Beneficij valor probatio per non excessum, coadiuuatur, si Testis prius deposuit per ascensum.*
12 *Et deinde fidem facit cum iuramento de valore per non excessum.*
13 *Testis deponens de summo valore beneficij, per non excessum videtur deponere.*
14 *Beneficij valor per non excessum benè probatur ex ipsa confessione aduersarij.*
15 *Ab Iudicis arbitrio pendet iustificatio valoris per non excessum.*
16 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam, quando sunt iustificatæ.*
17 *Beneficij gratia remanet subreptitia si non fuit Papa narratum, quod illud habebat annexam curam animarum.*
18 *Quod procedit etiamsi dicta cura animarum esset habitu.*
19 *Canonicatui quod sit annexa cura animarum, nullatenus probatur per fidem Cancellarij de attestatione facta ab Ordinario in visitatione facta.*
20 *Fides facta lite pendente tunc multò minus facit fidem.*
21 *Ius sepelliendi competere potest, sine causa curæ animarum.*
22 *Beneficium de iure præsumitur simplex.*
23 *Cura animarum in Ecclesia Collegiata non residet penes singulos Canonicos, sed penes Collegium.*
24 *Collegiata Ecclesia, quando habet curam animarum singuli Canonici non sunt dicendi Parochi.*
25 *Subreptio est plenè, & concludenter probanda ab allegante.*
Vnde sufficit, quod talis probatio reddatur dubia.
26 *Prouisus ab Ordinario, quando dicatur legitimus contradictor aduersus prouisum à Sede Apostolica, & num. 27.*
28 *Sedes Apostolica semper durat, nec morte Pontificis expirat.*
29 *Sedes Apostolica, etiam mortuo Pontifice, ligat manus Ordinarij.*
30 *Papa successor expediendo supplicationes non signatas ab antecessoribus, asseritur ratione congrue.*
Quæ litteræ non important nouam gratiam, & retrotrahuntur ad diem signatæ supplicationis.
31 *Contradictor legitimus, quis dici non potest, quando venit ex titulo nullo.*
32 *Idemque est, dum sumus in beneficialibus.*

DECISIO LXXI.

QVædam ex narratis ab Antonio in Litteris Apostolicis prouisionis obtentæ de Canonicatu existente in Ecclesia Collegiata Terræ Valeotani vacante per obitum Octauij Bonincasa non negat Dominicus Balthassar, cui eundem Canonicatum contulit ordinarius Montis Falisci, nempè vacatione per assertum obitum in Mense Nouembr. anni 1654.
quem plenè probat † partita extracta ex libro Pazzotli, Lot- 1
ther. *de re benef. lib. 3. qu. 10. n. 45.* Rota *dec. 221. in princ. qu. 2. diu.* & fassus est Aduersarius † impetrando beneficium ex ea- 2
dem vacatione, Lotther. *ibidem n. 42.* Ægid. *dec. 683. ante n. 1.* cum alijs alleg. *in Meleustana Benef. 25. Iunij 1649.* §. *iustificata coram me*, & Presbyteratum ipsius Antonij, quem pariter
† probant literæ patentes sui ordinarij, Felin. & alij relati *in* 3.
dec. Put. 134. n. 5. lib. 2. dec. Canal. 482. n. 2. & in Burgen. Beneficij de Vntomes 1. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Meltio.
Hac tandem continua habitatione Antonij † in Curia per 12
12. annos satis per duos Testes id optimè deponentes probata, *vbi numerus, ff. de Testib. cap. in omni negocio, cap. licet eod. tit.* cum alijs relatis *in Leodien. Beneficii 22. Iunij 1648. coram R. P. D. Verospio.* Negauit tamen narratum valorem canonicatus in duc. 80. per non excessum cùm ad hunc effe-
ctum non releuent † Testes deponentes de valore per ascen- 5
sum ad d. summam, Seraph. *decis. 1077. num. 5.* Greg. XV. *decis. 13. num. 5. dec. 147. num. 1.* Burat. *decis. 140. num. 15. 941. num. 4. & tanquam pars gratiæ sit probandus*, Cassad. *dec. 20. num. 4. super regul.* Seraph. *dec. 657. num. 5.* Rota *inter recent. decis. 160. num. 3. par. 2.*

Verùm vltrà dd. duos testes adest tertius nouissimè exami-
natus deponens de valore per non excessum computatis, cer- 6
tis, & incertis, reddensque sui dicti duas rationes alteram, ibi,

per esser prattico delle rendite di detto Canonicato, quam tationem sufficientem esse, tradit in fort. Bart. *in l.1.num.15.& seq. ff.certum petatur*, Felin. *in cap.cum causam n.5.vers.tertio declara de Testib.* Menoch. *præsumpt.24.num.11.& 13.lib.3.* Farinac. *de Test.b.qu.60.num.164.& seqq.* Alteram, ibi, *per essere stata delle cose sudette, & esserne publica voce, & fama,*
5 quæ valorem † per non excessum probat, vt in terminis iustificationis tradit Pen. *dec.991. num.7. dec.1036.num.3.* Rota *in Placentina beneficij 27. Maij 1647. §. valor coram Reuerendissimo Episcopo Tarraconen.* vbi subditur id sufficere
8 † quamuis Testes non percutiant tempus vacationis beneficij, quia satis est fuisse narratum in articulis super quibus deponunt.
9 Et licèt de fama † per non excessum deponat vnicus Testis, sufficit tamen, quia fulgitur alijs adminiculis, & ad pro-
10 bationem valoris per non excessum admittuntur † leuiores probationes, Garz. *de benef.par.5. cap.3.num.198.* Bur. *decis. 172. num.4.* cum alijs allegatis *in Melfen. Cantorij 2. Martij 1646. coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono in d. Placentina Beneficij, & in Gerunden. Prioratus 29. Aprilis 1647. §.2. vers. controuersiam coram me*. Adminicula autem deducuntur primo ex alio Teste, qui prius deposuerat per ascen-
11 sum, & deinde † fidem facit cum iuramento de valore per non excessum, secundò ex ipsis Testibus per ascensum
12 † deponentibus, cùm enim deponant de summo valore ad
13 quem fructus ascendunt † concludere videntur per non excessum, Duran. *d.decis.172. num.2.& 3.* Tertiò ex narratiua Aduersarij in commissione huius causæ, quod agitur de beneficio summam scut.24. longè excedenti, verisimile
14 enim est, quod si valor excederet ducatos 50. † non hoc modo valorem narrasset hæc verba illa longè excedens non videntur intelligenda de valore excedente vltra diuidium summam expressam, ita vt ex omnibus simul iunctis ad
15 credendum narratum non excessum moueri † possit Iudicis arbitrium, à quo pendere iustificationem valoris, tradit Lotther. *de re benef. lib.3. quæst.20. num.90.* & dixit Rota *in d. Placentina Beneficij coram Reuerendiss. D. Tarraconen. in Senogallien. Pensionis 5. Maij 1635. coram me vbi allegat concordantes*.

Iustificatis itaque omnibus narratis litteras Apostolicas es-
16 se † exequendas DD. dixerunt iuxta text. *in cap.11. cap. & ibi glos. verb. exequatur de preben. in 6.* & alios allegatos *in Licien. Prioratus 1. Iulij 1654. coram R.P.D. meo Zarate*. Non
17 obstante obiecta subreptione litterarum ob non factam † mentionem, quod Canonicatui est annexa Cura Animarum, vt debuit *cap. cum illis de preben. in 6. Clem.1. eod.tit.* Felin *in cap. in nostra num.15. de præscript.* Gonzal. *super reg.8. glos.6. num.3. & seqq.* Rota coram san. me. Greg.XV. *dec.450.num. 2.* vbi Add. *Litt. A. allegat concordantes dec.684. n.1.& 4.* vbi quod est facienda mentio, etiam de Cura, habitu, quando
18 cura est † apud aliquem, quicquid sit quando actualis ob deficientiam Parochianorum expirauit, *part.3. rec.*

Nam ad probandam hanc qualitatem Curæ affertur so-
19 lum fides Cancellarij de attestatione facta ab Ordinario in visitatione anni 1609. quæ nihil probat, eo minus cùm ema-
20 nauerit hac lite † pendente, & agatur de tuendo Aduersario prouiso ab ordinario contra prouisum Apostolicum, cui propterea non nocet, *cap. placuit caus.6. qu.2.* Abb. *in cap. cum à nobis 28. num.2. ad med. vers. autem quæritur de Testib.* Rosa *dec.285. num.4. inter impress. apud Modern.* Perus. *de manut. dec.632. num.14. apud Merlin.* & adminiculum præsumitur ex quo inter fructus incertos Canonicatos enumerentur
21 etiam mortuaria nihil releuat, quia ius sepelliendi † competere potest etiam sine cura Animarum, Federic. de Sen. *cons. 85. num.1.* Gonzal. *super reg.8. glos.6. num.53.* Grat. *disc.298. num.42.* Mascard. *de probat. concl.468. num.10.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.59. num.161.*

Præsertim, quia in contrarium militat præsumptio iuris
22 quod beneficium sit simplex, Ægid. *decis.675. in princ.* Staphil. *de litteris Grat. tit. de qualit. & stat. benef. num.2.* Rota *decis.233. num.4. decis.277. num.1. part.1. rec.* Quandoque in
23 Collegiatis cura † non residebat penes singulos Canonicos, sed penes Collegium ad notata *in cap. appostolic.7. qu.1. cap. sicut in vnoquoque 21. qu.2. cap. cum non ignarus de preben.* Grat.
24 *disc.865. num.25.* & per † consequens singuli Canonici non dicantur habere curam animarum, Gonzal. *super reg.8. d. glos.6. num.158.* Paris. *de resign.165. quæst.6. num.110.* Vgolin. *de potest. Episc. cap.30. §.3. in fin.* Barbos. *eod. tract. alleg.60. num.30.* vbi allegat concordantes. Et satis est aliquo mo-
25 do reddere dubiam † allegatam subreptionem, qua est plenè, & concludenter probanda ab allegante, Rota *dec.857. num. 15.* penes Seraph. *decis.108. num.1.* coram san. me. Greg. XV. *dec.440. num.1. part.3. recent.*

Minus dici potest, quod Aduersarius prouisus ab Ordina-
tio sit legitimus contradictor ad impediendam † executio- 26
nem litterarum Apostolicarum, eo quod prouisus fuit
Sede Apostolica vacante, & † litteræ Apostolicæ expeditæ 27
postea fuerunt Sede plena. Nam cum Canonicatus vacauerit antequam Sedes vacaret, & fel. rec. Innoc. X. manum super hoc Canonicatu apposuerit signando supplicationem ad fauorem Antonij exinde desuper inducta fuit af-
fectio, quæ semper durat, nec morte Pontificis expirat, 28
Duran. *dec.267. num.8.* Merlin. *dec.92. num.8.* Lotther. *de re benef. lib.3. qu.11. num.24.& 25. tex. est in extrauag. de preben.*
ligatque manus † ordinarij, ne possit conferre nec meretur 29
attendi, quod litteræ sunt postea expeditæ post electionem SS.D.N. Alexandri VII. Quia expeditæ fuerunt in forma ra-
tioni congruæ, † quæ non important nouam gratiam, sed 30
retrotrahuntur à die signatæ supplicationis in vita Prædecessoris, Oldrad. *cons.136. num.7.& 12.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de grat. in form. rat. congrui num.18. & seqq.* Rota *in Ascien. Pensionis coram Card. Sacrato impress. apud Marches. de commiss. par.1. fol.610. num.1. ante fin. & in Cæsaraugustana Pensionis 17. Martij 1653. coram R.P.D. meo Peutingero*.

Et proinde constito ex prædictis de clara nullitate collatio-
nis Ordinarij † nullatenus Aduersarius dici possit legitimus 31
contradictor, vt alijs allegatis dictum fuit *in Bononien. fideicomm. de Rubeis 30. Martij 1646. §. penult. in fin. coram Eminentiss. D. Card. Corrado in Compostellana Parochialis 1. Iulij 1648. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono*, & in
puncto, quod talis non sit prouisus ab Ordinario, † quan- 32
do constat de appellatione notoria decisum fuit *in Cæsaraugustana Parochialis de censuenda 13. Nouembris 1620. coram bon. me. Pirouano in Colonien. Canonicatus S. Vrsulæ 14. Maij 1627. coram bon. mem. Card. Vbaldo in Vintimelien. Cappellania 30. Maij 1635. coram bon. me. Motmanno*.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Mechlinien. Matrimonij.

Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Causa, quando commissa reperitur, appellatione remota, tunc ne sequatur damnum aliquod irreparabile, non solet denegari remissoria. Matrimonia licèt satis probentur per librum Parochi, itaut Testes in contrarium non admittantur, limita si ille haberi non potest.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur, quando materia articulata, est irrelevans.*
2 *Remissoria, quando sumus in causa graui, conceditur ex sola releuantia articulorum absque fumo.*
3 *Causa quando est commissa appellatione pendente tunc non ita facilè denegari solet remissoria.*
4 *Probationes non denegandæ veniunt, ne veritas pereat, dum causa fuit commissa appellatione remota.*
5 *Matrimonium probari potest ex fide Parochi, extracta ex eius libro parochiali.*
6 *Matrimonium est tantùm verum, quod probatur ex libro Parochi, quod non admittitur probatio in contrarium per Testes.*
7 *Matrimonium tunc probatur per Testes, quando verisimilis esset amissio libri Parochi.*
8 *Matrimonium coram quo Parocho, debeat celebrari.*
9 *Per scripturas, quod probari non potest, denegari non valet probatio per Testes.*
10 *Examinis Testium locus, dum non est tutus, non tenentur ad eum locum accedere Testes, & num.11.*
12 *Examinis locus dum non est tutus, tunc Iudex debet concordare facere partes de loco ipsis non suspecto.*
13 *Et Rota aliquando admisit vt Testes in Curia examinarentur.*

DE-

DECISIO LXXII.

REmissoriam pro parte Illustrissimæ D. Honoratæ de
Berghes Comitissæ de Bossia petitam ad probandum
matrimonium contractum inter ipsam, & Excellentissimum
Dominum Henricum de Lotharingia Guisium Ducem.
Censuerunt DD. esse concedendam: Quia materia articu-
lata est releuans, nec impugnatur ab Informantibus pro Do-
1 mino Duce; ac vlterius datur fumus matrimonij, & veritatis
eiusdem ex fide Parochi, ac depositionibus Testium in Curia
examinatorum, licet in profanis (qualis ad hunc effectum re-
2 putatur causa matrimonialis) sola releuantia absque fumo
sufficiat, vt in specie respondit Rota coram bon. me. Buratto
*decis. 656. num. 1. ac in Tullen. Matrimonij 18. Martii 1647.
& 16. Iany 1648. coram Reuerendiss. Tarraconen.*
3 Eoque magis quia causa commissa fuit appellatione † re-
mota, quo casu remissoria denegari non solet, ne sequatur
4 damnum irreparabile † ex defectu probationum, vt fuit
ponderatum coram fau. mem. Gregor. *decis. 562. num. 5.* co-
ram Burat. *decis. 816. num. 4.* & coram bon. mem. Coccino
*decis. 122. sub num. 3. ac in dd. Tullen. Matrimonij proximè
allegatis*; Et quamuis huiusmodi probatio desumi possit ex
5 libro Parochi in quo matrimonia adnotari solent, & debent
ex præscripto Sacri Concilij Trident. *sess. 24. de reform. ma-
6 tr. cap. 1.* Quo stante † non admittitur probatio per Testes
7 nisi adducatur casus verisimilis amissionis eiusdem † libri
(cuius tamen existentia in præsenti conuincitur ex fide su-
pra relata) iuxta tradita per Barth. *in l. Testium num. 10.
vers. item nota quod in casibus, &c. de Testib.* Bellamen. *de-
cis. 610.* Buth. *decis. 365. num. 4 lib. 2. in consect.* cum alijs rela-
tis *in Barchinonen. Parochialis, seu Vicaria 13. Iunij 1644. co-
ram Eminentissimo D. Cardinale Corrado §. Præterea, & §.
vel si vera cum seqq.*
Nihilominus quia Articuli continent etiam quod D. Co-
8 mitissa erat † subdita Parocho S. Mariæ Guldulæ, & D.
Dux vel Miles Vicario Generali exercitus, aliasque referunt
circumstantias validitatem matrimonij concernentes, quæ
9 per scripturas iustificari † non possunt, ideò non est dene-
ganda probatio per Testes, vt dixit Rota *decis. 45. de test. in
antiq. & in recent. decis. 196. num. 8. & seqq. part. 6.* Add. ad
Burat. *decis. 180. sub num. 12. vers. sufficit tamen,* & in specie
responsum fuit *in d. Tullen. Matrim. 26. Iunij 1648. coram
Reuerendissimo Terracinen. §. Non obstat quod matrimonium.*
Cæterùm quia difficultas restringebatur circa locum exa-
10 minis, cum pro parte D. Ducis fuerit † allegatus non tu-
tus accessus ob notas causas ad loca Belgar. vbi Testes de-
11 gunt, ac proindè illac comparere non teneatur, † neque
Procuratorem mittere, *iuxt. Text. in Clemen. Pastoralis §.
Pisana de re iudic. cap. ex part. 47.* vbi Dec. *num. 3. de Appel-
lat.* Felin. *in cap. Accedens il secondo num. 7. vel ut. non con-
test.* Bero. in his terminis *cons. 28. nu. 47. cum seqq.* Vrsillus ad
Afflict. *decis. 287. num. 29.* Mascard. *de probat. conclus. 29.
num. 7. cum seqq.* & fuit dictum *in Vercellen. Matrimonij 18.
Iunij currentis coram Reuerend. P. D. mea Bichio §. Proba-
tur, &c.*
Placuit DD. ad consulendum vtrique parti demandare,
12 vt examen committatur in loco, & Iudici † non suspecto
concordando de ordine Rotæ iuxta *Text. in d. cap. accedens
il secondo, vt lite non contest. d. cap. ex parte de appellat. cap.
cum dilecta vers. nolentes de confirmat. vtil. vel inutil. glos. in
cap. accepimus verbo ferunm de fide Instrum.* & seruatum fuit
coram Verall. *decis. 13. part. 3. ac in dicta Tullen. matrimonij
16. Martij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen. §. finali.*
Et ad omnem bonum finem voluerunt, quod Testes exa-
13 minandi nominentur in Curia, vti † alias mandauit Rota
coram Verall. *dec. 70. d. part. 3.* coram bon. mem. Coccino
*decis. 10. num. 7. & decis. 20. in fine, ac in d. Tullen. proximè
allegata*, & sæpè in alijs.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Depositarius non seruans legem depositi, & benè il-
lum non seruans, si soluat, malè se gerit, & tene-
tur iterùm soluere. Confideiussores, quando
plures non dicantur esse, & quando secus. Loca-
tor operarum an teneatur de leuissima culpa,
quod acriter discutitur. At in casu præsenti non
solum constabat de leuissima, & leui culpa, verùm
etiam de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius non seruans formam sibi traditam in deposi-
to, non debet mirari, si dupliciter soluat.*
2 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
3 *Fideiussores si simul, & semel non se obligauerint in eo-
dem instrumento pro vna summa.*
*Sed per diuersa instrumenta nulla facta mentione in pri-
mo de fideiussione facienda ab alio, nec in secundo de
obligatione facta in primo, non dicuntur confideiusso-
res eiusdem summæ.*
4 *Confideiussores non possunt dici nisi pro eadem persona, &
pro eadem summa, apud eumdem, eodem tempore fi-
deiusserint.*
5 *Fideiussores non dicuntur accessisse contemplatione mutui
periculi, nisi ab initio fuisset conuentum, quod alius de-
tur fideiussor.*
6 *Solutio, quando legitimè fuit facta, non est ea controuer-
tenda.*
7 *Solutio, quando fuit legitimè facta non potest imputari ali-
qua culpa, & quid si culpa sit leuissima.*
8 *Locator operarum tenetur de leuissima culpa.*
Computista, seu Ratiocinator dicitur locator operarũ, n. 8.
9 *Locatoris culpa abesse dicitur, si omnia facta fuerint, quæ
diligentissimus quisque obseruaturus fuisset.*
10 *Verbum,* diligentissimus, *positum in leg. si merces, §. qui
columnam ff. locat. quid importet.*
11 *Nam secundum communem opinionem vsurpandum ve-
nit pro positiua.*
12 *Locator tenetur de leui culpa, quod procedit secundum
obligationem legalem, quamuis accederet etiam pro-
missio de diligenter administranda.*
13 *Verbum,* diligenter, *recipit interpretationem è subie-
cta materia.*
14 *Locationis natura est, non obligare, nisi ad leuem culpam.*
15 *Fideiussorum obligatio restringitur ad ea, quæ ratione
officij assumptus facere tenebatur, & vide num.
17. & 18.*
15 *Quod procedit, etiamsi officium pro præstita fideiussione
aliquam præstitisset errandi occasionem.*
16 *In officio delinquere aliud est, & aliud delinquere causa
officij.*
19 *Officium Computistæ est subducere rationes, easque cal-
culare.*
20 *Non autem discernere, an conditiones Mandatorum
fuerint adimpleta, & ad eum spectat mandata capse-
riæ dirigere.*
21 *Depositarius soluens depositum conditionale, sine illius pu-
rificatione, tenetur iterùm illud soluere.*
*Maximè si fuit canonizatus per plures decisiones, talis
articulus iuris.*
22 *Decisiones in causa facta, supponuntur in disputationi-
bus eiusdem causæ.*
23 *Euitare aliquid valens, sibi imputet, dum non curauit
illud euitare.*
24 *Culpa (data etiam leuissima) tunc sufficeret ad condem-
nandum locatorem operarum, quando omnis diligentia
fuit promissa.*
25 *Diligentia geminata promissio iuncto præsertim aliquo si-
gno vniuersali auget diligentiam ita, vt teneatur etiam
de leuissima culpa.*
26 *De culpa leuissima, vt quis possit pacisci, certum est.*
27 *De culpa leuissima, imo leui, imò de dolo, quando quis
possit damnari.*
28 *A negligentia, quando minister non possit excusari in cul-
pa lata est, qui est negligens in suo officio.*
29 *Obedire alicui, quando quis tenetur, non redarguitur si
malè faciat.*
39 *Consulere, qui poterat peritiores, dicitur in lata culpa
esse.*
31 *Consuetudo, vt dicatur inducta quid sufficiat.*
32 *Officialis dicitur esse in culpa, dum non facit, id quod
consuetum fieri.*
33 *Officialis debet officium suum diligenter administrare, &
non committere negligentiam.*

34 *Quod procedit etiam in his quæ ratione consuetudinis annexa sunt, licet expressa non fuerint.*
35 *Officialis non potest egredi fines sui officij.*
36 *Rota sequitur iudicium Peritorum, in his, quæ spectant ad stylum, & peritiam mercaturæ.*
37 *Rota non sequitur stylum, & Peritiam mercatorum, in dependentibus ad dispositiones iuris.*

DECISIO LXXIII.

MOns Pietatis Vrbis per tres sententias conformes
coactus iterùm soluere D. Duci S. Gemini scuta 15.
mil. quæ aliis soluerat Flaminio Razzanti, eo quod primam
1 solutionem fecerat non † seruata lege depositi, nempè non
habita fide à Fonthia Notario de adimplemento conditio-
num in instrumento Census contentarum, culpas P. Pauli
Bonilli Computistæ, & Ratiocinatoris Montis id euenisse
asserens agit executiuè pro sui reuelatione contra hæredes
Pierotij Altouiti, & Ioannis Altouiti, quorum primus in ipso
instrumento obligationis Bonilli pro eo ad fauorem Montis
fideiussit vsque ad summam scut. 2. mill. alter per instrumen-
tum separatum eadem die pariter fideiussit vsque ad sum-
mam scut. 2. mil. & examinato hodie articulo, An sit relaxan.
mandatum pro qua summa, & contra quæ bona Rota cen-
suit esse relaxandum pro scut. 2. mil. contra bona hæredita-
ria Pierotij, & pro alijs scut. 2. mil. contra bona hæredita-
ria Ioannis, nam vtriusque obligatio pro dd. summis aper-
2 tissima est in forma Cameræ, † habetque propterea execu-
tionem paratam, Zacch. *de oblig. Camer. quæst. 1. n. 5.* Cùmque
non fideiussetint simul, & semel in eodem Instrumento pro
3 vna sũma, sed per diuersa † Instrumenta nulla facta mentio-
ne in primo de fideiussione facienda ab alio, nec in secundo
de facta à primo, & summa promissa duplicationem recipiat
non censentur inuicem confideiussores eiusdem summæ; ta-
les enim non sunt nisi pro eadem persona, & pro eadem sum-
4 ma apud eumdem eodem tempore, vel saltem contempla-
tione mutui periculi fideiusserunt, Gottofred. *in l. si à Titio
43. ff. de fideiussor.* Valenz. *cons. 9. n. 42. & 43.* Vinc. de Fran-
ch. *dec. 55. n. 10. & 11.* Rota *decis. 617. num. 5. & seq.* vbi in
specie dicitur non dici fideiussores accessisse contemplatione
5 mutui † periculi, nisi ab initio fuisset conuentum, quod alius
detur fideiussor *par. 5. rec.*

Quod verò contra fideiussores commissa fuerit stipulatio,
pendet à duplici inspectione videlicet, an solutioni, vt suprà
factæ Razzanti causi causa dederit culpa Bonilli, ex qua ille
possit conueniri, & quatenus possit, an ad hunc casum obli-
6 gatio fideiussoris porrigatur. † Primum negabant Infor-
mantes pro hæredibus Altouitis, vel quia solutio legitimè
7 facta † fuerit, & nulla nedum Bonillo, sed nec ipsi Monti
8 culpa tribui valeat, vel quia si quæ Bonilli † interuenisset,
leuissima ad summum esset de qua locator operarum, qualis
ille erat non tenetur, nam licet *textus in l. si merces §. qui co-
lumnã ff. locat.* locatoris culpam abesse declaret si omnia fa-
9 cta fuerint, quæ diligentissimus quisque † obseruaturus
fuisset: vndè aliquibus visum est locatorem teneri ad leuis-
10 sima, quam significare solet superlatiuum illud † diligen-
tissimus, tamen iuxta magis communem opinionem
11 vsurpari hic debet regulariter pro positiuo, & sic pro † leui
culpa, vt aduertit *glos. in d. §. qui columnam verbo diligentis-
simus*, quam sequitur ibidem Salic. *num. 8.* Bald. *in l. in iudicio
num. 4. & 5. C. locat.* Myssing. *in §. qui pro vsu nu. 20. vers. di-
ligentissimus instit. eod. tit.* Piccard. *ibidem n. 4. & 5.* Azzo. *in
Summ. C. in rubr. 8. cap. 7. in princ.* Molin. *de iust. & iur. tom. 2.
disp. 494. nu. 4. vers. item*, vbi per plures rationes latissimè id
comprobat Grat. *cons. 94. n. 53. lib. 2.* Hond. *cons. 90. num. 53.
lib. 2.* Hond. *cons. 90. num. 35. & 36. lib. 2.* Valenz. *cons. 179.
n. 24.* Caualcan. *dec. 37. n. 12. & 13. & 25. & 22. par. 1. Bonon.
12 mercium 26. Maij proximi, §. neque coram R. P. D. Priolo*, sicu-
ti id procedit, quando locator tenetur solum obligatione le-
gali ità accedente etiam eius promissione de diligenter admi-
13 nistrando, quia † verbum, *Diligenter*, recipit interpretatio-
nem à subiecta materia, & natura, locationis non obligantis,
14 † nisi ad leuem culpam, vti notat Add. ad Dec. *cons. 274. lit-
ter. A.* Rim. iun. *cons. 795. num. 21. & trib. seqq.* Gozzad. *cons.
63. num. 20.* Fulgos. *cons. 193. sub num. 3.*

Alterumquia fideiussorum obligatio restringitur ad ea,
quæ ratione officij Computistæ Bollinus ad illud assumptus
facere tenebatur, Alber. *in l. fideiussores num. 2. ff. fideiussor.*
Marsil. *in rubr. ff. eod. tit. num. 208. & in l. fin. num. 167. ff.
iurisd. omn. iud.* Bald. *cons. 142. n. 1. vers. quinimo lib. 5.* Petr.
de Vbald. *de duob. fratrib. p. 8.* Rot. *dec. 156. n. 7. part. 5. rec.*
itaut fideiussoria obligatio non extendatur ad aliud, vel per
accidens cum eodem officio coniuncta, Bald. *cons. 142. nu. 1.
versic. & ideo lib. 1.* Dec. *consil. 197. num. 1. versic. & li-
cet*, Mut. *decis. Sicil. 100. num. 10. & seqq.* etiam si offi-
cium, pro † quo fuit præstita fideiussio aliquam præstitisset 15
errandi occasionem, Giouagn. *respons. 43. n. 44. & 45.* vbi
ait, quod differt delinquere in officio, & delinquere causa of-
ficij † *lib. 1.* Error autem de quo Bonillus redarguitur, eo 16
quod non habita fide à Notario de conditionibus adimpletis:
Ideòque non seruata lege † depositi mandauerit Capsorio 17
Montis, vt soluat Razzanti, aut non adest, quia Bonillo
exhibita fuit fides Notarij de adimplemento conditionum,
neque eam Iurisconsultorum mensura † debebat metiri, 18
aut non versatur circa officium computistæ, ad quod cir-
cumscripto statuto Montis longè post fideiussionem condi-
to, & propterea eam non comprehendente ad Text. *in l. 3.
Cod. de legib.* Menoch. *de arb. cas. 185. num. 1. & per tot.* re-
missiuè † non spectat nisi subducere rationes, & calcula- 19
re, non autem discernere an conditiones fuerint adimple-
tæ, & mandata Capserio † dirigere Bart. *in l. instar num.* 20
9. C. error. calc. Cyriac. *controu. 202. num. 67.* Thomat. *dec.
March. 1. num. 4.*

Sed quoad primum responsum fuit hodie non posse in du-
bium reuocari culpam Montis eiusque Ministri, † cùm ea 21
canonizata fuerit in duabus *decis. sub die 8. Martij, & 21.
Iunij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter Montem,
& Ducem S. Gemini aditus ipso etiam Bonillo citato*, quæ deci-
siones iuxta stylum huius Sacr. Tribunalis supponendæ
† sunt, nec post emanatas sententias, earumque consuma- 22
tam executionem potest Bonillus prætextu illarum iniustitiæ
cui tare releuationem debitam Monti, sed sibi imputet si
tunc vocatus † passus fuit Montem condemnari, *gloss. in* 23
l. si dictum §. si præsenti verb. posset ff. euict. quam singularem,
dicit Bald. *in l. libera in princ. C. sent. & interloc. omn. iud. &
in l. fin. §. 1. sub num. 5. vers. nam qui semel ff. vsur. res indic.*
Alex. *in l. 2. §. voluntatem n. 15. ff. sol. matr.* Decian. *cons. 69.
n. 17. lib. 4.* Rot. *decis. 395. nu. 15. part. 4. tom. 2. rec. & in Me-
diolanen. bonorum 26. Iunij 1647. §. nonobstat coram me.*

Eandemque culpam (esto leuissima esset) sufficere † ad 24
condemnandum locatorem sentiebant aliqui ex Dominis
stante expressa promissione Bonilli nedum de administran-
do diligenter, in quibus terminis loquuntur Rimin. iun. *&
alij suprà exaduerso allegati*, sed vlterius cum omni diligen-
tia, ibi officium, &c. *diligenter, & cum omni, qua decet di-
ligentia exercere*, geminata † enim promissio diligentiæ, 25
iuncto præsertim signo vniuersali, omni, ne otiosa sit, au-
gere videtur obligationem legalem, & obligare etiam ad le-
uissima culpam Ioan. Arprect. *in §. conductor autem num. 11.
in fin. vbi loquitur in puncto de eo qui diligentiam promisit, &
num. 20. vbi de promissione cum signo vniuersali, & num. 32.
& seq. inst. de locat. & in §. is qui 15. qui exequitur num. 21. in
fin. inst. de mand.* Gabr. *cons. 169. num. 29. lib. 2.* Dec. *cons.
274. num. 3. vers. & à fortiori, & vers. & magis diligens*, Ne-
gui. *quæst. 192. sub n. 1. vers. hoc tamen, & n. 2. & 4.* facit Me-
noch. *cons. 1194. n. 4. & seq.* de qua certum est posse cum lo- 26
catore pacisci, Azor. *inst. moral. part. 3. lib. 8. cap. 7. in princip.*
post Imol. *cons. 143. num. 16. & 18.* Becc. *cons. 94. n. 34. & 35.*
qui in fortioribus terminis firmant non esse ad hunc effe-
ctum necessariam indiuiduam expressionem, sed satis esse
verbum vniuersale, *Omnem*.

Sed in casu nostro leuissima dici † non potest, & leuem, 27
immò etiam latam esse firmatum fuit in *secunda citata decis.
coram Reuerendissimo D. meo Decano 8. Mart. 1641. §. nec di-
catur in fin.* ibi, *vndè Ministri Montis debebant exquirere
an illa essent apta adimplere conditiones requisitas in Instru-
mento, & propter huiusmodi omissionem non possunt excusari à* 28
*negligentia, ac in §. seq. ibi, & in lata culpa dicitur esse, qui est ne-
gligens in arte, & officio suo*, estque aduertendum, quod hæc
verba decisionis diriguntur præcipuè ad Bonillum, qui man-
dauit Capserio, vt solueret; nam Capserius † tenebatur obe- 29
dire mandato, solusque Bonillus peccauit mandando solui
non adimpletis prius conditionibus, & sibi non exhibita
fide Notarij Fonthiæ de conditionibus adimpletis, prout
fuerat in deposito promissum. Nihil suffragante fide
Notarij de exhibitione Instrumentorum, quia lex de-
positi non loquitur de fide exhibitionis, sed adimplementi
conditionum, ibi, *sempre che dal medesimo Notaro si
sarà fatta fede, che siano state adempite le conditioni con-
tenute, &c.* & facilè erat Bonillo si fidem diligenter legisset,
agnoscere eam huiusmodi non esse, cùmque † facilè 30
pos-

posset consulere Peritos, ne ignorantia iuris eum excuset,
Menoch. *cons.* 35. *num.* 24. *Cod. de rest. in integr. quæst.* 10. *art.*
8. *n.* 59. & 60. Cyriac. *controu.* 128. *n.* 114. & *seq.*
Quoad secundum ponderarunt Domini, quod Bonillus
nedum fuit deputatus in Computistam, sed etiam in ratio-
cinatorem Depositorum Montis, & ad hæc officia spe-
ctare mandata de soluendo Capserio dare, siue deposita
fuerint libera, siue conditionata, & consequenter condi-
tionis implementum antea scrutari satis colligi ea pluribus
mandatis in vtraque Depositorum specie factis ab antecess-
sore Bonilli, & successiuè ab eodem Bonillo; Consuetudo
31 enim, quæ ex tribus etiam actibus iuncto † decennij lapsu
inducitur demonstrat, quæ sint partes officij ratiocinatoris,
& Bonillus simpliciter in ratiocinatorem deputatus explere
ratione officij debet ea, quæ ipsi officio incumbunt, vel ex
speciali prouisione, vel ex consuetudine, vt per Purpur.
cons. 306. *num.* 29. Mozz. *de contract. tit. de mandato rubr.*
de naturalibus num. 18. & 19. Surd. *decis.* 223. *num.* 12. & 14.
Arias de Mesa *var. resol. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 1. *in fin.* & in
terminis Incatinnis Caualer. *decis.* 44. *num.* 76. *vers. nisi esset*
consuetudo part. 1. alijque relati à Modern. Lucan. *in Prag-*
mat. Reg. Neapol. pragm. 1. *de locat. & conduct. collect.* 2.
num. 37. *fol.* 322. & magis in specie, quod dicatur in culpa
32 officialis, qui non facit illud quod consuetum est fieri, & è
conuerso tradit Bart. *in l. si pignore* §. *vltim. num.* 1. *ff. pi-*
gnorat. act. Bald. *in l. si penes in fin. C. deposit.* Aym. *cons.* 145.
num. 12. Rol. *cons.* 58. *num.* 19. *lib.* 4. Guttierez. *pract. quest.*
lib. 3. *quæst.* 29. *num.* 22. de Mesa *d. cap.* 45. *sub num.* 3. *vers.* &
ideo, Ioseph Lud. *decis. Perus.* 62. *num.* 14. Quapropter fide-
33 iussores, qui accesserunt obligationi Bonilli † de officium
administrando diligenter, & cum omni diligentia, tenen-
tur etiam de ijs, quæ saltem ratione consuetudinis annexa
34 sunt officio, † licet expressa non fuerint, Bart. *in l. Lucius*
47. §. *Paulus in princ. vers. in eo quod dicit ff. admin. tut.* Hen-
riq. *de fideiuss. cap.* 24. *num.* 277. & *seqq.* Maur. *eod. tract. se-*
ction. 5. *cap.* 2. *nu.* 79. *fol. mihi* 313. Eò magis quia Ioannes al-
ter ex fideiussoribus benè sciebat hanc consuetudinem cum
dicto anno 1601. die 11. Iulij fecisset quietantiam nomine
Vrsolinæ Trombettæ pecuniarum ei solutarum vigore man-
dati facti à Computista antecessore Bonilli Capserio quate-
35 nus † excessisset fines officij isto etiam casu competit actio
ex contractu locationis, cui fideiussores præterea, & ac-
cesserunt, *l. fin. ff. mand.* Picard. *in* §. *qui exequatur inst.*
mand.
Et ita decisum vtraque parte Informante non obstante
36 contrario Iudicio Mercatorum, quod Rota in † respicien-
tibus stylum, vel peritiam Mercaturæ, enim tamen in de-
37 pendentibus à dispositione Iuris qualia † sunt ista sequi so-
let, vt alijs alleg. *fuit dictum in Rom. Cambij* 17. *Febr.* 1642.
§. *ad secundum in fin. coram me.*

R. P. D. MELTIO.

Corduben. dimidiæ Portionis.

Die Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Contumacia aduersus Rotalia mandata, cùm sit de-
lictum deterrimum, & pessimi exempli, & ma-
ximè si simus in personis Ecclesiasticis, quibus ma-
ximè conuenit obedientia Mandatis Apostolicis;
Quare probata dicta contumacia, ac seruatis de-
bitis requisitis, deuenitur ad relaxationem decla-
ratoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Mandata Rotalia Capitulo cuius Ecclesiæ rectè dicuntur intimata, si capitulariter id fuit factum.*
2 *Intimatio dicitur iudico facta Capitulo, etiam si erat congregatum in Choro.*
3 *Mandatis Rotalibus quis non dicitur obedire, dum expressè recusauit id adimplere.*
4 *Ad declaratoriæ fulminationem antequàm deueniatur, sunt seruandi, quatuor termini ad docendum de paritione, & num.* 5. *&* 6. *& num.* 12.
7 *Declaratoria importat suspensionem à diuinis.*
8 *Ex responsione benè colligitur animus respondentis, & num.* 9.
9 *Contumacia est graue delictum, & deterrimi exempli.*

10 *Inobedientia est contumacia.*
11 *Persona Ecclesiastica præ cæteris tenentur obedire Apostolicæ iurisdictioni.*
12 *Reproducto mandato personaliter intimato, & seruatis quatuor terminis solitis ad docen. de paritione, & constito de illorum recusatione, concedenda est declaratoria.*
13 *Declaratoria relaxatio propter contumaciam datur, etiamsi nulla adsit responsio.*
14 *Declaratoria, vt sit locus, sufficit solum docere de non paritione.*
15 *Declaratoria, vt validè dicatur promulgata de executione executorialium.*
16 *Auctoritatem iudicialem ea quæ habent plenam fidem faciunt.*
17 *Notario tantum creditur de actu coram se gesto, coram Testibus, & num.* 20.
18 *Clement. causam de election. asserit tunc legitimè fuisse factam intimationem, quando fuit porrecta per Notarium.*
19 *Pars dum habuit plenam notitiam omnium contentorum in citatione, & per necesse probatur, id sufficit.*
20 *Notario, vt credatur de actu coram se gesto, requiruntur Testes.*
21 *Notario dum in partibus Hispaniarum, de stylo creditur contra aliquem executam esse aliquam citationem, sine Testibus.*
Notarij in partibus Hispaniarum exequuntur citationes, &c. num. 24.
22 *Nuntio attestanti se aliquem citasse, sicuti creditur sine Testibus.*
23 *Ita quoque Notario attestanti se citasse aliquem, si ipsi sint soliti illas exequi in aliqua regione credendum est sine Testibus.*
25 *Ex subscriptione actus non parum robur sumitur actus.*
26 *Statutis est satisfaciendum.*
27 *Exceptiones dum sumus in terminis relaxationis declaratoriæ non admittuntur.*
Et maximè, si iam fuit super eis discussum.

DECISIO LXXIV.

IN vim sententiæ Rotalis latæ ad fauorem D. Didaci
Yransu del Pino super executione litterarum Apostolica-
rum prouisionis dimidiæ portionis, de qua agitur, fuit ex-
peditum solitum mandatum de immittendo, quod fuit præ-
sentatum in partibus Prouisori Corduben. cui inter alios
erat adiectum, & deindè † intimatum Capitulo Corduben. 1
dum reperiebatur congregatum, pro qua intimatione suffi-
ciens etiam fuisset si congregatum esset in Choro † *gloss. in* 2
cap. si Capitulo in verb. factam de concess. preb. in 6. Calder.
cons. 11. *de iure patr.* Cùmque Capitulum non solum minimè
paruerit ipsi D. Didaco possessionem tradendo, sed immò
parere detrectauerit, † & responsum dederit, quod ipsum 3
Capitulum erat legitimus contradictor ratione obseruantiæ
Statuti, puritatis sanguinis, cui idem Didacus non satisfe-
cerat, & quod post reproductionem dicti † mandati in Ro- 4
ta, & satisfacto per D. Didacum statuto puritatis sanguinis,
tunc Capitulum, & Canonici vtentur eorum Iure, interpo-
sita vlterius appellatione, & protestatione de Regia violentia
auxilio pro parte Didaci, fuit reproductum mandatum, &
seruati fuerant quatuor termini ad docendum de paritione,
† nec ea fuit demonstrata, vndè ad illius instantiam fuit peti- 5
ta declaratoria contra dictum Capitulum, nempè interdi-
ctum, & suspensio † à Diuinis, quàm Rota censuit conceden. 6
esse stante enim prædicta responsione à Capitulo facta con-
stat de eius aperta contumacia, † quæ operatur, vt non pos- 7
sit denegari declaratoria, Cassad. *dec.* 6. *de caus. poss. & pro-*
priet. Crescen. *dec.* 1. *C. de sequestr. pos.* Ad hunc enim effe-
ctum etiam quæuis responsio attenditur, ea qua argui, & di- 8
gnosci possit animus non parendi, Rot. *dec.* 407. & *seqq. par.* 9
4. *to.* 2. *rec.* cum alijs relatis *in Colonien. Vicar.* 14. *Maij* 1649.
coram Eminentiss. Dom. Card. Otthobono. Grauè enim deli-
ctum, & deterrimi exempli est inobedientia, † & contumacia 10
gloss. in cap. duo sunt 96. *distin.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. & *ibi*
respon. n. 29. *de iudic.* Couar. *in cap. alma Mater part.* 1. §. 9.
n. 3. *de sent. excom. in* 6. maximè in Capitulo, quod vti corpus
Ecclesiasticum præ cæteris tenetur † Apostolicæ iurisdi- 11
ctioni obtemperare, *cap. in memoriam* 19. *dist.* & *dixit Rota in*
Calaguritana Canonicatus 18. *Nouemb.* 1646. *cor. Eminen-*

tissimo Domino Cardinali Otthobono, & in Cæsaraustana distributionum 13. Nouembris 1647. in fin. coram R. P. D. meo Cerro.

Tantò autem visa fuit coocedeoda d. declaratoria, cùm fuerit reproductum mandatum personaliter intimatum, vt præfertur Canonicis in partibus, vt ex relatione Notarij, ac seruati fuerint quatuor termini soliti ad docendum de pa-
12 ritione, † & constat de illorum recusationes, *iuxt. receptum stylo Rotæ*, de quo per Felin. *in cap. ad proban. nu. 6. de sent. & re iud.* Achill. *dec. 5. de sent. excom.* Rota *decis. 445. nu. 4. part. 2. & decis. 631. num. 1. & 2. part. 4. tom. 3. recent.* & coram Manzanedo *fuit resolutum in Corduben. alimentorum 17. Iunij 1612.* & alias sępè, *& de relaxatione declaratoria interdicti contra Capitulum recusans paritionem mandati Rotalis firmauit Rota in Ciuitaten. conuocationis ad Synodum 15. Febr. 1645. coram me, in Leodien. Canonicatus S. Martini 15. Ian. 1653. coram R. P. D. meo Bichio.*

Immò, vt nec etiam sit necessaria contradictio, aut ino-
13 bedientia, sed sola † sufficiat contumacia in parendo, quę probata remanet eò ipso quod de paritione non docetur,
14 declarat Buratt. *decis. 268. num. 11.* Duran. *decis. 433. num. 1. & in rec. decis. 264. nu. 3. part. 6. & fuit dictum in Ampurien, seu Ciuitaten. electionis Vicarij 26. Iunij 1648. coram me.*

Non obstat, quod pro parte Capituli dicatur non constare de executione executorialium in partibus facta, sed
15 tantum de expeditione mandati Prouisoris † prædicti, quod non sufficit ad effectum declaratoriæ, nam dicto Capitulo capitulariter congregato nedum fuit intimata expeditio relaxata à Vicario Cotduben. pro executore assumpto, cum insertione tenoris mandati Rotalis, cuius insertum, vt factum
16 auctoritate Iudicis habeat eamdem vim, ac originale, & facit plenam fidem, *cap. cum in iure de offic. delegat. & cap. 1. & vltimo de fid. instrum.* & firmauit Rota coram Buratt. *dec. 108. n. 1.* sed vlterius fuit ipso Capitulo tradita copia ipsius mandati originalis, vt legitur in relatione Notarij asserentis, tradidisse, & consignasse vltrà intimationem mandatorum expeditorum à Vicario prouisore, cum insertione mandati copiam mandati Executorialis, quo per eos viso diaetunt,
17 &c. Cui quidem Notario † tanquam attestanti de actu capitolariter facto creditur ex traditis à Gabr. *conclus. 1. de fid. instrum.* Oldrad. *cons. 100.* Abb. *consil. 1. vol. 2. circa finem*, Rota *decis. 20. part. 6. recent.* & quamuis de solius copiæ tra-
18 ditione testaretur adhuc sufficeret, † quia *iuxt. Clementin. causam de elect.* tunc dicitur legitimè facta intimatio, quando fuit per Notarium porrecta copia, aut illius tenor præ-
19 lectus alterumque ex ijs fieri sufficere, † declarauit eadem Rota *decis. 5. num. 55. & decis. 12. sub num. 13. de rescript. in nou.* Vltrà quod dum ex supradictis constat, Capitulum habuisse plenam notitiam de omnibus contentis in mandato Rotali quilibet prætensus defectus sanatur, & est locus declaratoriæ, quia tota vis citationis consistit in eo, quod perueniat ad notitiam citati, *ad text. in d. Clem. causam de elect.* Felin. *in cap. cum contingat num. 8. de rescript. & in cap. gratum sub num. 4. vers. sed non quod de offic. delegat.* Roman. *cons. 380. num. 4. & cons. 410. num. 2.* Ruin. *cons. 61. num. 33. lib. 5.* Surd. *dict. cons. 88. num. 10.* Grat. *discept. for. cap. 156. n. 2.* Beltran. *decis. 138. per tot.* Rota coram Seraph. *dec. 1094. n. 4. & in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis, & 20. Iunij 1644. coram Reuerendissimo Tarracinen. & in Cæsaraugustana distributionum 15. Maii 1646. coram R. P. D. meo Cerro §. quia cum agatur, & in Craconien. Præpos. S. Floriani 12. Decemb. 1650. §. sequenti enim intimatio.*

Minùs refragatur, quod in tali executione non fuerint Testes adhibiti, qui in ea requirebantur, vt firmauit Rot. *decis. 1016. part. 3. lib. 3. diuers.* cum fuerit facta per Nota-
20 rium, cui non creditur, nisi de actu † coram Testibus gesto, Put. *decis. 5. num. 1. lib. 3.* Seraph. *decis. 1085.* Rota *post cons. Farinac. par. 1. dec. 99. n. 2.* quia de stylo in Hispania cre-
21 ditur in hac materia Notario etiam sine Testibus; Quoties enim Notarius in exequendo fungitur vice Nuntij publici,
22 sicuti creditur ipsi Nuntio ratione sui officij, † & iuramenti *gloss. in cap. cum parat ver. suus Nuntius de appellat.* Specul. *de citat. §. 1. vers. de citatione per Nuntium publicum num. 51.*
23 Ita etiam † stante d. stylo Notario credendum est sine Testibus, Rota *decis. 516. part. 1. diuers.* & coram Greg. XV. *decis. 426. n. 5. & 6. & decis. 453. num. 4.* coram bon. mem. Coccino *dec. 404. nu. 3. & dec. 475. num. 8.* coram Buratt. *dec. 146. n. 4.* & ibi Adden. *litt. B. & fuit resolutum in Toletana Canonicatus 18. Iunij 1648. §. de legalitate vers. quod verò Notario coram Eminentissimo Domino Card. Otthobono in d. Cæsaraugustana distributionum 25. Maij 1646. §. quia præterquod prædicta non procedunt in Hispanijs coram R. P. D. meo Cerro*, &
quod ibi vigeat stylus huiusmodi testatur etiam Modern. Cę- 24
senaten. *de citation. cap. 8. lib. 1. n. 119.* Vltrà quod etiam duo
Canonici se subscripserunt nomine Capituli in fine respon-
sionis prædictæ, ex qua subscriptione actus maximum robur 25
recipit cum in tali casu subscriptio Testium dispositioni ęqui- 26
paretur, Crauett. *cons. 73. num. 40.* Decian. *cons. 29. num. 30. volum. 2.* cum alijs allegatis per Mascard. *concl. 134. nu. 3.*

Demùm oihil facit, quod D. Didacus Yraozau del Pino
dicatur statuto † non satisfecisse, nec sę qualificasse, dum 27
pro eius parte non fuit præsentatum nouum memoriale suæ genealogiæ ad iustifican. An sit expositus prout nominator, nam non admittuntur huiusmodi exceptiones in hac materia, vltrà quod huiusmodi obiectum iam remansit sublatum
ex secunda decisione † in hac causa emanata sub die 30. 28
Ianuarij 1654. sub §. *respectu verò alterius ass. statuti.*

Et ità vtraque parte Informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. ZARATE.

Abuleñ. Beneficij.

Die Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum prouisiones Nuntiorum Apostolicorum, possunt dici Apostolicæ. Nuntij Apostolici Hispaniæ habent facultatem conferendi Beneficia vacantia, non excedentia ducatos 24. de Camera, & quando dictus excessus non dicatur probatus.

SVMMARIVM.

1 *Prouisionum Apostolicarum appellatione, veniunt etiam Prouisiones Nuntiorum Apostolicorum.*
2 *In Beneficij collatione, quando sumus in paritate qualitatum ille est præferendus, qui primus habuit prouisionem.*
3 *Contradictor legitimus, quis dicatur ad impediendam immissionem subrogato gratiosè.*
4 *Beneficia quæ vacant in mensibus reseruatis, spectat ad Sedem Apostolicam eorum prouisio.*
5 *Nuncius Apostolicus facultatem habet conferendi Beneficia 24. ducatos de Camera non excedentia.*
Qui tamen allegat excessum, illum tenetur probare, num. 5.
6 *Et de tali valore debet constare de tempore ante executionem gratiæ.*
7 *Beneficium, quod non excedat certam summam, an valide dicatur probata per confessionem partis.*
8 *Clausula*, augendi, vel minuendi, *quando non operetur.*
9 *Confessio facta ad vnum finem non debet ad diuersum effectum trahi.*
10 *Regula Cancellariæ de valore exprimendo, quando dicatur satisfactum.*
11 *Beneficij valor solitum est in minori quantitate exprimi, & hoc ad cuius effectum, & num. 12.*
13 *Rota decis. 7. de rescript. coram Cæsar. de Graff. declaratur, & num. 14.*
15 *Inter Canonicatus Germaniæ, & Hispaniæ adest differentia, & qualis sit ista differentia, num. 16. & 17.*
18 *Canonicatus redditus in quibusdam locis, toti consistunt in distributionibus quotidianis.*
19 *Consuetudines Prouinciæ sunt attendendæ.*
Mohed. decis. 16. de præbend. quo casu loquatur, n. 19.
Merlin. decis. 129. coram Merlin. qualiter sit intelligenda, & num. 22.
20 *Beneficij valor an probetur per assertionem Procuratoris prouisi Apostolici, & consuetudinem exprimendi d. valorem, & n. 21. & seq.*
25 *Confessio propria tunc eo fortiori probat, quando est adminiculata.*
26 *Confessioni propriè, quando omnimoda fides sit adhibenda.*
27 *Testi benè informato de qualitate alicuius beneficij, quia fuit illius administrator, fides est adhibenda.*
28 *Probationes, quando non sunt concludentes non iuuant.*

29 *Te-*

29 *Testes illi sunt praeferendi alijs, qui sunt adminiculati.*
30 *Testes illi, qui sunt praeferendi alijs.*
31 *Instrumenta lite pendente sine compulsorialibus extracta, non sunt in forma probanti.*
Et hoc multo minus dum non fuerunt recognita, num.31.

D E C I S I O LXXV.

BEneficium simplex Oppidi de Baltonado Abulen. Diœ-
cesis vacans de mense Maij 1649. per obitum Matthæi
Martinez de la Lastra impetrauit Benedictus Aluarez Al-
phonsus à Reuerendissimo Hispaniarum Nuntio pridiè idus
Iunij eiusdem anni, sub narratiua, quod non excederet 24.
ducatos de Camera, & successiuè suæ prouisionis vigore
pacificam adeptus fuit possessionem die 28. eiusdem mensis.
Postmodum verò Gabriel Calderon sub prædicta narratiua
valoris idemmet Beneficium fuit consequutum à san. mem.
Innocentio X. 8. idus Decembris sequentis, cuius gratiæ,
virtute introducta causam coram Ordinario Abulen. Bene-
dictus sententiam fauorabilem reportauit, sed ab ea appel-
latione commissa, & gratia subrogationis in Iuribus Mat-
thæi per Gabrielem obtenta disputare contingit, An subro-
gato gratioso sit danda immissio, in quo DD. negatiuè re-
1 sponderunt ex ea nimirum ratione, quia prouisus a † Nun-
tio Apostolico, seu Legato parem titulum habere censetur
cum prouiso Apostolico, secum etiam prouisus Apostoli-
cus dicatur, iuxt. text. *in cap. si Abbatem in princ. iuxt. gloss.
ibi, de elect. in 6.* tradit Gonz. *ad reg. 8. Canc. in annot. super
nullit. num.*268. Garz. *de benef. part. 5. cap. 3. num.* 14. Argel.
in tract. de acquir. possess. quaest. 20. num. 4. Rot. *decis. 206. n. 5.
part. 1. diuers. in Nicien. Archipresbyteratus 19. Iunij 1653.
in Nicien. Prioratus 5. Decembris eiusdem anni §. parus etiam
factum fuit coram me*; Vnde in hac paritate Benedictus
2 tamquam anterior in gratia præferri debet, vt per text. *in
cap. Capitulum de rescriptis*, Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap.
13. num.* 193. Rota coram Cassador. *decis. 20. num. 1. de præ-
bend. & decis. 19. num. 2. cum seq. part. 2. diuers.* & consequen-
ter legitimus contradictor habetur ad effectum impediendi
3 immissionem gratiosè subrogato per Viuian. *de iurepatro-
natus lib.* 11. *cap. 4. sub num.* 114. *vers. similiter habens*, Rot.
decis. 525. *num. 8. part. 2. recent.* maximè cùm ille sit in pos-
sessione ex tradit. per Lotter. *de re benef. lib. 2. quaest. 20. num.*
213. coram Burat. *decis. 842. num. 3. & seq.*

Nec impugnari valet talis prouisio ea ex quod beneficij
collatio tamquam reseruati ratione mensis ad Sedem Apo-
stolicam pertineret, quia exploratum est Nuntium Hispa-
4 niarum facultatem † habere prouidendi beneficia simplicia
non excedentia valorem 24. scutorum auri de Camera
computatis distributionibus exceptis Metropolitanis Cathe-
dralibus, & Collegiatis Ecclesijs, vt testatur Garz. *de benef.
part. 5. cap. 3. num. 84. & 89.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap.
5. num.* 23. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœmiali num.* 56.
Rota *coram Duran.* 114. *num. 8. & in Pampilon. beneficij de
Esparza* 15. *Dec.* 1649. *coram bon. mem. Arguelles, §. nullus
autem, vers. & propterea.*

Neque interest, quod prædicta Reuerendissimi Nuntij fa-
cultas restricta, & limitata sit ad Beneficia dictam quanti-
tatem non excedentia, & sic huiusmodi non excessus con-
cludenter probari deberet per Benedictum tamquam funda-
5 mentum suæ gratiæ, vt Aduersarij nunc valeat † impedire
immissionem, iuxta tradita per Garz. *de benef. dicta part. 5.
cap. 3. num. 189. &* 190. Gonz. *ad reg. 8. Cancell. d. §. 2. pro-
œmiali num. 57. & pluribus relatis*, Rota *in d. Pampilon. be-
neficij de Esparza coram bon. mem. Arguelles dict. §. si nullus
vers. & huiusmodi confirmata 2. Maij 1650. coram Eminen.
Otthobono*, autem saltem Benedictus teneretur coram exe-
6 quutore suæ † gratiæ iustificare prædictum non excessum,
Rot. *decis. 548. num. 1. part. 3. rec.*

Nam sufficienter quoad hunc effectum prædictus non
excessus iustificari visus est ex confessione d. Gabrielis,
7 † quatenus eumdem valorem expressit in impetratione
suæ gratiæ, qua quidem nulla potest dari efficacior proba-
tio, Garz. *de benef. d. part. 5. cap. 3. num. 202. cum seq.* Lotter.
de re benef. lib. 3. quaest. 20. num. 59. Rota coram Penia *decis.*
907. *num.* 1. & coram Merlino *decis. 159. num. 7. decis. 538.
num. 9. & dict. decis. 114. num. 7. coram Durano, & in Gerun-
den. beneficij 11. Martij 1648. coram Reu. P. D. meo Celso, §.
etenim, & in Bonon. Archipresbyteratus 23. eiusdem mensis,
& anni, coram Eminentissimo Corrado §. valor autem, &
admittitur in d. Pampilonen. beneficij de Esparza, §. iustifica-
tio coram bon. mem. Arguelles.* Adeò vt efficaciam confessio-
nis non diminuat clausula apponi solita augendi, vel minuē-
di † quando ea pars vsa non fuit, aut in prima litterarum 8
expeditione maior valor non fuit expressus, vt pluribus *de-
cis. alleg.* tenet Garz. *de benef. d. part. 5. cap. 3. d. num. 202. cum
seq. & demum declarauit Sanctissimus D. N. Alexander VII.
ex reg. 65. Cancellariæ.*

Minusque releuare debet, quòd confessio Gabrielis ad
alium finem tenderet ad diuersum non sit trahenda ex con-
gestis † per Tiraq. *in tract. res inter alios acta num. 24. & 25.* 9
Surd. *cons. 371. num. 62. & in decis. 250. num. 6.* Lotter. *de re
benef. lib. 2. quaest. 15. num. 41.* Rot. *decis. 200. num. 9.* coram
Burat. cùm scilicet † expressio in impetratione Gabrielis 10
esset ad satisfaciendum regulæ de valore exprimendo, in
quo solùm computantur fructus portan. & qui in absentia
percipiuntur non connumeratis distributionibus quotidia-
nis, vt per Oldrad. *cons.* 118. Bellar. *cons. 24. dub. 4.* Rebuff.
in tract. nomin. quaest. 9. num. 40. Rota coram Mohed. *decis. 16.
de Præb.* ac solitum sit Beneficium in † minori quantitate 11
exprimere ad satisfaciendum prædictæ regulæ ob minuen-
das expeditiones Bullarum, & solutionem annatæ, vt per
Rot. coram Merlino *decis.* 139. Aliusque effectus sit proba-
re, an valor excedat facultates Nuntij † conferentis, vt 12
per Rotam *decis. 7. de prabend.* coram Cæsar. de Grass. sub
cuius facultatibus quoad valorem Beneficij attenduntur di-
stributiones iuxta superiùs tradita.

Quia pro resolutione respondetur, quod est si in † *d. decis.* 13
Grass. dictum fuerit, quòd aliud sit probare valorem ad effe-
ctum regulæ, aliud verò ad effectum, an valor excedat fa-
cultates Nuntij in ea tamen nulla mentio fit de probatione
per confessionem partis aduersæ, sed solùm diuersitas ani-
maduersa fuit, quia ex vno tantùm casu actum † fuerat, 14
& ideò de alio dictum quod in specie videretur, nec subsi-
stere, quod quis non teneatur verum valorem Beneficio-
rum exprimere cùm semper vigeat dictæ regulæ dispositio,
& distinguendum sit inter Canonicatus † Germaniæ, & Hi- 15
spaniæ, & cætera beneficia, quæ impetrantur in Curia cum
in Beneficijs verus valor sit exprimendus, aliàs gratia inu-
tilis reddatur, vt contra Anchar. *cons. 395. num.* 113. & Co-
uarr. *lib. 1. var. resolut. cap. 20. num. 7.* tenet Guttier. *lib. 2. Ca-
non. quaest. 15. num. 76.* Quæxiada *sup. reg. 55. Cancell. fol. mihi*
139. Cochier. *ad reg. 61. Cancell. num.* 20. qui rationem red-
dit, quia † in Beneficijs non solùm agitur de commodo 16
annatæ, sed etiam de eo quod Papa sciat qualitatem Bene-
ficij, & merita personæ cui confert Rot. *decis. 185. num. 5.
part. 3. diuers.* & in terminis subrogationis Argell. *de acqui-
rend. possess. quaest. 19. art. 1. num. 16. & 17.*

In Canonicatibus verò Germaniæ vigore concordato-
rum, vt vitaretur annata fuit introductum, vt expressio tan-
tùm fieret 24. scut. de Camera, † & de stylo etiam in Hispa- 17
nia seruari, notauit Cochier. *vbi supra*, Modern. Auen. *quaest.
benef. part. 2. cap. 3. §. 6. & lib. 3. cap. 16. num. 4.* Rot. coram
Put. *decis. 505. num. 7. lib. 2.* & qualiter, & quando Canoni-
catus dumtaxat constat ex distributionibus † quotidianis 18
obseruat Cochier. *vbi supra num. 27. in fin.* Rot. *decis. 296.
num. 3. part. 2. recent.* & consuetudinem Prouinciæ seruan-
dam esse testatur Rot. *decis. 202. num. 8. part. 4. rec.* ea quibus
† intelliguntur, *decis.* Mohedan. 16. *de præbend.* quæ loqui- 19
tur in Canonicatu Hispaniæ, & relata *decis.* 139. coram
Merlin. quæ de Canonicatu Germaniæ † secundùm illius 20
Regni concordata, & sub eadem distinctione accipien. au-
ctoritates Rebuff. & aliorum quos refert, & sequitur Lotter.
de re benef. d. quaest. 15. à num. 34. asserentium confessionem
prouisi Apostolici, & consuetudinem exprimendi in Curia
non probare valorem quoad alium, & quamuis in ea firme-
tur † confessionem prouisi Apostolici in Curia non probare 21
valorem id procedit respectu nominationum, quæ ea indul-
to Apostolico, quæ ab vniuersitatibus, vel alijs fiunt ex
† ratione tradita in *d. decis.* 139. coram Merlin. ne 22
alias eluderetur mens Pontificis, qui voluit restringere facul-
tatem ad certam quantitatem † si propter huiusmodi indul- 23
tum liceret omnia beneficia prouidere, vt inquit Rota *d. de-
cis.* coram Merlin. vt in his terminis loquuntur Rebuff. &
alij ex aduerso allegati, quæ ratio cessat in † cæteris Beneficijs 24
Hispaniæ præter Canonicatus, cùm in illis verus valor sit
exprimendus ex superiùs traditis.

Præterea quia, & superior Gabrielis confessio corrobora-
tur † ex quamplurium Testium depositionibus pro parte 25
Benedicti formiter examinatorum, qui etiam per Gabrie-
lem

26 lem fuerunt producti, † & proindè omnimoda ijs fides sit
adhiben. Rota *decis.739. num.2. part.2. decis.583. num.6.*
part.4. tom.3. recent. & in Placentina benef.11. Decembris
1647. §.valor autem coram bon. mem. Arguell. maximè cùm
27 vnus ex eis fuisset † eiusdem Beneficij administrator per
plures annos, & sic informatus, Rot. *decis.281. num.1. & 2.*
& decis.587. num.5. & 6. coram Merlin.

Nec prædicta probatio videtur conquassari aliorum Te-
stium depositionibus pro parte d. Gabrielis, siquidem isti
Testes se referunt ad Tazmias, & Instrumentorum effectus
28 quibus non exhibitis † nulla ex eorum dictis oritur conclu-
dens probatio Rota *decis.237. num.4. part.1. decis.170. num.*
21. part.6. recent. coram Batatt. *decis.600. num.6. decis.82.*
num.9. coram Merlino, *& in Mindonten. Parochialis 3.*
Martij 1653. §. quo stante, vers. nam quamuis coram me, &
29 omninò præferendi sunt Testes † pro parte Benedicti, dum
adminiculari noscuntur Gabrielis confessione, coram Butat.
decis.367. num.5. & 13. & coram Penia *decis.592. num.10.*
§. & omnes dicti Testes vers. ex quibus.

Ex eademque ratione corruunt prædicta testimonia pro
30 parte Gabrielis quatenus de Instrumento † valoris depo-
nunt ex argumento eiusdem nouennij, quia etiam compu-
tato prædicto nouennio Testes Beneficij dicti contrarium
deponunt, quorum fidem præferendam esse firmatum fuit
stante præsertim dicta productione, & compulsatione, vt
comprobatur ex *lege Publia §. fin. ff. depositum,* Rot. coram
san. mem. Gregor. XV. *decis.331. num.11. & 462. num.3. &*
in pracit. Pampilonen. benef. de Esparza d. §. nullus vers. quam
per partitas coram bon. mem. Arguelles.

Vnde pariter fuit notula quædam reperta, & extracta ex
31 Archiuio Abulen. † vbi adnotantur redditus Ecclesiæ de
Baltodano dum ipsa lite pendente, & absque compulsoria,
& citatione alijsque requisitis fuerit extracta, Rota coram
Mantica *decis.127. num.1.* coram Coccin. *decis.289. n.6.* &
penes Peniam *decis.1190. num.20.*

Et ita vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Mediolanen. prætensæ Deuolutionis.

Die 1. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Dominus directus agens ad deuolutionem Emphyteusis, & maximè si non doceat de instrumento inuestituræ, plenè, & concludenter docere de dominio, itaque perperam adducentur coniecturæ, & præsumptiones, cùm etiam res aliena possit dari in Emphyteusim. Emphyteusis concessio, quando non possit fieri in extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ad effectum deuolutionis est plenè, & concludenter probandum.*
2 *Quod procedit, etiam si Ecclesia agat ad deuolutionem contra Monasterium, vel causam habentem ab eo.*
3 *Dominus directus agens ad deuolutionem, tenetur probare titulum nobilem pro acquisitione dominij, secundum ius gentium, vel Ciuile.*
4 *Dominium directum, tunc plenius est probandum, ad effectum deuolutionis, quando non docetur de instrumento inuestituræ.*
5 *De dominio, quando non dicatur constare ad effectum deuolutionis.*
6 *Solutio Canonis, & Laudemij, an probet dominium ad effectum deuolutionis.*
7 *Probatio præsumptiua non releuat, dum requiritur plena.*
8 *Ex deuolutionis capite dum agitur, concludens debet esse probatio dominij.*
9 *Ad deuolutionem agens plenè, & concludenter tenetur probare dominium, etiamsi prætendatur adesse recognitionem dominij.*
10 *In Emphyteusim, potest etiam dari, res aliena.*
11 *Libera qualibet res præsumitur.*
12 *Emphyteuticam rem aliquem esse prætendens, grauatur onere id probandi.*
13 *Dominij ratificatio admittitur ad effectum deuolutionis.*
14 *Quod tamen intellige verum, quando cum dicta recognitione, adest etiam instrumentum inuestituræ.*
15 *Canon potest etiam solui pro simplici locatione, vel contractu censuali.*
16 *Probatio præsumptiua ad effectum deuolutionis, ex quibus reddatur irreleuans.*
17 Decis.29. part.1. recent. & decis.164. recentior. *declarantur, & num.18.*
19 *Emphyteusis concessio facta pro se, suisque successoribus, hæredibusque quibuscumque.*
20 *Vel cui dederit &c. est transitoria ad hæredes extraneos.*
21 *Emphyteusis, quando dari possit extraneis, sine periculo deuolutionis.*
22 *Alienatio Emphyteusis in manum mortuam regulariter est prohibita.*
23 *Emphyteusis alienatio in manum mortuam, tunc fieri non valet, quando cum prohibitione legis, concurrit etiam prohibitio hominis.*
24 *Emphyteusis alienatio in mortuam manum qualiter prohibita dicatur.*
25 *Stylus alicuius loci non probatur per simplicem fidem Notarij.*
26 *Et hoc maximè, si non percutiat tempus, de quo controuertitur.*
27 *Clausula,* pro hæredibus, & successoribus etiam singularibus, vel cui, vel pro quibus dederis &c. *non faciunt Emphyteusim transitoriam ad extraneos.*
28 *Alienationis prohibitio in extraneos, quando adest in concessione Emphyteusis, ex hoc moderatur clausula,* & quibus dederit, *& similes.*
29 *Emphyteusis concessio facta cum prohibitione, vt non possit alienari in extraneos, quid operatur talis prohibitio.*
30 *In concessione Emphyteusis, si adsit clausula,* & quibus dederit, *& similes operantur, vt alienari possit etiam in extraneos.*
31 *Obseruantia debet operari suum effectum.*
32 *Obseruantia interpretatiua declarat, qualis sit natura Emphyteusis, de cuius inuestitura non constat.*
33 *Ab Emphyteusi cadit, qui infra biennium cessat à solutione Canonis.*
34 *Dominus directus dum recusat recipere Canonem, tunc Emphyteuta non cadit ab Emphyteusi ob illius non solutionem.*
35 *à Deuolutioni Emphyteusis quis excusatur, etiam ob causam credulitatis.*
36 *Purgationem moræ, ad effectum euitandi pœnam, æquitas canonica facilè admittit.*

DECISIO LXXVI.

PEr obitum q. Ioannis Baptistæ de Magistris, sine filijs
masculis, cùm prætenderetur factus locus deuolutio-
ni cuiusdam domus, sub asserto dominio directo Cappellæ
S. Ambrosij in Metropolitana Mediolanen. existentis Bla-
sius Constantius d. Cappellæ titularis iudicium instituit su-
per dictæ domus deuolutione contra Monasterium, & Mo-
niales S. Catherinæ ad Rotam Ciuitatis Mediolani hæredes
testamentarios prædicti Ioannis Baptistæ, & duas sententias
fauorabiles in partibus reportauit, à quibus interposita pro
parte Monasterij appellatione, causaque ad Rotam delata,
ac mihi commissa, dubitaui, An locus esset deuolutioni, &
Domini negatiuè responderunt, in eo præsertim se fundan-
tes, quod non constet de dominio Cappellæ deuolutionem
prætendentis, † prout ad hunc effectum plenè, & conclu- 1
denter illud probari debet ad text. *in l. approbationem 23. C.*
locat. vbi Bart. *num.10. in l. rem actio, ff. de rei vindic.* Bald.
in l. omnes in fin. C. de probat. Ruin. *cons.50. num.1. lib.1. vers.*
Nam quamuis amplians conclusionem procedere in Eccle-
sia deuolutionem prætendente † contra ipsum Monaste- 2
rium, vel causam ab eo habentem, & ita consuluit etiam
Socc. sen. *cons.167. num.22. lib.2. vers. circa quintam quæstio-*
nem, Roland. *cons.82. num.17. lib.2. vers.* vbi tradit Cra-
uet. *cons.157. num.13. ad med. vers. adeò,* Speculat. *tit. de em-*
phyt. §. nunc aliqua num.66. vers.52. vbi tenet, quod ad hunc
effectum Dominus directus tenetur iustificare † titulum 3
habilem pro acquisitione dominij secundum ius gentium,
vel Ciuile, Menoch. *de arbitr. Iud. cas.554. num.8. vers.*
ter-

tertius est casus, & ita sempet firmauir etiam Rota, &
signaater in decis.723.num.2.part.4. diuers. coram Martino,
Andr. decis.95. num.1. & 2. Seraph. decis.1350. num.1. vers.
est enim. Caual. decis.269. num.1. & 2. vers. quod Instrumen-
tum, Mellin. decis.11. num.8. vers. quantum autem, Duran.
decis.43. num.8. vers. vlterius, Merlin. decis.117. in princ.
in recent.decis.150. num.1. cum duob. seqq. decis.606. num.
pariter 1. part.1. & fuit dictum in Romana deuolutionis
28. Maij 1625. coram bon. mem. Pironano, in Romana Vinea
27. Apr.1646. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado, in
Romana bonorum 9. Decembr. 1641. coram Reuerendiss. Tar-
raconen. & in Mediolanen.pratensa deuolutionis 15. Februarij
1650. coram me §. turbiditas, in quibus omnibus firmatum
etiam fuit ad effectum probationis dominij in iudicio deuolutio-
nis, nec sufficere Instrumentum concessionis, iuncta solutione
Canonum.

Fortiùs ergo, & indobitanter conclusio locum sibi vin-
dicat in proposito casu, in quo nec etiam de Instrumento
Inuestituræ docetur, & ita certum est, non posse dici con-
4 stare de dominio Ecclesiæ ad effectum † rei vindicationis,
siue deuolutionis, glos. in l.1. & ibi Bald. & Ias. num.61. cum
seqq. C. de iur. emphyt. Alexander cons.112. in fin. lib.1. Paris.
cons.77. num.7. lib.3. Clar. in §. Emphyteusis quæst.4. Maresc.
var. resol. lib.1. cap.85. num.7. Rota coram Caputaqu. decis.
280. num.5. part.1. Seraph. decis.1453. num.1. in recent. d. de-
cis.150. num.3. part.1. & decis.651. num.3. & 4. part.3.

5 Neque pro concludenti d. dominij probatione visum
fuit suffragari posse Instrumentum venditionis factæ de
anno 1589. de controuersa domo Francisco de Magistris
Patri, & Authori Ioannis Baptistæ, qui Monasterium hæ-
redem instituit, cum expressione, quod illa esset emphyteu-
tica, & grauata annuo Canone lib.26. & solid.60. iuncta
recognitione Cappellæ in dominam directam, & solutio-
nem dd. Canonum, ac laudemij. Quia quidquid sit, vbi
6 de simplici † solutione Canonis, & laudemij ageretur, ad
quem effectum probatio deducta ea dicta recognitione,
atque solutione Canonis, & laudemij sufficeret in proposi-
7 to, in quo de rei vindicatione ex † capite deuolutionis agi-
tur dicta præsumptiua iustificatio sufficientem non inducit
8 probationem, cum plena, & exacta requiratur iuxt. doctr.
Alex. cons.10. cum duob. seqq. l.4. Caputaq. d. decis.280. part.1.
Rota coram Mulino d. decis.11. num.8. in rec. decis.606. n.2.
in fin. Quod procedit, etiam si deuolutio intentetur contra
Monasterium causam habentem à Io. Baptista de Magistris,
9 qui d. Cappellam in Dominam directam † recognouisse
prætenditur, quia adhuc tali recognitione non obstan. po-
test Monasterium, contra Ecclesiam deuolutionem præ-
tendentem quæstionem dominij refricare, ita Ruin. d. cons.
50. num.1. lib.1. vers. Nam quamuis, Soccin. sen. cons.167.
num.22. lib.2. vers. circa quintam quæstionem, Specul. tit. de
emphyt. §. Nunc aliqua num.66. vers.51. vbi assignat eam
10 rationem, quod Ecclesia potuit † aliquando concessisse
rem alienam in emphyteusim, Cephal. cons.108. num.6. lib.
11 4. & cum quælibet res in sui origine præsumitur † libera,
& seruitus à contrario non habeat causam naturalem, sed
aut impositiuam, aut præscriptam, inde fit, vt qui præ-
12 tendit rem aliquam † esse emphyteuticam, teneatur eam
talem concludenter probare, Menoch. de arbitr. Iud. cas.554.
num.9. Rot. in recent. d. decis.150. num.3. vers. Et quoad effe-
ctum part.1

Neque releuat, vt etiam pro iustificatione dominij ad
13 effectum deuolutionis admitti soleant adminicula † desum-
pta ea recognitionibus solutionibus Canonum, alijsque
similibus iuxt. decis.290. num.1. cum seqq. part.1. rec. quia
conclusio procedit, vbi cùm dictis adminiculis concurrit
14 Inuestitura, seu concessio in Emphyteusim, secus autem est,
quando prout hic deficit Instrumentum Inuestituræ. Nam
tunc ex quo præsumi potest, bona peruenisse ad possessio-
15 nem non vigore contractus Emphyteuci, sed † potiùs sim-
plicis locationis, vel contractus censualis, prout ita etiam in
dubio præsumitur, Natt. cons.2. num.3. Bero. cons.114. n.8.
lib.1. & cons.49. num.7. & 8. lib.3. Cranett. cons.112. num.8.
& cons.131. num.11. Rota coram Crescen. decis.3. de præ-
sumpt. & decis.1. de Cens. & decis.409. num.7. part.1. in rec.
cum alijs relatis per Mant. de tacit. & ambigu. lib.23. tit.3.
num.11. & 17. Sola hæc possibilitas sufficit ad reddendam
16 æquiuocam † probationem, desumptam ex dd. adminicu-
lis, & per consequens ad faciendam etiam eam irreleuan-
tem pro iustificatione dominij ad effectum deuolutionis,
pro qua plena, & exacta, vt dictum fuit, probatio requi-
ritur, & ita in terminis dixit Rota in recent. decis.606. num.2.
ad med. vers. respondebatur etiam part.1.

Hinc patet non applicari decisiones allatas pro parte
Cappellæ. Nam decis.290. part.1. recent. supponit † exi- 17
stentiam Inuestituræ, & Rota super ea præcipuum funda-
mentum constituit deinde super adminiculis sic, & decis.
164. part.6. recent. deducit probationem dominij † ex Inue- 18
stituris, & postea ponderat recognitiones pro adminiculis,
Mantic. decis.57. non loquitur in terminis probationis do-
minij ad effectum deuolutionis.

Tantò autem faciliùs DD. censuerunt, locum non esse
prætensæ deuolutioni, quia admissa etiam dominij directi
iustificatione, adhuc ex quo Emphyteusis, de qua in præ-
senti agitur, apparet alienabilis, † ac transitoria ad extra- 19
neos ex consensu per Rectorem Cappellæ præstito vendi-
tioni controuersæ domus factæ de anno 1589. in personam
Francisci de Magistris stipulan. pro se, suisque hæredibus
&c. & singularibus † successoribus, & cui, vel quibus de- 20
dit, quæ quidem clausulæ liberam alienam facultatem
important, & Emphyteusim etiam ad hæredes extraneos
transitoriam faciunt, vt benè per Roland. cons.55. num.4.
lib.3. vers. vbi feudum, Crauett. cons.84. sub num.11. vers. &
eodem modo, & cons.92. num.6. Curt. Iun. cons.1. in princ.
Mant. de tacit. lib.22. tit.19. num.29. Cyriac. contr.146. num.
11. Rot. coram Caual. decis.293. num.2. in recent. decis.261.
num.4. part.1. & fuit etiam resolutum in Romana domus
15. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Celso. Nam huiusmo-
di domus licitè, & absque deuolutionis pœna transire po-
tuit titulo † vniuersali Institutionis à d. Ioanne Baptista Te- 21
statore in Monasterium hæredem institutum, Berou. cons.
93. num.46. & 47. vers. Nam emphytheusis, Bursat. cons.60.
num.34. lib.1. vers. vt ad Monasterium glos. in Auth. ingress.
verb. dedicant, & ibi Bart. num.37. vers. quæro ergo circa hoc
C. de Sacros. Eccles. Innoc. in cap. in præsentia num.5. vers.
Emphyteusis etiam transeunt, & Hostiens. n.8. post med. vers.
Emphyteusis de probat. Anchar. cons.165. num.1. vers. si au-
tem succederet, Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob
mortem Ciuil. fol.38. sub num.6. & sub num.8. vers. quia cum
Monasterium, cum alijs relatis per Modern. Fulginaten. de
iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.1. sub num.221. in fin. Grat. di-
scept. forens. cap.481. num.61. cum seqq. vers. quibus stantibus
Rota in recent. decis.261. num.7. vers. potuit etiam part.7.

Nec aduersatur, quod regulariter sit prohibita alienatio
rei emphyteuticæ † in manum mortuam; quia quid sit, 22
vbi cum prohibitione legis concurrit etiam prohibitio ho-
minis, & pactum expressum, per quod impeditur acqui-
sitio, cùm in proposito casu de tali hominis prohibitione
† non doceatur; Monasterium optimè remansit capax, si 23
non ad effectum † retinendi saltem ad effectum vendendi 24
rem emphyteuticam, & illius æstimationem recipiendi,
iuxta doctrinam Specul. lib.4. tit. de emphyt. §. nunc aliqua
quæst.117. num.143. communiter recepta, Anchar. cons.165.
num.1. post med. vers. sed ibi loquitur, Gratian. discept. Forens.
d. cap.491. num.67. cum duob. seqq. Rota in recent. decis.261.
num.7. vers. & cessat difficultas part.1. & in alia Mediola-
nen. bonorum coram Merlino decis.649. per tot.

Vllius neque releuantiæ visus fuit prætensus stylos illa-
rum partium apponendi in Inuestituris similia pacta prohi-
bitiua alienationis rei emphyteuticæ, in manus mortuas.
Quia dum stylus non probatur aliunde, quam ex simplici
† fide Notarij, non est ei quidquam differendum, l.3. §. de- 25
cus ff. de Test. Auth. si quis in aliquo C. de eden. Gail. de cre-
dit. cap.3. tit.1. num.912. cum duob. seqq. Rota in recent. de-
cis.255. sub num.3. part.1. maximè cùm dicta fides non per-
curiat tempus concessionis, & † non concludat Inuestitu- 26
ras aliter fieri non potuisse, vt in terminis probationis styli,
& consuetudinis hoc requiri, respondit Rota coram Seraph.
decis.1249 num.1. cum seqq. vers. neque obstat, & in Ianuen.
quarti dotalis 27. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. Terraci-
nen. §. Non obstant attestationes.

Non etiam subsistit, quod clausulæ illæ pro hæredibus, &
successoribus etiam singularibus, & cui, vel quibus dederit
apposita, in dicto Instrumento † alienationis non faciant 27
Emphyteusim transitoriam ad extraneos, sed restringendæ
veniant ad hæredes, & descendentes primi acquirentis ex
firmatis per Rotam decis.211. part.6. recent. Quia ibi aderat
expressa prohibitio alienationis † in extraneos, per quam 28
prohibitionem ita temperata remansit virtus dd. clausula-
rum, vt libera facultas disponendi per eas importata, re-
stringeretur ad solos † descendentes, non autem ad extra- 29
neos

neos extenderetur; At in proposita facti serie nulla exhibe-
retur Inuestitura cum dicto pacto prohibitiuo alienationis.
Vnde dd. clausulæ debent suum operari effectum, qui est
30 † tradendi liberam disponendi facultatem etiam in extra-
neos *cap. 1. de feud. non habent propr. nat. feud.* Cephal. *cons.*
400. *num. 6. & 7.* Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 17. vers. quar-
ta conclusio*, ibi, *Eo quia, & idem dicendum erit*, Clar.
*in §. Emphyteusis quæst. 28. vers. secundus casus, & vers. sed
quæro*, Mantic. *de tacit. & ambigu. lib. 22. tit. 19. num. 24.*
31 *vers. tertio similiter*, idemque confirmandum venit † etiam
ex obseruantia. Nam domus, de qua agitur, transiuit à
32 Camilla Barbauana in familiam de Magistris. Nec † au-
tem obseruantia interpretatiua declarat, qualis sit natura
Emphyteusis, de cuius Inuestitura hodie non apparet
Soccin. sen. *cons. 66. num. 11. vers. quod etiam confirmatur lib. 3.*
Hond. *cons. 47. num. 28. lib. 1.* Surd. *decis. 134. num. 9.* Rota
decis. 571. num. 3. part. 1. diuers. & coram Merlino *decis. 872.
num. 11. vers. omnemque*.

Denique non obstat alia prætensio, ob non solutos fictus
33 libellarios, seu Canones infra biennium; Tùm quia Cap-
34 pellæ Rector requisitus ad recipiendum, renuit illos † reci-
pere, quia stante recusatione Moniales sunt excusatæ, ac
35 proinde deuolutio excluditur, cùm ad hunc † effectum
quælibet causa etiam credulitatis sufficiat, Rota *in Romana
domus 25. Februarij 1677. §. Ex quibus, & §. seq. & 9. De-
cembris 1650. §. Minus deuolutio, coram R. P. D. meo Celso.*
36 Tùm quia in omnem casum locus esset purgationi † moræ,
quam ad effectum euitandi pœnam, æquitas Canonica
facillimè admittit, *cap. tuam de pœn. cap. apud misericordem
32. quæst. 1.* Alexand. *in l. si quis maior num. 7.* vbi Ias. *num.
26.* & Iacob. de S. Georgio *num. 43. C. de transact.* Dec. *cons.
138. num. 7.* Rota coram Penia *decis. 431. num. 4.*

Et ita vtraque parte Informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sulmonen. Beneficij.

Veneris 3. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Fructus, & expensæ à quo tempore debeantur; & quando illa sine dubio sint debita. Probationes leuiores admittuntur in facienda liquidatione fructuum, & admittuntur illæ haberi possunt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, & expensa debentur à die mota litis.*
2 *Fructus, & expensa sine dubio debentur, quando eorum condemnatio habetur in sententijs in iudicatum transactis.*
3 *Possessor præsumitur fructus rei possessæ ab eo percepisse.*
4 *Probationes leuiores sufficiunt ad effectum liquidationis fructuum, etiam à solito.*
5 *Fructuum liquidatio, admittitur etiam per fides.*
6 *Fructuum liquidationes admittuntur etiam per præsumptiones, quod tot percipi potuerunt.*
7 *Resignatarius tenetur ad restitutionem fructuum, vsque ad tempus, quo resignauit.*
8 *Beneficij possessor præsumitur percepisse fructus dicti beneficij.*
9 *Possessio præsumitur ex substentatione litis, vnà cum perceptione fructuum.*
10 *Litigans post litis renunciationem, non tenetur amplius ad expensas.*

DECISIO LXXVII.

POst obtentas à Fabio duas sententias conformes contra
Laurentium compræsentatum super huiusce beneficij
d. Ioannes Laurentius iura sua renunciauit Io: Vincentio,
& hinc denuò causa agitata emanauit tertia sententia alia-
rum confirmatoria, qua vterque, & renuncians, & renun-
ciatarius fuit condemnatus ad restituendos dicto Fabio fru-
ctus, & expensas à die motæ litis, & quia dictus Io. Lau-
rentius rei iudicatæ nondum acquiescebat proposui du-
bium, An fructus, & expensæ d. Fabio deberentur, & ad
quam summam essent taxanda: Quod cùm Domini exa-
minarent pro explorato quidem habebant, quod fructus,
1 & expensæ debeantur à die motæ litis; vtpotè quia elata
est condemnatio ad vtrumque in dictis sententijs in iudica-
tum transactis, sed difficultatem † restringebant, primò cir- 2
ca quantitatem fructuum, secundò circa distributionem,
tam fructuum, quàm expensarum passiuè inter dd. renun-
ciantem, & renunciatarium, tertiò circa expensas factas
postquam Io. Vincentius liti renunciauit.

Et quoad primum DD. censuerunt quantitatem fru-
ctuum esse liquidandam ad rationem duc. triginta monetæ
Regni. Nam dum in casu isto perceptio fructuum est indu-
bitata, ex quo d. Laurentius, & Io. Vincentius † posside- 3
runt ad tradita per Lotther. *de re benefic. lib. 1. quæst. 39. sub
num. 63. & lib. 3. quæst. 11. num. 125.* Rota coram san. mem.
Greg. *decis. 50. num. 2. vbi Adden. Litt. B.* & coram Buratt.
decis. 173. & decis. 147. vtrobique num. 3. sufficiunt propterea
leuiores probationes, etiam à solito † resultan. ad effectum 4
liquidandi fructus, *iuxta cons.* Surd. 293. *num. 31.* Garz. *de
benefic. part. 6. cap. 3. num. 139. ad med. vers. sufficiunt leuiores*
Rota coram Merlin. *decis. 483. num. 7.* & apud Duran. *decis.
307. num. 4. & decis. 207. num. pariter 4. cum alijs in Bononien.
liquidat. fruct. 11. Maij 1640. coram bon. mem. Coccino*, d. Fa-
bius non solùm per fides † in Summ. datas, sed etiam per 5
contestes in Cur. Episcop. Sulmonæ examinatos, probat
quod ex fructibus beneficij totidem percipiuntur, † quod ad 6
hunc effectum sufficere, respondit Rota coram Seraphin.
*decis. 1132. in princ. vers. quam ex dictis testium, & decis.
1245. num. 7. vers. & per Testes*, Pen. *decis. 176. num. 5. vers.
tum ex Testibus*, Caualer. *decis. 370. num. 1.* Buratt. *d. decis.
173. num. 5.* Duran. *d. decis. 307. num. 3. in fin. vers. illaque
resultat ex dictis*.

Quo verò ad secundum resolutum fuit, quod d. Lauren-
tius teneatur restituere fructus vsque ad † tempus quo resi- 7
gnauit beneficium, ab eo autem tempore infra illos debeat
Io. Vincentius resignatarius, quia præsumitur eos perce-
pisse, † tùm ex qua possedit, vt probatur ex renunciatione 8
litis, & beneficij triennio post facta, quæ iniuncta expedi-
tione litterarum resignationis † possessionem, probat Paris. 9
de resignat. lib. 10. quæst. 8. num. 50. etsi quam etiam ex litis
sustentatione adminiculis fulcita, vt per Garz. *de benefic.
cap. 3. num. 139. part. 6.* Rot. apud Buratt. *decis. 173. num. 3. &
seqq.* vt per Rot. coram sanctiss. Greg. XV. *decis. 15. num. 1.
cum pluribus adductis part. 6. recent. decis. 220. num. 3.*

Et demum quoad tertium non visum fuit DD. Io. Vin-
centium posse condemnari ad expensas postquam liti cessit:
Nam illi imputari non potest cur litem substinuerit à princi-
pio, nec propterea post litis † renunciationem tenetur ad 10
aliquas litis expensas, vt post alios tradit Gratian. *discept.
725. num. 28.* sed sibi imputet actus si etiam post litis renun-
ciationem voluit sententiam reportare.

Et ità vtraque &c.

Plures Decisiones in hac eadem causa factas iam cumulaui supra in part. 9. tom. 2. recent. decis. 416. quæ est in hac eadem causa.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

In beneficiorum collatione in concursu, ille est præferendus, qui meliores, & digniores qualitates habet; accusatus de simonia, si fuerit absolutus, & accusans condemnatus in expensas, quid ex hoc inferatur; simonia ex quo non probetur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio in concursu facienda ei, qui habet meliores conditiones.*
2 *Testes examinati in iudicio criminali vigore monitorialium litterarum, nec formiter repetiti in iudicio Ciuili, non probant.*
3 *Testes examinati sine citatione ad videndum iurare Testes, non releuant.*
4 *Testes examinati coram Iudice allegato suspecto, sunt nulliter examinati defectu iurisdictionis.*
5 *Testes deponentes de auditu non releuant.*
6 *Simonia ex quo non probetur.*

7 Te-

7 *Testes vt simoniam probent, debent deponere de præcedenti pactione.*
8 *Simonia non committitur absque præcedenti pactione.*
9 *Testibus inuerisimilia deponentibus non est credendum.*
10 *Simonia ex quo excludatur, & num. 11. 12. & 13. & 14.*
15 *Simoniacus, quis non est dicendus, quamuis fuerit accusatus de ea, si per sententiam fuit absolutus.*
16 *Simonia, quando non sit plene probanda, sed sufficiant coniecturæ.*
17 *Beneficium non est adiudicandum ei, qui scandalum esset præbiturus.*
18 *Sententia absolutoria super crimine simoniæ, aliud est, quod sit lata ex capite innocentiæ, & aliud si capite non probationis, & num. 19.*
20 *Inquisitus de aliquo delicto licet absoluatur, tamen remanet quædam macula in eo.*
21 *Limita tamen hoc, si per sententiam constaret id fuisse factum per calumniam.*
22 *Accusans aliquem de delicto si postea Iudex condemnet eum in expensis, quale signum erit, & num. 23.*
24 *Sententia suspensa per appellationem, dubia est eius validitas, & iustitia.*
25 *De beneficio acquirendo aliud est si agatur, & aliud si controuertatur super eius prælatione.*
26 *Ius in beneficio non acquiritur ex sola oppositione.*
27 *In beneficiorum prouisione præferendus est ille, qui omnes habet requisitas qualitates.*
28 *Beneficium, quando alicui omnino sit adiudicandum.*

DECISIO LXXVIII.

ANtonium de Goiri in concursu Ignatij de Arbolancha
tanquam ætate seniorem, Sacerdotem, ac alias ad
1 audiendas Confessiones approbatum, † præferendum esse
dubitatum non fuit, vt sæpissimè respondit Rota in decisionibus allegatis in *Calaguritann Beneficij de Vnzella 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Albergato, & in Calaguritann Beneficij de Lequitio 23. Maij 1653. coram Reu. P. D. meo Celse.*

Nisi obstaret diffamatio symoniæ per ipsum commissæ in
assecutione huiusmet Beneficij, quam negat probari per Te-
stes ea aduerso inductos, quia examinati vigore monitoria-
lium litteratum, vel in iudicio Criminali, nec repetiti for-
2 miter in † Ciuili fidem non merentur, *l. vlt. vers. sancimus Cod. de Testib.* Rota *decis. 128. num. 5. decis. 145. num. 2. inter impress. post cons.* Farinac. *decis. 366. num. 6. coram Cardinali Canalerio, & in Bononien. pecuniaria 23. Maij 1645. §. assertum coram me*; alijs pariter in Iudicio Ciuili examinatis ne
probent obstat defectus tam citationis ad videndum illos
3 † iurare, necessariæ etiam ea præscripto litterarum remis-
sorialium, vt propterea non sufficiat citatio pro illis obti-
nendis emanata in Curia, vt fuit dictum in *decis. 345. sub*
4 *num. 2. part. 2. recent.* Tùm † iurisdictionis, quia examen
factum fuit coram Iudice allegato suspecto, Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 6. num. 13. & seqq.* Rota *decis. 347. num. 1. post cons.* Farinac. *& in Marsicen. Iurisdict. 5. Martij 1646. coram me.*

Eoque minus Testibus adhibendam fidem, quia depo-
5 nunt † de auditu, Comitul. *in his terminis decis. 114. num. 7.*
& de publica voce, & fama, quæ ortum habuit à Iudicio
6 Ciuili inter alias personas moto, nec sufficit † ad proban-
dam symoniam, Paris. *de confid. quæst. 72. num. 3.* Put. *decis. 167. lib. 2. in corr.* Rota *decis. 538. num. 18. in fin. & in n. 19.*
7 *part. 4. tom. rec.* quam † vt Testes conuincerent, debuissent
8 deponere de præcedenti pactione sine qua illa non † com-
mittitur, vt communiter notant Doctores *in cap. veniens de Testib. d. decis. 167. lib. 2. in corr.* Rota *decis. 350. num. 12. part. 2. recent. decis. 93. num. 6. part. 4. tom. 2. decis. 538. n. 10.*
9 *part. 4. tom. 3.* & inuerisimilia prorsus † deponunt, quia pe-
cuniam datam vni examinatori synodali affirmant, vt Antonius approbaretur, & reprobaretur Ignatius prout fuit
reprobatus, sed Antonius pro sua approbatione hoc non
10 egebat, † cùm confidere posset de sua idoneitate cognita
tum Ordinario, qui alias ad Confessiones audiendas illum
proposuit, tùm Examinatoribus, qui prius illum habilem
ad beneficia Curata pronunciauerant; Ignatium verò fuisse
11 reprobatum † ex capite illitteraturæ probant plures Testes
addentes, quod & si bis aliàs ad alia beneficia fuerat appro-
12 batus id factum fuit ea beneuolentia, † & eius honoris gra-
tia, & adhuc nouo examine indigebat, Comitul. *d. decis. 114. num. 12.* Cumque fuerit reprobatus ab omnibus Exa-
minatoribus nil interest, quod vni ex illis fuerit data pecu- 13
nia, vnde non † mirum si in iudicio criminali Antonius à 14
querela symoniæ fuit absolutus per sententiam † diffiniti- 15
uam, quæ omnem maculam à querela resultantem abstergit, ac delet.

Hæc tamen quæ satis essent ad euitandam priuationem
beneficiorum, quæ Antonius obtinebat, vel alias pœnas contra symoniacos decretas, censuerunt Domini non releuare
ne ab assecutione beneficij obtinendi repellatur, seu in Iudi-
cio prælationis succumbat, ad hunc enim † effectum non 16
requiritur plena probatio symoniæ, sed sufficiunt coniecturæ, Paris. *de fideic. quæst. 72. num. 8. in fine*, & diffamatio resultans ea denunciatione, seu inquisitione *can. tantis Daniel. 81. distinct. cap. omnipotens, vbi gl. in verb. denunciatur de accusat.* Paris. *d. tract. quæst. 64. num. 15.* Maresc. *var. resol. lib. 2. cap. 35. num. 19.* Lother. *de re benef. lib. 2. qu. 31. num. 145. & seqq.* Add. ad san. mem. Greg. XV. *decis. 238. num. 13.* Seraph. *decis. 516. num. 4.* vbi dicit rationem, quia non est
adiudicandum † beneficium ei qui scandalum esset præbitu- 17
rus, quamuis aliàs nullum defectum pateretur, Comitul. *decis. 114. num. 12.* & in terminis beneficij Calaguritani *decis. 119. num. 2. & 3.* Rota *in Leodien. Præpositura Tungren. 19. Ianuarij 1650. coram Eminentissimo Dom. Cardinali Otthobono.*

Nihil suffragante sententia absolutoria, quia non est talis
ex capite innocentiæ, sed non † probari ex tunc deductis 18
delicti, ideòque remanent adhuc vestigia prioris Iudicij, &
poterit Antonius nobis † superuenientibus indicijs quando- 19
cumque vexari, vt in puncto respondit Rota *in Sabinen. concursus 6. Aprilis 1609. coram D. Cardinali Sacrate, impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 291. num. 3.* vbi
subditur, quod etiamsi inquisitus absolutus fuisset tamquam
innocens, adhuc negari non potest, quin ea priori inquisi-
tione remaneat † quædam macula ob quam in concursu 20
non habentis talem maculam veniat postponendus, Lother. *de re benef. d. lib. 2. quæst. 31. num. 148. & seqq. vbi signanter num. 151.* id limitat, quando per sententiam liqueret eum
per † calumniam delatum vel accusatum fuisse quod hic 21
non verificatur, imò plurimi Testes deponunt de publica
fama symoniæ, & sextus, qui est Eques Sancti Iacobi testatur de confessione extraiudiciali ipsius Antonij *Summ. Ignatij num. 6.* ante finem, † & Iudex condemnauit inquisitum 22
in expensis, alioquin verò accusatorem condemnasset,
Hippol. Rimin. *cons. 303. num. 6. & seqq. per tot.* Farin. *in prax. quæst. 15. num. 13.* post Boss. *tit. de accusat. num. 19. in fin.*

Et hæc faciliùs procedunt in casu nostro, tum quia sen-
tentia ipsa absolutoria denotat non abfuisse magnam symo-
niæ suspicionem, cùm vt dicebam inquisitum † condemna- 23
uerit in expensis. Tum etiam quia a dicta sententia fuit in-
terposita appellatio, quæ † illius effectum suspendit, *l. 1. ff.* 24
ad Turpell. cap. veniens de iureiurand. Rota *decis. 211. num. 3.* apud Cenc. *de censib. cum alijs alleg. in Rom. dotis 11. Febr. 1647. coram me.*

Quod verò hodie agatur de beneficio acquirendo, seu de
prælatione in † concursu patet, quia Antonius est simplex 25
oppositor, & ex sola oppositione Ius † in beneficio non 26
acquiritur, Cassador. *decis. 18. num. 2. & 3. de præb.* Seraph. *decis. 1091. num. 1. & 2.* Rota *in Gerunden. beneficij 27. Iunij 1644. §. Non obstat coram me.*

Excluso itaque ex prædictis Antonio, adiudicandum est
beneficium Ignatio, qui de cætero habet omnes qualitates
à Constitutione Clementina requisitas, † & quamuis repro- 27
batus fuisset ab Examinatoribus Calaguritanis appellauit ab
hoc grauamine, & de eo nedum per antecedentes approba-
tiones, bis aliàs reportatas, † sed etiam per subsequentem 28
in gradu appellationis obtentam, plenè docuit Mantic. *decis. 274. num. 2.* Rota *in Calaguritana beneficij de Ocon 9. Decembris 1649. coram bon. mem. Arguelles, & in eadem 1. Iulij 1652. coram Reuerendiss. P. D. meo Zarate.*

Atque ita fuit decisum vtraque, &c.

R. P.

R. P. D. MELTIO,
Postea Episcopo Papieñ.

Viterbieñ. Attentatorum.

Die Lunæ 2. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Executio dicitur nulliter, & attentatè facta, dum parti anteà fuit præsentata inhibitio Rotalis, quæ siue iusta, siue iniusta timenda est, debitaque reuerentia eidem exhibenda est executio, tunc multò magis est nulla si fiat super bonis fideicommissarijs.

SVMMARIVM.

1 *Mandata Rotalia, timenda sunt.*
2 *Clausula*, si quid exequendum, *quid operetur, & num. 3. & 4.*
5 *Inhibitio emanata in causa diuersa, operatur minimè attentata in causa diuersa.*
6 *Causa appellationis semel commissa à grauamine executionis, quatenus duret, & num. 7. & 8.*
9 *Clausula* vna cum omnibus incidentibus, totoque negotio principali, *posita in commissione, est magna virtutis.*
10 *Inhibitur, ne exequatur aliquod mandatum, si illud exequatur nulliter, & attentate procedit.*
11 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta, est timenda semper.*
12 *Et iste est inueteratus stylus in Rota.*
13 *Inhibitio Rotalis ob reuerentia est timenda.*
14 *Bona esse fideicommissaria probari potest ex inuentario hæreditatis.*
15 *Inuentarium probat bona descripta in eo, fuisse in bonis fideicommittentis:*
16 *Decisiones in causa facta præsupponuntur in alijs disputationibus causa executio in causis fideicommissarijs non est facienda.*
18 *Bona esse fideicommissaria probatur ex Instrumento diuisionis facta pro liquidatione ipsius fideicommissi.*
19 *Demonstratio nimis generalis, & generica, non releuat.*
20 *Fideicommissarius possidens bona in eodem Territorio in quo possidebat fideicommittens intrat præsumptio, quod sint eadem bona fideicommittentis.*
21 *Donec doceatur de nouis acquisitionibus grauatorum in eodem loco.*
22 *Instrumentum facit probationem probatam.*
23 *Filius, quidquid acquirit, patri acquirit.*
24 *Intellige tamen, si acquisitio bonorum fuit facta ex pecunijs paternis.*
25 *Et quando plene id sit iustificandum.*
26 *Confusio bonorum facta ad effectum ne appareant attentata, non attenditur.*
27 *Veritas rei, quando clarè apparet, ea amplectenda venit.*
28 *Relationi Officialis publici de re ad se spectante, plena fides est adhibenda.*
29 *Notario regulariter non creditur etiam circa scripturas in actis insertas, nisi de illis rogatus sit cum Testibus.*
30 *Executores, quid testificari soleant, in mandatis sibi traditis.*
31 *Mendicata ea, quæ apparent, & à veritate longè abhorrent, respuenda sunt.*
32 *Cum præsumantur facta ad consilium partis, veritatem obnubilantis.*
33 *Iudex in probationibus amplectitur verisimilitudinem.*

DECISIO LXXIX.

COnstare de Attentatis hodie DD. resoluerunt. Quia executio facta ad instantiam Leonardi Farinacij apparet facta non super bonis hæreditarijs Laurentij Francisoni debitoris, sed super bonis proprijs Camilli, & aliorum eius hæredum contra formam duarum inhibitionum Rotalium præsentatarum. Vnius emanatæ vigore commissionis causæ in Rota cum clausula, *si quid exequendum*, quoad bona propterea hæredum, & alterius vigore commissionis in Rota pariter obtentæ super iactationibus, & molestationibus bonorum fideicommissariorum Marioti de Francisonis; Vtraque enim ex dd. inhibitionibus apta est reddere nullam, & Attentatam dict. executionem. Prima, † quia stante 1
commissione causæ in Rota, cum dicta clausula, † *si quid* 2
exequendum efficit, vt suspensa remanserit executio mandati ex bonis proprijs hæredum, adeò vt super illis mandatum
exequi minimè potuerit, † nisi discussis prius in Rota exce- 3
ptionibus contra ipsum oppositis, Innocent. *in cap. ad reprimendum in fin. de officio Ordinarij*, Rota *decis. 487. num. 6.*
part. 3. lib. 3. diuers. Et regulare est, † quod dicta clausula det 4
cognitionem causæ, & operetur, quod sint prius discutiendæ legitimæ exceptiones, antequam ad executionem deueniri possit, Honded. *cons. 29. num. 14. lib. 2.* Lancellot. *de Attentat. part. 2. cap. 18. num. 5.* Marescott. *var. resolut. lib. 2. cap. 121. num. 17.* Marches. *de commiss. part. 1. §. 1. fol. 705. n. 130. vers. clausula itaque*, Rot. coram Coccino *decis. 216. n. 3.* Buratt. *decis. 131. num. 2.* & ibi Addent. *litt. A. in princ. & fuit dictum in Romana pecun. 23. Martij 1648. coram me, nec non in hac eadem causa 28. Iunij 1649. coram Reuerendissimo Tarraconen. in princ.*

Non obstat, quòd dicta inhibitio emanauerit in causa
cum Petro Francisco Bussio, vnde non potuerit † causare 5
Attentata in diuersa causa, & diuerso mandato obtento ad instantiam Leonardi. Quia cùm dictus Bussius sit Cessionarius Farinacij, & agatur de executione facta pro fructi-
buseiusdem Census, vtique sequitur, † quod semel com- 6
missa causa appellationis à grauamine executionis super bonis proprijs non potuerit citra vitium Attentari iterùm
super eisdem bonis, † & pro eodem Censu executio fieri, 7
licèt mandatum fuerit diuersum, † ita in puncto resoluit 8
Rota *in Cæsaraugustana pecuniaria de Maella 16. Iun. 1601.* coram san. mem. Innocentio X. *inter impress.* post Zacch. *de obligat. Cameral. decis. 33. num. 1. & 2.* præsertim cùm in
commissione † legatur apposita clausula, *vnà cum omnibus* 9
incidentibus totoque negotio personali, quæ operatur vt omnia centeantur in causa appellationis deducta comprehensa, Ægid. *decis. 629.* Cassad. *decis. 9. num. 13. vers. sub verbis autem de caus. possess. & propriet.*

At etiam secunda inhibitio emanata vigore commissionis super iactationibus, & molestationibus reddit attentatam
† executionem, quia cùm illius vigore fuisset Farinacius in- 10
nitus, ne quidquam innouaret circa bona fideicommissaria, & tamen tali inhibitione non obstante super illis exe-
qui fecerit mandatum, A. C. vtique talis executio † vitio 11
Attentatorum non caret; Inhibitio enim Rotalis siue iusta, siue iniusta, semper est timenda iuxta inueteratam sententiam in Rota pluries receptam, ac in pluribus, & diuersis causis firmatam, & præsertim alijs omissis in *Cæsaraugustana distributionum, seu Attentatorum 15. Febr. 1645. & in Bononien. Attentatorum 18. Iunij 1646. in Leuceorien. Attentatorum 26. Iunij 1648. §. 1. coram R. P. D. meo Cerro, & in Meleuitana pensionis 14. Maij 1649. coram R. P. D. meo Bichio, §. aut ipsi Iudici in fin.*

Quòd autem bona executata sint partim propria hæredum, & partim fideicommissaria, patet ex seq.

Et primò, quoad Magazenum, eiusque Appartamenta vt illa supposita sint fideicommisso Marioti, patet ex relatione, & Testibus parte dictorum de Francisonis examinatis,
vltra quod dum super illis specialiter causa commissa † repe- 13
ritur in iudicio iactationis, & obtenta fuit inhibitio ob illius reuerentiam Farinacius ab executione se abstinere debebat, Rot. *decis. 214. num. 1. & 2. part. 5. recent.* coram Buratt. *decis. 909. num. 1.*

Etiam palatium, † conuincitur fideicommissarium Ca- 14
milli senioris ex Inuentario de bonis fideicommissarijs facto, *l. fin. C. de arbitr. tutel. l. fin. C. de iur. delib.* Inuentarium enim probat descripta in eo fuisse in † bonis fideicom- 15
mittentis, *l. tutor, qui repertorium, ff. de administr. & pericul. tut.* Rot. *decis. 800. num. 23. part. 1. diuers. & decis. 387. num. 2. part. 7. rec. & firmatum fuit in decisione in hac causa emanata sub 28. Iunij 1649. coram Reuerendissimo Tarraco-*
nen. quæ ex stylo supponenda venit; † Maximè cùm in hac 16
causa, & ad formam d. decisionis appareat, deinde renunciatum fuisse executioni antea factæ super eodem Palatio, ex qua renunciatione tantò magis resultat, quod Palatium
re vera fuerat fideicommissarium, & consequenter † non 17
potuerit super eo mandatum exequi.

Pati-

Pariter Agrum positum in contrata Aquapendente ,
fuisse de bonis fideicommissarijs Camilli senioris probatur
18 † ex Instrumento Inuentarij , seu diuisionis factæ pro li-
quidatione fideicommissi, Rota coram san.mem.Greg.XV.
*decis.575.num.3.vers.Inuentarium, & in rec.decis.407.num.
2.part.2.recent.*

Nihil obstante, quòd contrata d'Aquapendente sit de-
19 monstratio † nimis generica, quodque in eo loco potuerit
Laurentius acquirere, & possidere alia bona propria.
Quia probato, quod fideicommissarius possideat bona in
20 eodem loco, seu territorio, in quo † possidebat fidei-
committens intrat præsumptio, quod sint eadem bona
21 † fideicommittentis, donec doceatur de nouis acquisitio-
nibus grauatorum in eodem loco, Rot. *in Perusina bonorum
14.Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerre, §. fideicommissum
ad med. & in Bonon. fideicommissi de Pancaldis 27. Ianuarij
1648.§. & sic coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Demùm, quoad vineam positam in contrata Iustitiæ,
quod illa non sit hæreditaria Laurentij debitoris clarè elici-
tur ex eo, quod apparet empta non à dicto Laurentio, sed
à Mario, & dictum emptionis Instrumentum certum est
22 † quod plenam, & euidentem probationem facit, *cap. cum
dilectis*, vbi Abb. *num.2. de donat.* Rot. coram Greg. XV.
decis.577.num.1. cum vulgar.

Neque obstat, quòd dicatur vt ea eo, quod Marius erat
filius Laurentij indè inferri liceat Vineam acquisitam fuisse
23 Patri ea vulgata Iuris regula, quod † quidquid acquirit
filius, acquirat Patri. Nam hæc regula non suffragatur
Farinaccio, nisi quatenus ipse probaret filium soluisse
24 † pretium Vineæ de pecunijs paternis, quod tamen tenere-
25 tur plenè iustificare, ea quo agit contra † eius descendentes
iure proprio possidentes, vt post glos. *in l. cum oportet, verb.
ex eius substantia, C. de Bon.* docuit Bald. *in Auth. ex testam.
num.29. C. de collat.* Abb. *cons.36. num.2. vers. aliam solutio-
nem lib.2.* Corn. *cons.182.num.4. lib.1.* Alex *cons.24. num.1.
vers. & onus probandi vol.1. & cons.171. num.5. vers. nec ob-
stat, volum.6.* Aym. *cons.61. num.8. vers. ideo si filius*, Ro-
land. *cons.90. num.9. vers. quibus non obstantibus lib.2. &
cons.54. num.1. lib.5.* Surd. *cons.505. num.6. vers.2. respon-
detur*, Menoch. *de præsumpt. præsumpt.50. num.4. lib.3.*

Iuuari Farinacius neque ex eo, potest quod in relatione
executoris adnotata per Notarium nulla de dd. corporibus,
scilicet de Domo, seu Magazeno, & Palatio mentio fiat;
Quia non sine mysterio dicta corpora apparent confusa
26 † fuisse sub inuolucro, & descriptione aliorum confinium,
27 nempè ad effectum, vt † non adeò de facili constare posset
de Attentatis, cæterùm rei veritas clarè elucescit ea depo-
sitionibus Testium, & relatione executoris attestantis fa-
28 ctam fuisse executionem super dictis † corporibus, cui re-
lationi tamquam factæ ab officiali, & de re spectante ad eius
officium plena adhibetur fides, Bart. *in l.1. num.2. vers.6.
ponderatur, C. de ponderator. lib.10.* Ruin. *cons.58. colum.3.
vol.1. num.5. cons.318. num.36.* Rot. coram Seraph. *decis.498.
num.1. & 2. vers. & pro affirmatiua in recent. decis.525.
num.5. vers. nec obstat ad med. part.2. & decis.243. num.8.
29 part.6.* & dictæ attestationi † valdè plus deferendum est,
quam Notatio, cui regulariter non creditur etiam circa
30 scripturas in actis insertas, nisi de illis rogatus † fuit coram
Testibus, Abb. *in cap. quoniam contra num.8.* Dec. *num.77. &
alij de probat.* Aretin. *in cap. post cessionem eodem tit.* Bald. *in
l. sancimus C. de Testibus*, Ruin. *cons.126. num.3. vers. nec
obstat lib.4.* Lap. *allegat.81. num.5. vers. item actis.*

Quòd fortiùs procedit stante inuerisimilitudine d. rela-
31 tionis ex eo deducta, quòd per executores apponi † solent
tantùm circumstantiæ apparentes in faciem rerum executa-
rum, non autem describuntur prout hic factum fuit status,
& confines antiqui, & rogitus Instrumentorum, ea quibus
propterea d. relatio apparet euidenter mendicata; & facta
32 ad consilium, † & dictamen Farinacij, & consequenter
33 non est attendenda; Iudex enim in probationibus † verisi-
militudinem amplectitur, Crauett. *cons.61. num.9. cons.82.
num.5. cons.75. num.4. & cons.135. num.33.* Surd. *cons.472.
num.9.* Rota *in recent. decis.245. num.18. vers. Iudex enim,
cum duobus seq. part.7. rec.* Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo Papien.

Romana Domus, seu Domorum.

Lunæ 5. Iulij 1655.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum dotale probat etiam in præiudicium creditorum, dotis receptionem quando præcessit illius promissio. Fideiussor, quando dicatur obligatus, vti principalis, & tamquam correus. Æstimatio facta de re dotali, non probat verum valorem, & quare.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum dotale probat, quoad omnes receptionem dotis.*
2 *Quartum dotale secundùm Statutum vrbis debetur coniugi superstiti.*
3 *Debiti non potest quis effugere solutionem.*
4 *Fideiussor obligans se in solidum, & vti principalis personaliter, non potest effugere solutionem.*
5 *Obligatio generalis, & stricta soluendi pro alio facit quem correum.*
6 *Obligati si sint fideiussores plures insolidum, censentur correi, non autem fideiussores.*
7 *Nec vnus potest vocari fideiussor alterius.*
8 *Fructus dotales stante interpellatione secundùm Statutum Vrbis ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario debetur, & num.9.*
10 *Valorem probandi modus, qualis à iure sit approbatus.*
12 *Dubitatiuè, quando quis loquitur, non potest dici id, approbare, sed in dubio relinquit.*
13 *Verba*, quatenus de Iure, *nihil omninò firmant.*
14 *Dictio*, quatenus, *vt importet conditionem, quid requiratur.*
15 *Verba, quando stent dubitatiuè, & restrictiuè, ut denotent incertitudinem.*
16 *Dominium rei hypothecatæ verum, semper remanet penes debitorem.*
17 *Hypothecari non potest res sine dominio.*
18 *Bona solent dari in dotem longè maiori pretio, quod non est, & hoc pro maiori pompa.*
Bonorum æstimatio datorum in dotem, solent fieri longè plus ad cohonestanda matrimonia, num.18.
19 *Veritati plus est standum, quàm honorifico verborum cortici.*
20 *Pretium alicuius rei quando quis non dicatur habuisse pro vero, & iusto.*
21 *Iure pignoris, quando quis dicatur aliquam rem possedisse.*
22 *Possidere, quando quis non possit, nisi iure pignoris.*
23 *Possidere potiùs iure pignoris, vel iure dominij quis debet id declarare.*
24 *Adiudicationis bonorum præsumptio vt intret, requiritur præscriptio 30. annorum.*
25 *Adiudicatio bonorum in Curia Capitolina non intrat ex lapsu temporis, nisi intrent requisita Statuti vrbis.*
26 *Adiudicationis bonorum præsumptio penitus cessat, quando quis bona prætendis esse sua.*
27 *Probatio non potest dici facta per ea, quæ illam excludunt.*
28 *Confessio propria superat omnes alias probationes.*
29 *Confessio propria probat contra confitentes, & habentes.*
30 *Bona, quando remaneant hypothecata ad fauorem alicuius.*
31 *Creditor possidens rem debitoris, & est secundum valorem sui crediti, facit fructus suos.*

D E C I S I O LXXX.

EManauit decisio in hac causa coram me sub die 22. Iunij 1654. in qua resolutum fuit non constare de bono iure illorum de Pinea quoad duas partes domorum controuersarum, quæ spectabant ad Hieronymum, & Iacobum pariter de Pinea, reseruato, vt particulariter videretur, quoad

aliam

aliam tertiam partem spectantem ad Franciscum fratrem
dicti Hieronymi, & Iacobi, Cùm igitur sub hac die fuerit
proposita causa super reseruatis, & per consequens super
dicta tertia parte Francisci, etiam quoad illam nullum
bonum ius fouere ipsos de Pinea responsum fuit per Dominos.

Pro irrefrabili habitum enim fuit tam Iacobum, quàm
Franciscum se obligasse pro assecuratione, & restitutione
dotis Ersiliæ eorum fratriæ ascendentis ad summam scutor.
1600. vt ex Instromento quietantiæ, quod indubitanter
1 probat etiam in præiudicium † creditorum receptionem
dotis, cum præcesserit illius promissio, Castr. *in l.* 1. *num.* 8.
vers. quartus est, ff. solut. matrim. vbi Barbos. *part.* 6. *num.* 50.
vers. quod si procedit, & 52. Rota *decis.* 485. *num.* 1. *lib.* 3.
part. 3. *diuersor. & decis.* 145. *num.* 1. post Pacific. de Saluian.
decis. 324. *num.* 2. *part.* 2. *decis.* 644. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* &
coram Greg. XV. *decis.* 491. *num.* 7. & ibi Addent. cum alijs
relatis *in decis. in hac causa facta sub §. creditum dotis*,
& quia huiusmodi dos aucta deinde fuit ad scuta 2000. per
obitum Hieronymi secutum de mense Iun. 1625. nam dicta
2 Ersilia vxor superlucrata fuit † quartũ in vim Statuti Vrbis,
vtrique illi de Pinea effugere nõ possunt solutionem dicti debiti,
siue veniant vti hæredes dicti Francisci patris, siue vti
fideicõmissarij Hieronymi patrui, & exclusi per consequens
3 etiam remanent à successione, quatenus † eam prætendere
vellent in dictis duabus tertijs partibus domorum pro dote
iam assignatarum eidem Ersiliæ ex iuribus *allegat. in eadem
decis. sub §. ratio resolutionis.* Et quia tam Iacobus, quàm
Franciscus in Instrumento dotali, vti principales, principaliter,
& insolidum accesserunt, & fideiusserunt, ac se prin-
4 cipales debitores, † ac promissores in solidum ad fauorem
ipsius Ersiliæ constituerunt, in omnibus, & per omnia;
Ista sanè verba maiorem inducunt obligationem quoad
5 Franciscum pro tota dote, † cùm faciant illum correum
non autem fideiussorem, Alex. *cons.* 32. *num.* 10. *lib.* 4. Decian.
cons. 72. *num.* 5. *lib.* 2. Paris. *cons.* 110. *num.* 76. *lib.* 1. Rota
in rec. decis. 510. *num.* 3. *part.* 4. licèt sufficiat, quod fuerit ap-
6 posita in obligatione clausula † *in solidum*, vt illius virtute
7 omnes obligati censeantur principales debitores, † nec
vnus appellari possit alterius fideiussor, iuxt. doctrin. Avin.
cons. 77. *num.* 3. *vers. hoc itaque*, Iason. *cons.* 58. *num.* 4. *lib.* 3.
Rota *decis.* 112. *num.* 6. *part.* 1. *diuersor. & in Romana restitut.
in integrum* 18. *Maij* 1611. *coram Cardinali Lancellotto iuniore.*

Firmato igitur creditum dotale Ersiliæ computato lucro
ascendere ad dd. scut. 2000. istis addendi sunt quoque fru-
8 ctus, qui stante interpellatione † iudicialiter per eam facta
sub die 7. Iulij 1625. pro suæ dotis restitutione debentur ad
9 rationem septem, † cum dimidio pro quolibet centenario,
iuxta Statutum vrbis *lib.* 1. *cap.* 137. & firmatum etiam fuit
coram Gregor. XV. *decis.* 269. *num.* 1. & constituunt summam
scutorum 3500. quibus simul coaceruatis effecta fuit
creditrix dicta Ersilia scutor. 5500. & cum valor domorum
non excedat 2204. sic excluditur quodcumque ius illorum
de Pinea, cum creditum Ersiliæ postea cessum R. P. D. Iulio
Cincio valdè excedat valorem domorum, vt colligitur ex
10 relatione tertij Periti seruatis seruandis facta de † ann. 1627.
qui modus probandi valorem est à iure approbatus secundùm
doctrinam Bart. *in l. Theopompus de dot. prælegat.* Rot.
coram Seraph. *decis.* 655. *num.* 2. *& in Romana pretij Frani
coram Lancellotto iuniore*, *penes Marches. de commiss. part.* 2.
fol. 236. *num.* 2. *& sequent.*

Non obstat, quòd dicatur Ersiliam habuisse in solutum
duas partes ex tribus dictarum domorum pro scutis 1755. ac
eas dedisse pro eodem pretio in dotem Ioanni Baptistæ Ga-
11 rosulo de † mense Ianuarij 1626. cùm quoad secundas nu-
prias deuenit, residuum verò dictæ dotis vsque ad integram
summam scut. 2000. traditum fuisse in tot mobilibus, & pe-
cunijs spectantibus ad hæreditarem Hieronymi primi viri,
ex quo infertur illam fuisse plenè satisfactam de tota eius
dote de dicto ann. 1626. dempta alia tertia parte domorum
prædictarum, quam prætendunt ad se spectare filij, & hæredes
ipsius Francisci. Pro responsione enim animaduertebant
Domini, quod licèt fuerint assignatæ in dotem ab
Ersilia dictæ duæ partes domorum Garofalo, non propter
hoc tamen ea intellexit approbare aliam tertiam partem vti
liberam spectare ad filios, & hæredes Francisci, quod optimè
colligitur ex verbis, quibus vsa illa fuit, *Dempta alia
tertia parte prætensa super dictis domibus à filijs, & hæredibus
quondam Francisci de Pinea quatenus de iure eis competat*,
quæ sunt dubitatiua, & conditionalia; qui enim dicit † præ- 12
tensionem super aliqua re vt minimè approbet illam vti ve-
ram, sed sub dubio relinquat, firmauit Rota *decis.* 536. *n.* 4.
post med. part. 1. *recent.* & coram Buratt. *decis.* 325. *num.* 8. *&
decis.* 483. *num.* 4. Duran. *decis.* 71. *num.* 4. *& in Romana de
Luraghis coram Iusto, quæ est decis.* 18. *sub num.* 4. *inter impress.
apud Zacch. de obligation. Cameral.* Prout etiam sub-
sequentia verba, † *quatenus de iure illis competat*, vt nihil 13
omninò firment, sed omnia sub conditione relinquant, tra-
dit Honded. *cons.* 2. *num.* 56. *lib.* 2. Surd. *cons.* 186. *num.* 10.
Rota *decis.* 381. *num.* 1. *part.* 1. *diuersor.* coram Gregor. XV.
decis. 555. *num.* 2. & coram Merlino *decis.* 28. *n.* 4. & signan-
ter de dictione, *quatenus*, vt importet conditionem, præ-
sertim quando † reperitur adiecta verbo futuri temporis, 14
tradit Bart. *in l.* 1. *num.* 20. vbi Castr. Imol. & Soccin. *ff. de
condit. & demonstr.* cum alijs cumulatis per Barbos. *in tractat.
de diction. dict.* 312. *num.* 1. *&* 2. vbi habetur etiam
quod illa stat limitatiuè, † & restrictiuè, atque denotat in- 15
certitudinem.

Accedit, quòd etiam si dicta tertia pars spectasset ad
filios Francisci, non propter hoc tamen illa libera remansit
ab hypothecis dotalibus, cùm † rei hypothecatæ dominium 16
verum semper remaneat penès debitorem, *ad text. in l.
cum fortis* 35. *in fin. ff. de pignorat. act. l. pignus* 9. *C. eodem
titulo*, & quod sine dominio res nequaquam hypothecari
valet est text. *in l.* 2. *ff. de pignor. actio, l. si rem alienam* 29. 17
ff. eod. tit. l. neque pignus ff. de reg. iur.

Quo verò ad dd. partes Domorum quas assignauit in dotem
Ersilia secundo viro pro scut. 755. vt minimè sit atten-
dendus valor, pro quo illæ traditæ fuerunt, sed inspiciendum
sit, quanti de certo valeant, nam in dotem sæpè dari
solent † bona pretio maiori, quam verè sit illorum valor, 18
quod fit pro maiori pompa, & ad cohonestanda connubia
iuxta doct. Merlin *decis.* 555. *num.* 1. propterea magis est in-
hærendum in similibus casibus † veritati, quam honorifico 19
verborum cortici, & apparatui ad *text. in cap. fin. de probat.*
Et quòd etiam eadem Ersilia non habuerit illum pro vero
valore, pro qua assignauit de anno 1626. dictas Domos in
dotem optimè colligitur, ex quo de anno sequenti 1627.
fuerunt electi Periti pro illis æstimandis tam ex parte sua,
† quàm filiorum Francisci, signum euidens, quod ea erga 20
illos non intellexit stare valori per ipsam expressu in assignatione
facta secundo eius viro, sed quod intendebat perquirere,
& habere illarum iustum, & verum pretium.

Alia etiam ratione insistere non possunt illi de Pinea in
dicta assignatione duarum partium Domorum facta Ersiliæ
ad effectum probandi aliquod eorum ius in reliqua tertia
parte, nam euidenter apparet illas eam possedisse iure
pignoris, † non autem iure dominij, quia si possedisset iure 21
dominij aliam instantiam facere non potuisset, pro solutione
suæ dotis prout pluries fecit, præsertim de annis 1627.
1628. & sequen. in quibus Io. Baptista Maritus nomine
vxoris egit in Curia Capitolina pro restitutione dictæ dotis,
& obtinuit mandata, quæ executa fuerunt super d. domibus,
nec non deuentum fuit ad earum æstimationem, quæ
firmata fuit per Peritos in dictis scutis 2204. Imò nec alio
modo, † quam iure pignoris possidere potuit, ex quo non 22
docetur, vt dictæ duæ partes in solutum fuerint datæ, vel à
Iudice, vel à parte, vt requirebatur, secundùm Buratt. *decis.*
372. *num.* 2. Afflict. *decis.* 373. *num* 5. *& seq.* & in dubio,
vt quis potiùs censeatur possidere iure pignoris, quàm iure
dominij † nisi hoc probetur, declarauit Rota *in Romana pe- 23
cuniaria* 15. *Iunij* 1609. *coram Mantacmontio impress.* penès
Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 874. *sub §. probatur autem.*

Prætereà nec possunt præsumi adiudicatæ Ersiliæ dictæ
duæ tertiæ partes, quia non est lapsum † tempus 30. anno- 24
rum ad id requisitum, Mangil. *de subhast. quæst.* 200. *num.* 7.
& 11. Modern. *Perus. eodem tractat. inspect.* 67. *num.* 49. *&
seq.* & in omnem casum, † cùm lis agitaretur in Curia Ca- 25
pitolina non posset etiam stante lapsu temporis præsumi ad-
iudicatio, nisi ad formam Statuti vrbis *cap.* 104. *lib.* 1. & ità
addita tertia parte pluris, Lucas Pet. *in sua praxi lib.* 8. *cap.*
2. *num.* 49. & semper præsumptio adiudicationis † exclu- 26
ditur ex prætensione, quàm hodie illi de Pinea habent con-
trouersas domos esse suas.

Demùm omittendum non est, quòd nulla datur iustifi-
catio, vt Ersilia ab anno 1625. vsque ad annum 1648. in
quo decessit, possederit semper dd. duas partes † domorum, 27
imò contrarium apparet, dum duæ partes ex illis à dicto
anno 1625. vsque ad annum 1633. fuerunt possessæ ab illis
de Pi-

28 de Pinea, vt constat ex propria illorum confessione, † quæ
quidem superat omnes alios probationum modos, Crauett.
cons.175. num.1. & 4. & cons.161. num.3. Bald. *cons.192.*
29 *num.8. lib.2. & cons.354. num.1. lib.3.* & præiudicant † ne-
dum confitentibus, sed etiam illorum successoribus, Rota
coram Penia *decis.92. num.9.* Et quia neque etiam docetur
de aliqua assignatione mobilium, & pecuniarum dictæ Er-
filiæ facta de dicto anno 1626. vltra assignationem dictarum
partium Domorum pro integra satisfactione suæ dotis, vti-
que auctum fuit creditum dictæ Ersiliæ, & sic illis de Pinea
multò minus competit aliquod ius in dicta tertia parte do-
30 morum spectan. ad Franciscum, † cùm illa remanserit hy-
pothecata ad fauorem Ersiliæ.

Cùm itaque ex dictis appareat creditum Ersiliæ longè
excedere valorem dictarum domorum, & ob id nullam
adfuisse spem reluitionis, dicuntur dd. domus exijsse à do-
minio, & potestate supradictorum de Pinea debitorum,
31 illæque pleno iure † effectæ de dominio irreuocabili dicti
R. P. D. Cincij successoris in iure eiusdem Ersiliæ, ad tradi-
ta per Iason. *in l. manumissio num.10. ff. de inst. & iur.* Ale-
xander *in l.1. §. per seruum corporaliter num.7. ff. de acqu.
possess. & cons.169. in fin. lib.6.* Gratian. *discept. forens. cap.
442. num.13. & seqq.* Rota *decis.46. num.7. part.6. recent. &
in Romana Saluiani 28. Iunij 1641. coram Reuerendiss. D.
Decano in fin.*

Et ità resolutum fuit informante tantùm R. P. D. Iulio Cincio altera tamen parte monita, & expectata, &c.

Decisio hæc iam emanata sub die 22. Iunij elapso anno 1654. coram eodem Reuerendiss. D. Meltio, nunc Episcopo Papien. erit infra in Miscellan. iuxta ordinem temporis.

R. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo Papieñ.

Vercelleñ. seu Taurineñ. Bonorum.

Luna 5. Iulij 1655.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo, si ad fauorem alicuius fuerit concessum, & interim pars aduersa alienauerit rem super qua illud fuit concessum, tunc contra rem ipsam, penès quemcumque fuerit venit exequendum; excommunicatus à limine Iudicij repellitur.

S V M M A R I V M.

1 *Personaliter citatus, si comparere recuset, qualiter procedatur contra eum.*
2 *Res, quando efficitur litigiosa alienari non potest.*
3 *Mandatum de manutenendo dum super aliqua re alicui conceditur, & pars eam rem alienet, quid sit faciendum.*
4 *Litigiosa res semel effecta, semper remanet talis.*
Res litigiosa cum eodem vitio ad omnes transit.
5 *Executio contra habentem rem litigiosam, est facienda.*
6 *Mandatum contra anteriorem possessorem, quando non potest exequi, quia rem transtulit in alium, tunc contra eum est exequendum.*
7 *Res efficitur litigiosa, ex sola intentatione actionis in possessorio.*
8 *Executio contra intrusum lite pendente, vt fieri possit, quid sufficiat.*
9 *Possessio, quando fuit reddita litigiosa, tunc inualidè, & nulliter illa in alium transfertur.*
10 *Attentata, & nulla, ea, quæ sunt nullatenus veniunt attendenda.*
11 *Contra Mandata Rotalia recurrens ad Iudices Laicos in excommunicationem incidit.*
12 *Excommunicatus repellendus est à limine Iudicij.*

D E C I S I O LXXXI.

Lite in Rota pendente inter Ecclesiam S. Helenæ loci Villæ Franchæ Alben. Diœc. ex vna, & D. Chiafredum Ludouisium partem ex altera, & super nonnullis apothecis siue domibus positis in Ciuitate Taurineñ. fuit super illis concessum mandatum de manutenendo fauore
dictæ Ecclesiæ, contra D. Chiafredum, vt ex decisione
coram me emanata sub die 1. Iunij 1654. Expedito deinde
mandato opposuit se illius executioni Franciscus Feuia præ-
tendens dicta bona fuisse sibi à d. Chiafredo vendita, & ha-
bito recursu ad Senatum Taurinen. sententiam ad sui fauo-
rem super manutentione dictarum sententiarum reporta-
uit; in hoc statu per contradictas, ex quo dictus Franciscus
† personaliter citatus non comparuit; Dubitaui ad instan- 1
tiam prædictæ Ecclesiæ, An d. mandatum esset exequen-
dum, & DD. affirmatiuè responderunt. Ratio resolutio-
nis fuit, quia cùm dd. domus, siue apothecæ, per præceden-
tem litis contestationem inter d. Ecclesiam, & Chiafredum
effecta † fuissent litigiosa, vtique alienari non poterant, *l.* 2
lite, l. fin. C. de litigios. cap. Ecclesia vt lit. pend. & ibi Abb.
Bart. *in l.1. ff. de litigios.* Alexand. *cons.45. num.5. lib.3. vers.
quia res litigiosa,* Afflict. *decis.396.* & consequenter manda-
tum de manutenendo, † concessum contra d. Chiafredum 3
potest exequi contra Franciscum, non secùs ac si venditio
secuta non fuisset, *l. Chirographis 585. in fin. ff. de admini-
strat. & pericul. tut. & in l. fin. C. de litigios.* & ibi Bald. *num.1.*
Surd. *cons.355. num.13. vers. accedat,* Cancer. *variar. resol.
cap.15. num.17. cum seqq.* Res enim semel † effecta litigiosa 4
semper transit cum suo onere, & cum eodem vitio litigiosi,
Gratian. *discept. forens. cap.502. num.36.* & succedens in re
litigiosa repræsentat omnimodam personam, † eius in cuius 5
locum successit, adeò vt quemadmodum mandatum de
manutenendo concessum Ecclesiæ contra Chiafredum si
non vendidisset exequendum esset, pari † modo exequen- 6
dum veniat contra Franciscum illius successorem, Menoch.
cons.319. num.8. lib.4. Rot. *in recent. decis.392. n.39. part.5.
rec. & in Romana hereditatis de Gratianis 29. May 1643. co-
ram Reuerend. Tarraconen.* Idque procedit quamuis sola
actio in † possessorio intentata fuisset, quia ad hoc vt execu- 7
tio contra intrusum lite pendente intret, sufficit, litem mo-
tam † fuisse, in possessorio, ex hoc namque redditur litigiosa 8
possessio, quæ proinde validè acquiri, ac in alium trans-
ferri non potest in præiudicium † Actoris, *l. Diuus ibiq. gloss.* 9
ff. de petit. heredit. l. alienationes, ff. famil. erciscund. Patis.
cons.108. n.4. vers. & quia quæstio lib.1. Rot. *decis.3. vt lit. pen-
dent. in nouis, & decis.557. n.20. & 21. part.5. tom.2. rec. cum
pluribus alijs cumulatis in Romana hereditatis de Gratianis
11. Dec. 1646. coram me, §. obstare.*

Neque releuat sententia lata per Senatum Taurineñ. fa-
uore Francisci, quia cùm illa emanauerit die 1. Dec. 1654.
& ita post intimationem mandati Rotalis factum sub die
9. Nouembris † eiusdem, vtique tanquam nulla, & atten- 10
tata, non est attendenda imò ex tali recursu ad Iudices Lai-
cos pro impedienda, executione mandati Rotalis † incurrisse 11
dicitur in pœnam excommunicationis, quæ operatur, vt à
limine Iudicij sit repellendus† Rota coram Caual. *decis.528.* 12
num.1. coram Buratt. *decis.446. & alibi passim.*

Et ita informante tantùm Ecclesia S. Helenæ resolutum, &c.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 21. February 1656. coram eodem Reuerendissimo D. Episcopo Papien.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sac. Rotæ Decano.

Calaguritana Decimarum.

Luna 5. Iuly 1655.

A R G V M E N T V M.

Remissoriæ petitio pro probanda immemorabili, tunc denegatur quando non possunt reperiri Testes eius ætatis, quales esse debent, si vellent eam probare, cùm de visu debeant deponere de annis 40. & debet demi tempus litis.

S V M M A R I V M.

1 *Immemorabilis probatio, quando sit improbabilis.*
2 *Testes, vt probent immemorabilem, debent deponere per 40. annos de visu.*
3 *Remissoria denegatur ad probandam immemorabilem, si sit improbabilis.*
4 *Immemorabilis quando sit probabilis.*

5 *Immemorabilem, vt Testes probent cuius atatis esse debent.*
6 *Vnio beneficiorum quando dicatur probata, per publicam vocem, & famam.*
7 *Fama non potest dici probata per Testes examinatos in alio iudicio.*
8 *Fama non potest dici probata per Testes examinatos ad perpetuam rei memoriam lite pendente.*
9 *Testes nulliter examinati non probant.*
10 *Probatio probationem non excludit.*
11 *Monachi non possunt praiudicare Monasterio.*
12 *Ecclesia quando est Parochialis habitu, an sit facienda mentio de hoc in illius impetratione.*

D E C I S I O LXXXII.

DEcisionem editam 2. Decembris 1654. coram R. P. D. meo Peutingerio firmantem Monasterio, & Monachis B. Mariæ della Stella, dandam esse remissoriam, hodie Domini confirmarunt ex ijsdem rationibus, & fundamentis in ipsa deductis.

Quibus non obstat, quòd articuletur immemorabilis
1 ante vnionem sequutam anno 1454. † quæ propterea sit improbabilis ob impossibilitatem inueniendi Testes, qui ante
2 illam deponant † per 40. annos de visu, vt requiritur iuxta *gloss. in cap.* 1. *de Præscript. in* 6. Capotaq. *decis.* 75. *num.* 1.
3 *part.* 2. vt denegandam remissoriam, † respondit Rota *coram R. P. D. meo Zarato* 26. *Iunij* 1654. §. *nec de ea doceri, & §. præterea vers. tum etiam quia.*

Quoniam signanter respectu curæ actualis Ecclesiæ S. Emiliani specificè articulatur immemorabilis, etiam post vnionem vsque ad præsentem diem. Vnde probabilis est
4 cùm sufficiat Testes deponere † de visu per annos 40. ante motam litem, vt dixit Rota *in rec. decis.* 520. *sub num.* 1. *part.* 5. *& decis.* 142. *num.* 5. *part.* 6. cum alijs allegatis per Add. ad Buratt. *decis.* 673. *sub num.* 12. *vers. & requiritur.* Lis autem mota fuit anno 1632. & sic Testes ad summum deberent esse
5 annorum 77. subducto tempore tum pendentiæ litis, tum illorum pubertatis, vt tradunt Paris. *cons.* 27. *num.* 97. *lib.* 1. Card. Seraph. *d. decis.* 1450. *d. n.* 2. Rota *in recent. decis.* 248. *n.* 4. *part.* 2. coram Greg. *decis.* 298. *num.* 1. ibique Add. *n.* 12. cæterique adducti per Add. ad Buratt. *d. decis.* 673. *d. n.* 12.

Respectu verò temporis ante vnionem satis est Monaste-
6 rio, † & Monachis probatio publicæ vocis, & famæ, vt respondetur in dicta *dec. D. mei Peutingerij sub §. minus obstat*, & quamuis ea Testibus pro Capitulo, & Beneficiatis exa-
7 minatis † contraria fama videatur probata; attamen dicti Testes non releuant, tum quia aliqui examinati fuerunt in
8 alio Iudicio cum Monasterio agitato, alij † verò fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam pendente lite in
9 Rota sine † illius remissoria, & sine citatione partis, & sic nulliter *cap.* 2. vbi Abb. *num.* 9. *de testib. l. si quando*, §. *sed cum oportet*, *C. eodem*, Rota *decis.* 64. *num.* 2. *post secundum vol. cons.* Farin. *in recent. decis.* 29. *num.* 24. *& decis.* 343. *n.* 15. *par.* 6. *& in Calaguritana Beneficij de Murillo* 23. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato.* Tum etiam quia probatio
10 probationem non excludit, sed † perfecto processu videbitur in disputatione causæ, quæ sit potior, & præferenda, *cap. cum Ioannes ibique Doctores extr. de fid. instrum.* Bellamer. *decis.* 624. *num.* 2. Card. Mantic. *decis.* 374. *num.* 3. Rota *decis.* 785. *num.* 5. *part.* 1. *diu. decis.* 229. *sub num.* 4. *& decis.* 660. *pariter num.* 4. *part.* 2. *recent. in Maceraten. pecun.* 27. *Ian.* 1645. *coram Eminentissimo Otthobono* §. *fin. & in d. Hispalen. Decimar. coram Eminentiss. Corrado*, §. *nec refert quod Capitulum.*

Nec obstat asserta confessio Monachorum, quod dicta Ecclesia Sancti Emiliani esset ruralis, & sine cura emissa in Instrumento dictæ vnionis, atque in libello porrecto illius executori pro obtinen. executione litterarum Apostolicarum, & elicita ex visu sententiæ eiusdem executionis in iudicatum transactæ.

11 Quia quidquid sit, † An Monasterio præiudicare possit ad text. *in cap. veniens, vbi DD. de transact.* Honded. *cons.* 55. *num.* 25. *libr.* 1. Buratt. *decis.* 601. *num.* 9. Rota *in Pisauren. manutentionis* 4. *Iunij* 1646. *coram bon. mem. Arguellos*, §. *qua possessione, & in Romana deuolutionis Domus* 4. *Decembris* 1651. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *vltimo, vers. tum quia Canones.* Placuit *resp. decis.* §. *neque vrget*, nempè intelligendam esse de cura actuali, quæ de præciso tempore
12 vnionis non aderat, non autem † de cura habituali, de qua opus non erat mentionem facere, vt dixit Rot. coram Caual. *decis.* 164. *sub num.* 3.

Et ita steterunt DD. in decisis dicta die 2. Decembr. 1654. coram R. P. D. meo Peutingero vtraque, &c.

R. P. D. B E V I L A Q V A.

Bononien. Fideicommissi de Pancaldis.

Lunæ 5. *Iulij* 1655.

A R G V M E N T V M.

Fideicommisso probato, & iustificata bonorum fideicommissorum identitate, & quidem per plenas probationes, inciuile est, vt de eo dubitetur. Quare probatis probandis non denegatur immissio.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio, vt fideicommissario in bonis fideicommissarijs non denegetur, quid sit iustificandum.*
2 *Dubitatio circa existentiam, ac purificationem fideicommissi, quando sit inciuilis.*
3 *Bonorum fideicommissorum identitas, quando deduci in controuersiam non possit.*
4 *Sententia secunda, quando transiuit in iudicatum facto confirmatur prima sententia.*
5 *Identitas bonorum probari potest ex confessione partis.*
6 *Identitas bonorum benè remanet iustificata ex probatione duarum demonstrationum.*
7 *Materia satis dicitur antiqua si sit vltra centum annos.*
Identitas non ita strictè venit probanda, quando sumus in antiquis.
8 *Bona non desinunt esse fideicommissaria, licèt hæres illa descripserit tamquam hæreditaria.*
9 *Bona per hæredem grauatum possessa in locum, in quo possidebat fideicommittens, præsumuntur fideicommissaria nisi contrarium doceatur.*
10 *Identitas bonorum ex quo non reuocetur in dubium.*
11 *Diuersitas, & pluralitas bonorum ex circumstantijs facti arguitur.*
12 *Bona capta, & possessa vti fideicommissaria, quid ex hoc arguatur.*

D E C I S I O LXXXIII.

PLacuit Dominis decisio coram me emanata 4. Februarij 1654. in qua firmatum fuit dandam esse immissionem q. Equiti Alexandro Algardo Thomasiæ filio in alijs 5. petijs Terrarum fideicommisso Berthi Pancaldi subiectis videlicèt, *Tagliadenti*, *Campodisera*, *Serraglio*, *Ponticella*, *e Palude*, ideò eamdem decisionem hodie confirmarunt ex eisdem rationibus, & inconcussis fundamentis in ea deductis; Concurrunt enim omnia requisita in hoc Iudicio necessaria, nempè existentia fideicommissi, illius purificatio, identitas bonorum, possessio Berthi fideicommittentis de tempore obitus, & Comitum de Caprarijs de præsenti. Vnde denegari non potest † immissio, vt quotidie Rota seruat, 1
& fuit dictum *in Bononien. fideicom. de Amerijs* 18. *Martij* 1648. §. *concurrunt coram R. P. D. meo Meltio*, *in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, *& in Bononien. fideicommissi de Forasanijs* 1. *Aprilis* 1650. *vtrobique in principio coram R. P. D meo Verospio.*

De existentia, & purificatione fideicommissi inciuilis modo videtur dubitatio, cùm vtraque, & supposita, & abundè canonizata fuerit in antecedentibus decisionibus huius causæ per tres sententias Rotales in Iudicatum transactas, † quæ faciunt ius, quoad omnes vt vltra relatos in 2
præcitata tradit Surd. *cons.* 61. *num.* 2. *& seqq.* Rota *decis.* 486. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 425. *num.* 19. *part.* 5. *rec.*

Minùs in controuersiam deduci potest bonorum identitas, & vtrumque possessionis extremum † antecedens vi- 3
delicèt fideicommittentis, & subsequens Reorum conuentorum, quoad Prædia, *Tagliadenti*, *& Campo di sera*, Tornaturarum 11. pro singulo, quia hæc omnia iustificantur ex Mappa iudicialiter confecta, & ex duabus sententijs de partibus, quarum vltima † ob non interpositam, vel non 4
pro-

prosequuta à Comitibus de Capratijs appellationem facto
proprio confirmata fuit, vt præter congestos *in decis. qua renidetur, §. & quo ad primum*, dixit Rota *in Aquilana Iurispatronat. 4. Iuny 1646. §. quia cum in fine coram Eminentissimo D.Card.Corrado, & Romana locurum montium 3. Iun. 1650. in fin. princ. coram R.P.D. meo Meltio.*

Eademque iustificatio, quoad Prædia nuncupata *il Seraglio*, Tornaturarum 33. *& la Ponticella*, seu *la Pontasilea*, Tornaturarum 23. circiter clarè resultat ex Testamento Berthi fideicommittentis ex Testibus desuper examinatis
vsque de anno 1579. eorumdem Prædiorum qualitates, &
confinia distinctè referentibus, ac ex propria Comitum de
5 Capratijs confessione parum obstante, † quod in alijs adsit
diuersitas, & discrepantia, seu nominis variatio, eùm ad
6 hunc effectum conuenientia, & verificatio † duarum demonstrationum sufficiat, Rota *decis. 98. num. 9. & seqq. part. 6. recent.* & optimè firmat *decis. in §. secundo autem, & seqq.*

7 Idque magis quia † versamur in materia antiqua vltra
centum annos, vt pluries Rota ponderauit *in hac eadem causa coram R.P.D. meo Cerro 15. Febr. 1647. §. qua fortius coram Eminentiss. Domino Card. Otthob. 27. Ian. 1648. §. quia responsum in fine, & 23. January 1649. §. & parum coram R.P.D. meu Peutingerio.*

Nec aduersatur Prædium Ponticellæ fuisse ab Alberto
Balzano in Inuentario descriptum, tanquam hæredita-
8 rium Ioannis Baptistæ Patris, quia non exinde desinit † esse
fideicommissarium Berthi ex vulgari illa præsumptione,
quod bona per grauatum possessa in loco, quo possidebat
9 † fideicommittens præsumantur fideicommissaria, nisi doceatur de proprijs ipsius acquisitionibus, *iuxt. vulgat cons. Fulgos. 145. sub num. 2. in prima decis. allegatum*, cui addo
Menoch. *cons. 207. num. 12.* Ruin. *cons. 29. num. 11. lib. 5.* &
Rotam *in Vrbeuetana Restitutionis dotis 14. Dec. 1643. sub §. verum coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Prout non releuat, quòd Theseus Balzanus titulo emptionis 1586. acquisiuerit à Francisco ab Olco vnam petiam
Terræ, *in loco detto il Pradazzo*, seu *ponticella* Tornatu-
10 rarum 27. quia Testes relati † *in Summ. præterita positionis num. 15.* specificè deponunt per septem annos ante hanc
acquisitionem Thesei, Berthum ibidem possedisse Prædium
de quo agitur, & sic ad oculum demonstrant vnum ab altero ex dd. Prædijs esse omninò diuersum, & contra distin-
11 ctum; Nam ex circumstantijs facti diuersitas, † & pluralitas, arguitur Rot. *decis. 211. sub num. 5. vers. nec facit part. 4. tom. 2. recent.*

Identitatem denique Prædij in communi Palude satis superque conueniunt dicta Testium Testamentum ipsius Ber-
12 thi, & possessio de eo capta † ab Alberto vti de re fideicommissaria Testatoris, vt aduertit *decisio, qua reuidetur in §. quoad quintum cum seqq.*

Quibus cùm nullum responsum datum fuerit à Comitibus de Capratijs Domini steterunt in decisis Cassandra Sorore, & hærede q. Equitis Alexandri Algardi tantùm Informante.

Decisio ista emanata sub die 4. Februarij 1654. coram R.P.D. Beuilaqua erit in Miscell. iuxta suum Ordinem.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Bononień. Prædij.

Luna 5. Iulij 1655.

A R G V M E N T V M.

Executor merus, cui fuit delegatum mandatum executiuum pro exequenda aliqua sententia, omne emergens, contingens quod requirat causæ cognitionem debet illud remittere ad suum Iudicem. Vidua contra bona dotalia data inæstimata agere tantùm potest.

S V M M A R I V M.

1 *Executor merus non bene procedit, assumendo partes Iudicis.*
2 *Executor merus omne emergens requirens causa cognitionem ad suum Iudicem delegatum transmittere tenetur.*
3 *Litis pendentiæ protestatio facta coram secundo Iudice, quod causa pendet coram primo Iudice, reddit processum ipso iure nullum.*
4 *Statutum Bononiæ* lib. 4. rubr. de Restitut. dot. *quid disponat circa restitutionem dotis.*
5 *Bona data in dotem, quando sunt data inæstimata, tunc illa eadem bona, restituenda sunt.*
Vidua contra bona, data in dotem inæstimata dirigere potest suas actiones.
Non autem contra alia bona in præiudicium Creditorum.
6 *Confessio præiudicat quidem confitenti, non autem Tertio.*
7 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
8 *Probatio emanata in positionibus plenè probat contra confitentem.*
9 *Datio in solutum, habet vim, & effectum veræ solutionis.*

D E C I S I O LXXXIV.

NVlliter, ac iniustè pronunciauit Prætor Bononiæ
optionem competere Comitissæ Iuliæ Capacellæ su-
per prædio Calcuriæ tanquam de bonis hæreditarijs Comi-
tis Francisci Mariæ Buscbetti eius viri pro restitutione suæ
dotis, quia tanquam merus † exequtor ab hoc Sacro Tri- 1
bunali subdelegatus pro executione mandati Rotalis alias
super ijsdem bonis relaxati ad fauorem Marchionis Io: Ma-
riæ Fontanæ non potuit citra vitium nullitatis assumere
officium Iudicis; Sed omne emergens † requirens causæ 2
cognitionem ad subdelegantem remittere tenebatur, *cap.
pastoralis §. quia verò*, vbi Imol. *num. 19. de offic. deleg.* Abb. *in
cap. fin. num. 12. de præsumpt.* Bart. *in l. à diuo Pio num. 9. ff. de
re iudic.* Card. Zabarell. *cons. 103. num. 10. vers. ad quod re-
spondeo*, Surd. *cons. 405. num. 26. lib. 3.* Rota *decis. 576. n. 6.
part. 4. decis. 8. num. 7. 8. part. 4. tom. 2. rec.* Iuncta præsertim
protestatione coram eo facta dependentia † litis in Rota, 3
quæ nullum reddit ipso Iure processum secundi Iudicis, Butr.
in cap. cum M. Ferrar. num. 59. de constit. Soccin. *cons. 38.
num. 7. lib. 1.* Marant. *in prax. Iudic. disput. 1. n. 23. vers. nono
quia, & n. 36.* Gabr. *lib. 2. de Iudic. conclus. 1. num. 18.* Lancell.
de attent. cap. 4. limit. 2. num. 66. Afflict. *decis. 354. num. 19.*

Iniustitia verò resultat ex defectu actionis, quæ nulla
competit Comitissæ Iuliæ super d. prædio, cum ex dispositio-
ne Statuti Bononień. *lib. 4. Rub. de dot. restit. §. Item dicimus*,
Mulier pro restitutione † suæ dotis retrò accipere teneatur 4
eadem bona consignata id quod etiam procedit de iure
communi † in bonis inæstimatis qualia sunt tradita in do- 5
tem à Comitissa Iulia, *vt in Sum. Marchionis num. 2.* contra
quæ tanquam fundum dotale, & rem suam debet actiones
dirigere non super alijs bonis Mariti in præiudicium Credi-
torum, *l. dotale prædium ff. de fundo dotali, l. vnic. §. cum lex
Iulia, C. de rei vxor. act. l. in rebus, & ibi DD. C. de Iur. dot.*
Alex. *cons. 38. num. 2. in fine l. 2.* Gabr. *cons. 60. n. 7. lib. 2.* Cam-
peg. *de dot. part. 2. quæst. 79. n. 1.* Grat. *discept. forens. cap. 826.
num. 60.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 28. num. 1. & 2.* Rota cor.
Merlin. *decis. 792. num. 1. & in Meleuitana fideicom. 13. May
1652. §. fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec obstat confessio Com. Claudij eius filij, quod ex bo-
nis dotalibus Pater in pecunia retraxerit scuta 10. mil. mo-
netæ de partibus, quæ restituere promisit infra biennium,
quia solum † præiudicat ipsi confitenti non tertio, *l. duobus
§. 1.* vbi Ias. *ff. de iur. iur.* Bald. *in l. certum, §. sed an ipsos n. 4.*
& ibi Castr. *num. 1. ff. de confess.* Corn. *cons. 266. num. 2. lib. 1.*
Giurb. *decis. 31. n. 15.* Rota coram Coccino *decis. 321. num. 2.
decis. 501. num. 6. part. 4. tom. 2. rec.* coram Merlin. *decis. 543.
num. 9. & decis. 820. n. 8.* Imò cùm constet ei postea dedisse
in solutum Palatium Situm Bononiæ in Contrada Galeriæ 6
pro libr. 28. mil. & pro residuo tot nomina debitorum, vt ex
Instrumento † dato *in eodem Summ. num. 3.* quod facit pro- 7
bationem probatam, *cap. cum dilecti de donat.* Bald. *in l. quo-
ties, Cod. de Iudic. cum vulg.* & ipsamet Comitissa fassa fuit re-
spondendo ad positiones in partibus cum Iuramento eo,
Summ. num. 4. quæ † confessio contra ipsam plenè probat, *l.* 8
Procuratore, ff. de instit. act. Abb. *in cap. quamuis num. 4. de re
iudic.* Aym. *cons. 217. num. 9.* Rota coram Gregor. *decis. 92.
num. 1.* & coram Buratt. *decis. 921. num. 3.* Inde remansit
extincta quæuis actio, & hypotheca illi competens cum
datio insolutum habeat vim †, & effectum veræ solutionis, 9
Aretin. *in l. singularia col. antepen. circa fin. ff. si certum pet.* &
ibi Ias. *n. 37.* Bart. *in l. si quis alium n. 1. ff. de solut.* vbi Castr. *n. 4.*

Surd. *conſ.*513.*num.*7. *& dec ſ.*51.*num.*3. Pacific. de Saluian. *inſpect.*3. *cap.*2. *num.*369. Modern. *Forolivien. de pign. lib.*5. *tit.*1. *quæſt.*4. *num.*1. Rot. *poſt ipſum deciſ.*146. *num.*4. *deciſ.* 278. *num.*21. *part.*5. *& deciſ.*114. *num.*15. *part.*7. *recent.*

Fuit igitur reſolutum procedendum eſſe ad vlteriorem executionem, & ſuper Prædio controuerſo Informante ſolùm Marchione Fontana, altera tamen parte pluribus citationibus laceſſita.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulij 1655.

A R G V M E N T V M.

Obligatio Cameralis ſatis remanet vulnerata quandoquidem lata fuit ſententia principaliter ſuper meritis cauſæ, & vt non remaneat vulnerata, qualis nullitas: & iniuſtitia ſententiæ ſit probanda. Cedens creditum tale, quale eſt, tenetur probare illud, eſſe verum, & reale, non autem bonum, & exigibile.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia principaliter lata ſuper meritis cauſa, vulnerat obligationem Cameralem.*

2 *Obligatio Cameralis dum vulnerata remanet per ſententiam perit omnis virtus via executiua.*

3 *Obligatio Cameralis dum remanet vulnerata per ſententiam, tunc ordinariè procedendum.*

4 *Sententia quando eſt nulla, & iniuſta non vulnerat obligationem Cameralem.*

5 *Nam ſic remanent ſalua eius priuilegia.*

6 *Sententia vulnerans obligationem Cameralem, vt dicatur nulla, vel iuſta, quid requiratur, & n.8.*

7 *Sententia, vulnerans obligationem Cameralem ad hoc vt non dicatur eam vulnerare, id debet apparere per ſententiam contrariam.*

8 *Iniuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*

9 *Sententia, vt non dicatur vulnerare obligationem Cameralem, requiritur, vt iniuſtitia nullo velamine poſſit offuſcari.*

10 *De nullitate ſententiæ, vel iniuſtitia, quando non ſolum non poſſit dari, imò conſtare de eius validitate, & iuſtitia.*

11 *Ceſſio, & datio in ſolutum quando remaneat nulla, & reſoluta, perinde ac ſi facta non fuiſſet.*

12 *Debiti primi extinctio, quando non fuit valida, cætera inde facta, neque habebunt ſubſiſtentiam.*

13 *Creditum cedens*, tale quale eſt, *& nec vltra teneri intendit.*

14 *Licèt non teneatur illud probare bonum, & exigibile de facto eſſe.*

15 *Attamen tenetur docere creditum prædictum eſſe verum creditum, & reale illud eſſe verum, & ei efficaciter obligatum.*

D E C I S I O LXXXV.

CAtaneus Pauiæ creditor petijt condemnari Campionum ad ſibi ſoluendum pecunias per ipſum de effectibus eiuſdem Pauiæ exactas ſub obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus ad quem effectum propoſito hodie dubio an eſſet relaxandum mandatum, negatiuè fuit reſponſum.

Siquidem A. C. coram quo prius fuit actum à petitis
Campionum abſoluit per diffinitiuam ſententiam, pronun-
cians nullum ius, nullamque actionem aduerſus illum Ca-
taneo competijſſe, nec competere pro petita pecuniarum
reſtitutione, quæ ſententia vti principaliter, & immediatè
lata ſuper meritis cauſæ tangit, & infringit ſubſtantiam obli-
1 gationis, & propterea † vulnerata fuit via exequutiua, cu-
2 ius vulnerationis † rationem reſtitutio à Campiono pro-
3 miſſa in forma Cameræ non habet amplius † paratam exe-
cutionem, nec illius vigore exequutiuè cogi poteſt, ſed
ordinariè eſt agendum, treſque ſententiæ conformes requiruntur Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſ.*6. *num.*202. *&* 235. Gratian. *diſcept. for. cap.*765. *num.*42. Rota *deciſ.*332. *n.*12. *verſ. ſiquidem part.*2. *diuerſ.* coram Penia *deciſ.* 677. *num.*5. *quæ deciſ.*68. apud Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Cam.* coram bo. mem. Coccino *deciſ.*78. *per tot. & præcipuè in fin.* Cardin. Millin. *deciſ.*28. *num.*2. *& in rec. deciſ.*515. *num.*8. *part.*4. *& deciſ.*156. *num.*4. *part.*7. *& in Romana Cenſus* 11. *Mart.* 1652. *&* 14. *Februarij* 1653. *vtrobique in princ. coram Reu. P. D. meo Cerro.*

Non obſtat, quòd ſi ſententia promulgata eſt nulla, † vel 4
iniuſta non vulnerat obligationem Cameralem, ſed ſemper
remanet proceſſus Summarius, & exequutiuus in quacum-
que inſtantia † ad fauorem actoris ex adductis per Rotam *in* 5
*d. deciſ.*78. *num.*2. coram Coccino, *& in deciſ.*502. *n.*6. *part.*6.
rec. quia nullitas ſententiæ hic nec etiam apponitur, & ta-
men ſuper hac neceſſaria eſt declaratio † per aliam ſenten- 6
tiam cum ſubſecuta re iudicata, & quamdiu illarum adeſt ſu-
per prima ſententia vulneratio ſtat in ſuo robore, & tollit
viam executiuam, Gonzal. *d. gloſ.*6. *n.*322. *&* 336. Gratian.
*in d. diſcept. num.*44. *&* 45. Zacch. *de oblig. Cam. quæſt.*37. *ſub*
*n.*28. *verſ. retentis igitur.* Iniuſtitia † verò ſententiæ debet 7
eſſe notoria, & euidenter iniqua, adeòut nullo velamine va-
leat offuſcari, quaſi tunc huiuſmodi notoria † iniuſtitia æqui- 8
paratur nullitati, & validè † ferri poſſit ſecunda ſententia 9
contra primam, vt voluit Archid. *in §. diffinitiua verb. etiam ſi eſſet ſecunda qu.*6. Felin. *in cap. inter Monaſterium n.*25. *limit.*10. *de re iud.* Surd. *conſ.*160. *n.*50. *lib.*2. Grat. *diſcept. for. cap.*531. *n.*71. Seraph. *deciſ.*616. *n.*8. *&* 9. Coccin. *d. deciſ.*78. *num.*5. *& deciſ.*45. *num.*5. poſt Zacch. *de oblig. Camer.*

In hac autem facti ſpecie viſum fuit non ſolùm non ad-
eſſe manifeſtam iniuſtitiã ſententiæ † prædictæ, quinimmò 10
excluditur ex ſententia illius deducta, ex eo quod Pauia debitor aſſerens in Inſtrumento tranſactionis dato in Summario vtriuſque partis ſe Creditorem Eminentiſſimi Cardinalis Barberini in ſcutis 962. hoc ſui debitoris nomen Campiono Creditori ceſſit, & inſolutum dedit. Cùmque poſtea detectum fuerit aſſertum creditum non extare, nec eſſe verum, quia D. Cardinalis, à quo Campionus quæſiuit exigere debitum, ceſſum fuit in Tribunali A. C. vbi eum conuenit abſolutus, & in ſententia relata *in Summario d. Campioni n.*4.
ſequitur † quod ceſſio, & datio inſolutum fuit nulla, & re- 11
ſoluta, perinde ac ſi nunquam facta fuiſſet, *l. cum autem* 23. *§. Iulianus, & l. facta* 60. *ff. de ædil. edict. l. ſi hominem* 19. *ff. de vſucap.* Cyriac. *contr.*68. *num.*71. *& contr.*500. *eod. num.* Surd. *deciſ.*163. *num.*14. & conſequenter non potuit
primi debiti extinctionem cauſare, ſed pro illius conſecu-
tione prædictus † Campionus Creditor primæuus eius 12
actiones integras contra Pauiam retinuit, *l. in fin. Cod. quando liceat Emptori, l. debet* 27. *ff. de ædil. edict. col ſi quis ante* 10. *§. ſi quis conduxerit*, vbi Iaſ. *num.*13. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Gabr. *conſ.*36. *num.*66. *lib.*1. Surd. *conſ.*179. *num.*37. *& deciſ.* 51. *num.*20. Modern. Mantuan. *in contr.*55. *num.*33. *contr.*75. *num.*4. *& d. contr.*100. *à num.*30. *vſque ad* 38. Rot. *deciſ.*370. *num.*3. *part.*1. *deciſ.*608. *num.*6. *in fin. part.*3. *& deciſ.*278. *n.*11. 23. *part.*5. *rec.*

Nec dicatur Pauiam ex conuentione tranſactioni adiecta
ceſſiſſe creditum, quod contra Cardinalem † habebat pro 13
tali, quale erat, nec vltra teneri voluit, ibi, *Non volendo eſſere tenuto ad altro, che à mantener queſto credito tale quale è &c.* quia tametſi per huiuſmodi conuentionem non tene-
retur præſtare nomen debitoris † ceſſum bonum, & de facto 14
exigibile adſtrictus tamen erat docere cum effectu ſe eſſe verum Creditorem debitoris ceſſi, illumque ſibi efficaciter obligatum, *l. nomen* 4. *& l. ſeqq.* & ibi Bald. *& ſcrib. C. de hered. vel act. hered. l. ſi plus* 74. *in fin. ff. de euict. l. Pupillus* 96. *§. ſoror ff. de ſolut.* Becc. *conſ.*105. *num.*12. *&* 35. Grat. *diſcept. for. cap.*501. *num.*21. *&* 23. Cyriac. *contr.*375. *num.*52. Mangil. *de euict. quæſt.*79. *num.*54. Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Colonien. Legitimitatis.

Lunæ 5. Iulij 1655.

A R G V M E N T V M.

Lata ſententia ſub citatione vaga, pro ſingulis diebus, & horis, non dicitur nulla, ſi reperiatur lata ſequenti die, cùm terminus dictæ citationis reſtringatur ad duos dies. Matrimonium ad effectum ſucceſſionis filiorum, cùm de eodem non agatur principaliter, ſed incidenter, ex quibus benè dicatur probatum.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla, si sit lata sub citatione vaga, pro singulis diebus, & horis.*
2 *Sed dum lata fuit die sequenti est valida.*
3 *Citatus ad sententiam pro singulis diebus, & horis, tenet sententia si intra biduum fuit lata.*
4 *Sententia lata super validitate Matrimonij ex quo iustificetur.*
Super Matrimonij fœdere principaliter non agitur, si agatur de successione filiorum.
5 *De matrimonio quando principaliter non agitur, suffragantur etiam coniectura.*
6 *Matrimonij initium, quando fuit vitiosum, tunc pleniores probationes requiruntur.*
7 *Testes ex quibus rationibus matrimonium fuisse contractum probent.*
8 *Matrimonij probatio coadiuuatur ex longaua cohabitatione mulieris cum viro.*
9 *Matrimonium, quando remaneat iustificatum per publicam vocem, & famam, & alijs argumentis.*
10 *Probationes illa sunt sumenda, qua haberi possunt.*
11 *Testium fides diminuitur, ex consanguinitate, & ex retractatione.*
12 *Testes, qui in secundo examine se retractant plenam non faciunt probationem.*
13 *Legitimitas præsumitur dum quis admittitur ad ea officia, ad qua soli legitimi admittuntur.*
14 *Clericatus sine dispensatione obtentus, quid arguat.*
15 *Examinis Testium validitas quando non minuitur, si adsit defectus, quod non fuerunt interrogatoria data.*
16 *Et quid si fuerit protestatum repetendi examen Testium cum interrogatorijs, expensis petentis nouum examen.*
17 *Ob interrogatoria non data à parte tollitur nullitas examinis Testium.*
Quando pars fuit citata ad ea danda, & fuit præfixus terminus, & fuit neglectum ea dare.
18 *Negligentia in dandis interrogatorijs, dum pars fuit intimata, id non annullat examen Testium.*
19 *Examinis Testium repetitio non conceditur, dum petitur in die ferenda sententia.*
20 *Calumnia præsumptio facit, vt non concedatur remissoria.*
Calumnia præsumptio facit, vt non concedatur examinis Testium repetitio.
21 *In examine Testium facto ad perpetuam rei memoriam, quando tollitur omnis nullitas in eo.*
22 *Probationes ne pereant cauendum est.*
23 *Testium examen ad perpetuam rei memoriam factum quando validum sit.*
24 *Citatio ad videndum iurare Testes, si non adsit reddit examen nullum.*
Iuramentum Testium an probetur ex verbis enunciatiuis Notarij.
25 *Notarius asserendo, quod Testes iurarunt, ista non sunt verba enunciatiua, sed assertiua, seu dispositiua.*
26 *Testis retractando se, circa ea, que dixit in primo examine, dum deponit in secundo, standum est primo examini.*
27 *Et hoc multo magis si in articulo mortis, confirmauit primum dictum.*
28 *Testis retractare se volens si moriatur cum tali proposito, censetur confirmasse primum, dum aliud non dixit.*
29 *Testium examen si destituatur citatione partis remanet nullum.*
30 *Iudex Laicus nulliter procedit, dum post inhibitionem Iudicis Laici Ecclesiastico ei factam.*
31 *Sententia in iudicatum transacta standum est.*
32 *Testes in famulatu partis existentes, non releuant.*
33 *Assertionibus partium non est credendum.*
34 *Scriptura adhuc non recognita, quod sit manus partis, non releuat.*
35 *in Quasi possessione legitimitatis existenti non ita facilè præiudicatur.*
36 *Matrimonium, quod inter aliquos extiterit ex quibus probent Testes.*
37 *Testium probationes, dum possunt referri ad licita, vel ad illicita, facienda est relatio ad licita.*
38 *Matrimonium contractum contra formam Concilij Tridentini, est nullum.*
39 *Coniugum disparitas est probanda.*
40 *Lex habet oculos ante, & non retrò.*
41 *Matrimonium non annullatur ob disparitatem coniugum.*

DECISIO LXXXVI.

SEntentiam in partibus editam super legitima filiatione Hermani in iudicatum transijsse decisum fuerat coram me, successiuè verò reuocata fuit decisio die 6. Maij anni præsentis, ibique virtus rei iudicatæ ex vitio nullitatis, ac iniustitiæ exclusa vtriusque verò partis instantia super Iuribus decisionum dubium hodie proposui, & pro confirmatione penultimæ, à secunda verò recessu DD. responderunt.

Siquidem exceptio nullitatis contra sententiam repetita
destruitur ex actorum reuolutione validè editam, eandem
fuisse probantium, neque concluditur ex citatione ad sen-
tentiam † vaga pro singulis diebus, & horis ea equuta, 1
dum sequenti die edita fuit, & tamen biduo † posset huius- 2
modi citatio sustineri, vt pluries in hoc Tribunali decisum
fuit *in d.part.1. diuers.decis.321.num.3. & part.4. recent.decis.307.num.9. & decis.26. num.8. & in Iannen. separationis Thori 24. Aprilis 1654. coram R.P.D. meo Meltio cum alijs per Adden. ad d.Greg.71.num.6.*

Iustitia verò latæ sententiæ super matrimonio à Ioanne
cum Elisabetha † contracto, necnon legitima filiatione 3
Hermani exinde suscepti ex diuersarum specie probatio-
num arguitur ad hunc effectum exhibita, & ad vtrumque
concludendum successiuè per apta quoties matrimonij fœ-
dus non principaliter, vt in proprio casu deducatur, sed † in- 4
cidenter ad decernendam prolem exinde legitimam, ac pa-
ternæ successionis capacem cum quodlibet tunc probatio,
siue ea coniecturis, siue ex præsumptionibus elicita † suffra- 5
gatur *iuxt. text. in cap. ex parte de rest. spoliat. ibique not.* Innoc. *num.4.* Cephal. *cons.435. num.41. cum seqq.* Peregrin. *cons.91. num.2. lib.2.* Rota coram Seraph. *decis.978. num.4. & decis.1099. num.1.* & coram Greg. *decis.247. num.4. & decis.248. num.1.* Et licèt si vitiosum concubinatus initium
processerit † pleniores subsecuti inter ipsos matrimonij pro- 6
bationes DD. exquirant, relati per Cephal. *cons.82. num.56. cum seqq.* Rota coram Verall. *decis.210. part.2. & in decis. 645. num.3. in fine part.4. recent.* & coram Seraph. *decis.978. num.7.* cum alijs per Adden. ad d.Greg.247. *num.24. in proprio tamen casu non desunt.*

Desumuntur quidem ex quinque Testibus directè depo-
nentibus contractum à Ioanne, cum Elisabetha coniugium
mediante chirographo per † ipsum Vxori cum traditione 7
arrhæ consignato, necnon vlterius attestantibus de ipsius
habitatione longæua cum Elisabetha habita † quoque vice 8
vxoris, ac eodem successiuè nomine pluries interpellata, &
deiterata confessione Ioannis super huiusmodi matrimonij
contractu publica voce, & fama, comprobato, † quibus 9
argumentis illud proinde concludunt, vt notat Cyriac. *controu.272. num.7.* Paris. *cons.57. num.6. cum seqq. lib.4.* Rota coram Millino *decis.305. num.2.* coram Seraph. *decis.1099. num.2.* & plenè coram Gregor. *decis.248.* Cùm maximè
ipsorum directa probatio ex aliorum 8. Testium † deposi- 10
tione potissimè fulciatur, qui alias ratione consanguinitatis,
vel retractationis † habitæ in secundo examine plenam ne- 11
queunt assequi fidem, necnon etiam ex pluribus epistolis
robur † assumatur, ac ex denique gradu baccalaureatus, & 12
charactere Clericatus assumpto, qui non assuetus illegitimis
† absque dispensatione conferri validum proinde præbet ar- 13
gumentum legitimitatis, secundum Bertium *cons.19. num.7. lib.2.* Menoch. *de præsumpt.54. num.38. lib.6.* Rot. *decis.511. recent. num.4. & 5.* & in terminis Clericatus sine dispensa-
tione suscepti, † quod quis præsumatur inde legitimus, co- 14
ram Caual. *decis.23. num.4.*

Horum autem Testium fidem non minuit, vel qualitas
examinis † interrogatorijs partis aduersæ destituti, nec ad 15
ipsius instantiam repetiti licèt pro repetitione expensas † ex- 16
hibentis, vel quia ad perpetuam rei memoriam dumtaxat
habitum non concludit. Prima namque tollitur exceptio
ex neglecta interrogatoriorum productione † intra termi- 17
num 8. dierum ad exhibendum aduersæ parti præfixum, qui-
bus elapsis examen sine interrogatorijs prosequutum à 18

vitio nullitatis remansit immune, *cap. licèt causam de probat.*
ibique notat Dec. *num.56.* Speculator *in tit. de test. §. Iam de*
interrogat. vers. item cautè, Alexan. *cons.172. num.9. lib.2.*
Dec. *cons.51. num.121. cum seqq. lib.2.* Rota coram Gregor.
decis.351. num.47. in Vallisoletan. Iurisdictionis 6. Iun.1614.
in vltimo §. coram bon. mem. Cardinali Fabritio Verospio.
19 Successiua verò instantia repetitionis, † eùm oblatione
expensarum habita fuit post biennium in ipsa die prolatæ
sententiæ non siue aliqua proinde suspicione calumniæ ob
20 quam † remissoria solet etiam in partibus, nedum Testium
repetitio denegari, vt respondit Rota coram Gregor. *decis.*
356. num.8. & in decis.322. num.1. lib.3. part.3. diuers. & in
decis.101. num.2 6. & 7. & in decis.142. num.9. & in decis.
306. num.2. pars.6. recent.

Altera verò exceptio examinis ad perpetuam rei memo-
21 riam tollitur † ex seruata forma præscripta, *in cap. quoniam*
frequenter §. porrò, vt lite non contestata. Sententia quippè
Iudicis adhibita fuit super examine ob grauem Testium
22 ætatem, ne probationes † fortè perirent conficien. executa
citatio ad videndum eosdem Testes præuio Iuramento exa-
minari necnon ad exhibendum interrogatoria, ac denique
intimatio completi examinis infra annum, quibus concur-
reotibus idem examen ad perpetuam rei memoriam de
23 Iure sustinetur, & plenum † probationis gradum constituit,
iuxt. glos. in eodem cap. quoniam frequenter, §. prout lite non
contest. Menoch. *præsumpt.54. lib.2.* Papien. *in prax. for-*
ma capitulorum quando producuntur Testes ad æternam rei
memoriam cum alijs plenè congestis per Farinac. de test. quæst.
76. num. 130. 141. & 167.

Nec probatio ex eisdem Testibus desumpta concutitur
24 ea non † habita citatione ad videndum iurare siue ex Iura-
mento Testium post habito, præterea enunciatio, dumtaxat
per Notarium, vt exaduerso præfertur non autem disposi-
tione relato, vtraque nam obiectio corruit ex facto constat,
nam prædictam citationem in examine seruatam, ac præsti-
tum à Testibus iuramentum, quod etiam ipsis tunc fuisse
25 delatum, Notarij verba præ se ferunt non quidem † enun-
ciatiua, sed dispositiua, *videlicet iurarunt in forma*, vt de-
clarat Imol. *cons.86. num.1. cum seqq.* Rota coram Cæsar. de
Graffis *decis.17. de Test. num.6. & 15.* & coram Gregor. *de-*
cis.368. n.5. cum alijs in Ianuen. pecuniaria 16. Martij 1612.
in §. tamen quando Notarius coram Vbaldo.

Contra eorum quoque Testium depositionem neque vi-
sa fuit vrgere aliquorum retractatio in secũdo examine sub-
26 sequota præterquam enim primum † attendi deber, & alte-
rum sperni iuxt. text. *in cap. in tua de test.* vbi Abbas *num.9.*
Felin. *num.4.* Corn. *cons.27. num.15. volum.3. cons.189. n.6.*
Menoch. *de arbitr. casu 108. num.10.* Surd. *decis.107. num.2.*
Rota coram Cæsare de Graffis *decis.1. n.12. de restit. in inte-*
grum part.6. decis 66. num.4. coram Buratt. *decis.176. n.4. &*
in Melfiten. Cantoria 2. Martij 1646. coram Eminentiss. D.
Cardinali Otthobono, cum alijs per Farinac. de test. quæst.66.
num.124. cum seqq. Sex dumtaxat à primo dicto recesserunt,
quorum alter videlicet sextus, qui primo se subiecit examini
27 in vltima vitæ † periodo illud confirmauit, alij verò num-
28 quam repetiti, post obitum censentur approbasse, ac † ma-
trimonium proinde concludunt, quod alias duorum dumta-
xat Testium numero legitimè comprobatur, *cap. super, &*
decis.2. de test. ibique notat Abbas, *& aut. num.2.* Rot. coram
Verallo *decis.205. part.2. & decis.772. n.5. part.2. recent.* &
coram Burat. *decis.530. num.1.* Secundum præterea examen
29 † vitio nullitatis probatur obnoxium, vtpotè citatione par-
tis destitutum, *ex not. in l. si quando, §. sed cum oportet de*
Test. vbi communiter DD. Cephal. *cons.203. n.2. & 3. lib.2.*
Honded. *cons.101. num.6. lib.1.* Rota coram Burat. *decis.701.*
30 *n.1.* vtpotè factum coram Iudice Laico † incompetenti post
relaxatam ab Ecclesiastico inhibitionem, vt ponderauit
Rot. coram Millino *decis.63. num.3.* & coram Burat. *decis.36.*
num.3. Prout etiam idemmet Iudex Laicus illud declarauit
31 vitio nullitatis obnoxium per sententiam † in iudicatum
successiuè transactam. Alij denique Testes debent reijci,
tum quia triennio post sententiam officialis se subiecerunt
32 † examini, tùm quia erant in famulatu partis aduersæ, vt
probat *text. in cap. in litteris 24. vbi post glos. verb. de familia,*
notat Felin. & Abbas io principio, & DD. communiter
Ruin. *cons.149. num.35. vers. præterea etiam, & cons.150. num.*
13. lib.5. Paris. *cons.15. num.13. cum seqq. lib.2.*

Hoc aotem matrimoniom prædictorum depositione Te-
33 stiom comprobatum non excludit † ponderata in præterita
decisione coofessio Elisabethæ contra Ioannem iudicialiter
instantis pro emendatione lapsus, ac flore Virginitatis deper-
ditæ cum illicitus potiùs inde concubitus arguatur emenda-
tione pensandus. Hæ namque preces extraiudiciales esse
noscuntur, & perperam adscribuntur Elisabethæ cuius sub-
scriptio † adhuc noo recognita negatur, nec aliquam fidem 34
proinde merentur, vt respondit Rota coram Seraph. *decis.*
560. num.1. & 3. & in Romana, seu Velsterna Affictus 15.
Martij 1652. §. memoriale, & 13. Ianuarij 1653. §. videlicet
coram Reu. P.D. meo Bichio. Noscuntur præterea porrectæ
longè post natiuitatem Hermani io quasi possessione filia-
tionis legitimæ extantis in natiuitate, scilicet secundæ Prolis
reiectæ per Ioannem tamquam non suæ, adeòque nequeant
Hermanno existente in prædicta † quasi possessione legiti- 35
mæ filiationis præiodicium inferre *ex notatis in cap. per tuas*
10. de probat. cum alijs per Gratian. *discept. forens. cap.774.*
num.36. & 41. Paris. *cons.10. num.62. lib.2.* Rota coram Penia
decis.102. num.9. Millin. *decis.260. num.7. & in Auenionen.*
Alimentorum 28. Iun.1647. §. non releuat coram Eminen-
tiss. Card. Corrado, tùm maximè in alijs Iudicialibus pre-
cibus quatenus ab eadem Elisabetha porrectæ † forent ius 36
contra eundem Virum dignoscitur reseruatum aliorum re-
spectu votorum, ac nobilis addicti, ac consequenter vt Te-
stes referunt quoad † matrimonium inter ipsos antea con- 37
tractum, quod probat *text. in l. cum alijs, & in l. hac edictali,*
& in l. vltima C. de secundis nuptijs, itaut dum ad licitam co-
pulam lapsus narratus in precibus †. potest æquè referri 38
æquiuocam proinde probationem importat non autem
efficacem, *ad text. in l. neque tales, C. de probat. l. non hoc C.*
vnde legitimi, Dec. *cons.321. num.5.* Surd. *cons.20. num.35.*
Rota coram Mantic. *decis.202. num.5.* coram Vrgellen. *de-*
cis.61. num.3. & decis.121. num.18. part.1. diuers.

Matrimonij denique probationem non elidit non seruata
Concilij Tridentini in huiusmodi † contractu præscripta, 39
siue dispar Coniugis vtriusque conditio cum non probetur
eiusdem Sac. Conc. dispositionem tunc temporis † fuisse 40
promulgatam, vt opus esset Rota coram Seraph. *decis.189.*
num.3. & decis.429. num.3. part.1. diuers. & coram Buratt.
decis.530. num.14. dispar verò † conditio siue perspecta 41
consuetudine regionis, siue Iuris dispositione matrimonijs
impedimento esse non solet, vt aliàs respondit Rota coram
Buratt. *decis.279. num.9.* & coram Caual. *decis.6. num.10.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Vrbeuetana Census.

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

In exigendi quasi possessione fructus Census, quando quis prætendere valeat manutentionem, ex quasi possessione antecessorum, & quid si facta sit solutio à Procuratore, vel cum clausula, *sine præiudicio iurium, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio dum est facta à Procuratore, non constituitur ille cui est facta solutio, in quasi possessione exigendi.*

2 *Solutio facta cum clausula*, sine præiudicio iuris partis, *non constituit quem in quasi possessione exigendi.*

3 *Procurator soluens notabilem summam pecuniarum, præsumitur in eo mandatum.*

Et maximè iuncto præcedenti instrumento de soluendo, num.3.

4 *Mandatum præsumitur in marito exigente fructus rerum dotalium, vel parafrenalium.*

5 *Cum illud probetur ex dispositione legali, etiam absque alia cautione.*

6 *Maritus exigens fructus bonorum dotalium, siue paraphernalium, quando multo magis præsumatur in eo mandatum vxoris.*

7 *Mandatum soluendi cum clausula*, sine præiudicio iorium partium, *quid operetur.*

8 *Verba, quando non importent aliquem reseruationem iurium.*

9 *Iura omnia defuncti actiuè, & passiuè transeunt in hæredem.*

10 *Ha-*

10 *Heres heredis præsumitur hæres ipsius defuncti non autem heredis.*

11 *Heres, si reddat rationem bonorum hæreditariorum contra bona hereditaria relaxantur mandata.*

12 *Sin autem non reddiderit contra bona propria heredis.*

DECISIO LXXXVII.

Solutiones fructuum Census à Monaldensi impositi, & Lauiniæ venditi factas de ann. 1599. & 1604. Iulio marito, & Procuratore ipsius Lauiniæ à Procuratore Monaldensi, nec non de anno 1634. Camillo de mandato Illustrissimi D. Bonuisi, tunc Cameræ Apostolicæ Clerici, quas suffragari eidem Camillo pro obtinenda manutentione in quasi possessione exigendi dicti Census fructus contra Comitem Laurentium de Marciano hæredem pro tertia parte Comitis Ludouici in dicto Censu fideiussoris, decisum fuit 16. *Iunij* 1653. *coram R.P.D. meo Albergato, & 23. Februarij* 1654. *coram me.*

Suffragari pariter pro simili manutentione contra Comitem Fabium Horatium, & Io: Franciscum prædicti Comitis Ludouici, vt infrà dicetur, mediatè, vel immediatè hæredes, respondit hodie Rota ex rationibus in dd. decisionibus latè deductis. Quibus non obstat, quod prima solutio facta
1 † fuerit à Procuratore, Procuratori, & D. Bonuisi, mandatum cuius vigore emanauit altera, continens clausulam
2 præseruatiuam † sine præiudicio iurium partium.

Nam quòd ad primam solutionem, mandatum soluentis,
3 satis probatur † ex notabili summa, quæ soluebatur, iuncto præcedenti Instrumento obligationis de soluen. vt per Mantic. & alios alleg. *in supracit. decis. huius causæ coram me*, §. 1.
4 & mandatum † Iulij recipientis cùm ille esset maritus Lauiniæ creditricis, & agatur de Censu dotali, siue parafrenali
5 prouenit ex dispositione legis, etiam absque alia cautione, vt notant omnes in *l. Maritus C. de procur. l. fin. C. de pact. conuent.* Lopez *in rubr. C. de donat. inter vir. & vxor.* §. 68. *sub num.* 16. Dec. *conf.* 521. *num.* 1. *in fine*, Surd. *conf.* 290. *sub n.* 5. Con-
6 currente præsertim longissima taciturnitate † Lauiniæ, quæ nusquam eosdem fructus à debitore petijt, & sic solutionem marito factam, ratam habuisse censetur, vt in simili Cardinalis Melio. *decis.* 137. *sub n.* 13. *vers. quod dicebam.*

Gratis, quòd dicitur in Decreto Illustrissimi Bonuisi depu-
7 tati à Congregatione † Baronum adesse clausulam præseruatiuam siue præiudicio Iurium partium. Cùm imò absolutè mandet consignari scuta 1472. pro fructibus decursis,
8 & non solutis per annos 19. saluo Iure, quæ † verba non important præseruatiuam Iurium partium, sed maioris summæ à creditore prætensæ, quatenus de ea imposterum doceatur, Bertaz. *clauf.* 38. *gloss.* 2. *sub num.* 1. aliique plena manu relati in *Senogallien. Saluian.* 19. *Iunij* 1651. §. *minus obstat, coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & 7. Februarij* 1653. §. *protestatio coram me.*

Quòd autem rei conuenti sint hæredes Co. Ludouici fideiussoris pro tertia parte, constat ex Instrumentis datis in *Summ. Camilli, & num.* 5. & 6. in quibus legitur, quod Com. Fabius, & Gaspar vti Nepotes ex filio, adiuerint hæreditatem Co: Ludouici Aui pro tertia parte, vnà cum Co. Alexandro, & Octauio hæredibus, pro alijs duabus partibus, quodque defuncto ab intestato D. Gaspare, eius hæreditatem adiuerunt, Co: Horatius, & Ioan. Franciscus tanquam filij cum consensu, & auctoritate Co: Fabij eorum Patrui,
9 & Curatoris, contra † quos propterea transiernnt passiuè omnia Iura competentia aduersus Co: Ludouicum, non secus, ac si transierant contra Gasparem illius hæredem Immediatum, *l. veteris de commitstend. stipulat.* Rota *decis.* 19. *num.* 9. *part.* 6. *decis.* 306. *num.* 33. *part.* 7. *rec. & in Bonon. fideicommissi de Rubeis* 14. *Martij* 1650. *coram Reu. P. D. meo*
10 *Celso*. Quia hæres hæredis † dicitur hæres primi defuncti, Belloo. iun. *conf.* 55. *num.* 71. *& seq. vbi alleg. concord.*

Ex quibus vtraque parte informante decisum fuit relaxandum esse ad fauorem Camilli mandatum de manutenendo, contra dd. hæredes pro tertia parte exequendum tamen contra bona hæreditaria Co: Ludouici, quatenus de
11 illis † rei conuenti rationem reddant, alioquin contra bona propria, vt actum fuit contra Comitem Laurentium, alterum Ludouici hæredem.

R. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ Decano.

Cæsaraugustana Canonicatus.

Mercurij 4. *Augusti* 1655.

ARGVMENTVM.

Interdictum Ecclesiasticum, an sit generale, vel particulare, quid veniat considerandum, & tunc remoto omni scrupulo, iudicandum est generale, dum non solùm capit delinquentes, sed etiam non culpabiles, & innocentes.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum non dicitur generale, sed speciale, quando verba non referuntur collectiuè ad aliquam Vniuersitatem, vel Capitulum, &c.*

2 *Veluti ad Capitulum, vti corpus, sed ad plures personas, vti de per se, & ad omnes.*

3 *Interdictum, quando non dicatur speciale, sed generale afficiens totum corpus, & omnes collectiuè tamquam membra, & partes illius.*

4 *Interdicti natura, & qualitas vt agnoscatur, non solùm perpendenda sunt verba sententiæ in cortice.*

5 *Sed etiam circumstantiæ, & causa interdicti.*

6 *Iudicis intentio ex omnibus simul iunctis perpendi debet, & num.* 7. *&* 8.

9 *Interdictum quod sit vniuersale, qualis sit eius vrgens circumstantia.*

10 *Interdictum, illud satis dicitur generale, si de sui natura non solùm capit delinquentes, sed etiam innocentes.*

11 *Ab interdicto generali Iudex debet innocentes eximere.*

12 *Interdictum speciale, nullatenus comprehendit, nec ferri potest contra inculpabiles, & innocentes.*

13 *In interdicto speciali nullatenus vnus pro culpa alterius potest suspendi.*

14 *Interdictum speciale non potest ferri contra innocentes, & non culpabiles.*

15 *Interdicti specialis natura qua sit.*

16 *Delictum, quando non fuit singulare, sed totius Capituli, vel Vniuersitatis, tunc totum Capitulum, seu Vniuersitas est generaliter interdicenda.*

17 *Attentatè, & nulliter proceditur, quando aliquid differtur expediri contra mandata Rotalia.*

18 *Delicti pœnas ille subire debet, qui peccauit.*

19 *Capitulum, si differat obseruare mandata Rotalia benè potest ipsa Rotalia illud punire, & in pœnam quid ordinare valeat, & num.* 20.

21 *Scriptura formula non tantùm est attendenda, quam ipsa mens Iudicis.*

22 *Sententia debet interpretari, & intelligi secundùm mentem Iudicis.*

23 *Iudicis mens talis esse præsumenda est, qualis de Iure esse debet.*

DECISIO LXXXVIII.

Dum agebatur de expeditione huius causæ ad formam decisionis editæ coram me 9. Iunij proximi præteriti, compertum fuit Rotam alias teouisse in sequentibus decisionibus (ab informantibus pro Didaco Hieronymo Sala non allegatis) interdictum latum contra Decanum, Dignitates, Canonicos, & Capitulum, prout in verbis latum fuit istud, de quo quæritur, non esse generale, sed speciale, † quia 1
dicta verba denotare videntur, quod non refertur ad Capitulum vti corpus, sed ad plures † personas de per se, & ad 2
omnes per modum plurium, vt in *Cæsaraugustana distributionum* 14. *Febr.* 1635. coram bo. me. Coccino *in rec. decis.* 20. *num.* 12. *cum septem seqq. part.* 7. 18. *Febr.* 1641. §. *nec visum fuit, &* §. *nec valet, &* 11. *Decembr. eiusdem anni*, §. *quia responsum cum seq.* coram Card. Panzirolo, *& in alia Cæsaraugustana distributionum* 17. *Martij* 1642. §. *non obstat, quod pro credito, &* §. *quale dict. coram R.P.D. meo Bichio.*

Verùm his minimè obstantibus Domini decreuerunt causæ expeditionem, quia censuerunt interdictum controuersum non esse speciale, † sed generale afficiens totum 3
corpus, & omnes collectiuè tanquam membra, & partes illius;

illius; Ad effectum enim dignoscen. naturam, & qualita-
rem interdicti non solum sunt expendenda verba sententiæ
4 in † cortice, sed etiam circumstantiæ, & causæ interdicti,
5 vt ex omnibus congruè desumatur † intentio Iudicis illud
6 proferentis, vt optimè monet † Alter. *de censur. tom. 2. rubr.*
de interdict. cap. 5. sub littera E. vers. tertia propositio fol. 305.
7 In casu enim nostro † licèt verba, quibus concepta fuit
interdicti sententia paria videantur, & similia relatis in
8 dd. Decisionibus: Circumstantiæ † tamen, & causæ sunt
diuersæ, & signanter vrgens in proposito pro generalitate
9 adest circumstantia, quæ in illis deficiebat, nempè † explicita
exceptuatio in verbis ipsiusmet sententiæ per Capitulum se-
paratum facta sex Canonicorum, & totidem Dignitatum,
vtpotè innocentium; Hinc enim dum Rota illos expresse
excepit satis clarè declarauit voluisse proferre interdictum
alias aptum eos comprehendere, nempè generale, quod de
10 sui natura † non solùm capit delinquentes, & culpabiles,
sed & innocentes, & non culpabiles tanquam membra,
& partes capitis, quod deliquit, vt pluribus relatis aucto-
ritatibus firmatum fuit in *decis. huius causa coram R. P. D.*
meo Albergato 16. Iunij 1654. capitulum verò vers. compati-
bile enim est, & in adita coram me, §. igitur cum in casu,
11 *vbi allegant.* Layman. & Filiucc. firmantes, quod † Iudex
ab interdicto generali innocentes exceptuare non tenetur.
Hoc enim non conuenit interdicto speciali, quia istud nul-
12 latenus comprehendit, † nec ferri potest contra innocentes,
& non culpabiles, sed dumtaxat singulariter, & determi-
13 natè † contra eos, qui deliquerunt, & facinus patrarunt,
vt probant Layman. *Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. part. 4. tit.*
de interd. cap. 1. sub num. 2. vers. interdictum personale, ibi,
vel in omnes, & singulos, qui tale facinus patrarunt, Modern.
Pater Diana *resol. moral. part. 5. tract. 10. resol. 22. sub vers.*
sed contrarium, ibi, *illam veram esse quando quis specialis-*
ter, & seorsum suspenditur, nam tunc vitus suspendi non
14 † potest pro culpa alterius; Ac de consequenti si Rota in-
tellexisset speciale proferre interdictum non per expectatio-
15 nem, sed determinatè specificè, ac nominatim contra † so-
los culpabiles sententia pronunciasset iuxta naturam inter-
dicti specialis.

Idem euidentius demonstrat causa, ex qua interdictum
latum fuit, videlicet delictum, quod non fuit singulorum,
16 sed totius Capituli tanquam corporis, † ipsum enim, vti
ex Bulla Sæcularizationis san. mem. Clementis VIII. com-
petit ius statuendi, licitè tamen, & honestè, atque acce-
dente Apostolica auctoritate præuijs examine, & approba-
tione Nuncij Apostolici, vel Archiepiscopi Cæsaraugusta-
ni, vti firmarut in *Cæsaraugust. distributionum 3. Decembris*
1640. *&* 22. *Iun.* 1641. *coram Card. Panzirolo* 21. *May* 1641.
coram Reuerendissimo Salamantino, & 7. Iunij 1649. *coram*
me. Nulliter, & attentatè primum statutum solemniter fa-
ctum, atque diu obseruatum reuocauerat, istamque reuo-
17 cationem annullare, ac in pristinum † statum reducere
contra mandata Rotalia detestabiliter distulerat, vt latè de-
ducitur tam in decisione super declaratoria 25. Iunij 1646.
quàm in alia super aggrauatoria 13. Nou. 1647. coram me;
18 Vnde si ipsum † Capitulum tanquam corpus peccauerat,
ipsum pariter vti tale delicti pœnas subire debebat ad text.
in l. sancimus, C. de pœn. & in l. absente ff. eod. Atque ideò eo
19 certiùs Rota intellexit illud punire, † & in pœnam ipsum
priuare facultate peragendi actus Capitulares, & iurisdi-
ctionales, quod non conueniebat casui decisionum in con-
trarium deductarum.

Comprobantur præfata, ex quo non solùm in hac causa
per quatuor decisiones Rota semper existimauit ipsummet
20 Capitulum tanquam corpus † esse interdictum, & suspen-
sum, sed idem pro indubitato supposuit, atque firmauit in
Cæsaraugustana dismembrationum 29. May 1652. coram R.
P. D. meo Verospio; cùm enim ipsimet Patres, qui sententiam
dicti interdicti decreuerunt, illud semper pro generali
21 habuerint non videtur vtique † attendenda formula scri-
pturæ, sed intentio, & voluntas Rotæ sententiam profe-
rentis, quæ tam es circumstantijs, quàm es causa delicti, &
ex tot subsequentibus declarationibus generale interdictum
22 contra vniuersum Capituli corpus proferre † intellexit;
Sententia enim debet interpretari, & intelligi secundum
mentem Iudicis, quæ talis censetur, qualis de iure esse de-
23 ber per ea, † quæ dixit Rota coram Cardin. Mant. *decis.*
349. *num. 5. & in Anconitana Censuum* 11. *Decembris* 1641.
coram me, §. nec obstat toties cum seq.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ZARATE.

Toletana Beneficij.

Veneris 12. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratiosa facta à Papa de beneficio reseruato, & litigioso, vt intret quid sit tantùm iustificandum, & quid si non reperiatur reseruatum, neque litigiosum, nam tunc requiritur iustificatio omnium narratorum, & hoc propter præiudicium possessorum, vel collatorum.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus gratiosè à Papa ad beneficium reseruatum, iustificare tenetur Clericatum, reseruationem, & possessionem defuncti.*

2 *Subrogatus gratiosè à Papa ad beneficium non reseruatum, neque litigiosum, & adest possessor, tunc omnia narrata iustificare debet.*

3 *Subrogatus gratiosè à Papa ad beneficium reseruatum, & nullus adest possessor cum titulo, quid iustificare teneatur.*

4 *Papa subrogans gratiosè ad beneficium reseruatum, seu litigiosum nemini facit iniuriam.*

6 *Papa subrogando gratiosè ad beneficium non litigiosum, vel non reseruatum, infert præiudicium possessori cum titulo, aut ordinarijs collatoribus, & num. 5.*

Papa subrogatio gratiosa ad beneficium reseruatum habet vim collationis.

7 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij, ex quibus habetur talis legitima probatio.*

8 *Mors probatur ex partita libri mortuorum Parochi, quando est formiter extracta.*

9 *Mors non solum probatur ex partita libri mortuorum Parochi.*

Verùm etiam probatur tempus ad effectum reseruationis, num. 9.

10 *Mors alicuius non probatur ex partita libri mortuorum Parochi, dum non fuit formiter extracta.*

11 *Relatio simplex ad partitam libri mortuorum Parochi, non probatur mors alicuius.*

12 *Obitus alicuius, quando præcisè est probandus, non sufficit generica probatio.*

13 *Subrogatio gratiosa ad beneficium illius, qui mortuus est minimè in pacifica possessione non releuat.*

14 *Mensis Aprilis an sit reseruatus.*

15 *Beneficia vacantia tempore quo vacant Sedes Episcopales, sunt reseruata Papæ.*

16 *Vniones beneficiorum solent fieri ex causa paupertatis.*

17 *Vel ex alijs legitimis causis solent indulgeri.*

18 *Beneficium reseruatum etiam cum legitima causa Ordinarius non potest vnire, in præiudicium reseruationis, & prouisionis.*

19 *Beneficiorum vnio sufficit, vt sit turbida, vt subrogationem gratiosam Papæ de beneficio reseruato nequeat retardare.*

DECISIO LXXXIX.

CVM de mense April. 1644. per obitum Sanctis de Moncada vacaret beneficium simplex seruitorium Ecclesiæ Parochialis S. Leocadiæ Toletan. Archiepiscopali Sede vacante eiusdem Diœc. Capitulum Metropolitanum illud vniuit præd. ctæ Ecclesiæ Parochiali ad instantiam Bernardini de las Quentas tunc Parochi, cui successit Gabriel Martinez, sed & Bartholomæus Main de Turicella impetrauit à sa. mem. Vrbano VIII. dictum Beneficium tanquam reseruatum, & vigore Breuis de capienda possessione contra d. Gabrielem litem instituit qua pendente d. Bartholomæus de mense Octobris decessit, & per eius obitum tanquam de reseruato similiter prouisus fuit à Sede Apostolica Ioannes Passanus, qui litteras subrogationis gratiosæ ad ius dictorum Sancij, & Bartholomæi, & ad possessionem eiusdem Sancij expediuit, vt in *Summ. Passani num. 4. & 5.* vnde cùm dubitaretur, An prædictæ litteræ sint exequendæ Domini pro dicto Ioanne Passano informante exequendas esse cen-

censuetunt, siquidem iste tanquam subrogatus ad Benefi-
1 cium ruseruatum † sufficienter iustificauit prædicta execu-
tione, scilicet Clericatum, reseruationem, & possessionem
defuncti, vt per Gonz. ad reg. 8. Cancell. in proœm. §. 7. num.
212. Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 16. cum seqq. Marescott.
lib. 2. var. cap. 1. num. 54. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 20.
num. 212. Argel. de legit. contrad. quæst. 15. num. 86. & de acq.
possess. quæst. 18. art. 3. Modern. Perof. de manut. obser. 55. num.
11. Modern. Auen. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 5. num. 8. Coc-
chier. ad reg. 27. alias 28. Cancell. num. 31. vers. aduerte, Ro-
ta in pluribus decisionibus allegatis per Argel. vbi proximè
quibus addenda Burgen. Beneficij 21. Maij 1638. coram Reue-
rendissimo D. meo Decano Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644.
coram R. P. D. meo Cerro, & Augustana Prioratus 14. No-
uembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Albergato. Proot
etiam obseruatur in subrogatione concessa tanquam de liti-
gioso Beneficio litiganti superstiti, iuxtà dispositionem text.
in cap. 1. & 2. vt lit. pend. lib. 6. vbi suprà, Argel. de acquir. poss.
d. q. 18. art. 5. per tot. qui plures allegant Rot. dec. 5. & adiungi-
tur decisio in Gerunden. Præpositura 24. Martij 1653. in fine
princ. coram me, licèt secus sit in subrogatione gratiosa
2 ad Beneficium, † quod non est reseruatum neque litigio-
sum, quando aliquis adest possessor cum titulo, quia tunc
3 tota gratia debet iustificari, † si verò nullus adsit possessor
cum titulo tria solùm requisitia sufficiant, vt vtramque par-
tem distinctionis, probat Marescott. var. lib. 2. cap. 1. num. 53.
Argel. d. quæst. 58. art. 5. apud quos plures Rotæ decisiones
congeruntur, & ratio diuersitatis est, nam quando Papa
4 subrogationem ad Beneficium reseruatum, seu † litigiosum
concedit nulli facit iniuriam cùm verò præter eum valeat
prouidere, vt per text. in d. cap. 1. & 2. vt lit. pend. libr. 6.
Argel. d. tract. de legit. contrad. quæst. 15. num. 119. & de acq.
poss. d. quæst. 18. art. 1. num. 3. sed in alijs subrogationis gra-
tiosis, quæ non sunt de Beneficio litigioso, seu reseruato, &
5 in quibus adest possessor † cùm titulo versatur in præiudi-
cium, quod eidem possessori, aut Ordinarijs collatoribus ir-
rogatur, vt considerauit Maresc. d. lib. 2. cap. 1. num. 53. Ar-
gel. d. tract. de acquir. possess. quæst. 18. art. 5. num. 123. vbi etiam
plures Rotæ decisiones adducuntur. Præterea, quia & istæ
6 subrogationes † habent vim collationis, & tanquam cæteræ
prouisiones censentur, in quibus omnia narrata verificare
oportet, ex adductis per Argel. de acquir. possess. quæst. 19.
art. 1. Rota coram Penia decis. 386. impress. Lugdunen. num.
8. & in Hispalen. Benef. 24. Ianuarij 1650. coram R. P. D.
meo Bichio.

Clericatus verò Ioannis Passani probatur ex litteris pa-
7 tentibus Ordinarij Sum. num. 8. ex quibus legitimus † proba-
tionis modus desumitur, iuxt. text. in cap. 2. de Cleric. Pe-
regr. vbi Add. in princ. cap. post cessionem 7. vbi Felin. num.
3. & 15. de prob. Rota coram Coccin. decis. 305. num. 4. co-
ram Merlin. decis. 73. num. 12. & decis. 152. num. fin. part. 5.
recent.

Reseruationem autem ex persona Sancij, & Bartholo-
mæi deducebant informantes pro Passano, sed à Bartholo-
mæo deducta ægrè visa fuit substineri, quia licèt si probare-
tur concludenter de mense Octobris decessisse admittere-
tur reseruatio, ex traditis per Barbos. de Episc. alleg. 57. à
num. 240. & de iure Ecclesiastico tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 69.
8 Rota decis. 247. part. 4. tom. 2. recent. & ex partitis libri de-
functorum, quando formiter sunt extractæ, sufficiens pro-
batio desumatur, vt Rebuff. de registr. baptis. seu sepult. art.
vlt. glos. vnic. Gratian. discept. for. cap. 869. num. 25. Rot. dec.
101. num. 6. & decis. 700. num. 4. part. 1. rec. Ac fides Paro-
9 chi non † solùm mortem, sed etiam tempus ad effectum
reseruationis concludat, ex traditis ad Imol. cons. 110. in
fin. Rota d. decis. 700. num. 4. part. 1. recent. decis. 11. num. 2.
coram Buratt. vbi Add. num. 4. Tamen in præsenti non iu-
stificatur mors Bartholomæi de mense Octobris reseruato.
10 Nam fides ad hunc effectum relata d. Sum. num. 2. non † con-
tinet partitam (vt requiritur) de verbo ad verbum extra-
ctam à libro Parochi, sed solùm simplicem relationem ad d.
11 librum † quam quidem non sufficere, dixit Rota coram
sanct. mem. Gregor. XV. decis. 359. num. 5. vbi Add. num. 9.
in Toletana Capellania 18. Maij 1615. coram bon. mem. Pero-
uano, & alleg. per Add. ad Buratt. d. decis. 11. num. 5. nec Te-
stes ad id inducti d. Sum. num. 2. specificè deponunt de di-
cto mense Octobris, sed simpliciter, quod Bartholomæus
decessit de anno 1647. & ideò non suffragantur, quia obi-
12 tus præcisè, † & concludenter probandus est in mense
Aprilis tanquam fundamentum reseruationis, vt per Gon-
zal. d. reg. 8. §. 7. proœm. num. 217. & per allegatos ab Argel.
de acquir. poss. d. quæst. 18. art. 3. à num. 100. Rota coram san.
mem. Greg. XV. decis. 37. num. 1. coram Buratt. d. dec. 11. pa-
riter num. 1.

Quinimò nec in possessione ipsum decessisse probatur
cum interuersam fuisse assecutionem à Parocho d. Ecclesiæ
colligatur ex litteris datis in Summ. num. 4. & 5. vt proindè
nulla existente possessione, neque naturali, neque ciuili pe-
nes Bartholomæum non competat subrogatio ex eius perso-
na, secundùm allegatos per Argel. de acquir. possess. qu. 13. art.
8. num. 99. cum seqq. & quæst. 18. art. 2. per tot. & præsertim
à num. 96. vbi plena manu DD. & Rotæ decisiones cu-
mulat.

Vnde cùm deficiat ista subrogatio, nec Passanus poterit
se iuuare iure Bartholomæi quoad reseruationem, etiam ex
persona Sancij quoad possessionem, vt conceditur in litte-
ris Apostolicis, & alias admittit Rota in pluribus decisioni-
bus relatis in Zamoren. Archidiaconatus 28. Iunij 1647. §.
nec subsistit vers. quia cum Antonius coram Eminentiss. D.
Card. Ottobono.

Quamobrem tutius ipsum fuit reseruationem desumere
ex persona Sancij, quem decessisse constat de mense Apri-
lis 1644. vt ex partita libri defunctorum formiter extracta.
Ideòque in † mense pariter reseruato, iuxta tradita per 14
Gonzal. ad d. reg. 8. Cancell. gloss. 11. num. 1. Barbos. de of-
fic. Episc. alleg. 67. à num. 140. & de iure Ecclesiastico tom. 2.
lib. 3. d. cap. 13. d. num. 69. Rota coram Duran. decis. 391. num.
2. & 406. num. 5. & in rec. decis. 530. num. 9. & 531. num. 4.
part. 4. tom. 3.

Ac insuper reseruationem deducere, ex eo quod d. San-
cius decessit Sede Archiepiscopali Toletan. vacante, vt ex
Testibus d. Sum. num. 8. & Instrumento vnionis eodem Sum.
num. 1. quo tempore † Beneficia vacantia Sedi Apostolicæ 15
reseruata remanent per reg. 8. gloss. 51. num. 52. Lotter. de re
benef. lib. 2. quæst. 2. num. 39. Barbos. de offic. Episc. d. alleg.
57. à num. 90. & de iur. Ecclesiast. tom. 2. d. lib. 3. cap. 13. num.
57. Rota in Placentina Canonicatus 25. Maij 1626. coram bo.
mem. Coccino, & in d. Burgen. Beneficij 21. Maij 1638. coram
Reu. D. meo Decano.

Quod autem d. Sancius obijsset in possessione probant
Testes dati in Summ. num. 8. & deducitur ex confessione
Bern. Antecessoris Parochi moderni quatenus † Benefi- 16
cij vnionem obtinuit tanquam vacantis per obitum Sancij,
ad tradita per Rot. coram Buratt. decis. 30. num. 6. ibique
Add. num. 13.

Nec obstat prædicta vnio facta per Capitulum sede va-
cante de huiusmodi Beneficio ad fauorem Beneficij Cura-
ti ex causa † paupertatis ob quam alias vnio indulgeri so- 17
let, per text. in cap. exposuisti de præb. nam cùm tunc Be-
neficium vacaret, & esset reseruatum, non potuit ex prædi-
cta causa vniri † in præiudicium reseruationis, & prouisio- 18
nis ad Sedem Apostolicam spectantis cum in Beneficijs re-
seruatis inferior habeat manus ligatas, nec derogare valeat
reseruationibus Apostolicis, cap. inferior de maior. & obed. cap.
vt nostrum de appellat. Clem. ne Romani de elect. & ita fuis-
se declaratum à S. Congregatione Concilij Tridentini, refert
Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 91. & seqq. Gonzal. ad reg.
8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 136. & seqq. Lotter. de re benef.
lib. 1. quæst. 28. num. 200. & seq. & alij plures relati à Modern.
Carpen. controu. for. cap. 214. num. 7. & firmauit Rota in plu-
ribus decisionibus relatis ab Add. ad san. mem. Greg. XV. dec.
419. num. 7. dec. 201. num. 5. par. rec. & in Marianen. seu Ac-
cien. Beneficij 23. Ianuarij 1651. §. quia cum ex instantis coram
Eminentiss. Card. Corrado.

Ac denique sufficeret, quod validitas vnionis sit turbida,
† vt executionem subrogationis gratiosa retardare nequeat, 19
Rota coram Coccin. dec. 225. num. 3. & dec. 381. num. 1. par.
1. recent.

Atque ita vnica tantùm, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Aretina Plebaniæ.

Veneris 19. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus præsumptio vsurpationis cadit in
personis potentibus, & ideò tunc dum non con-
stat de Instrumento fundationis, vel dotationis
non

non sufficit centenatia, vel quadragenaria quasi possessio præsentandi cum fama, sed requiritur præscriptio immemorabilis cum prçsentationibus effectuatis per 50. annos. Quasi possessionem præsentandi habens centenariam, potest allegare meliorem titulum de mundo. Familia Nobilis in aliquo loco ex hoc non intrat præsumptio pro vsurpatione Iurispatronatus, & alia, vt in Summarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Iurispatronatus vsurpatio non cadit in personis priuatis, in quibus eius probatio sufficit per centenariam, vel quadragenariam cum titulo.*

2 *Concilium Tridentinum reuocauit omnia Iurapatronatus per occupationem, vel consuetudinem vsurpata.*

3 *Beneficia Parochialia quando sunt libera, concursus sunt supponenda.*

4 *Sententia, quando remanet sine iustificatione, non est attendenda.*

5 *Sententia inobseruantia, & ineffectuatio, facit vt ea non attendatur.*

Iuspatronatus non probatur per sententiam, quæ non habuit effectum, num. 5.

6 *Sententia est nulla ex defectu citationis.*

7 *Vsurpatio Iurispatronatus secundum Conc. Tridentinum intrat ex potentia Patronorum.*

8 *Iurispatronatus probatio, quando in familia potenti sumus, & non constat de instrumento fundationis, vel dotationis, qualiter sit facienda.*

9 *Iuspatronatus spectans ex consuetudine ad familiam potentem, expressè fuit reuocatum per Concilium Tridentinum.*

10 *Beneficium quando dicatur fuisse in statu libertatis.*

11 *Status vltimus attenditur in beneficialibus ad effectum substinendi vltimam collationem.*

12 *Probatio dicitur liquidissima dum fit per rem iudicatam, aut confessionem partis, aut publicum instrumentum.*

13 *Iuspatronatus iustificatur ex centenaria quasi possessione præsentandi.*

14 *Centenariam quasi possessionem præsentandi habens pro se, meliorem titulum allegare potest pro canonizatione Iurispatronatus.*

15 *Titulus etiam ex causa onerosa potest allegari, vbi adest centenaria probatio.*

16 *Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione potest prætendere, qui habet pro se centenariam quasi possessionem præsentandi.*

17 *Mandatum, quando non est effectuatum, non iuuat.*

18 *Iuspatronatus dum dicitur, quod competit de Iure, dicitur competere ex fundatione, vel dotatione.*

19 *Fides extraiudicialis non probat.*

20 *Præsertim dum non percutit tempus præcisum actus, de quo quæritur.*

21 *De familia Nobili in aliqua Ciuitate, quòd quis sit, non infertur, quod familia sit potens.*

22 *Et ita intret præsumptio vsurpationis Iurispatronatus.*

23 *Iurisdictio, & potentia in vno loco, non intrat ad præsumendum vsurpationem in diuerso loco Iurispatronatus.*

24 *In personis priuatis alicuius loci non cadit præsumptio vsurpationis Iurispatronatus.*

Et hoc quantumuis sint potentes in locis vicinis.

25 *Beneficium vbi, seu in quo loco est situm, attendi debet ad effectum, vt intret præsumptio vsurpationis Iurispatronatus.*

26 *Ita vt non sufficiat potentia in loco vicino, nisi influat in locum beneficij.*

27 *Prouisiones Apostolicæ non immutant statum beneficij, nec præiudicant Patronis.*

28 *Nisi vel id exprimatur, vel simul concurrant actus positiui contrarij sortiti.*

Vt quia Patroni voluerunt præsentare, & fuerunt eiecti.

29 *Status vltimus in beneficialibus non attenditur, dum ex publicis Instrumentis productis probatur anterior diuersus status.*

30 *Patroni non possunt præsentare durante lite, vel super liberalitate beneficij, vel super pertinentia Iurispatronatus inter Patronos.*

31 *Præsentatio, quando est attentata, non est valida, & num. 32.*

33 *Litis desertio non inducitur ex sola taciturnitate.*

34 *Nisi super re iudicata adsit sententia Iudicis, vel clarè constet ex actis de non iure tacentis.*

35 *Ex Actis, quando constare non possit de malo iure tacentis, imò è contra, num. 36.*

D E C I S I O XC.

VNica tantùm parte informante decisum fuerat coram me 6. Februarij 1654. Petrum de Cerretanis
præsentatum esse instituendum, quia iustificatur alijs qualitatibus videbatur probari existentia, & pertinentia Iurispatronatus, de quo agitur, ad Petrum, Hieronymum, Annibalem, & Desiderium Pompilium de Cerretanis, qui Petrum præsentarunt ex sententia lata ab Ordinario 12. Maij 1618. in contradictorio Iudicio super illius cannnizatione, ex centenatia, & vltrà quasi possessione præsentandi comprobata in continuatis præsentationibus effectum sortitis ab anno 1402. vsque ad annum 1523. & ex fama elicita ex antiquissimis enunciatiuis de anno 1381. citrà emissis tam in Testamento quondam Christnphori de Cerretanis, quàm à Summis Pontificibus, & ab ipsismet Ordinarijs ex licentia vendendi Domum Plebaniæ obtenta anno 1449. de consensu, & ad supplicationem illorum de Cerretanis Patronorum, & demum ex Armis, & Insignibus familiæ Cerretanæ depictis, & existentibus in Ecclesia eiusdem Plebaniæ eandem antiquitatem, quam habet ipsa Ecclesia præferentibus, ex quibus saltem simul iunctis in decisiono desuper edita sufficiens iustificatio existentiæ, & pertioen-
tiæ Iurispatronatus educta fuit † præsertim cùm versemur 1
in priuatis, in quibus cessat vsurpationis præsumptio, & sufficit centenaria, aut quadragenaria cum fama.

Verùm informante hodie etiam Siringo Piccolomineo Prouiso Apostolico tanquam de reseruato per regulam 8. Cancellariæ hodie deductum fuit, quod Zenobius filius Landerici Tribunus Romanus fidem Catbolicam amplexus anno 701. imperante Valentiniano II. donauit Ecclesiæ Aretinæ, & Sanctu Donato illius Episcopo, à quo fuerat ad fidem conuersus plures tenutas in Agro Senensi, & in specie tenutam Probij pro ædificandis ibi Ecclesijs Parochialibus eius *Summ. num.* 1. in qua fuerunt plures Ecclesiæ constructæ, & inter alias Parochialis Sancti Felicis hodie nuncupata S. Felicis in Pincis, de qua agitur, quæ semper ab initio tanquam propria, & libera ab Episcopis possessa fuit, nam vsque de anno 738. in lite super ea inter Lupertianum Episcopum Aretinum, & Adeodatum Episcopum Senarum, coram Luitprando Longobardorum Rege vertente per sententiam eiusdem Regis tanquam eius propterea Ecclesiæ Aretinæ adiudicata fuit dicto *Summ. num.* 2. quæ sententia vti iusta anno 1061. ab Alexandro II. Summo Pontifice confirmata fuit, & demandatum, quod nemo Ecclesiam Aretinam in possessione d. Ecclesiæ Sancti Felicis, & aliarum in dicta sententia contentarum inqoietaret *num.* 3.

Anno autem 1210. Innocentius III. sanct. mem. confirmauit Amodeo Episcopo Aretino omnes Concessiones Ecclesiarum in Diœcesi Aretina sitarum, & signanter huius Ecclesiæ Sancti Felicis, eique, ac suis successoribus concessit omnia Iura, quæ Sedes Apostolica super eis habebat *d. Summ. num.* 4. Dictaque Ecclesia S. Felicis tanquam libera anno 1263. à Gulielmino Episcopo Præpositnræ Cathedralis Aretinæ vnita fuit *num.* 5. & tanquam libera vsque ad annum 1350. possessa, quo familia Cerretana Nobilis, & potens in Ciuitate, & Republica Senensi, ac Domina temporalis Castrorum Stertignani, & Cerreti, in quorum confinibus dicta Ecclesia S. Felicis in Pincis sita erat, occupasse dicitur libertatem d. Ecclesiæ, & ad illam Rectores ab anno 1402. vsque ad annum 1523. præsentasse cum supposito, quod Iuspatronatus dictæ Ecclesiæ ad ipsos Cerretanos de consuetudine spectaret, vt ex præsentationibus relatis *in d.*
Summ. num. 6. Ideò cùm postmodum † Sac. Conc. Tridenti- 2
num *sess.* 25. *cap.* 9. *de Reform.* reuocauerit omnia Iurepatronatus per occupationem, vel consuetudinem vsurpata, Summi Pontifices d. Ecclesiam quoties vacauit in mensibus reseruatis ab anno 1561. vsque in præsens, vti liberam conferre consnerunt ex prouisionibus Apostolicis relatis in *d. Sum. num.* 7. Ordinarij verò Aretini illam pariter tanquam li-

3 liberam iuxtà Constitutionem san. mem. Pij V. † concursui
suppofuerunt, & in visitationibus factis anno 1575. & anno
1587. illam vti liberam, & ad collationem Episcopi spectan-
tem descripserunt *d. Summ. num.*8. Cùmque vacasset anno
1616. per obitum Hostilij de Brogionibus, de ea tanquam
libera ab Ordinario præuio concursu prouisus fuit Domini-
cus Minicuccius *num.*9. Azzolinus verò, & alij de Cer-
retanis tanquam illius Patroni ad eam præsentarunt Cos-
mum de Petris, qui à Vicario Episcopi Aretini obtinuit an-
no 1618. supradictam sententiam canonizationis dicti Iu-
rispatronatus, sed interposita appellatione, & causa Rotæ
commissa die 27. Maij 1620. coram bon. mem. Dunozetto
Archiepiscopo Seleucien. decisum fuit Minicuccio Prouiso
Apostolico dandam esse immissionem huiusmodi tamen
lite adhuc non terminata obijt Minicuccius, & Cosmus col-
litigans impetrauit gratiosam subrogationem, cùmque ipse
obierit in mense reseruato moderni asserti Patroni ad eam
præsentarunt d. Petrum de Cerretanis, sed à Sede Apostoli-
ca illam vti liberam, & reseruatam impetrauit Siringus
Piccolomineus in concursu repertus magis idoneus *d. Sum.
num.*11. eiusque possessionem hoc titulo fuit assecutus *n.*12.

Ex prædictis itaque tria principaliter inferebantur. Pri-
mum, quod Ecclesia à principio fuerit libera, non autem
Patronalis, ideòque dicta sententia lata anno 1618. super
canonizatione dicti Patronatus remaneat † sine iustifica-
tione, quæ propterea nullatenus attendenda est iuxtà *de-
cis.*2. *num.*6. *cum seq. de solut.* apud Cæsarem de Grass. quam
in his terminis comprobauit Rota *in Piscien. Canonicatus*
28. *Iunij* 1634. *coram bon. mem. Merlino inter eius impressas
decis.*647. *num.*1. *& per tot.* Quinimò cùm non obtinuerit
possessionem præsentatus, sed Prouisus Apostolicus, &
subindè Ordinarius eandem Ecclesiam vltimo loco vacan-
tem tanquam liberam, & caducatam sub reseruatione
regulæ concursui supposuerit, resultat proindè inobseruan-
5 tia, & ineffectuatio dictæ sententiæ, adeò vt frustrà dedu-
catur ad probationem Iurispatronatus per ea, quæ dixit Ro-
ta *in Barchinonen. beneficij* 26. *Iunij* 1643. *coram Reuerendis-
simo D. Compostellano in Lucana Iurispatronatus* 10. *Ianua-
rij* 1645. §. *nec est attendenda*, *&* 3. *Decembris* 1646. §. *præ-
terea vers. & sententia, coram Reuerendiss. D. Terracinen.*
6 in quibus vlteriùs specificè ponderatur † defectus citationis
Prouisi, & Promotoris Fiscalis, hic enim allegatus.

Secundùm, quod intret dispositio d. Sacri Concilij tam
respectu præsumptionis vsurpationis resultantis ex potentia
7 familiæ Cerretanæ Dominæ dd. Castrorum, ità vt † propte-
reà cessante publico Instrumento fundationis, vel dotatio-
nis, non sufficiat centenaria, aut quadragenaria cum fama,
8 sed requiratur præscriptio † immemorabilis, cùm præsen-
tationibus effectuatis per annos 50. vt latè tradit Lotter. *de
re benefic. lib.*2. *quæst.*13. *num.*124. *&* 125. Rota coram bo.
mem. Coccino *decis.*25. *num.*1. *& in Ferrarien. Archipres-
byteratus* 16. *Iunij* 1627. §. *aut vero prætenditur vers. ita vt
cum agatur coram eodem, & in dicta Lucana Iurispatronatus*
10. *Ianuarij* 1645. §. *nam respectum cum seq. &* 3. *Decembris*
1646. §. *rationalis coram Reuerendissimo Terracinen.* Quam
respectu qualitatis enunciatæ in dictis præsentationibus
pro eruenda centenaria adductis, quod d. Iurispatronatus
9 ea consuetudine spectaret ad Cerretanos, nam † Sac. Con-
cilium vbi supra, expressè reuocat huiusmodi acquisitiones
Iurispatronatus, nec ipse impedimnt reseruationem regulæ,
vt plenè tradit Gonzal. *ibidem gloss.*18. *num.*18. Paris. *de resi-
gnat. benef. lib.*2. *quæst.*4. *num.*51.

Et ternum, quod ferè centum ab hinc annis huiusmodi
10 Parochialis reperitur † in statu libertatis, & Sedes Apo-
stolica in quasi possessione illam conferendi eueniente vaca-
11 tione in mense reseruato, adeò vt hic † status tanquam vl-
timus sufficiat ad sustinendam prouisionem Apostolicam
tanquam de reseruato, quia dicitur fructus dictæ quasi pos-
sessionis quamuis appareret de antecedenti statu contrario,
iste enim inseruire posset pro futuris vacationibus, non au-
12 tem pro retardanda dicta prouisione, nisi de proprietate
in contrarium constaret per liquidissimas probationes, nem-
pè per rem iudicatam, aut confessionem Patris, vel pu-
blicum Instrumentum nil admitteos contrà se, nec minus
13 † coloratè, ea optimè firmatis per Rotam *decis.*435. *per tot.
& signanter sub num.*4. *vers.*2. *quod part.*2. *recent.* coram
bon. mem. Merlino *decis.*641. *num.*9. *&* 10. cum cæteris al-
leg. per Add. ad sanct. mem. Greg. *dec.*77. *sub num.*12. *vers.
& circa hanc materiam.*

Ad primum respondebant Informantes, pro Petro sen-
tentiam optimè † iustificari ex centenaria quasi possessio- 14
ne præsentandi comprobata in præcedenti decisione *sub* §. *ex
publicis documentis*, quæ efficit, vt non obstante asserto ini-
tio libertatis Parochialis controuersæ allegari possit † alius 15
titulus etiam ex causa onerosa, vt dixit Rota *decis.*220. *num.*
8. *lib.*2. *& decis.*254. *num.*10. *lib.*3. *par.*3. *diu. & in rec. dec.*
218. *num.*51. *&* 53. *part.*6. coram Buratt. *decis.*875. *num.*1.
*& prius coram eodem decis.*172. *num.*29. vbi quod centena-
ria facit præsumere † Iuspatronatus ex fundatione, vel do- 16
tatione, & inutilem esse suspicionem contrà dictam cente-
nariam allegatam, ex quo anno 1494. Patroni dederint
mandatum ad præsentan. Raphaelem Petruccium, qui de-
indè resignauit anno 1501. & tamen reperitur, quod anno
1496. ijdem Patroni dederant aliud mandatum ad præsen-
tan. Sernanum de Genga *d. Summ. num.*15. *&* 17. Quia se-
cundum mandatum non probatur effectuatum, potuitque
† à Patronis cum supposito, quod Parochialis tunc tempo- 17
ris vacaret, & sic non est momenti subdens gratis allegari,
quod in Instrumentis dd. præsentationum enuncietur Ius-
patronatus ea consuetudine, quia ibi † dicitur illud compe- 18
tere de iure, & de consuetudine, quæ verba de iure impor-
tant Iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione, Rota *de-
cis.*222. *num.*3. *part.*1. *rec.* quod sub reseruatione non cadit,
Rota *dec.*58. *num.*8. *& decis.*88. *num.*4. *part.*1. *rec.* cum alijs
allegatis *in Bononien. Archipresbyteratus* 23. *Martij* 1648. §.
præterea non obstat coram Eminentiss. Corrado.

Ad secundùm negabant iustificari illos de Cerretanis fuis-
se Dominos Castrorum Stertignani, & Cerreti, quia datur
solùm fides extraiudicialis *d. Summ. num.*14. quæ nihil pro- 19
bat Cæs. de Grass. *dec.*2. *num.*13. *de Sponsal.* Præsertim,
quia non percutit † tempus Iurispatronatus, vt requiritur 20
Rota *dec.*509. *num.*19. *cum seqq. par.*5. *recent.* Asserta verò
potentia eo, quod Cerretani † essent Nobiles in Republi- 21
ca Senensi non sufficit, vt de familia Palauicina Nobili
† in Republica Iannen. Rota coram Burat. *d. dec.*875. *per tot.
d. decis.*218. *part.*6. *ac decis.*19. *pariter per tot. part.*7. *rec.* &
de familia de Podio Nobili in Republica Lucana, Rota 22
apud Modern. Pisan. *de Iurepatr. decis.*27. *& decis.*31. *per
tot.* vltrà quod esto, quod † probaretur illorum asserta iuris- 23
dictio in Castro Stertignani, inde tamen non concluditur,
quin ipsi haberentur pro priuatis † personis in Castro Cer- 24
reti, in cuius finibus est situm Beneficium controuersum,
quod Castrum, siue locus Beneficij ad hunc † effectum de- 25
bet attendi, Barbos. *de off. & potest. Episc. part.*3. *alleg.*72.
*num.*66. Caualer. *decis.*89. *num.*1. *& decis.*560. *ante num.*1.
Rota *in recent. decis.*211. *num.*2. *& decis.*219. *num.*13. *part.*
1. *& decis.*374. *num.*1. *part.*2. *& decis.*172. *num.*10. *part.*3.
ità vt nec sufficiat † potentia in loco vicino, nisi influant 26
in locum Beneficij, Rota *decis.*197. *num.*38. *&* 39. *part.*
5. *recent.*

Ad tertium denique dicebant, Prouisiones Apostolicas
non immutare naturam Beneficij, nec præiudicare † Patro- 27
nis, nisi vel id exprimant, vel insimul concurrant actus po-
sitiui contrarij seruituti, pota quia Patroni voluerint † præ- 28
sentare, & fuerint reiecti ea allegatis in præcedenti decisio-
ne, §. *non obstant prouisiones*; Pariterque non obstare vlti-
mum statum, dum ea publicis Instrumentis productis ante
præsentem vacationem † probatur antecedens status con- 29
trarius, licèt secus dicendum esset si fuissent producta po-
stea, iuxta *consil. Calderin.*23. *de præben.* quod sequitur Ro-
ta coram sanct. mem. Greg. *decis.*95. *num.*3. *& prius in decis.*
167. *num.*10. *par.*2. *diu.*

Super præfatis Domini non fuerunt concordes, sed ni-
hilominis resoluerunt Petrum non esse instituendum, & sic
recedendum à decisis, ea quia à supradicta sententia anni
1618. interposita fuit appellatio Rotæ commissa, quæ in-
decisa pendebat anno 1637. iuxtà decisionem editam coram
Reuerendiss. D. meo Decano 8. Iunij eiusdem anni; Duran-
te autem lite, † vel super libertate Beneficij, vel super perti- 30
nentia Iurispatronatus inter Patronos, & præsentatos non
potuerunt asserti Patroni Petrum præsentare, qui hodie
pro institutione instat, † sed præsentatio fuit attentata, *cap.* 31
1. *&* 2. *vt lit. pend. in* 6. quod habere locum etiam † in præ- 32
sentatione, tradit Calderin. *cons.*1. *per tot. eod. tit.* & firma-
uit Rota coram Card. Caualer. *decis.*281. *num.*1. *in recent.
decis.*136. *num.*1. *part.*2. *decis.*336. *num.*3. *vers. Maximè
quia part.*3. *& dec.*507. *num.*3. *&* 4 *par.*5. *in Bituntina Pa-
rochialis* 26. *Nouembris* 1646. §. *Quo vero ad Caballinum
coram Eminentiss. Ottobono, & in Pientina Parochialis* 28.
Iunij 1655. *coram me*, §. *tum etiam quia.*

Nec

Nec refert, quod à d. annó 1637. non probetur aliquid
32 amplius actum in causa, quia ex sola taciturnitate † non
inducitur desertio litis nisi super re iudicata adsit sententia
34 Iudicis, vel ex actis clarè constet de malo † iure tacentis, vt
responsum fuit *in eadem decisione Reuerendissimi D. mei Decani*, §. *nec subsistit*, *alijsque relatis in Auenionen. legitima*
30. *Aprilis 1655. coram R. P. D. meo Priolo*, §. *vltimo*, &
prius in Calaguritana Benef. S Ioannis de Molinar. 29. Maij
1652. §. *Quoniam lis*, & *in Romana Pecuniaria 16. Iunij*
1655. §. *fin. coram me*. Tantùm autem abest, quod ex actis
35 in proposito constet † clarè de non iure tacentis, quod immò ex scripturis antea productis prætenditur probatum succumbentem in d. sententia habuisse ex eis intentionem fundatam, prout coram d. bon. mem. Archiepiscopo Seleucien.
36 obtinuerat fauorabilem resolutionem super † immissione
27. Maij 1620. & postmodum succedere vacatione Ordinarius contulit Parochialem tanquam liberam prænio concursu ad formam vltimi status.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papien.

Tudertina Fundaci.

Mercurij 24. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Clausula, *constituti*, apposita in Instrumento contractus, operatur, vt eius vigore possit obtineri manutentio. Quod verum est, si contractus sit purus, & perfectus, secus si sit conditionalis, limita tamen dum secuta fuit traditio rei, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, constituti, *operatur vt ille ad cuius fauorem est apposita, veniat manutenendus.*
2 *Manutentio conceditur stante confessione partis aduersæ.*
3 *Possessione probata, nunquam denegatur manutentio.*
4 *Clausula*, constituti, *posita in contractu conditionali, donec non purificetur contractus non operatur effectum suum.*
5 *Dominium, nec possessio dum non adest, transferri non potest.*
6 *Clausula*, constituti, *tanquam accessoria contractus, non operatur antequam contractus non habuit suam perfectionem.*
7 *Contractus conditionalis, donec non purificetur conditio nihil ponit in esse.*
8 *Contractus venditionis initum sub conditione pretij æstimandi ab aliquo, id non operatur, vt non censeatur translatum dominium, & possessionem.*
9 *Sed solum operatur, vt non secuta æstimatione, res vendita dicantur resolubiliter translata.*
10 *Venditio facta sub spe futuræ causa, in ea etiam censetur translatum dominium.*
11 *Venditio facta pro pretio declarando à certis personis nominatis, operatur vt dominium censeatur translatum.*
12 *Quia tunc perinde est, ac si certum pretium constitutum fuisset.*
13 *Venditio facta pro pretio declarando, à certa persona specificata, tunc contractus venditionis dicendus est potius purus, quam conditionalis.*
14 *Confessio emanata in contractu, qui non habuit effectum non videtur attendenda.*
15 *Confessio emanata in aliqua concordia, potest stare simul, quod concordia expiret, & nihilominus confessio firma remaneat.*
16 *Clausula præseruatiua iurium, conseruat iura intacta.*
17 *Confessio qualificata, recipitur pura, dum talis qualitas est contra præsumptionem Iuris.*
18 *Clausola*, constitui, *apposita in contractu emptionis mercaturæ, respicit merces, non autem traficum.*
19 *Societatis contractus solo consensu perficitur.*
20 *Ementes aliquem mercaturam communi nomine, censetur inter eos inita societas incidenter.*
21 *Sed vera, & propria societas, quando ex coniecturis constat de animo illam contrahendi.*
22 *Coniectura sunt plures per quas deuenitur ad præsumptionem, quod inter aliquos fuit inita societas.*
23 *Et plures deducuntur, & præsertim circa continuationem fundaci, à pupillis socij præmortui, vt num. 24. 25. 26. & 27.*
29 *Interpretatio illa numquam est admittenda, per quam includenter aliquod delictum.*
30 *Interpretatio exclusiua delicti in dubio sumenda est.*
31 *Negotiari communi nomine quis censetur, quando nomine proprio legitimè agere non valet.*
33 *Computa quando fuerunt solidata inter socios, & integrum pretium fuit restitutum, an dicatur societas dissoluta.*
34 *Iura, & instrumenta, dum non sunt producta in actis non releuant.*
35 *Extra acta, ea, quæ sunt dicuntur esse extra Mundum.*
36 *ad Decisionum euertenda fundamenta, quidquid fuit mendicatum per partem aduersam, non attenditur.*
37 *Cùm Pupillis non benè contrahitur societas.*
38 *Tutores non possunt factum proprium authorari.*
39 *Societas licèt dissoluatur per mortem socij, continuari tamen volentibus potest cum heredibus continuari, etiamsi sint Pupilli.*
40 *Quod multo magis procederet, si in hoc etiam concurreret, voluntas Patris defuncti, qui erat socius in prædicta societate.*
41 *Societas cum Pupillis validè contrahitur, quando ipsis est vtilis.*
42 *Societas contractus est vltrò, citroque obligatorius.*

DECISIO XCI.

Aduersus decisionem emanatam coram me sub die
4. Maij 1654. in qua firmatur dandam esse manutentionem in possessione controuersi fundaci fratribus de Morellis; impetrata per illos de Sanctis noua audientia, illaque hodie ad trutinam reuocata. Domini in decisis persistendum esse censuerunt. Quia subsistere adhuc visa fuerunt fundamenta alias pro d. manutentione considerata, quod scilicet de possessione dd. de Morellis abundè constet tum ex clausula, *constituti*, apposita in Instrumento em-
ptionis fundaci factæ † per Bernardinum eorum Procu- 1
ratorem, tum ex confessione ipsorum de Sanctis elicita
ex Instrumento concordiæ, in quo Io: Maria tam suo,
quàm † Iacobi eius fratris nomine promisit permittere 2
continuationem eiusdem fundaci dd. de Morellis in pace, & quiete, continuatio enim præsupponit præcedentem possessionem, sicut priuatio habitum, Rota *in Gerunden. Beneficij 1. Iulij 1644. §. accedente præsertim coram R. P. D. Cerro*, & *in Beneuentana Canonicatus 14. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bichio*, §. *tunc enim per sententiam*, probata autem
possessione † manutentio nunquam denegatur vulgata
§. *retinendæ instit. de interd. l. præd.* vbi Bart. *ff. de acquir. poss.* Coccin. *decis. 486. num. 2.* Rota *in recent. decis. 49. num. 1. & 7. part. 7.* cum alijs cumulatis *in Spoletana bonorum 7. February 1648. coram Reuerendiss. Tarraconen. in princ.*

Neque obstat motiuum contra dictam clausulam, *constituti*, nouiter excitatum, vt ex eo quod venditio facta fuit
pro † æstimando, inde resultet contractum fuisse conditio- 4
nalem, atque ita non potuisse ante æstimationem, quæ tan-
tùm sequuta fuit post mortem Bernardi transferri † rerum 5
fundacalium Dominium, nec possessionem, ad text. *in l. si ex venditione, ff. de peric. & commod. rei vend. l. fin. C. de contrah. empt.* & clausulam, *constituti*, tanquam accessoriam
† personali contractui, nec eam in tali casu posse ante con- 6
ditionis † euentum quidquam operari, Rota coram Comi- 7
tol. *decis. 54. num. 9. & in recent. decis. 594. num. 9. part. 1.*
Quia obiectum non procedit, quando (prout hic) secuta
est traditio, tali namque casu æstimatio † facienda non 8
suspendit Dominium, neque possessionem, sed operatur
dumtaxat, vt æstimatione non sequuta † res venditæ di- 9
cantur resolubiliter translatæ, ad text. *in l. 1. 2. & 3. C. de donat. quæ sub modo, l. vendentis, C. de contrah. empt.* Bart. *in l. sub conditione col. fin. ff. de solut.* Alex. *in l. 1. §. si vir uxori col. penult. ff. de acquir. poss.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 28. 29. & 30.* Surd. *cons. 528. num. 26. vers. & in*
venditione, vbi † quod si sequatur traditio sub spe futuræ 10
causæ Dominium transferatur, cùm sufficiat causam spectare licèt non adsit de præsenti, Altograd. *cons. 6. num. 9. vers.*

vbi

vbi dicit Rota in rec. dec.694. num.9. verf. secundo fuit ref-
11 ponsum. Tantò autem faciliùs conclusio procedit in isto ca-
su, nam venditio facta fuit pro pretio declarando à certis
personis in contractu nominatis, quod operatur, vt domi-
12 nium † intelligatur translatum, quia tali casu perindè est, ac
si certum pretium constitutum fuisset, & contractus magis
13 purus, quam † conditionalis reputatur, vt explicant DD. in
l. vendentes, Cod. de contrah. empt. Salvc. in l. vlt. num.2. in fin.
C. de pact. pign. Dec. consil.648. num.1. Fontanell. de pact. nupt.
clauf.5. glof.8. part.13. num.55. verf. fallit. Gomez tom.2.
var. resol. cap.2. de empt. & vend. num.9. Vrfil. ad Afflict.
dec.85. num.6. & 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib.4. tit.19.
num.33. cum seqq. & præsertim sub num.36. verf. si autem di-
ctum fuerit.

Subsistere etiam visum fuit alterum decisionis fundamen-
tum positum in confessione partis non obstante responsione
14 nuper data, quod cum d. confessio emanauerit † in con-
cordia, quæ deinde non habuit effectum, propterea nec il-
la videatur attendenda, quia stat insimul, quod concordia
15 expirare potuerit, & † nihilominus confessio in ea emanata
firma remaneat, ad tradita per Aym. in prax. in §.2. cap.15.
num.4. fol.30. & §.3. cap.1. num.13. fol.35. Marant. in suo
speculo par.5. in verbo, & omnia fiunt, verf. acta vero fol.247.
Scacc. de re iudic. glof.14. qu.26. num.7. cum seqq. & præsertim
sub num.11. verf. exemplifica 4. fol.682.

16 Minus releuat clausula Iurium † præseruatiua apposita in
eodem Instrumento concordiæ, ibi citrà approbationem d.
possessionis. Quia vltra responsionem iam datam in deci-
sione, quæ reuidetur sub §. nihilque cùm illi de Sanctis pro-
miserint in d. Instrumento concordiæ continuationem fun-
daci illis de Morellis in pace, & quiete, & consequenter fas-
si fuerunt præcedentem illorum de Morellis possessionem,
hoc sufficit, vt d. possessio manutenibilis dicatur, esto quod
illi de Sanctis, deinde declarauerunt se id facere citra appro-
17 bationem † d. possessionis, tali, namque casu, confessio di-
uiditur, & admittitur ad effectum manutentionis reiectis
alijs qualitatibus, Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiuit num.2.
ff. de liber. legat. Rota decif.802. part.1. diuerf. & dec.525.
num.5. part.2. rec. coram san. mem. Greg. XV. dec.458. num.
4. & coram Merlino decif.416. num.2. verf. neque obstat, quod
Nicolaus.

Non etiam refragari visa fuit prætensio, quod ex emptio-
ne fundaci per Bernardinum Morellum facta, inferri qui-
dem valeat ad communionem mercium fundacalium, non
autem ad communionem, & societatem lucrorum ex dd.
mercibus perceptorum, atque ita possessio deducta ex clau-
18 sula, Constitut., apposita † in Instrumento emptionis, ref-
piciat solas merces, sed non exercitium, & traficum funda-
ci, de quo in præsenti agitur, quia vt & in alia decisione
responsum fuit, cessat huiusmodi obiectum ex probato par-
tium consensu non solum emendi communi nomine mer-
ces fundacales, sed etiam contrahendæ societatis, super il-
19 larum exercitio, & trafico, contractus † enim societatis so-
lo consensu perficitur, l. consensu, ff. de act. & oblig. §.1. instit.
de Societ. Michalot. de fratribus par.2. cap.2. num.2. etiam si
ille tacitus fuerit l. societatem coire, ff. pro socio, l.4. ff. eod. tit.
Angel. conf.112. in princ. Castr. conf.349. in princ. lib.1. Imol.
conf.53. col.2. post med. Soccin. conf.87. num.8. & 12. lib.2.
Dec. respons.22. num.17. & 18. & in terminis emptionis com-
20 muni † nomine factæ, quod ex ea resultat non solùm socie-
tas incidens, sed vera, & propria, quando ex coniecturis
21 constat de animo illam † contrahendo, sequitur Menoch.
conf.46. num.5. verf. quod quidem vol.1. Soccin. sen. conf.160.
num.17. in fin. vol.2. Alex. conf.38. num.1. lib.5. Decian. conf.
96. num.36. lib.2. Mantic. de tacit. lib.6. tit.1. num.11. verf.
cæterùm, Gratian. discept. Forenf. cap.350. num.6. Duard. de
Societ. lib.1. cap.2. qu.6. num.9. fol.15. Rota coram Duran.
dec.416. num.11. verf. ex emptione.

Coniecturæ autem talem societatem, & communionem
22 suadentes † plures concurrunt, & vltra iam deductas ex
emptione fundaci, illiusque exercitio communi nomine
facto per Bernardinum Morellum pro tempore, quo vixit,
prout etiam ex destinatione per eumdem facta in suis Codi-
cillis de pecunijs per illos de Sanctis Tutores suorum filio-
rum exigendis, & in causam solutionis residui pretij d.
fundaci erogandum, quæ alias in prima nostra decisione
sub §. coniecturæ ponderatæ fuerunt plures aliæ fortiores
ad magis d. Societatem firmandam afferri hodie visæ fue-
runt.

Primò namque est, quæ resultat ex mensuratione, &
æstimatione † fundaci facta post mortem Bernardini non 23
solum nomine illorum de Sanctis, sed etiam nomine Fran-
cisci, & Ioannis de Morellis filiorum d. Bernardini in ætate
pupillari tunc degentium, vt ex Instrumento † d. æstimatio- 24
nis constat secundo ea descriptione negocij fundacalis in
Inuentario tutelari. Tertiò in implicatione in d. negocio
plurium pecuniarum, quæ propriè erant dd. Pupillorum, vt
respectu summæ scut.365. constat ex quodam compito scri-
pto à Iacobo de Sanctis vno ex Tutoribus, & respectu alio-
rum scut.500. probatur ex partita Inuentarij † tutelaris, 25
prout etiam respectu aliarum summarum ex alijs Iuribus,
& signanter ex quadam apoca per Tutores confecta sub die
10. Iulij 1631. necnon ex declaratione per eumdem Iaco-
bum facta, in qua fatentur plures pecuniarum summas per
eum exactas fuisse, quæ spectabant ad dd. Pupillos illasque
implicasse in negocio Ciuitatis Tudertі, quod communi no-
mine exercebatur; ex ijs namque † omnibus resultat plena, 26
& incontrouertibilis probatio Societatis tam de tempore,
quo Bernardinus viuebat, quàm post illius obitum adeò ut il-
la iusta ratione impugnari non possit, Casten. consil.75. per
tot. par.2. Soccin. sen. conf.82. num.13. lib.1. Corn. conf.54.
verf. tacitus autem lib.1. Roman. conf.291. in princ. Anchar.
conf.249. num.1. Butr. conf.71. Parif. conf.32. num.35. & 37.
lib.1. Dec. conf.548. num.4. Conuenit etiam pro huiusmodi
interpretatione præsumptio Iuris, quod Tutores voluerint
negocium communi nomine emptum communiter † exer- 27
cere, & lucra inde prouenientia Pupillis communicare, iux-
ta text. in l.2. ff. quando ex facto Tutorum, l. Curator. C. ar-
bitr. tutel. Bart. in l. si Patruus col.2. C. commun. vtriusque Iu-
dic. Dec. conf.21. ante fin. Neque enim iusta ratio, & bona
æstimatio illorum de Sanctis admittit, aut credendum sit
eos vti voluisse pecunijs Pupillorum † in negocio exercen- 28
do, eoque promouendo, ac deinde lucrum ex eo perceptum
sibi ipsis tantùm applicare, Petr. de Vbald. in tract. de duob.
fratrib. part.3. num.36. verf. aut iste negotiator, Grat. conf.24.
num.4. vol.1. Mandell. conf.5. num.3. & 4. Rimin. sen. conf.
300. num.71. vol.2. Mantic. de tacit. lib.6. tit.18. num.12. &
13. verf. inde sicut, Guttier. de tut. part.2. cap.9. num.5. & 4.
Mascard. de probat. conclus.1392. num.2. & 4. etsi contraria
† interpretatio admitteretur euitari non posset quin dicen- 29
dum esset Tutores delictum commisisse, † quod non est præ- 30
sumendum, semper enim quod fieri potest interpretatio ex-
clusiua † delicti capienda est, ad text. in l.5. ff. de donat. int. 31
vir. & vxor. & in his terminis firmat Alex. conf.135. col.3. in
princ. lib.5. vbi quod quis præsumitur negociari † communi 32
nomine, quando proprio actu legitimè facere non potest,
& idem sensit Crauett. d. consil.286. num.1. verf. tertiò ni-
si dicamus.

Neque refragantur Iura nuper data in Summario illorum
de Sanctis, & signanter quoddam Instrumentum solida-
tionis † computorum, & quictantiæ reportatæ per dd. de 33
Sanctis ab Equite Septimio hærede Cosmi Dacini venditoris
fundaci, cum quo probari prætenditur integrum pretium
d. fundaci persolutum fuisse à Iacobo de Sanctis de proprijs
illius pecunijs. Quia omisso, quod d. Instrumentum, ac de-
positiones Testium, prout etiam alia † Iura in actis pro- 34
ducta minimè fuerunt, & ita extra Mundum esse dicuntur,
Rota decif.445. num.8. part.1. diuerf. & decif.404. sub num.
1. part.1. recent. Greg. XV. decif.54. num.5. & ibi Add. num.
6. litt. C. Domini vlterius pro maiori illorum irreleuantia
ponderarunt dictum Instrumentum, ac depositiones Te-
stium emanasse non solum post litem motam, sed etiam
post emissam decisionem fauore illorum de † Morellis, quo 35
casu omnia censentur mendicata ad euertenda eiusdem de-
cisionis fundamenta, & consequenter non attenduntur,
Rota in Romana Societatis de Rutignis 13. Nouembris
1646. coram Reverendiss. Terracinen. & in Fanen. Nulli-
tatis Apocæ 26. Iunij 1648. coram Reuerendiss. Tarraconen.
§. quamuis.

Denique non obstat, quod admissa etiam Societate à 36
principio contractus emptionis fundaci, nihilominus abin-
de expirata censeatur per obitum Bernardini vnius ex socijs
nec de † nouo contrahi potuerit cùm illis de Morellis tunc 37
Pupillis, ex quo Tutores non poterant † factum proprium 38
authorari, quia obiectum cessat aduertendo, quod cum So-
cietas à principio inita fuerit cum Bernardino Patre post il-
lius obitum † non fuit opus alia renouatione, sed volenti- 39
bus partibus potuit illa continuari, etiam cum Pupillis, Cra-
uett. d. conf.286. num.1. verf. ex quibus apparet, Alex. conf.
132. num.14. verf. quia respondeo primo lib.5. Menoch. alias

cu-

cumulans de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. num. 19. vers. declaratur quinto. Dictaque conclusio eo faciliùs procedit,
40 dum apparet continuationem Societatis factam † fuisse
iuxtà voluntatem ipsiusmet Bernardini Patris expressam in Codicillis, & approbatam ab illis de Sanctis Tutoribus mediantibus pluribus actibux socialibus per eos exercitis, & vt supra ponderauit Bald. *in l. cum oportet in principio n. 9. vers. si autem, C. de bon. qua liber.* Iaf. *in l. cum oportet num. 9. vers. nisi Pater mandasset, C. eod. tit.* Alex. *cons. 49. num. 1. lib. 1.* Rimin. Iun. *cons. 636. num. 6. vol. 6.* Menoch. *d. præsumpt. 56. num. 5. vers. declaratur secundo,* Duard. *de Societ. lib. 1. cap. 3. qu. 1. num. 42. vers. ordinauit fol. 25.*

Additur etiam, quod secundùm nonnullorum DD. opi-
41 nionem Societas cum † Pupillo validè contrahitur, quando est ipsi vtilis, Mont. *de tutel. cap. 3. num. 137. fol. 9.* Magon. *decis. Florent. part. num. 3.* Soccin. *cons. 160. num. 15. vol. 2.* vbi respondens ad obiectum, quod contractus Societatis de-
42 beat esse vltrò citròque obligatorius, & † dicit nullam exinde resultare iniquitatem, ex quo Pupillus maior factus tenetur ratificare, si contractui stare voluerit, & ita adest hinc inde æqualis obligatio.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Leodien. Canonicatus.

Mercurij 24. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

De Aggrauatoriæ relaxatione, quando nullatenus sit dubitandum, & maximè in casu magnæ contumaciæ, & res est deterrimi exempli.

SVMMARIVM.

1 *Nuncij relationi, quod aliquem citauerit, vel intimauerit, standum est.*

2 *De paritione, quando non constat, tunc allegari potest contumacia.*

3 *Contra contumaces, seruatis solitis terminis, solet dari aggrauatoria.*

4 *Contumacia, quando magna est, augenda est pœna.*

5 *Contumacia ex quibus indubia reddatur.*

6 *Contumacia, dum est valdè deterrimi exempli, debet seuiori pœna puniri, ne contumax postea glorietur de delicto suo, & num. 7.*

8 *Contumacia non excusatur per friuolas exceptiones.*

9 *Contumacia nullatenus tollitur per assertam exceptionem iniustitia mandati, vel sententia Rotalis, & num. 10.*

11 *Indultum conferendi beneficia dum est conditionale, non est generaliter sumendum.*

12 *Papa expediendo coadiutoriam super beneficio, manus super eo antecedenter dicitur apposuisse.*
Et consequenter Sedi Apostolica remanet effectum.

13 *Papa apponendo manus super beneficio, coercet iurisdictionem, &c.*

14 *Cognitio in materia beneficiali, non datur sæcularibus.*

15 *Rota iurisdictio, dum perperam in aliqua causa impugnatur.*

16 *Causa, dum fuit commissa in Rota vigore commissionis signatura Iustitia non est dubitandum de Rota iurisdictione.*

DECISIO XCII.

Contra Petrum de Marcellis declaratoria, contra Capitulum verò interdictum in hoc Sacro Auditorio relaxatum fuerat, nisi infra mensem mandatis Rotalibus, seu potius Apostolicis paruisset, quæ sanè sententia eum Petro dimissa copia, Capitulo verò ad Valuas Ecclesiæ intimata
1 probetur ex relaxatione Nuncij † de vtroque restantis, ac fidem proindè merentis in actu à se gesto, iuxta glos. *in cap. cum parati in verbo suus Nuncius de appell.* Rota coram Puteo *decis. 5. num. 1. lib. 3.* coram Greg. *dec. 426. num. 6. & decis. 219. num. 2. par. 2. rec.* cum alijs per Adden. *ad decis. Buratt. dec. 459. num. 3.* nulla verò paritio adhuc exhibita fue-
2 rit licèt quatuor terminorum † seruatio sub interuallo decem dierum inter vnum, & alterum præcesserit iuxta praxim relata à Vestr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19. & in Formulario Rotali num. 5. & 8.* & successiuè approbata *in Calagurritana distributionum, seu attentaterum 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. Cerro in Colonien. Vicaria 13. Decembris 1649. §. cum enim coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, & in Romana, seu Albingernen. bonorum 8. Martij 1654. coram eodem R. P. D. meo Cerro.* Contra † ipsos pro- 3
inde debet Aggrauatoria relaxari, vt acta vtrique contumacia pœnæ † grauioris incursu censeri possint, iuxt. text. 4
in cap. veritatis de dolo, & contumacia, vbi glos. *in verb. excommunicationis, & in cap. quoniam frequenter, §. videlicet, vt lit. non contest. & in cap. quoniam de off. ordinarij,* Rota *in Iuuenacen. & Albinganen. bonorum 1. Iulij 1648. in §. Ideoque petitam coram Eminentiss. Card. Corrado, & in Colonien. Vicaria 3. Decembris 1649. §. cum enim, coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in d. Cæsaraugustana distributionum 13. Nouembris 1647. §. primo, coram R. P. D. Cerro, & in Leodien. Præpositura 15. Martij 1652. & in Romana, seu Albinganen. bonorum 8. Martij 1654. coram eodem.* Quam sanè
contumaciam † indubiam præferr expresse recursus habiri 5
ad assertum Conseruatorem Priuilegiorum, qui inaudito, & detestabili prorsus exemplo sententiam Rotalem reuocare præsumpsit, cùm tamen eiusdem, seu potiùs Apostolicæ
Sedis iussu, vt † Ecclesiasticas personas decet absque vlla 6
tergiuersatione debuisset explenisse, de quo proindè spre-
tu inexcusabili, ne gloriari queant, † seueriori pœna debent 7
mulctari, vt inquit Soccin. *in cap. perpendimus num. 250. de Sen. excom.* & respondit Rota *decis. 732. num. 4. part. 4. tom. 2. rec. & in d. Colonien. Vicaria in præsenti verò coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in d. Cæsaraugustana distributionum in vltimo §. coram R. P. D. Cerro.*

Neque ad excludendam pertinaciam, seu recursum ipsis
poterit † suffragare Ius conferendi beneficia certis mensibus 8
in Ciuitate Leodien. vacan. à san. mem. Pauli V. delatum, nec Iurisdictio super ipsorum cognitione eidem Vniuersitati attributa.

Cùm exceptio talis iustitiam mandati, ac sententiam Ro-
talem concernat, quæ † pro excludenda paritione, nec in 9
relaxatione declaratione admittitur, vt expressit Rota *in Toletana fructuum 16. Nouembris 1586. coram Pamphilio penes Marches. par. 2. fol 80. num. 4. in Barchinonen. Iurisdictionis 5. Iulij 1649. in §. totum etiam, quia coram R. P. D. meo Bichio, & in Colonien. Vicaria 24. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Meltio, in §. minus refragatur,* nec in decer-
nenda † aggrauatoria, vt respondit Rota coram bon. mem. 10
Merlino *dec. 814.*

Prætereà indultum † excepit expresse beneficia vacantia 11
apud Sedem eiusdem dispositioni affecta, ac reseruata, nec proindè includit Canonicatum controuersum super quo
Summus Pontifex expediendo † coadiutoriam manus an- 12
tecedenter apposuit, & Apostolicæ Sedis consequenter affecit, vt notat Dec. *in cap. nostrum num 5. de appell.* Gonz. *ad reg. Men. glos. 52. num. 15.* Patil. *de resignat. lib. 1. qu. 7. num. 90.* Rota coram Buratt. *decis. 36. num. 2. & maturè discusso articulo in Leodien. Canonicatus 1. Iulij 1652. coram R. P. D.
meo Cerro,* nec non etiam iurisdictionem † coercet in be- 13
neficijs Apostolicæ Sedis aliter quam ratione mensis reser- 14
uatis, quorum cognitionem Conseruatoribus Vniuersitaris
Iouanij interdicit eamque Iacobus ab Apostolica † Sede de- 15
putatis expresse reseruat; Hinc perperam huius Tribunalis Iurisdictio impugnatur, quoad cognitionem Canonicatus
controuersi, dum maximè processit in Causa vigore † com- 16
missionis per Signaturam Iustitiæ de mandato Sanctissimo expeditæ, quæ nec exceptione subreptionis notari valet, dum ea ob facultatem recursum ad primum Iudicem non admittitur, sed reprobatur, vt responsum fuit coram Greg. XV. *dec. 435. num. 6.* coram Coccino *dec. 64. num. 4. in fin. in Iuuenacen. Separationis Cleri 24. Ianuarij, §. quia dato etiam 1646. coram R. P. D. Meltio, & in Viterbien. Canonicatus 26. Iunij 1631. §. quia præter coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita alter tantùm, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Spoletana Iurispatronatus.

Mercurij 24. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, licèt in dubio censeatur sibi reseruatum, per fundantem, vel dotantem, tamen quando constat de contraria mente erigentis be-

beneficium contrarium est dicendum. Ad acquisitionem Iurispatronatus est necessarius consensus Ordinarij, & quanto tempore præsumatur.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus semper de iure censetur reseruatum, & heredibus acquisitum, dum non est remissum.*

2 *Iuspatronatus numquam acquiritur, nisi constet de consensu Ordinarij.*

3 *Iuspatronatus sine consensu Ordinarij non acquiritur etiamsi sit ex fundatione, & dotatione.*

4 *Consensus Ordinarij in acquisitione Iurispatronatus ex lapsu 30. annorum præsumitur.*

Quod intelligendum tamen est dum copulatiuè quoque concurrit obseruantia.

5 *Obseruantia, quando non possit dari, vt præsumatur consensus Ordinarij in acquisitione iurispatronatus, stante lapsu 30. annorum.*

6 *Inobseruantia qualitatis Patronalis, ex quo deducatur.*

7 *Ex prouisionum Apostolicarum effectuatione per 30. annos præsumitur scientia.*

8 *Beneficium fundans ex quo præsumi possit, quod noluerit reseruare iuspatronatus.*

9 *Beneficium fundans ex sola deuotione, & pietate erga B. VIRGINEM MARIAM, & Sanctos non præsumitur sibi voluisse reseruare iuspatronatue.*

10 *Iuspatronatus ex quibus causis non dicatur reseruatum, per fundantem.*

11 *Probationes factæ, postquam quis est prouisus ab in quasi possessione existenti circa collationem beneficij.*

12 *Et talis collatio habuit suum plenarium effectum, ad quid sufficiant.*

13 *Prouisionem beneficij habens ab existenti in quasi possessione conferendi illud, quando hoc casu admittatur exceptio.*

14 *Prouisio Beneficij vnica ex causa resignationis, nullam continuat collationem.*

16 *Quasi possessio prouidendi de beneficio tamquam libero, vt acquiratur sufficit vnica prouisio, quando suum effectum habuit.*

17 *Beneficij status non immutatur per Prouisionee Apostolicas.*

18 *Quod tamen procedit, quando de anteriori statu contrario constat.*

19 *Prouisiones Apostolicæ tunc mutant statum beneficij, quando constat de propria scientia Papæ, ac de eius animo illum mutandi.*

20 *Prouisiones Apostolicæ, quando roborent, & declarent, quod status antequisito fuit similis vltimo.*

DECISIO XCIII.

VAcante mense Maij 1646. per obitum Dionysij Butij Ecclesia, seu Capella Sancti Caroli Terræ Trebij Spoletanæ Diœc. de ea sub eadem data, nempè 8. idus eiusdem mensis Martij à Sede Apostolica prouisi fuerunt Virgilius Rosarius tamquam de libero, & Io. Baptista de Valentibus, tamquam de Iurepatronatus Laicorum, vti præsentatus à medietate Patronorum, & habita derogatione quoad alteram medietatem, cum clausula, *verificato*, prius dicti Iurepatronatus ea dotatione, & fundatione, cùmque primo loco expeditæ fuerint litteræ Apostolicæ prouisiones Rosarij, illarumque vigore adepta fuerit actualis possessio, & ad eius instantia obtenta commissio super iactantibus mihi directa Io. Baptista actor pro iustificatione d. clausulæ, *verificato, &c.* coram me exhibuit Testamentum quondam Ascanij Palatij conditum die 22. Martij 1614. in quo fundari, erigi, & fabricari d. Capellam, locum, seu Ecclesiam paruam sub inuocatione S. Caroli in suo horto, seu possessione cum Domo in vocabulo, *la Porta del Lago*, in quo dictam Capellam hæredem fecit, illamque substituit tam Constantiæ suæ vxori, & hæredi vniuersaliter institutæ, quàm filiabus legatarijs eius primo *Sum. n.* 1. exhibuitque vlterius Instrumentum venditionis vnius Domus ab eodem Ascanio, (qui etiam post conditum Testamentum superuixit) factæ 2. Martij 1615. pretio scut. 500. soluendorum post mortem ipsius Ascanij, & Constantiæ eius vxoris prædictæ Capellæ, & Ecclesiæ S. Caroli constructæ, & de nouo ampliandæ *d. Sum. num.* 6. Atque

exindè prætendebat iustificatam esse fundationem, & dotationem dictæ Capellæ, & sic constaret de Iurepatronatus ad fauorem hæredum dicti Ascanij, quamuis de illius reseruatione in prædictis dispositionibus nullum verbum legatur, quia
de iure † semper reseruatum, & hæredibus acquisitum censetur 1
dum expressè non est remissum, iuxta glos. *in cap. pia mentis* 16. *qu.* 7. Abb. *in rubr. de Iurepatr. num.* 6. Felin. *in cap. significauit num.* 2. *de Testib.* Rota *dec.* 5. *de Iurepatr. in antiq. dec.* 167. *num.* 4. *par.* 1. *diu. & in rec. dec.* 517. *num.* 2. *part.* 1. *& dec.* 674. *num.* 1. *par.* 2. coram Card. Caual. *dec.* 30. *num.* 1. & coram Duran. *dec.* 147. *num. pariter* 1.

Verùm pluries proposito dubio, † An constet de Iurepa- 2
tronatus tandem hodie negatiuè resolutum fuit, quia deest
consensus Ordinarij, sine quo nunquam † illud acquiritur, 3
nec minus ex fundatione, vel dotatione, *cap. nobis de Iurepatr.* Calder. *cons.* 20. *sub num.* 1. *vers. nam auctoritas eod. tit.* Rota *dec.* 223. *num.* 2. *par.* 1. *diu. & in rec. dec.* 318. *num.* 1. *in fin. & dec.* 561. *num.* 3. *vers. primo quod ista part.* 2. cum alijs allegatis per Add. ad Burat. *dec.* 1. *num.* 23.

Et quamuis sufficiat consensus resultans ex lapsu 30. anno-
rum copulatiuè † tamen requiritur etiam obseruantia, Card. 4
Caual. *dec.* 265. *num.* 5. Add. ad fa. me. Greg. *dec.* 420. *n.* 8. *vers. verum iste*; Quæ in proposito non concurrit, nam præter
† solam executionem Capellæ, & Missarum celebrationem, 5
quæ benè conueniunt Ecclesiæ liberè licèt Patronali, non datur aliquis actus concludens obseruantiam Iurispatronatus, quinimò ab ipso initio erectionis vsque ad præsentem vacationem, & sic per spatium 30. annorum, & vltrà, semper vti libera per Sedem Apostolicam collata fuit assertis Patronis
nonquam reclamantibus, † quod potius ostendit inobser- 6
uantiam qualitatis Patronalis, vt aduertit Rota *decis.* 564.
num. 10. *par.* 4. *diu.* nec allegare possunt ignorantiam, † quia 7
ea effectuatione Prouisionem Apostolicarum per dictos annos 30. præsumitur scientia, Rot. *decis.* 147. *num.* 3. *& dec.* 166. *num.* 4. *part.* 1. *diu. & dec. in rec. d. dec.* 435. *num.* 1. *in fin. vers. & concurrente part.* 2.

Accedit, quod Ascanius fundator tempore fundationis
erat senex † annorum 78. sine descendentia masculina, fun- 8
dauerat aliàs Capellas absque reseruatione Iurispatronatus, & in supradicto Testamento non solùm enunciauit se deuo-
tum Gloriosissimæ † Virginis MARIÆ totiusque Curiæ 9
Cœlestis, & Sanctorum Francisci, & Caroli eius Aduocatorum, sed etiam asseruit suam vltimam voluntatem, & Testamentum facere de mente, iussu, ordinatione, mandato, & voluntate quondam Philippi eius germani fratris hodierno *Sum. Virgilij n.* 1. Hic enim educitur Capella S. Caroli, de qua agitur, erexisse, & fundasse, vel ex mera pietate, & deuotione sola spe retributionis æternæ, vel ex necessitate pro adimplendo iussu, & mandato dicti Philippi sui fratris, quibus ca-
sibus non acquirit † Iuspatronatus, vt de primo Lotter. *de* 10
re benef. lib. 2. *qu.* 7. *n.* 12. Crete. *in fine de Iurepatr.* Rot. *d. dec.* 564. *sub n.* 7. *vers. & hoc eo magis par.* 4. *diu. & dec.* 2. Rota coram sa. mem. Greg. *dec.* 397. *num.* 2. *&* 3. ibique Add. *num.* 5. cum alijs allegatis per Add. ad Burat. *dec.* 21. *num.* 26. *necessariam tamen esse in hoc secundo casu Iudicij coactionem.*

Sed eò faciliùs iuerunt Domini in hanc sententiam, quia
omnes probationes prætensi Iurispatronatus † factæ fuerunt 11
post effectuatam, & executam ad fauorem Virgilij Prouisionem Papæ existentis in quasi possessione prouidendi tamquam de libero, vnde quatenus etiam essent sufficientes, ni-
hilominus inseruire poterunt † pro futuris vacationibus, 12
non autem ad effectum retractandi vacationem iam consumptam, vt dixit Rota *d. dec.* 167. *num.* 10. *vers. sed pro responsione part.* 2. *diu. & in rec. d. decis* 435. *num.* 4. *vers. primo quod, & d. dec.* 515. *num.* 2. *par.* 2. Adden. ad san. mem. Greg. *d. dec.* 77. *sub num.* 12. *vers. si tamen ante.*

Quæ conclusio certiùs procedit vbicumque (prout hic) 13
assertæ probationes Iurispatronatus non sunt adeò clarè, vt nullam penitus oppositionem admittant, si enim quid saltem colorate contra eos obijci possit nunquam excluditur pos-
sessor, † qui prouisionem habuit ab existente in quasi pos- 14
sessione conferendi tamquam de libero, vt benè aduertit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 31. Add. ad Burat. *decis.* 776. *num.* 20. *vers. qua ampliatio*, cum alijs relatis *in Aretina Plebania* 19. *huius coram me*, §. *& testium.*

Non obstat, quod vnica tantùm adsit prouisio ex causa
† resignationis ad fauorem Dionysij Butij de anno 1626. per 15
cuius obitum modò vacauit, cum antependens erectio in Capellaniam collatiuam factam de anno 1615. à fel. rec. Paulo

lo ad supplicationem Phesij Butij nullam contineat collationem, nec prouisionem.

Quia propter quod d. Phesius per decennium, & vltrà
controuersam Capellam pacificè possedit, illamque deinde
in manibus Papæ resignauit ad fauorem d. Dionysij, qui ad-
15 missa resignatione, & habita prouisione eam vsque † ad
obitum pariter pacificè possedit per alios annos 20. & Ioan.
Baptista collitigans eam imperrauit vti vacantem per eius
mortem. Atque ideò in necessariam antecedens idem Io.
Baptista confessus censetur nedum prouisionem Apostoli-
cam ipsi Dionysio concessam, sed etiam præcedentem fauo-
re Phesij ex cuius persona prouisiu Dionysij vacationem de-
sumpsit, vt responsum fuit *in Colonien. Decanatus* 15. *Maij*
1648. coram R.P.D. meo Bichio, §. gratus antem. Placuit res-
16 ponsio, quod ad effectum acquirendi † quasi possessionem
providen. tanquam de libero sufficit vnica prouisio, si suum
effectum, prout hic, sortita fuit, Rip. *in c. cum Eccles. Sutrina*
num. 91. de caus. poss. & propr. Seraph. *dec. 337. num. 1. & 2.*
& dec. 1142. num. 1. san. mem. Greg. *dec. 215. num. 1.* ibique
Add. *num. 8.* Rota *in Maioricen. beneficij 29. Iunij 1648. coram*
R.P.D. meo Bichio, §. adeo quod.

Nec releuat, quod regulariter Prouisiones Apostolicæ non
17 immutent † statum beneficij, quia regula procedit, quando
de anteriori statu contrario constat; tunc enim nunquam
18 censetur mutatus, † nisi apparet de præuia scientia Papæ, ac
de eius animo, & intentione illum mutandi, vt responsum
fuit *in Mediolanen. Prioratus* 14. *Martij* 1646. *coram Emi-*
nentiss. D. Card. Corrado, §. penult. Secus autem quando,
19 prout hic, de statu antecedenti contrario non constat, ex
quo non exhibetur aliqua collatio effectuata tamquam de
Patronali, hoc enim casu Prouisiones Apostolicæ corrobo-
rant, & declarant quod status antiquus, & de præterito fuit
20 similis vltimo, & tamquam † talis semper ita continuatus,
vt benè respondit Rota coram Greg. *dec. 482. num. 1.* coram
Caual. *dec. 252. num. 2. in rec. dec. 315. num. 1. par. 2.* & co-
ram bon. mem. Merlino *dec. 521. num. 4. & 5.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Mantuana Feudi.

Luna 29. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Feudum, quando fuit concessum pro liberis masculis, & fœminis, cum tunc tale feudum sit improprium, dum adsunt fœminæ proximiores, tunc sanè admissis eis excluduntur masculis remotiores. Feudum quando dicatur impropriè tale.

SVMMARIVM.

1 *Ab inuestitura prima, & originali regulanda sunt catera inuestitura.*

2 *Inuestitura habita pro masculis, & fœminis, comprehendit vtrumque sexum.*

3 *Proximior in gradu quamuis sit fœmina præfertur in feudo improprio habito pro masculis, & fœminis.*

4 *Proximior in gradu præfertur remotiori.*

5 *Feudum, quando est concessum pro masculis, & fœminis, tunc si sint plures in eodem gradu, omnia admittuntur, quamuis adsint etiam fœmina.*

6 *Feudum illud dicitur improprium, si non habeat seruitium personale.*

7 *Feudi natura propriè est vt gratuito detur, non autem pro seruitijs præstitis.*

8 *Et maximè si seruitia non in genere, sed in specie fuerunt in concessione narrata.*

9 *Feudum dicitur omnino improprium, dum traditur cum facultate alienandi.*

10 *Nec talis libera facultas disponendi remanet coarctata ex clausula*, saluo iure feudi.

11 *Clausula*, saluo iure feudi, *posita in concessione feudali, quid operetur.*

12 *Clausula*, saluo iure feudi, *non excludit improprietatem ipsius feudi.*

13 *Feudi alienationis prohibitio posita in secunda inuestitura, non autem in prima inuestitura non suffragatur.*

13 *Inuestitura posteriores, si dependeant à prima, non debent ab illa discordare, seu innouari in praiudicium vocatorum.*

15 *Feudi proprietas non arguitur ex iuramento fidelitatis in illius concessione requisito.*

16 *Feudum dum est proprium non desinit esse tale, licèt in aliquo reputaretur improprium.*

17 *In feudum etiam improprio solet præstari iuramentum fidelitatis.*

18 *Iuramentum fidelitatis accessorium feudo fœminarum impropriè ipsius naturam alterare non valet.*

19 *Constitutiones Apostolica non habent oculos retrò.*
Statutum Mantuanum excludit fœminas propter masculos.

20 *Statuta Laicorum non possunt imponere legem feudis Ecclesiasticis.*

21 *In feudis obseruantia maximè attendenda venit, & num. 22.*

23 *Pretensiones, quæ non iustificantur, non veniunt attendenda.*

24 *Feudum quando est concessum pro masculis, & fœminis, tunc filia fœmina excludit patruelem.*

25 *Obseruantia penitus tollitur ex actibus contrarijs.*

26 *Actus difformes non releuant ad inducendam obseruantiam.*

27 *Decis. in causa Mantuana Dotis 10. Decembris 1633. coram bo. me. Coccino, declaratur, & num. 28.*

29 *A feudi proprietate, vel improprietate pendet, cuius sit natura.*

DECISIO XCIV.

PRæmortuo sine liberis Marchione Aloysio Gonzaga D.
Marchionissa Francisca eiusdem soror, ac hæres Testa-
mentaria contra D. Marchionem Iulium Cæsarem fratrem
Patruelem Iudicium immissionis instituit, *vigore legis vlti-*
ma, C. de edict. super portione feudi Curiæ Podij per eum-
denmet Aloysium, dum degeret in humanis possessa, & ex
lege Inuestituræ vocatis dumtaxat in Tabulis ipsius Testa-
mentarijs reseruata, super cuius immissionis Articulo pro
me proposito dubio, Dominæ Marchionissæ eadem immis-
sio fuit hodie decreta. Cùm enim prima huius feudi inuesti-
tura recepta, *pro se, liberis suis masculis, ac fœminis in infini-*
tum (à qua debent successiuè virtute relationis † habitæ de- 1
clarari, vt tradunt Menoch. *cons. 148. n. 26.* Bero. *cons. 103. n.*
5. Surd. *cons. 474. num. 6.* Rota coram Caual. *dec. 557. n. 3. &*
dec. 74. n. 4. & par. 7. rec.) sexum † comprehendat vtrumque 2
iux. text. *in cap. 1. §. hoc notandum de his, qua in feud. dar. poss. &*
in cap. 1. §. filia de success. feudi, Menoch. *d. cons. 148. num. 50.*
vers. pramitto 2. Bursat. *cons. 49. num. 66.* cum alijs per Schra-
der. *de feud. par. 7. cap. 4. n. 41.* debet proinde † D. Marchionis- 3
sa soror Aloysij, & consequenter proximior in gradu præla-
tionem in hoc feudo penitus improprio, ac franco in concur-
su Domini Marchionis Iulij Cæsaris patruelis, † adeòque re- 4
motioris in gradu obtinere, vt notat Angel. *cons. 321. num. 4.*
Menoch. *cons. 65. num. 16.* Rot. *in Brixien feudi 1. Iulij 1592.*
coram Card. Pamphilio in princ. ad quod etiam vnà cum ipso
licèt masculo debuisset admitti, si in pari consanguinitatis
† gradu, extitisset Bald. *in l. quoties num. 3. C. de suis, & legit.* 5
Roman. *cons. 377. num. 12.* Paris. *cons. 4. num. 14. vol. 1.* Dec.
cons. 139. num. 2. Surd. *cons. 317. num. 35. & cons. 407. num. 26.*
Schrad. *de feud. cap. 4. num 79.* Rota *in dicta Brixien. feudi*
coram Cardinali Pamphilio in §. nec etiam obstat.

Feudum autem hoc improprium exinde conijcitur, † ac 6
francum, quod inuestitis nullum personale seruitium de-
manderut, ad tex. *in c. si cui milit. de feud. & benef. in extran.*
cuius auth. sequitur Menoch. *cons. 65. num. 16.* Ruin. *cons. 18.*
num. 17. vers. 1. Corn. *cons. 16. n. 9. lib. 1.* ac plures alij relati pee
Clar. *in §. feudum qu. 78. num. 7. & 8.* Grat. *disc. forens. cap. 136.*
num. 13. Franc. *dec. 1. n. 1. & 2.* Rota coram Caual. *dec. 172. n.*
3. & dec. 214. n. 8. par. 7. rec. ita vt censeatur proindè remissum
c. verum de for. comp. vbi Innoc. *num. 2.* Oldrad. *cons. 234. n. 2.*
Paris. *cons. 23. num. 32. lib. 1.* Afflict. *dec. 371. n. 34.* Rota coram
Seraph. *dec. 1105. num. 9.* Tum etiam quia primæua con-
cessio non gratuito iuxta feudi proprij naturam, † sed bene- 7
merentiæ causa processit, ob præstita, scilicet Ecclesię serui-
tia in † specie quidem, non autem in genere recensita, iuxta 8
text. *in c. 1. quemadm. feud. ad fil. pert in poss.* Ias. *cons. 57. num. 3.*
vers. 3. principaliter lib. 1. Tob. Non. *cons. 1. num. 57.* Surd. *cons.*
140. num. 4. Grat. *disc. forens. cap. 736. num. 79. & 80.* Rota *in*
Sarsinaten. feudi 22. Iunij §. praterea in hoc feudo, & 18. De-
cembris, §. ex quibus verbis 1645. coram Reuerendiss. D. meo

De-

Decano, & 3. Iulij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Othobono. Tum quia denique omnimoda feudi dispositio licèt Ordi-
9 narius † directus eiusdem Dominus reclamaret, legitur quoque attributa, vt ad hunc effectum ponderant Gabr. *cons.* 83. *n.* 7. *& lib.* 1. Grat. *cap.* 736. *num.* 75. Rota coram Seraph. *decis.* 1105. *n.* 1. *& in d. Brixien. feudi, §. accedit quod istud coram Card. Pamphil.*

Quæ sanè difficultas dispositionis omnimodæ, neque
10 poterit † arctata præsumi ea præseruatiua clausula, *saluo iure feudi*, prædicti ibidem adiecta iuxtà Text. *in c. imo de feud.* non habent propriam feudi naturam, Menoch. *cons. num.* 17. *& cons.* 645. *n.* 6. Rosentall. *de feud. cap.* 2. *cons.* 37. *sub litt. D.* Osasc. *dec.* 164. *sub n.* 10. siue ex prohibitione alienationis in
11 successiuis inuestituris inserta ex clausula, † saluo restitutionem recepit ea sequenti verbo prædicti, itaut alia dumtaxat Iura excipiat, non autem facultatem disponendi ante
12 tributam, nec improprietatem † feudi consequenter excludat, vt notat Bald. *in præludio feudorum n.* 21. Natt. *cons.* 404. *n.* 20. Roland. *cons.* 1. *num.* 73. *lib.* 3. Peregr. *cons.* 19. *num.* 21. *lib.* 1. Giouagn. *cons.* 8. *num.* 156. *lib.* 1. Decian. *cons.* 24. *n.* 98. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 378. *n.* 43. Gramm. *dec.* 66. *num.* 7. Successiuè verò prohibitio alienationis apposita in sequentibus in-
13 uestituris, † in prima verò feudi concessione posthabita non suffragatur, vt aduertit Signorel. *cons.* 60. *num.* 2. Burs. *cons.* 150. *num.* 5. *in fin. vers. hinc dico*, Menoch. *cons.* 148. *num.* 32. & in terminis feudi de quo agitur Rota *dec.* 581. *num.* 1. *part.* 2.
14 *diu.* Cum illæ à † præcedenti debeat regulari, neque in præiudicium vocatorum valeat innouari, iuxta text. *in c.* 1. *§. per. quib. mod. feud. amitt.* Rimin. iun. *in cons.* 18. *num.* 101. *lib.* 1. Rota *in d. Brixien. feudi, §. neque obstat coram Card. Pamphil.*

Huius autem feudi proprietas perperam arguitur ea In-
15 strumento † fidelitatis in Instrumento concessionis specialiter requisito, ac inuestitis consequenter iniuncto, quippè quod personale seruitium regulariter importans feudum
16 proprium † videatur ionuere, licèt in aliqua sui parte reputetur i̶m̶proprium, vt ea aliorum auctoritate comprobat Rouit. *cons.* 19. *num.* 28. *&* 59. Schrader. *de feud. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 73. Quoniam iuramentum hoc in feudis quoque impro-
17 prijs consuetum adhiberi ea dumtaxat † inferre censetur, quæ feudo imposito valent æquè congruere, non autem pro inducenda proprietate feudi poterat deseruire, vt tradit Paris. *cons.* 12. *n.* 29. *&* 30. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 19. *num.* 13. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 151. *n.* 20. *cum seq.* Menoch. *cons.* 65. *n.* 32. *&* 33. Gratian. *discept. for. cap.* 736. *n.* 74. Rota *dec.* 41. *n.* 2. *par.* 1. *diuers. & in Asten. feudi 5. Decembris 1662. coram Rubeo.* Quod
18 præterea iuramentum fidelitatis accessorium † feudo ea vocatione fœminarum improprio ipsius naturam alterare non potest; sed debet eidem famulari, vt pluribus declarat, ac comprobat Schrader. *d. cap.* 4. *num.* 77. *&* 78. & Rota *in dicta Brixien. feudi coram Pamph. §. neque obstat.*

Neque D. Marchionissam ab huius feudi consequutione repellunt, siue Constitutiones Apostolicæ, siue dispositio Statuti Mantuani, fœminis, masculos præferentis, cum Apo-
19 stolicæ Constitutio futuris † dumtaxat concessionibus prospiciant non autem præteritis, nec feudum hoc anterius consequenter includant, ad text. *in c. de liberatione, §. volentes de offic. deleg. lib.* 6. vbi Gemin. *n.* 2. not. glos. *in c. quamuis in verb. ad decimas de decim.* Felin. *in c. vlt. n.* 3. *de const.* Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 5. Rota *dec.* 319. *n.* 3. *par.* 1. *diu. & in Roman. Saluiani 24. Ianuarij 1650. in §. minus refragantur coram R. P. D. meo Peutingerio.* Statuti verò dispositio, vtpotè laicalis huic feudo ratione Dominij, ac proprietatis Ecclesiæ legem
ɑo † imponere nequit, vt notat Dec. *in c. Ecclesia S. Mariæ n.* 218. *de const.* Imol. *in c. quod Cleric. num.* 4. *de for. comp.* Ruin. *cons.* 185. *n.* 8. *lib.* 1. cum alijs latè deductis *in Rauennat. hæreditatis 5. Iunij 1648. in §. tantùm coram Eminentiss. D. Card. Othobono, & in Romana Domorum 15. Decembris 1649. §. vltim. coram R. P. D. meo Bichio, & in Rauen. bonorum 27. Martij 1651. in §. quia vtpotè Laicale coram R. P. D. meo Cerro.*

Non etiam eamdem Marchionissam excludit obseruantia
21 † pro elicienda masculorum prælatione deducta ex inuestituris spatio annorum 300. & vltrà ipsorum fauore dumtaxat expeditis, nec enim altera de anno 1622. masculos remotiores fœmininis proximioribus præferente tum ex recepta per matrem, atque tutricem D. Marchionissæ Franciscæ pro masculo ipsa licèt tunc existente posthabita, siue ea Testamentaria denique declaratione Aloysij quarti, quod feudum hoc in vim antiquorum inuestiturarum ad solos masculos
22 pertineret cum ipsa obseruantia in materia feudali spectare potissimè soleat, *c.* 1. *§. præterea quid sit inuestitura*, vbi Bart. *vers. item nota*, Ruin. *cons.* 38. *n.* 6. *& cons.* 40. *n.* 11. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 93. *n.* 12. Rot. *dec.* 93. *n.* 59. *par.* 5. *rec.* coram Buratt. *dec.* 206. *num.* 22. Præterquamquod enim ex aduerso non iustificatur fœminas tunc temporis extitisse in pari † gradu 23
cum masculis contrarium præterea conuincitur ex Instrumentis in Sum. Marchionissæ exhibitis *num.* 2. *&* 3. præferentibus feudum hoc delatum fuisse Lauræ, ac Margheritę Marchione Francisco patruele posthabito, illudque per Annam Mariam in concursu Marchionis Iulij pariter patruelis successiuè fuisse consequutam, necnon etiam in † hoc pariter 24
feudo ad exclusionem patrui in fauorem filiæ iudicatum, testatur Paris. *cons.* 13. *num.* 17. *lib.* 1. itaut ex actibus contrarijs allegatis obseruantia destruatur, vt respondit Rota coram 25
Merlino *decis.* 99. *n.* 5. *&* 6. *& dec.* 532. *num.* 22. cum alijs relatis *in Cracouien. Decimarum 20. Martij 1651. §. nec ex altera coram me*, vel difformis inde consurgens d. Marchioni Iulio Cæsari † nequeat suffragari, Alex. *cons.* 6. *lib.* 1. Surd. *cons.* 26
354. *n.* 28. Rot. *dec.* 37. *n.* 36. *par.* 2. *diu.* coram Greg. *dec.* 451. *num.* 1. & coram Burat. *dec.* 229. *num.* 6.

Denique non vrget in contrarium allegata decisio † *in* 27
Mantuana dotis 10. Iunij 1637. coram bo. me. Coccino. Ibi enim feudum hoc negatur hypothecabile, quia portionati, vel saltem misti naturam assumat, non autem simultanea † fœ- 28
minarum admissio denegatur cum masculis, si in pari gradu existant, ac masculorum remotiorum exclusio in concursu fœminæ proximioris, cum à proprietate, vel improprietate feudi † id pendere noscatur ex supra deductis, quod etiam 29
in partionarum, ac hæreditarium diuidi solet, vt pluribus comprobat idem Schrader. *de feud. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 19.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Bononien. Vsusfructus.

Veneris 26. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Maritus, si relinquat vxori vsumfructum suorum bonorum, dato, quod statim mortuo marito, illa conuolet ad secunda vota, an dicatur priuata tali legato. Resolutio est negatiua, nisi id sit dispositum à Testatore, & an ad hoc sufficiant coniecturæ, & quæ non sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructuarius, quando non perdat vsumfructum, non dando cautionem.*

2 *Statutum Bononiæ sub rubr. Ne quis occupet poss. lib. 6. 2. §. Mandantes, quid disponat.*

3 *Maritus, si relinquat vxori vsumfructum bonorum suorum, dato, quod intrat annum nubat, illum perdit.*

4 *Maritus relinquens vsumfructum bonorum vxori ne transeat ad secunda vota, dato d. transitu euanescit vsusfructus.*

5 *Secus verò est dicendum, dicta conditione non adiecta.*

6 *Conditio inducens viduitatem est odiosa, tristis, & contra vtilitatem publicam.*

7 *Viduitatis conditio, non solum non est extendenda, verùm stricto quasi interpretationis freno, est restringenda.*

8 *Maritus relinquens vsumfructum vxori, tunc dato transitu eius ad secunda vota, si constat ex coniecturis maritum in odio habuisse secundas nuptias.*

9 *Verùm dictæ coniecturæ debent esse efficaces, itaut voluntas Testatoris transiuerit in dispositionem, & n.* 10.

11 *Maritus dum valde dilexit vxorem, an ex hoc arguatur, quod voluerit ipsam transire ad secunda vota.*

12 *Vidua dum transit ad secunda vota facit iniuriam priori matrimonio, & contristatur anima defuncti.*

13 *Maritus ex quibus coniecturis dicendum est, quod si cogitasset transitum vxoris ad secunda vota illa prohibuisset.*

14 *Vidua transeundo ad secunda vota, iniuriam quam facit præmortuo marito, est leuis, impropria, etiam ficta, & num.* 15.

16 *Maritus legando vxori vsumfructum, & iubeat cum ea habitare fratrem ipsius mariti, quid ex hoc inferri possit, & num.* 17.

18 *Coniecturæ sunt sumendæ ex mente Testatoris, & non diuinandum.*
19 *Vidua impunè transit ad secunda vota, & non perdit legatum ei factum à marito, dum ei illius mens non obstat.*
20 *Mulier aliud est, quod sit quadragenaria, & aliud quinquagenaria.*
21 *Casus de raro eueniens, potest dici miraculosus.*
22 *Matrimonij finis, non est solum spes sobolis.*
23 *Mulier, dum est apta generare, potest secundo, tertio, quarto, &c. nubere.*
Mulier mortuo marito, nubat in Domino. Et melius est nubere, quàm vri, &c. secundùm Apostolum, num. 24.
24 *Æquitas Canonica magis facilitauit secundas nuptias, quàm Ius Ciuile.*
25 *Positiones, vt habeant vim confessionis, præsertim est seruanda forma, cap. 1. de confess.*
26 *Leg. hac edictali, C. de secund. nupt. dispositio non solum intrat, quando fuit relicta proprietas bonorum, sed etiam vsusfructus.*
27 *Leg. hac edictali, C. de secund. nupt. in quibus terminis procedat, num. 28.*
29 *Proprietas aliud est, aliud vsusfructus.*
30 *In l. hæreditatum 68. C. ad leg. Falcid. dispositione, quando possit dici erratum, & num. 31.*
31 *Glos. in l. hæreditatum, C. ad leg. Falcid. refutatur.*

DECISIO XCV.

SEntentia ab Auditore Generali Bononiæ lata declarans
Apolloniam cecidisse à commodo vsusfructus vnius domus
positæ in loco Cartholariæ, Prædij, & domus existentis
in communi S. Raphaelis cum mobilibus in illis existentibus,
ac crediti libr. 10. mil. debiti à Ludouico Giouagnono sibi à
q. Iosepho primo viro relicti fuit per alteram Rotalem præ-
uijs duabus decisionibus *sub diebus 20. Iunij 1650. & eiusdem
mens. 1651. coram Reuerendiss. Tarraconen. editis*, reuocata,
& successiuè ob non interpositam infra decem dies appella-
tionem R.P.D. meus Bichius illius Iudex decisione super re
iudicata pariter præcedente mandatum pro executione d.
Rotalis sententiæ, & restitutione dd. librarum 10. mil. con-
tra Angelam decreuit, quod decretum vti validum, & io-
stum, hodie Domini confirmandum esse responderunt. Quia
1 vera est conclusio, † quod vsusfructuarius non amittit vsum-
fructum, quando possidet bona super quibus illud ei debe-
tur, quamuis non dederit satisdationem requisitam ea dis-
positione *l. si vsusfructus legatus 16. in princ. ff. de vsufructu
legat.* Abbas *in c. cum constet d. n. 7. de pignor.* Ruin. *cons. 43.
num. 2. in fin. cons. 91. n. 9. lib. 2. & cons. 88. eod. n. 9. lib. 5.* Ca-
ual. *com. opin. qu.* 108. *n.* 10. Thes. *dec.* 80. *num.* 3. Cæsar. Barz.
dec. 74. num. 50. & 53. Rota *des. 259. num. 1. & 112. part. 7.
rec.* alijque allegati *in prædict. Reuerendissimi Tarraconen.
decisionibus*, vbi etiam abundè satisfit obiecto alias exaduer-
2 so excitato ex Statuto Bononien. † eamdem cautionem
requirente *in §. mandantes lib. 2. sub rubr. ita ne quis occupet
possessionem.*

Nec visa sunt obstare duo, quæ per Informantes pro An-
gela contra iustitiam dicti Decreti modò objciebantur. Et
3 primum, quod cum Apollonia † vsufructuaria à viro relicta
intra annum luctus secundas contraxerit nuptias omni com-
modo bonorum priuata remansit, & Angelæ filiæ, & Testa-
toris hæredi pleno Iure acquisita fuere, per text. *in l. fœmina,
C. de secund. nupt. §. si vero expectet, Auth. de nupt.* Bart. *in l.
liberum 12. num. 2. ff. de his qui notatur infam.* Bero. *cons. 38.
num. 2. libr. 2.* Marchabr. ab Anquill. *cons. 109. num. 48.* Quo-
4 niam id solummodò procedit vbi † maritus vsumfructum
vxori reliquit sub conditione, ne ad secunda vota transeat,
secus verò quotiescumque, vt hic de eis in legato nullam fe-
cit mentionem, hoc enim casu videtur remisisse pœnas in-
5 ductas per legem in odium † vxoris secundò nubentis, illique
legatum præstari debet, etiam si secundùm matrimonium
contraxerit, vt firmatur *in prima decisione Reuerend. Tarra-
conen. §. denique non efficit*, & apertè decidit text. *in auth. hoc
locum*, ibique glo1. *in figuratione casus*, & Bart. *l. si sec. nupt.
mul. & in auth. de nupt. §. si vero,* Franc. Aretin. *cons. 40. num.
2. in fine vers. circa 2.* Natt. *cons. 463. num. 7. & 12.* Surd. *cons.
472. n. 38. vers. relictum,* Cephal. *cons. 500. num. 14.* Sanch. *de
matr. lib. 7. disp. 91. num. 12.* Surd. *de alim. tit. 7. quæst. 23. num.
6. cum seqq.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 6. num.
21.* Cyriac. *contr. 43. num. 49.* quod eo magis confirmatur,
† quia conditio inducens viduitatem est odiosa tristis, & 6
contra publicam vtilitatem, ideòque non solùm non est ex-
tendenda, sed quantùm † fieri potest debet restringi, *l. cum 7
ita 62. & l. hoc modo 63. ff. de cond. & demonstr. l. vnica, C. si 2.
nupt. mul.* Bero. *cons. 31. num. 5. & 6. lib. 2.* Merot. *cons. 27. num.
24. vers. postrem.* Cyriac. *vbi supra num. 62. & 63.*

Non obstat, quod à supradicta sententia recedimr vbi per
coniecturas, & signa constat maritum secundas nuptias
† odio habuisse, prout in terminis videtur consuluisse, Soc- 8
cin. sen. *in cons. 56. sub num. 4. vers. sed præmissis non obstanti-
bus lib. 3.* quia † coniecturæ debent esse efficaces, & tales, vt 9
ex eis voluntas viri transeat in dispositionem, † & deprehen- 10
datur legem continentiæ fuisse vxori impositum, ad text. *in l.
quidam cum filium 46. ff. de hæredibus inst.* & in puncto decla-
rando Socc. *in d. cons. 56.* tradit Paris. *cons. 95. n. 24. & 25. lib. 2.*

Huiusmodi autem non sunt coniecturæ pro Angela pon-
deratæ, & facilè euaduntur, nam prima de maxima prædi-
lectione Iosephi viri erga ipsam Giouagnonam vxorem de-
sumptam ea moltiplicitate legatorum, † quia ex eo, quod 11
sępè in Testamento suam denominauit vxorem etiam in dis-
positionibus respicientibus post † mortem, ex quo infertur, 12
quod per transitum ad secunda vota maxima iniuria illata
fuit mortuo marito, vt eius anima contristetur, Peregr. *cons.
155. sub num. 40. vers. præcipuè lib. 5.* verisimiliter enim ad il-
lius fauorem ita ipse non disposuisset, nec censendum est tot
† beneficijs etiam post mortem prosequutum eam fuisse si 13
cogitasset, quod sibi honestatem non seruaret conuolando
ad secundas nuptias, † vt arguit Soccin. *in d. cons. 56. num. 5.* 14
Parui momenti à Doctoribus existimatur, quia talis iniuria
leuis est impropria, & ficta, ob quam propterea legatum
simpliciter vxori factum † adimi non potest, vt respondet 15
Cephal. *cons. 500. num. 48. vers. nec obstat eorum ratio*, Me-
noch. *cons. 494. num. 19.*

Alteram deductam ex præcepto, quod vxor retinere de-
beret in domo † ipsius Testatoris Ludouicum fratrem non 16
applicari, Domini dicebant, quia tale præceptum non respi-
cit fauorem vxoris, vt ipsa cum supposito ne transiret ad se-
cunda vota cum dicto Ludouico in domo moraretur, vt ab
illo defenderetur, & seruitutem reciperet, † in quibus ter- 17
minis hanc coniecturam obseruat Soccin. *in cons. 56. num. 6.*
sed ita dispositum fuit à Testatore intuitu, & fauore princi-
paliter eiusdem Ludouici, vt scilicet subleuaretur à solutio- 18
ne pensionis domus, & facilius posset debitum libr. mil. illi
persoluere, vt desumitur ex illis verbis, ibi, *Con questo però,
che habbia à tenere in casa tanto di Bologna, quanto di Camal-
do il Sig. Lodouico Giouagnoni gratis senza grauezza di pagare
sorte alcuna d'affitto, o pigione, &c.* Vnde vxor potuit impunè
ad secundas † nuptias transire, cùm hoc non præstet sufficiens 19
argumentum desideratæ viduitatis, *l. sed si hoc 61. §. fin. in fine
de condit. & demonstr.* Bald. *cons. 153. num. 3. vers. modo in
casu nostro lib. 5.* Natta *cons. 570. num. 14.* Modern. Mantuan.
dicta controu. 43. num. 87.

Illa demum, quæ deducebatur ex ætate 40. annorum Ap-
polloniæ minus concludebat ad arguendum de intentione
viri † fuisse, vt vidua remaneret, quia vltra quod Soccin. *in* 20
citat. cons. 56. num. 6. vers. præterea lib. 3. loquitur in muliere
quinquagenaria, & sentere cuius pacto tamquam raro
† euenientem mirabilem appellat, *lex si maior 12. C. de legi- 21
tim. hæredibus*, matrimonium nedum ad solius † sobolis fi- 22
nem, & quando adest in muliere potentia generandi per-
mittitur, verùm etiam ne vratur secundo, tertio, & quarto
loco potest illud contrahere cùm ex † dicto Apostoli, *Mu- 23
lier mortuo marito, nubat in Domino, Meliusque sit nubere,
quàm vri,* Scap. *iur. non script. vltim. voluntat. lib. 6. cap. 9.* Ex
qua etiam ratione æquitas Canonica magis facilitauit se- 24
cundas † nuptias quam rigor Iuris Ciuilis, in cuius foro tali
æquitati statur cessante mandato viri prohibentis secunda
vota, per id quod habetur *in cap. penultim. & c. final. extra de
secundis nuptijs*, & notat Cephal. *dict. cons. 500. num. 48. &
seq.* Boer. *decis. 186. num. 2.*

Nec prohibitio conuolandi ad secundas nuptias elici pos-
se dicebatur ex positionibus pro parte Angelæ datis, & ha-
bitis pro confessatis, quia Rota hanc † fictam confessionem 25
non admittit, vbi præsertim seruata non est forma, *cap. 2.
de confess. in 6.* vt pluribus cumulatis decisionibus respondit
prima decisio Reuerendiss. Tarraconen. *§. finali.*

Secundò verò obiectum desumptum ex dispositione *l.
hac edictali, C. de sec. nuptijs*, cessare quoque visum fuit, quia
licèt procedat non solum quando relicta est bonorum pro-
prietas, sed etiam si fuit legatus † solus vsusfructus facta 26
tamen

tamen illius extimationē, iuxta *legem hæreditatum* 68. *C. ad l. falcidiam*, vt dixerunt Bertrand. *in d. l. hac edictali num.* 14. *vers. item*, Crauet. *cons.* 194. *n.* 4. Marchabr. ab Anquillo *cons.* 75. *num.* 1. Laderc. *cons.* 147. *n.* 2. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *dec.* 4. *n.* 33. *& seqq.* & alijs allegatis fuit decisum *in Romana Successionis* 18. *Maij* 1646. *§. receptum, &* 15. *Martij* 1647. *coram Eminentiss. Card. Corrado in Bonon. successionis* 3. *Martij* 1651. *coram R. P. D. meo Cerro confirmata* 5. *Maij coram R. P. D. meo Meltio*, intelligi tamen debet, si hæreditas, & dd. bonorum proprietas reliquitur, & applicatur filijs se-
27 cundi matrimonij, vel alicui † alteri tertiæ personæ penitus exclusis filijs prioris coniugij, quod nullo modo licèt coniugi ad secunda vota transeunti filijque prædictis contra talem dispositionem beneficio dictæ legis valent, vti Bero. *cons.* 40. *num.* 11. *lib.* 2. Fontanell. *vbi supra n.* 1. Franch. *dec.* 435. *n.* 1. & in istis terminis loquuntur omnes supracitatæ decisiones. In occurrenti autem casu Angela ex priori matrimonio Iosephi cum Apollonia nata scripta fuit vniuersalis hæres tam in integra proprietate bonorum, quàm in vsufructu illarum rerum, quarum fructus in relicto Apolloniæ facto non erant
28 comprehensi, vnde dispositio d. legis, quod Vioticus, & Nouerca sint contenti illa portione, quæ minor sit ex relictis primi matrimonij liberis extendi non potest ad præsentem facti speciem minusque verificari ad effectum ad quem ad-
28 ducitur cum longè plus † eatimetur proprietas, quam vsusfructus, *C. precari* 12. *qu.* 2. *d. l. hæreditatum ad l. falcid.* Rota *in Bonon. de Monterentijs* 17. *Aprilis* 1617. *cor. bo. me. Seleuc.*

Neque releuat, quod facta computatione secundùm *d. l. hæreditatum*, Appollonia posset longius viuere quam computatum sit, & sic consequatur plusquam sit eatimatum, quia omisso, quod calculum exaduerso suppositum erro-
30 neum † esse probabant scribentes pro Apollonia, & cessan-
31 te *l. hac edictali* dispositione ea dictis corruit etiam † calculus cum illa potuerit statim mori id non irritar, quod factum est, nec est quoad Angela possit conqueri si vnus casus
32 euenir, & poterat alter æquè succedere teiecta † opinione Accursij in *d. l. hæreditatum* verò triginta annorum, & antiquorum Doctorum, qui putarunt faciendam esse tunc aliam computationem, tenent Crauett. *d. cons.* 194. *num.* 6. *&* 7. Surd. *de aliment. tit.* 9. *qu.* 11. *num.* 28. & cæteri quos citat Fontanell. *de pact. nupt. loco superius alleg. num.* 37.

… vtraque, &c.

Decis. … sita emanata in hac eadem causa sub diebus 20. *Iunij* 1650. *& eiusdem mensis sequentis anni* 1651. *coram Reu. Terracinen. & modo Reu. Rauennaten. erunt infrà in Miscell. iuxta seriem temporis.*

REVERENDISSIMO P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononień. Fideicommissi Io. Mariæ de Bologninis.

Veneris 26. *Nouembris* 1655.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus, quando non confecit inuentarium, cùm habeat contra se præsumptionem Iuris, & maximè si constet alienasse aliqua bona hæreditaria, præsumitur sibi satisfecisse de suis detractionibus, quamuis parui valoris, quia sicuti alienauit bona patua, potest etiam esse vt alienauerit bona magni valoris.

SVMMARIVM.

1 *Hæres si omittat conficere inuentarium, & alienet aliqua bona, quid ex hoc inferatur.*
2 *Hæres, dum inuentarium non confecit, habet præsumptionem contra se.*
3 *Et hoc maximè, dum constet fuisse alienata aliqua bona.*
4 *Inuentarium, quod non fuerit confectum per hæredem, benè apperet, dum illud non exhibetur.*
5 *Hæres grauatus, quod alienauerit bona fideicommissaria benè docetur per ipsum Instrumentum venditionis.*
6 *Fides mala hæredis grauati omnibus causam ab eo habentibus nocet.*
8 *Bona fideicommissaria alienari possunt ex causa dotis.*
9 *Bona fideicommissaria tunc possunt alienari ex causa dotis, quando non adsunt bona libera.*
10 *Hæres grauatus, quando tempore aditionis hæreditatis est creditor defuncti, in ipso actu aditionis hæreditatis ipso iure.*
11 *Et absque alio ministerio Iudicis bona defuncti, efficiuntur bona hæredis propria.*
12 *Hæres alienando bona propria, cessat præsumptio consumptionis bonorum hæreditatis.*
13 *Solutio imaginaria quæ fit à Iure, quando hæres creditor defuncti, adit hæreditatem.*
14 *Dicitur intrare ad effectum, vt hæres faciat fructus suos bonorum hæreditariorum.*
15 *Non autem ad effectum, vt dominium eorum bonorum acquirat, & particularia bona hæreditaria possit alienare.*
16 *Hæres, vt possit liberè bona hæreditaria, tamquam propria alienare quid requiratur.*
17 *Adiudicatio bonorum fieri non potest sine facto Iudicis.*
18 *Hæres grauatus alienans bona hæreditaria semper intrat præsumptio consumptionis bonorum.*
19 *Hæres grauatus alienans bona hæreditaria, & de eis non reddens rationem, & inuentarium non confecit.*
Illa bona præsumuntur sufficientia pro suis detractionibus.
20 *Hæres grauatus, qui non confecit inuentarium, distrahendo bona si sint parui valoris quid ex hoc non inferatur.*
21 *Fides mala sine dubio præiudicat ei cui ipse causam dedit.*
22 *Præsumptio vsurpationis bonorum hæreditariorum, ex quo hæres non confecit inuentarium non ita facilè cessat.*
23 *Et maximè si constet de nonnullis alienationibus ab hærede factis.*
24 *Detractiones, quando censeantur consumpta in fructibus.*
25 *Detractiones, quando sunt turbidæ, non possunt impedire immissionem fideicommissarij.*
26 *Hæres grauatus quando non habet beneficium imaginariæ solutionis, nullum ius habet super bonis grauatis.*

DECISIO XCVI.

STeterunt Domini in decisis coram me 4. Februarij, & 26. Iunij 1654. pro exclusione attentatorum.

Omissa enim discussione quantitatis particularium detractionum, solidum Domini existimarunt fundamentum
consumptionis eductæ ex omissione inuentarij, † & aliqui- 1
bus alienationibus quamuis etiam modicæ quantitatis, cum
ea præsumat contra non conficientem † inuentarium alia 2
bona adfuisse in hæreditate, quodque sicut grauatus aliena-
uit ea pauca, de quibus constar, ita etiam alienauerit alia, & 3
quidem magna, de quibus non constat, iuxta sententiam plenè comprobatam *in Perusina bonorum* 30. *Maij* 1650. *coram me*, §. *legitimum verò*, *&* §. *quo verò ad modicitatem*.

Quod autem inuentarium non fuerit confectum non
controuertitur, & probatum apparet, dum à Palmerijs, † & 4
consortibus non exhibetur, vt responsum fuit *in Romana fideicommissi de Capiteferreo* 10. *Martij* 1645. *coram Em. D. Card. Corrado sub* §. *neque turbaret*, *& in d. Perusina bonorum* §. *quod autem coram me*. Alienationes verò in dicta prima decisione firmatur, & signanter non reuocatur in dubium, quod Prædium Granaroli spectaret ad hæreditatem Ioannis Mariæ fideicommittentis, illud verò fuisse ab hæredibus
† grauatis alienatum constat ex Instrumento dotali Victoriæ 5
filiæ Fuluij vnius ex hæredibus grauatis, cui Instrumento in-
terfuit etiam Emilius alter hæres grauatus, cuius † mala fi- 6
des nocet proculdubio Palmerijs, & consortibus ab eo causam habentibus, nec excusatur, ex quo alienatio fuerit fa-
cta pro dote descendentis, & sic ex causa necessaria, † quia 7
cum ex datis *in Sum.* illorum de Bologninis *num.* 9. appareat
Fuluium multa bona libera reliquisse † ex illis debuit dos 9
eius filiæ constitui, non autem ex bonis fideicommissi auiti, † vt alijs relatis responsum fuit *in Bononien. fideicommissi* 5. *Decembris* 1650. *coram R. P. D. meo Celso*, §. *nec refert*, & prius in his terminis *in Fanen. dotis* 4. *Iulij* 1646. *coram me*, §. *vltimo*.

Non obstat, quod hæredes grauati tempore aditionis essent creditores Io. Mariæ ex causa dotium matris, & Auiæ prædefunctarum, & proindè bona alienata per imaginariam
solutionem † in ipso actu quo hæreditatem dicti Io. Mariæ 10

adiuerunt effectam fuerint ipso Iure, & absque aliquo Iudi-
11 cis ministetio eorum propria, *l. si ei ras 41. §. si y, qui ff. de eail.*
Card. Caual. *dec. 367. num. 2. in rec. dec. 198. num. 6. par. 7.* ita
12 vt propterea non hæreditaria, sed propria alienasse † dicao-
tur, & sic oon intret præsumptio dictæ consumptionis.
Quoniam imaginatia solutio suffragatur quidem ad effe-
13 ctum, † vt hæres, pariterque creditor proportionabiliter ad
14 tatam sui crediti faciat fructus suos bonorum † hæreditatis,
vt declarauit Rota *in Camerinen. bonorum 5. May 1636. coram bo. mem. Merlino inter eius impressas dec. 711. num. 10. repetita in recent. decis. 127. eodem num. 10. par. 7.* non autem
15 ad effectum, vt dominium eorumdem † bonorum acquirat,
& particularia corpora hæreditatis possit tanquam propria
16 alienare; Ad hunc † enim effectum requiritur præcedens
17 bonorum adiudicatio, quæ hic deficit, † mediante facto Iu-
dicis, vt egregiè distioguendo responsum fuit *in Florentina donationis, seu Romana Census 31. Martij 1643. coram R. P. meo Peutingerio, §. fin.* post Seraph. *dec. 967. num. 1.* quæ etiam sequuta fuit Rota *in Tudertina redditionis rationis 28. Iunij 1645. coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono, §. quia omissis*, & per consequens semper verum est, quod tempore
18 alienationis † bona eraot hæreditaria Io: Mariæ, & propte-
rea intret adducta consumptio.
Nec vrget, quod detractiones excedant pretium dicti Prę-
19 dij Granaroli. Quia præterquod dantur † etiam alienatio-
nes aliorum corporum, nullaque redditur ratio de mobilibus placuit responsio primæ decisionis *sub §. penult.* nempè
20 quod sufficit etiam quid modicum esse alienatum † cum
exinde præsumatur stante omissione iouentarij tot alia bona insuper distracta fuisse, quæ prætensas detractiooes adæquat; Et quamuis dictum Prædium alienatum fuerit post mortem Fuluij, quia tamen alienationi consensit (vt dictum est) Emilius auctor illorum de Palmerijs, & consortum re-
21 sultat inde † eius mala fides, quæ ipsis ab eo causam haben-
tibus præiudicat, ad text. *in l. Pomponius, §. cum quis*, ibique gloss. & DD. *ff. de diuers. & temp. præscr. sa. me. Gregor. decis. 249. num. 1.* com alijs per Adden. ad Burat. *dec. 505. num. 14.*
Tandem non obstat, quod in transactione inita cum Claris anno 1632. Taddæus Bologninus fassus fuerit detractiones pro quarta parte spectan. ad Emilium ascendere ad libras 45. mil. Tum quia huiusmodi confessio non prodest
22 Palmerijs in dicta transactione non comprehensis, † vt res-
pondetur *in dict. decis. §. fin.* tum quia ad quamcumque summam ascendunt detractiooes nunquam excludunt dictam malam præsumptionem alienationis, & occultationis
23 aliorum bonorum † resultantem ex omissione inuentarij,
& alienationibus etiam modicæ quantitatis: Tum etiam quia à dicto anno 1632. quo fuit inita transactio vsque ad præsens Palmerij, & consortes perceperunt fructus bonorum fideicommissi, qui spatio tot annorum, vel integrali-
24 ter adæquarunt detractiones, vel saltem illarum creditum
adeò illiquidum reddiderunt, vt prorsus inefficax esset ad
25 impedien. executionem sententiæ † immissionis pro fidei-
commissarijs latæ, vt alijs allegatis responsum fuit in hac causa coram R. P. D. meo Celso 2. *May* 1653. §. *in bonis pariter vers. unde attentis*, & in terminis executionis sententiæ sub conditione detractionum, Rota *in Romana nullitatis obligationis* 15. *Decembris* 1614. *&* 6. *Iunij* 1618. *coram bon. mem. Remboldo.* Cùm enim Palmerij non sint
26 hæredes grauati omnes fructus † post purificatum fidei-
commissum ab eis perceptos tenentur in detractiones imputare cum ipsi non gaudeant beneficio imaginatiæ solutionis, & nullum ius habeant in bonis, quæ restituere tenentur statim, ac fuit petitum fideicommissum, vt egregiè distinguendo responsum fuit *in Bonon. fideicommissi de Bonsignoribus 24. Nouembris 1628. coram bon. mem. Merlino inter eius impressas decis. 378. num. 2. 3. & 4.*
Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bonooien. Fideicommissi Bartholomæi de Bologoinis.

Luna 29. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Filio adoptiuo, quando non debeatur legitima in bonis patris adoptantis: & quid si remaneat in potestate patris naturalis, cùm tunc non debeatur in bonis patris adoptantis. Detractiones, quando non impediant fideicommissario petitam immissionem.

SVMMARIVM.

1 *Haredi grauato, quando nulla competat detractio.*
2 *Legitimam nullo modo pratendere valet persona extranea.*
3 *Filio adoptiuo non debetur legitima à patre adoptante, dum filius adoptiuus habet patrem naturalem, & num. 4.*
5 *L. fin. ff. si quid in fraud. patron. quid praseruet adoptatis, & num. 6. & 7.*
8 *Adoptatus filius remanet etiam sub potestate patris naturalis.*
9 *Filius adoptatus, dum est extraneus, potest, vel ab intestato, vel contra voluntatem patris adoptantis, legitimam consequi super eius bonis.*
10 *Pater aliquem in filium adoptans, quando prasumatur, voluisse filium adoptiuum, vt legitimam consequeretur.*
11 *Testator si aliquem grauauit fideicommisso, ergo voluit, vt ille haberet legitimam, non est bona consequentia.*
12 *Detractiones, quod fuerint facta, dum hoc est inconfesso inter partes, non potest amplius locus esse detractioni.*
13 *Heres grauatus, dum fatetur alienasse quadam bona hereditaria, sed non fuisse sufficientia pro suis detractionibus.*
14 *Sane ipse vel alij habentes causam ab eo dictam negatiuam teneantur probare.*
15 *Inuentarium bonorum hereditariorum vt iuuet heredem conficientem, requiritur etiam vt iustificet bona descripta, quoad quantitatem, & valorem.*
Atque etiam reddere rationem de omnibus in eo descriptis.
15 *Immissio fideicommissario quando non possit impediri ob pratensas detractiones.*
16 *Fideicommissario non potest immissio negari in bonis fideicommissarijs, quando detractiones sunt valdè turbida.*
17 *Sententia sunt intelligenda prout de iure.*
18 *Ad bonorum restitutionem, vt quis teneatur, debet probari, quod ei fuerunt consignata, & num. 19.*
20 *Melioramenta, vt impediant immissionem fideicommissario quid sit probandum.*
21 *Solutio legatorum, & æris alieni detractio facienda per heredem grauatum, quando non impediant immissionem fideicommissario.*

DECISIO XCVII.

Etiam in hac causa fideicommissi Bartholomæi signatura mihi rescripsit prout in alia Io. Mariæ cum clausula, *sine praiudicio trium conformium*, io eo, in quo sint conformes, & pari modo etiam quoad istam responsum fuit, non constare de attentatis ex rationibus adductis in decisionibus coram me *aditis super fideicommisso d. Io. Maria 4. February, & 26. Iunij 1654. confirmatis 26. currentis*, & signaoter ex quo Palmerijs, & consortibus nullæ competunt
detractiones, super quibus consistit totalis illorum prętensio. 1
Legitima enim prætensa ex persona Emilij filij adoptiui
Bartholomæi Testatoris frustra petitur, quia cùm † d. Emilius 2
esset extraneus, & tempore adoptionis haberet patrem na-
turalem, sub cuius potestate existebat, vt in facto non con- 3
trouertitur, ab adoptante legitima consequi non poterat,
† *l. cum in adoptiuis, §. sed ne articulum*, ibique gloss. *verbo* 4
tantummodo, C. de adoption. plenè comprobata *in decisione huius causa coram R. P. D. meo Celso 2. May 1653. §. nam in bonis.* Eique non suffragatur Constitutio Diui Pij *in l. fin. ff. quid in fraud. Patron.* † quæ adoptiuis reseruat quartam par- 5
tem bonorum, quæ tempore mortis io hæreditate adoptan-
tis reperiuntur, † quia etiam si in verbis loquatur de ado- 6
ptiuis, procedit tamen, & intelligenda est de solis filijs arro-
gatis, qui transeunt in potestatem adoptantis, † vtpotè sui 7
Iuris tempore arrogatioois, vt optimè declarat gloss. *in d. l. fin. in figurat. casus*, idemque clariùs comprobat text. *in l. si arrogator 22. ff. de adoption.* oon autem de adoptiuis,
prout hic, qui adhuc remanent sub potestate patris † na- 8
turalis, vt benè explicant Guttier. *in repet. §. fui instr. de hered. qualit. & differt. num. 154. & 155.* Peregr. *de fidei-*

deicommiss. art.36. num.41. & 46. Crass. *de success. §. successio ab intestato quæst.21. num.1.* Merlin. *de legit. lib.1. tit.2. qu. 2. num.10. & 15.*
Et quamuis conclusio procedat in extraneo adoptato, qui
9 † vel ab intestato, vel contra voluntatem patris adoptantis
legitimam consequi prætendit super eius bonis, vt tradunt
Gabr. *cons.24. num.6. lib.2.* Peregr. *d. art.36. d. num.3.* & Merlin. *de legit. d. quæst.2. num.16.* secus autem concurrente patris
voluntate, qui decedendo testatus eum instituit, prout hic,
10 hæredem vniuersalem, † quo casu ita eum instituendo voluisse iudicatur ipsum consequi legitimam, & si aliàs ab intestato eam habere non potuisset quamuis eundem fideicom-
11 misso grauauerit, † quia non sequitur, fideicommisso grauauit, ergo noluit legitimam habere, vt egregiè tradit Ias. *in l. precibus sub num.17. circa med. vers. quia miles posset*, ibique
Castr. *num.19. in fin.* & Alex. *num.17. C. de Impuber. & alijs subst.* Rip. *in l. Centurio num.46. & 49. ff. de vulg. & pupil.* alijque plures quos refert, & seq. Surd. *cons.185. num.20. & 21.*
Huiusmodi tamen detractationem vnà cum Trebellianica eidem Emilio debita, & cum partita lib. 5573. quas hære-
12 ditas Bartholomæi debebat Io. Mariæ, † & ab ipso Emilio illius hæredes persolutas fuisse in confesso est inter partes, cen-
13 suerunt Domini, vel præsumi consumpta, † ex quo dictus
Emilius hæres grauatus vltra mobilia magnæ æstimationis,
quam plura corpora fideicommissaria alienauerat, quæ dum
14 allegat non fuisse sufficientia pro detractionibus † tenetur
ipse, vel alij ab eo Causam habentes hanc negatiuam probare, iuxta distinctionem plenè firmatam *in Perusina bonorum 30. Maij 1650. coram me*, quamuis inuentarium confecerit,
15 † quia vt eius beneficio gaudeat, debet vltra iustificare bonorum ibi descriptorum quantitatem, & valorem, & de omnibus integram rationem reddere, vt responsum fuit *in Romana Census 6. Martij 1645. coram R.P.D. meo Peutingerio, §. datur etiam in Tiburtina redditionis rationis 3. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Meltio, §. tamen cum appareat, & in Auenionen. Saluiani 10. Februarij 1651. coram R.P.D. meo Bichio, §. ex ipso vers. præterquod.* Vel in omnem casum ex fructibus
bonorum † fideicommissariorum post motam litem per 30.
annos, & vltrà ab eis indebitè perceptis vltrà alias ab Emilio
viuente exactos creditum dictæ prætensæ legitimæ Trebellianicæ, & solutionis dd. librarum 15573. penitus iustificatum fuisse, vel saltem adeò illiquidum, & inefficax remansis-
16 se, vt eius prætextu nullatenus potuerit Taddæo retardari
immissio, vt respondit Rota *in rec. dec.301. num.18. part.6.* & in allegatis *in d. decis. R.P.D. mei Celsi sub §. in bonis pariter vers. vnde attentis.*
Nihil refragante, quod sententiæ dent immissionem in
17 bonis, & vltrò condemnent ad fructum † restitutionem;
Quia huiusmodi condemnatio intelligenda est prout de Iure, & sic de fructibus qui superérunt vltrà imputandos in
detractiones, vt in similibus terminis decisum fuit *in Bonon. dotis 19. Decembris 1644. §. pen. coram R.P.D. meo Bichio*, cum alijs ferè in puncto allegatis *in Firmana Codicillorum 1. Martij 1649. coram me, §. qui cum legitima.*
Aliæ autem detractationes absolutè reiectæ fuerunt, quo
enim ad bona Ludouici patris Bartholomæi, & si de illorum
existentia constet ex inuentario hæreditatis, non tamen
18 probatur ad manus Emilij † illa peruenisse præter quatuor
corpora eidem Bartholomæo debita pro legitima, & Trebellianica, quæ propterea cadunt sub eius fideicommisso tamquam effecta ipsius proprium patrimonium: solutio scut. 2500. quam Emilius fecit ex causa transactionis quinque
19 Religionibus vocatis ad fideicommissum dicti Ludouici reficienda non est à fideicommissarijs Bartholomæi, in quorum commodum non cessit, arg. text. *in l.2. C. de neg. gest.* Molin. *de Primog. Hisp. l.4. cap.9. num.23. cum seqq.* Peregr. *de fideic. art.40. num.126. in fin.* Asserta melioramenta non
20 probantur ab Emilio, † vt opus est, ad quem effectum non sufficit adesse meliorationes, Castr. *cons.27. à num.4. l.2.* Grat. *discept.193. num.3.* Rota *in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643. coram R.P.D. meo Bichio, §. penult.* Et demum æs alienum, & legata Bartholomæi cum non iustifi-
21 centur ab ipsis, vel ab eorum auctore proprio ære † soluta allegari non possunt, vt docet Bald. *cons.213. num.4. in fin. l.2.* Peregr. *de fideic. art.35. num.9. in fin.* Rota *dec.516. num.2. & 3. par.2. dec.126. num.23. part.7. rec.* coram Caual. *dec.476. num.2.* & coram Burat. *dec.641. num.4.*
Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi.

Veneris 3. Decembris 1655.

A R G V M E N T V M.

Bona aliqua, quando quis constat renunciasse, tunc Iura prohibent, ad illa amplius dari regressum. Et hoc maximè, quando renunciatio fuit amplissima, & effrenata: Intellige tamen si renuncians habuit scientiam rei renunciatæ; renunciatio bonorum, quando fuit facta per viam contractus donationis inter viuos, non potest dici simplex donatio.

S V M M A R I V M.

1 *Bona renunciata perperam quis repetit.*
2 *Renunciatio, an excludatur ex defectu insinuationis.*
3 *in Renunciatione non intrat fideicommissum, nondum purificatum.*
Et maximè, si renuncianti non fuit expositum.
4 *Necessitas insinuationis, non requiritur in renunciatione fideicommissi, nondum purificatum renuncianti.*
5 *Renunciandi voluntas ex amplissimis verbis renunciantis, benè cognoscitur quid in eo veniat.*
6 *Fideicommisso, vt validè dicatur renunciatum, requiritur scientia intellectualis in renunciante.*
7 *Fideicommissi renunciatio inualida esset, dum sola facta fuit mentio tementi, in quo illud comprehensum erat.*
Decisio in causa Romana Donationis 16. Martij 1643. coram bo. mem. Bichio, quo casu loquatur num.7.
8 *Renunciatio, quando est personalis, cessat de medio sublata persona.*
9 *Renunciatio non extenditur ad alias personas in renunciatione non contemplatas.*
10 *Renuncians non præsumitur, voluisse, vt renunciatio ab eo facta extenderetur ad personas non contemplatas, dum prohibuit extensionem num.9. Declara vt num.11.*
12 *Contractus renunciationis aliud est, si fuerit factus, & aliud dum celebratur contractu donationis irreuocabilis inter viuos.*
13 *Donatio inter viuos est contractus suaptè natura perpetuus, & transitorius ad extraneos.*
14 *Donatio inter viuos est transitoria etiam ad extraneos, licèt facta fuerit mentio agnationis.*
15 *in Donatione inter viuos, licèt sit facta mentio agnationis, & ea non fuit vnica causa, seu ratio donationis, quid inferatur, & num.16.*
17 *Renunciatarius vltimus, quando disposuit de bonis donatis, hoc est signum, quod non adest pactum reuersiuum.*
18 *Succedendi ius per viam contractus, vel per viam successionis, non est idem, & num.19.*
20 *Donatio, quando fuit facta sub conditione, si deficiet conditio, illa euanescit.*
21 *Pretium redactum ex bonis feudalibus, an dicatur feudale.*
22 *Litteræ patentes locorum Montium, denotant cuius naturæ illa sint.*
23 *Loca Montium non recipiunt hypothecam, dum sunt liberè tradita, cum liberè transeant in emptorem.*
24 *Pactum reuersiuum in instrumento renunciationis, dum non legitur, censetur omissum.*
25 *Pactum reuersiuum in instrumento renunciationis, non præsumitur.*
26 *Decis.19 part.5. recent. vt intret, debent concurrere eius coniectura.*

D E C I S I O XCVIII.

Fideicommissum ab Henrico Seniore de Vrsinis institutum per obitum Francisci sine filijs in fauorem D. Comitissæ Isabellæ Sororis apertum, Rota decreuerat coram me sub die 21. Iunij 1651. Ac insuper sanxerat Baronum Bullam, nec eidem pariter obesse quin ad fideicommissaria Henrici Senioris bona valeat aspirare, verùm renunciationem fratribus actam ad horum bonorum consecutionem ipsam penitus arcere, hodie Domini responderunt ex dispositione iuris prohibentis † renuncianti ad bona renunciata 1

regressum, de qua in *l. qua itor, §. si venditor, ff. de edil. edict. l. quoties ab omnibus, C. de fideic.* Guttier. *in c. quamuis pactum in verbo dum nuptas de pact. lib. 6.* Menoch. *cons. 10. num. 15.* Aym. *cons. 24. num. 4.* Surd. *dec. 51. num. 11.* Rota *decis. 125. num. 16. par. 5. & dec. 687. num. 10. par. 1. rec. & in Ariminen. successionis 26. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque vis prædictæ renunciationis excluditur, vel quia
2 insinuationis robore destituta fuerit contra † dispositionem
statuti Vrbis *cap. 149. & 150. lib. 1.* vel quia fideicommissum
hoc non comprehendat, dum nondum purificatum, nec ea-
3 positum fuerat † renuncianti, neque dispositioni, *l. de his, ff.*
de trans. vlterius derogatum, in ata tradita *in Romana dona-*
tionis 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo Bichio; Nulla enim
4 insinuationis necessitas † vrgebat quoad fideicommissum
non adhuc renuncianti delatum, vt nutat Bald. *in l. illud n.*
11. de Sacr. Eccl. Alex. *in addit. ad Bart. in l. Modestium ff. de*
donat. & maturè discusso articulo responderunt Rot. *dec. 12.*
n. 11. com seq. & dec. 292. n. 20. par. 6. rec. in Romana fideicom-
missi de Coscearis 16. Martij 1648. in §. eoque minus coram
Eminentiss. D. Card. Corrado, & aliæ relatæ per Add. *ad decis.*
Burat. 333. n. 8. illud verò in Instrumento renunciationis in-
clusum eiusdem effrenata, necnon expressa verba præsefe-
runt, videlicet quorumuis fideicommissum purificatorum,
5 ac respectiuè purificandorum, † ex quibus voluntas renun-
ciandi his quoque desumitur, necnon eorundem scientia sal-
tem intellectualis in renunciante, quæ renunciatio suffraga-
6 tur licèt nulla † dispositioni, *l. de his derogatio præcesserit,* se-
cund. Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres nu. 17. ff. de verb. oblig.*
Mart. *cons. 139. n. 24.* Surd. *cons. 267. n. 6. cum seq.* Peregr. *de fi-*
deic. art. 52. n. 2. Grat. *disc. for. c. 346. n. 14. &* 15. Rot. *dec. 598.*
n. 1. & 3. par. 3. rec. & coram Burat. *dec. 658. n. 9. & in Bonon.*
fideic. de Vizzanis 15. Iunij 1643. §. nec refert, & 15. Ianuarij
1644. in §. vltimo coram R. P. D. meo Bichio, & in Cesenat. bo-
norum 15. Maij 1651. in §. sed ex alio quoque coram R. P. D.
meo Albergato. Quicquid dicendum foret si renunciatio so-
lummodò meminisset Testamenti fideicommissum continétis,
7 in quibus terminis procedit, ac loquitur *dec. in Rom. donat. 16.*
Mar. 1643. cor. R. P. D. meo Bichio in contrariũ supra adducta.

Non etiam poterit renunciatio hæc expirata præsumi per
8 obitum fratris sine descendentibus masculis, † quorum fa-
uore dictaaat sub particula, *tantum,* stipulata reputatur per-
sonalis, neque ad alias valet proindè personas non completa-
tas in renunciatione prorogari, siue ea præsumpta volunta-
9 te renuncianiis, siue perspecta etiam renunciationis † natu-
ra extensionem de persona ad personam expressè prohiben-
te, ad trad. per Bald. *cons. 437. num. 2. lib. 1.* Franc. à Ponte
cons. 39. num 1. cum seq. Surd. *cons. 446. n. 16.* Rota *dec. 186. n.*
2. par. 3. rec. & in Rom. fideicom. 22. Iunij 1642. coram R. D. meo
10 *Decano,* siquidem † vrgere posset obiectio, si bonorum cessio
sub titulo solius renunciationis abdicatiuè concepta foret, in
quibus terminis loquuntur auctoritates supra deductæ, secus
11 verò dum titulus † donationis irreuocabilis inter viuos æqui
12 principaliter, ac pluries repertus esse dignoscitur, tum † ex
Instrumenti lectura, tum ex adiecta ibidem subscriptione
Isabellæ, titulum quoque donationis expressè præferente; hic
13 enim suaptè natura † perpetuus, ac transitorius ad extra-
neos, hos pariter non quidem iure comprehensionis admit-
tit, sed transmissionis, ita quod ab vltimo Donatario hære-
des institui possint, vel saltem legitimam causam obtinere,
14 † licèt agnatio in cessionis Instrumento cum taxatiua, *tan-*
tùm, contemplata defecerit, vt ex huius Tribunalis auctori-
tate distinguit Card. Mant. *de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. n.*
20. vbi proindè negat ab hac posse opinione recedi, & res-
ponderunt Rota coram Achill. *decis. vnic. per tot. de donat. fi-*
gnantur num. 6. coram Puteo *dec. 273. num. 7. & 8. lib. 3. & in*
dec. 587. par. 1. rec. num. 1. & 10. vbi nedum meminit allodia-
lium, sed etiam fideicommissi, & in *Casenaten. bonorum 15.*
Maij 1651. coram R. P. D. meo Albergato. Quinimò dum pro
finali causa donationis non vnica ratio agnationis perspecta
15 fuit † à donante, alijs poterit de causa beneuolentiæ, scilicet
16 ac congruæ dotis æquè personaliter † recensitis, donatio ipsa
agnatione licèt extincta substineri, vt aduertit Molin. *de rit.*
nupt. qu. 92. num. 49. & 50. & alijs relatis auctoritatibus res-
ponderunt Rota *in. Arimin. successionis 29. Iunij 1654. § facè-*
lios coram R. P. D. meo Bichio, postquam maximè vltimus re-
nunciatarius de hac bonorum specie expressè disposuit, inde
17 enim pactum reuersiuum excluditur fauore renunciantis,
quidquid dici posset si nulla eorumdem bonorum dispositio
præcesserit, vt notat Bald. *in cons. 437. num. 2. lib. 1.* Aym. *cons.*
289. num. 1. Cancer. *var. resol. par. 3. c. 15. num. 40.* Rot. *dec.*
543. num. 40. & 41. par. 4. rec. & coram bo. me. Merlin. *decis.*
894. num. 6. & in Maceraten. pecuniaria 20. Iunij 1644. §. 1.
com seq. coram Eminentiss. D. Card. Otthebono, & in adductis
Ariminen. successionis coram R. P. D. Bichio, §. in fine.

Et licèt nondum purificato fideicommisso vnde loca
Montium controuersa ex aduerso prætenditur, prouenire è
viuis excesserit vltimus Donatarius, † ac eadem consequen- 18
ter videatur in extraneos perperam transtulisse; Cùm tamen
spes quoque succedendi vigore contractus renunciationis
ipsi competeret, eam proindè potuit ad Nigronos licèt extra-
neos legitimè transmittere, † quod tamen secus esset, si spes 19
successionis ex vltima voluntate foret, iuxt. text. *in l. spem, C.*
de donat. §. ex conditionali instit. de verbor. oblig. Surd. *cons.*
403. num. 2. & 3. Laderch. *cons. 133. num. 3. vers. 2. & idem &*
num. 5. in fin. Beroi. *cons. 107. num. 10. & 11. lib. 2.* Gramm.
dec. 92. n. 2. Rota *in Romana fideicommissi de Marianis 16.*
Martij 1643. §. non obstat com seq. coram R. D. meo Decano.

Neque hæc loca Montium excepta dici poterat in Instru-
mento cessionis, vel vti empta ex pretio feudi ibidem spe-
cialiter reseruat, vel vti fideicommissaria, quæ † extincto do- 20
natore, suaptè natura redeunt ad successiuè vocatos, vel de-
ficiente persona contemplata in donatione reuertuntur ad
donatorem, vt respondit Rota *in Viterbien. Castrorum 19. Iu-*
nij 1628. coram bo. me. Coccino impress. dec. 19. part. 5. rec. Si-
quidem quæstione posthabita, An pretium feudi † dicatur 21
feudale, in qua non desunt vtriusque sententiæ sectatores,
negatur prætereà à fratribus de Nigronis loca Montium ex
pretio feudi esse empta, quinimò dum patentes litteræ † eo- 22
rumdem locorum Montium ab hærede grauato, qui donec
vixerit veri Domini iure perfungitur, vt aduertit Ruin. *cons.*
137. n. 7. & 8. cons. 138. num. 6. & 7. Peregr. *cons. 93. num. 7. &*
8. lib. 1. liberè, & absque vllo onere alterius fauore attergata
fuere, inter bona proindè allodialia recensentur, necnon à 23
quocumque onere hypothecę immunes ex Apostolicis Con-
stitutionibus euasere, & præsertim ex altera san. me. Vrbani
VIII. edita de anno 1639. vt aduertit Grat. *disc. forens. cap.*
630. num. 48. Rota *dec. 77. n. 19. & 20. par. 6. rec. & in Ianuen.*
locorum Montium 21. Iunij 1641. coram bo. me. Card. Hierony-
mo Verospio. Pactum verò reuersiuum, neque in Instrumen-
to renunciationis † legitur appositum, neque præsumitur in 24
dubio reseruatum, vt aduertit † Peregr. *de fideic. art. 51. n.* 25
21. Surd. *dec. 322. num. 66.* cum alijs relatis à Modern. Siculo
tit. de donat. contempl. matrim. tract. 2. discurs. 1. special. 24.
num. 16. Rota *in Romana fideicommissi de Incoronatis 5. No-*
uembris 1639. §. sed prætereà in fine coram bo. me. Pirouano;
Nec proindè poterit D. Comitissæ de cuius solummodò præ-
iudicio, non autem vocatorum successiuè ad fideicommis-
sum † hodie tractatur, suffragari; dum coniecturæ non ad- 26
sunt militantes in causa Viterbien. Castrorum, ex quibus
pactum reuersiuum eiusdem fauore reseruatum valeat pro-
indè præsumi, sed potius causæ concurrunt exclusiuæ re-
gressus. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Pisauren. Hæreditatis.

Veneris 3. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Vsumfructum omnium suorum bonorum, quando Testator alicui reliquerit, casu quo iste faciat fructus suos, licèt non fecerit inuentarium, & non persisteret cautionem de benè vtendo, Testator instituendo quem hæredem vniuersalem in vsufructu suorum bonorum, & alium hæredem proprietarium, si superuixerit vsufructuario, tunc præmortuo proprietario, quid sit dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructuarius rem possidens facit fructus suos, etiam ante cautionem de restituendo, & de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*

2 *Cautio de satisfactione, & confectio inuentarij, in vsufructuario, paria sunt.*

3 *Hæres vsufructuarius amittit fructus, vbi res, in quibus fuit relictus vsusfructus, sunt penes hæredem proprietarium.*

4 *Hæres proprietarius, dum adest hæres vsufructuarius,*

non

non tenetur res in quibus debetur vsusfructus præstare, nec fructus restituere.

Quousque tamen non fuit interpellatus ad hoc, & non fuit præstita cautio, & num.4.

5 *Hæres, quando fuit institutus, pleno iure, & omni meliori modo, intelligitur tam in proprietate, quàm in vsufructu, declara vt hic.*

6 *Concursus non datur cum eo, qui fuit relictus hæres proprietarius, & cum illo, qui fuit relictus hæres vsufructuarius.*

7 *Testator, quando reliquit hæredem vsumfructuarium, & hæredem proprietarium, tunc tantum ad vsumfructuarium pertinet vsusfructus, declara vt num.9.*

8 *Verba*, pleno iure, *solent ampliare dispositionem.*

10 *Testator instituendo aliquem hæredem vsufructuarium, quando censeatur intellexisse de vniuerso vsufructu.*

11 *Vsusfructus an alicui totaliter fuerit relictus, id dependet à volontate relinquentis.*

12 *Proprietas, & vsusfructus cum sint res diuersæ speciei non datur inter eas concursus.*

13 *Clausula*, omni meliori modo, *est magnæ virtutis, & ipsa æquipollet verbis*, pleno iure.

14 *Clausula*, omni meliori modo, *licèt eius virtus sit magna, non tamen potest inducere concursum inter proprietatem, & vsumfructum.*

Singula singulis referenda sunt, num.13.

15 *Fundus, quando alicui est legatum, & alteri vsusfructus eiusdem fundi, & tunc inter eos datur concursus, & quare.*

16 *Nomen*, fundi, *non potest verificari sine vsufructu.*

17 *Legatum quando factum est de vna, eademque re duobus, tunc inter eos necessariò datur concursus.*

18 *Testatoris mens, quod fuerit instituere aliquem in vniuersa proprietate bonorum, deprehenditur ex tota serie Testamenti.*

19 *Testator ex quibus deprehendatur, quod hæres habeat solummodo vsumfructum.*

20 *Vsusfructus, qualitates, quæ sint.*

21 *Hæredis institutio, quando fuit facta, eius vita durante, quid importet talis institutio.*

22 *Vsusfructus alicuius rei si alicui fuerit relictus à Testatore, ille poterit de eo disponere ad libitum voluntatis.*

23 *Testatoris mens est attendenda.*

24 *Ius succedendi acquisitum, & delatum potest transferri.*

25 *ad Hæreditatis transmissionem quid sufficiat.*

26 *Hæres proprietarius, quando fuit institutus hæres post mortem vsufructuarij, tunc d. hæres ius delatum, potest transmittere.*

27 *Quod tamen non procederet, si institutio in proprietate, esset conditionalis, quatenus hæres superuixerit vsufructuario.*

28 *Dictio*, Si, *apposita verbo futuri temporis, veluti*, vixerit, *importat expressam conditionem.*

29 *Hæres institutus in proprietate quatenus superuixerit vsufructuario, si ille prædecedat vsufructuario, non fuit hæres, cum defecerit conditio.*

30 *Quare non potuit dictam hæreditatem in alium transmittere.*

Conditio apposita in institutione hæredis, si non purificetur, operatur vt illa non possit transmitti, num.30.

31 *ex Transmissionis capite, quando ad hæreditatem quis aspirare non valeat.*

32 *Hæres institutus conditionaliter, si deficiat conditio non est locus transmissioni hæreditatis.*

33 *Ius hæreditarium, dum non fuit formatum, & in esse suum deductum, cessat spes transmissionis.*

34 *Testator, si aliquem instituit hæredem in vsufructu omnium suorum bonorum, & alium hæredem in proprietate.*

35 *Cum conditione tamen, si superuixerit vsufructuario, tunc dum prædecesserit, hæres vsufructuarius erit in totum hæres.*

36 *Intellectus, quod ex pluribus capitibus reprobatur, respuendus est, & num.37.*

37 *Testamenti totus tenor inspici debet ad Testatoris captandam voluntatem.*

38 *Vsusfructus debet consolidari cum proprietate stante voluntate Testatoris.*

39 *Inuerisimilia enim, quæ sunt, non sunt attendenda.*

40 *Testatoris voluntatem Iudex ex coniecturis ex ipso Testamento habitis, expiscari debet.*

41 *Vsusfructus à Testatore relictus capi debet de manu hæredis.*

42 *Vsusfructus legatus non cedit, nisi adita hæreditate.*

43 *Legatum vsusfructus dum est conditionalis, non cedit conditione non impleta.*

4 *Vsusfructus, quando fuit relictus per viam legati, tunc capi debet per viam legati.*

45 *Vsusfructus per institutionem in hæredem, quando per Testatorem fuit relictus, tunc capi potest propria auctoritate.*

46 *Vsumfructum, si Testator alicui reliquerit, remittendo ei confectionem inuentarij, & penitus liberando eum à confectione inuentarij, quid ex hoc inferatur, num.47.*

48 *Institutio hæredis, quando est conditionalis, & clarè patet tunc perperam adducuntur coniectura, vt appareat pura institutio.*

49 *Verba*, pleno iure, & omni meliori modo, *apposita in institutione hæredis, ad quid sint referenda.*

50 *Verba*, pleno iure, & omni meliori modo, *diuersimodè accipiuntur, secundùm subiectam materiam.*

51 *Conditio, quando fuit restricta ad certum casum, tunc si ille euanuit, expirat actus.*

52 *Hæredem vniuersalem in vsufructu bonorum quando Testator aliquem reliquit cum clausula*, omni meliori modo, *quid ex hoc infertur, num.53.*

53 *Institutus hæres in vsufructu, quando in dubio censeatur institutus in proprietate.*

54 *Coniecturæ, quæ possunt deseruire pro fundanda intentione partis aduersæ, non releuant.*

55 *Testator, non est præsumendum, quod dixerit in Testamento verba superflua.*

56 *Hæredi à se ipso legari non potest.*

57 *Hæredis institutio, quando ex intentione Testatoris dicatur conditionalis.*

58 *ex Testatoris verbis claris benè deprehenditur eius voluntas.*

DECISIO XCIX.

IOan. Baptista in eius Testamento hæredem vsufructuarium omnium bonorum instituit Ludouicum sua vita durante; proprietarios verò Sfortiam Clarium Auunculum si vixerit, sin minus eius filios pleno iure, & omni meliori modo. Clarius mortuo Testatore illius hæreditatem adiuit, & postea Ludouico adhuc viuente decedens sine filijs hæredem fecit Lactantium, cui substituit Iordanum, qui iudicialiter conueniens Ludouicum petijt declarari post illius obitum Io. Baptistæ hæreditatem ad se spectare, eamdemque ad sibi nunc etiam dimittendum cum restitutione medietatis fructuum à die obitus Testatoris perceptorum, ac ad restituendam quoque aliam vsusfructus medietatem à die motæ litis d. Ludouicum ob non præstitam cautionem, & omissam inuentarij confectionem condemnari. Et Iudex iuribus præfato Ludouico reseruatis super medietatis vsusfructus consecutione postquam præfata ad impleuerit in aliquibus iuxta petita sententiam tulit, Rota autem ad quam causa fuit per appellationem deuoluta, hodie contrarium censuit, Iordano scilicet, nihil deberi.

Mota quoad prætensam bonorum dimissionem, & fructuum restitutionem, ex eo quod non conuertebatur quin fuerint semper à Ludouico vsufructuario præfata bona possessa; ideò vt ea modo dimittat, & fructus ex illis perceptos restituat ab hærede proprietario vexari † non potest etiam- 1
si cautionem non præstiterit, ac inuentarium non confecerit. Præsertim vbi vt in proposito casu ex infra dicendis dubitari contingit, quod ad hæc vsusfructuarius non teneatur, Bart. *in l. vxori 24. in fin. ff. de vsufruct. legat.* Bald. *in l. 1. num. 15. C. eod.* Pinell. 2. *par. l. 1. num. 77. & seqq. C. de bon. mater.* Dec. *cons. 607. num. 1. vers. sed præfati*, Natt. *cons. 297. num. 3.* Ruin. *cons. 43. n. 2. in fin. cons. 91. num. 2. lib. 2. & cons. 88. num. 9. lib. 5.* Borgnin. *de vsufr. num. 85. & 90.* Modern. Mantuan. *controuers. 441. num. 42.* Burs. *decis. Bonon. 74. num. 50. & 53.* latè Rota *dec. 259. num. 2. & 3. part. 7. recent. & in Bononien. vsusfructus 20. Iunij 1650. §. quoniam, & 5. Iulij 1651. §. quia, coram R. Archiepiscopo Tarraconen. confirmata 26. Nouembris proximè præteritis coram me*, quæ auctoritates licèt loquantur de † satisdactione, procedunt etiam quando non 2
fuit confectum inuentarium, cùm hæc æquiparentur, vt do-

cer Thesaur. *dec.* 80. *num.* 3. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7.
glos. 3. *par.* 2. *num.* 67. *& duob. seqq.* In eo tantùm casu vsufru-
3 ctuarius amittit † fructus, vbi res in quibus vsusfructus de-
betur, sunt penes hæredem proprietarium, qui non tenetur
4 illas præstare, nec fructus restituere, † nisi postquam fuit ad
dimittendum interpellatus, & per vsufructuarium præstita
cautio, Bart. *in d. l. vxori sub num.* 1. *ff. de vsufr. legat.* Oldofred.
in l. 1. *in fin. vers. sed in* 2. *quæstione de vsufruct.* Imol. *in c. fin. de
pign.* Ruin. *cons.* 202. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Rot. *in ead. dec.* 259. *n.*
3. *& seq. par.* 7. Cuius sententiæ ea adducitur ratio, quia vsu-
fructuarius non est Dominus fructuum, nisi postquam ipse,
vel alius eius nomine percepit, ad text. *in l. si fur.* 14. vbi gloss.
*ver. precipiuntur, ff. de vsufr. l. si vsufructuarius, §. Iulianus ait,
ff. quemadmodum vsufr. amitt.* Gratian. *discept. forens. cap.* 471.
num. 6. Rota *vbi supra num.* 9. coram bo. me. Merlin. *dec.* 165.
num. 5. *&* 6. *& in eadem Bononien. vsusfructus* 20. *Iunij* 1650.
& 5. *Iulij* 1651. *coram Reuerendissimo Tarraconen.*

Neque crediderunt DD. quod adhuc circumscriptis cau-
tionis præstatione, & inuentarij confectione possit Iordanus
medietatem vsusfructus bonorum à die obitus Testatoris
prætendere. Quia Clarius hæres proprietarius, à quo cau-
sam habet fuit pleno iure, & omni meliori modo institutus
5 † cum effectus huius institutionis sit talis, vt non solum in
proprietate, sed in vsufructu quoque intelligatur institutus,
& in illo per concursum faciat partem pro medietate, *l. vlt.
§. similique modo, C. de bon. quæ lib.*

Quia regulariter non datur concursus inter illos, quorum
6 vni † fuit relictus plenus vsusfructus, & alter scriptus vni-
uersalis hæres, tali enim casu totus, & integer vsusfructus
absque aliqua communicatione cum hęrede proprietario ad
7 † vsumfructuarium pertinet, *ff. de vsufr. legat.* Natt. *in d. cons.*
297. *num.* 2. Castrens. *cons.* 218 *num.* 2. *lib.* 1. Gozzad. *cons.* 102.
num. 3. Paris. *cons.* 94. *num.* 3. *&* 97. *num.* 26. *lib.* 2. Ruin. *cons.*
190. *num.* 9. *& tribus seq. lib.* 2. Alea. *cons.* 25. *n.* 15. *lib.* 2. Mant.
de coniect. vlt. vol. lib. 9 *tit.* 6. *num.* 17. Marescot. *var. resol. lib.*
1. *cap* 29. *num.* 59. Rota *decis.* 30. *num.* 1. *part.* 3. *rec.* Et quam-
8 uis verba, *pleno iure*, † soleant ampliare dispositionem, vt in
institutione comprehendatur proprietas insimul, & vsusfru-
ctus, adeò vt quilibet habeat medietatem, vt consuluit Alea.
in cons. 56. *num.* 2. *vers. vnde cum in Testamento lib.* 3. per
text. *in l. si alij* 19. *ff. de vsu, & vsufruct. leg.* quem sequitur
Natt. *in d. cons.* 297. *num.* 2. & plures congesti ab Adden. *ad
decis.* 636. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* Hanc tamen conclusio-
nem receptam esse dicebatur si constat hæredem proprieta-
9 rium † plenè explicitè institutum in omnibus bonis cum ple-
na proprietate, quæ trahat vsumfructum; In casu autem
contingenti Testator nominauit vsufructuarium Ludoui-
cum omnium, & singulorum suorum bonorum mobilium,
stabilium, semouentium, iurium, & actionum, & in separata
oratione proprietarios nulla penitus facta bonorum men-
tione declarauit Clarium, & successiuè filios, ea quo oritur
efficax coniectura d. Testatorem voluisse in nuda propricta-
10 rate illos instituere; Nam prius disponendo de † vniuerso
vsufructu voluit illum à proprietate separare cum loquutus
fuerit per verba totalitatem importantia, *l. si proprietas* 10.
ff. de vsufruct. accresc. Soccin. sen. *consil.* 1. *num.* 14. *&* 15. *lib.*
4. Gozzad. *cons.* 47. *num.* 12. Rota *in citat. decis.* 30. *num.* 2.
& 5. *part.* 3. *recent.* sicque vsusfructus iste ex voluntate dis-
ponentis ita à proprietate diuisus censetur diuersa species
11 † respectu vsufructuarij, vt cum eo non sit locus concursui,
Soccin. sen. *vbi supra num.* 14. *& trib. seqq.* Marescott. *var.
resol. d. cap.* 29. *num.* 63. *&* 64. *lib.* 1.

Clausula autem, *Omni meliori modo*, tametsi eius vir-
12 tus magna sit, & æquipolleat † verbis, *pleno iure*, non
tamen est apta inducere hic concursum proprietarij cum
vsufructuario, quoniam attenta supradicta separatione
13 vsusfructus † clausula præfata non refertur ad substantiam,
nec alterat præcedentem perfectam, sed singula singulis
14 referendo confirmat in suis † terminis ad quod dictum
est de proprietate deducto vsufructo, Ruin. *cons.* 138. *num.*
7. *lib.* 2. Ioseph. Ludou. *decis* 117. *num.* 22. Nicol. Bellon.
cons. 6. *num.* 6. *&* 7. *& seqq.* Rota *dict. decis.* 30. *num.* 6. *vbi
in antecedenti num* 4. respondendo contrarijs ait ex dispo-
sitione *dict. l. si alij* 19. *de vsufruct. leg.* concursum admitti
in legatis particularibus, hoc est vbi legatum fundus vni, &
15 haberi vsusfructus † eiusdem fundi, & hoc ideò est, quia
nomen fundi non potest verificari sine vsufructu, *l. Meuius*
16 66. *§. fundi, ff. leg.* 1. & in re duobus legata necessariò datur
concursus, *l. si pluribus* 44. *ff. de leg.* 1. Ruin. *cons.* 190. *num.*
11. *lib.* 2. Cephal. *in istis præcisis terminis cons.* 716. *per tot. &
præcipuè in princ. & num.* 42. *lib.* 5. Marescott. *loc. cit. num.*
60. *&* 61.

Maior disceptatio posita videbatur in articulo respiciente 17
successionem in vniuersa proprietate bonorum; Quando-
quidem inspecto Testamenti tenore † deprehenditur mens 18
præmia Io. Baptistæ Testatoris volentis Ludouicum in illis
solummodò vsumfructum habere, † vt indicant verba, 19
ibi, *In tutti gli altri suoi beni, mobili, stabili, attioni, e ra-
gioni nomino, e volse che fusse suo herede vsufruttuario il Si-
gnor Ludouico del già Ridolfo Ridolfi sua vita durante*. Ex
hac etenim dispositione resultat huiusmodi sensus, quia ex-
pressè sunt qualitates vsusfructus, quæ in perceptione † fru- 20
ctuum ad commodum fructuarij consistunt, & ad illos in-
stitutionem restringunt, *§. vsusfructus Instit. de vsufruct. le-
gat.* Bellon. *in supracit. cons.* 6. *num.* 4. *& seq.* Cephal. *cons.*
37. *num.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 134. *num.*
15. Rota *decis.* 83. *num.* 3. *vers. & veri par.* 6. *rec.* Præsertim
quia institutio fuit facta, *sua vita durante*, nam & hæc ver-
ba quatenus præfiniunt † tempus legatum restringunt ad 21
vsumfructum, cuius proprium est durare ad vitam, *§. fini-
tur instit. de vsufruct. lib.* Bald. *in l.* 1. *C. de fruct. & lit. expens.*
Bellon. *in d. cons.* 6. *num.* 4. Menoch. *præsumpt.* 133. *num.* 12.
lib. 4. Rota *in Recanaten. manutentionis* 27. *Iunij* 1642 *§. nec
dubitari potest R. P. D. meo Cerro.* Cuius dispositionis effectus
perpenso Ludouicus alteram ea dictis Testatoris hæreditate
vtilitatem reportare, & commodum sentire nequit, quam 22
fructus donec vixerit percipere, & de eis ad libitum dispo-
nere, Dominium verò proprietatis apud Clarium in ea in-
stitutum remanere debuit, qui statim factus fuit hæres, tem-
pusque mortis Ludouici non dicitur appositum ad limitan-
dam institutionem, sed ad deferendum emolumentum com- 23
modi vsusfructus ad finem vitæ illius, nec interim viuens in
d. vsusfructus consecutione posset à proprietario turbari, Pa-
ris. *cons.* 97. *in princ. & num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 245.
num. 4. *lib.* 3. Giouagn. *cons.* 26. *num.* 33. *lib.* 1. Gratian. *disc.
forens. cap.* 628. *num.* 40. Rota *in mox citata Recanaten. ma-
nutentionis, §. nec refert.* Quare potuit Clarius quamuis Lu-
douico prædecesserit rectè hæreditatem adire, & illud ius
† succedendi acquisitum, & delatum, ad tempus tamen 24
obitus Ludouici suspensum ad hæredes transmittere, Bald.
cons. 26. *lib.* 5. Paris. *d. cons.* 97. *num.* 3. *vers. dico, & num.* 6. *&*
7. Honded. *cons.* 14. *lib.* 2. impedimentum namque iuris in
petitione, & exactione aliud non efficit, nisi quod tunc † de- 25
ficit ius in exercitio, remanet tamen ius in habitu, quod suf-
ficit ad transmissionem, *l. si quis filium* 24. *C. de inoffic. te-
stam.* Bald. *in l.* 2. *circa fin. vers. in contrarium, C. de lib. præt.*
Honded. *vbi supra num.* 56. *&* 57. & alij allegati *in d. decis.*
505. *num.* 9. 46. *&* 47. *coram bo. me. Merlino.*

Veruntamen licèt hæc vera sint, & in suis terminis benè
procedant quoties † hæres proprietarius fuit institutus per 26
verba, *post mortem vsufructuarij*, non tamen existimarunt
DD. locum haberi posse in occurrenti casu, in quo institutio
Clarij, & aliorum in proprietate non est ita concepta, sed
conditionaliter legitur vocatus † quatenus vsufructuario so- 27
peruixerit, ibi, *Proprietarij heredi poi nominò, e volse, che
fusse il Sig. Cap. Sforza Clari suo Zio se viuerà, se non gli suoi
figliuoli, &c.* quæ dictio, *si*, iuncta verbo futuri † temporis, 28
vixerit, expressam importat conditionem, *l.* 1. & ibi DD. *ff.
cond. & demonstr. l. qui permisit* 48. *ff. de condic. indeb. l. si Cli-
tio* 22. *ff. quia dies leg. ced.* Castrens. *cons.* 259. *num.* 2. *vers. esto
lib.* 1. Menoch. *cons.* 105. *num.* 38. *&* 75. *vers. si verò Testator,*
Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 5. *num.* 4. Intrigliol. *de sub-
stit. centur. qu.* 88. *num.* 18. Rota *dec.* 505. *num.* 1. *par.* 2. *& dec.*
77. *par.* 7. *rec.* Et operatur vt † Clarius hæreditatem adire 29
non potuerit desieritque esse hæres hoc ipso, quod per eius
prędecessum vsufructuario conditio institutioni adiecta non
fuit purificata, *l. is qui sub conditione* 8. *ff. si quis omiss. caus.*
Castrens. *dec.* 259. *num.* 3. Riminald. ion. *cons.* 87. *num.* 22. Me-
noch. *cons.* 105. *num.* 50. Maor. *de success. legal. par.* 1. *quæst.* 24.
art. 5. *sub num.* 8. *vers. item paria, & n.* 11. Card. Canal. *decis.*
310. *n.* 5. multòque minus potuit præfatam † hæreditatem 30
transferre in Lactantium Iordani auctorem, cum conditio
sub qua fuit relicta impedierit transmissionem, *l. vnic. §. sin
autem, C. de caduc. toll. l. si ex pluribus in fin. ff. de suis, & legit.
her.* glos. *communiter approbata in l.* 1. *C. de his qui ante apert.
tabul. hered. trans.* Rolan. à Val. *cons.* 46. *n.* 5. *lib.* 3. Gozzad.
cons. 29. *n.* 17. Menoch. *d. cons.* 105. *n.* 31. *&* 37. Honded. *cons.*
70. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1. *& cons.* 14. *n.* 69. *lib.* 2. Peregr. *de fi-
deic. art.* 22. *num.* 4. Cancer. *var. res. par.* 3. *cap.* 21. *de transmiss.
num.* 11. *&* 85. Fusar. *de subst. qu.* 488. *n.* 2. *vers. secundus casus*,

Rot.

Rot. decis. 782. num. 1. part. 1. diuers. Is enim ex capite
transmissionis ad successionem aspirare non potest si trans-
31 mittens † cuius personam repræsentat, & à qua asseritur ius
fuisse transmissum sub conditione institutus ante illius
32 euentum præmoriatur, † quia tunc non potuit adire, nec
fuit ei delata hæreditas, aut quæsitum aliquod ius ad effe-
ctum transmittendi, Bald. in l. 2. in fin. C. de lib. præt. & in
cons. 132. vers. item fallit libr. 3. Gozzad. vbi supra, Ruin.
cons. 22. num. 16. lib. 3. post Imol. cons. 8. num. 45. Honded. in
citat. cons. 70. num. 11. & 12. lib. 1. & 14. num. 64. & seq. lib. 2.
Menoch. cons. 105. num. 54. alijsque adduct. in terminis hu-
iusmodi conditionis si superuixerit per Modern. Lucan. in
cons. 87. num. 15. 67. & seq. lib. 2.

33 Hinc ergo sequitur Ludouico vsufructuario super exi-
stenti per ius accrescendi integram hæreditatem fuisse quæ-
34 sitam, & detracta vsusfructus, † & temporis mentione re-
trofingitur quod ab initio is fuerit purè, & absolutè hæres in
35 in vniuerso patrimonio, l. 1. §. si ex fundo, ff. de hered. instit.
Ruin. cons. 54. num. 7. vers. aut conditio defuit, & n. 14. lib. 2.
Menoch. in d. cons. 105. num. 58. & 59. & cons. 273. num. 5.
Facbin. controu. iur. lib. 4. cap. 10. in princip. Fusar. cons. 195.
& 196. num. 11. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 5. sub
num. 1. vers. si vero hæres, Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quæst.
16. num. 449. cum duobus seq. Rota decis. 122. part. 2. recent.
& admittitur in d. decis. 505. num. 1. coram bon. mem. Mer-
lin. repetita in 6. part. recent.

Non subsistit quòd verba (*se viuerà*) referenda sint ad
obitum Io. Baptistæ Testatoris, quasi ille senserit instituere
36 voluisse hæredem proprietarium † Clarium quatenus ipsi
de præsenti superuixerit, non autem Ludouico vsufructua-
rio. Quoniam huiusmodi intellectum improbat tum status
disperatus, in quo tunc Testator reperiebatur ab ipso opti-
mè cognitus, & ab eius successiua morte postera die sequu-
37 ta edoctus; † tum etiam totius Testamenti contextus, nam
cùm antea instituisset Ludouicum in vsufructu sua vita du-
rante, & posteà subiunxerit (*proprietarij, heredi poi no-
minò il Sig. Sforza Clari se viuerà*) patet ad sensum intelle-
38 xisse si ille vixerit, & tempore quod per obitum Ludouici
vsusfructus debebat cum proprietate consolidari, l. antiqui-
tas 14. §. tales, & l. corruptionem 16. §. sed neque, C. de vsu-
fruct. & habit. Gaspar. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 96.
num. 29. lib. 1. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 30. num. 36.
vers. postremo, Rot. in d. Recanaten. manutentionis coram
R. P. D. meo Cerro, § minusque congruit, & §. aut verò. Et
in hanc sententiam plurimum etiam impulit DD. subse-
quens vocatio filiorum Clarij, tunc nec minus vxorati ex
39 † qua inuerisimile detegitur, quod Testator in extremo vitæ
potuis cogitasset quod ille vxorem duceret, filios suscipe-
ret, & morerentur antequam ipse diem clauderet extre-
40 mum; Ex coniecturis enim, seu alijs in † Testamento con-
tentis elicitur voluntas Testatoris, vt in proposito arguunt
Honded. cons. 69. num. 4. & seqq. Menoch. in præcit. cons. 105.
num. 32. Gratian. discept. forens. cap. 216. num. 21. Bellon. de
iur. accresc. cap. 7. quæst. 16. num. 366. Rot. decis. 563. num. 1.
part. 2. recent. & decis. 22. n. 38. part. 6.

Quam intelligentiam non subuertebat ratio adducta
41 quod vsusfructus debeat capi de manu hæredis, l. non est du-
bium 5. C. de legat. l. 1. C. quor. legat. Salicet. in l. 1. C. de vsu-
fruct. Atque vbi statim Clarius non fuisset hæres vsusfru-
ctus omnium bonorum relictus Ludouico non habuisset
42 effectum, † dum legatum vsusfructus non cedit nisi adita
hæreditate, l. vnic. §. in nouissimo, C. de caduc. toll. cùmque
hæreditas pendente conditione non potuisset à Clario adi-
43 ri huiusmodi † vsusfructus legatum non cessisset, & sic inu-
tile Ludouico fuisset, Ias. in l. extraneum cap. 9. num. 5. C. de
hæredit. instit. Menoch. in eod. cons. per viam legati relictum
vsumfructum, sed iure institutionis, quare potuit Ludoui-
44 cus propria auctoritate, & absque ministerio hæredis bona
45 Testatoris accipere, & fructus manu sua percipere † eisque
vti, & frui iuxta doctrinam Bart. in l. ex facto 35. num. 2. in
fin. vers. quid ergo dicemus, ff. de hæred. instit. Ias. in l. non est
dubium num. 4. vers. tertio notabiliter limita C. de legat. quos
pro responsione conclusioni in obiecto firmatæ, citat Me-
noch. d. cons. 105. num. 7. Soccin. iun. cons. 72. num. 6. lib. 2.
Bellon. de iur. accresc. quæst. 16. num. 199. vsque ad 205.

Non obstat, quòd post relictum vsusfructus fauore Lu-
46 douici, & onus ei remissum conficiendi inuentarium, † &
reddendi rationem subsequantur verba, *è se in alcun tempo
mai dalli suoi heredi proprietarij in giuditio, ò fuori, ò pur
dalla ragione alla detta redditione, e confettione d'inuenta-
rio, &c.* Ex quibus præsumitur relictus vsusfructus
tantùm, † in quo solent vsufructuarij à proprietarijs mo- 47
lestari, & hac de causa à Testatoribus fit huiusmodi pro-
hibitio, vt voluerunt Dec. cons. 278. num. 5. & alij con-
gesti per Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 134. num. 17.
Etenim responsum † fuit exindè non posse desumi conclu- 48
dens argumentum, quod Clarius fuerit purè institutus; cùm
etiam sub conditione instituti illa existente valeat molestare
grauatum, vt probant Aym. cons. 820. post med. Riminald.
iun. cons. 620. num. 59. & seq. Fusar. cons. 199. num. 89. vbi
respondet Decio, & cæteris in contrarium allegatis, Castill.
de vsufruct. cap. 30. num. 54.

Nec aliqua vis facienda † est in verbis *Pleno iure, & omni* 49
meliori modo, quæ cùm referantur ad hæreditatem dicitur
pertinere insolidum ad hæredem etiam quod alteri sit lega-
tus vsusfructus, l. mater quæ defuncto 5. vbi Bald. C. ad Ter-
tull. Dec. cons. 468. num. 10. Quandoquidem verba ista va-
rio modo possunt capi secundum subiectam materiam, † & 50
in proposita facti specie non sunt absolutè prolata, sed re-
spectiuè ad institutionem conditionaliter factam, videlicet
si hæres proprietarius superuiuet vsufructuario proprieta-
tatem pleno iure consequatur. At quia prædecessit † nihil 51
prodesse possunt nullumque ius tribuunt tamquam restricta
ad casum superuiuentiæ qui defecit, vt explicat Ruin. cons.
138. num. 7. lib. 2. Menoch. cons. 21. num. 26. Cephal. in d.
cons. 716. num. 42. lib. 5. Rot. decis. 194. num. 92. part. 5. & de-
cis. 129. num. fin. part. 6. recent. Quod magis admittendum
esse dicebatur, quia † Testator in primo Capite dispositio- 52
nis hæredem in vsufructu Ludouicum instituendo vsus fuit
eadem clausula, *omni meliori modo*, quæ hunc operatur
† effectum, vt in dubio censeatur institutus in proprietate, 53
Alciat. respons. 562. num. 3. vers. fortius dico lib. 3. Menoch.
cons. 10. num. 12. lib. 1.

Tandem non visa sunt attendenda, quæ obijciuntur ex
coniecturis prælegatorum, & alijs consideratis pro exclu-
sione Ludouici à consecutione hæreditatis controuersæ;
Quia si esset coniecturis lis dirimenda plures concurrunt,
quæ magis † excludunt intentionem Iordani: Testator 54
enim prælegauit Clario medietatem Bibliothecæ, bona
dotalia Liniæ matris, ac residuum possessionis *della Tomba*,
& prædia posita in *Corte di Pesaro* addito, *da consegnarsi
subito seguita la sua morte*, superflua quidem fuissent talia
† prælegata à se ipso soluenda si purè hæredem † proprie- 56
tarium instituisset contra text. in l. legatum 116. §. 1. ff. de le-
gat. 1. Soccin. iun. cons. 8. num. 26. lib. Surd. decis. 250. num. 3.
Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 29. num. 18. Ideò ex inten-
tione Testatoris † substitutio fuit conditionalis, vt sentiunt 57
Honded. cons. 62. num. 23. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 7.
num. 26. nec fuisset vsus verbis † denotantibus consignatio- 58
nem vt fecit, sed potiùs retentionem, sicut Rota quoque per-
pendit in d. decis. 505. num. 32. coram bon. mem. Merlin.

Et ità bis articulo discusso fuit decisum vtraque parte in-
formante, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sac. Rotæ Decano.

Lunen. Sarzanen. Beneficiorum.

Veneris 3. Decembris 1655.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus de Iure præsumitur hæreditarium, & in tot partes diuiditur, quot sunt hæredes. Iuspatronatus, licèt transitorium sit ad extraneos, non tamen transit ad fideicommissarios, cùm remaneat penes primum grauatum, & quare.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus de Iure præsumitur hereditarium.*
2 *Iuspatronatus, quando est hereditarium, diuiditur in tot partes, quot sunt heredes.*
3 *Litteræ Apostolicæ quando sunt iustificatæ, habent executionem paratam.*
4 *Litteræ Apostolicæ carentes debita iustificatione non gaudent executione parata.*
5 *Testamenti verba non possunt trahi ad substitutionem fideicommissariam dum sunt verba directa.*
6 *Iuspatronatus est transitorium ad heredes extraneos.*

7 Ius-

7 *Iuspatronatus non est transitorium ad fideicommissarios.*

8 *Iuspatronatus, quod non transeat in fideicommissarium, hoc non prouenit ex natura rei, sed ex præsumpta mente testantis.*

9 *Testator præsumitur quod voluerit vt hæres grauatus restituat fideicommissario, bona, quæ afferunt lucrum pecuniarum.*

Non autem ea, quæ solum honorem afferunt, vt est Iuspatronatus.

10 *Iuspatronatus licèt non transeat in fideicommissarium, hoc tamen cessat, quando contraria est mens Testatoris.*

11 *Iuspatronatus potest etiam transire ad fideicommissarios, dummodo forma prima acquisitionis non repugnet.*

12 *Consensus Ordinarij, vt possit Iuspatronatus transire in fideicommissarios, requiritur vt sit expressus.*

13 *Consensus Ordinarij, vt possit transire Iuspatronatus in fideicommissarius præsumitur stante lapsu 30. annorum.*

14 *Consensus Ordinarij circa præsumptum consensum Ordinarij, stante lapsu 30. annorum, est sufficientis facultatis.*

15 *Præceptum Testatoris de adoptando est contra bonos mores.*

16 *Papa sine dubio potest commutare Testantium voluntates.*

17 *Iuspatronatus, quando est hæreditarium, tunc exclusi ab hæreditate non admittuntur ad Iuspatronatus.*

18 *ad Iuspatronatus ex propria persona, & independenter vocatus ei non obstat, quidquid alij disposuerint.*

19 *Verba, pro hæredibus, & successoribus quibuscumque intelligenda sunt prout de Iure.*

20 *Interpretatio illa non est admittenda, quæ adimitteret subitaneam repugnantiam, & correctionem.*

DECISIO C.

CVm prouisi fuerint à Sede Apostolica de tribus beneficijs controuersis sub inuocatione B. MARIÆ Virginis, S. Nicolai, & S. Luciæ primo loco Ioan. Antonius Contardus Griffus tanquam præsentatus à medietate Patronorum, & deindè Io. Franciscus Promontorius, sub conditione, Dummodò maioris partis Patronorum accedat assensus; proposui dubium, An, & quæ litteræ Apostolicæ sint exequendæ, & ad fauorem Promontorij prodijt resolutio.

Existentia enim Iurispatronatus Laicalis, Clericatus ipsius Promontorij, & valor per non excessum narratus in ducatis centum auri de Camera plenè iustificantur, & à collitigante non reuocantur in dubium, sed difficultas restricta fuit ad qualitatem præsentationis ab vtroque obtentæ, An d. Contardus à medietate, vel potiùs Promontorius à maiori parte Patronorum legitimè sit præsentatus, quod pendet à sequentibus.

Etenim Iuspatronatus controuersum prouenit ab Augustino Griffo, qui reliquerat quinque filios, nempè Nicolaum, Ioannem Antonium, Barnabam, Hieronymum,
1 & Fedrianum, cùmque † d. Iuspatronatus sit hæreditarium,
vt etiam in dubio præsumitur *Clem. plures de Iurepatron.*
Calder. *cons.4. eodem tit.* Boratt. *decis.183. num.1.* diuisum
2 remansit in quinque voces quot † erant d. eius filij, & hæredes iuxta celebre *cons.* Anchar. 355. *sub num.1. vers. in contrarium est veritas.*

Vox Fedriani mortua Lepidia ab intestato deuenit in Felicitam, Vracchinam, Catharinam, & Mariam eius filias, & hæredes; Felicita verò Monasterium ingrediens renonciauit omnia eius bona suis sororibus, Vracchina consimilem renunciationem fecit ad fauorem Nicolai, Io. Antonij, Barnabæ, & Hieronymi eius Patruorum; Cùmque Maria susceperit duas filias, nempè Claram, & Annam, hæredem vniuersalem sibi instituit Claram, Catharina verò scripsit sibi hæredem dictam Annam filiam præfatæ Mariæ eius Sororis.

Vox Nicolai deuenit in Franciscum Griffum filium adoptiuum d. Catharinæ. Quandoquidem ipse Nicolaus anno 1581. instituit hæredes vniuersales Io. Antonium, Barnabam, & Hieronymum fratres, illisque facultatem tribuit casu quo non haberent filios masculos legitimos, & naturales adoptandi vnum filium masculum pro sustinenda domo sua de Griffis, ad quem spectaret d. Iuspatronatus, sed dicti hæredes anno 1607. obtinuerunt à san. mem. Paulo V. commutationem d. voluntatis, vt loco d. adoptionis succederet in vniuersa hæreditate dicti Nicolai prædicta Catharina eorum neptis, cui insuper facultatem concessit nominandi vnum masculum pro successore in dicta hæreditate, prout illius vigore actualiter nominauit d. Franciscum Griffum eius filium adoptiuum.

Voces denique Io. Antonij, Barnabæ, & Hieronymi deuenerunt in supradictam Mariam, & subindè ipsa defuncta in prædictas Claram, & Annam eius filias vigore donationis ab ijsdem facta anno 1604. ad fauorem eiusdem Mariæ, & successiuè ad fauorem eius filiorum masculorum, & in defectum masculorum ad fauorem eius filiarum fœminarum.

Patet igitur ex hac serie facti, quòd ex prædictis quinque vocibus filiorum Augustini à quo prouenit Iuspatronatus controuersum, Franciscus filius adoptiuus Catharinæ habet vnam vocem, quæ spectabat ad Nicolaum, nec non quartam partem dictæ tertiæ partis vocis Fedriani per Vracchinam renunciatæ quatuor suis Patruis.

Anna filia Mariæ vigore d. donationis habet vnam vocem cum dimidia illarum trium spectan. ad Io. Antonium, Barnabam, & Hieronymum, necnon vigore eiusdem donationis habet etiam quartam partem cum dimidia tertiæ partis vocis Fedriani renunciatæ per Vracchinam eius Patruis, & habet insuper aliam tertiam d. vocis Fedriani tamquam hæres Catharinæ.

Clara verò altera filia eiusdem Mariæ vigore eiusdem donationis habet aliam vocem cum dimidia earumdem trium vocum Ioan. Antonij, Barnabæ, & Hieronymi, atque consimilem quartam partem cum dimidia dictæ tertiæ partis vocis Fedriani renunciatæ per Vracchinam, necnon tamquam hæres Mariæ habet aliam tertiam partem eiusdem Fedriani.

Vnde cùm Promontorius præsentatus fuerit à dicto Francisco filio adoptiui d. Catharinæ, & ab Anna filia d. Mariæ
eius Summ. num. a. Contardus verò præsentatus fuerit à sola
Clara, iustificatum remanet Promontorium esse præsenta-
tum à maiori parte Patronorum, è contra verò Contar-
dum non habere præsentationem medietatis illorum, & sic
litteræ Promontorij † tamquam iustificatæ sunt exequendæ, 3
cap. si quando de rescript. cap. si capitulo ibique gloss. in verb.
exequatur de præbend. in 6. Contardi verò tanquam caren-
tes † debita iustificatione non merentur executionem, *iuxt.* 4
cap. a. de rescript.

Non obstat, quòd d. Franciscus filius adoptiuus ex dicta
dispositione Nicolai vocatus fuerit per fideicommissariam;
quia præterquod verba Testamenti potiùs † importare vi- 5
dentur successionem directam, ibi, *il quale succeda in detta*
hæredità, &c. ibi, *ma sia per quell'herede maschio, che fa-*
ranno i miei fratelli per sostentare la casa mia, licèt Iuspa-
tronatus quamuis transitorium ad hæredes extraneos † re- 6
gulariter non transeat ad fideicommissarium, sed restituta
hæreditate remaneat penes hæredem directum, eiusque
† successores, Lambert. *de Iurepatr. part.1. lib.9. art.35. n.1.* 7
vers. tamen prædictis. Attamen quia hoc non prouenit ex
natura rei, sed ex præsumpta voluntate Testatoris, qui cen-
setur voluisse restitui † fideicommissario bona, & iura affe- 8
rentia commodum pecuniarum, non autem ea, quæ ad
† solùm honorem pertineat, Couar. *var. resol. lib.2. cap.18.* 9
sub num.8. vers. posteriori, Card. Mantic. *de tacit. lib.4. tit.12.*
num.15. Lotter. *de re benef. lib.2. quæst.11. num.37.* Rota
apud Modern. Pisan. *de Iurepatr. decis.24. num.4.* vbicum-
que prout hic, de voluntate disponentis apparet transferen-
dum in † fideicommissarium etiam Iuspatronatus, vt clarè 10
legitur in Testamento d. Nicolai, ibi, *E voglio che detto*
Iuspatronato vadi all'herede maschio, che constituiranno li su-
detti miei fratelli receditur à dicta regula, nec dubitatur,
quin Iuspatronatus transeat cum fideicommisso, dum
expressè † non repugnat forma primæuæ acquisitionis, Co- 11
uar. *d. cap.18. sub n.8.* Phanucc. *in tract. diu. de inuent. quæst.*
243. num.6. vers. ego autem, Rota *in Florentina Capellania*
29. Maij 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano in rec.
decis.542. ante num.13. vers. non obstat part.5. in Ariminen.
Iurispatronatus 16. Nouembris 1635. coram bon. mem. Pirouano, in Bonon. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1640. §. nam licèt cum seqq. & in Maioricen. beneficij 24. Iunij 1648. §. fina
ipsius coram R.P. D. meo Bichio, consensus autem † Ordi- 12
narij

natij omninò necessarius quando Iuspatronatus nominatim, & personaliter transfertur in fideicommissarium, vt in
13 dicta *Florentina Capellan. num. 16.* sufficienter † præsumitur per lapsum 30. annorum Rota coram bon. mem. Coccin. *decis.* 106. *num.* 11. coram Caual. *decis.* 265. *num.* 5. Imò in
14 casu nostro probatur ex sententia Vicarij Sarzanæ, qui † vocem Nicolai Francisco per Catharinam nominan. adiudicauit ann. 1608. *d. Summ. num.* 3. quem habuisse sufficientem facultatem idem lapsus 30. annorum ostendit, vt in terminis respondit Rota *in Landen. Iurispatronatus* 14. *Iun.* 1641. *coram bonæ memoriæ Merlino inter eius impress. decis.* 870. *num.* 9.

Minusve obstat, quòd præceptum de adoptando non
15 † teneat tanquam contra bonos mores, *l. vxorem, §. hæres, ff. de leg.* 3. Gabr. *cons.* 132. *num.* 73. *lib.* 1. Quia satis est, quod hæredes grauati hoc onus acceptauerint, quodque illud etiam Summus Pontifex approbauerit mediatate supradicta
16 † commutatione voluntatis, quod sufficit, vt sustineatur ad text. *in Clement. quia contingit de Religios. Domib. cap. nos quidem de Testam.* Burat. *decis.* 883. *num.* 1.

Nec obstat, quòd Maria communis mater excluserit Annam à sua hæreditate, relicta ei sola legitima, in omnibus
17 verò bonis instituerit Claram, † ideòque ad istam dumtaxat pertinere debeant illæ tres voces Io. Antonij, Barnabæ, & Hieronymi. Quia cùm donatio ab eis specificè facta fuerit non ad solum fauorem Mariæ, sed specialiter etiam ad fauorem eius filiorum masculorum, & in defectu masculorum fauore fœminarum, ibi, *non essendoui figliuoli maschi, succedino le figliuole femine di detta Maria in tutti li nostri beni Patrimoniali, & Iuspatronati.*
18 Vtique tam d. Clara, quàm Anna succedunt in † dd. vocibus ex propria ipsarum persona independenter à Maria prima donataria, *l. lex vectigal.* vbi Bart. Castr. & alij, *ff. de pignor. l. si res* 3. *C. quib. mod. pign. vel hypothec. solu.* Bertrand. *cons.* 176. *num.* 4. *lib.* 3. Gratian. *discept.* 924. *num.* 33. *& cap.* 984. *num.* 22. *cum seq.* Rota *decis.* 127. *num.* 3. 4. *&* 5. *part.* 6. *decis.* 114. *num.* 2. *part.* 7. *& in Romana restitutionis dotis* 30. *Maij* 1653. *coram R.P.D. meo Beuilaqua, §. & in hanc resolutionem, vers. verum etiam iuncto §. seq.* Et quamuis in stipulatione adsint verba pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, attamen intelligenda sunt, vt locum habeant
19 † dumtaxat in defectu filiarum expressè vocatarum ad eui-
20 tandam contrarietatem, † & repugnantiam, quæ aliàs incontinenti resultaret, vt respondit Rot. *in Florentina donationis, seu separationis bonorum* 2. *Decembris* 1650. *coram R. P. D. meo Peutingerio, §. neque ab hoc, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum* 4. *Iunij proximi præteriti coram me, §. non obstat quod in instrumento, vers. vel saltem.* Et quatenus necessarium fuisset, quod filiæ essent etiam hæredes, placuit responsio sufficere, quod per Annam non steterit, quo minus sit hæres matris, vt post Dec. *in cons.* 207. *sub num.* 8. *vers. & hoc confirmatur in his terminis,* tradit Lott. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 48.

Sub ista autem donatione non fuit comprehensa vox Nicolai, quia fuit restricta ad bona propria donatorum, nec poterat illam comprehendere, cùm ex specifica dispositione ex fideicommisso deuoluenda erant ad filium adoptandum, vt supra dictum est, *l. vnum ex familia, §.* 1. *ff. de leg.* 2. *l. si quis, ff. de manumiss.* Surd. *decis.* 93. *num.* 19. *&* 20. Rot. *decis.* 375. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo Papien.

Romana Pecuniaria.

Veneris 3. Decembris 1655.

A R G V M E N T V M.

Obligans se ad inuestiendam quandam pecuniarum summam in tot locis Montium, dum id facere neglexit, ad quid teneatur. Testis paupertas, & vilitas, quando ex hoc non minuatur eius fides, & alia circa materiam probationis Testium.

S V M M A R I V M.

1 *Iustitia causa benè desumitur ex decisionibus in causa factis.*
2 *Restitutionis obligatio benè intrat, dum quis promisit aliquid adimplere; & non fecit.*
3 *Inuestire pecuniam promittens, & non adimplens, tenetur ad interesse, & loco illius ad sortem principalem.*
4 *Mulieri pauperrimæ, & vili, an parum sit, vel nihil deferendum.*
5 *Mulieris vilitas, dum aliundè non prouenit, quam à paupertate, ipsa in malam partem sumi non debet.*
6 *Testis si sit pauper, & non constat an sit mala vel bonæ conditionis, nihilominus in dubio repellendus non est, & num.* 7.
8 *Testis famulus non probat.*
9 *Testis famulus vt non probet, debet esse talis tempore depositionis, secus dum non erat famulus tempore depositionis.*
10 *Testis, vt sit idoneus, attendi debet tempus depositionis.*
11 *Actus facti in domo, benè probantur per Testes domesticos.*
12 *Famuli, & domestici præsumuntur melius informati de his quæ fiunt domi, quàm alij.*
13 *Vnde in similibus terminis plus creditur domesticis, quàm extraneis.*
14 *Testium pauperum depositiones benè coadiuuantur ex depositione aliorum Testium.*
15 *Testis dum est Sacerdos, eius dicta maiorem habent vim, & efficaciam.*
16 *Sacerdotis testimonium habet vim duorum Testium.*
17 *Testium depositiones non parum adminiculantur ex coniecturis.*
18 *pro Probationis fundamento ea, quæ non deseruiunt, non est rigidè in eis inquirendum.*
20 *Epistolam quod quis conscripserit de ordine alicuius, ex quo probetur.*
21 *Contrarietas in Testibus, quando non dicatur adesse.*
22 *Testes non possunt dici ex eo contrarij, quod plus deposuerunt in primo, quàm in secundo examine.*
23 *Testium contrarietates vt euitentur sumenda est omnis interpretatio.*
24 *Testium contrarietates, dum non sunt circa negotium principale, sed circa accessoria, non diminuitur eorum fides.*
25 *Donatarius vniuersalis ad quæ debita donantis teneatur.*
26 *Debita alicuius quando quis sibi accollauit, ad illorum solutionem tenetur.*
27 *Verum illa sunt iustificanda.*
28 Text. in leg. qui Romæ, ff. de verb. obligat. *in quo casu loquatur.*

D E C I S I O CI.

SEntentiam Rotalem per quam condemnatur D. Comes Angelus Ferrettus donatarius vniuersalis quondam Com. Fabritij ad restituenda scut. 1530. Lauræ Amantiæ hodie, quo causa in tertia instantia commissa mihi repetitur, confirmandam esse DD. censuerunt.

Validitas non controuertitur, Iustitia etiam satis clara, &
euidens apparet † ex duabus decisionibus in hac causa ema- 1
natis, quarum vna sub die 26. *Iunij* 1654. *coram R.P.D meo Bichio, altera verò sub die* 21. *Iunij* 1655. *coram R. P. D. meo Beuilaqua,* in quibus firmatum fuit constare de credito prædictæ Lauræ in dd. scut. 1530. ex depositionibus trium Testium concludentium numerationem pecuniæ in dicta summa factam per eandem Lauram d. Comiti Fabritio ad effectum illam erogandi in emptionem tot locorum Mon-
tium, in qua cum deindè d. D. Comes defecerit, † meritò 2
intrat restitutionis obligatio, ad text. *in l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. *de const. pec. l. Stichum, §. naturalis, ff. de solut. l.* 1. *C. de his quæ non Domino,* Alex. *cons.* 67. *num.* 2. *lib.* 2. Et generale est quod
promittens † inuestire, & non adimplens, teneatur ad inte- 3
resse, & loco illius ad sortem principalem, *l. Procuratorem, §. mandati, l. si mandauero* 22. *§. Iulianus in fin. & §. fin. & l. si quis* 27, *§. qui mandatum, ff. mandati, l. ad comparanda C. eodem,* Bald. *in l. si traditio quæst.* 4. *C. de empt.* Ruin. *cons.* 141. *num.* 9. *propè fin. lib.* 1. Riminal. *cons.* 297. *num.* 10. *cum duobus seq. lib.* 2. Cyriac. *controuers.* 165. *num.* 1. *cum duobus seqq.* Rota *decis.* 741. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.*

Non obstant, quæ ad destruendam fidem Testium tam contra illorum personam, quàm contra eorum dicta pro parte D. Comitis Angeli deducuntur: Primò, quòd depo-

sitio-

4 sitioni Claudiæ tanquam Mulieris † pauperrimæ, atque vilis
nihil aut parum sit deferendum, ex congestis in *Bononien.*
fideicommissi de Pepulis 18. Iunij 1655. coram R.P.D. meo Za-
rate. Quia vt benè decisiones huius causæ huiusmodi ob-
5 iecto respondent, cum vilitas † d. mulieris aliundè non
proueniat quam ab ipsa paupertate, intrat recepta iuris
conclusio, vt paupertas nihil detrahat fidei Testis, quando
alias sit persona honesta, & probatæ vitæ, *c. si quis Testium*
8. *& ibi glos.* & Bald. *num. 3. de Testibus, cap. si testes, §. te-*
stium fides 4.9.3. & ibi glos. verb. locuples, Specul. *in tit. de te-*
stibus, §. 1. & vers. item quod est pauper num. 61. Abb. *in cap.*
si hi qui testium num. 8. vers. & nota benè de testibus, Imol. *in*
cap. si qui de testibus, Alex. *cons. 65. in fin. l. 1.* Aym. *cons. 249.*
num. 11. vers. si verò, Rot. *in rec. decis. 503. num. 2. vers. quo*
vero part. 4. quod etiam procederet si constaret quem esse
6 simpliciter pauperem, † & non apparet de bona, vel mala
7 illius conditione, quia adhuc in tali casu † ille non esset re-
pellendus à testimonio, cum paupertas non sit de genere
malorum, vt firmat Specul. *in tit. de testibus §. 1. num. 61.*
vers. item quod est pauper, Ioan. Andr. *in cap. si hi qui de test.*
Aret. *cons. 13. num. 1. col. 9. vers. præterea*, & hoc expedit
Gabr. *de test. conclus. 18. num. 4. vers. 2. amplius*.

Minus diminuitur fides depositionis Claudiæ ex alia ex-
8 ceptione contra eius personam proposita, vt nempè † illa
sit d. Lauræ famula, quidquid sit de tempore primi exami-
nis facti ad perpetuam rei memoriam, dum de tempore
9 † quo iterùm formiter examinata fuit seruitium Lauræ de-
seruerat hoc sufficit, vt fides illi præstanda sit, seruus enim
10 vel domesticus si de tempore depositionis talis esse desinat
idoneus Testis reputatur, iuxta doct. Bald. *in l. 2. vers. sed*
quaero quid C. de test. Felin. *in c. in litteris col. 4. vers. fallit 5.*
de test. Ioan. Andr. *in addit.* ad Specul. *in tit. de test. §. 1. vers.*
quid si olim fuit eius Clericus, Alex. *cons. 5. num. 9. vers. potest*
etiam respondere vol. 1. Ruin. *cons. 36. col. 6. vers. item non*
obstat allegatus famulatus vol. 4. Gabr. *de test. d. conclus. 10.*
num. 9. vers. 4. limita, Farinacc. *de test. quæst. 35. num. 145.*
Mascard. *de probat. conclus. 758. num. 3.* Rota *in Cæsar augu-*
stana distributionum 1. Decembr. 1630. §. vltimo coram bon.
mem. Cardinal. Panzirolo. Vltra quod dum agebatur de
probanda numeratione pecuniæ, illiusque consignatione
11 facta inter parietes priuatos † Testes etiam domestici in
tali casu etiam admittuntur, *leg. consensu §. præterea, C. de re-*
pud. c. veniens in fin. de testib. Abb. *in cap. cum in tua de*
sponsal. & in cap. fin. num. 9. de præscript. Alex. *cons. 64. n. 5.*
vers. primo ex eo quod lib. 1. & cons. 151. col. 2. vers. nec non ad
hoc obstat vol. 5. Soccin. *cons. 17. col. 1. vers. nec obstat vol. 1.*
Federic. de Sen. *cons. 119. num. 4. vers. item ea*, Afflict. *decis.*
304. *num. 20.* & ratio est, quia in his quæ fiunt domi, serui,
12 & domestici possunt medius scire facti veritatem, † quam
alij Bart. *in l. si quando col. fin. vers. qualiter ergo, C. vnde vi*,
Gabr. *de test. d. conclus. 10. num. 40.* Imò in similibus casibus,
13 † magis creditur domesticis, quàm extraneis, secundùm
Bart. *in l. quoties 4. in Summ. in verb. nota ex hoc in princ. C.*
de naufrag. lib. 2. Aret. *cons. 13. num. 17.* cum alijs alleg. per
Gabr. *dict. conclus. 10. num. 38.* Rota *Ianuen. decis. 130. n. 5.*
Grat. *discept. for. cap. 374. num. 6. & seqq.* Mant. *decis. 112.*
num. 4. Comitul. *decis. 125. num. 12.* Buratt. *decis. 665. n. 7.*

Tantòque minus visæ fuerunt attendendæ exceptiones
datæ contra personam, & dicta d. Claudiæ, quia illius de-
14 positio corroboratur ex depositionibus aliorum † duorum
Testium, quorum alter cum fuerit famulus d. Ferretti, alter
15 verò Sacerdos habent illorum dicta maiorem vim, & effi-
caciam, vt notat Menoch. *cons. 92. num. 89. & cons. 457.*
num. 10. Rota *in Romana prætensa restitutionis dotis 15. Ia-*
nuarij 1649. coram R.P.D. meo Peutingerio, & regulariter
16 Sacerdos dicitur habere vim † duorum Testium, Rota *in*
Calaguritana Beneficij della Casa della Reyna 27. Martij
1648. *coram Reuerendissimo Terracinen.*

17 Vlterius pro maiori Testium † corroboratione concur-
runt etiam adminicula duarum Epistolarum, vnius scilicet,
conscriptæ ab eodem Comite Fabritio, alterius verò exara-
18 tæ ab Aduocato Francisco Ferretto † illius fratre, in quibus
huiusmodi creditum enunciatur, Aymon. *cons. 185. num. 13.*
Ofasch. *decis. 58. num. 18.* Surd. *decis. 107. num. 7.* Rota *decis.*
696. part. 4. tom. 3. recent.

Neque releuat, quòd Epistola Co. Ferretti non sit inte-
gra, sitque in parte lacerata, careat die, & subscriptione,
19 † nec constet de nomine cui ea sit directa, quia illa non
datur pro fundamento probationis, sed tantùm pro admi-
niculo prout similiter pro adminiculo datur etiam alia Epi-
stola directa Co. Francisco Mariæ, quæ dubitari non potest
quin à prædicto Francisco Ferretto transmissa fuerit, dum
Franciscus Iannettus, † qui eam conscripsit testatus fuit me- 20
dio iuramento illam scripsisse de ordine, & mandato, ac
ad dictamen ipsius Francisci Ferretti.

Demùm non refragatur prætensa Testium contrarietas
ex eo deducta, quod Testes in examine ad perpetuam rei
memoriam deponant Comitem Fabritium dixisse Lauræ se
soluturum fructus pecuniarum, perindè ac si illæ inuestitæ
essent in tot locis Montium, in secundò verò dicant, quod
idem Comes promisit præcisè assertas pecunias inuestire in
locis Montium, † quia nulla exindè oritur contrarietas ob- 21
statiua. Stat enim insimul, quod Comes à principio obtu-
lerit se promptum ad solutionem fructuum, & deindè eas-
dem pecunias in tot locis Montium inuestire promiserit
prout in secundo examine formiter emanato deponunt Te-
stes, qui non ideò contrarij dicuntur † ex eo quod plus in 22
secundo, quàm in primo examine deposuerint, ad trad. per
Butr. 2. *apposit sub num. 21. de off. deleg.* Alex. *cons. 64. num. 10.*
lib. 2. cum alijs alleg. per decis. R.P.D. mei Bichy §. sed verè ad
med. vt etiam ponderatur, quod Testes in primo examine
affirmant intentionem Lauræ fuisse emendi loca Montium.

Neque huiusmodi germana interpretatio tollitur ex re-
sponsione nuper data pro parte D. Comitis Angeli, quod
scilicet, Testes deponant de vnico actu solutionis, quia
quæstio est de verbis tunc dictis, quæ potuerunt multipli-
cari, & ante actum perfectum diuersimodè proferri,
† omnisque interpretatio capienda est pro contrarietate 23
euitanda, *c. cum fuit cum ibi not. per DD. de testib.* Alex.
cons. 187. num. 9. & seq. lib. 7. Ruin. *cons. 149. num. 29. lib. 5.*
Rimin. iun. *cons. 344. num. 3.* etiam si verba improprianda
essent, & per subauditos intellectus, & per interpretatio-
nem suppletiuam, Farinac. *de testib. quæst. 7. part. 3. num. 317.*
cum seq. Cæs. de Grass. *decis. 5. num. 23. de sponsal. & fuit di-*
ctum in Legion. Canonicatus 14. Maij 1621. coram Manzan.

At remouetur quæcumque difficultas, dum prætensa
Testium varietas versatur dumtaxat circa modum soluendi
fructus de quibus hodie non agitur, † in substantia autem 24
vtrumque examen concordet circa numerationem pecu-
niarum in d. summa scutor. 1530. & hoc sufficit pro iustitia
sententiæ Rotalis condemnantis Co. Angelum Ferrettum
ad restitutionem sortis sine præiudicio fructuum, Natt. *cons.*
96. num. 1. & 2. Farinac. *de testib. quæst. 67. num. 179.* Mant.
decis. 6. num. 6. Adden. ad Buratt. *decis. 42. num. 13. litt. B.*
Rota *decis. 33. num. 17. part. 1. recent. & decis. 248. num. 13.*
coram san. mem. Gregor. XV.

Irreleuans pariter visa fuit prætensio reformationis sen-
tentiæ, eo sub prætextu quod cum Co. Angelus non sit hæ-
res, sed tantùm donatarius Com. Fabritij, ideò non potue-
rit simpliciter contra ipsum relaxari mandatum pro restitu-
tione dd. scutorum 1530. sed limitatiuè tantùm pro rata rei
donatæ, quia DD. transierunt cum responsione iam data
in decisione *R. P. D. mei Bichi sub §. fin.* quod nempè d. Co.
Angelus nedum sit donatarius vniuersalis Co. Fabritij, quo-
nam † tenetur ad solutionem debitorum ante donationem 25
per eum contractorum, *iuxta decis.* Duran. 348. *num. 3. cum*
seq. sed etiam quia eadem debita in donatione sibi accolla-
uit, vndè, & vigore huius particularis obligationis ad † illo- 26
rum solutionem tenetur, Rota coram Merlino *decis. 543.*
num. 1. & 3.

Nihil obstat, quòd accollatio ea caueat de debitis domus,
& familiæ, nam & sub istorum nomine veniunt debita
personæ quæ solui debent ab administrante Patrimonium,
l. vlt. §. Patrimoniorum sunt munera, ff. de muner. & honor.

Demum non obstat, quòd istud controuersum debitum,
ex quo non fuit iustificatum in vita debitoris, ideò † non 27
censeatur in accollatione comprehensum per text. *in l. qui*
Romæ §. Angerius, ff. de verb. oblig. quia d. text. loquitur in
fideiussore se obligante sub conditione, vt in illis verbis,
Quidquid Patrem suum Publio Menio debere constitisset, &
ita non est casui nostro applicabilis, in quo donatarius debi-
ta donantis simpliciter, & absque vlla conditione siue re-
strictione † in se accollauit, illaque soluere promisit ad trad. 28
per Duran. *decis. 424. num. 6.* vbi plures alias limitationes,
tradit d. textui, Roman. *cons. 502. num. 3. vers. at vbi quis pro-*
mittit. Et ita vtraque parte, &c.

Decisiones istæ duæ emanatæ in hac eadem causa sub diebus
26. Iunij 1654. coram bo. mem. Bichio, & 2. Iunij 1655. coram R.
P.D. Beuilaqua, erunt in Miscellan.

R.P.D.

R. P. D. ZARATE.

Natnieñ. Iuris decimandi.

Veneris 3. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Æqualitas inter partes est admittenda, vt probationes pro vtraque parte admittantur pro iustificandis eorum intentionibus, & exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Tribunalia suprema solita sunt seruare aquitatem, de qua in l. non debet, ff. de reg. iur.*
2 *Colligantibus facultas æquè indulgetur intentiones, vel exceptiones suas probandi.*
3 *Confines intra quos durat Ius decimandi, est admittenda probatio.*
4 *Decimæ aliæ sunt prædiales, aliæ Sacramentales, &c.*
5 *Parocho ius assistic circa Ius decimandi, ei debitum intra limites sua Parochia.*
6 *Articulorum releuantia pro concessione remissionis, quando dicatur euidens.*
7 *pro Remissione concessionis sufficit articuli vnius releuantia, etiam non concurrente fumo.*
8 *Probatio probationem non excludit.*
9 *Probationibus factis hincinde posteà cognoscitur qualis probatio præualeat.*
10 *Remissoria non conceditur post didicita testificata.*
11 *Testium examen, quando non dicatur didicitum.*
12 *Remissoria non datur quando aliquid potest probari per Scripturas.*
13 *Confines generales probari non possunt per Scripturas.*
Secus vero si in specie de illis probandis tractatur.

DECISIO CII.

1 SEmper à supremis † Tribunalibus seruata æqualitas,
l. non debet actori, ff. de regul. iur. suauet, quod colliti-
gantibus facultas æquè indulgeatur ea probandi, à quibus
2 intentiones, † vel exceptiones proprias dependere arbitran-
tur. Hinc considerantes Domini, aliàs sub die 19. Iunij
1654. coram me, admissos fuisse Articulos per Accursium
de Accursijs datos, hodie proposito dubio, An Articuli per
Carolum Gullianum exhibiti sint admittendi, affirmatiuè
responderunt, ea potissimùm ducti ratione, quod Carolus
3 intendit probare, † quinam sint fines, quibus circumscri-
bitur Oppidum Guadamelli, & quod inter hos pariter in-
cludantur loca Cottimi, & Vallis Montanariæ modò con-
trouersa, & propterea Parochos Ecclesiæ dicti Oppidi Gua-
4 damelli ab immemorabili omnia Sacramenta † administra-
uisse, & quoslibet alios actus Parochiales inibi exercuisse,
simulque Decimas tam prædiales, quàm Sacramentales à
quibuslibet inter eosdem fines habitantibus percepisse, vt
5 ideò si prædicta iustificentur, † ius assistat moderno Paro-
cho super Decimis Prædiorum intra eius Parochiæ limites
existentium, *cap. cum contingat, & ibi gloss. de Decimis*,
Rota *in Calaguritana Decimarum 2. Decembris 1654. in
princ. coram R. P. D. meo Pentingerio*. Indeque euidens sit
materiæ articulatæ releuantia, quo casu Articulorum ad-
missio passim conceditur, Rota *decis. 416. num. 7. & 10.
part. 5. rec.* & quotidie in alijs. Et tunc præcipuè quando
6 versamur in prophanis, in quibus quoties vnicus † Articu-
lus aliquo pacto conferat ad causam, etiam pro leui præ-
7 sumptione, & adminiculo, † licèt nullus concurrat fumus,
omnes admittuntur, *vt in d. decis. 19. Iunij 1654. in princ.
coram me*.

Non obstat, quòd iam contrarium fuerit pro parte
Accursij probatum, ideòque Testes Tulliani minimè sint
8 † admittendi, quia probatio probationem non excludit, &
9 factis hincinde probationibus dignoscetur, † quæ ex illis
præualeat Rota *decis. 224. num. 4. part. 2. decis. 70. num. 8.
part. 6. rec. & in citata Calagurit. Decimarum 2. Decembris
1654. §. vlt. coram R. P. D. meo Pentingerio*.

Minusque afficit, quod Testium didicita fuerint publica-
10 ta, quia de stylo huius supremi Tribunalis. † Testes etiam
post didicita testificata admittuntur, quando non fuit habi-
tus processus originalis, sed solùm Summarium ea ratione,
11 † quia tunc non dicuntur didicita testificata, ex quo non
dantur in Summario extensæ depositiones, nec Testium
nomina panduntur Modernus *Cortonen. in prax. part. 1.
cap. 11. num. 135.* Rota etiam san. mem. Greg. XV. *decis. 583.
num. 3. decis. 423. num. 13. part. 4. recent.*

Neque releuat, quod aliqui ex Articulis datis possint pro-
bari † per Scripturas, vt ideò reijciendum videatur Testium 12
examen. Quamuis enim per Scripturas probari possint
fines generales dicti Oppidi Guadamelli, non tamen ex illis
apparet, an loca de quibus modò disputatur inter illos in-
cludantur, ac proinde admittendum est examen † Testium, 13
qui per hos optimè situatio huiusmodi potest verificari Rota
*in Beneuentana Iurisdictionis 14. May 1652. §. verum etiam,
&c. & 27. Ianuary 1653. §. assistentiam vers. & prædictam
coram me, & firmatur in citata decis. 19. Iunij §. minus vr-
get, &c. coram me.* Et ita, &c. vnica, &c.

Decisio in hac eadem causa emanata sub die 19. Iunij elapso anno 1654. coram eodem R. P. D. Zarate, erit infra in Miscellaneis secundum ordinem temporis.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papieñ.

Maioriceñ. Canonicatus.

Veneris 12. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Beneficij possessio quando est vitiosa, vel attentata, aut verò est vacans, tunc locus est sequestro, quibus cessantibus non est eo locus, ne possessor lite pendente priuetur commodo suæ possessionis. Appellatio extraiudicialis non causat attentata.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium non debet incipere à sequestro.*
2 *Possessor non videtur congruum vt pendente lite remoueatur à possessione.*
3 *à Possessione attentata, vel vitiosa, quis est amouendus, & conceditur sequestrum.*
4 *ex Delicto proprio quis non reportare beneficium debet.*
5 *Beneficij possessio quando est vacans, tunc locus est sequestro, quia eo casu nemini fit iniuria.*
6 *Beneficij possessio, si vacans sit apponitur sequestrum, ne fructus delapidentur.*
8 *Beneficij possessio dum capta est legitimè, non potest dici attentata, vel vitiosa.*
9 *Beneficij possessio dum capta fuit legitimè, non potest dici vacans.*
10 *Beneficij possessio, quando haberi non possit pro vacante.*
11 *Beneficij possessio quando est plena, vt haberi possit pro vacante, nullitas debet esse clara, certa, & indubitata.*
12 *Actus, quando fuit ratificatus, tunc multò minùs impugnari potest, & num. 13.*
14 *Canonicatus possessio non capitulariter capta, sanatur, dum capitulariter fuit tradita.*
15 *Quando tamen medio tempore alteri non fuit ius quæsitum per possessionem capitulariter traditam.*
16 *Appellatio vbi non adest, non dantur attentata.*
17 *Conquestiones non habentur pro appellatione.*
18 *Signatura quando simpliciter admittit appellationem, tunc retrotrahitur ad diem latæ sententiæ, & dicuntur attentata omnia etiam ante gesta.*
19 *Quod tamen est verum, quando intra decem dies fuit appellatum, & successiue fuit obtenta commissio appellationis alias secus, & num. 20.*
21 *Appellatio dum est extraiudicialis non est apta ad suspendendam executionem.*
22 *Appellatio dum est extraiudicialis, generaliter non causat attentata.*
23 *Appellatio extraiudicialis non habet tantam vim sicut appellatio iudicialis.*
Et hoc propter maiorem Iudicis auctoritatem, & iudicij calorem.
24 *sine Lite, & per actus extraiudiciales non inducuntur attentata.*
25 *Attentata an possint dici gesta ante appellationem.*

27 *Ap-*

26 *Appellatione pendente possunt absque vitio attentatorum fieri actus qui consecutiui ad præcedentes actus factos ante appellationem sunt.*

DECISIO CIII.

VAcante per obitum quondam Hieronymi Valpergæ
in mense Septembris anni 1652. Canonicatu in Ec-
clesia Cathedrali Maioriceñ. fuit pro eo prouidendo statuta
die congregatum Capitulum, in quo aliqui ex Canonici ele-
gerunt Franciscum de Oleza; Alij verò cum Reuerendis-
simo Episcopo Didacum Desclapes, & iste præuia colloca-
tione per Episcopum ad sui fauorem facta possessionem con-
trouersi Canonicatus etiam assequutus fuit. Verùm cùm
deinde prædictus Franciscus Oleza alium Canonicatum in
eadem Ecclesia de mense Augusti 1653. assecutus fuisset
Ioannes Togores à Sede Apostolica gratiam huiusmodi Ca-
nonicatus vti vacantis ex persona d. Olezæ, vel adhuc, vt
prius ex persona d. Hieronymi impetrauit, & successiuè
commissa causa in Rota dubium, An esset apponen. seque-
strum disputari obtinuit, quo hodie à me proposito DD. ne-
gatiuè resoluerunt ex vulgatis, & passim recepta regula
1 Iuris, quod † causa non debet incipere à sequestro, *l. 1. C. de
probib. sequestr. pecun. & ibi gloss. in verbo sequestrari*, & ibi-
dem Abb. *num. 7. & seqq. de sequestr. possess. & fruct.* Paris.
cons. 41. num. 17. lib. 1. Gail. *obseru. 147. num. 1. cum seq. lib. 1.*
Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis. 118. num. 2.* coram
Caual. *decis. 324. num. 2.*

Neque enim rationi congruum videtur, vt pendente lite
2 possessor amoueri, & interim commodo suæ possessionis
priuari debeat, *glos. in d. cap. 2. verb. sequestrari de sequestr.
possess. & fruct.* Bald. *in l. quidam existimarunt*, & ibi Iason.
num. 4. vers. istud vltimum, ff. si certum petatur, Rota coram
Caual. *d. decis. 324. num. 3.* & licèt huiusmodi conclusio limi-
3 tetur procedere, quando vel possessio apparet † vitiosè, &
attentatè capta, quo casu sequestrum conceditur, ne atten-
tans commodo vitiosè possessionis fruatur, & ex propria
4 † culpa reportet beneficium, Rota coram sa. me. Greg. XV.
decis. 91. num. 1. coram Penia *decis. 1422. numero pariter 1. in
Calaguritana beneficij de Logrono 19. Februarij 1649. coram
R. P. D. meo Verospio §. fin. in Calaguritana beneficij S. Mar-
tini 10. Maij 1649. coram Eminentissimo D. Cardin. Corrado
§. fin. in Aquilana Iurispat. 18. Iunij 1649. §. pendentia autem
coram me, & in Meleuitana Commenda 23. Maij 1652. co-
ram R. P. D. meo Celso, §. facilius, & alibi*, vel quando
possessio est vacans, nam ex tunc, ex quo nemini fit iniu-
6 ria, ne interim fructus dilapidentur † sequestratio conce-
ditur, Cassad. *decis. 8. num. 3. de restit. spol.* Rota *decis. 10. vt
lit. pend. in nou.* Gonzal. *ad regul. Canc. §. 7. num. 37.* Lotter.
de re benef. lib. 3. quæst. 11. num. 173. cum seq.

Neutra tamen ex dictis limitationibus proposito casui
7 applicari visa fuit † non illa de possessione. Nam cùm Di-
8 dacus post electionem vt supra † reportatam ab aliquibus
de Capitulo, & collationem habitam ab Episcopo contro-
9 uersi Canonicatus † cœperit vtique possessio plena remansit.

Nec refragatur, quòd ex quo non constat de speciali man-
dato eius qui d. possessionem nomine Didaci apprehendit,
& vlterius dicta possessio Capitulariter tradita non fuit inde
10 prætendatur illam fuisse nulliter † captam, & consequenter
haberi debere pro vacua, & non capta, quia omisso, quod
possessio de facto plena, vt censeri possit iurisdictione va-
11 cua nullitas † debet esse omninò clara, certa, & indubita-
ta, qualis non potest dici ista, quæ prætenditur non depen-
deat à discussione meritorum causæ tolli propterea visa fuit
omnis difficultas, quod cùm posteà Didacus fuerit à Capi-
12 tulo admissus ad † actus Capitulares, & ad pacificam fru-
ctuum Canonicatus perceptionem sufficiens; Inde resultat
approbatio, & ratificatio eiusdem possessionis, adeò vt illa
13 impugnari † non possit, Cassad. *decis. 8. sub num. 1. de cau-
sa possess. & propriet.* Rota coram Buratt. *decis. 318. num. 14.
vers. in proposito*, & coram *eod. decis. 522. num. 12. vers. tum
14 quia in omnem casum*. Et regulare est, quod † nullitas pos-
sessionis non capitulariter capta sanatur per subsequentem
admissionem per Capitulum factam ad actus Capitulares,
quando tamen non fuit medio tempore alteri ius quæsitum
15 per validam possessionem ei capitulariter † traditam Innoc.
*in cap. in litteris, & in cap. ex parte de restit. spoliat. colum.
vlt.* Rota *decis. 1156. vers. nec patientia part. 3. lib. 3. in rec.
decis. 91. num. 6. part. 1.* Idque etiam procedit si Capitulum
antea contraxisset, Rota coram Coccin. *decis. 235.* cum alijs
allegatis per Add. ad Buratt. *d. decis. 318. vers. limita 3.*

Minùs sequestrari posse visa fuit dicta possessio tanquam
vitiosa, & attentata, quia verè talis non fuit possessio capta
per Didacum Desclapes, † dum nulla adhuc præcesserat 16
appellatio, sed solummodò aliquorum Canonicorum con-
questio, † quæ vim appellationis non habet, hincque patet 17
non releuare id quod pro parte Ioannis dicebatur, vt ex eo
quod deinde appellatio fuerit per Signaturam simpliciter ad-
missa † illa retrotrahi deberet ad reddenda attentata medio 18
tempore gesta, quia conclusio huiusmodi locum sibi vindi-
caret, quando fuisset intra decem dies appellatum, cùm
verò non fuerit intra † d. tempus appellatio interposita 19
commissio appellationis successiuè obtenta non potuit in-
fringere, & retractare per viam nullitatis, vel per viam
attentatorum antea † gesta, Rota *in Romana fideicommissi* 20
*de Capiteferreo 10. Iunij 1644. §. quia id procedit coram Emi-
nentissimo D. Cardin. Corrado in Comen. Capellaniæ 24. Ia-
nuarij 1648. coram Reuerendissimo D. Decano, in Volaterra-
na Prioratus 10. Maij 1648. §. non obstat coram R. P. D. meo
Bichio, & in Treueren. Capellania 27. Iunij 1653. coram R. P.
D. meo Zarate, §. non vrget.*

Sed cessare visa fuit quæcumque difficultas, quia quate-
nus etiam legitima appellatio præcessisset cum fuerit extra-
iudicialiter processum illa † non erat apta ad executionem, 21
& ad causanda attentata, *cap. cum inter de elect. cap. consti-
tutus el 2. ad iun. de appell.* vbi Abb. *num. 15. cum duobus seq.*
Imol. *num. 6. & 13.* Gonzal. *ad regul. 8. Canc. in annot. con-
trou. nullit. num. 27. cum seqq.* vbi quod generaliter † appel- 22
latio extraiudicialis nunquam causat attentata, Couar. *pract.
pract. quæstion. cap. 24. num. 5.* benè Lancell. *de attent. 2. part.
cap. 12. limit. 40. num. 2. cum seq. & præsertim sub num. 12.* vbi
assignat rationem differentiæ, quia appellatio extraiudicia-
lis † non habet tantam vim sicut appellatio iudicialis pro- 23
pter maiorem Iudicis auctoritatem, & Iudicij calorem, Rota
coram Seraph. *decis. 152. sub num. 2. vers. hoc enim procedit*,
coram Coccin. *decis. 318. num. 3.* Adden. ad san. mem. Gre-
gor. XV. *decis. 251. num. 14.* & ad Buratt. *decis. 13. littera A.
& in Leodien. personatus 16. Maij 1650. coram R. P. D. meo
Cerro, §. non obstat in fin.* vbi pluribus allegatis firmatur,
† sine lite, & per actus extraiudiciales non induci attenta- 24
ta. Tantò autem faciliùs id firmandum visum fuit consecu-
tiua ad actum præcedentis electionis sequutæ † ante præ- 25
tensam appellationem, quo casu non potest dici attentata,
Innoc. *in d. cap. Constitutis el 2. num. 2.* Anchar. *in princip.*
Imol. *num. 13. de appell.* Rota coram Buratt. *decis. 859. num. 2.
& seq.* & regulare est, quod etiam appellatione pendente
possunt citra vitium attentatorum fieri † actus, qui sunt 26
consecutiui ad præcedentes factos ante appellationem, vt
benè Lancell. 2. *part. cap. 12. de attentat. appellat. pend. limit.
4. à num. 1. cum seq.* Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. ZARATE.

Mediolaneñ. Beneficij.

Veneris 10. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Lis, & instantia non potest dici extincta, ex eo quod sententia transiuerit in iudicatum, nisi etiam adsit sententia super desertione, & ideò interim, quis non potest dici pacificus possessor triennalis, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata non inducitur ex sola desertione causæ, sed requiritur sententia super tali desertione, & num. 2.*

3 *Temporis solus lapsus non est sufficiens ad extinguendam litem.*

4 *Actio, & instantia litis non minori tempore, quàm 30. annorum extinguitur.*

5 *Lis vt possit dici extincta per lapsum decennij, debet notoriè constare de non iure litigantis ex actis.*

6 *pro Possessore pacifico triennali, quando quis haberi non possit.*

7 *Iuspatronatus, quando spectet ad aliquem vti hæredem.*

8 *Iuspatronatus non transit ad fideicommissarium, sed remanet penes hæredem.*

9 *Iuspatronatus, licèt non transeat in fideicommissarios, tamen si aliter ex coniecturis constet de mente testantis, transit in eos.*

10 *Ver-*

10 *Verba fideicommissaria, quando in bonis tantum possunt verificari, non comprehendunt iura.*
11 *Iuspatronatus, appellatione bonorum non venit, nisi adduntur verba*, Iura, & actiones.
12 *Fideicommissum factum in casu obitus, an extendatur in casu delicti, & num.13.*

DECISIO CIV.

ADuersus Decisionem coram me emanatam 24.Maij anni præteriti, qua fuit resolutum Petrum Bagium ad beneficium Sancti Hilarij esse instituendum, duæ hodiè fuerunt excitatæ obiectiones. Altera ex regula de triennali deducta, altera ea prætenso Iure præsentantibus competenti pro dimidia quibus sublatis permanserunt in decisis. Prima namque obiectio continebat, quod Carolus de Rubeis tutus esset regula de triennali possessore cum in ea extitisset per tanti temporis spatium ob non prosequutam appellationem contra sententiam ad ipsius fauorem latam, quæ in indicatum transiuit. Verùm ista non
1 non † adeò obsistere visa fuit, siquidem res iudicata induci
non potuit ea desertione dumtaxat appellationis, dum super
2 ea non præcessit sententia † iuxta not. per Bart. *in l. eos qui num.8. C. de appellat.* Rota coram Seraphin. *decis.* 365. *num.9.* & coram Caualer. *decis.317. num.2. & in Beueren. Canonicatus* 18. *Martij* 1648. *§.nec dici potest coram R. P. D. meo Verospio, & in Leodien. beneficij* 23. *eiusd. anni coram R.P.D. meo Peutingerio.* Nam solus temporis lapsus non est
3 sufficiens † ad extinguendam litem, cum actio, & instantia
4 non minori tempore 30. anorum extingoatur, † ex traditis per Sarnen. *in regulis de annalibus quæst.44.num.6. &* 10.Lotther. *de re benef.lib.2.quæst.20. num.154.* Rota coram Achill. *decis.7.n.3. & decis.fin. num.7. vt lib. pend. & in recent.decis.* 342. *num.8. vers.nam fuit part.1. & in dicta Leodien. coram R.P.D. meo Peutingerio*, neque per decennium lis præsuma-
5 tur † deserta, nisi notoriè constet ea actis de non Iure litigantis, vt firmatur in decisionibus proximè allegatis.
Quamobrem dictus Carolus pro pacifico possessore ha-
6 beri nequit, prout requiritur ad effectum regulæ de † triennali, Rota coram Coccino *decis.*172. *num.*2. Mantic. *decis.* 76. *num.9.* Buratt.*decis.*209. *num.*10. *& in Vercellen. præpositura* 5. *Iulij* 1649. *coram R. P. D. meo Bichio, & in Legobien. benef.*25.*Iunij præteriti coram R. P. D. meo Benilaqua.*
Secunda verò obiectio continebat, quod Iuspatronatus
7 spectabat ad Claram † hæredem Anselmi, quia vnà cum Hilario à Ioanne Baptista patre fuit institutus, *& ambo reciprocè substituti*, vt proinde Clara ex persona Anselmi tanquam fideicommissaria io Iurepatronatus succederet, sed nec magis ista visa fuir releuare eum ex dispositione Iuris
8 Iuspatronatus penes † primam hæredem maneat, non autem ad fideicommissarium transeat, vt ex receptissima opinione tradit Fusar. *de substit. quæst.*634. *num.*2. & in communem agnoscit contrariam sequatur, Molina *de primogenit.lib.1.cap.24. num.10. vers.quamuis, §. amplectitur*, Rota *in Maceraten. Iurispatronatus* 15. *Decembr.* 1625. *&* 1.*Iulij* 1626. *coram bon.mem.Coccino impress.* post Viuian. *decis.*24. *num.4. de Iurepatr. in Florentina Capellania* 29.*May* 1634. *coram R.P.D.meo Decano, & in Asculana Iurispatronatus* 1.*Iulij* 1650. *§. in proposito vers. præterea coram R. P. D. meo Meltio.* Et licèt prædicta regula concurrentibus in contra-
9 tium coniecturis † voluntatem Testatoris indicantibus limitetur, vt aduertit Lotther. *lib.2. quæst.* 12. *num.*37. Rot. *decis.206. num.15.part.2.rec.* In præsenti visum fuit non ob-
10 stare, nam verba fideicommissi ad bona † dumtaxat restricta noscuntur, non autem ad Iura; sub appellatione verò simpliciter bonorum Iuspatronatus non comprehenditur,
11 nisi addantur, *Iura, & actiones*, † vt per Viuian. *de Iurepatr.part.1. lib.4. cap.4. à num.16.* Modern. *Hispanus in Laberynt.credit.part.3.cap.5.num.19. & 25.*
Et omninò cessat difficultas ex quo prædictus Hilarius fuit in pœnam vitæ, & confiscationem bonorum damnatus, vt constat ex Banno *dato in Summ.responsionis D. Petri num.*1. & apud me consignato. Ideò quatenus dici posset
12 concurrere coniecturas pro comprehensione † Iurispatronatus etiam in dicta substitutione fideicommissaria in ea purificata fuisset vsque de anno 1611. propter delictum cum Testator etiam in eo casu eandem substitutionem fecerit, quod in casu obitus sine filijs prout cauebatur in Testamento dicti Ioannis Baptistæ, quapropter dictum Iuspatronatum
13 ad prædictum Anselmum † fuit deuolutum, qui illud in Flauium Antonium transtulit, & proinde huic integrum Iuspatronatum fuit quæsitum, vt patet ex Instrumento donationis, & firmatur in decisione, quæ reuidetur in §.*insuper*.
Nec obstat, quòd Instrumentum donationis reseruet vocem Hilario eiusque successoribus, nam vt apparet ea lectura data in Summ.responsionis Caroli vox † quoque Hilarij 14
donata fuit si ad Anselmum donantem spectaret spectasse dignoscitur ex causa delicti cum bonorum confiscatione, de qua in prædicto Banno.
Reliqua autem quæ respiciunt Testamentum Hilarij, in quo instituti fuerunt PP. Carmelitani, & donationem factam eisdem PP. ad fauorem Bassani discutienda erunt in alio Iudicio coram R. P. D. meo Albergato, à quo dubium subscriptum dicitur. Atque ita vtraque parte, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 24. Maij præteriti coram Reu. P. D. Zarate supra decis.25. in hac parte.

R. P. D. PRIOLO,

Romana Canonicatus.

Veneris 10. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Canonicatus Ecclesiæ S. Hieronymi Illyricorum Vrbis, cùm debeantur Dalmatis ex regione Illyrica, discutitur etiam historicè, quibus terminis hodie dicta Regio Illyrica describatur, & contineatur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus S. Hieronymi Illyricorum de Vrbe, vt quis obtineat, quid probare teneatur.*
2 *Prouincia Illyrica verè, & propriè intelligitur Dalmatia.*
3 *Illyrica Regio tempore Imperij Romani vnde se extendebat.*
4 *Prouincia Illyrica secundum modernam descriptionem, vnde hodie se restringat.*
5 *Verba*, in dispositionibus quibuscumque, *intelligi debent, secundum tempus quo fuerunt prolata.*
6 *Gregorius XIII. erexit Collegium Germanicum in Vrbe pro Alumnis Nationis Germanicæ.*
7 *Vrbanus VIII. erexit in Ciuitate Lauretana Collegium Illyricorum.*
8 *Constitutio vna Papalis declaratur cum alia pariter Papali.*
9 *Imperatoris assertio sanè magni momenti est.*
10 *Sixti V. magnus affectus erga S. Hieronymum fuit causa, vt ipse erigeret Ecclesiam eiusdem Sancti Illyricorum in Vrbe.*
11 *S. Hieronymus Ecclesiæ Doctor fuit Dalmata, vt patet ex lectionibus Breuiarij Romani.*
12 *Breuiarij Romani auctoritas magna est.*
13 *Actus regulari debet à sua causa.*
14 *Ecclesia Sancti Hieronymi Illyricorum de Vrbe, vbi hodie est, antiquitùs quid aderat.*
15 *Dictio*, seu, *stat expositiuè pro idest.*
16 *Qualitates alicuius rei, quas non censetur voluisse immutare in præiudicium alicuius.*
17 *Renouatio, seu ampliatio Ecclesiæ censetur facta, remanentibus etiam prærogatiuis antiquis.*
18 *Augmentum semper sequitur naturam rei præexistentis, & num.19.*
20 *Insignia Regionis Dalmatiæ, quæ sint.*
21 *Insignium appositio facta in erectione alicuius Ecclesiæ, quid ex hoc arguatur.*
22 *Obseruantia deseruit pro interpretatione dispositionum.*
23 *Obseruantia vt dicatur inducta, an sufficiat, quod aliquando fuerit ita obseruatum.*
24 *Lubraria est Metropolis Carniolæ in Germania.*
25 *Auctoritati Geographicorum in sua arte standum est.*
26 *ad Diuersa non fit illatio.*
27 *Obseruantia super aliqua materia dum aderat antiquitus, antè lex particularis non fuit lata, non attenditur.*

D E-

DECISIO CV.

CEnfuit alias Rota Ioannem Baptiftam lampfi præfen-
tatum à bon. mem. Cardinali Montalto ad Canoni-
carum S. Hieronymi Illyticorum non effe inftituendum,
quia ex duabus qualitatibus ad hunc effectum copulariuè
1 requifitis † ex lege fundationis, altera fcilicet originis, alte-
ra idiomatis Illyrici, carebat fecunda, omiffa difcuffione fu-
per prima, in qua contendebatur, Ducatum Carniolæ, vnde
ipfe originem duxerat comprehendi in Prouincia Illytica,
vt in decifione edita fub die 17. Maij 1654. confirmata 25.
Iunij præteriti coram me. Verùm reaffumpta defuper di-
fputatione ex fpeciali commiffione Sanctiffimi ad inftan-
tiam Congregationis Illyricæ, cuius intereft ob futuras va-
cationes, ac receptionem Peregrinorum in Hofpitali eiuf-
dem Ecclefiæ declarari. Quænam fit vera, & propria ea
Prouincia nationis Illyricæ iuxta Bullam, & Mentem
Sixti V. Ideò propofito hodie particulari dubio DD. ponde-
ratis diligenter tam verbis, quàm mente Summi Pontificis,
2 cenfuerunt Prouinciam Illyricam verè, & proprié † intelligi
Dalmatiam, cuius partes funt Croatia, Bofna, & Slauonia,
penitus exclufis Catinthia, Styria, & Carniola.

Primò, quia licèt Illyricum tempore Imperij Romani fe
3 extenderet à Gallia, & à Rheni, & Danubij fontibus, † ad
mare Euxinum, & Vrbem Conftantinopolim, ac innu-
meras contineret Prouincias, quæ poftea pro temporum,
ac Dominorum varietate varia fortitæ fuerunt partitiones;
4 nihilominùs iuxta modernam, & vltimam † diuifionem
fuit reftrictum ad illud tenue fpatium, in quo continentur
Dalmatia, Croatia, Bofna, & Slauonia, & Gaffolas Pro-
uincias communis vfus pro Illytico intellexit, ficuti reftan-
tur Girardus Mercator Atlas maior editus anno 1589. in
Tabula Slauoniæ *fol.* 303. Iudocus Hundus Atlas minor in
eadem tabula *fol.* 635. Guilielmus, & Ioannes Blaeu Atlas
nouus *tom. 1. pariter in d. Tabula fol.* 30. Petros Bertius in
feptem libris Tabularum Geographicarum *fol.* 478. in Ta-
bula Illyrici, Petrus Plancius in magna Tabula totius Or-
bis, Ludouicus Tefseiræ, & Guilielmus Ianfonius in confi-
mili Tabula, & nouiffimè Abraham Golintz in *Comp. Geo-
graph. lib. 2. cap. 6. fol.* 177. Carinthia autem Styria, & Car-
niola femper habitæ fuerunt tanquam Prouinciæ Germa-
niæ, cùm primum comprehenderentur in Pannonia fupe-
riori Petrus Bertius in *Commentar. rerum Germanicarum
lib. 1. fol.* 157. Blaeu Atlas nouus *tom. 1. Tabula veteris Ger-
mania fol.* 69.

Deindè in Germania recentiori Ioannes, & Guilielmus
Blaeu Atlas nouus *tom.* 1. in defcriptione magna Germaniæ,
Petrus Brietius Parabellæ veteris & nouæ Geographiæ *tom.
2. lib. 2. cap. 3. fol.* 44. Abraham Golintz in *d. Compendio Geo-
graph. tom. 2. lib. 2. cap. 3. fol.* 134. Petrus Bertius in eius Ta-
bula Geographica *fol.* 368. Abraham Ortellius in Theatro
Orbis Tabula *num.* 19. Germaniæ P. Gabriel Buccelenus in
fua Germania Sacra, & Prophana *fol.* 2. fub titulo, Supe-
riorum Germaniæ Prouinciæ *num.* 33. Gitardus Mercator
Atlas maior in defcriptione Tabulæ Auftriæ *fol.* 259. Iudo-
cus Hondius Atlas minor in eadem defcriptione *folio* 536.
Ac tandem diuifa per Imperatores Germania in circulos in-
clufæ fuerunt in circulo Auftriaco, vt referunt Girardus
Mercator in d. defcriptione Tabulæ Auftriæ *fol.* 259. Iudo-
cus Hondius in fimili defcriptione *fol.* 536. Golintz in eo-
dem *Compend. Geographia lib. 2. cap. 4. fol.* 136. Vt proptc-
rea dum Sixtus V. in eius litteris voluit recipi folos origenas
ex Illyrico fateri oporteat ipfum fenfiffe de Illyrico eo tem-
pore reftricto ad Dalmatiam, Croatiam, Bofnam, & Sla-
uoniam, non autem de Illyrico iuxta antiquam diuifionem,
5 & nuncupationem, quæ amplius † non vigebat, quia
verba, *in quibufcumque difpofitionibus*, intelligi debent fe-
cundùm tempus quo fuerunt prolata, *l. fi ita legatum, ff.
de aur. & arg. leg.* Bal. *conf.* 427. *fub num. 14. verf. & idem
lib.* 1. Soccin. fen. *conf. 6. num. 2. lib.* 1. Surd. *conf. 454. num. 13.
cum feq.* Duran. *de condit. part. 3. cap. 5. num.* 52. Rota coram
Pen. *decif. 623. num.* 6.

Quod comprobatur tum ex alijs Summorum Pontifi-
cum Conftitutionibus, nempè fan. mem. Gregor. XIII.
6 † fuper erectione Collegij Germani in Vrbe pro Alumnis
nationis Germanicæ in ordine *la* 14. *Bullar. tom.* 5. cuius vi-
gore in eo recipiuntur oriundi ex Prouincijs Carinthiæ, Sty-
7 riæ, & Carniolæ, ac fan. mem. Vrbani VIII. † fuper noua
erectione Collegij Illyrici in Ciuitate Lauretana in ordine
la 64. *eodem Bullar. tom.* 2. in qua affignantur duodecim
loca littoralibus Dalmatiæ Vrbibus, ac alia octo Ciuitati-
bus, & locis Bofnæ, & Slauoniæ, iuxta quarum intellectum
regulari debent litteræ Sixti V. † cùm vna Conftitutione 8
per alteram declaretur, & ex vfu Curiæ, & aliorum Sum-
morum Pontificum interpretationem recipiat, vt fuit di-
ctum in *Barchinonen. Canonicatus 4. Decembris 1644. ac 9.
Iunij 1645. coram R. P. D. Verofpio, & 15. Decembris eiuf-
dem anni, ac 16. Aprilis 1646. coram Illuft. Tarraconen.* Tum
ex litteris Ferdinandi II. Imperatoris relatis per bon. mem.
Carolum Caraffam Epifcopum Auerfanum in eius Hiftoria
infcripta Germania Sacra *fol.* 206. in quibus referendo Pro-
uincias Germaniæ ponit Styriam, Carinthiam, & Carnio-
lam inter Prouincias interioris Auftriæ. Quæ fanè Impera-
toris affertio magni momenti eft in hac † materia diuifio- 9
nis locorum, & Prouinciarum fub eius poteftate exiften-
tium, vt in fpecie tradunt Alberic. *in l. ex quacumque num. 7.
ff. fi quis in ius vocat.* non iuit Calcan. *conf. 24. num. 16. verf.
& propterea,* Albert. Brun. *conf. 34. num.* 2. Menoch. *conf.
147. fub num. 21. verf. feptimo, & feq.*

Secundò, quia caufa quæ principaliter mouit Sixtum V.
ad erectionem huius Ecclefiæ expreffa in eiufdem litteris
† fuit antiquus, & præcipuus deuotionis affectus erga San- 10
ctum Hieronymum, cùm enim ifte Dalmata effet, vt ha-
betur in lectionibus Breuiarij † Romani, ibi, *Hieronymus,* 11
*Eufebij filius, Stridone in Dalmatia Conftantio Imperatore
natus,* cuius auctoritatem † plurimi fecit Rota apud Mo- 12
hed. *decif. 5. poft princ. verf. ficut dicimus de Breuiario, de fid.
inftr. & in rec. decif. 353. num. 57. part.* 5. vtique cenfetur fo-
lam Dalmatiam fub Illyrici denominatione intellexiffe, quia
actus regulari debet à † fua caufa, *l. cum Pater, §. dulciffi-* 13
mus, ff. de leg. 2. cap. intelligentia de verb. fign. Bart. *in l. iube-
mus num. 1. C. ad Velleian.* Socc. fen. *conf. 24. num. 11. & feqq.
lib.* 1. Surd. *decif.* 217. *num.* 3. Rota *decif. 28. num. 5. part. 4.
tom. 5. rec.* & coram Illuftrifs. Vtgellen. *decif. 48. fub num. 10.
verf. qua Pontificis mens cum feqq.*

Tertiò, quia (vt legitur in eiufdem litteris) iuxta dictam
Ecclefiam † aderat antiquum Hofpitale erectum ann. 1453. 14
à fan. mem. Nicolao V. ex relicto bon. mem. Fantini de Valle
Tragurini ex Dalmatia, olim huius noftri ordinis Auditoris
pro Dalmatis, feu Illyricis, quæ dictio, *feu,* † ftat expofiti- 15
uè, pro ideft, Gemin. *conf. 115. num.* 7. Menoch. *conf.* 1029.
num. 13. cum alijs per Adden. ad Roman. *conf. 179. litt. D.
verf. idcircò.* Vnde pro ijfdem Dalmatis erecta videtur Ec-
clefia ibidem à Sixto V. reædificata, cum non fit præfumen-
dum, quod voluerit eius qualitates immutare in præiudi-
cium primæ, & originalis † fundationis *iuxt. not. in cap. ad* 16
audientiam il 2. de Eccl. ædific. & in terminis refpondit Rot.
coram fan. mem. Greg. *decif. 463. num. 1. & 6.* vbi quòd re-
nouatio, feu ampliatio Ecclefiæ, cenfetur facta † firmis re- 17
manentibus qualitatibus, & prærogatiuis antiquæ, ac fine
præiudicio alicuius, etiam fi nouis opibus, & redditibus di-
tauerit, † quia nihilominus augumentum fequitur naturam 18
fui præexiftentis, † *l. fi ex toto in princ. ff. de aur. & arg. leg. l.* 19
etiam, vbi DD. C. de iur. Del. Rot. *decif. 413. num. 7. in fin.
part. 3. rec.* & coram fan. mem. Greg. *decif. 132. num. 8. & de-
cif. 544. num. 14. & in alijs.*

Quartò, quia in Choro, ac Tribuna eiufdem Ecclefiæ,
& in Sigillo, ac Buffula Congregationis depicta, & refpe-
ctiuè infculpta apparent tria capita Leonum coronatorum
Sum. Congregationis dato fub die 15. Maij 1654. num. 9. Quæ
cùm fint vera, † & præcipua Dalmatiæ infignia, vt per 20
Theodor. Hocping. de iur. infign. & timor. cap. 6. part. 3. n. 558.
illorum † appofitio aperit voluntatem fundatoris donandi 21
Ecclefiam folis Dalmatis, Nicol. Euerard. *conf. 186. num.* 4.
Hocping. *vbi fupra cap. 13. num.* 107. ac probat aliquo modo
Dominium eorumdem, Anchar. *conf. 113. fub num. 4. verf.
per figna,* Boer. *conf. 5. fub num. 13. verf. item per figna,*
Caffan. *in Catalog. gloria Mund. part. 1. quæft.* 55. Rot. coram
Card. Seraph. *decif. 652. fub num. 2. verf. & ea,* ac bon. mem.
Coccino *decif. 201. fub n. 2. verf. & tantò magis.*

Quintò demum, quia ab initio erectionis dictæ nouæ
Ecclefiæ, vfque in præfens foli Dalmatæ ad Canonicatus, &
Beneficia illius præfentati, ac inftituti, & in Hofpitali refpe-
ctiuè recepti fuerunt, vt conftat ex Iuribus relatis in eo-
dem *Sum. num. 10. cum feq.* Quæ † obferuantia apprimè de-
feruit pro interpretatione mentis, ac litterarum dicti Pon-
tificis fundatoris, *l. fi de interpretat. ff. de legib. cap. cum di-
lectus de confuet.* Rota *decif. 503. num. 2. part. 1. diuerf. & in
recent. decif. 608. n. 6. part.* 2. Add. ad fan. mem. Greg. *decif. 184.
fub num. 8. verf. aduertendum eft tamen,* Buratt. *decif. 390.
num.* 3.

nu.3. & in Montis Alti Primiceriatus 8. *Iunij* 1643. §. *penult. coram R. P. D. meo Verespio, & in d. Barchinonen. Canonicatus coram eodem, & coram Illust. Tarraconen.* quamuis nō fuerit legitimè præscripta, quia ad effectum declarationis
23 sufficit, † quod aliquando ita fuerit obseruatum, Aym. *cons.* 118. *nu.*2. Menoch. *cons.* 21. *sub num.* 15. *vers. & hac censetur*, Crescent. *dec.*1. *num.*1. *de Constit.* Rot. *decis.*14. *num.*5. *par.*7. *rec.* & coram bo. me. Buratt. *d. dec.* 390. *sub nu.*3. *vers. nec requirit, & dec.*647. *num.* 11. *ac in d. Barchinonen. proximè allegatis*.

Hinc non releuant fides extraiudiciales per Ioannem Baptistam aliàs exhibitæ ad probandū Lubianam, seu Lubacum Metropolim Ducatus Carniolæ, vndè ipse originem traxit comprehendi in Illyrico, quia vel intelligi debent secundùm antiquam diuisionem, vt dictum est, vel eliduntur ex contrarijs attestationibus Præsidis, ac Deputatorum eiusdem Ducatus aliarumque particularium personarum, vt in primo *Summ. Congreg.* relatis, ac ex fide Baptismatis ipsiusmet Ioannis Baptistæ in hodierno *Summ. num.* 1. in qua Lubia-
24 na enunciatur Metropolis † Carniolæ in Germania, cum quibus conueniunt Geographi, & Chronistæ superiùs ad-
25 ducti, † quorum auctoritati in hac materia magis est deferendum, ex trad. per Menoch. *cons.* 2. *sub num.*80. *& cons.* 378. *num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 287. *num.* 1. *& seq.* Franc. Ant. Costa *cons.* 23. *num.* 117. Gratian. *discept.* 893. *num.* 7. Rota *dec.* 93. *sub nu.* 13. *vers. & valdè comprobatur, & dec.* 353. *nu.*23. *& seq. p.*5. *vers. hinc sequitur cum seq.*

Prout nec officit, quod in Congregatione Illyrica aliquando fuerint recepti nationales Carniolæ, aliarumque Prouinciarum Germaniæ, quia (præter quod admissio in Congregatione nihil commune habet cum admissione ad Canoni-
26 catus, & Beneficia, ac receptione in Hospitali † solis Dalmatis debita, nec de vna ad aliam rectè inferri potest, *vulg. l. Papinianus, ff. de minor.* & in similibus terminis dixit Rota coram Vrgellen. *dec.* 171. *sub nu.*17. *vers. vndè nihil facit)*
27 id euenit de tempore, quo nulla vigebat specialis † prohibitio recipiendi exteros in d. Congregatione, in qua ideò fuerunt admissi non solùm Germani, sed etiam Itali, vt apparet ex datis in d. primo *Sum. nu.*12. *&* 18.

Postquam verò per Eminentissimum D. Cardinalem Sac-
28 chetum Protectorem vetitum fuit eius † speciali Decreto relato in eodem *Sum. num.*19. non fuit admissus, qui non haberet qualitatem originis, & idiomatis Illyrici prout in Constitutione Sixti V. cauetur.

Et ità altera tantùm, &c.

Idest sub die 25. *Iunij præteriti coram eodem R. P. D. Priolo, est supra decisio* 67.

R. P. D. ZARATE

Romana Domorum.

Veneris 10. *Decemb.* 1655.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, siue sit ex pacto, & prouidentia, siue sit hæreditaria, siue mixta, dum pacta in eis promissa, nullatenus fuerunt obseruata, benè agi potest ad ipsius deuolutionem. Habitare extrà Vrbem, quod quis iuerit, ex quo dicatur iustificatum, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis resoluitur, dum pacta promissa non obseruantur.*
2 *extra Vrbem, quod quis iuerit ad habitandum, ex quo probari possit.*
3 *Roma, quod aliquis non sit iustificari potest ex diligentijs factis à Cursoribus, de eo reperiendo.*
4 *Quod tamen intellige verum, quando ipsi Cursores habent notitiam eorum, de quorum absentia quæritur.*
5 *Et an sufficiat sola inquisitio facta per vicinia, & apud Notos.*
6 *Probatio absentia ab Vrbe alicuius, benè concluditur ex pluribus adminiculis.*
7 *Hominis vita non præsumitur vltra centum annos.*
8 *Intentionem suam, quis tenetur iustificare.*
9 *Taxatiuè aliud est, quod sit expressum, & aliud si demonstratiuè.*
10 *Obligatio, quando est clara, & aperta, perperam recipit interpretationem.*
11 *Emphyteusis contractus connumeratur inter contractus stricti Iuris.*
12 *Cessionem, quis etiam lite pendente potest reportare ad tuendum dominium, & possessionem.*
13 *in Emphyteusi, quando generationes succedunt iure proprio, non potuit eis praiudicari per antecessores.*
14 *Consensus, qualiter censeatur præstitus.*
15 *Extensio, quando nullatenus venit admittenda.*
16 *Emphyteusis concessio, quando dicatur facta ex pacto, & prouidentia.*
17 *Emphyteusis, quando nequeat hereditaria dici.*
18 *Verbum*, hæredibus, *positum in Emphyteusi Ecclesiastica, intelligitur de heredibus sanguinis.*
19 *Emphyteusis Ecclesiastica concessio facta pro heredibus, & successoribus, de quibus est intelligenda.*
20 *Decis.*483. *par.*4. *recens. to.*2. *recent. qualiter sit intelligenda.*
21 *Clausula*, ad habendum, *posita in concessione Emphyteusis, intelligenda est secundum naturam ipsius Emphyteusis.*
22 *Decis.*383. *par.*2. *rec. in quibus terminis loquatur.*
23 *Clausula*, in perpetuum, *posita in concessione Emphyteusis Ecclesiastica, in qua adsit etiam clausula*, ad habendum, *quid operetur.*
24 *Emphyteusis, quando posset dici mixta, ex quo excludatur.*
25 *Emphyteusis concessio facta ad duas nominationes, non ex hoc dicenda est hereditaria, &c. etiamsi possint nominari extranei, & nu.*26.
27 *Nam si sit ex pacto, & prouidentia remanet nihilominus talis.*
28 *Emphyteusis concessio facta ad duas nominationes, dum nominare obligatus, non nomines. Talis nominatio non transit ad heredes, declara vt hic nu.* 29. *& ampliа num.* 30.
31 *Generationis appellatione quid veniat.*
32 *Emphyteusis noua concessio non potest dici facta, stante verbo*, commutando, *& quid si sit auctus Canon.*
33 *Interpretatio illa facienda per quam non admittitur contraria dispositio, vel incompatibilis.*
34 *Verbum*, cæterum, *conclusionem plerumque significat.*
35 *Dictio*, ita tamen, *est declaratiua.*

DECISIO CVI.

IN Decisione coram me emanata 7. Iulij præteriti firmatum fuit constare de bono iure Ecclesiæ S. Ludouici, & ideò locum esse deuolutioni ex inobseruantia pacti interpositi in Instrumento præstiti consensus ab Ecclesia, scilicet, quod emptor docere teneretur de superuiuentia comprehensorum in secunda generatione singulo biennio, si ab Vrbe eosdem discedere contigerit, super qua resolutione noua audientia concessa ex eodem fundamento hodie DD. in decisis steterunt.

Namquidquid sit de Emphyteusi, an sit hæreditaria, vel ex pacto, & prouidentia semper viget prædicti pacti † adiecti inobseruantia, propter quam omniò locus est deuolutioni, vt plenè firmatum fuit in prima *decis. huius causa in §. quapropter*, & tt ad. Modern. Auenionen. *resol. benef. cap.*46. *num.*2.

Maximè cùm recessus ab Vrbe personarum de secunda generatione sufficienter iustificatus appareat ex depositione Testis pro parte Martini examinati, & ex Instrumento pu-
blico *Sum.* Ecclesiæ † præcedentis positionis *num.* 4. ex quo 3
probatur habitatio extrà Vrbem Eleoæ Monialis filiæ Bar-
tholomæi Bulgari, sicut ex diligentijs Cursorum, † vt firma- 3
tur in prima *decis. in §. minus*, & tenet Mascard. *de prob. conclus.*8. *nu.*6. Rota *in Catanen. illegitimationis* cor. Blanchetto penes Marches. *de commiss. par.*1. *fol.*171. *nu.* 3. *vers. sed ex eo*. Quorum auctoritates non eliduntur, ex declaratione, quod intelligi debeant casu, quo Nuntij, seu Cursores
habeant cognitionem illius, † de cuius absentia quæritur, cū 4
nec per Mascard. nec per dictam decisionem talis interpretatio adducatur, quinimò sufficit informatio habita Cursori-
bus per viciniam, & † apud Notos, vt per Grat. *discept.* 78. 5
*num.*20.

num. 20. & augetur præfumptio, cum contrarium exaduer-
fo non oftendatur, vt ponderauit *d. decif. Marchef. d. n.* 3
6 *in fin.* & ex tot adminiculis facile receffus † concluditur, vt
animaduertitur in prima decifione §. *minus*.

Ex quidem rectè conuincitur deficientia perfonarum de
fecunda generatione ex longæuo temporis curfu 70. an-
norum, vt firmatum fuit in dicta primæ decifione in §. *mi-
nus*, in qua pleuè fuit confirmatum hominis vitam vfque
7 ad centum † annos non præfumi, vt etiam explicat Grat.
d. difcept. 78. *num.* 4. *&* 5. Perez de Lara *de anniuerfar. &
Capellan. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 19. *& feqq.* maximè cùm fuppofi-
to receffu obligatio oftendendi fuperuiuentiam Ioannis
8 Baptiftæ † incumbat ex *alleg. in* 1. *decifione in* §. *minufque in
fin.* cum ipfa non præfumitur, nifi probetur, Rota *decif.* 359.
nu. 16. *par.* 5. *rec.*

Nec releuat, quod de fuperuiuentia Clementiæ doceatur,
tum quia ipfa non probatur de fecunda generatione, tum
quia ius fuum ceffit ad fauorem Ecclefiæ, vt refpondetur
in dicta prima decifione §. *nec vrget*, cuius refponfiones non
9 tollit replicatio prima, quod fecunda generatio † non fuit
expreffa taxatiuè, fed demonftratiuè, & ideò obligatio
non fit reftringenda ad fecundam generationem, quia
10 prædicta † confideratio non fubfiftit, cum obligatio fit
clara, & expreffa, nec verfamur in dubijs, prout Menoch.
pro Martino allegatus *conf.* 349. *nu.* 19. *& conf.* 647. *num.* 13.
Rota cor. Gregor. *decif.* 316. *num.* 8. & ideò nullam exten-
fionem patiatur, vt firmatur in dicta prima decifione in
11 §. *fin.* maximè cùm Emphyteufis † inter ftricti Iuris contra-
ctus cenfeatur, §. *actionum inft. de act.* Modern. Fulgineus
de iur. Emphyt. in prælud. qu. 17. *nu.* 4.

Nec magis fecunda, quod ceffio obtenta fuerit ab Eccle-
fia, quia Clementia, à qua facta fuit ceffio, nunquam fuit
in caufa, & ceffio ab ea facta prohiberetur, nec Ecclefia im-
12 peditur, quo minùs lite pendente † ceffionem reportare pof-
fit ad tuendum dominium, & poffeffionem ad Text. *in l. per
diuerfas C. mandati*, Rot. *in Æfina bonor.* 1. *Iulij* 1639. *cor.
R. P. D. meo Bichio, & in Romana Plateatici* 22. *Maij* 1651.
§. *non obftat cor. R. P. D. meo Meltio*.

Præterea non obftat, quod fecunda generatio vendiderit
etiam vitam tertiæ, quia illa in huius præiudicium nihil po-
13 tuit efficere ex eo, quod vnaquæque † generatio proprio iu-
re fuccedit *DD. omnes in l. fi mihi, & Titio* 110. *ff. de verb.
obl.* Menoch. *conf.* 61. *nu.* 21. Anton. de Amat. cum ibi relat.
var. refol. refol. 84. *nu.* 60. *cum feqq.* Modern. Hifpan. *Laby-
rinth. Cred. par.* 3. *cap.* 3. *à nu.* 29. *& nu.* 47. *cum feqq.* Rot. *de-
cif.* 415. *nu.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 60. *nu.* 12. *p.* 5. *dec.* 74. *num.* 8.
p. 6. *rec.* & cor. Duran. *dec.* 410. *nu.* 6. penes Merlin. *dec.* 86.
nu. 2. *in Romana fucceffionis* 7. *Iunij* 1655. §. *penult. cor. R. P.
D. meo Beuilaqua*, & firmatur *in d. prima decifione* §. *neque*
14 *refragatur*, iuxta cuius Iuris facultatem † regulari debet
confenfus præftitus ab Ecclefia cum ipfe cadat fuper pote-
ftate vendentium, in terminis d. Modern. Hifpan. *d. cap.* 3.
nu. 29. *cum feq.* nec in confenfu fiat mentio de tertia gene-
ratione, ficut nec in memoriali dato pro illo obtinendo, vt
in *Sum. Ecclefiæ præterita pofitionis nu.* 3. & infuper Ecclefia
in pacto appofito fe reftrinxit ad fecundam generationem,
15 vt † propterea nulla fit amplius admittenda extenfio, quam-
uis obligatio adiecta fuerit per venditores faciendi confen-
tire hæredes, quæ nihil aliud operari poteft, quam quod per
emptores agi poffit ad intereffe, vt in dicta prima decifio-
ne, §. *final.* nec ex perfona Clementiæ ad feruandum fa-
ctum auctorum tenetur Ecclefia cum ipfa Clementia hæres
venditorum non oftendatur.

Vndè ex abundanti nihil refert, quod Emphyteufis, de qua
agitur, dicatur hæreditaria, vel potiùs mixta, non verò ex pa-
cto, & prouidentia, fiquidem veriùs eft, quod attento In-
16 ftrumento anni 1650. † Emphyteufis eft ex pacto, & pro-
uidentia; nam conceffio Bartholomæo facta fuit ad tertiam
generationem, ita quod prima generatio inciperet à Bartho-
lomæo, fecunda à filijs, & filiabus filiorum fuorum, vt proin-
17 dè † dici nequeat hæreditaria, iuxtà tradita per Iul. Clar.
lib. 6. §. *Emphyteufis quæft.* 26. *num.* 2. Modern. Fulgin. *tit. de
contract. Emphyt. quæft.* 1. *per tot.* Matefcott. *var. refol. lib.*
2. *qu.* 53. *etiam per tot.* Rota *dec.* 390. *num.* 2. *par.* 1 *recent. &
in d. Romana fucceffionis cor. R. P. D. meo Beuilaqua d.* §. *pe-
nult.* non obftante, quod in d. Conceffione legatur verbum,
18 hæredibus, quod in Emphyteufi † Ecclefiaftica intelligatur
de hæredibus fanguinis ex allegat. per Amat. *var. vbi fup.
num.* 74. d. Modern. Fulgin. *d. quæft.* 1. *num.* 8. *verf. fed quod
non tranfeat propè finem*, vbi in terminis conceffionis pro

fe, † & hæredibus, & fucceffotibus iunctis illis vfq; ad ter- 19
tiam generationem Rota *in Caietana bonorum* 3. *Nouembr.*
1646. *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *iuftitia vero*, *in Bonon.
bonorum de Romafiis* 22. *Maij* 1651. *coram R. P. D. meo Ve-
rofpio*, §. *fiquidem*, *in Romana deuolution. Domus* 20. *Iunij*
1653. *coram R. P. D. meo Verofpio*, §. *hinc vero*, *confirmata*
15. *Iunij* 1654. §. *nec de iuftitia in fin. &* §. *quia omiffo ad me-
dium cor. R. P. D. meo Meltio*. Et fecundum hanc † diftin- 20
ctionem intelligenda eft, *dec.* 483. *par.* 4. *tom.* 2. *rec. à nu.* 14.
quæ loquitur in Emphyteufi Laicali, vt ex lectione colligitur,
& tandem nihil concludit.

Nec magis refragatur claufula, *ad habendum*, ibidem ap-
pofita, quæ iuxtà naturam Emphyteufis Ecclefiæ ad eofdem
hæredes † fanguinis debet reftringi, vt firmatur in dicta *Ca- 21
ietana bonorum*, *& in Romana deuolutionis proximè allegata*,
abfque eo, quod contrarium firmetur in *dec.* 383. *par.* 2. *rec.*
quæ loquitur in † facultate nominatim data alienandi in ex- 22
traneos, vt colligitur ex *nu.* 6. ficut nec etiam obftat *dec.* 280.
num. 11. *par.* 1. *rec.* quia adeft verbum, *in perpetuum*, ex quo
claufula, *ad habendum*, † ad hæredes extraneos proten- 23
ditur, vt explicat dict. Modern. Fulgin. *d. quæft.* 1. *nu.* 5. *&* 8.
verf. fed quoad propè fin. latè Matefcott. *var. refol. lib.* 3. *c.* 1.
nu. 27. *& cap.* 2. *per tot.* ex quo pariter ceffat, quod ifta Em-
phyteufis fit mixta, † cum potiùs fit pactionata, & adhuc 24
admiffo, quod mixta dicatur ex ifto capite excluderetur
Martinus cum in eo deficiat vtraque qualitas infimul fan-
guinis, & hæreditaria, ex adduct. per Moder. Fulginaten.
d. qu. 1. *num.* 23.

Hæreditaria autem nec dici poteft prædicta Emphyteu-
fis, ex quo potiùs fuerat conceffa ad duas nominationes,
vt conftat † ex conceffione de anno 1549. *Summ. hodierno* 25
Martin. nu. 1. & ex relatione dicti Inftrumenti eodem *Sum.
num.* 2. & altero Ecclefiæ *num.* 1. in quibus nominationibus 26
poterant nominari extranei, vt in *Rom. Domus* 28. *May*
1608. *cor. Manzanedo*, quia non ex eo infertur, quod Em-
phyteufis fit hæreditaria, quinimò femper cenfetur ex pa-
cto, † & prouidentia, ea pleniffimè traditis per Cald. *de* 27
nomin. Emphyt. tom. 2. *par.* 2. *qu.* 1. *num.* 3. *qu.* 7. *nu.* 33. *qu.* 10.
nu. 18. *propè fin. & qu.* 23. *num.* 48. Gratian. *difcept.* 451. *nu-
mer.* 21. d. Modern. Fulginaten. *d. quæft.* 1. *nu.* 16. *propè med.*
Rot. *d. dec.* 60. *nu.* 11. *par.* 5. *rec.* & confirmatur, quia non fa-
cta † nominatione de perfona nominanda in Emphyteufi 28
per eum cui nominatio conceffa fuit res Emphyteutica non
tranfit ad hæredes, Anton. Gomez 2. *tom. var. cap.* 13. *nu.* 7.
verf. quarta conclufio, & relat. per Ermofilla *d. nu.* 6. *verf. in
Emphyteufi*, quorum doctrina fubftinetur, quando res in
Emphyteufim perpetuò conceffa fuit, nec ad † conceden- 29
tem, vel eius hæredes erat reuerfura, vt explicat Anton. Go-
mez *vbi fupra*, & complectitur Ermof. d. loco Grat. *difcept.*
50. *nu.* 23. poft Pacif. de Saluian. *decif.* 149. *& dec.* 150. *nu.* 8.
fecusè conuerfo, & maximè † in Emphyteufi Ecclefiaftica, 30
vt plenè probat Caldaf. *d. tract. de nominat. qu.* 7. *num.* 18.
verf. ex his cum feq.

Hinc etiam infertur, quod cùm tam vna, quàm altera Em-
phyteufis, fcilicet ad tertiam nominationem, † & ad tertiam 31
generationem fit pactionata incredibile non fit, quod Em-
phyteuta commutare vellet primam Emphyteufim tertiæ
vitæ ad tertiam generationem, præfertim cùm hæc vtilior, &
latior fit, nam illa tres tantum perfonas nominandas com-
prehendere poteft, ifta verò quotquot fub generationis ap-
pellatione continetur iuxta plures allegatos à Barbof. *de ap-
pell. verb. fignificat. appellatione* 108. *nu.* 1. *cum feq.* & quan-
do fecundùm qualitates iftæ conceffiones differrent, prima
per fecundam nouata cenferetur *commutando*, appofito in
Inftrumento de anno 1560. nouam autem fuiffe celebratam
conceffionem conftat ex eo, quod qualitas nominationis
translata fuit in † generationem, & Canon auctus, iuxta 32
tradita per Fulgin. *de Contract. in Emphyt. qu.* 2. *nu. propè med.
quæft.* 9. *num.* 12. *quæft.* 34. *nu.* 22. *in fin. & tit. de fucceff. in bo-
nis Emphyt. qu.* 9. *nu.* 22. *verf. declara*, etiam non obftante
claufula, *cæteris pactis*, per quam referuantur pacta pri-
mæ conceffionis, quia debet intelligi de pactis, † quæ non 33
funt contraria, aut incompatibilia, vt innuit verbum, *Cæte-
ris*, quod exclufionem † plerumque fignificat ex *tradit. in* 34
l. cæterorum 160. *ff. de verb. obl.* vbi Rebuff. Caluin. & cę-
teri præterquamquod poftea fequitur illa claufula † de-
claratiua, *ita tamen*, quod prima generatio incipiat 35
ab eodem Bartholomæo, quæ tollit omnem dubitatio-
nem.

Denique non obftat, quod fub hac Emphyteufi non duæ,
fed

sed vna Domus comprehendatur, quia, vt apparet ex Instrumento Concessionis, *Sum. Eccles. num.* 1. Ecclesia non cessit Bartholomæo Bulgaro Domum cum parte terreni adiacentis, in quo ipse ædificare cœperat, nec constat Augustinum ædificium perfecisse, quinimò contrarium colligitur, cùm ipse ab Ecclesia petijsset consensum pro duabus Domibus sub proprietate Ecclesiæ S. Ludouici emptis à Bulgaro, vt ex Instrumento dato in *Summ. Eccles. num.* 3. *arg. text. in l. de vnic. C. de Thesaur.* Pro parte verò Martini infertur vnicam tantùm Domum concessam fuisse ab Ecclesia, & vnicam etiam Augustinum emisse, & ipsum postea duas Ioanni Baptistæ donasse, ac super ipsis duabus accessisse consensum Ecclesiæ, in cuius rei confirmationem adducitur rescriptum Signaturæ cum clausula, *sine præiudicio*, quoad Domum concessam Bulgaro *Sum. Martini num.* 5. quæ ad prædictam Domum executionem restringit iuxta illius vigorem, de quo Barb. *clausula* 159. Marescott. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 138. vtcumque autem res se habeat visa fuit non esse præsentis inspectionis, sed quod de ea poterit particulariter videri.

Atque ità, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Hæreditatis.

Veneris 10. *Decembris* 1655.

ARGVMENTVM.

Testator dum mandauit, quod in Conuentu erigendo debeant morari tot Patres quot ex redditibus suæ hæreditatis possunt substentari, & ordinauit, quod obtineretur derogatio super Bullis Apostolicis volentibus adesse 12. Patres, si talis derogatio numquam fuit procurata, nec habita, an aperiatur ius vocatis, in casu dum non fuit habita talis derogatio.

SVMMARIVM.

1 *Heredis institutio, quando dicatur conditionalis.*
2 *Dictio*, non altrimente, *importat conditionem.*
3 *Conditio affirmatiua, quando dicatur.*
4 *Dispositio conditionalis facit vt actus suspendatur, & nihil ponit in esse, donec purificetur conditio.*
5 *Actus conditionalis non purificata conditione, euanescit.*
6 *Conditio, quando est resolutiua, & purificatio conditionis est impossibilis, quid sit dicendum.*
7 *Vocatus sub conditione, si hæres aliquid non adimpleuerit, tunc neglecto tali adimplemento per hæredem, intrat talis vocatus.*
8 *Vocatio, quando est conditionalis tunc dum conditio non impletur, vocatio talis perindè est, ac si esset pura.*
9 *Conditio, quoad effectum, & Iuris dispositionem reddit actum suspensiuum, respectu resolutionis, & n.* 10.
11 *Conditionis implementum, quando dependet à voluntate Principis, quando dicatur ipse eam declarasse.*
12 *Erectiones nouorum Conuentuum Religiosorum, de nouo fieri non possunt, nisi in eis possint substentari 12. Religiosi.*
Et hoc secundum Constitutiones Apostolicas.
13 *Papæ voluntas optimè deprehenditur ex eius rescripto, emanato in Signatura Gratiæ.*
14 *Restitutio in integrum aduersus lapsum temporis ad obtinendam aliquam derogationem, an detur.*
15 *Licentia subreptitiè obtenta non iuuat.*
16 *Constitutionibus, & Rescriptis Apostolicis standum est.*
17 *Inferiores debent obedire dispositionibus Superiorum.*
18 *Leges posteriores habent implicitam derogationem ad præcedentes.*
19 *Restitutio in integrum, quando non possit prætendi.*
20 *Restitutio in integrum denegatur, quando non est profutura.*
21 *Restitutio in integrum non datur quando voluntas Testatoris non fuit adimpleta, & pluries tempus præfixum transiuit.*
22 *Tempus implendi conditionis, quando non dicatur currere.*

23 *Constitutiones, quando dicantur emanare per viam Legum generalium.*
24 *Leges, quando sunt generales, & indefinitæ, ligant omnia loca subiecta Legislatori.*
25 *Ordinarij appellatione venit etiam Eminentissimus Vicarius Vrbis.*
26 *Constitutio Gregorij XIII. quod noui Conuentus Religiosorum non possint erigi, nisi cum 12. Religiosis, quid statuat.*
27 *de Papæ potestate dubitare nefas est.*
28 *Papa benè potest declarare Constitutiones Antecessorum.*
29 *Constitutio Gregoriana circa erectiones nouorum Conuentuum, non fuit abrogata per Vrbanum VIII.*
30 *Et ita declarauit Eminentissima Card. Congregatio S. R. E. super Concil. Trident.*
31 *Verùm solum fuit declarata dicta Constitutio Gregorij XIII. ab Vrbano VIII. & vide numero 32. & 33.*
34 *Conuentus noui Religiosorum pro substentandis 12. Religiosis quot redditus habere debeat.*
35 *Conuentus Religiosorum non possunt erigi absque beneplacito Sedis Apostolicæ.*
36 *Conuentus Religiosorum, quando est erigendus, redditus debet esse certus, & non euentualis.*
37 *Testator, quando aliquid requirit pro forma, debet ad vnguem, & specificè adimplere.*
Forma omissio vitiat actum, num. 37.
38 *Effectum ea quæ non habuerunt, non releuant.*
39 *Donatio dum non habuit effectum, & maximè si donans de bonis donatis disposuit, tunc eo minùs attenditur.*
40 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*

DECISIO CVII.

EXcusabatur Congregatio B. Petri de Pisis à caducitate eius institutionis in Testamento Io. Victorij de Rubeis conditionaliter factæ propter non dolosam contrauentionum conditioni adiectæ, & restitutionem in integrum ab ea expetitam, dum scilicet, præuia vnica decisione emanata sub die 18. *Martij* 1650. *coram Reu. P. D. meo Tarraconen.* lata fuit Rotalis sententia ad eiusdem fauorem, sed cum interposita appellatione per Rocchum de Rocchis, & litis consortes, eiusque causa mihi commissa dubitaui an constaret de re iudicata, seu potiùs sententia Rotalis esset infirmanda, Domini post plures dubij propositiones ex nouiter deductis resoluerunt non constare de re iudicata, sententiamque Rotalem esse infirmandam,
hac moti ratione, quia † cùm verba dictæ Institutionis sint 1
conditionalia, ponderando præcipuè illa verba, *con le conditioni infrascritte*, quæ in simili institutione perpendit Rota *in Casenaten. hæreditatis* 24. *Martij* 1651. *vers. institutioni coram R. P. D. meo Decano*, nec non clausula, *non*
altrimenti conditionis inductiuam, † Ias. *in l. fin. num.* 142. 2
C. de iur. Emphyt. Surd. *cons.* 26. *num.* 9. Verall. *decis.* 82. *n.* 3. *part.* 3. Seraph. *decis.* 878. *num.* 7. *cum vulgat.* Non solùm con-
ditio affirmatiua obtinendi derogationem videtur † esse su- 3
spensiua propter adiecta supradicta verba, *con le conditioni infrascritte, e non altrimente*, quæ cùm exprimant condi-
tionem, † sine qua non, actum suspendunt, & emolumen- 4
ti acquisitionem differunt, donec subiecta conditio adimpleatur, Osasch. *decis.* 165. *num.* 3. Verall. *d. decis.* 82. *n.* 3. Rota *decis.* 445. *num.* 5. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 286. *num.* 2. *part.* 2. *rec.* Seraphin *decis.* 724. *num.* 4. & *in d. Casenaten. hæreditatis*, §. *nec aduersatur coram R. P. D. meo Decano*, &
consequenter dispositio per eius non adimplementum † sta- 5
tim euanuit, ac si nunquam facta fuisset, *l. si ita fuerit* 13. *ff. de manumiss. testam.* Menoch. *cons.* 78. *num.* 8. Rota *decis.* 86. *num.* 39. *part.* 6. *rec.* & *in d. Casenaten. hæreditatis in princ.*

Sed etiam esto, quòd conditio esset resolutiua, tamen
quia † per accidens facta fuit impossibilis, ita fuit purificata 6
contraria conditio impotentiæ in illis verbis subsequentibus contenta, ibi, *E non la potendo, o non la volendo ottenere*,
vt statim apta fuerit substitutio ad fauorem Rocchi, & litis 7
consortium in d. euentum substitutorum, *l. si quis ita, ff. de condit. inst.* Peregr. *de fideic. art.* 16. *num.* 115. Fusar. *de subst. quæst.* 454. *num.* 1. Pactum enim resolutiuum efficit, quod
non adimpleta conditione videatur à principio † nihil fuisse 8
actum, Paris. *cons.* 19. *num.* 63. *lib.* 2. Cyriac. *controuers.* 230. *num.* 24. Rota apud Verall. *decis.* 82. *num.* 3. & *seq. part.* 3.

& in Romana pratensi Matrimonij 28. Iunij 1600. in princip.
9 *coram bon. mem. Lancellotto*, & † quoad effectum, & iuris
dispositionem reddit actum suspensiuum respectum resolu-
10 tionis, & post actum euentum in ingressu † ad finem re-
petendi, & resoluendi conditioni suspensiuæ æquiparatur,
l. 1. C. de donat. quæ sub mod. Thob. Nonius *cons. 48. num. 16.*
Rustic. *ad l. cum Auus in proœm. cap. 13. num. 47. & 48.* Ca-
pyc. Galeot. *controu. 12. num. 24. in fin.* Rouit. *decis. 4.*
num. 11.

Quòd autem eadem conditio affirmatiua ex post facta
fuerit impossibilis, patet ex quo fel. rec. Innocent. X. in
plena Signatura Gratiæ auditis hincinde partibus eius men-
tis declarationem expetentibus super noui huiusmodi Con-
uentus erectione mandauit seruari Apostolicas Constitutio-
11 nes. Cùm enim conditionis adimplementum † penderet à
Summi Pontificis voluntate, ipseque rescripserit seruari
Constitutiones, quæ obstant erectioni nouorum Conuen-
tuum in quibus 12. Religiosi illi nequeunt, videtur satis de-
clarasse à se nolle quod hic nouus Conuentus, in quo detra-
12 ctis oneribus quinque tantùm † Fratres possunt manutene-
ri contra Bullarum Constitutionem construeretur, non
13 enim potest melius de eius mente constare, † quam ex huius-
modi Signaturæ Gratiæ rescripto, Rota *in Carpen. bonorum*
11. Aprilis 1617. coram bon. mem. Sacrato, Camerinen. pen-
sionis 26. Iunij 1641. coram bon. mem. Cardinalis Panzirolo,
& in Meleuitana Dignit. 4. Aprilis 1642. §. nec obstat, coram
R. P. D. meo Decano.

Ex eodem Signaturæ Gratiæ rescripto duo præcipuè dictæ
Congregationis fundamenta diluuntur, alterum, quod
Conuentus in casu fuerit erectus cum licentia Vicesgeren-
tis. Alterum, quod aduersus lapsum temporis ad obtinen-
14 dam derogationem † competat restitutio in integrum, ea
Roman. *singul. 93.* & Menoch. *cons. 425. num. 18.* nam licen-
tiam Vicesgerentis non suffragari fortè tanquam subrepti-
15 tiam ob non factam † mentionem substitutionis in casum
non obtentæ derogationis videtur declarasse Summ. Pontif.
16 mandando posteà seruari Constitutiones Apostolicas, eius-
que rescripto standum est, tum ratione præeacellentioris
17 dignitatis, & auctoritatis, cui inferiores † comparari non
possunt, *cap. 15. quæ de maior. & obed.* tum quia est poste-
18 rius, habetque ideò implicita † abrogationem præceden-
tium, *l. pacta nouissima, C. de pact.* cum alijs allegatis in
Romana, seu Perusina Census 23. Iunij 1647. coram Rev.
P. D. meo Bichio.

Restitutionem pariter in integrum d. rescriptum tollit,
19 † quia otiosa esset ad obtinendam derogationem, quam
20 Papa expressè denegauit, mandando seruari † Constitutio-
nes Apostolicas, non enim datur restitutio quando non est
profutura, *arg. text. in l. quod si minor, §. Sceuola, ff. de mi-*
nor. quem in proposito expendunt Crauet. *cons. 151. num. 59.*
Menoch. *cons. 714. num. 4. lib. 8.* Grat. *discept. 767. num. 45.*
& in terminis conditionis impossibilis, Cyriac. *controuers.*
239. num. 21. præcipuè, quia res non est integra, dum post
decies elapsum tempus à Testatore præfixum, & denegatam
21 à † Papa derogationem, statim substitutis ius fuit acquisi-
tum, Patis. *cons. 19. num. 83. & 248. lib. 2.* Odd. *de restit. in*
integr. quæst. 89. num. 12. & 43. Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4.*
gloss. 29. num. 16. Theod. *alleg. 58. num. 18.*

Non obstat, quòd supradicta conditio obtinendi Bulla-
rum derogationem videatur modificata ex alia adiecta sub
22 conditione, ibi, *mentre vi siano*, † & quod idcircò condi-
tioni adimplementum possit admitti, dum non docetur
quod Bullæ obstatiuæ Conuentus in Vrbe erigendos com-
prehendant.

Quia licèt Decreta Congregationum non comprehen-
dant Vrbem, ex quo ità in eorum erectionibus disponitur,
non ita videtur dicendum de Constitutionibus Apostolicis
emanatis per viam Legis generalis, qualis est Constitutio
23 31. Gregoriana, & † 25. Vrbana, in *qua sub §. 2.* manda-
tur expressè, quod in erectionibus Monasteriorum seruetur
24 forma Constitutionis Gregorianæ, Lex † namque genera-
lis, & indefinita ligat omnia loca legislatoris subiecta, & ex
quo Constitutio Gregoriana loquitur de Ordinarijs, ac ab
eorum sententijs appellationem admittit ad S. Congrega-
tiones contrarium elici non potest, quia id fecit vt prouide-
25 ret casibus extra Vrbem emergentibus, sed de cætero † ap-
pellatione Ordinarij venit etiam Eminentissimus Cardina-
lis Vicarius Vrbis qui talis est, vt per Mart. *de Tribunal.*
Vrb. cap. 2. num. 82. & seq.

Imò in casu non amplius est ambigendum, Constitutio
Gregorij XV. aliæque prohibentes erigi Conuentum † cùm 26
minori numero 12. Religiosorum, hunc, de quo agitur, in
suburbijs Romæ erectum afficiant, cum fel. rec. Innocen-
tius X. proposita causa obstaculi dd. Constitutionum in
† plena Signatura Gratiæ suo rescripto expressè mandaue- 27
rit seruari Apostolicas Constitutiones, nec fas sit dubitare
de potestate Papæ, qui sicuti potest de nouo condere le-
gem particularem prohibentem erectionem Conuentuum
in suburbijs; ità fortius potuit mandare in ipsis seruare
Constitutiones † à prædecessoribus factas, eosque in 28
illis comprehensos esse declarare, *l. is potest, ff. de acquir.*
hered. l. eius nolle, ff. de reg. iur. cum vulgat.

Gratis verò dicitur, quòd Constitutio Gregoriana abro-
gata fuerit per Decretum fel. rec. Vrbani VIII. † & conse- 29
quenter per aliud nouissimum Decretum Innocent. X. edi-
tum de anno 1654. mandans, quoad Conuentus cum mi-
nori numero 12. Fratrum erectos post annum 1625. serua-
ri Decretum Vrbani.

Quia Sac. Congregatio EE. Cardinalium Concilij Tri-
dentini interpretum declarauit de anno 1652. † Decretum 30
Vrbani non esse correctorium, seu abrogatorium Constitu-
tionis Gregorianæ; vt in declaratione data *Summ. Rocchi*
num. 2. Quinimmò Constitutionem Gregorianam ex dicto
Vrbani Decreto potiùs confirmationem, & innouationem
obtinere, tradunt Modern. *in Manual. regul. lib. 2. tract. 8.*
num. 95. & meritò quia stant simul quod erectio Conuen-
tus non capacis 12. Religiosorum tanquam prohibita † à 31
Constitutione Gregorij sit nulla, & quod deinde per De-
cretum Vrbani similes Conuentus in pœnam subijciantur
iurisdictioni Ordinarij, hoc enim intelligitur quousque
ad effectiuam Conuentuum destructionem, & annulla-
tionem deueniatur, & nullitas inducta in præcedenti
Constitutione simpliciter prohibente, non censetur sub-
lata per subsequentem adijcientem certam pœnam: Nam
pœna specialis, quæ posteà imponitur, videtur augere
prohibitionem in præiudicium eius, † qui prohibetur quid- 32
quid dicendum esset, si in ipsa Constitutione prohibitiua
pœna adiecta esset, vt magistraliter distinguendo declarat
Decian. *in cap. in nomine Domini sub num. 21. vers. secundus*
casus de Testibus, post Imolen. *cons. 16. num. 14.* quem refert,
& sequitur Bursatt. *cons. 14. num. 17.* Surd. *cons. 306. num. 8.*
in fin. vbi contraria procedere † declarat in pœna promissa 33
ab homine, non autem imposita à lege.

Vt igitur Constitutio Gregoriana non obstaret, necesse
esset probare quod redditus huius Conuentus sufficiant pro
12. Religiosis, cùmque contrarium apparet ex calculo co-
ram me ab hinc indè partibus firmato, ex quo detractis
expensis † pro manutentione Sacristiæ, & Ecclesiæ habetur 34
remanere pro Religiosis circiter annua scutor. 225. quæ
vix sufficiunt pro manutentione quinque Religiosorum,
sumus in claris quod obstat Constitutio Gregoriana nihil
suffragante, quod Religio offerat supplere de redditibus
aliorum Conuentuum, quia de illis non est habenda ra-
tio cum Religioni id facere non † liceat absque benepla- 35
cito Apostolico, ex *alleg. in termin.* à Modern. *Lauiens. in*
prax. rer. reg. part. 2. tom. 14. quæstion. 84. tom. 1. & facit
Nauarr. *cons. 9. & 10. de reb. Eccles. non alien.* Rota *decis.*
561. num. 8. & 9. part. 5. recent. & in Assisien. Oblationum
4. May 1652. & 13. Iunij 1653. coram me, prout nec est ha-
benda ratio de redditibus hæreditatis difficillimæ exactionis
ex alleg. in Romana Dotis 15. Iunij 1645. coram Eminen-
tissimo D. Card. Ottbobono. Imò nec sufficeret, quod Re-
ligio legitimè † suppleret deficientes redditus pro manu- 36
tentione Fratrum, vel quod quærenda eleemosyna sat
esset, quia cùm Testator mandauerit, quod in Conuentu
erigendo debeant morari tot Patres, quot ex redditibus
suæ hæreditatis poterunt sustentari, & ad hunc effectum
† Bullarum derogationem conditionaliter requisiuerit, 37
forma à Testatore præscripta debet ad vnguem, & spe-
cificè adimpleri, ne alias omissio formæ vitiet actum, ad
trad. per Bald. *in cap. cum dilecto num. 6. de reseruat.* Rota
decis. 345. num. 2. part. 2. & decis. 222. num. 14. & 15. part.
6. recent.

Nec demùm refertuat, quòd idem Io. Victorius de anno
1627. donauerit eidem Congregationi, Vineam, Domum,
& Capellam, ad hoc, vt duo Patres sumptibus Religionis
dictam Domum inhabitarent, quia huiusmodi donatio non
† habuit effectum, vtpotè, quia in ea appositum fuit pa- 38
ctum resolutiuum obtinendi beneplaciti Apostolici intra
terminum sex mensium, quo non obtento donatio re-
mansit

mansit prorsùs inefficax : præcipuè quia idem Io: Victo-
39 rius † de eisdem bonis posteà disposuit in Testamento, cuius vigore PP. dictæ Congregationis eiusdem hæreditatem acceptarunt.

Vnde quia sententia Rotalis denegans immissionem Roccho, & litis consortibus substitutis Congregationi B. Petri de Pisis in casum non obtentæ derogationis Constitutionum Apostolicarum ex supra deductis necessario est iniusta, transire non potest iniudicatum, & sæpissimè fuit decisum apud Buratt. *decis.452. num. 6. in recent. decis.535. num.5. part.2. & in Rom. fideicomm. de Iuuenalibus 20. Aprilis 1643. in princ. coram R. P. D. meo Cerro, & alibi passim.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista emanata sub die 10. Maij 1650. coram Reuerendiss. Terracinen. & Rauennaten. erit infra in Miscellanea.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Episcopo Papień.

Vercelleń. Manutentionis.

Veneris 10. Decembris 1655.

A R G V M E N T V M.

Ex duplici confessione partis aduersæ fortiùs probatur possessio, & hoc quantumuis nominetur pars aduersa vsurpator, & iniustus possessor, quia reijcitur talis qualitas, cum sit contra præsumptionem Iuris; clausula, *Constituti*, quando penitus frustatoria sit.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio fortius probatur per duplicem confessionem partis aduersa.*
2 *Pars aduersa si fateatur aduersariam nulliter possidere, dicit constare de illius possessione.*
3 *Possessio satis probatur ex confessione partis, nominantis aduersarium, occupatorem illius.*
4 *Confessio non solùm contra confitentem probat, sed etiam contra habentem causam ab eo.*
5 *Et multò magis, dum ab eodem fuit approbata.*
6 *Confessio licèt sit recipienda cum sua qualitate, attamen id non procedit, dum qualitati ius resistat.*
7 *ex Scientia, & patientia, quod quis possidet rem suam, & tacet ex hoc cadit à possessione.*
8 *Clausula,* Constituti, *tunc non operatur, dum constituens se nomine alterius possidere, est viduus tali possessione.*
9 *Possessionem si quis non habeat, non potest eam in alium transferre.*
10 *Possessio clandestina non meretur allegari ad obtinendam manutentionem.*
11 *Accessus non tutus ad comparendum in aliquo loco est probandus.*
12 *Testes examinati post lapsum termini, non probant.*
13 Put. decis. 300. lib. 3. in correct. *quo casu loquatur.*
14 *Locus non potest dici non tutus, dum potest compareri per Procuratorem, & causa non est criminalis.*
15 *Citationis defectus benè sanatur ex comparitione, & approbatione gestorum.*
16 *per Contradictas dicitur quis nulliter citatus, dum prius non fuit citatus personaliter.*
18 *ex Abundanti ea quæ fiunt, non nocent, etiam sinulliter fiant.*
19 *de Iure tertij, quis dare non valet.*
20 *Possessio, vt possit dici capta, requiritur actualis possessio.*
Et maximè in casu de quo agitur.
21 *in Iurisdictionalibus, Decimalibus, & similibus materijs, in quibus vniuersalitas causa, iuncto particulari actu.*
22 *ex Apprehensione possessionis partis trahit ad se possessionem totius.*
23 *Consensus in aliquo contractu potest præstari ex diuersis causis.*

D E C I S I O CVIII.

PLenissimè possessionem bonorum, de quibus agitur, ab
Abbate, & Monasterio S. Andreæ probatam, cen-
suerunt Domini sub die 28. Iunij præteriti, & iterùm hodie
decisionem tunc editam confirmando; clarissima † enim 1
est geminata confessio Capitanei Rogerij auctoris Mar-
chioni Mossi Aduersarij altera in protestatione facta de
ann. 1645. ibi, *E perche detti beni sono sottoposti ad vn annuo*
liuello di scudi cento d'oro verso l'Abbadia di S. Andrea,
† per il quale ha preso, benche nullamente vna delle migliori 2
Pezze. Altera in Instrumento Venditionis horum bono-
rum factæ dicto D. Marchioni, ibi præterea attento quod
Reuerendissimus Abbas, & Monachi Abbatiæ Sancti An-
dreæ † occuparunt dictam Granciam, & bona Solettæ, 3
seu partem eiusdem Grangiæ, & bonorum prædictorum
per multos annos, pro quibus d. Abbas, & Monachi de-
tentores, & occupatores, &c. Vtraque autem probat con-
tra D. Marchionem à confitente causam habentem, & for- 4
tiùs posterior, & quod fuit ab ipso acceptata reportando
simul cessionem Iurium contra Abbatem pro dicta possessio-
ne recuperanda: Vnde perindè est, ac si ipsemet † posses- 5
sionem Abbatis confessus fuisset, Rota *decis. 219. num. 2.*
part. 5. diuers. cum alijs alleg. *in Senogallien. fideicommissi 1.*
Iunij 1652. coram me. Nihil refragante qualitatem nullita-
tis, & detentationis confessioni adiecta, † quia cùm ha- 6
beat contra se præsumptionem Iuris potest ex reiecta acce-
ptati confessio, vt præter allegatos in prima *decis. §. 1. in*
fine dictum fuit in Vrgellen. Decanatus, & Canonicatus 11.
Martij 1650. coram R. P. D. meo Celso.

Et hæc sufficerent pro decernenda manutentione Abbati
non attenta anteriori possessione Capitanei Rogerij, vel
posteriori Marchionis, quia illa † amissa fuit nedum me- 7
diante infra memoranda sententia Iudicis, sed etiam ex quo
Rogerius ab anno 1645. quo vt supra, sciuit bona ab Abba-
te possideri tacuit per 9. annos, † sola namque scientia, & 8
patientia, quod alius modico tempore possideat, demon-
strat quod prior possessor animum possidendi abiecit, Ca-
ual. *decis. 655. num. 12.* Merlin. *decis. 18. num. 1. & seq.* Gio-
uagn. *cons. 179. num. 11. & 18. lib. 2.* Gratian. *discept. 454.*
num. 6. & 7 vltra allegatis in prima *decis. §. eo magis*.

Alia autem vltima possessio Marchionis non probatur ex
† clausula, *Constituti*, in præfata venditione anni 1650. 9
apposita, quia cum, vt dicebam, eam Rogerius constituet
iam amisisset transferre in Constitutarium non possit
possessionem quam non habeat, Rot. *decis. 605. num. 3. part.*
2. cum alijs alleg. per Modern. Perusin. *de manut. obseru.*
num. 3. Et si quo de facto fuisset à Marchione apprehensa in-
scio Abbate præsumetur † clandestina, nec esset manutenibi- 10
lis, Felin. *in cap. licèt causam num. 8. & 9. de probat. cum vulgar.*

Sed ex abundanti fauet Abbati etiam sententia Iudicia-
lis immissionis executioni demandata an. 1644. quam non
vitiat ass. defectus citationis Rogerij sub prætextu, quod ad
locum Iudicialis non esset tutus accessus, quia ad hoc pro-
bandum productæ solùm † fuerunt depositiones Testium, 11
qui tanquam examinati post lapsum termini non probant,
nec suffragatur quod altera pars dederit † interrogatoria, 12
nisi obtineatur Commissio sanatoria à Principe *ex alleg. in*
prima decis. §. nam ad primum, & in eisdem terminis loqui-
tur † Put. *ex aduerso alleg. decis. 300. lib. 3. in correct.* Vltra 13
quod esto, quod Rogerio non fuisset tutus accessus adhuc
comparere potuisset, per † Procuratorem cùm non agere- 14
tur de causa criminali, & graui personalem præsentiam
requirente, Rebuff. *in Const. Gal. tom. 3. de excusat. num.*
68. & seq. vbi signanter *num. 6.* ait, excusandum esse
reum conuentum, quando locus non est tutus ipsi nec
Procuratori, Dec. *in cap. intelleximus num. 7. de iud.*
Piocl. *in auth. nisi triennale num. 43. vers. ampliatur 3. cap.*
bon. matrim.

Cessat omnis amaritudo, † quia ipsum Rogerium com- 15
paruisse, ac ratificasse gesta per quemdam Procuratorem
eius nomine illum ad futuros quoque actus constitueń. asse-
ritur apparere ex reuolutione Processus, † qui ab Aduersa- 16
rio nullitatem Iudicij allegante transportandus est Burat.
decis. 251. n. 3. & 11. Rota *decis. 636. in princip. & n. 3. part. 1.*
diu. & in alijs allegatis in prima *decis. &c. cuius in fine*.

Minùs vrget, quòd fratres Rogerij fuerint citati per con-
tradictas † nulla præcedente citatione personali, quia illorum 17
citatio, vel quia non possidebant, vel quia prædecessetant
necessaria non erat, † & facta exabundanti non nocet 18

Felin. *in cap. cum ordine sub num.3. vers. & ad hæc adde de rescript.* Grat. *discept.*321. *num.*3. Rota *decis.*15. *num.*2. *de dol. & contum.in nov. decis.*365. *num.*4. *part.* 1. *recens.*

Gratisque dicitur debuisse citari sorores dd. fratrum hæ-
19 redes; quia id allegare non potest Marchio ab illis † eau-
sam non babens, nisi probet eas tempore Iudieij bona hæc
pro indiuiso vnà cum Rogerio possedisse, quod probatum
non censetur ex eo, quod fratrum hæreditatem adiuerint,
20 † quia adhuc ad acquirendam possessionem requiritur actua-
lis apprehensio, & signaoter bonorum, de quibus agitur,
21 ita vt nec sufficeret alia corpora fuisse apprehensa, † licèt se-
cùs sit in materijs Iurisdictionalibus, Decimalibus, & simili-
bus, in quibus vniuersalitas causæ iuncto actuali quo parti-
22 culari trahit † possessionem totius, vt benè distinguit Ias.
*in l.*3. *num. ff. acq. poss.* Alex. *ibid. num.*22. Innoc. *num.*39. *infra med.* Surd. *cons.*135. *num.*29. *part.*5. *rec. decis.*322. *num.*3. *in impress.* apud Modern. Perus. *de manut. & in Romana hereditatis de Fabijs* 29. *Aprilis* 1642. §. *quia, & §. sequent. coram me.*

Nec sororum possessio resultat ex consensu per eas præ-
stito venditioni, vt suprà, factæ Marchioni, quia præstari
23 potuit † ratione hypothecæ, vel dominij, *l. si debitor, §. consensis in princip. ff. quibus mod. pignus vel hypothec. soluatur*, quod longè differt à possessione *gloss. in l. vsu capio, verbo vsu capio à pignor.* alijsque relatis à Modern. *Forolinien. de pignor. lib.* 1. *quæst.*5. *sub num.*10. & in fortioribus terminis ita respondit Rota *in Romana Domus 6. February* 1640. §. *penult. coram Eminentiss. Card. Panzirolo*, animaduertendo præsertim, quod solus Rogerius eiusque vxor vendidit, & sorores; partem pretij receperant, non vti venditrices, sed vti creditrices dotium à Rogerio promissarum.

Et ita decisum vtraque parte Informante.

☞ *Decisio hæc emanata in hac causa sub die 28. Iunij præteriti coram Meltio, erit in Miscellan.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Domus.

Veneris 14. Ianuarij 1656.

A R G V M E N T V M.

Mulieris obligatio non substinetur si causa adducta talis obligationis fuerit nimis generalis, & vaga, & an sit necessarium, vt in specie illa deducatur, & maximè secundùm Statutum *Vrbis lib.*1. *cap.* 151. Et similiter si causa adducta sit ob causam mariti, causæ nullitate stante corruit contractus. Præscriptionis exceptio corruit, dum fuit inducta mala fides.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio Mulieris ex vaga, & generali causa facta, non tenet secundùm* Statut. Vrbis lib. 1. *cap.*151.
2 *Obligatio Mulieris facta ex causa negotiationum, & necessitatum an substineatur.*
3 *Mulieris obligatio, quando non possit dici, facta sine causa.*
4 *Terminum ad soluendum suscipiendo, quis dicitur fateri debitum.*
5 *Actiones contra principalem debitorem sunt dirigende.*
6 *Mulieris obligationes, quando respiciant causam propriam.*
7 *Mulieris obligatio ad virum excarcerandum, seu euidentem ipsius carcerationem euitandam dicitur valida.*
8 *Mulier, vt validè obligetur pro marito excarcerando, vel vt euitetur eminens carceratio, debet constare de ipsa carceratione, vel imminentia.*
9 *Iudex interponens decretum in contractibus minorum, vel mulierum, debet insinuare, an causa adducta sit vera.*
10 *pro Iudicis decreto præsumendum est.*
11 *Iudicis auctoritas, an possit in dubio veritatis præsumptionem operari.*
12 *Auctoritas Iudicis, tunc non potest veritatis præsumptionem operari, dum de contrario expressè apparet.*
13 *Assecuratio dotis super omnibus bonis mariti, apparet inualida ex subsecuta decoctione mariti.*
14 *Dictio, maximè, quid importet.*
15 *Obligatio Mulieris, quando dicatur ex causa voluntaria, non autem necessaria.*
*Voluntarium dicitur id ad quod quis cogi non potest, num.*15.
16 *Contractus nullitas inducitur dum corruit causa, seu spes propter quam fuit initus.*
17 Rota decis.577. num.12. part.4. rec. *in quibus terminis loquatur.*
18 *Præscriptio 30. annorum impedit exercitium actionum super nullitate contractuum.*
19 *Præscriptionis exceptio tollitur ex lite mota.*
20 *Præscriptionis vis tollitur, ex quo fuit inducta mala fides.*
21 *Et actionem protrahit ad alios 40. annos.*

D E C I S I O CIX.

Domum pro fundo dotali Hieronyma Poggia, præuio
Iudicis decreto, ac proximiorum interuentu titulo
venditionis duplici ex causa distraxerat, vt scilicet, pre-
tium inde retractum pro nonnullis Ioannis Baptistæ Viri
negotijs, eiusdemque societatibus officij dissoluendis deserui-
ret; tum quia propria dos, ac ipsius Iura dotalia super omni-
bus Viri bonis cauta consisterent, quibus proindè de causis
vtpotè, vel ineptis, vel veritate destitutis hunc venditionis
contractum ex nullitatis vitio corruere, hodie DD. respon-
derunt. Ineptitudinis quippè nota taxatur primitus expo-
sita pro reparandis Viri negotijs, ac eiusdem societatibus
officijs dissoluendis, eùm vti generalis, † ac vaga nimis ab 1
ipsomet statuto reprobetur, vt not. Pic. *ad idem stat. lib.*1.
*cap.*151. *gloss.*22. *num.*4. & dixit Rota *in Romana releuationis indemnitatis coram Ortembergo post Marchesan. de commiss. pars.* 1. *fol.*904. *sub num.*4. *in fin. & in Romana donationis de Cassanis* 3. *Aprilis* 1620. coram Sacrato, & coram bon. mem. Merlin. *decis.*714. *num.*35. *cum seqq. & in Romana Domuncularum* 10. *Febr.* §. *subsistit, pariter cum seqq. & 26. Iunij* 1648. §. *Iustitia vero coram Reu. D. meo Decano.*

Nec visa fuit vrgere in contrarium allegata *decis.*33. *part.*
4. *tom.*2. *recent.* quia obligatio Hieronymæ † ex eadem ne- 2
gotiorum causa, ac necessitatum substinetur, adeòque ex ea-
dem causa nequeat Domus controuersæ conditio reprobari.
Siquidem ibi † agebatur de fideiussore Hieronymæ iudicia- 3
liter coacto pro dissoluendo debito, citata ipsamet Hierony-
ma personali, quæ defectum causæ non obijcerat; sed ter-
minum suscipiendo potiùs debitum agnouerat, † adeòque 4
clypeo nullitatis contractus non poterat se tueri contra fide-
iussorem, quem ab omni molestia indemnem promisit
releuare, sed contra † principalem Creditorem teneba- 5
tur actionem experiri, vt in adducta *decis.*33. planè firma-
tur, & præsertim *num.*19. & 20. Præterea causa ibidem
Iudici exposita propriam ipsius Mulieris, ac Domus neces-
sitates † præseferebat, cùm tamen hæc Mariti negotia, 6
eiusdemque societates officij duntàxat includeret.

Et licèt obligatio Mulieris ad Virum excarcerandum, seu
imminentem ipsius carcerationem euitandam † valida re- 7
putetur, vt aduertit Surd. *cons.*367. *num.*8. Riminal. sen.
*cons.*77. *num.*16. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.*108. *num.*10. & 17. Cyriac. *controu. iur. cap.*216. *num.*11. Rota *decis.*775. *num.*4. *part.*2. & *decis.*731. *num.*4. *part.*3. *recent.*
Causa tamen, vel subsecutæ, vel imminentis carcerationis
veritati † inniti debet, & ab eodemmet Iudice, postquam 8
insinuata fuerit plenè perscrutari. Quoties enim falsita-
tis, siue ineptitudinis † vitio laboraret, in contractus nul- 9
litatem influeret, licèt pro parte veritatem, pro parte
verò saperet falsitatem, vt not. Bald. *in l. si non fortem, §. si centum num.*2. *ff. de condit. indeb.* ibique etiam Bart. & Castrens. *in princ.* Ruin. *cons.*160. *num.*27. *lib.*2. Roland. *cons.*7. *num.*85. *cum seqq. lib.*3. Honded. *cons.*32. *num.*11. *lib.*1. Rot. *decis.*98. *num.*16. & *decis.*190. *num.*11. & 12. *part.*6. *recent. & in Vrbinaten. prædij* 23. *Maij* 1653. *coram Reu. P. D. meo Bichio*, §. *non obstat consensus, & in Romana societatis officij* 25. *Iunij præteriti coram R. P. D. meo Beuilaqua, cum alijs per Add. ad decis. Greg.*496. *num.*12.

Hinc non vrget, quòd præuio Iudicis decreto Domus
prædictæ venditio præcesserit, itaquod causa † eidem 10
exposita veritati præsumatur innixa, ac successiuè perapta,
l. ab ea parte in fin. ff. de probat. Surd. *cons.*39. *num.*7. & *in*

decis.

*decis.*106. *num.*9. Bec. *cons.*52. *num.*13. Rota *in adducta de-*
*cis.*33. *num.*1. *part.*4. *tom.* 2. *recent.* & coram Putco *decis.*205.
*num.*2. *lib.*2. *& in Romana restitutionis dotis* 15. *Ianuarij* §.
cuius quidem causa, *&* 21. *Iunij* 1649. *in* §. *sed etiam ex de-*
11 *creto coram R. P. D. meo Peutingerio*. Siquidem † Iudicis
auctoritas posset in dubio veritatis præsumptionem operari;
secùs verò, dum causæ ineptitudo expressè concurrit, elici-
12 ta ex generitate, & insufficiens proindè † desumitur, vt
probat Alciat. *de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.*10. *num.*11. Rota
post Pic. *decis.*32. *num.*4. *&* 6. *& in decis.*36. *in fine*, *& in Ro-*
mana Domuncularum 26. *Iunij* 1648. §. *non obstat*, *quod in*
donatione coram Reuerendissimo D. meo Decano, *& in Roma-*
na locorum Montium 19. *Iunij* 1655. §. *Falsitas autem*, *vers.*
nihil ad hunc effectum coram R. P. D. meo Meltio.

Altera verò causa dotis cautæ super omnibus Viri bonis
13 † ex decoctione ipsius postmodum subsecuta à veritate alie-
na dignoscitur. Hanc verò pro finali causa contractus Iu-
dici fuisse propositam exindè desumitur, quod copulatiuè
14 alteri adiecta fuit sub dictione, † *Maximè*, quæ rationem
potentiorem cæteris ibidem expressis designat, vt tt ad. Vant.
*de nullit. tit. ex defectu processus sub num.*123. *vers. idem fo-*
ret, Monac. *decis. Bononien.*28. *num.*45. nec non finalis
causa contractus comprobatur, ex eo quod obligatio Mulie-
15 ris fuerat voluntaria, non autem necessaria, dum † ab ipsius
mera voluntate pendebat, nec pro eà cogi poterat, adeò-
16 que dum qualificata fuit à præcipua spe releuationis in † In-
strumento promissa, hæc proinde spes dum corruebat nul-
litatem proinde contractus induxit, vt respondit Rota co-
ram Greg. *decis.*333. *num.*7. *&* 8. *& decis.*363. quidquid di-
cendum foret in obligatione filiorum, ad quam cum possint
17 † de Iure compelli promissione indemnitatis ventosa, vti
non poterant, in quibus terminis procedit *decis.*573. *n.*12.
*cum seq. part.*4. *recent.*

Denique Petronijs non poterit suffragari præscriptio lon-
18 gæua annorum 30. & vltra actionis exercitium † impediens
super nullitate contractus, vt aduertit Roland. *cons.*77. *n.*19.
*& seqq. vol.*2. & respondit Rot. coram Merlin. *decis.*215.
19 *num.*8. *& decis.*283. *num.*1. Cùm hæc præscriptionis † exce-
ptio in propriu casu tollatur ex lire contra eumdeminet Le-
lium instituta, de qua constat ex datis in Summ. Gotbifredi
20 num. 10. Inde enim mala fides inducta, † vim præscriptio-
nis elidit *ad text. in cap. post* 16. *quæst.*3. *& in l. cum notissimi*
in princ. §. *imò*, *C. de præscript.*30. *annorum*, Rot. coram Burat.
*decis.*457. *num.*3. *& decis.*86. *part.*1. *diuers. & in decis.*208.
*num.*4. *& decis.*504. *num.*1. *part.*1. *recent. & in Romana Pa-*
latij, *seu salarij prima Febr.*1640. *in* §. *neque visa fuit propè*
finem coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio, & actio-
21 nem † protrahit ad alios annos 40. *l. fin. vers. quod nos*, ibique
glos. & Bald. *cæterique communiter*, *C. de præscript.*30. *anno-*
rum, Rot. coram Buratt. *decis.*8. *num.*2.

R. P. D. ALBERGATO.

Fulginaten. Subhastationis.

Mercurij 19. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Bona subhastata posita, deliberanda sunt maiori oblatori, qui quoque coertionibus personalibus cogi potest ad soluendum. Bona subhastata, si fuerit dictum, quod erant libera, an possit dici pars eorum emphyteutica, si pro confine fuerunt apposita bona emphyteutica.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Bonorum subhastatio, quando fit, tunc adiudicatio bonorum facienda est maiori oblatori.*
3 *Æqualitas in iudicijs seruanda est.*
4 *Subhastatio non debet reddi elusoria.*
5 *in Subhastatione licitator potest coertionibus, etiam personalibus puniri, vt adimpleat maiorem oblationem à se factam.*
6 *Obligatio Cameralis, quando per sententiam fuit vulnerata tunc nulliter proceditur executiuè.*
7 *Obligatio Cameralis, quando dicatur per sententiam vulnerata, & num.*8.

9 *Iudicium eo modo continuandum est, quo de iure disponitur.*
10 *Rescripta intelligenda sunt prout de iure.*
11 *Debitor licèt vigore obligationis Cameralis fuerit executiuè exactus, tamen indiget tribus sententijs ad repetendum malè solutum, & hoc in Curia, & num.*12.
13 *Nullitas aliqua, per aliam nullitatem non tollitur.*
14 *Impugnari non potest per eum illud, quod ab eo fuit obseruatum.*
15 *Subhastatio dicitur nulla, si bona subhastata fuerit dictum, quod erant libera.*
Et paulò post deliberationem repertum fuit dicta bona esse emphyteutica.
16 *Bona quod sint emphyteutica ex planta iudicialiter tradita probatur.*
*Bonorum situatio probatur ex plantis iudicialiter factis, num.*16.
17 *ex Confinium cohærentia probatur, quid venerit in deliberatione.*
18 *Bona tantum libera censentur subhastata, dum pro confine, bona emphyteutica fuerunt denominata.*
19 *Bona emphyteutica, vt dicantur exclusa in aliqua subhastatione, quid sufficiat.*
20 *Executoris assertioni, super quibus bonis fecerit executionem standum est.*
21 *Bona libera, quando sola veniant in subhastatione, quamuis inter confines descriptos, comprehendantur bona emphyteutica.*
22 *ex Quantitate oblationis factæ in subhastatione, an cognosci possit, quid veniat in tali subhastatione.*
23 *ex Pretij quantitate, benè dignoscitur, quid veniat in contractu emptionis, & venditionis, & n.*24.
25 *Prædium vnicum, si partim sit liberum, & pro parte emphyteuticum, possessor potest totum pro libero habere, & num.*26.
27 *Bona emphyteutica possidens, ob cuius causam soleat asserere, illa esse sua libera, & n.*28.
29 *Executio, quando fit, non debet attendi animus, & destinatio debitoris, sed benè relatio executoris.*
30 *Officiali attestanti de re ad eius officium spectante credendum est.*
31 *Bona emphyteutica, an subhastari possint.*
32 *Bona multa, quando subhastantur, quando solum bona libera censentur subhastata.*
33 *Causa, & originalis contractus est attendenda, non autem quid postea fuit gestum.*
34 *Citatus, quando quis fuit in iudicio subhastationis, & deliberationis, dum non opposuit suas exceptiones sibi imputet.*
35 *Bona subhastata, quando liberè transeant in emptorem quamuis quis in eis prætendat aliquod ius.*
36 *Citatus quando quis est, & non opposuit suas exceptiones sibi præiudicat.*
37 *Venditor quando est pauper, & non inuenit fideiussores emptor, vt sit tutus, vinculandum pretium.*
38 *Et sic consultum erit emptori.*
39 *Emens auctoritate Iudicis sanè ei consulendum est.*
40 *Consensus præstitus à creditore, ad cuius instantiam bona subhastantur, quid operetur.*
41 *Factum Iudicis dicitur factum partis.*
42 *Et hoc procedit, quoad omnes iuris effectus, & num. seqq.*

DECISIO CX.

MAndatum A. C. ad fauorem Arsilij Alexandrini re-
laxatum, quod esset exequendum in decisione sub
die 14. Maij proximè præteriti coram me * emanata reso-
lutum fuerat, licèt ex vtroque nullitatis, & iniustitiæ
fundamento ab informantibus pro Angelo Mariuccio,
iterùm impugnaretur; resolutio tamen Rotalis prædicta in
dubium reuocata, hodie Domini standum esse in decisis
censuerunt; mandati enim validitas, ex reuolutione
actorum probatur, *iuxt. vulg. decis.* Caputaqu. 260. *part.*2.
Et iustitia resultat ex oblatione Mariucci in limine delibe-
rationis emissa, per quam constito ipsum fuisse maiorem
† oblatorem, sicuti illi tanquam tali erat necessario fa- 2
cienda adiudicatio, vt præter Mangil. & Burat. *in decis. alle-*
gat. tradit Modern. Perus. *de subhast. inspect.*103. *num.*56.
& apud ipsum Rot. *decis.*32. *num.*1. Et idem Mariuccius
ne inæqualitas contrahentium elusoria reddatur subha-

 statio

3 hastatio † ex eadem oblatione remanebat adstrictus ad
4 emendum, nec pœnitentiæ locus esse poterat, Bart. † *in l. lo-
cat.9. num.4. vers. quaro aliquis credit. ff. de public. & vectig.*
5 *cap.38. num.2. lib.1. vbi num.4.* Subiungit, † quod licitator
coercionibus etiam personalibus cogitur pro implenda obla-
tione iam facta.

Neque obstat mandati nullitas ex eo desumpta, quòd vul-
6 nerata semel † obligatione Camerali per decretum A.C.
mandantis Angelo oblatori restitui pretium ab ipso deposi-
tatum, non poterat deinde eadem via executiua à Iudice
7 decerni † repositio eiusdem pretij in Monte Pietatis, sed via
ordinaria per tres conformes procedendum erat, vt in ter-
minis post vulneratam obligationem Cameralem, respon-
dit Rota apud Zacch. *de oblig. Cam. decis.236. num.3. & de-
cis.256. num.3. & 4.*

Quia quidquid sit, an ex rescripto Signaturæ mandante
iterum audiri Alexandrum, ita instaurata fuerit A.C. iniu-
8 stitia, vt posset vigore illius executiuè procedere, quod ho-
die firmare voluit Rota, cùm imò sola via ordinaria com-
9 petere videretur, † ex quo potest tantummodò continuari
iudicium eo modo, quo de iure disponitur, cum rescri-
10 ptum illud intelligendum † sit prout de iure, & sic quatenus
eadem via executiua competeret, vt in terminis Rota *in
Anconitana fideicommissi 25. Iunij 1632. coram Eminentissi-
mo Cardinali Verospio iuniore impress.* apud Modern. *Perus.
de subhast. decis.93. num.14.*

Visum est Dominis hanc difficultatem tolli ex eo, quòd
sicuti Iudex prius executiuè mandauerat Mariuccio licita-
tori pecunias depositatas restitui, quod tamen executiuè
11 nullo modo † fieri poterat, sed solùm via ordinaria iuxta
stylum Curiæ, de quo per Gratian. *in addit. ad decis. Marcb.
220. num.3. cum concord.* per Beltram. ad Greg. *decis.581. sub
num.10. vers. in Curia tamen*, ita sine vitio nullitatis potuit
eundem Angelum Licitatorem ad reportandas pecunias
12 executiuè condemnare, vt seruaret in iudicio, † prout fieri
debet inter partes litigantes æqualitatem, ad tradit. per Rot.
coram Buratt. *decis.40. num.4.* vbi Add. *litt. B: & in Romana
census, seu depositi 26. Ianuarij 1636. coram R.P.D. meo
Miltiepist d. tract. de oblig. Cam. decis.191. num.3.*

Et cùm præcedens decretum sibi fauorabile non solùm
acceptauerit Mariuccius, sed etiam executioni demanda-
uerit pretium depositatum reuocando, perperam nullitatem
subsequentis decreti de reportandis pecunijs allegat, ex quo
acceptans sententiam præcipitanter, & iuris ordine non
13 seruato pro se emanatam. † Non potest deinde aliam præ-
cipitanter, & simili modo contra se latam, vt in specie de
exequendo sententiam sibi fauorabilem respondit Rota *in
Anconitana hereditatis 11. Martij 1616. coram bon. memor.
Vbaldo impress. apud Modern. Perus. de manut. decis.59.
num.8. & 9. cum concord.* Gratian. *discept.694. num.9.* vbi in
14 simili firmat, quod pars iuncta vnum stylum in causa † pro-
cedens non potest impugnare eumdem modum actitandi
tanquam ab eo obseruatum.

Quantum verò attinet ad iustitiam illa non tollitur ex
eo, quòd post deliberationem prædij tanquam liberi factam
15 Mariuccio repertum † fuerit partem illius esse emphyteuti-
cam, quod desumitur ex vno confine, bonis subhastatis
assignato, nempè Pauli Ludouici, cui cohærent bona em-
16 phyteutica † Attilij, vt ex planta iudiciali, quæ situatio-
nem, probat Rota *in S. Angeli Lombardorum 26. Aprilis
& 1. Iulij 1641. coram Eminentiss. Card. Panzirolo, & 14.
May 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & ex confi-
17 nium cohærentia † solet cognosci, quod fuerit in delibera-
tione comprehensum, *ex deductis in Rom. executionis trium
confinium 27. Ianuarij 1648. coram Reuerendissimo Tarra-
conen. impress. in addit.* ad Modern. Perus. *de subhast. de-
cis.231. sub num.1. dictum fuerat*, apud Cens. *de cens. de-
cis.299. num.2.*

Nam cùm pars quoque bonorum liberorum eiusdem
prædij subhastari, ex aliquo capite cohæreat ijsdem bonis
Pauli Ludouici pro confine assignatis, vt ex eadem planta,
18 exinde probari † non potest emphyteuticorum comprehen-
sio, sed potiùs conuincitur bona solummodo libera fuisse
subhastata, quibus confine vtrumque ibidem comprehen-
sum adaptatur, & ad exclusionem emphyteuticorum,
sufficit, quod bonis liberis aliquo modo confinia enuncia-
19 ta conueniant, † vt in specie respondit Surd. *cons.376. num.
71. vers. cum ergo confine*. Et cessat omnis dubietas quoad
20 hoc † ex assertione executoris explicitè deponentis se exe-
cutionem fecisse super bonis proprijs Attilij, & non emphy-
teuticis Sanctæ Mariæ Capernaci Summario primæ positio-
nis *num.1.* per quam efficitur, vt solum bona libera veniant,
quamuis † intra confines descriptos emphyteutica quoque 21
comprehenderentur, Surd. *decis.376. num.22.* Beroii. *cons.
160. num.6. & 7. sub lib.1.* cum alijs per Rot. *in Rom. apo-
thecarum, seu pecuniaria 8. Iunij 1634. §. his consonat cum
seqq. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et in quantitate oblationis factæ à Mariuccio in summa
scut.550. correspondente bonis liberis tantùm (quæ à Peri-
tis iudicialiter electis æstimata † fuerunt valoris scut.567.) 22
patet solummodo de liberis, non autem de emphyteuticis
fuisse habitam in subhastatione rationem à partibus, † cùm 23
nullibi melius, quàm ex pretij quantitate cognosci possit,
quid, & quantum in venditione comprehendatur, vt præ-
ter † adductos tradunt Socc. Menoch. Alex. & alij alleg. per
Rot. coram Buratt. *decis.697. num.5. & decis.229. num.21.
& seq. part.7. recent. & in d. Rom. Apothecar. seu pecunia-
ria, §. omnemque prorsus*, Modern. Perus. *de subhast. in-
spect.52. num.42.*

Hinc nil vrget, quòd Attilius debitor omnia hæc bona
tam libera, quàm emphyteutica † pro vno prædio habue- 25
rit, vt patet impositione census data in Summario Angeli
num.5. in qua ille asseruit prædium ascendere ad statios 80.
circiter, & tamen detractis emphyteuticis bona ad statios
30. non ascendere euidens est, & enunciatam quantitatem
† solùm constituunt simul cum bonis emphyteusi subiectis. 26
Tùm quia tales assertiones debitorum non possunt haberi
in consideratione, nec ad eruendam facti veritatem de-
seruire, cum ab illis plerumque fieri † soleant, ad allicien- 27
dum eos, qui pecunias suas credunt, vt *fuit dictum in Ro-
mana successionis de Comitibus 26. Iunij 1647. §. non obstat
coram Reuerendiss. Terracinen. & in Romana fideicomm. de
Maximis 19. Ianuarij 1649. §. indeque coram Reu. P.D. meo
Cerro*. Et cautus creditor Attilij, † ideò super bonis liberis 28
executionem fieri curauit.

Tum quia cùm executionis essentia ab executoris facto
dependeat, parum infert, quod de veritate huius prædij
senserit Attilius, ex quo non † est attendendus animus, & 29
destinatio debitoris, sed solùm ipsius executoris declaratio,
cui tanquam facta in actu executionis fides adhibenda
† est, cum circa pertinentiam ad eius officium versetur, 30
Tiraqu. *de retract. lignag. §. 8. glos.8. num.10. & seqq. &
num.22.* Rot. coram san. mem. Greg.XV. *decis.402.* & co-
ram Caual. *629. num.1.*

Non potest fundamentum constitui in exceptione ab
Attilio detentore coram Iudice executionis † apposita, quòd 31
nempè bona emphyteutica subhastari non possent, quia
verè constabat in processu, executionem super illis non
fuisse factam, sed solummodo super bonis liberis, & decre-
tum adiudicationis ad fauorem Mariucci maioris oblatoris
interpositum, sola bona propria Attilij in præcedenti In- 32.
strumento executionis contenta nominatim comprehende-
bat Summario primæ positionis num.6. & ideò non obstan-
te præcedenti oppositione cognita postmodum veritate,
potuit † Attilius debitor à prædicta allegatione recedere, 33
atque exceptiones etiam contrarias opponere, Batt. *in l. ne-
mo 22. sub num.2. ff. de except.* Dec. *in cap. Pastoralis num.78.
eod. tit.* Gabr. *de action. conclus.1. num.11. & seq.* Rot. post
Merlin. *de Pignor. decis.44. num.19.*

Quòd autem bona deliberata hypothecæ ad fauorem
vxoris Attilij, & aliorum creditorum obnoxia reperiantur
non visum est obstare, quia præterquamquod informantes
pro Attilio præsupponunt vxorem ipsius tanquam obliga-
tam in censu cuius causa bona fuerunt subhastata in toto
deliberationis iudicio, & processu semper fuisse pro suo præ-
tenso iure, & interesse citatam, atque ita Mariuccium Deli- 34
beratarium amplius vexari non posse cùm res subhastata
quoad ipsum libera, & prorsus sine hypotheca, † ad empto- 35
rem transiuerit, *ad text. in l. si eo tempore 6. C. de remiss. pi-
gnor.* & explicat Fontanell. *de pact. nupt. claus.5. glos.8. part.7.
& n.33. cum 2. fol.153.* ea ratione, quia citati non opponendo
sibi, † quoad hypothecam præiudicant, Modern. Perus. *de* 36.
subhast. inspect.23. num.268. cum alijs per Rot. *decis.163.
num.8. part.4. recentior.*

In omnem euentum cùm Attilio debitore (qui etiam
est admodum pauper, & fideiussores euictionis non præ-
stitit) solutionem sic liberè faciendo, sed pretium depo-
nendum sit ad effectum † inuestiendi cum clausulis, & one- 37
ribus, de quibus in Decreto deliberationis, in casu mole-
stiarum semper super hoc inuestimento † consultum 38
erit

erit emptori per ea, quæ tradit Ofasch. *decis. Pedem. 24. num.*
14. si vero nec bona adeat, Add. ad Molin. *de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 4. sub num. 20. fol. 282.* vbi quod quando adest
Decretum, quod pecunia apud sequestrum tradatur, & deponendo, securius est, & tutus, Rota coram Seraph. *decis.*
1233. num. 1. vers. quantum ad posteriorem, & *num. 2. cum*
39 *seq.* quod antiquissima † est opinio consulens indemnitati
emptoris, qui auctoritate Iudicis emit, & præsertim deposuit Grat. *discept. 37. num. 34. & seqq.* Modero. Perus. *de subhast. inspect. 54. num. 39. & 40.*

Et denique non obstat consensus præstitus à creditore, ad
40 cuius instantiam † subhastantur, subsistit enim decisionis
responsio, quod post præfatam deliberationem pro ea rescindenda, ille non sufficit nisi etiam debitoris, cui ius præstitum fuit concurrat assensus debitoris, nomine tamen hoc
loci intelligendo, non ipsum debitorem propriè, & personaliter, qui totis † viribus solet etiam subhastationem retardare, sed repræsentatiuè, hoc est repræsentatum in persona
41 (see above)
42 Iudicis, cuius factum, quoad omnes iuris effectus † dicitur
factum debitoris, Surd. *decis. 266. num. 13.* Gratian. *discept. 507. num. 22. & discept. 774. num. 11.* cum alijs per Modern.
Perus. *inspect. 14. num. 125. & inspect. 14. num. 57.* Quicquid
43 Iudea licèt resolutioni subhastationis consenserit, † deinde
tamen consensum reuocauit, & facere poterat vigore rescripti Signaturæ, quod iterùm auditet Aleaandrum.

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 14. Maij 1655. coram eodem R.P.D. Albergato, est supra in hac par. 12. recent. decis. 12.

R. P. D. PRIOLO.

Licien. Census.

Luna 24. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Census, cum secundùm Constitutionem san. mem. Pij V. super Censibus, necesse habeant pro validitate, vt interueniat in ipso actu Constitutionis pecunia numerata, si tamen intra paucum tempus, fuit facta exbursatio, & Papa sanauerit dictam nullitatem, cum clausula, dummodo constiterit de vera numeratione, tunc constito de vera numeratione, sanata dicitur talis nullitas.

SVMMARIVM.

1 *Census est nullus, dum in ipso actu illius impositionis, non interuenit pecunia numerata.*
2 *Census dum est nullus, quia non fuit numerata pecunia in ipso actu constitutionis, sed paulo post interuenit, qualiter id sanetur.*
3 *Census vsque ab initio censetur validè constitutus, etiam respectu fructuum.*
4 *Pecunia numeratio, quando paulo post contractum census dicatur facta, & num. 7.*
5 *Tempus dicitur modicum, respectu subiectæ materiæ.*
6 *ex Descriptione in creditorem quid inferatur.*
8 *Solutionum probationis pluralitas, iuuat etiam contra tertium.*
9 *Creditori, quando non possit denegari immissio.*
10 *in Saluiani iudicio probatis extremis necessarijs concedenda est immissio.*

DECISIO CXI.

RECesserunt DD. à decisis coram me sub diebus 18. Maij 1654. & 7. Maij 1655. in ea parte, in qua DD. Coniugibus de Aquauiua creditoribus census, de quo agitur denegata fuit immissio pro rata ducat. 850. super massaria censuata.

Quia nullitas eiusdem census pro denegatione immissionis in eisdem decisionibus considerata ex defectu numera-
1 tionis pecuniæ in actu impositionis † requisitæ iuxta Constitutionem san. mem. Pij V. *vbi de censibus*, fuit sanata per
commissionem Sanctissimi D. Nostri nuper obtentam à DD.
2 Coniugibus cum clausula constito de vera numeratione
paulò post impositionem, Summario *num. 1.* qua verificata
huiusmodi defectus amplius opponi non potest, vt in specie
respondit Rota *in Beneuentana census 19. May 1593. coram bon. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio*, apud Marchesan. *de Commiss. par. 1. fol. 849. num. 5. in rec. decis. 195. num. 2. par. 6.* apud Cenc. *de cens. decis. 397. num. 5. dec. 556. sub num. 1. vers. neque obstat, & seq. ac dec. 557. sub num. 5. vers. minus obstat*, & coram bon. mem. Merlino *decis. 577. num. 2. & seqq.*

Et census vsque ab initio censetur validè constitutus
etiam respectu fructuum, vt fuit dictum *in Interamnen.* 3
census 27. Ianuarij 1638. coram Buccabella, §. fin. vers. quia placuit.

De vera autem pecuniarum numeratione paulò post im-
positionem dicti census, vt eaposuit eadem commissio vi- 4
sum fuit DD. satis in hoc casu constare, quia Instrumentum fuit celebratum sub die 14. Ianuarij 1621. & biduo post
nempè die 16. eiusdem mensis, quod reputatur † modicum 5
tempus iuxta subiectam materiam, & delapsu 14. dierum
diait in terminis Rota *in d. Beneuentana census apud Marches. vbi supra* 850. *sub 5. vers. neque obstat*, quod dicta soluta, Pitt. & Aloys. del Rao impositores descripti fuerunt
creditores eiusdem summæ in libris Banci Sanctæ Mariæ de
Populo Ciuitatis Neapolis d. Summario *num. 2.* Quæ sanè
descriptio rerum solutionem præsefert, ea traditis per Afflict. *decis. 353. sub num. 5. vers. qua promissio, &c.* & apud
Cenc. *de cens. decis. 109. sub num. 1. in Romana, seu Veliterna affictus 15. Martij 1652. §. Implementum vers. altero vero casu, ac 13. Ianuarij 1653. §. sed reuocationi, vers. præbuisset autem coram R. P. D. meo Bichio, & in Camerinen. reinuestimenti, seu multiplici 28. Iunij 1655. §. nec verisimiliter, vers. cumque ad eumdem coram R. P. D. meo Cerro.*

Præsertim quia docetur eamdemmet quantitatem fuisse
successiuè solutam de ipsorum mandato † diuersis credito- 7
ribus ex partitis dictorum librorum relatis in eodem Summario *num. 3.* quia cùm sint adminiculati ex Instrumento
impositionis, ac † ea pluralitate solutionum probant, & in- 8
ter tertios, vt diait Rota coram Mant. *decis. 144. sub num. 2. vers. sed agitur, &c.* coram san. mem. Greg. *decis. 302. num. 5. & seq.* apud Zacch. *de oblig. Cam. dec. 232. num. 6.* & in terminis libri Mercatorum Neap. ad effectum, de quo agitur *in d. Beneuentana census apud Marches. vbi supra fol. 850. sub num. 5. vers. præsertim, &c.*

Firmo igitur credito dictorum coniugum, etiam
pro ducatis 850. Immissio † eis denegari non potest pro in- 9
tegro censu ducat. 1000. quia alia extrema requisita in iudicio Saluiani desuper intentati concludenter iustificantur ex adductis *in præcedentibus decisionibus.*

Et ita altera tantùm, &c.

Decisio ista prima in hac eadem causa emanata sub die 15. May 1654. coram eodem R.P. D. Priolo erit infra in Miscellan. iuxta ordinem temporis. Altera sub die 7. May 1655. est supra in hac eadem par. decis. 11.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Boonien. Statutorum.

Luna 24. Ianuarij 1655.

ARGVMENTVM.

Statuta ad hoc, vt teneant condi debent ab habente potestatem cum causa, & cum Decreto Superioris, necnon à duobus ex tribus partibus non Vniuersitatis, sed interuenientium ad Congregationem, quod omnes intimari fuerunt ad Congregationem, in qua totum corpus Congregationis consistere dicitur, & hæc statuta præualet antiquis, maximè vbi fuerunt vsu recepta, & fuerunt approbata à Superiore.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ad hoc, vt teneant condi debent ab habente potestatem.*
2 *Statuta condi debent ex ratione, & cum Decreto Superioris.*
3 *Statuta noua validè condita præualent antiquis.*
4 *Electio facienda est à duabus ex tribus partibus.*
5 *Vniuersitatis ius residet in duabus ex tribus partibus interessentium.*
6 *Statutum non potest impugnari ex defectu non integræ par-*

partis confratrum vbi interuenerunt duæ partes.
7 *& Maximè vbi Statuta fuerunt approbata à plena Congregatione, & num.8.*
9 *Et porrigitur etiam ad noua statuta.*
10 *Statuta approbatio oritur ex electione officialium facta ad formam statuti.*
11 *Electio facta ad formam statuti tollit omnem illius nullitatem.*
12 *Interuenientium maior pars Congregationi sufficit pro legitima resolutione, quando omnes fuerunt intimati.*
13 *Episcopalis mensa praeiudicialia tractanda non sunt sine interuentu Episcopi.*
14 *Episcopus vti delegatus Apostolicus facultatem habet condendi statuta.*
15 *Episcopus pro actus validitate præsumitur vsus auctoritate Apostolica in vim Concilij.*

DECISIO CXII.

COnfraternitas magna B. Mariæ de Baracano Eminentissimi D. Archiepiscopi iussu noua statuta condiderat, quæ com Battutorum sodalitas ex eadem magna Confraternitate desumpta nullatenus exequi posse contenderet, quod antiquis eiusdem sanctionibus aduersa forent. Dubinm proindè proposui, an & quæ debeant statuta seruari, & nouiter ædita seruanda fore fuit hodie responsum, ea quippe duobus potissimè requisitis fulciuntur, legitima sci-
1 licet statuentium auctoritate, † ipsis inconcernentibus, eorumdem regimento iure tributa, vt not. Bart. *in l. fin. num* 2. *&* 20. *ff. de colleg. illicit.* Innoc. *in cap. cum accessissent num.* 2. *vers. de alijs tamen de constit.* Necnon congrua ratione sta-
2 tuendi ex Eminentissimi † Archiepiscopi Decreto de anno 1646. in actu visitationis sancito, pro quo solet de iure præsumptio vrgere, vt probat text. *in cap. in præsentia de renunciat.* not. Alexander *consil.* 80. *num.* 5. *lib.* 5. Corn. *cons.* 36. *num.* 8. *lib.* 1. Soccin. iun. *cons.* 67. *num.* 31. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 287. *num.* 51. *lib.* 1. Berou. *cons.* 49. *num.* 27. *lib.* 1. Rota coram Caual. *decis.* 479. *num.* 2. *vers. fuit etiam excitata*, & penes Pacif. de Saluian. *dec.* 56. *num.* 25. Ex quorum proinde concursu statuta hæc noscuntur esse legitima, ac debent
3 antiquis Constitutionibus † posthabitis in viridi obseruantia retineri, vt notant DD. *in Canon. erit distinct.* 4. *& in cap. consuetudo, §. porrò si ratione distinct.* 1. Felin. *in cap. Ecclesia S. Maria num.* 39. *de constit.* Berou. *cap.* 1. *num.* 220. *eodem tit.* Surd. *cons.* 2. *num.* 28. *&* 302. Rota *dec.* 107. *num.* 10. *par.* 7. *recent.*

Neque vitio nullitatis poterit hæc statuta reformatio redargui, quod pro eorundem innouatione electio assum-
4 ptorum duabus, ex tribus partibus totius † Confraternitatis facta non fuerit iuxta dispositionem iuris, de qua *in leg. maior, ff. ad municip. & in l.* 3. *ff. de decret. ab Ordin. faciend.* cum alijs per Grat. *discept. for. cap.* 933. *num.* 10. *cum seqq.* Capyc. *decis.* 4. *num.* 1.

Præterquam enim omnium intimatio per schedulam
5 processit itaut duæ interessentium partes, in quibus † regulariter residet ius Vniuersitatis suffragentur, vt notat Abb. *in cap. cum omnes* 13. *de constit. & in cap. in caus. n.* 9. *de elect.* Franch. March. *decis.* 225. *num.* 2. Federic. de Sen. *consil.* 65. *num.* 1. *vers. ad quod*, quod dicitur Calder. *cons.* 10. *de iur. potest.* Rota *decis.* 202. *num.* 12. *part.* 5. *rec.* & coram Put. *decis.* 283. *lib.* 3. *in constit. & in Sulmonen. benef.* 13. *Martij* 1650. *in §. minus releuat coram R. P. D. meo Celso*, dum infra annum à die publicati statuti permissum eis ad appellan. nullatenus prouocarunt non potuerunt ex defectu † non integræ
6 partis confratrum, amplius eadem noua statuta impugnare, ad tradita per Bart. *in ambitiosa num.* 31. *ff. de decret. ab Ord. facien.* Decian. *in cap. Cum omnes prima lectura num.* 18. *de constit.* Rolan. *cons.* 99. *num.* 46. *lib.* 2. Rota *decis.* 107. *num.* 23. *part.* 7. *recent.* Stante eorum maximè approbatione
7 in plena Congregatione confirmatam subsequuta, quæ li-
8 cèt generaliter præstita ad noua † statuta porrigitur, pro quorum obseruantia fuerat ab Archiepiscopali Notario requisita, ex adducta coram Mantic. *decis.* 77. *num.* 4. *vers. quod multò magis, & in decis.* 292. *num.* 5. *part... recent.* Necnon
9 Consuetudine potissimè prospecta † subsequuta in officialium, & signanter in Custodis electionem iuxta formam noui statuti effectum sortita, quæ confratrum consensum
10 † induxit, vt respondit Rota coram Seraph. *dec.* 538. *num.* 7.
11 Et quemcumque nullitatis defectum, si quin forsitan adesset elidit, vt notat Bald. *cons.* 401. *n.* 9. *lib.* 5. Becc. *cons.* 103. *num.* 26. Aym. *cons.* 101. *num.* 4. Grat. *discept. for. cap.* 420. *num.* 18.

Hinc non vrget, quod nonnullorum Battutorum assensus in assumptorum electionem defecerit ab interessentibus, quippè validè censetur expleta postquam eorundem intimatio præcesserat, pro quorum tamen conuocatione fecit
intimationem, † nec aliqua præterea specialis necessitas vr- 12
gebat, dum magnæ confraternitatis Regimini vti pars illius subiecti erant atque obnoxij, vt alias eiusdem partes respondet Rot. *in Bononien. legatorum* 21. *Iunij* 1654. *§. cum grauamine coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque etiam statuta hæc ex vitio nullitatis valet impugnari, quod de mandato D. Archiepiscopi condita fuerint sub cuius iurisdictione controuersum hospitale, vtpotè lai-
cale negatur contineri † præterquam enim quæstio hæc non 13
videtur inaudito D. Archiepiscopo, de cuius præiudicio tractatur, tractanda, & terminanda, eidem sanè Ordinario tribuitur ex dispositione S. Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 3. *de reform.* expressa facultas vti delegato Apostolicæ Sedis inuisen. Confraternitates laicorum, ac Hospitalia, exemptionis etiam priuilegio munita ijs dumtaxat exceptis, quæ regularium protectioni immediatè fuere posita, vt aduertit Barbos. *in collect. ad Conc. sess.* 22. *cap.* 8. *num.* 3. *&* 4. Ricc. *decis. Neapol.* 209. *num.* 1. Franch. Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 41. Rota *dec.* 493. *num.* 1. *in fin. par.* 1. *rec. & in Leopolien. administrationis d. Hospitalis* 15. *Maij* 1645. *&* 14. *Martij* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro*, necnon
condendi † statuta, in ijs, quæ eorundem gubernium respi- 14
ciunt, vt aduertit Franc. Leo *in addit. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 39. Vgolin. *de pot. Episcop.* 71. *num.* 9. *vers. videbit.* Etiam quod
de legatinnis iure † pro conualidatione actus præsumitur 15
vsus D. Archiepiscopus. Dum in actu visitationis ad ordinariam iurisdictionem nullatenus se adstrinxit, *l.* 3. *ff. de testament.* Alciat. *reg.* 3. *concl.* 35. *num.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 17. *num.* 2. *in fin. & num.* 7. Rot. coram Greg. *dec.* 204. & in alijs relat. *in Calaguritana parochialis* 10. *Februarij* 1645. *in §. ex his quoque coram me*, vti conclusio præterea ampliatur in casu quo Iudex se Ordinarium enunciauerat cum eadem verba demonstratiuè dumtaxat adiecta censeantur.

Et ita pro nouorum obseruantia statutorum DD. responderunt.

R. P. D. BICHIO.

Cæsaraugustana Pensionis.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Ad Pensionum exactarum restitutionem; dum quis reperitur per sententiam condemnatus in necessarium antecedens, supponitur ipsarum pensionum exactio, & id sufficit ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad aliquid restituendum supponitur, quod id fuit habitum ab eo.*
2 *Condemnatio ad aliquid restituendum, ea potest esse causa, vt ei sit danda manutentio.*
3 *Mandatum ad soluendam pensionem, & respectiuè ad recipiendam eamdem, quando non veniat probandam ad effectum manutentionis.*
4 *Sententia reportata à successore soluentis pensionem quid operetur.*
5 *Ius metitur à persona actoris.*
6 *Mandatum, tam in soluente pensionem, quàm in recipiente eamdem, præsumitur ex pluribus solutionibus.*
7 *Item ex notabili summa soluta, item ex expensis in reseruatione pensionis, &c.*
8 *in Pensionis exactione, vt quis manuteneatur, sufficiunt plures coniectura simul iuncta.*
9 *Pensionario an detur manutentio in quasi possessione exigendi pensionem, si emiserit professionem.*
10 *Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum, & num.* 11.

DECISIO CXIII.

PLenissima probata visa fuit quasi possessio Ioannis de Francia exigendi pensionem Auctoritate Apostolica eius fauore reseruata super fructibus mensæ Archiepiscopalis

lis Ciuitatis Cæsaraugustanæ; exhibitæ namque in id fue-
runt plures quietantiæ per publica instrumenta, necnon
sententia Rotalis à Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tar-
raconeñ. reportata, condemnans Ioannem ad restitutio-
1 nem pensionum perceptarum, quæ condemnatio † cum
supponat in necessarium antecedente pensionum exactio-
nem, sufficit ad probandam quasi possessionem exigendi,
2 dum eadem condemnatione † D. Archiepiscopus vsus fuit,
vt in terminis ad effectum manutentionis ponderauit Rota
*in Senogallien. Saluiani 19. Iunij 1651. §. penultimo circa
fin. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in Af-
sisien. census 23. Ianuarij 1654. §. nihil releuante in fine co-
ram me.*

Itaut opus non sit inquirere, an qui pro Archiepiscopo
3 soluit, vel pro pensionario recepit, haberet mandatum ad
soluendum, & respectiuè recipiendum, sine etiam in so-
lutiones factæ ab Archiepiscopo antecessore soffragentur
4 pro obtinenda † manutentione contra successorem, quia
dicta sententia reportata fuit ab ipsomet Archiepiscopo suc-
cessore, & præterea vulgare est, quod quasi possessio acqui-
sita ex solutionibus factis ab Antecessore prodest in sum-
marijssimo possessorio etiam contra successorem, quia ius
5 metitur † ex persona Actoris, nec mutata persona rei illius
ius mutatur, Gigas *de pens. quæst.47. num.10.* Rota coram
sa. mem. Greg. XV. *decis.275. num.1. & seq.* ibique Add.
num.17. dec. 182. num.5. inter impress. apud Modern. *Perus.
de manut. & in Fauentina pensionis 20. Maij 1651. coram
Reuerendissimo D. meo Decano.*

6 Mandatum † verò procuræ tam in soluente, quàm in
recipiente pensiones satis præsumitur ex pluralitate solutio-
7 num ex notabili summa † soluta, ex præcedenti reseruatio-
8 ne pensionis iuncto vlterius adminiculo, seu verius † pro-
batione resultante ex supra memorata sententia Rotali,
sufficitque mandatum ex dictis coniecturis præsumptum ad
probandum quasi possessionem exigendi, & in ea obtinendi
manutentionem, Rota *decis.84. num.1.* apud dictum Mo-
dern. *de manut. d. dec.275. num.3. & seqq.* ibique Add. *num.*
19. coram san. mem. Gregor. XV. *in Sanctæ Mariæ pensio-
nis coram Cardinali Sacrato impress. apud Marches. de com-
miss. part.2. fol.386. in Ciuitatis Plebis pensionis 5. Maij
1645. coram me.*

Ideòque dandam esse manutentionem Equiti Ioanni de
9 Francia in quasi possessione huiusmodi † dixerunt hodie
Domini particulari dubio desuper proposito, non obstante,
quod D. Archiepiscopus pensionem expirasse prætendat, ex
quo Pensionarius professionem emisit in Religione Hiero-
solymitana, & obtinuit, id per sententiam Rotalem decla-
rari, quia cum d. sententia fuerit in gradu restitutionis in
10 integrum reuocata, † & in tertia instantia coram me pen-
deat adhuc indecisa controuersia, an pensio expirauerit, in-
11 terim non est denegada possessori † manutentio, quæ com-
petit etiam in gradu appellationis, & restitutionis in inte-
grum, Gratian. *disc.141. num.35.* Rota *decis.315. num.1.
par.4. diuers. decis.313. num.4.* coram san. mem. Greg. XV.
decis.158. in fin. coram Penia *decis.209. num.6.* apud Cenc.
*de cens. in Sipontina pensionis 8. Aprilis, & 1. Iunij 1647. co-
ram R. P. D. meo Peutingero, & in d. Fauentina pensionis 5.
Maij 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita decisum informante solum Equite de Francia Pen-
sionario, septies tamen citato Procuratore Reuerendiss.
Archiepiscopi.

R. P. D. ZARATE.

Romana, seu Auximana Bonorum.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Donatio excedens 500. aureos, inualida decernitur à Iure Ciuili, dum non fuit insinuata, & sic nec ex ea oritur obligatio. Nec iuuat iuramenti appositio dum adest Statutum confirmatum à Papa annullans prædictum iuramentum; Insinuationi donationis quando non sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio dicitur nulliter translata vigore alicuius Instru-
menti inualidi.*
*Bona donata dicuntur inualidè translata, si donatio sit
inualida, num.1.*
2 *Donatio scuta 500. excedens de Iure communi requirit in-
sinuationem sub pæna nullitatis.*
3 *Qualis insinuatio est necessaria quoque vigore Statuti
Vrbis.*
4 *Donatio, quando est nulla ratione insinuationis, ex ea
non oritur, nec ciuilis, nec naturalis obligatio.*
5 *Nec aliquid operatur iuramentum stante super hoc Sta-
tuto à Papa confirmato.*
6 *de Potestate Papæ non est dubitandum.*
7 *Papa non dicitur validitatem donationis factæ sine insi-
nuationis validasse, dum ab eo fuit id reductum ad
terminos Iuris.*
8 *Insinuationi amplius non superest locus, quando ante-
cedenter donationis nulliter iudicialis fuit inten-
tata.*
9 *Insinuationi amplius non est locus, quando donans, &
donatarius sunt mortui.*
10 *de Insinuationis defectu, an hæredes donantis possint dare.*

DECISIO CIV.

DEcreuerat Reuerendiss. D. meus Decanus Ascanio Li-
bertano, & Elisabethæ Rotondæ hæredibus Phœbi
Rotondi donatoris concedeñ. esse manutentionem super
portione Prædij, de quo agitur, deliberati pro fructibus
scut. 1500. ascenden. ad scut. 2160. & Antoniæ Theresiæ
Moronæ hæredi Marci Antonij Moroni donatarij super alia
eiusdem Prædij portione per ipsum possessa vigore mandati
de associando ab A. C. obtentum, cùm autem ab huiusmo-
di decreto appellasset Antonia Theresia illique causa com-
missa fuisset, dubitaui, An & quid dandum esset mandatum
de manutenendo, itaut esset standum, vel recedendum à
decisis *sub die 7. Iunij 1652. coram Reuerendissimo D. meo De-
cano*, & DD. quoad manutentionem eisdem Ascanio Li-
bertano, & Elisabethæ Rotondæ concessum permanserunt
in resolutione capta in dicta decisione Reuerendissimi D.
mei Decani ex rationibus ibidem adductis à §. *respectu* vsque
ad finem, quibus nihil adden. censuerunt cum Antonio
Theresia, quam pluribus citationibus lacessita informare
recusauerit.

Quo verò ad alteram partem recedentes à decisis manu-
ten. aliàs concessam Antoniæ Theresiæ nunc dandam esse
prænominatis Ascanio, & Elisabethæ responderunt ex po-
tissima ratione, qui constitutum in instrumento donationis
insertum, cuius vigore iam decreta fuerat eidem Antoniæ
Theresiæ manutentio non valuit possessionem † transferre 1
in Marcum Antonium Moronum donatarium stante inua-
liditate contractus donationis, Ias. *in l.1. §. si vir vxori num.
15. ff. de acquir. poss.* Bald. *in l. emptione num. vlt. C. plus va-
let*, quod agit Parit. *cons.55. num.22. lib.1.* Honded. *cons.
230. num.24. lib.1.* Gratian. *discept. forens. cap.483. num.1.
& seqq.* Afflict. *dec.331. num.3.* Rota coram Caualer. *dec.
413. num.3.*

Hæc autem nullitas euidens visa fuit ex defectu manu-
tentionis † requisitæ tam ex dispositione Iuris communis, 2
iuxtà text. *in l. sancimus, C. de donat.* quàm *Statuti Vrbis lib.
1. cap.155.* vt ideò donatio hæc † veluti peccans infrà sibi à 3
Iure communi, & municipali præscripta nec naturalem,
nec ciuilem † obligationem pepetit, *l.1. §.2. de verb. oblig.* 4
vbi Cyriac. Rom. *cons.12. num.4.* Rota cum ibi congest. *in
Anconitana nullitatis concordiæ 18. Aprilis 1646. §. clarum
est coram bon. mem. Arguelles.*

Nec prædictæ donationi † quidquam suffragatur adie- 5
ctum iuramentum, quia & illius vim expressè, & infringit
Statutum ipsum de cuius validitate cum fuerit à Papa
confirmatum nullo pacto potest dubitari, Rota coram Du-
ran. *dec.135. num.12. dec.362. num.19.* & penes Seraph. *dec.
201. num.23.* apud Caualer. *dec.257. num.1. & 2.* & coram
Pen. *dec.233. vers. nec iuramentum.*

Minusque validitatem sopplet aliàs considerata sanatio à
Summo Pontifice obtenta, quia hæc indè fuit per eundem
Pontificem redacta ad viam Iuris † mediante speciali re- 7
scripto nuper in Rota exhibito, vt indè nullus superesset
locus insinuationi cum antecedenter donationis nullitas
fuisset iudicialiter intenta, † Angel. *cons.199. num.7. post* 8
med. Aret. *cons.123. num.6.* Alex. *cons.237. num.16. lib.6.*
Becc. *cons.66. num.30.* Peregr. *cons.76. num.23. vers. illud
tamen*, Cyriac. *controu.10. num.76.* & iam prædefuncti fo-
rent † donans, & donatarius, Peregr. *dict. cons.76. num.23.* 9
Becc. *d. cons.66. n.19. & seq.* Cyriac. *d. controu.10. num.74.*
Grat. *disc. forens. cap.785. num.2. & plur. seqq.*

Et

Et hinc aff. prædictæ insinuationis defectu quem oppone-
10 re † permissum est etiam hæredibus, Aret. *cons.*153. *num.* 9. *vers. ad aliud dubium*, Becc. *consil.*72. *num.*414. *& seqq.* Galuan. *cons.*37. *num.*35. Gratian. *discept. forens. cap.*887. *num.*13.

Et sic Domini recesserunt in hac parte à decisis, Ascanio Libertano, & Elisabetha Rotonda solum Informantibus, &c.

Decisio hac emanata in hac eadem causa sub die 7. Iunij 1652. coram Reuerendissimo Decano Cerro, erit infrà in Miscell.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Mantuana Bonorum.

Veneris 28. *Ianuarij* 1656.

A R G V M E N T V M.

Feudalitas ad cuius rationem soleat æstimari, Feudi natura primæua, quando non dicatur immutata ab antiqua, Feudi natura vt dicatur præscripta, quid requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Nullum, quod est nullum potest producere effectum.*
2 *Feudalitas in statu Mantuano æstimatur ad rationem tertiæ partis.*
3 *Feudalitas de Iure communi æstimatur ad rationem tertiæ partis.*
4 *Canones ad cuius rationes valutentur.*
5 *ad Diuersa non benè fit illatio.*
6 *Qualitas diuersa operatur, vt non idem ius possit statui.*
7 *Probare, quando quis aliquid tenetur, non statur eius simplici assertioni.*
8 *Concessiones subsequentes, quando sint attendendæ.*
9 *Inuestituræ antiquæ, seu earum origo, quando non attendantur, sed posteriores.*
10 *Feudi concessio, quando efficiatur transitoria ad quoscumque hæredes.*
11 *Feudum, quando rediit ad Dominum, ex eo quod deficit linea, pro qua fuit facta concessio.*
tunc Feudum deuoluitur vnà cum melioramentis factis.
12 *Nullitate stante non potest dari aliquis effectus.*
13 *Status rei legitimè potest præscribi spatio* 30. *annorum.*
14 *Bona accipiens vti feudataria, sibi præiudicat, & perperam asserit prædicta bona esse libera.*
Bona vti feudalia, quando quis dicatur agnouisse.
15 *in Fide mala, quis dicitur esse, dum ei constat de veritate in contrarium.*
16 *Vita Prælati alienantis, seu disponentis de bonis Ecclesiæ, non computatur de præscriptione.*
17 *Fides bona non potest considerari in eo, qui malam fidem habet.*
18 *in Præscriptione, quando non possit considerari mala fides.*
19 *in Instrumento concessionis feudi, ea quæ non fuerunt expressa, non immutant naturam Feudi.*
20 *ad Scripturam aliquam se referens, talis relatio habet vim specificæ expressionis.*
21 *in Transactione, quis non tenetur restituere habita, nisi parte petente.*
22 *bona Feudalia in statu Mantuano, redacta sunt ad instar bonorum allodialium.*
23 *Feudum, quando est finitum, vltimus inuestitutus non potest de illo ad libitum disponere.*
24 *bona Feudalia, si ex consuetudine extimentur tamquam allodialia id intelligitur durante inuestitura, non autem ea finita.*

D E C I S I O CXV.

STeterunt DD. in decisis coram me 18. Maij 1654. quia clarum est bonum ius mensæ Episcopalis Mantuæ super deuolutione Terrarum, de quibus agitur, in loco *dell' Angelo*, ob mortem Com. Vincentij Cassini vltimi inuestiti sine filijs, vel vlterioribus descendentibus vtriusque sexus, pro quibus tantummodò illarum inuestitura ipsi concessa fuerat, vt probant auctoritates in principio decisionis allegatæ.

Non obstat iterùm adducta liberatio à feudalitatis vinculo de anno 1555. quia fuit nulla, & non habuit effectum,
† nullitas enim educitur ex defectu euidentis vtilitatis Ec- 1
clesiæ, nam pro bubulcis 1300. datæ fuerunt Ecclesiæ solum bubulcæ 29. & tamen iuxtà stylus Status Mantuani relatum à Cyriac. *contr534. 162. sub num.*20. † feudalitas æsti- 2
matur ad rationem quinque partis veri valoris, ad quam rationem Ecclesiæ ad minus debebantur bubulcæ 260. constituentes quintam partem dd. bubulcarum 1300. † imò de Iu- 3
re feudalitatem æstimari ad rationem tertiæ partis, tradit Rip. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune num.*9. *ff. de acquir. possess.* quem sequitur Borgn. Caualc. *dec.*36. *num.*5. *part.*1. *& dec.*1. *sub num.*26. *vers. videmus part.*2. † & ad istam ra- 4
tionem valutatur Canon, vt dictum fuit in *Romana simulationis contractus* 16. *Ianij* 1653. *coram R. P. D. meo Verospio*, §. *denique supposita*, *vers. ac denique*.

Replicatio autem, quod aliæ similes liberationes factæ fuerint per dictam mensam pro sola recompensa tertiæ partis vnius ducati pro qualibet bubulca, vt patet ex liberatione anni 1500. relata in Summ. Marchionissæ *num.*3. & ex alia, super qua scripserunt Gozzad. *cons.*78. & Decian.
*cons.*409. nullius † est releuantiæ, tum quia sunt de annis 5
longè antecedentibus, à quibus inferri non potest ad valorem currentem de tempore controuersæ liberationis de anno 1455. ad text. *in l. prædia rerum*, §. *vlt. ff. ad l. Falc. & in l.*3. §. *Dux, ff. de iur. feud.* Tum etiam quia non docetur, quod bona in dictis liberationibus contenta eiusdem sint qualitatis, ac naturæ, de quibus agitur, sufficitque esse
possibile, † quod essent diuersæ qualitatis, vt non consti- 6
tuant plenam probationem validitatis controuersæ liberationis, à quo nec releuatur Marchionissa per assertionem
executorum, quod illa † tenderet in euidentem vtilitatem 7
Ecclesiæ, quia illi non statur, sed aliundè concludenter præfata vtilitas probanda est, Decian. *cons.*603. *num.*14. Menoch. *cons.*439. *sub num.*28. cum alijs allegatis *in Comen. dismembrationis* 22. *Iunij* 1648. *coram Eminentissime D. Cardinali Corrado*, §. *in proposito vers. nec eiusdem*, *& in Cusentina Canonicatus* 5. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio*, §. *non sufficit*.

Nec refert, quod tempore primæ concessionis dicta bona essent paludosa, inculta, & infructifera, vt propterea vtilius fuerit Ecclesiæ consequi dictas bubulcas 29. sitas in loco fertilissimo fructiferas, & optimæ qualitatis, quia cen-
suerunt DD. attendendas † esse subsequentes concessiones 8
factas de dictis bonis postquam meliorata, & ad fertilitatem redacta fuerunt; Cùm enim post primam concessionem deuoluta fuerint ad mensam vnà cum melioramentis ob factam alienationem tanquam de liberis, & ob non renouatam illorum inuestituram, qua deuolutione acceptata alios iterùm de illis mensa inuestiuit, ann. 1537. nempè Hieronymum Piporarium, vtique non amplius antiqua
† inuestitura, vel origo, sed posterior d. Piperarij facta tem- 9
pore, quo bona fructifera erant, attendenda est, vt post Isern. *& alios in cap.*1. *sub vers. dic ergo de Vassall. decrep. ætat.* respondit Rota *in Portuen. Stagni* 10. *Iunij* 1641. *coram Card. Panzirolo*, *nec refragatur*, & alijs relatis *in Romana deuolutionis domus* 4. *Decembris* 1651. *sub* §. *ad pactum cum seqq. &* 21. *Iunij* 1652. §. *quapropter coram R. P. D. meo Bichio*, *&* 15. *Ianij* 1654. §. *denique non obstat coram R. P. D. meo Meltio*.

Et hinc etiam non refert, quod stante primordiali illo-
rum † fertilitate † effecta fuerint transitoria ad quoscum- 10
que hæredes etiam extraneos ob melioramenta desuper facta, quia (vt dictum est) attendendæ sunt subsequentes inuestituræ, quæ non continent rem sterilem, sed fructiferam, & melioratam, vltrà quod stante pacto expresso de re melioranda, & restrictione nouæ concessionis ad certas personas, nempè descendentes sanguinis vtriusque sexus al-
legata sterilitas † nullius est momenti, quia finita conces- 11
sione per deficientiam personarum vocatarum feudum deuoluitur ad Dominum, vnà cum melioramentis, vt respondit Rota *in Romana domus* 22. *Aprilis* 1644. *coram D. Cardinali Cecchino*, §. 2. quia comprobata in puncto *in dict. Romana deuolutionis domus* 4. *Decembris* 1651. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *his positis*, *vers. pariterque enim meretur*.

Stante igitur prædicta † nullitate adducta liberatio non 12
habuit effectum, quia deinceps ab anno 1569. citrà vsque in præsens, plures emanarunt successiuè inuestituræ tanquam de

de bonis feudalibus, & fignanter vltima ad fauorem Com.
Vincentij Caffini auctoris Marchioniffæ collitigantis; Iodè
enim *in prima decif. fub §. quoniam*. Duo defumpta fuerunt
etiam hodie à DD. comprobata, alterum, quod à dicto an-
13 no 1569. † legitimè fit præfcriptus Status iterùm impreffæ
feudalitatis, ad quem effectum fufficiunt 30. anni cum bona
fide. Alterum, quod Marchioniffa babens caufam à d. inue-
14 ftito, qui in vltimo Statu bona controuerfa tanquam † feu-
dalia acquifiuit, eorumque feudalitatem agnouit, & facto
ipfo approbauit illam coutrouertere non poffit ex Iuribus
ibi allegatis.

Non obftat quod anno 1555. vfque ad annum 1569. fer-
uata fuerit liberatio quodque fucceffiui infeudantes effent
15 † in mala fide, tam ob eius fcientiam, quam ob retentio-
nem dd. bubulcarum 29. quæ in illius recompenfam datæ
fuerunt.

Quoniam d. tempore intermedio ab anno 1555. vfque
ad annum 1569. vixit Prælatus, quia alienauit, ideòque
16 lapfus d. temporis pro obferuantia prædictæ † liberationis
attendi non valet in præiudicium Ecclefiæ admodum læfæ,
vt benè refpondit Rota coram bon. mem. Merlino *decif.* 70x.
num. 13. *&* 14. In Epifcopis verò fucceffforibus, qui fubfe-
quentes fecerunt inueftituras tanqnam de re feudali confi-
17 derari nequit † aliqua mala fides impeditina præfcriptionis
ob fcientiam d. liberationis, quia potuerunt credere, vt de-
clararunt in inneftituris illam effe nullam, prout nulla fuit
18 ex fupra probatis, quod fatis † eft ne dicatur fuiffe in mala
fide, à qua regulariter quælibet caufa excufat, *L. igitur*, §.
qui poteft, *ff. de liberal. cauf.* Dec. *conf.* 152. *num.* 4. Curt. iun.
conf. 19. *num.* 5. *lib.* 1. Honded. *conf.* 42. *num.* 45. *lib.* 2. Burat.
dec. 182. *num.* 25. Et quamuis huiufmodi declaratio refpe-
ctu iftius liberationis non legatur expreffa in inueftitura
19 † facta anno 1570. Erafmo Abduæ, quia tamen ibi explici-
ta relatio habita fuit ad præcedentem inueftituram concef-
fam anno 1569. filijs Piperarij, in qua infertus eft libellus
totaliter fundatus fuper nollitate d. liberationis huiufmodi
20 relatio † habet vim fpecificè repetitionis illius, vt latè di-
ctum fuit *in Romana Apothecarum* 8. *Iunij* 1654. *&* 25. *Iu-
nij* 1655. *coram R. P. D. meo Bichio*. Prædictas autem bu-
bulcas 29. in recompenfam habitas d. Epifcopi non teneban-
21 tur reftituere, nifi parte petente, Gabr. *de tranfact. conclu f.*
1. *num.* 51. Rota *decif.* 810. *num.* 2. *par.* 1. *diu. & in rec. decif.*
315. *num.* 16. *par.* 5.

Demum non refert, quod in ftatu Mantuano ex antiqua
22 confuetudine † bona feudalia redacta fiot ad inftar allodia-
lium, vt firmatur in alia decifione §. *quia omiffis*, quoniam
exindè prætendi non poteft, quod finita inueftitura per
mortem Vincentij fine filijs, vel defcendentibus vtriufque
23 fexus potuerit ipfe de eis difpooere ad † fauorem vxoris
eam inftituere hæredem vniuerfalem, qualitas enim illa
allodialitatis ex præfata confuetudine refultans procedit in-
24 ueftitura † durante, non autem ea finita attenta præfer-
tim claufula, *faluo iure feudi*, ibidem repetita, vt monet
Burfat. *conf.* 137. *num.* 13. *&* 14. Rota *decif.* 467. *num.* 43.
part. 5. *rec.*

Cæteris fatisfacit prima decifio, cuius fundamenta DD.
vifa fuerunt fubfiftere.

Et ita vtraque, &c.

Decifio hæc fub die 10. *Maij* 1654. *coram eodem Reueren-
diff. Decano, erit infra in Mifcellan.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Donationis.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Donatio facta fauore certi, & determinati matrimonij tribuit ius filijs in matrimonio procreandis, quorum appellatione venit etiam Monafterium faltem durante vita Monialis, licèt in donatione fuerit contemplata agnatio, quia iura fanguinis retinentur etiam per Monialem, pro cuius exclufione non admittuntur coniecturæ, fed difpofitio debet effe clara.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij tribuit ius filijs ex matrimonio procreandis.*

2 *Monafterium capax bonorum ex perfona Monialis vocata fuccedit.*

3 *Pactum adiectum in capitulis Matrimonialibus non poteft alterari in Inftrumento in præiudicium vocatorum.*

4 *Facultas alterandi capitula poteft defumi ex prætermiffa ftipulatione.*

5 *Capitula funt attendenda vbi contrahitur ad formam capitulorum.*

6 *Obligatio Cameralis non auget illius fubftantiam, fed fortius ftringit.*

7 *Donatarij acceptatio fauore filiorum arguitur ex ratificatione.*

8 *Acceptatio donationis fauore filiorum inducitur etiam per poffibile.*

9 *Monafterium fuccedit in locum Monialis in conditione pofita.*

10 *Coniectura non fufficiunt ad excludendum Monafterium durante vita Monialis, fed requiruntur expreffa verba.*

11 *Agnationis conferuatio confiftit in propagatione fucceffionis.*

12 *Iura Agnationis poffunt à Moniali retinere eius vita durante.*

13 *Donatio facta fauore agnationis, dum in ea vocatur locus pius includitur Monialis.*

14 *Donatio antecedens, declaratur per fubfequentem difpofitionem Teftamentariam.*

15 *Donator poft donationem nihil innouare poteft in præiudicium vocatorum.*

16 *Donationis antecedentis difpofitio dubia declaratur per fubfequentem.*

17 *Filiorum appellatione venit Monafterium durante vita Monialis.*

18 *Donatio antecedens non declaratur per fubfequentem contrariam.*

19 *Poffeffio naturalis tranflata in vfufructuarium, operatur illius fauore manutentionem.*

20 *Poffeffio ciuilis, confolidatur cum naturali morte vfufructuarij.*

21 *Conftituti effectus expirat in perfona primi donatarij, & fallit num.* 22. *&* 23.

DECISIO CXVI.

OCcafione Nuptiarum quas Francifcus cum Clarice contraxerat Paulus fenior Alaleona certas bonorum fpecies in Capitulis Matrimonialibus defcriptas eidemmet Francifco fpoponderat donaturum eiufdemque filijs mafculis, quibus deficientibus fœminis ex matrimonio prædicto fufcipiendis, referuato fibi tamen vfufructu, ac Hippolytæ forori donec degiffent inhumanis, necnon facultate fubftituendi quoties Francifci filij vtriufque fexus fobole deftituti deceffiffent, io cuius executione fponfionis à donatario ftipulatum fucceffiuè fuit inftrumentum, cum claufula, *Conftituti*, pro fuis filijs mafculis, ac fœminis, & donantis præterea fauore pactum reuerfiuum adiectum fuit fi adhuc ipfo viuente donatarius obijffet fine filijs, qui filios non haberent. Ijs verò poft obitum fuum decedentibus fratres fuperuiuentes eorumque fucceffores fubftituit, quibus extinctis filios legitimos, ac naturales Palminij Seruantij, ac defcendentes ex eo. Nullis verò ex prædictis extaotibus Reuerendiffimo Capitulo S. Petri iuffit eadem bona deferri. Cùm enim per obitum Hippolytæ vfufructuariæ fideicommiffum Filij Flaminij fibi apertum effe coutenderent, necnon manutentionem coram A. C. reportaffent ad inftantiam Ven. Mon. S. Sixti de Vrbe agentis, ex perfona fororis Mariæ Eleonoræ filiæ Francifci donatarij delata mihi caufa fuper ipfius bono iure. Dubium hodie propofui, & an debeat mandatum de affociando ipfi decerni, & omiffo pofteriori affociationis articulo, fuper quo Domini non fuerunt concordes Monafterio bonum ius fouere ex perfona Monialis, hodie fuit refpoofum.

Siquidem forori Eleonoræ Francifci filiæ ius quæfitum
irreuocabile effe cenfetur ex propria perfona, & bona, † quę 1
in Capitulis Matrimonialibus Paulus fenior contemplatio-
ne

ne certi, ac determinati matrimonij Francisco nepoti pro-
miserat donaturum, eiusdemque filijs masculis successiuè,
ac fœminis, ex matrimonio prædicto procreandis, ad text.
in l. quodcumque, §. si quis ita, ff. de verb. oblig. ibique notatur
Bart. Decian. cons. 239. num. 4. & 5. & cons. 468. num. 28. Ma-
strill. decis. 211. num. 13. lib. 3. Rota decis. 137. num. 3. 4. & 5.
par. 6. & decis. 114. num. 2. part. 7. rec. & in Florentina do-
nationis 2. Decembris 1650. coram R. P. D. meo Peutigerio in
§. non obstat, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in in-
tegrum 4. Iunij 1655. §. educebatur enim læsio, coram R. P. D.
2 meo Cerro. Quo sanè Iure † Monasterium capax bonorum
in communi ex eiusdem sororis persona vti poterit post obi-
tum fratrum sine filijs, vt tradit Bart. in l. cum Pater 79. §.
hereditate num. 3. ff. de leg. 2. Surd. cons. 557. §. 7. n. 7. 8. & 9.
Decian. cons. 82. num. 9. & 10. lib. 4. Peregrin. de fideicomm.
art. 28. num. 81. Rota decis. 181. num. 2. part. 3. recent. & in
Bononien. fideicommissi de Blanchettis 26. Ianuarij 1632. in §.
1. & 2. & 9. Decembris 1633. coram bo. mem. Cardinale Hie-
ronymo Verospio, & in Romana fideicommissi de Soricijs 22.
Maij 1643. §. validicas quidem, & in §. vltimo coram Reue-
rend. Compostellano, & in Romana Successionis de Comitibus
23. Iunij 1642. §. neque applicantur duæ limitationes coram Re-
uerend. D. meo Decano.

Neque Monialis exclusio desumi poterit ex Instrumento
donationis sub pacto reuersiuo postmodum stipulatio fauo-
re donantis si superuixerit in casu prædecessus donatarij si-
ne filijs, vel filio superstite, qui filios non haberet aliorum
fauore substitutorum adiecto. Cùm Monialis vlterioris spe
prolis destituta indè videatur exclusa suum quippè ius so-
ror Eleonora deduceit ex Capitulis Matrimonialibus fœmi-
3 nis quoque fauentibus, † quod deterius nequinit reddi ex
conditione Instrumento donationis adiecta, iuxta Text. in
l. perfecta, C. de donat. quæ sub mod. vbi post Bald. not. commu-
niter DD. Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 32. num. 3. Giurb.
ad consuet. Messanen. cap. 1. gloss. 8. part. 1. num. 75. Rota co-
ram bon. mem. Merlin. decis. 515. num. 5. & in Romana, seu
Nepesina restitutionis in integrum, §. non obstat quod Instru-
mentum coram R. P. D. meo Cerro, cum alijs per Adden. ad de-
cis. Burat. 861. sub litt. A.

Licèt eadem Capitula substituendi facultatem præsefe-
rant, dum hæc ad casum obitus donatarij sine filijs restricta
ad casum præexistentis sobolis porrigi nequit, vt compro-
bant auctores suprà deducti.

4 Neque facultas alterandi † eadem Capitula argui poterit,
reseruata ex prætermissa stipulatione donantis pro ipsiusmet
filijs, & arguit Peregrin. cons. 125. num. 23. lib. 5. Contraria
enim contrahentium liquet voluntas, dum se ad formam
Capitulorum Instrumentum confecisse, declararunt in
sequentibus eiusdem verbis, cum reseruationibus, prohibi-
tionibus, & declarationibus, latiùs expressis, & contentis
in Capitulis Matrimonialibus in præsenti Instrumenti teno-
5 tis, &c. † Tunc enim Capitulorum tenor inspici debet con-
traria Instrumenti dispositione posthabita, vt notat Imol.
in l. Titia, §. idem respondet, & num. 12. vers. tu potes dicere,
ff. de verb. oblig. Alex. cons. 156. num. 8. lib. 6. Surd. cons. 202.
num. 19. & 20. & decis. 71. Rota decis. 114. num. 4. part. 1. re-
cent. coram bon. mem. Merlin. decis. 602. num. 17. & in Ro-
mana Casalis veteris 14. Iunij 1655. §. sed his minimè obstan-
tibus coram R. P. D. meo Albergato, cum alijs per Adden. ad
6 decis. Surd. 168. num. 8. licèt obligatione † Camerali noscan-
tur destituta cum hæc obligationis vim non augeat, sed
dumtaxat executionis, vt respondit Natt. cons. 163. num. 1.
Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 17. num. 5. & decis.
77. num. 2. & coram Buratt. decis. 915. num. 3. & in Asculа-
na Pensionis 7. Octobris 1586. coram Card. Pamphilio, quæ
7 tamen stipulatio, nec defuit in proposito † casu fauore
filiorum, cum expressa promissio donantis concurrat acce-
ceptatio vera donatarij ex ipsius ratificatione arguatur
quoad omnia contenta in Capitulis, tum ipsi, tum omni-
bus donatarijs tam natis, quàm nascituris suffragari peracta,
iuxta text. in l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. Rota decis.
683. num. 8. part. 1. diuers. quorum fauore acceptatio ad-
8 mittitur † ex propria natura possibilis, vt tradit Molin. de
primog. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 75. vers. in 2. firmat. Cyriac.
controu. 312. num. 89. cum seq. Rota in Romana Saluiani de
Casalibus 21. Iunij 1641. §. secundùm verò coram R. P. D. meo
Cerro.

Animaduerterunt præterea Domini dispositionem In-
strumenti nullatenus repugnare Capitulis, licèt enim In-
strumentum substitutionem præseferat in casu prædecessus
donatarij sine filijs, seu cum filijs, qui filios non habent, non
exindè tamen † Monasterium saltem durante vita Monia- 9
lis in conditione contentæ licèt spe sobolis destitutæ, secun-
dùm Bald. cons. 396. lib. 3. Grat. discept. for. cap. 815. num. 21.
& 22. Rota decis. 151. num. 2. 3. & 5. part. 3. recent. & de-
cis. 135. part. 7. & in Mediolanen. bonorum 18. Maij 1648. §.
fideicommissi coram R. P. D. meo Bichio, cùm etiam ad hunc
† effectum debuisset expressa eiusdem exclusio concurrere, 10
itaut ex coniecturis elicita inepta penitus reputetur, vt pro-
bat Grat. discept. for. cap. 481. num. 316. cum seq. Rota decis.
135. num. 7. & 16. part. 7. recent. in Mediolanen. bonorum
16. Martij 1648. §. purificationem verò coram R. P. D. meo
Bichio, & in Amerina successionis 13. Ianuarij 1651. co-
ram R. P. D. meo Meltio in princip. & in Leodien. heredi-
tate 26. Ianuarij 1654. §. & licet coram Reuerendissimo D.
meo Decano.

Neque vrgere poterit agnationis conseruatio præsumpta
ex substitutione filiorum Palminij post obitum † Francisci 11
sine filijs, licèt enim propagatio successionis, in qua consi-
stit effectus, & conseruatio agnationis ponderari nequeat
in † ipsa Moniali, iura tamen agnationis tanquam proue- 12
nientia iure sanguinis ab eadem moniali potuerunt donec
vixerit retineri, vt notat Bald. in l. 1. num. 55. C. de summ.
Trin. & fid. Cathol. & in cons. 30. num. 2. vol. 1. supr. allegat.
101. num. 7. cum alijs deductis in Bononien. fideicommissi de
Blanchettis 26. Iunij 1631. §. quod alteram coniecturam, &
9. Decembris 1633. §. quod autem non possit, coram bon. mem.
Card. Hieronymo Verospio. Quinimò dum † donator vo- 13
nator vocanit Capitulum, & consequenter locum pium ad-
misit non proindè censetur Monasterium excludere voluis-
se, atque neptem, quæ ibidem professionem emiserat re-
gularem, vt respondit Rota decis. 144. num. 4. part. 7. re-
cent. & in adducta Romana fideicommissi de Soricijs 12.
Maij 1642. §. quibus accedit, coram Reuerendissimo Compo-
stellano.

Non etiam pro exclusionis coniectura deseruiet Testa-
mentaria Pauli Religiosorum exclusionem expressè † præ- 14
seferens, à qua antecedentis donationis declarationem eli-
ci posse, firmat Curt. iun. cons. 56. num. 10. Fontanell. de
pact. nupt. claus. 4. gloss. 4. num. 11. Rota coram Seraph. decis.
837. num. 14. cum successiua exclusio restricta noscatur ibi
videlicet, Item dichiaro, che quanto alla presente mia dispo-
sitione, adeòque referri non poterit ad donationem per an-
nos 14. & vltrà antecedenter stipulatam quam donator,
† neque lubens in vocatorum præiudicium potuisse inno- 15
nouare, iuxta Text. in l. si donationem, & l. velle, C. de do-
nat. Roman. cons. 171. num. 7. vers. secunda, quia Rimin. iun.
cons. 229. num. 33. cum alijs relatis in Roman. donationis 13.
Maij 1641. coram Reuerendiss. Tarraconen. in quibus pro-
iodè terminis declarationis, scilicet restricta † ad disposi- 16
tionem testamentariam adductæ auctoritates non proce-
dunt, nec quoties dispositio antecedens foret in dubio, vt
distinguit Becc. cons. 3. num. 49. Surd. decis. 29. num. 1. & 6.
Rota in Bononien. successionis 4. Maij 1646. in §. qua opinio
coram R. P. D. meo Bichio.

In dubium verò donationem fuisse fauore Monasterij
comprobat † expressa ibidem filiarum inclusio, sub quarum 17
appellatione durante saltim vita Monialis continetur, ad
tradita per Bald. in l. Deo natis, §. hoc autem num. 5. Salyc.
num. 3. C. de Episc. & Cler. cum alijs relatis in Romana suc-
cessionis de Comitibus 22. Iunij 1642. in §. nec releuat, quod
prædicta Cleria, & in Leodien. hereditatis 16. Ianuarij 1654.
coram Reuerendiss. D. meo Decano. Qua sanè responsione,
altera remouetur coniectura desumpta ex donatione Mo-
nialium exclusiua, quod scilicet diuersa bona contineat
alia donatio, ac personas omninò diuersas. Quinimò lon-
gè post prædictam donationem fuerit stipulata, † nec pro 18
declaratione dictæ antecedentis donationis poterit conse-
quens admitti, cùm imò potiùs dicatur dispositio contraria
post donationem perfectam donatori prohibitam, ad text.
in l. perfecta, C. de donat. quæ sub mod. Surd. cons. 280. num. 51.
Clar. in §. donatio quæst. 1. num. 3. cum alijs in dec. 38. num. 13.
part. 7. recent.

Ex his Domini responderunt, Constare de bono Iure
Monialis, An verò eidem debet associatio decerni, non
† fuerunt concordantes: Aliqua enim tamen ex clausula, 9
Constituti, tum ex vsufructo donanti, ac Hippolytæ soro-
ri resignato naturalem possessionem penes ipsos retentam
in Monialem censebant per obitum eiusdem Hippolytæ
translatam, itaut manutentionis Iure, vel associationis æquè
possit

possit conseruari, vt pluribus comprobat Menoch. *cons.* 139.
num. 14. Berou. *cons.* 60. *num.* 26. *cum seq. lib.* 1. Rota *in
Mediolan. donationis de Petrij* 4. *Iunij* 1600. *coram Card.
Pamphilio, penes Posth. de manut. dec.* 85. *num.* 8. *& in Ro-
mana de Incoronatis* 29. *Arilis* 1616. *coram Vbaldo penes
eundem decis.* 299. *num.* 3. 4. *&* 5. Neque in primis dona-
tarijs dici poterit consumpta clausula, *Constituti*, dum
penes donantem, & Hippolytam vsufructuariam semper
20 extitit possessio, itaut naturalis cum ciuili, † nisi vsufru-
ctuariæ obitu sequuto consolidari nequierit, vt benè ex-
plicat Menoch. *d. cons.* 139. *num.* 16. Tiraquell. *de iur. con-
stit. possess. par.* 2. *ampliat.* 5. *n.* 2. *&* 3. Rota *in Romana spolij
16. Ianuarij* 1632. *coram bon. mem. Coccin. inter impress.* post
Posth. *dec.* 538. *num.* 4. 5. *&* 6.

Alij verò associationis Iure Monialem vti non posse cen-
21 suerunt, † quod vsusfructus fauore Hippolytæ reseruatus
effectum constituti in fauorem primi donatarij non impe-
dierit, vt censuit Paris. *cons.* 172. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 4. Gabr.
cons. 143. *num.* 4. *cum seq. lib.* 2. adeòque eiusdem ius clau-
22 sulæ in eo consumpta † Moniali prodesse non valeat, vt
aduertit Natt. *cons.* 398. *num.* 35. *in fin.* Com. *cons.* 173. *n.*
26. *lib.* 2. Rota coram Caual. *dec.* 5. *num.* 4.

Hoc autem obiectum contrariæ opinionis sectatores re-
23 mouebant, † ex quo licet virtute clausulæ, *Constituti*, in
primum donatarium non obstante reseruatione vsusfru-
ctus ciuilis possessio, ac naturalis fictè translata fuerit.
Dum tamen vera, ac naturalis bonorum acquisitio nun-
quam fuit subsequuta, vis proindè constituti nullatenus
dici poterit expirata, vt aduertit Tiraquell. *de iur. constitut.
possess. par.* 2. *ampliat.* 5. *num.* 2. *&* 3.

Et ita responderunt Domini bonum ius fouere Monaste-
rium ex persona Monialis vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Reatina Castrorum.

Lunæ 31. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Constitutio Ægidiana cessat, in casu quo inter litigantes sit aliquis Clericus, siuè ex parte actoris, siuè rei, & an alleganda sit talis qualitas Iudici. Matrimonium ex quo non dicatur probatum, & quid dum non reperitur descriptum in libro Parochi.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur per litteras patentes Episcopi.*
2 *Clericatus qualitas resistit Constitutioni Ægidianæ.*
3 *Ægidiana Constitutio cessat, si vnus ex litigantibus sit Clericus.*
4 *Appellare si licitum sit vni ex partibus, id etiam iuuat alijs litium consortibus.*
5 *Clericus licet reus, dum quo ad eum non intrat Ægidiana, hoc priuilegio gaudebit etiam actor laicus.*
6 *Iuspatronatus, quamuis sit mere laicalis, tamen negari non potest, quin non præseferat aliquid spiritualitatis, num.* 7.
8 *Ægidiana, vt cesset, quid sufficiat, & n.* 9.
10 *Clericus, vt fruatur priuilegio, ne ligetur Ægidiana Constitutione, est alleganda iudicante sententiam.*
11 *Ægidiana Constitutio, vt cesset id non dependet à voluntate partium, sed ex capacitate litigantis.*
12 *Et sic non attenditur scientia, vel ignorantia partium, vel Iudicis.*
13 *Dispositionis vis, quando stat in facto, aut in voluntate partium, non attenditur earum ignorantia.*
14 *de Attentatorum executione reuocanda, quando agitur, an sit necesse probare saltem præsumpta scientia Iudicis.*
15 *Iudex, vt se abstineat ab executione sententiæ, dum intrat Ægidiana, quid sufficiat, vt ei innotescat.*
16 *ad Causam admissus stante eius interesse, talis admissio dicitur conditionalis.*
17 *ad Causam admissus, vt tacitè à parte quis dicatur, quid sufficiat.*
18 *Sententia, quando non possit impugnari, tanquam excessiua.*
19 *de Sententia confirmanda, quando agitur, quæ probationes.*
20 *Filiatio non probatur per solam fidem baptismatis.*
21 *Testes non reddentes sui dicti rationem, non probant.*
22 *Fides extraiudicialis nullum gradum probationis facit.*
23 *Legitimatio nec alleganda venit, quando post mortem patris est obtenta ad alterius instantiam.*
24 *Ius quæsitum, quando alicui fuit, non potest ei præiudicari.*
25 *Legitimatio non fit Archiuio Vrbis absque clausula*, sine præiudicio, *venientium ab intestato.*
26 *Legitimatio eneruatur per clausulam*, sine præiudicio, *venientium ab intestato.*
27 *Filius naturalis de Iure Canonico, vt quis possit dici, quid sufficiat.*
28 *Filius naturalis ad effectum successionis, & consequendi suam portionem quid requiratur de Iure Ciuili, & num.* 29.
30 *Natus ex concubina, vt dicatur naturalis, plura sunt attendenda, num.* 32.
33 *Probatio filiationis, quando non possit offuscari.*
34 *Matrimonium inter aliquos benè probatur ex fide Parochi.*
35 *Testibus deponentibus de facto proprio, ac de re spectante ad eorum officium, probant.*
36 *de Legitimatione, quando tractatur incidenter quo casu satis, & plenè dicatur probata, & n.* 37.
38 *Matrimonium probandum est ex libro Parochi secundum Concil. Trident.*
39 *Parochi negligentia non debet præiudicare tertio.*
40 *Probatio quæ ex libro fieri deberet non tollit probationem aliam, quæ alio modo fieri potest.*
41 *Matrimonium, si non fuerit scriptum in libro Parochi, tunc fides ipsius Parochi adminiculata probat.*
42 *Transactionis rescissio, vt valeat, debent partes omne id quod receperunt, ratione transactionis restituere.*
43 *Sed hoc procedit, quando quis bona, quæ fuerunt renunciata repeteret, secus verò, quando ille non impugnat transactionem, sed petit suam partem deductam in transactionem.*
44 *Transactionem, quando quis non dicatur impugnare, sed potius eius executionem flagitare.*

DECISIO CXVII.

ADuersus Decisionem in hac causa sub die 13. Maij
1652. coram me editam obtenta per Thomam An-
gelum, & Octauium de Materijs noua audientia, ipsis
etiam Informantibus dubitaui, An standum esset in decisis:
& quoad Ægidianam reformandam esse decisionem in reli-
quis ad fauorem Tancredis affirmatiuè Rota censuit res-
pondendum.

Quoad primam partem resolutionis moti sunt Domini ex
eo, quod non subsistit in facto decisionis fundamentum,
quod actum nempè sit inter personas profanas, & de bonis
Laicalibus, nam Octauius vnus ex ijs qui in sententia spe-
cificè continebatur erat Clericus, prout de Clericatu † do- 1
cuit hodie per litteras patentes Ordinarij, & per dispen-
sationem à Pontifice ad Ecclesiastica beneficia illi concef-
sam, quæ qualitas † Clericatus Ægidianæ Constitutioni 2
locum non sinit, etiam si vnus tantum ex litigantibus † sit 3
Clericus, & cæteri Laici, cùm hoc casu personæ Ecclesia-
sticæ priuilegium omnibus cum eo implicatum, & anne-
xum interesse habentibus suffragetur † ad effectum ad- 4
mittendi appellationem quoad omnes, Rota coram Bu-
ratt. *dec.* 315. *num.* 1. *&* 6. *vers. quæ ratio militat*, & in spe-
cie quando vnus ex reis † est Clericus, Rota *in Reca- 5
naten. bonor.* 18. *Martij* 1639. *coram bon. mem. Buccabella
extensa per R. P. D. meum Cerrum* 21. *Aprilis* 1640. *§. quod
procedit, in Romana Saluiani* 1. *Iulij* 1648. *§. neque obstat,
vers. tum etiam, quia vnus ex illis coram Eminentissimo Cor-
rado, & latiùs in Bonon. fideicommissi de Bargellinis* 24. *No-
uembris* 1651. *§. Ægidianam coram R. P. D. meo Bichio.*

Et Iuspatronatus Castris, in quibus sententia immissio-
nem concedit † annexum, quod quamuis merè Laicale 6
sit negari, tamen non potest, quia aliquid præseferat 6
spiritualitatis, quæ cùm sit omninò connexa, † & ab alijs 7
bonis inseparabilis, & sententia Rotalis sit sub vnica ver-
borum

8 bornm ſtructura, † concepta tatione indiuiduitatis admi-
niculum probet, vt in totum Ægidianx excludatur, vt in
9 ſimili, de quadam minima † portione terræ Emphyteuticæ
Prædio libero admixta, dixit Rota *poſt Modern. Forolі-
mien. de pign. dec. 7x. num. 2. & 3. & dec. 1a2. n. 5. &
in Ferrarien. de Pendaſijs* 10. *Februarij* 1648. §. *ininſtitia*,
pariter coram Reuerendiſſ. Tarraconen.

Non obſtat, quod iſtæ qualitates in prima inſtantia de-
10 ductæ † non fuerint, & Iudici antè ſententiam non inno-
tuerint, & quia Ægidianæ Conſtitutionis excluſio ex fa-
cto, vel partium voluntate, aut Iudicis intentione non
11 dependet, ſed † ex intrinſeca, & propria incapacitate
12 litigantis, atque ex defectu poteſtatis in conſtituente † cir-
ca quam ſcientia, aut ignorantia non attenditur Rota
in Romana bonorum 10. *Ianuarij* 1643. §. *nullitas ſententia
ad med. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. & clarius in
Viterbien. fideicommiſſi, ſeu attentatorum* 13. *Maij* 1644.
§. *vlterius, coram R. P. D. meo Cerro*, vbi quod quando vis
13 non ſtat in facto, † aut voluntate partium, non attendi-
tur an ipſi ſciuerint, vel ignorauerint, Rotæ *dec.* 343. *num.*
5. par. 3. recent.

Quod tantò faciliùs in præſenti caſu admittendum eſſe
dicebant Domini, quia non agitur de reuocanda per viam
14 attentatorum executione iam facta, † quo caſu neceſſa-
rium eſſet antecedentem Iudicis ſcientiam ſaltem præſum-
ptiuè iuſtificare ex deductis in *Romana Saluiani, ſeu at-
tentator.* 29. *Maij* 1641. §. *& quamuis coram R. P. D. Caril-
lo confirmata inter impreſſ. poſt Modern. Foroliuien. de pign.
dec. 65. num. 2. & dec.* 152. *num. 6. in fin.* Sed ſolummodo de
ſuſpendenda executione ad fauorem Tancredis facienda,
15 ad quem effectum ſatis eſſe poteſt, præfatas qualitates † ho-
die Iudici innoteſcere, vt ab executione abſtinendum ſit
per ea, quæ in æqualibus terminis firmat Mareſc. *var.
reſol. lib. x. cap.* 121. *n.* 20. *verſ. ſecus ſi reus*, & *n.* 21. Rota
in Tudertina Cancellaria Apoſtolica, Marcheſ. *de com. tom.
1. fol. 756. n. 2.* & coram Coccin. *dec. 56. n. 5.*

Nec facit, quod non docto per Angelum, & Octa-
16 uium de eorum intereſſe, commiſſio admiſſionis † ad cau-
ſam tanquam conditionalis nullam cum eis litem intro-
duxerit; Viſum enim eſt DD. tacitam ipſorum admiſ-
17 ſionem ad cauſam ſatis reſultare † ex admiſſione articulo-
rum ab eorum Procuratoribus productorum, atque ex
alijs actibus iudicialiter nomine ipſorum geſtis, quæ ſuffi-
ciunt ad hoc vt quis in cauſa eſſe dicatur *iuxtà dec.* 303.
num. 4. coram ſa. me. Greg. XV.

In ſecunda verò reſolutionis parte ſententia Rotalis
ideò confirmationis robur obtinuit, quod exceſſus, ratio-
18 ne cuius impugnabatur non ſubſiſtit, † & contrà legiti-
mitatem Tancredis obiectæ non obſtant. Nam perpenſis,
etiam probationibus per Angelum, & Octauium poſt ſen-
19 tentiam in ſecunda inſtantia factis, quæ † ponderanda
erant, cùm ageretur, de confirmanda (ſub eodem du-
bio Ægidianæ iuxtà ſtylum Rotæ) in gradu appellatio-
nis ſententia, Rota *in Ariminen. Saluiani* 30. *Maij* 1646.
§. *neque pars coram R. P. D. meo Bichio, poſt Modern. Foro-
liuien. de pign. dec.* 133. *n. x.*

De exceſſu non conſtat ex aſſerta eorumdem Angeli,
& Octauij filiatione, ex qua prætendunt ſe potuiſſe Atti-
lio eorum patri ab inteſtato ſuccedere, quia filiatio non
20 probatur ex ſola fide baptiſmatis, quæ ætatem † non fi-
liationem iuſtificare ſolet etiam Teſtes coram A. C. exa-
21 minati nullam omninò ſui dicti rationem, † quæ dat eſſe
teſtimonio reddentes, nihil probant Rota *dec.* 288. *n.* 2.
par. 6. rec. fides autem communitatis tanquam extraiudi-
22 cialis, & nullum † probationis gradum conſtituit, vt in
ſpecie de fidei communitatis, Seraph. *dec.* 106. *num.* 30.
23 Buratt. *dec.* 429. *num.* 12. Et legitimatio † neque alleganda
erat, tum quia facta poſt mortem Attilij aſſ. patris, ad
24 alterius inſtantiam, & ſic poſt ius † tertio quæſitum, cui
nullum legitimatio parere potuit præiudicium ex plenè ad-
doctis per Peregr. *de fideic. art.* 23. *n.* 47. vbi de communi
Rota *dec.* 145. *n.* 14. *par.* 1. *rec.* tum quia habet in ventre
clauſulam, *ſine præiudicio*, venientium ab inteſtato, quam
25 tenetur apponere † huiuſmodi Archiuium Vrbis, cum
ſine illa legitimare non poſſit, vt in ſpecie aduertit Hon-
ded. *conſ.* 67. *n.* 41. & *conſ.* 9x. *n.* 48. *verſ. tertiò in caſu lib.* 1.
per quam adeò eneruantur vires legitimationis, vt in
26 præiudicium † tertij ab inteſtato venientis, nihil operari
poſſet, Hond. *vbi ſup.* & Gabr. *conſ.* 22. *num.* 1x. *lib.* 2. Surd.
conſ. 337. *n.* 15. Rota coram ſa. me. Greg. *dec.* 135. *n.* 4.

Et quamuis iſtæ probationes aliqualiter vrgerent etiam
non probatis requiſitis in *dec.* 254. *num.* 2. ex quo ad effe-
ctum vt de Iure Canonico poſſit † quis filius naturalis ap- 27
pellari ſufficit, quod natus ſit ex vtroque parente ſoluto,
Bero. *conſ.* 165. *n.* 2. *verſ. quoad primum lib.* 2. Rot. *dec.* 316.
n. 2x. *par. 5. rec.*

Aduertebant tamen Domini, quod in dicta *dec.* 365.
Rota ad alios effectus filiationem conſiderat, quæ in præ-
ſenti cum ad effectum ſucceſſionis, † & conſequendi por- 28
tionem ex diſpoſitione Iuris ciuilis in *auth. licet C. de na-
tural. liber.* filio naturali † debitam perpendatur neceſſa- 29
rium vtique eſt requiſita à Conſtitutionibus cæterum præ-
ſcripta concurrere, cum in hac à Iure Canonico correctæ
non reperiantur, vt in terminis ſucceſſionis ex *d. auth.* li-
cet requiſita † Iuris Ciuilis deſiderauit Rotæ *dec.* 444. *n.* 30
9. par. 1. & dec. 199. *n. 3. par. 3. rec.* ſed ad euitandas enim
pœnas procedit obiectio, tunc enim ſatis eſt, † quod quis 31
ex ſoluto natus ſit, & ſoluta, ſed ad effectum ſucceſſionis
ab inteſtato id non ſufficere benè diſtinguendo † firmat 3x
Rota *d. dec.* x54. *num. 3. verſ. nam loquitur par. 2. diuerſ. &*
d. dec. 144. *ſub n.* 9.

Legitimitas verò Tancredis ex deductis contrà illum
offuſcari non potuit, † cum ſufficienter illa comprobata 33
remanſerint non ſolùm ex Teſtibus de tractatu Patruo-
rum communi reputatione, & publica voce, & fama de-
ponentibus *deciſ. conſ.* 54. *num.* 3. *verſ. & hoc videtur cum
alijs*, per Rota coram Pen. *dec.* 667. *num.* 2. Verùm † etiam 34
ex atteſtatione Parochi, qui matrimonium inter parentes
Tancredis in ſua præſentia coram Notario, & Teſtibus
fuiſſe contractum prævia denunciationum remiſſoria de-
ponit, † cui de facto proprio, & de re ad eius officium 35
ſpectante atteſtanti plena fides adhibenda eſt ex Alex.
Dec. & Socc. probat Rota *dec.* 337. *num.* 3. *poſt ſecundum
vol. conſ. Farin.* & fuit dictum in hac cauſa ſub die 3. *Iulij*
1651. §. *ſiquidem, coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*,
vbi quod † concurrentibus adminiculis, nempè dictis Te- 36
ſtium depoſitionibus, Notarij atteſtatione, enunciatiua
Inſtrumenti inter Tancredem, & eius Patruos celebrati,
atque eiuſdem admiſſione ad bonorum feudalium ſucceſ-
ſionem † pleniſſimè conſtat de legitimitate, cum de ea in- 37
cidenter ad effectum ſucceſſionis agatur, in puncto Rota
dec. 34. *num.* 19. *par. 2. diuerſ.* & coram Seraph. *dec.* 978. *n.* 4.
cum alijs in d. §. ſiquidem allegatis.

Et licet in libro Parochi dictum Matrimonium non repe-
riatur † adnotatum iuxta diſpoſitionem *Sac. Concil. Tri- 38
dentin. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat.* non denegatur tamen ex
hoc facultas aliundè Matrimonium † probandi cum negli- 39
gentia Parochi non debeat parti præiudicium afferre, &
probatio quæ ea libro fieri deberet non tollit probationem
reſultantem ex eiuſdem † Parochi atteſtatione, vt benè 40
aduertit Gratian. *diſcept.* 653. *n.* 62. *verſ. & quamuis*, Rota
in Tullen. matrimonij 15. *Ianuarij* 1653. §. *nec vrget, verſ.
non tamen coram me, & in puncto in Romana hæreditatis*
18. *Aprilis* 1611. *coram bon. mem. Pirouano impreſſ. poſt ſe-
cundum vol. conſ.* Farin. *dec.* 332. *num.* 2. *verſ. cui etiam ſi
maior*, vbi quod non obſtante omiſſione deſcriptionis
in libro fides Parochi adminiculata † probat Matrimo- 41
nium.

Nec denique refragatur non licuiſſe Tancredi ad por-
tionem in tranſactione Patruis renunciatam redire, † niſi 4x
reſtitutis priùs ſc. 4100. eiuſdem tranſactionis occaſione re-
ceptis. Quandoquidem obiectio locum haberet caſu quo
Tancredes prævia reſciſſione tranſactionis † bona renuncia- 43
ta repeteret, ſecus in præſenti vbi non repugnat ille tranſa-
ctionem, ſed ex iuribus indè reſeruatis ſuam portionem Ca-
ſtrorum petit, quo caſu ad reſtitutionem acceptorum non
tenetur, Rota coram Duran. *dec.* 155. *n.* 19. *verſ. in quo non
agitur ad reſciſſionem*, & coram Merlin. *dec.* 522. *n.* 2. *verſ.
quia Blanca non impugnat.*

Quod autem tranſactionem non impugnet Tancredes,
patet ex quo in ea fuit conuentum, quod in caſu mortis Pa-
truorum ſine filijs liceret Tancredi ad portionem renuncia-
tam redire, vndè cum ſucceſſu temporis iſte caſus aduenerit
petendo in eam portionem immitti, non intelligitur † con- 44
tra traſactionem veniſſe, ſed imò potiùs illius obſeruantiam
flagitaſſe, vt tradit Soccin. *conſ.* 215. *n.* 7. *verſ. Præterea quem
in bonis*, ſequitur Rot. coram Pen. *dec.* 538. *n.* 5.

Et ita non eſſe locum Ægidianæ, ſed ſententiam Rotalem
confirmandam eſſe, & in hac parte ſtandum in deciſis, vtra-
que parte informante reſolutum fuit.

Deci-

Decisio hac edita sub die 13. Maij 1652. coram R.P.D. Albergato erit infra in Miscellan.

R.P.D. PRIOLO.

Romana, seu Ianueñ. Locorum Montium.

Luna 31. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Iudicium est validum, dum fit in loco vbi est sita res, de qua agitur. Bona hæredis non possunt capi in executionem pro debitis defuncti, quod limitatur, quando hæres adiuit hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij, quia tunc capi possunt. Et quando in hoc iuuet restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione processus, in quo apparet an sint seruata omnia necessaria.*
2 *Iudicium quando fuit agitatum contra hæredem, extra locum defuncti, est nullum.*
3 *Iudicium ratione rei sitæ validum est, cum quis possit conueniri in loco, vbi res de qua agitur, reperitur sita.*
4 *Iudici alicui, si quis non sit subditus, tamen si compareat coram eodem, & faciat actus iudiciales, tunc dicitur ille consensisse in iurisdictionem, & sic non potest dare de defectu iurisdictionis, n.4.*
5 *Protestationes iudiciales nisi in quolibet actu repetantur, præsumitur ab eis recessum.*
6 *Auditor Cameræ qualem habeat potestatem.*
7 *Sententia lata in termino citationis circumductæ est nulla.*
8 *Quod tamen verum est dicendum, quando Iudex à cuius voluntate id dependet, illam citationem admittat.*
9 *Sententia vt valeat, debet esse conformis libello.*
10 *Sententia, quod non sit conformis libello, tollitur iste defectus ex clausulis salutaribus positis in Monitorio.*
11 *Clausula,* deducens omne ius, *necnon clausula,* & omni meliori &c. *& similes faciunt, vt sententia non possit similis libello dici.*
12 *Immissio vigore Saluiani quando non possit denegari.*
13 *Laudum præcipitanter latum est nullum.*
14 *Laudum, quando pars acceptauit, an possit illud vti nullum accusare.*
15 *Solutio facta à tertio, an valeat, si asserat se soluere de ordine tertij, dum non docet de mandato.*
16 *Mandatum præsumitur stante notabili summa.*
17 *Soluere, quis non præsumitur voluisse notabilem summam pro alio, sine illius mandato.*
Cum alias intret præsumptio, quod nemo præsumatur voluisse iactare suum, num.17.
18 *Solutio facta à tertio sine mandato, benè validatur ex secuta ratificatione principalis.*
19 *Ratificatio supplet omnes defectus mandati, etiam in casibus speciale mandatum requirentibus.*
20 *Debitum, quando est defuncti non potest fieri executio super bonis hæredis.*
In quibus bonis non cadit obligatio, nec hypotheca.
21 *Bona hæredis, tunc non possunt capi in executionem pro debito defuncti, quando confecit inuentarium.*
22 *Testator in bonis hæredis non habet ius.*
23 *Bona hæredis possunt capi in executionem pro debitis defuncti, quando vt in seq. num.*
24 *Hæres adeundo hæreditatem, sine beneficio legis, & inuentarij, videtur quasi contrahere cum creditoribus hæreditarijs.*
Hæres adeundo hæreditatem sine inuentario, tenetur creditoribus hæreditarijs, etiam de proprio, n.24.
25 *Hæres tenetur conficere inuentarium intra duos menses, aliaque necessaria obseruare.*
26 *Hæres non conficiens inuentarium, non potest illo iuuari.*
27 *Hæres valide non conficiens inuentarium, perindè est, ac si illud non confecerit.*

28 *Filius non potest allegare ignorantiam bonorum patris, maximeque si cum eo habitabat.*
29 *Restitutio in integrum aduersus aditionem hæreditatis sine inuentario petenda est ab ipso hærede.*
30 *ab Animo alicuius, ea quæ dependent, à tertio inualidè testificantur.*
31 *Hæres perperam petit restitutionem in integrum aduersus aditionem hæreditatis sine inuentario, postquam lapsum fuit tempus præfixum ad illud conficiendum.*
32 *Quia per dictum lapsum, quæsitum fuit ius creditoribus, vnde ipsis inauditis non est illud auferendum.*

DECISIO CXVIII.

SEntentia A.C. concedentem Carolo, & Elisabethæ coniugibus immissionem super locis Montium, de quibus agitur confirmandam esse DD. censuerunt ob validitatem, ac iustitiam illius.

Validitas enim desumitur ex † reuolutione processus, in 1
quo apparet fuisse seruata omnia seruanda iuxt. *vulgat. dec.*
Capuiaq. 162. *part.* 2.

Nec releuat assertus iurisdictionis defectus, ex quo iu-
dicium fuit agitatum contra hæredem extra locum † de- 2
functi, vbi de iure conueniri debebat, *iuxt. l. hæres absens, ff. de iudic.*

Quia cùm loca montium super quibus immissio concessa fuit,
existant in Vrbe, vbi etiam hæres fuit inuentus,
† validè potuit iudicium in ea intentari ratione rei sitæ, 3
ac rectè substinetur, ad text. *in l. sed etsi suscepit. 52. §. vlt. ff. de Iud. l. Actor. vlt. ibique DD. C. vbi in rem actio, cap. sanè, & cap. vlt. de for. compet. glos. in d. l. hæres absens, §. proinde verb. debebit, ff. de iudic.* Felin. *in cap. Dilectus il 2. n.10. de rescript.* Carleual. *de iudic. tom. 1. disp.* 2. *n.* 143. Rot. coram san. mem. Gregor. *dec.* 279. *num.* 17. *& in rec. decis.* 306. *n.*6. *& seq. par.* 7. Præsertim quia pro parte eiusdem
hæredis fuit comparitum coram A.C. deducendo exceptio-
nes, iura producendo, & faciendo † alios actus, ex qui- 4
bus resultat in iurisdictionem consensus, *ad l.* 1. *cum l. seq. ff. de Iudic.* Rot. *decis.* 51. *num.* 18. *par.* 5. *dec.* 91. *sub num.* 11. *vers. non obstat par.* 6. *ac dec.* 326. *sub num.* 7. *vers. Vlterius par.* 7. *recent.*

Parum obstante, quod à principio fuerit protestatum de
dissensu; nam cùm eadem protestatio † in subsequentibus 5
actibus repetita non fuerit (vt opus erat) vtique censetur ab ea recessum, Put. *dec.* 370. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. *in correct.* Card. Seraph. *dec.* 308. *n.* 1. *& dec.* 1057. *n.* 1. *&* 2. Add. ad Greg. *dec.* 292. *n.* 4. *& d.* 466. *n.* 9. *& in rec. d. dec.* 91. *n.* 12. *& seq. par.* 6.

Minus releuat, quod monitorium, cuius vigore dd. coniuges iudicium introduxerunt, fuerit exequutum in Ciuitate Tusculana.

Quia non ideò fuit inualidè exequutum, nam A.C. habet 6
iurisdictionem etiam in partibus intra duas dietas iuxta Constitut. sa. me. Pauli V. super *reform. Tribunal. Vrbis tit. de Auditore Cameræ n.* 6. *Vers. Nec decernat monitoria &c.*

Prout nec afficit, quod sententia † lata fuerit in termino 7
citationis circumductæ per iurium productionem factam ad instantiam P. Marini rei conuenti.

Quia sola iurium productio non potuit circumducere
citationem, sed vlterius requirebatur, † quod Iudex à cu- 8
ius id voluntate dependet, illam admiserit, quod hic factum fuisse non constat, Rota coram Greg. *dec.* 457. *n.* 7. Buratt. *dec.* 727. *n.* 2. Merlin. *dec.* 530. *sub n.* 4. *vers. quoniam sola protestatio &c.*

Postremò non obstat, quod sententia non sit conformis
libello, † seu monitorio, cum in eo fuerit petita immissio 9
super locis montium hæreditarijs, sententia verò illam
concesserit super locis proprijs P. Marini. Quia huius-
modi difformitas † remouetur ex clausulis salutaribus in 10
eodem monitorio appositis, nempè deducens omne ius
&c. ac omni meliori modo &c. alijsque prægnantissi-
mis, quarum vigore potuit ferri sententia super omni-
bus in discursu causæ † deductis, atque probatis, licet 11
à principio non petitis, iuxta tradita per Innoc. *in cap.* 2. *sub num.* 2. *vers. respondeo &c.* vbi etiam Bald. *sub n.* 9. *vers. Tertio opponitur de ordin. cognition.* Rot. *dec.* 256. *num.* 1. *&* 7. *par.* 5. *diuers.* & coram Vrgellen *dec.* 90. *n.* 1. cum alijs per Pacific. de Saluian. *interdict. inspect.* 1. *cap.* 3. *n.* 42. *& seqq.*

Iustitia verò eiusdem sententiæ resultat ex eo, quia
concedit immissionem præuia iustificatione † extremo- 12

rum indicij Saluiaoi, quibus probatis iure denegari non po-
test, vt fuit dictum coram ſan. me. Greg. XV. dec. 491. n. 6.
penes Vrgellen. dec. 40. pariter num. 6. in Roman. seu Ana-
gania Saluiani 16. Iani 1645. coram R. P. D. meo Cerro apud
Merlin. de pignor. dec. 93. n. 1. & in Licien. census 18. May
1654. & 7. May 1655. coram me.
Nec releuat exceptio obiecta aduersus creditum, ex eo
13 quod laudum à quo illud desumitur, fuerit † præcipitanter
latum eodem die compromissi; quia (prætermissis alijs) pla-
cuit responsio, quod Ioannes Augustinus Auctor P. Ma-
14 rini habita eiusdem † laudi notitia, nedum non reclamaue-
rit, vt necesse erat, sed debitum agnoscendo soluit in exe-
quutionem illius duas ex tribus partibus summæ, ad quam
erat condemnatus. Vndè resultat tacita eiusdem laudi ap-
probatio, & emologatio, vt in specie probat Castren. cons.
116. propè fin. vers. restat respondere lib. 1. Crauett. cons. 237.
n. 2. Rot. in Perusina Laudi 13. Martij 1628. coram Reueren-
diss. Vrgellen. inter eius impress. dec. 136. n. 1. & 2. cum alijs
per Add. ad Buratt. dec. 657. n. 11.
15 Nihil refragante, quod solutio facta fuerit à tertio, † cui
asserenti se soluisse de ordine alterius, non creditur nisi
iustificetur maodatum; quia cùm agatur de notabili sum-
ma petiarum 1200. quam non est verisimile tertium
16 pro † alio soluisse irrequisitum, & nulla reportata iu-
rium cessione ad sui fauorem, vtique mandatum à sol-
17 ueote enunciatum præsumitur interuenisse, † nam alias
iactasset suum, quod non est dicendum, vt in specie
aduertit Rot. dec. 2. num. 1. de caus. possess. & propriet.
in antiq. Cassador. dec. 3. num. 4. in fin. vers. Item se-
cundum de Procurat. Gabr. eodem tit. 1. num. 6. Buratt.
dec. 593. num. 8.
Cessatque difficultas non solum ex cessione iurium facta
18 à creditoribus præesse ad fauorem † Io. Augustini debi-
toris in actu dictæ solutionis, sed etiam ex subsequuta
ratificatione eiusdem debitoris mediante Epistola per eum
conscripta de anno 1649. in qua præmissa dicta solu-
tione agitur de residuo, Summ. responsionis coniugum n. 1.
19 quæ ratificatio supplet † vices mandati, etiam io casi-
bus in quibus speciale requiritur, cap. ratihabitionem de
reg. iur. in 6. Rot. d. dec. 2. vers. Maxime de caus. possess. &
propriet. in antiq. Greg. dec. 525. n. 4. & 5. cum alijs per Add.
ad eundem dec. 291. n. 6.
Minus obstat, quod hæc loca montium nunquam fue-
rint possessa à Io. Augustino, sed sint propria P. Marini eius
20 hæredis, † in quibus non cadit obligatio, nec hypotheca
defuncti, ad l. 1. in fin. C. commun. de legat. Rota penes
Vrgellen. dec. 337. num. 1. ac seq. & apud Pacific. de
Saluiani interdict. dec. 179. num. 15. Quia conclusio pro-
cedit in bonis hæredis, qui adiuit cum beneficio legis, &
21 inuentarij, † quæ sanè non veniunt sub hypotheca de-
functi, quia non censetur defunctus ea obligasse ex defe-
ctu tum voluntatis, quando, vt in hoc casu de illis non
meminit in sua obligatione; tum potestatis, quam defun-
22 ctus non habet in bonis † hæredis, nisi per retrotractionem,
quatenus scilicet hæres factum illius ratificet, adeuodo
simpliciter hæreditatem, gloss. & Doctores ff. de pignor.
Afflict. decis. 111. sub num. 16. vers. Et ideo cum seq.
Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 16. sub num. 16. vers. quod
sanè, Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 290. & seq.
Secus autem in bonis hæredis, qui adiuit absque d. bene-
ficio, vt P. Marinus, hæc enim sunt obligata creditoribus
23 hæreditarijs, † non quidem ex persona defuncti, sed ipsius-
met hæredis, qui simpliciter adeundo videtur quasi con-
trahere cum ijsdem creditoribus, quibus propterea tene-
24 tur actione personali, cui accedit hypothecaria, vt benè
declarat Bald. cons. 89. num. 7. & 8. lib. 1. Afflict. d. dec.
111. sub d. num. 16. Mantic. de tacit. d. lib. 11. tit. 16. sub
num. 16. vers. Sed aduertendum, Pacif. de Saluian. d. inspect.
3. cap. 2. n. 289. & articulo maturè discusso, firmauit Rot.
in Viterbien. Castrorum 12. Iunij 1623. coram bo. me. Coccin.
in rec. dec. 438. n. 11. & seq. & in S. Seuerini dotis 4. May
1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano apud Merlin. de pi-
gnor. dec. 33. n. 27. & seq. cum alijs per Add. ad Buratt. dec.
257. sub n. 22. vers. Verum hæc limitatio.
Nec releuat inuentarium à P. Marino confectum, & in
Summario coniugum relatum sub num. 7. Quia licet illud
inchoauerit post obitum defuncti præuia descriptione vnius
baochæ denar. ses, vt mandat statutum Ianuen. lib. 3. cap. 20.
25 Non tameo † perfecit infra duos menses, vt requirebatur
ex eodem statuto, cuius dispositio omninò seruanda
erat, Iason. in l. fin. num. 5. C. de iur. deliber. Gratian. di-
scept. foren. cap. 998. num. 19. Rota coram Vrgellen. decis.
412. num. 5. Ac ideò eius † beneficio iouari non potest, 26
cùm paria sint inuentarium non conficere, vel minus
† legitimè facere, d. l. fin. §. sin vero C. de iur. deliber. Rot. 27
penes Greg. dec. 496. num. 2. vbi Add. Coccin. decis. 59.
sub num. 5. vers. secundum verò, & in Nepesina pecunia-
ria 3. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Verospio, §. Nec
Fuluio, &c.
Nullaque potest allegari ignorantia bonorum defuncti,
præsertim mobiliom; quia P. Marinus † erat eius filius, & 28
in eadem domo cum patre conuiuebat, qua ratione præsu-
mitur habuisse notitiam omnium à defuncto relictorum,
iuxt. l. octaui gradus C. vndè liber. l. de tutela C. de in integr.
restitut. & in terminis probant Cæphal. cons. 314. num. 24.
& consil. 702. num. 16. lib. 5. Grat. cons. 25. num. 6. vers.
Et est minus tolerabilis ignorantia, &c. cum seq. ac sub n. 20.
vers. Item addunt lib. 2. Honded. cons. 35. n. 5. vers. cum enim
isti heredes, & seq. lib. 1.
Prorogatio autem, seu verius, in integrum restitutio
aduersus inuentarium non confectum obtenta in Senatu
Ianuensi, oon suffragatur; Tum quia non fuit petita à P.
Marino, † sed à PP. Iesuitis eius donatarijs process. fol. 234. 29
in quorum facultate oon erat explicare ea, quæ latent in
animo hæredis, & omoinò dependent ab eius voluntate,
de qua ipsi attestari non possunt, iuxt. tradita per Bart. in l. 30
per Procuratorem 89. num. 1. circa med. vers. declara cum
seq. vbi cæteri DD. ff. de acquir. hæred. Aleaand. cons. 78.
n. 14. vers. sed ita lib. 5. Natt. cons. 230. n. 8. Menoch. de
præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. sub n. 38. vers. siquidem Rot.
coram bon. mem. Merlin. dec. 704. n. 10.
Tum etiam quia fuit obtenta post quæsitum ius credito-
ribus ex lapsu temporis ad conficiendum † inuentarium 31
præfixi, quibus inauditis profectò auferri non potuit per d.
restitutionem, † vt dixit Rot. penes Verall. dec. 138. par. 2. 32
Marches. de commission. par. 2. de comm. restit. in integr. fol.
551. n. 181. & in terminis tradunt Rolan. à Valle de inuent.
par. 3. §. Item committendum n. 1. & seqq. inter Tract. Magn.
tom. 8. fol. mihi 175. alijque relati per Modern. Perusin. re-
solut. crud. 12. num. 7. & seqq. &c.
Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papien.

Meleuitana Decursus Aquarum.

Lunæ 31. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Aqua si nascatur in fundo alicuius, potest ipse de ea ad sui libitum disponere, & an possit dum eam alicui concesserit posteà alteri dare, & in hoc solet tradi distinctio, aut aqua defluit naturaliter in fundum inferiorem, & tunc potest, secus verò si per opus manufactum vadat, & uide rationem.

SVMMARIVM.

1 *Aqua cursus antiquus absque vlla nouatione in præiudicium tertij non est immutandus.*
2 *Aqua cursus antiquus si immutetur, est reducendus in pristinum statum.*
3 *circa Aqua cursum tria sunt consideranda.*
4 *Consuetudo in materia decursus aquarum habet vim priuilegij.*
5 *Aqua à consueto cursu diuerti non potest.*
6 *Aqua decursum, quando quis alicui concessit, an possit idem eamdem aquam alibi diuertere, & quando id procedat, & n. 7.*
8 *Aqua cursus, quod è fundo superiori defluit in fundum inferiorem non naturaliter, sed per canale manufactum & tunc præsumitur seruitus.*
9 *Et hoc casu illicita est diuersio aqua in præiudicium fundi inferioris.*
10 *Aqua, quod non naturali cursu, sed per aqueductum*

manufactum defluat in aliquem fundum ex quo doceatur, & n. 11.

12 *Testes, quando sunt numero plures, ac suorum dictorum optimam reddunt rationem, benè probant.*

13 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, si repeti non potuerunt, quia mortui sunt, an probent, & num. 14.*

15 *Testium dicta ad perpetuam rei memoriam examinati, eorum dicta morte confirmantur, dum repeti non possunt.*

16 *Aquæ decursus, vt dicatur iure seruitutis acquisitus requiritur, vt opus manufactum incipiat à fundo, vbi exijt aqua, & sic non tantum in fundo proprio.*

17 *Aqua si in fundo alicuius nascatur, dominus fundi de ea arbitrio suo potest disponere, & n. 18.*

19 *Probatio diuinatiua non releuat.*

20 *Testes non coarctantes negatiuam, non probant eam.*

21 *Testes non probant tempus antiquum, dum ad modernum se restringunt, & n. 22.*

23 *Testes deponentes super affirmatiua præferendi sunt deponentibus super negatiua.*

24 *in Aquarum decursu multum attenditur consuetudo.*

25 *Seruitus continua, vt præscribatur, quid requiratur.*

26 *Aquæ seruitus, stante cloaca antiquissima, qualis præsumatur.*

27 *Aquæ cursus antiquus, & vsus in aquæductu deseruit pro titulo.*

28 *Aquæ decursus antiquus per opus manufactum de per se absque alio titulo habet vim inducta seruitutis.*

29 *ex Cursu 40. annorum præsumitur titulus, & bona fides, in materia decursus aquarum. Amplia num. 30. & 31.*

32 *Aquarum decursus in fundo inferiori opere manufacto factus præsumitur, ex consensu Domini aquæfactus.*

33 *Aquarum actus expurgationis, siue excauationis in fundo alieno non solet iure familiaritatis fieri.*

34 *Sed sunt ex eis actibus, quæ fieri solent iure proprio, & acquisito.*

35 *Aquarum decursus in fundum inferiorem, quando dicatur probatus per immemmorabile tempus.*

36 *Immemorabilem possessionem habens pro se, potest allegare meliorem titulum de mundo.*

37 *Libertas per non vsum an acquiratur.*

38 *Procuratoris scientia, & negligentia non debet præiudicare Domino.*

39 *Procurator, seu Colonus, si negligant vsum alicuius rei, non præiudicant domino absenti.*

40 *Scientia præsumitur ex longo vsu.*

41 *Spoliato competit actio spolij.*

42 *Aquæ defluentis cursum vadens per fundum alienum diuertens dicitur in mala fide.*

43 *in Seruitute retinenda, vel conseruanda, iam in esse deducta, sufficit, vsus in aliqua parte rei.*

44 *Publico non est consulendum in præiudicium.*

DECISIO CXIX.

IN Episcopali prædio Talescof, nuncupato oritur aqua fontis, qui dicitur Talaurenti defluens opere manufacto per Terrenum feudi della Tabria confinantis cum d. prædio Episcopali huiusmodi aquam cum Episcopus Cagliares Moderni Reuerendissimi Episcopi Melitens. antecessor anno 1627. absente tunc Domino fundi à solito cursu diuertisset Eminentissimus D. Magnus Magister, qui d. feudum anno 1650. acquisiuit animaduertens aquæ diuersionem resultare in magnum eius fundi præiudicium, ex quo amplius non poterat, prout antea irrigari agri, & hortalitia illam ad pristinum statum reducendam esse prætendere cœpit. Vndè commissa causa in Rota dubitatum fuit, an Reuerendiss. Episcopo licuerit aquam ducere in præiudicium fundi inferioris, & non licuisse DD. responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum aqua iam longo tempore, scilicet per 20. annos, & vt aliqui ex Testibus examinatis pro parte D. Magni Magistri deponunt per 40. & etiam ab immemorabili tempore per canale, seu aquæductum fabricatum in fundo superiori defluxerit per fun-
1 dum inferiorem † vtique non potuit in istius præiudicium antiquus aquæ cursus vlla nouatione turbari, ac in aliam
2 partem diuerti ab Episcopo Domino fundi superioris, † & propterea aqua in pristinum statum reducenda venit, *l. hoc iure §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æstiu. l. si quis diuturno, ff. si seruitus vindicetur, l. fin. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. l. si manifestè C. de seruit. & aq. l. vsum aquæ, C. de aquæduct. lib. 11.* Bald. *cons. 241. num. 2. lib. 2.* Paris. *cons. 129. num. 10. vers. eo magis vol. 4.* Bero. *cons. 144. n. 39. vers. quarto pondero volum. 3.* vbi quod circa cursum aquæ tria sunt
regulariter consideranda † pactum, natura, & vetustas, latè 3
Surd. *cons. 447. n. 10. & 11.* vbi quod in aquæductu antiqua
consuetudo † est seruanda cum habeat vim tituli, & priuile- 4
gij, Iason. *cons. 150. n. 10. lib. 2.* Cæphal. *cons. 96. n. 2.* Vbi
quod à cursu † consueto aqua diuerti non potest, idem fir- 5
mat Cæpoll. *de seruit. vrb. prædior. cap. 96. de aquæduct. n. 3. vers. sed posse*, & Cyriac. *contr. 311. n. 3.*

Neque obstat, vt ea eo quod Controuersa aqua erumpit in proprio fundo Episcopi potuerit etiam ab eo in aliam partem ad sui libitum diuerti etiam si per aliquod longum tempus defluxerit in fundum inferiorem, *ad text. in l. si meo fundo, ff. de aq. pluu. arcen.* Quia trita, ac in iure communiter recepta est distinctio solita afferri dicto Textui, vt nem-
pe ille † procedat, quando aqua sui naturali cursu fluit, se- 7
cus autem si per opus manufactum, ita Bart. *in §. sed & si in principio, ff. de aq. plu. arc.* vnde Bald. & Salycet. *in l. 2. ff. ad l. Aquil.* & conferunt etiam text. *in l. cui fundum, ff. quemadmodum seruit. amitt. & in l. Neratius in glos. verb. tollere, ff. de aqua pluu. arcen.* Calcan. *cons. 56. sub num. 9.* Becc. *cons. 202. n. 24.* Crauett. *de antiq. tempor. par. 4. §. circa præmissa num. 40.* Ratio autem dictæ distinctionis est, quia vbi aqua
non naturaliter, † sed artificioso opere manufacto decur- 8
rit tunc censendum est Dominum fundi superioris permisisse cursum aquæ in fundum inferiorem non iure facultatis, sed seruit. acquisit. ministerio hominum ex dicto opere manufacto, & consequenter illicita omninò redditur diuer-
sio † aquæ ex solito suo cursu in præiudicium fundi superio- 9
ris, cui dicta seruitus acquisita fuit, Castr. *cons. 243. n. 2. vers. præterea lib. 2.* Surd. *d. cons. 447. num. 12.* Bursatt. *cons. 85. num. 1. cum seqq. & cons. 235. n. 54. & cons. 267. num. 38.* Menoch. *cons. 447. num. 42. vers. qui hoc intellexerunt*, Petr. Bin. *cons. 238. & seqq.* Merot. *cons. 8. n. 3. ad med.* Bellam. *cons. 7. n. 3.* Cæpoll. *de seruit. rust. præd. cap. 4. de seru. aquæ d. n. 56. cum duobus seqq.* Gabr. *de præscript. concl. 10. n. 14.* Cyriac. *contr. 311. n. 2. vers. primo quia reus. dec. 411. n. post med. & n. 22.* Rota *diu. dec. 164. n. 3. par. 2. in rec. dec. 32. n. 7. & 8. & dec. 425. n. 14. par. 4. tom. 2. & in Mediolanen. bonorum 17. May 1630. coram Coccino, nec non firmatum etiam fuit in dec. in hac causa emissa super remissoria sub 28. Iunij 1651. coram Reuerendiss. Tarraconen. §. releuantia ad med. vers. nihilominus.*

Quod autem controuersa aqua non naturali cursu de-
fluxerit † ad fundum della Tabaria, sed per opus manufa- 10
ctum in prædio superioris ipsius Episcopi probatur ea dictis testium examinatorum pro parte Eminentissimi Domini Magni Magistri, qui deponunt, quod subtus Roceam d. præ-
dij Talescof continantis cum prædio della Tabaria † extat 11
antiquus curriculus in saxo per lapicidas incisus, necnon etiam antiquus aquæductus pariter manufactus subtus curriculum perueniens vsque ad fontem Talaurenti, qui dictam aquam recipit eamque ducit ad terrenum fundi inferioris, ac terminat in cratera in eodem prædio constructa ad vsum animalium, & agrorum huiusmodi namque Testes cum sint
† numero plures formiter mediante remissoria examinati, 12
ac suorum dictorum optimam rationem reddant vtique benè, ac concludenter probant *l. solam, & ibi glos. C. de test.* Bald. *in l. Presbyteri n. 14. vers. quidam petijt C. de Episc. & Cleric.* Rota *dec. 189. n. 2. & dec. 272. n. 3. cum seqq. par. 2. rec. & fuit dictum in Bononien. Pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram Eminentiss. Cardinali Otthobono §. 2. ad med.* Tantòque magis cum de fluxu eiusdem aquæ per dictum canale,
seu aquæductum † spatio longissimi temporis deponant alij 13
Testes, qui licet examinati ad perpetuam rei memoriam tamen ea quo repeti non potuerunt stante illorum prædecessu
† haberi debent pro ritè, & validè examinatis, Surd. *decis.* 14
13. per tot. Rot. coram Greg. XV. *dec. 434. n. 5.* coram Buratt.
dec. 834. n. 4. dec. 350. n. 3. & illorum depositio morte † con- 15
firmata remansit ad tex. *in l. fin. vers. sin autem C. de test.* Rot. *in Romana depositi 15. Decembr. 1645. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado, & in Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. §. non obstat, quod onus coram bo. me. Arguelles.*

Non obstat ad effectum præsumendi ex opere manufacto aquam iure seruitutis decurrisse in fundum inferiorem,

16 quod requiratur, † vt dictum opus constructum fuerit
in fundo contra quem seruitus prætenditur alias laborerium nil releuet cum ex hoc non tollatur libertas, quam de iure Dominus habet vtendi pro suo arbitrio aqua in
17 suo fundo scaturiente obiectum enim huiusmodi cessat ex
facto concludenter probato per Testes formiter examinatos, & præcisè affirmantes opus constructum fuisse in
18 ipso prædio Episcopi ibi: *Ho visto, che nell'articolato luogo chiamato Talescos predio Episcopale vi è stato, & al presente vi è vna caua, ò sia mina cauata à forza di huomo con piccone nella Rocca viua.*

Pari facilitate visa fuit tolli alia prætensio, quod dicta caua facta fuerit non ad recipiendam aquam, sed potius ad effectum illam explorandi, ac quærendi sub terra
19 † istud enim est diuinare, & contrarium colligitur ex eis-
dem testibus deponentibus opus constructum fuisse, *per cercare, e raccogliar l'acqua.*

Non etiam aduersantur depositiones testium examinatorum pro parte Reuerendissimi Episcopi in ea parte, in qua licet, & ipsi admittant dictum opus manufactum per illud tamen aquam in modica quantitate decurrisse dicunt. Primò enim dicti Testes non coarctant negatiuam,
20 † quod nempe dicta aqua potuerit desluere in maiori quan-
titate, quin ipsi scirent, prout ad probandam negatiuam requiritur, *gloss. in §. hinc nobis in auth. de hered. & falcid.* Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, §. de itiner.* actumque Rota coram Gregor. XV. *dec.* 510. *num.* 1. Secundò eorum dicta restringuntur ad tempus recens, & post factam diuersionem ab ipso Episcopo de tempore quo aquam dum deponunt, quod aqua diffluebat in modica quantitate, eo
21 quia curriculus erat repletus, repletio enim facta fuit ab
ipso Episcopo de tempore, quo aquam à solito cursu di-
22 uertit, præterea cùm Testes examinati pro parte Eminen-
tissimi Domini Magni Magistri deponant de affirmatiua
23 semper in dubio præferendi sunt Testibus Episcopi depo-
nen. de negatiua, *glos. in l. diem proferre, §. si plures verbo consenserunt ff. de recept. arbitr.* Bald. *in l. actor. num.* 2. *C. de probat.* Alex. *cons.* 169. *num.* 5. *lib.* 5. Gabr. *de cost. concl.* 4. *num.* 1. Rota *dec.* 42. *num.* 5. *par.* 7. *recen.* & in puncto benè Busatt. *cons.* 267. *num.* 13. *ad fin. & seqq. & n.* 29.
24 Vbi inter cætera ponderat rationem verisimilitudinis, † quę
huic casui benè applicatur cum vt dictum est extercluaca antiquissima in saxo inciso sub fundo Episcopatus, quam non est verisimile fuisse alia ratione constructam, quam pro ducenda aqua.

25 Minusque refragatur, † quod ad effectum præscribendi
seruitutem contra Ecclesiam cursus 40. annorum cum titulo, & bona fide requiratur, quia quicquid sit, an ex eo, quod versamur in seruitute aquæ continuò fluentis,
26 quæ proindè † continua dicitur titulus requiratur, vel po-
tius longæua possessio sufficiat, ad tradita per Butr. *in cap. si diligenti num.* 17. *post med. vers. ratio autem de præscript.* quem sequuntur Imola *num.* 12. & 13. *circa med. vers. vel ducit* 2. Balb. *de præscript. par.* 4. *q.* 2. *num.* 2. *limit.* 2. Becc. *cons.* 202. *num.* 18. Rimin. iun. *cons.* 86. *num.* 11. Rauden.
27 *var. resol. cap.* 68. *sub num.* 65. vbi quod antiquus † de-
cursus, & vsus in aquis deseruit, loco Tituli, Calcan. *cons.* 56. *sub num.* 7. & 9. firmans consuetudinem, & aquæ decursum per longum tempus continuatum per opus ma-
28 nufactum † de per se, & absque alio ministerio, seu titulo
habere vim inductæ seruitutis.

Tollitur in proposito casu omnis difficultas, quia Testes examinati pro parte Eminentissimi D. Magni Magistri deponunt de continuo cursu, & vsu d. aquæ per annos
29 40. ex cuius proindè † temporis lapsu titulus, & bona fi-
des præsumitur, ad tradit. in his terminis per Alex. *cons.* 69. *per tot. lib.* 5. *l.* 1. *§. denique in fin. & in l.* 2. *& in l. fin. ff. de aq. pluu. arc. l. hoc iure, §. ductus, ff. de aq. quotid. & æstiu. cap.* 1. *de præscript. in fino*, Bursatt. *cons.* 114. *num.* 32. *lib.* 3. Con-
30 currente maximè † quod vt ex eisdem Testibus habetur ca-
nalis, seu aquæductus per quem controuersa aqua decurrit fuit expurgatus ab Authoribus d. Eminentiss. D. Magni Magistri Domini fundi inferioris. Iste namque actus in alieno Episcopi solo gestu non solum claram scientiam Episcopi
31 Domini fundi superioris indicat † ex quo nimis inuerisimile
redditur, quod homines alienum fundum ingredi, & aquæductum expurgare ausi fuerint sine ipsius Domini licentia, & permissu, vt in his terminis ponderat Bursatt. *d. cons.* 87. *nu.* 19. & Petr. Bin. *d. cons.* 398. *n.* 3. *cum seqq.* Vbi vlterius fir-
32 mat introductionem, siue deriuationem † aquæ in fundo in-
feriori opere manufacto habere præsumptionem, quod fuerit facta ex mutuo consensu, vel conuentione; verùm etiam ius
constitutæ seruitutis probat, nam actos expurgationis † siue 33
excauationis in alieno solo reputatur ex illis, qui non iure fa-
cultatis, seu familiaritatis exerceri solent, sed ex ijs, qui iure 34
proprio fiunt, Barr. Castr. & alij *in l. seruitus C. de seruit. & aq.* Menoch. *de retin. poss. rem.* 5. *n.* 11. Bursatt. *cons.* 41. *n.* 14. Borg. *dec.* 23. *n.* 173. *par.* 2. cum alijs alleg. per Modern. Lucan. *cons.* 97. *n.* 25. *vers. probatum insuper est.*

Accedit vlterius pro maiori comprobatione præscriptæ
† seruitutis, quod aliqui ex testibus deponunt aquam fluxisse 35
per opus manufactum vsque ab immemorabili tempore, & cum requisitis *per gloss. in cap.* 1. *de præscript. in* 6. Immemorabilis autem certum est, quod vim tituli concessionis, & priuilegij habet super quibusdam, *§. Prætorea de verb. signif. cap.* 1. *de præscript. in* 6. *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq.*
quotid. & æstiu. Potestque illius vigore allegari † melior titu- 36
lus de mundo, Rota *in Placentina, seu Abulen. decimarum* 28. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Pentingero, §.* 2. *ad med. vers. Et hic in terminis seruitutis aquæ ducendæ*, Calcan. *d. cons.* 56. *n.* 8. Morot. *cons.* 8. *n.* 4. Surd. *d. cons.* 447. *n.* 11. *ad fin.* Bero. *cons.* 194. *n.* 32.

Non obstat, quod quatenus etiam d. seruitus legitimè præscripta fuisset nihilominus ex quo ab anno 1626. aqua diuer-
sa fuit indè censeatur illa amissa, † & acquisita libertas per 37
non vsum 20. annorum vsque ad tempus motæ litis.

Primò enim respondetur, quod feudum tunc erat possessum à forense degente in Regno Siciliæ, & per Procuratorem erat locatum Colonis, quorum scientia, & negligentia
ad effectum † amittendi seruitutem per non vsum nil rele- 38
uat, sed requiritur scientia, & patientia Domini, Bald. *de præscript. in* 2. *par.* 4. *partis principalis q.* 1. *n.* 12. *vers. Et nota,*
& ratio est, quia coloni † precario possident, & ita si negli- 39
gunt vsum, & fruitionem aquæ non præiudicant Domino absenti, Barbat. *cons.* 9. *n.* 12. *vers. Item posito.*

Secundò, quia dum agebatur de seruitute, continua & in esse deducta ducendi aquam per aquæductum constructum in fundo Episcopi intus roccam, vbi est fons, & de tali seruiture Episcopus dictam, ac indubitatam scientiam habuit
† non solum ex longo cursu temporis, sed etiam quia vt di- 40
ctum fuit accesserunt homines ad expurgandum dictum canale vtiq; Episcopus pręscribere non potuit, vel quia aquam de facto † diuertendo spoliasse dicitur, & actio spolij durat 30. annis, nec minori spatio præscribitur, Mohed. *dec.* 3. *de restit. spoliat.* Rot. *in rec. d.* 307. *n.* 3. *p.* 1. & in terminis Buratt. *d. cons.* 87. *n.* 31. *vers. prætoreà.* Vel propter malam fidem
dum solitum cursum aquæ † defluentis iure seruitutis per 42
fundum Tabria malitiosè diuertit, nam & hæc certum est, quod præscriptionem impediuit, *iuxta tex. in cap. dudum de decim.* Surd. *cons.* 276. *n.* 18. & 21. Hun. *cons.* 82. *n.* 39. *& seq. lib.* 1. Rota coram Merlino *dec.* 585. *n.* 15.

Prætereà omnes Testes etiam illic examinati pro parte Reuerendiss. Episcopi deponunt semper aquam defluxisse per canale etiam post diuersionem factam de anno 1627. licet in modica quantitate attenta repletione facta, vel longo tempore secuta, & hoc sufficit, vt seruitus non amissa, sed con-
tinuata intelligatur, † quia in retinenda, & conseruanda ser- 43
uitute iam in vsu deducta sufficit vsus etiam in aliqua parte, vt benè in his terminis firmat Crauett. *cons.* 104. *n.* 5. *& est etiam text. in l. vna est via, ff. de seruit. rustic. præd. & l. si is, qui vsumfructum, ff. de vsufruct.* Bursatt. *cons.* 267. *n.* 30.

Denique non releuat, quod diuersio aquæ à solito cursu redundet in publicam vtilitatem, & commodum Ecclesiæ, quia non est consulendum publico in præiudicium priuati
habentis fundum inferiorem, & seruitutem actiuam ducen- 44
di aquam, *l. vnica, §. penult. C. de caduc. toll.* Castr. *cons.* 125. *n.* 1. *in fin. l.* 2. Caped. *dec. Lusitan.* 119. *per tot. par.* 1. & firmauit Rota *in Bonon. iuris macinandi* 1. *Febr.* 1638. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficij de Alesanco.

Luna 31. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Ad beneficij assecutionem præferendus est ille, qui habet maiores, & digniores qualitates, nec est attendendum, dum quis habet aliquam qualitatem, sed ille, qui plures habet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Processus dicitur validus dum omnia necessaria ad eius validitatem concurrunt.*
2 *Qualitates maiores habens est praeferendus in assecutione beneficij.*
3 *Baptizatus, quod aliquis sit in Ecclesia vbi pratendit beneficium, hac qualitas vana est.*
4 *Fides extraiudicialis, & facta lite pendente non releuat.*
5 *Beneficia plura, & magni valoris possidens, hac qualitas non operatur, vt sit praferendus non habentibus beneficia alia.*
6 *Valorem beneficij, ex quibus rationibus dicantur probare testes.*
7 *Testes, quando plenè dicantur probare redditus beneficiorum.*
8 *Qualitates maiores ad assequendum beneficium, qui habent, sunt praferendi habentibus minores.*

DECISIO CXX.

VAlidam, & iustam, & propterea confirmandam esse dixerunt Domini sententiam Rotalem latam à
R. P. D. meo Priolo ad fauorem Petri Medinæ, omnia
1 enim seruata fueruot † pro validitate processus, & Petrum
ratiooe antiquioris, tum ætatis, tum Sacerdotij, & exer-
2 citij curæ animarum esse Martino † digniorem benè demonstrat decisio coram eodem *R. P. D. meo Priolo edita sub die 26. Iunij prox. prat.*
Nihil suffragante Martioo, quod baptizatus fuerit in
3 Ecclesia Sanctæ Mariæ de Alesanco, vbi situm est † beneficium controuersum, quod gradum Baccalaureatus in vniuersitate Mexicana, ac Doctoratus in Abulensi obtinuerit, quod aliquando fuerit Visitator deputatus, quia probationes io hac adductæ non concludunt pernecesse de persona Martini Aduersarij, & cùm resultent ex fide
4 extraiudiciali, ac testibus non formiter, & lite pendente examinatis, vt respondet eadem decisio *coram R. P. D. meo Priolo*, fidem nun merentur, idemque decisum fuit *in Calaguritana Beneficij de Ocon 14. Martij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Calaguritana Beneficij 15. Ianuarij 1652. coram me.*
Et in omoem euentum cùm Martious Aduersarius possi-
5 deat duo beneficia † annui redditus scut. 400. vt constat ex depositionibus testium formiter examioatorum Summario additionali Petri reddentibus optimam causam scientiæ,
6 † quia videlicet sunt naturales, & incolæ loci vbi sita sunt
7 Beneficia, & fuerunt præsentes † repartitioni fructuum, ac proindè plenè probantibus, Seraph. *dec.* 1030. *num.* 2. Rot. *inter recent. dec.* 315. *n.* 1. *par.* 1. *& in Calaguritana Beneficij 2. Decembris 1652. coram me.*
Hoc sufficit, vt illi sit præfereodus Petrus Medina tot
8 qualitatibus, vt supra insignitus, ac pauper † quamuis in aliquo Martini qualitates præponderant, vt declarauit Rota *in Calaguritana Beneficij 13. Martij 1652. coram me 17. Nouemb. 1653. coram R. P. D. meo Meltio, 23. Maij, & 17. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Verospio, & in alia Calaguritana Beneficij de Ocon 15. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Celso in Calaguritana Beneficij de Clauico 26. Iun. 1654. coram R. P. D. meo Cerro.*
Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Cæsaraugustana Pensionis.

Luna 31. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Gratia præuentiua operatur, vt licet Pensio vacet per emissionem professionis in Religione approbata, tamen non dicitur vacare; gratia, quando per solam Signaturam Papæ dicatur recipere suum esse, & robur. Et acerrimè discutitur, an ante litteras expeditas sola signatura supplicationis gratiæ dicatur perfectionata, vt possit dici præseruata ab extinctione pensionis facta professione ante Litterarum Apostolicarum expeditionem.

SVMMARIVM.

1 *Pensio extinguitur per professionem emissam in Religione approbata.*
2 *Pensio non extinguitur per professionem emissam, quando super hoc adest dispensatio.*
3 *Dispensatio praeuentiua operatur, vt pensio non vacet propter professionem emissam.*
4 *Dispensatio super retentione Pensionis, an sufficiat, quod fuerit à Papa signata ante professionis emissionem.*
5 *Littera Apostolica super gratia retentionis Pensionis, an debeat esse expedita antè emissionem professionis.*
6 *Gratia, quando est ab initio perfecta per signaturam supplicationis, recipit suum esse.*
7 *Gratia, quando est perfecta, & reperitur signata supplicatio, non expirat per mortem concedentis.*
8 *Gratia non facta, sed facienda à concedente, an expiret per mortem concedentis.*
Qualis dici potest illa, qua pendet à mente Commissarij.
9 *Regula 52. Cancellaria, quid disponat.*
10 *Papa mortuo Littera expediuntur nomine successoris.*
11 *Gratia facta dicitur, quando perfectè conceditur ei in cuius fauorem datur, & independenter ab alio cui exequenda committitur.*
12 *Gratia facienda illa dicitur, quando non conceditur absolutè.*
Sed dependenter ab alio cui facienda committitur.
13 *Gratia Principis an expiret per mortem Principis, si non ab ipso, sed ab eius Ministris sit signata.*
14 *à Pontifice successore passim expediuntur littera in forma rationi congruit super supplicationibus signatis à pradecessore, num. 15.*
16 *Supplicationis sola signatio Papa gratiam adeò perficit, vt pensio praseruata fuit ab extinctione propter professionem emittendam, licet professio medio tempore secuta fuit.*
17 *Regula 53. Cancellaria, quid disponat.*
18 *Gratia non debet suffragari contrà mentem concedentis.*
19 *Dispensatio Papa perindè est, ac concessa non fuisset, dum littera non sunt expedita.*
20 *Dispensationis gratiam habere aliud est ante litteras expeditas.*
Et longè aliud, vt est gratia habeat suam actiuitatem, respectu finis.
21 *Dispensatus ante Litterarum expeditionem, non potest dici dispensatus.*
22 *Gratia non continet in se aliquid perfectum, dum conceditur ad aliquid faciendum.*
Et tunc est similis Epistolis, vt id non possit fieri, nisi receptis litteris, num. 22.
23 *Quoad Gratia validitatis initium attēditur tempus Data quo ad eius executionem littera expediende sunt.*
24 *Gratia si contineat aliquid in se perfectum, & statim signata supplicatione est gratia perfecta.*
Nec non plenum ius quasitum tribuit.
25 *ad Maioratum instituendum dispensatus, illum instituere non potest ante Litterarum expeditionem.*
26 *Princeps, quando vtitur verbo,* Fiat, *gratia est perfecta.*
27 *Gratia Papa licet sit perfecta, quando vtitur verbo,* Fiat.
Tamen id est verum, quando Gratia aliud non requirit, quam ipsius Principis concessionem.
Secùs vero si Gratia alicui concedatur, vt aliquid facere possit.
28 *Vidua concessa dispensatio ad retinendum legatum sub conditione viduitatis, non suffragatur si Vidua ante expeditas Litteras, transiuerit ad secunda vota.*
29 *Gratia, quando est concessa in forma gratiosa, perfecta est ex die signata supplicationis.*
30 *Reg. 52. Cancellaria non dicit, Gratiam non valere litteris non expeditis, sed non suffragatur, & n. 31.*
32 *Gratia, an sit perfecta, nec non reijcitur illa distinctio ad aliquod factum, vel ad faciendum.*
33 *Gratia, quando non possit dici facta ad aliquid operandum.*
34 *Dispensatio ad retinendam Pensionem, si quis obtinuerit,*

vel vacet Penfionem ob ingreffum in Religionem, difpenfatus, nihil præftare tenetur,

35 *Retentio facilius conceditur quàm actio,*

36 *Prohibitus agere non dicitur prohibitus retinere,*

27 *Littera Apoftolica, quando nufquam fuerunt expedita, illis vere expeditis quandocumque nullus Doctor afferit, quod Gratia non fuffragetur,*

39 *Et quod medio tempore geftum eft, validum reputatur,*

Quidquid dicendum effet in exteriori foro.

40 *Littera Apoftolica, eo ipfo quod expediuntur, fuffragatur à puncto Gratia conceffa,*

41 *Non autem à puncto expeditionis Litterarum.*

42 *Littera Apoftolica ftatim ac funt expedita fuffragantur à puncto data gratia, etiam in terminis,*

Litterarum rationi congruit.

43 *Tempus data Gratia eft attendendum pro validitate Gratia, quamuis de tempore expeditionis Litterarum Apoftolicarum res non erat integra,*

44 *Expeditio Litterarum Apoftolicarum non operatur per retrotractionem ad diem data Gratia.*

45 *In Litteris Apoftolicis quid agitur circa earum expeditionem attribuitur principio gratia conceffa per Signaturam Gratia.*

46 *fuper Teftandi facultate Littera Apoftolica fuffragantur, etfi ante, poft tamen fignatam fupplicationem fuerit teftatum, & mortuus eft Teftator.*

47 *Difpenfatus per fupplicationem ab irregularitate antè impetrationem beneficij, etiam poft iudicium motum, Litteras difpenfationis expedire valide valet.*

48 *Papa fucceffori, fi narratum fit, quod difpenfatus pro retentione Penfionis ex caufa profeffionis exegerit eas antè Litterarum expeditionem.*

49 *An poffit ordinare Papa eas non expediri, vide hic num. 50. 51. & feq.*

52 *Gratia, quando non eft noua ceffat fubreptio.*

53 *Gratia rationi congruit, non continet nouum grauamen, Vnde fubreptitia dici non poteft.*

54 *Dum tamen nihil addatur fupplicationi fignata.*

55 *Gratia rationi congruit, dum continet plus quam prima fupplicatio, poteft ei dari de fubreptione.*

56 *Decif. in caufa Rom. Penfionis coram ben. mem. Card. Pamphil. declaratur.*

57 *Littera Apoftolica aliquando expediuntur, etiam re non integra.*

58 *Penfio expirat per emiffionem profeffiones in Religione, & num. 59.*

DECISIO CXXI.

EXtinctam fuiffe Penfionem annuam ducatorum 180. fuper fructibus menfæ Archiepifcopalis Cæfarauguftanæ, referuatam ad fauorem Ioannis de Fiancia ob eiufdem Ioannis profeffionem in Religione Hierofolymitana, declarauit fententia Rotalis coram Reuerendiffimo Archiepifcopo Tarraconeñ. quæ in gradu appellationis præuia decifione coram R. P. D. meo Peutingerio reuocata fuit per aliam fententiam Rotæ latam à R.P.D. meo Beuilaqua in hac caufa per Reuerendiffimum D. meum Decanum, iuxta notorias eius facultates fuffecto propter malam valetudinem Domini mei Peutingerij, & an hæc fententia fit confirmanda, vel infirmanda, cognito hodie coram me in tertia inftantia confirmandam effe refponfum fuit.

Quod enim dicitur † Penfionem extingui per profeffio-
1 nem emiffam in Religione approbata, vt tradit Garz. *de
benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 114. & magis in terminis, Ca-
ftropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *difput.* 1. *punct.* 11. §.
10. *fub num.* 8. non habet locum † quando præceffit Gra-
2 tia Apoftolica, & difpenfatio retinendi Penfionem etiam
emiffa profeffione, vt notant DD. *in cap. cum de benef.
de prabend. in* 6. Patif. *de refign. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 116.
Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 209. *& feqq.* & dixit
Rota *decif.* 104. *num.* 6. apud Mant. *dec.* 45. *num.* 1. *&
3 feqq. apud Card. Mellin.* fiquidem difpenfatio † præuen-
tiua præferuat Penfionem, & remouet omne impedi-
mentum, fupplendo quamcumque incapacitatem ex fu-
tura profeffione contrahendam, Rota *dec.* 7. *num.* 8. *& 9.
dec.* 12. *num.* 13. *par.* 1. *rec.*

Neque Informantes pro Reuerendiff. Archiepifcopo ne-
garunt ante emiffam à Ioanne profeffionem fignatam
fuiffe à Papa fupplicationem fuper retentione † Penfio- 4
nis, ficut è conuerfo Informantes pro Penfionario faffi
fuerint Litteras Apoftolicas non fuiffe expeditas, antè emif-
fam profeffionem, fed poftea imò etiam poft mortem
fel. rec. Vrbani VIII. qui fupplicationem † fignauerat, & 5
vtrinque admiferunt potuiffe litteras quandocumque ex-
pediri, vt aduertit Soce. *conf.* 41. *num.* 3. *lib.* 3. quem fe-
quitur Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *difp.* 29. *fub num.* 9.
Molin. *de primog. lib.* 2. *num.* 4. *& feq. dec.* 127. *num.* 3.
etiam poft mortem concedentis, † quia cum Gratia à 6
principio effet pura, & in fuo effe perfecta per fignatu-
ram fupplicationis, vt prætee allegatos in *decif. coram
R. P. D. meo Peutingerio*, tradit Pelaez *de Maiorat. par.* 4.
q. 10. *num.* 64. Pont. *de matrim. lib.* 8. *cap.* 15. *fub num.* 2.
& alij mox allegandi, non expirauit morte concedentis,
inquit dicendum effet † fi ageretur de Gratia non facta, 7
feu facienda, qualis dicitur, quæ pendet à voluntate
Commiffarij, cui non præcipitur, † vt Gratiam exequa- 8
tur, fed datur licentia illam exequendi, vt in puncto be-
nè diftinguit Trullen. *oper. moral. tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 10.
dub. 27. *num.* 1. *&* 3. vbi ponderat, quod licet vigore
† regulæ 52. Cancellariæ nulla difpenfatio fuffragetur 9
cuiquam in Iudicio, vel extrà antequam fuper ea Litteræ
Apoftolicæ fint confectæ fuffragatur Gratia † in Iudicio 10
à puncto conceffionis, etiam fi mortuo Papa litteræ ex-
pediuntur nomine fucceffores, Pont. *de matrimon. lib.* 6.
cap. 19. §. 1. *fub numer.* 1. vbi ait, quod gratia facta
dicitur quando perfectè conceditur ei in cuius fauorem
† datur, & independenter ab alio, cui facienda com- 11
mittitur, facienda autem dicitur quando non concedi-
tur abfolutè, & in † cuius fauorem datur, fed depen- 12
denter ab alio cui facienda committitur, Pelaez *d. par.*
4. *q.* 7. *num.* 8. *&* 9. Molin. *Theol. de inft. & iur. difp.* 599.
fub num. 4. vbi quod hoc procedit, etiam † fi Gratia 13
fit ad aliquid efficiendum, & *num.* 6. vbi hoc limitat
quando fupplicatio eft fignata non ab ipfo Principe, fed
ab eius Miniftris, Anton. Gabr. *de praben. conclus.* 1.
num. 2. Sanchez *de matrim. difp.* 29. *fub num.* 9. Atque 14
hinc paffim expediuntur à Pontifice Succeffore litteræ in
forma rationi congruit fuper fupplicatione fignata à præ- 15
deceffore,

Sed acerrimè inter partes controuerfum fuit ante lit-
teras expeditas fola fignatura fupplicationis Gratiam adeò
perfecerit, vt Penfio præferuata fuerit ab † extinctione, 16
quando profeffio medio tempore fubfecuta alioquin in-
duxiffet. Siquidem negatiuam fuadere videntur verba
Regula 53. *Cancellaria fuperaddita fel. rec. Pio V.* quod
nulla talis difpenfatio cuiquam in Iudicio, vel † extrà fuf- 17
fragetur antequam fuper ea Litteræ Apoftolicæ fint con-
fectæ; fi enim intermedia profeffio Penfionem non ex-
tingueret vigore fupplicationis fignatæ, fequeretur quod
eadem fupplicatio intra Iudicium † fuffragata fuiffet con- 18
tra voluntatem Papæ in regula Cancellariæ expreffam,
vt in punct. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 2. *fub num.* 6.
verf. attamen, *& num* 61. *&* 62. vbi quod ideò quan-
tum pertinet ad perfonam difpenfati, perindè eft ac fi
† numquam difpenfatio emanaffet, & *num.* 47. *verf. &* 19
fanè, ait, quod aliud eft, quod antè Litteras expedi-
tas fuiffe, dicatur † habere Gratiam difpenfationis, & 20
longè aliud, quod ea Gratia habeat fuam actiuitatem
refpectu finis in quem eft inter fe, † concluditque *num.* 21
75 quod refpectu ipfius vfus, quis non eft difpenfatus.

Idipfum confirmari videtur de diftinctione, cuius auctor
eft, Bald. *in l. faffus num.* 24. *C. furt.* vbi quod ait, gratia
non continet aliquid in fe perfectum, dum † conceditur ad 22
aliquid faciendum, & tunc fimilis eft epiftolæ, vt id fieri non
poffit, nifi receptis litteris, itaut infpiciatur tempus datæ,
quoad initium Gratiæ, tamen quoad † eius executionem re- 23
quitatur quod litteræ exiuerint de Cancellaria, aut continet
in fe perfectum, & ftatim fignata fupplicatione eft gratia per-
fecta, † ac plenum ius quæfitum tribuit, quam diftinctio- 24
nem fequitur Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 57. *&* 3. *feq.*
vbi infert † quod difpenfatus ad inftituen. maioratum, illum 25
inftituere non poteft ante litteras expeditas; Nam quamuis
verum fit, quod quando vtitur † verbo, *Fiat*, ipfa gratia 26
perfecta fit, illud tamen procedit, quando gratia nihil am-
plius quàm ipfam Principis conceffionem requirit, fecus au-
tem quando gratia alicui confertur, vt aliquid facere poffit,
tunc enim is † non poffit illud facere ante ipfarum litterarũ 27

expe-

expeditionem, sic etiam sequend. Molin. trad. Azuel. in l.
Hispaniæ tom. 3. lib. 6. tit. 5. l. 7. n. 2. fol. 16. Cocch. pract.
quæst. lib. 2. q. 75. Oldrad. cons. 324. num. 5. vndè Rota in Bo-
non. vsusfructus 23. May 1625. coram clar. me. Coccin. dixit
quod dispensatio concessa Viduæ ad retinendum legatum ei
28 † relictum dummodò Vidua permaneret non suffragatur si
antè litteras expeditas, & executas, Vidua transierit ad
secundas nuptias.

Placuit nihilominus Dominis affirmatiua sententia,
quia gratia, seu dispensatio in forma gratiosa perfecta
29 † fuit ex die signatæ supplicationis, nec regula Cancella-
30 riæ illam irritat, sed ad fori externi † probationem expedi-
ri litteras mandat, nec dicit gratiam non valere litteris non
31 expeditis, sed † non suffragari, vt benè aduertit Sanch. de
matr. lib. 8. disp. 29. sub n. 7. vers. sed optimè, & n. 11. vers. ad
32 secundum, vbi ad hunc effectum reiecerit distinctionem, inter
† gratiam ad aliquid factum, vel faciendum, quam prius in
iisdem terminis reiecerat Molin. de iust. & iur. disp. 599. sub
n. 4. vers. quare cum regula, & sub num. 6. vers. contrarium
tamen, Card. Millin. decis. 20. sub num. 5. Et quidquid sit de
hac distinctione quam Doctores exaduerso allegati affe-
runt ad alios effectus, ea, vel (vt vnus ex Dominis pon-
33 derabat) retorquetur, quia † in casu nostro non fuit ob-
tenta dispensatio ad aliquid faciendum puta ad professio-
34 nem emittendam, sed super facto, nempè † super Pensio-
ne iam anteà reseruata, eiusque retentione, in qua con-
tinuando dispensatus nihil de nouo molitur, & sic regulę
53. Cancellariæ non contrauenit, vt benè ad propositum
ratiocinatur Lotter. exaduerso allegat. lib. 3. quæst. 2. n. 71
35 & confert vulgaris conclusio, † quod faciliùs conceditur
retentio, quàm actio, l. si in Archa in fin. C. condit. indebit.
l. si necessaria §. pignor. ff. pignor. & act. Aym. cons. 148.
36 n. 2. Buratt. dec. 914. n. 1. & prohibitus agere † non dicitur
prohibitus retinere, Dec. cons. 257. sub n. 2. vers. similiter
talia verba, Merl. dec. 230. n. 1.

Vel admittenda est, quando nusquam litteræ fuerunt
desuper expeditæ, illis verò expeditis quandocumque,
37 † vt expediri posse sicut demonstratum est nemo ex Do-
ctoribus exaduerso allegatis negat dispensationem indistin-
38 ctè suffragari, † cum fuerit regulæ satisfactum, & in pun-
cto quod medio tempore gesta sint valida, tradit Molin.
Theol. sæpè citat. d. disp. 599. n. 4. in fin. litteris posteà expe-
39 ditis valida iudicarentur † in exteriori foro executioni
mandata ex ea gratia post illam concessa etiam antè
litteras expeditas, non secùs ac si litteræ fuissent expeditæ
40 † tempore signatæ supplicationis, quia eo ipso quo litteræ
41 expediuntur suffragantur † à puncto gratiæ concessæ, &
non solum à puncto expeditionis litterarum, vt in termi-
42 nis expeditionis litterarum super disputatione † in forma
rationi congruit, & regulæ 53. Cancellariæ idem Mol. d.
disp. 599. sub num. 1. ad finem, Trull. in precept. decal. tom. 4.
lib. 7. cap. 10. dub. 8. sub num. 3. vers. attamen, Rebuff. in
prax. tit. de grat. rationi congrue n. 21. Azor. instit. mor. tom. 2.
lib. 7. cap. 31. q. 9. vers. itaque, Mol. de primog. exaduerso al-
legato lib. 2. cap. 7. n. 56. vers. si autem, vbi quod hoc est de
mente omnium scribentium, Sanch. de matrim. lib. 8. disp.
29. n. 9. Rota in Montisfalisci Canonicatus 28. Iunij 1655.
§. penult. coram me, præsertim quia id fuit in ipsis litteris ex-
pressum, quod pro cautela, tradit Rebuff. in prax. tit. de
dispens. ad plura beneficia n. 63. Cocc. in reg. 53. Cancell. n. 11.

Nihil refragante, quod tempore expeditionis res non
43 esset † amplius integra ob subsecutam tempore professio-
nem, quia medium impertinens esset momenti si expeditio
44 litterarum operaretur † per viam retrotractionis, qua
opus non est, nam id quod agitur circa expeditionem at-
45 tribuitur principio gratiæ concessæ † per signaturam sup-
plicationis, à qua gratia sublimius suum esse recipit, &
secuta expeditione gratia consideratur secundùm tempus
quo supplicatio fuit signata, vt per has rationes in for-
tioribus terminis, quod litteræ expeditæ super facultate
46 † testandi suffragentur etiam si antè post tamen signa-
tam supplicationem dispensatus Testamentum condidis-
set, & obijsset fuit decisum in Romana legati pij 15. May
1628. coram recol. me. Coccino, & in Asten. Coadiutoria 4.
February 1653. coram R. P. D. meo Celso, quas sequuta est
Rota in Compostellana Coadiutoria 9. May 1653. coram
R. P. D. meo Zarate in Romana Census, seu Saluiani 27. Iu-
nij eiusdem anni coram me, & in proximis terminis, quod
47 dispensatus per supplicationem ab irregularitate ante † im-
petrationem Beneficij possit post illud impetratum, imò

& iudicium desuper motum expedire litteras dispensa-
tionem eaque suffragentur, dixit Rota in Vicen. prapo-
situra coram Orand. relata per Garz. de benef. par. 4.
cap. 2. sub n. 29.

Et quatenus replicatur, quod si Papæ successori narra-
ta fuisset † dicta intermedia professio, nec non quod Pen- 48
sionarius ante litteras expeditas Pensionem exegerat non
permisisset expediri litteras, ideòque eas esse subreptitias.
Respondetur, quod ratione professionis Papa non con- 49
cessit difficiliùs cum iam præcessisset supplicationis signa-
tura super retentione † per quam Ecclesia grauata nouo 50
onere non grauabatur, sed solum remouebatur quod im-
pediuisset ne Pensionarius post professionem retinere
posset † Pensionem, & ità remotio obstaculi ante extin- 51
ctionem non affert præiudicium Titulari, qui non habet
ius, nisi extincta Pensione, Lambert. de Iurepat. 3. par.
2. lib. quæst. 9. art. 19. c. fin. fol. 374. Seraph. de litt. Grat. tit.
de modis, & formis impetr. num. 8. Card. Mell. dec. 45. n.
3. 4. & 5. vbi infert, quod cum gratia non sit noua, † ces- 52
sat subreptio, & magis in terminis quod gratia rationi
congruit non continent nouum grauamen, & subrepti-
tia dici † non possit si nil addit supplicationi prius signa- 53
tæ, Mell. dec. 20. num. 8. Rota in supracit. Montisfalisci
Canonicat. 28. Iunij 1655. coram me, & secùs dicendum 54
esset si contineret aliquid plusquam † prima supplicatio, 55
vt inter vtrumque distinguit Oldrad. cons. 136. num. 6.
& 7. Rebuff. & alij alleg. in decis. huius causæ coram R. P. D.
Peutingerio §. tertio non obstat, & in 2. casu intelligenda est
† dec. Rot. in Reatina Pensionis coram bon. mem. Card. 56
Hieronymo Pamphil. impress. apud Marches. de commiss.
fol. 571. num. 1. & 2. nimirum cùm vt dicebam possint lit-
teræ quandocumque expediri etiam re non integra, &
attendatur tempus signatæ † supplicationis habenda non 57
est ratio de subsequutis post signatam supplicationem dum-
modò litteræ expediantur.

Tandem nil vrgeret, quod Pensio expirauerit, quia
Pensionarius in † Religione professus Pensione exegit an- 58
tè litterarum expeditionem, quia placuit responsio huic
obiecto data in dec. coram R. P. D. meo Peutingerio, §. fin.
quod, scilicet in terminis reg. 52. Cancell. non incurri-
tur † priuatio antè litteras expeditas, nisi in supplicatione
adsit decretum annullatiuum gratiæ in casum executionis
huiusmodi.

Et ità decisum vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. ZARATE.

Perusina Fideicommissi de Rudulphis.

Veneris 4. Feb. 1656.

ARGVMENTVM.

Transactio non potest dici nouata per aliam transactionem, nisi in secunda transactione illa expressè legatur, vel prima transactio sit incompatibilis cum prima transactio refertur ad ea, quæ in controuersiam sunt deducta, non autem ad ea quæ non sunt deducta, & hoc non obstantibus quantumuis amplissimis clausulis.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio non potest dici inducta, nisi illa expressè legatur.*

2 *Nouatio non potest dici tacitè inducta, nisi contractus secundus sit incompatibile cum primo, n. 1.*

3 *Nouatio quando non possit dici, nec expressò, nec tacitè inducta.*

3 *Clausula*, quantumuis generales, *debent restringi ad materiam de qua tractatur.*

4 *Clausulæ*, tamquam accessoriæ ad contractum, *debent intelligi secundum causam expressam in dicto contractu.*

Clausulæ generales, & amplissimæ ad suam causam expressam debent restringi, n. 4.

5 *Transactio secunda, non operatur rescissionem à prima, dum super ea non adest controuersia, sed super alijs rebus.*

6 *Quod multò magis procedit dum iura super quibus agi-*

tur, tunc nullatenus innotuissent de tempore transactionis.

7 *Transigendi voluntas, & consensus non debet extendi ad ea, quæ non aderant de tempore transactionis.*

8 *Clausula,* Ex quacumque causa cogitata, vel incogitata, *posita in transactione, quæ cum extendatur ad causam de præterito, ideoque restringitur ad iura iam de eo tempore detecta.*

9 *Nouatio primæ transactionis, an sumi possit ex quantitate eadem, de qua in secunda transactione.*

10 *Legatum, quando dubitari non possit venire sub fideicommisso facto.*

11 *Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, quando Testator prius prælegauit, & postea substituit, & grauauit fideicommisso bona.*

12 *Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, quando onus restituendi continet omnia bona, & totam hereditatem.*

13 *ex Quantitate modica, non censetur quid magnum remissum.*

14 *ex Transactione secunda non censetur nouata prima, dum pactum appositum in prima, fuit repositum in secunda.*

15 *Cranett. cons. 638. n. 1. & Menoch. cons. 289. n. 17. & alij, in quo casu loquantur.*

16 *Fructus aliqui ex quo probetur quod prouenerint ex bonis fideicommissarijs, & n. 17.*

18 *Confessio partis benè dicitur probare.*

19 *Actus subsequutus referri debet ad causam præcedentem, & in eius executionem factus.*

20 *Fructus, quando ad aliquem spectant, ab eodem præsumuntur inuestiti.*

21 *Testator dum mandauit, quod dos filiarum constitueretur ex fructibus hereditatis, dum illi non adsunt, constituenda est de proprietate.*

22 *Et hoc maximè dum dos est ingens, & pauci anni sunt transacti post mortem Testatoris.*

23 *Mandatum, quando non dicatur tantùm datum ad exigendum sortem, verùm etiam fructus.*

24 *Mandatum, quando dicatur generale ad exigendum.*

25 *Deputatio quamuis generalis recipit restrictionem secundum subiectam materiam.*

26 *Fructus alicuius hereditatis ex quibus dicendum est, quod non fuerint in magna summa cumulati.*

27 *Probatum aliquod non potest dici, dum tantum coniectura fuerunt deducta.*

28 *Coniectura aliquæ, quando à Iure sunt approbatæ, illæ dicuntur deseruire pro plenis probationibus.*

29 *Et hoc maximè dum sumus in antiquis.*

30 *Coniectura admittuntur propter difficultatem probationum.*

31 *Probatio, quando est æquiuoca, sibi imputet, qui eam clariorem facere poterat, & n. 32.*

33 *Iuramentum non releuat ad probandum, quod quis libros rationum non habeat.*

34 *Hæres licet non teneatur ad exhibitionem librorum.*

35 *Tamen limitatur, quando obligatio reddendi rationes non est extincta, & exhibitio petitur ab illis quibus ratio reddi debet.*

36 *Libri, qui possunt seruire pro redditione rationum ab heredibus custodiri debent.*

37 *Nec suffragatur iuramentum ad illorum amissionem probandam.*

DECISIO CXXII.

MAndatum Rotale relaxatum per R. P. D. meum Certum pro quantitate scut. 1200. ad fauorem Vincentij, & aliorum de Rodulphis contra Ferulos exequen. esse DD. responderunt.

De cuius iustitia omissa validitate satis constat ex decisionibus emanatis *coram R. P. D. meo Cerro 26. Ianuarij* 1654. *& sub 26. Aprilis* 1655. in quibus firmatum fuit summam pro qua dictum mandatum fuit relaxatum prouenire ex capitalibus Censuum fideicommissariorum Iulij Cæsaris, ac proindè debitam esse Rodulphis vigore pacti in transactione anni 1624. appositi de conferendo, ac diuidendo proportionabiliter omne id, quod posteà reperitur spectare ad fideicommissum Iulij Cæsaris.

Absque eo, quod iniusta deduci possit ex nouatione prædictæ transactionis per alteram transactionem non
inducitur, nisi verbis expressis concepta † fuerit, aut de- 1
tur incompatibilitas secundi contractus cum primo, vt
per Text. *in l. vltima C. de nouat.* vbi Bald. & communiter
DD. Arias de Mesa cum ibi relatis *var. resol. lib. 1. cap. 40.
n. 22. & lib. 2. cap. 13. n. 2. & 7. & cap. 32. n. 6.* Rota coram
Caual. *dec. 124. n. 4. & in S. Seuerini pecuniar. 4. Iunij* 1655.
§. nec vrget prætensa nouatio coram me.

Expressa autem nouatio nullibi inducta legitur, aut
illam exprimunt verba regulæ nouationis, ex quibus † nec 2
tacita ob incorporabilitatem potest desumi, quamuis in
secunda transactione quamplurimæ legantur amplissimæ
clausulæ veluti illa, ex certa causa, & occasione certo-
rum bonorum processerit, ad quam semper debet restrin-
gi, & ab ea interpretationem accipere, vt per *Text. in l.
de certa C. de transact.* vbi communiter scribentes, Gabr. *de
reg. iur. concl. 4. n. 22. & seq. lib. 6.* Rota coram san. mem.
Greg. *dec. 158. n. 4. aliisque relatis in Neapolitana fructuum
6. Februarij 1651. coram R. P. D. meo Meltio, & in Roma-
na rescissionis transactionis 16. Iunij eiusdem anni coram
Eminentissimo Corrado.*

Neque incompatibilitatem arguunt sequentia verba se- 3
cundæ transactionis, ibi, De omni, & toto eo quod ipsi
ab eadem Iulia habere, & petere possent occasione hæ-
reditatis, & bonorum dicti Iulij Cæsaris, &c. quam alias
quomodocumque, & ex quouis capite, & causa cogitata,
& incogitata, etiam in corpore Iuris clausa, &c. Imò
omnia Iura, omnesque actiones ipsis fratribus de Ro-
dulphis competen. &c. renunciarunt, & donarunt, &c.
cùm ad causam superius expressam sint reintegranda,
† & intelligantur concepta occasione vnciæ per obi- 4
tum Europeæ ab ipsismet Rodulphis prætensæ, & alio-
rum legatorum eidemmet Europeæ competentium,
prout etiam clausulæ generales, qualitercumque, quando-
cumque, ex quauis causa cogitata, & incogitata, &c. † quæ 5
referuntur ad Iura competentia ratione eiusdem vnciæ in
transactione deductæ, super qua lis, & controuersia mo-
ta fuerat, vel timor litis poterat adesse, iunt. Text. *in l.
sub prætextu C. de transact. l. 1. ff. eod. tit.* Surd. *cons.*
401. *num.* 13. & in his terminis respondit Rota coram Ca-
ual. *dec. 97. n. 9. & 10. ac dec. 129. n. 1. & 3.* coram Merl.
dec. 809. n. 10. cum seq. quod quidem † faciliùs procedit, 6
cùm Iura super quibus agitur, nullatenus innotuissent de
tempore transactionis, † vt proindè voluntas, & consen- 7
sus transigendi super his excludatur, maximè non facta
renunciatione, *l. de his ff. de transact. ex latè deductis in Be-
neuentana hæreditatis 17. Martij 1653. §. denique bonum ius
coram R. P. D. meo Meltio.* Non obstantibus prædictis clau-
sulis, † Ex quacumque causa cogitata, & incogitata, &c. 8
quæ etiam referuntur ad causam de præterito, & ideò ad
credita tunc vsque decreta, & in stipulatione deducta, vt
probat Eugen. *cons.* 88. *num.* 82. *lib.* 1. Gratian. *discept. for.
cap. 565. n. 613.* Rota *incitata Beneuentana hæreditatis §.
denique, coram R. P. D. meo Meltio.*

Minùsque nouatio primæ transactionis desumi valet ex
quantitate per Rodulphos in secunda transactione acce-
ptata excedente valorem vnciæ ad † Europeam spectan- 9
tis, cùm vncia non excederet scut. 1500. summa verò Ro-
dulphis assignata excederet scut. 1800. siquidem fuit ani-
maduersum non solùm prædictam vnciam in secundam
transactionem venisse, verùm etiam ingens prælegatum
de mobilibus, & argentis † d. Europeæ per Iulium Cæ- 10
sarem relictis, quod quidem per legatum dubitari, non
poterat, an sub fideicommisso contineretur, † tum quia 11
illud præcedebat, iuxtà trad. à Peregr. *de fideic. art. 7.
num.* 34. Surd. *cons.* 434. *num.* 24. Tum quia fideicom-
missum continebat onus restituendi omnia bona, & to-
tam hæreditatem † Fusar. *de substit. quæst. 650. num. 71.* 12
& 94. quo stante, d. summa scut. 1800. Rodulphis assignata
excessiua non fuit, quinimò modica videtur, & ex ista mo-
dicitate non fuisse in † secunda transactione remissum, vt 13
respondit Rota coram Mellin. *decis. 427. num. 3. vers.
& hoc magis.*

Sed nec prædicta nouatio induci potest ex eo, quod in
secunda † transactione pactum primæ transactionis repe- 14
ritũ non fuerit iuxt. trad. per Cranett. *cons. 638. n. 1. cum seqq.*
Ceph. *cons.* 253. *n.* 20. Menoch. *cons.* 289. *n.* 17. *ex aduerso
alleg.* quia prædictæ † auctoritates intelligendæ sunt casu 15
quo eadem deducantur, quæ diuersam continent ma-
teriam, vt præsenti accidit circa vnicam Europeæ debitam

Pariterque cessat alteram iniustitiæ fideicommissum

quatenus opponitur non constare summam, de qua agi-
16 tur, † prouenire e a fructibus Census Iulij Cæsaris spectan.
ad Europeam, & filios, non verò ea capitali comprehen-
so in fideicommisso eiusdem Iulij Cæsaris, nam contrarium
plenè iustificatur ex decisionibus præcedentis instantiæ, præ-
17 sertim ex quietantia, † in qua Europea absoluit Tranquil-
lum depositarium de quantitate per eum exacta nomine
eiusdem Europeæ, & filiorum iuncto antecedenti Testa-
toris præcepto, quod proprietas Censuum extinguendo-
18 rum deponeretur † penes tertium, & confessione prædi-
ctæ Europeæ in d. Instrumento quietantiæ emissa quatenus
declarauit pecunias à depositario exactas in Censuum, &
stabilium emptionem conuersas fuisse, & proinde actus
19 subsequutus referri † debeat ad causam præcedentem, &
in executionem præcepti Testatoris de sola proprietate lo-
quentis, vt egregiè firmatur in *decis. 26. Ianuarij 1654.
§. post lapsum, cum duob. sequent. coram Reuerendiss. P. D.
meo Cerre.*

Præterea nec verisimile est, quod fructus, qui liberè ad
20 Europeam † spectabant, ab ea fuerint inuestiti, maximè
cùm via sufficerent pro sustentatione familiæ. Et deinceps,
21 quia cum anno 1599. esset assignanda † dos Iuliæ Testato-
ris filiæ, fuit illi de proprietate coniuncta sub assertione,
quod fructus non aderant, in quibus posset dos constitui
22 iuxta Testatoris præceptum; Vndè † post tres solùm an-
nos impossibile censetur fuisse ex fructibus constituram in-
gentem summam scutor. 8126. vt benè comprobatur in *d.
decis. §. animaduertendo.*

Nec valet replicatio, quod ea publico Instrumento dato
23 in *Sum.* illorum de Ferulis *nu.* 3. constet † deputationem
Tranquilli non fuisse ad exigendum tantùm sortem, sed
etiam fructus, vt colligitur ex illis verbis, ibi, Exigendum
leuandum, recipiendum, & recuperandum à quacumque
24 persona, quascumque quantitates pecuniarum, † & alia-
rum quarumcumque rerum quauis de causa, & occasione.
Quia subsistere visa fuit superioris decisionis responsio, scili-
cet, quod generalis deputatio restrictionem recipiat secun-
25 dùm subiectam materiam, † Rota coram Burat. *dec. 639.
num. 7.* Et insuper attentis expensis familiæ confessione Eu-
ropeæ, & modico temporis lapsu inter obitum Patris, &
26 actiones filij Iulij pupilli, & industria carentis † non præ-
sumuntur habuisse alias pecunias, quam Capitale Patris,
vt per Cyriac. *controu.* 38. *numer.* 15. Surd. *decis.* 15. *num.* 10.
cum seq.

Denique non obstat, quod ex coniecturis tantum fun-
27 detur pecunias † petitas esse fideicommissarias, nam cum
prædictæ coniecturæ sint à Iure approbatæ, benè deseruiunt
28 vt pro plenis probationibus, † ex traditis per Mascard. *de
prob. qu.* 14. *nu.* 12. *& conclus.* 103. *nu.* 19 Rota *dec.* 234. *n.* 2.
29 *par. 7. rec.* Maximè in re antiqua plusquam † 60. annorum,
in qua agitur de probando factum Auctorum illorum de
30 Ferulis, † qui non confecerunt inuentarium propter diffi-
cultatem probationis, Rota *decis.* 283. *num.* 13. *par.* 5. *recent.
& in Æsina praeiton missi 28. Iun. 1652. §. identitas autem
vers. coniectura, & præsumptiones coram me.*

31 Et quatenus prædicta † probatio fuisset æquiuoca dictis
de Ferulis imputare deberet, qui libros non exhibuerunt,
quos penes Europeam Procurator, & deputatus in reddi-
32 tione rationis relaxauit, vt comprobatur in dd. decisioni-
bus *R. P. D. mei Cerri, prima in §. eoque faciliùs, secunda in
§. primum,* adeout, nec iuramentum attendatur, quod il-
33 los † non habeant, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6.
præsumpt. 61. *num.* 160. Munoz. *de ratiocin. cap.* 10. *numer.* 5.
Rota *in dd. decisionibus R. P. D. mei Cerri*, non obstante
regula tradita in *decis.* 569. *num.* 6. *coram bo. mem. Merlino*,
34 nimirùm, quod † hæres non teneantur ad exhibitionem li-
brorum, siquidem illa limitatur quoties obligatio reddendi
35 rationem non est extincta, & exhibitio petitur ab illis † à
quibus ratio reddi debet, vt accidit in præsenti, in quo fi-
deicommissarij ratio reddenda erat, vt pactum insuper ade-
rat in transactione diuidendi quidquid de nouo reperiretur,
36 vt proinde libri, † qui poterant deseruire negligi non debe-
rent ab hæredibus Europeæ, nec iuramentum super ammis-
37 sione illis † suffragetur Castr. *in l. fin. §. licentia nu.* 36. *C. de
iur. delib.* Rota *dec.* 157. *circa med. p.* 1. *diuers.*

Atque ita, &c.

*Decisiones istæ sub diebus 26. Ianuarij 1654. & 26. Aprilis
1655. cor. R. P. D. Zarate, sunt infrà in Miscell.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Leodien. Canonicatus.

Lunæ 7. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ, tunc paratam habent executionem, quando fuerunt iustificatæ. Principis inhibitio post actum factum, an causet attentata. Et aliqua circa Constitutionem Innocentianam.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ paratam executionem habent.*
2 *Litteræ Apostolicæ tunc habent executionem paratam, quando in omnibus legitimam habent iustificationem.*
3 *Principis inhibitionem præseferens actus post illam expletos, attentatorum vitiorum reddit obnoxios.*
4 *Commissio præuia partis citatione, nullatenus in actis præsentata, non inducit litis pendentiam.*
5 *Commissioni obtenta, pars quando possit dici, quod renunciauerit.*
6 *Appellans pro renunciatione grauaminis illati, quid sit dicendum, si redierit ad primum Iudicem.*
7 *Possessio beneficij, an virtute transumpti iuxta Constitutionem Innocentianam sumi possit, & num. 8.*
9 *ad Identitatem probandam duæ demonstrationes suffragantur.*
10 *Beneficij possessio sumi potest, vigore transumpti commissionis prouisionis gratiosæ.*
11 *Præsumptio melioris tituli, ex quibus dicatur tolli.*
12 *Actus simul coniuncti, & continuatiuè facti censentur expediti coram eisdem Testibus.*
13 *Copia copiæ regulariter fidem non meretur.*
14 *Copia copiæ tunc attenditur, quando copia est authentica.*
15 *pro Scriptura informis robore, admittentur coniectura.*
16 *Scriptura licet sit informis, & producatur in actis, citata pars, & in termino præfixo nihil contra eam opponit, nihilominus probat.*
17 *Fides simplex, & maximè facta lite pendente, penitus inefficax est.*
18 *Constitutio Papæ, dum emanauit per viam legis, ac publicata fuit in Curia, ligat ignorantes.*
19 *Scire aliquid, dum quis præsumitur, si asserat se eius qualitates ignorare, sibi imputet dum de illis non se informauit.*

DECISIO CXXIII.

EXecutio Apostolicis litteris ad Petri fauorem aliàs in
hoc Sacro Tribunali decreta, † iterum hodie exinde 1
confirmata fuit, quod illæ paratam executionem obtineant,
dum in † omnibus legitimam iustificationem assumunt ad 2
Teat. *in cap. litteris de rescript. not. gloss. in cap. si Capitulo
in verb. exequatur de concess. præbend. lib.* 6. Rota coram
Mohed. *dec.* 13. *vt lit. pend.* & cor. bo. me. Coccino *dec.* 144.
num. 3. & in alijs relatis in *Leodien. Canonicat.* 15. *Decemb.
1653. in fin. princ. coram me.*

Nec visa fuit pro litterarum executione coercenda subsi-
stere petita nullitas ex processu post auocatoriam commis-
sionem expedito; Ea quippè Principis † inhibitionem præ- 3
seferens, actus post illam expletos attentatorum vitio reddit
obnoxios, vt responsum fuit in *Anglonen. Territorij 13.
Iunij* 1650. *in §. eodem vitio vers. verùm, coram R. P. D.
meo Meltio.* Siquidem commissio præuia Partis citatione
nullatenus in actis Rotæ præsentata dignoscitur, nec proin-
dè valuit litis † pendentiam operari, vt aduertit Aret. 4
cons. 33. *numer.* 3. *vers. ad tertiam igitur*, Rota *in Vrbeuetana* 16. *Februar.* 1629. *coram D. Card. Verils*, penes Post.
de manuten. decis. 889. *num.* 7. & 8. *& in Rom. Legati 4. Iu-
lij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, & in Rheginen. Atten-
tatorum* 12. *Decemb. 1653. in §. 2. quod coram R. P. D. meo
Bichio*, cum alijs per Adden. *ad decis.* Gregor. 552. *num.* 2.
vers. vlteriùs habet locum. Quinimò impetrantem renun-
tiasse commissioni suadet eiusdem coram Iudice † de par- 5
tibus

bus babita comparitio, absque eo quod fori declinatoriam
obiecerit, vt not. DD. *in c. gratum de off. deleg. in cap. cum
venissent de testib. cap. cum teneamur de appellat.* & not. ibi
Franc. *num.* 4. Lancell. *de attent. lit. pend. par. 2. cap. 12. nu.
15. cum seq. in præfat.* Rota coram Verall. *decis. 29. num. 1.
par. 1.* coram Achill. de Grass. *dec. 19. nu. 1. de appellat.* cum
alijs relatis Iuribus in *Barchinon. iurisdictionis 5. Iulij 1649.
in vlt. §. coram R. P. D. meo Bichio*, quicquid dicendum fo-
ret, quoties appellans pro reuocatione grauaminis illati ex
6 decreto redierit ad primum † Iudicem, vt pluribus relatis
distinxit Rota *in Nullius, seu Sublacen. Attentatorum 1. Iunij
1647. in §. eò magis coram R. P. D. meo Bichio.*

Non etiam poterit virtute transumpti apprehensa posses-
sio præsumi per Morsium iuxtà formam Constitutionis In-
nocentianæ, ex eo quod alterius identitas transumpti ab
ipsa Constitutione infecti nullatenus comprobetur, dum
7 enim † Morsius pro Canonicatus possessione assequenda,
transumptum Capitulo exhibuit à Christoforo, tanquam
Rotæ Notario conscriptum, & consequenter à Constitu-
tione infectum, quippè quæ subscriptionem officialis vnà
cum stemmate Reuerendiss. Datarij exquirat, eidemque
Capitulo possessionem ipsam deneganti subiunxit, quod
pluribus alijs similis vigore transumpti non fuerit denegata,
eadem proinde die, nec vlla interposita mora possessio sub-
sequuta huiusmodi debet transumpto adscribi, de quo ante-
8 cedenter fuit † habita mentio, vt in similibus terminis res-
pondit Rota *in Bonon. Statutorum 24. Ianuarij 1656. in §. ne-
que vitio post med. coram me.*

Cuius præterea identitas transumpti ex eiusdem Morsij
confessione desumitur edita, tum in antecedenti instantia
per acta Capitulo, quod transumptum scilicet, ex cuius vir-
tute se ad Canonicatus possessionem petebat admitti per
Christoforum tanquam Rotæ Notarium exaratum fuerat
ex Apostolicis litteris 6. idus Iulij 1651. expeditis; Tum in
altera quoque instantia illud de mense Septembris eiusdem
anni præferente conscriptum, & consequenter per quin-
9 que menses antequam Constitutio edita foret. Cùm † ad
hunc identitatis effectum duæ demonstrationes dumtaxat
suffragentur iuxtà Text. *in l. demonstratio falsa*, vbi Bart.
num. 14. ff. de condit. & demonstr. Alex. *cons. 73. num. 6. lib. 3.*
Soccin. *cons. 89. num. 1. lib. 1.* Rota coram Gregor. *dec. 575.
num. 4.*

Hinc non vrget, quod Morsius præter prouisionis tran-
10 sumptum in forma dignum expeditæ, alteram † prouisio-
nem in forma gratiosa obtineret, cum qua fortè potuerit
apprehendi possessio; Quoniam ex exhibitione transumpti
contra normam Constitutionis à Christoforo subscripti
eiusdem vsus in subsecuta statim possessione depromitur ex
11 supra deductis, † necnon melioris tituli præsumptio elicita
ex prouisione in forma gratiosa haud ostensa Capitulo, pror-
sùs excluditur, vt not. Aym. *cons. 134. num. 44. vers. pro
hoc*, Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 21. num. 38.* Rota cor.
Duran. *decis. 265. num. 148. & decis. 731. num. 19. part. 1. di-
uers. & in Nouarien. bonorum 1. Iulij 1644. in §. neque hu-
iusmodi, vers. quia cum Calistus coram Reuerendiss. D. meo
Decano, & in Tudertina Parochialis 3. Decemb. 1646. in
§. quia dum ipse coram R. P. D. meo Cerro*, & not. Adden.
ad dec. Gregor. 553. *nu. 19.*

Neque poterit huiusmodi vigore transumpti apprehensa
possessio denegari, quod rogitus Testium destituta nosca-
tur, dum enim Testium hic rogitus in actu possessionis Ca-
pitulo petitæ à Morsio legitur adhibitus is, quoque inter-
fuisse censetur in actu possessionis statim, ac illa fuerat per
Capitulum denegata, ac nulla interposita mora eodemmet
mediante Notario, ac Instrumento apprehensæ; Hi quip-
pè Testes vtrique actui pro vnico reputato inseruiunt,
12 dum † actus vtrique connexus existit, ac continuatiuè fuit
expeditus, vt in his ferè terminis responsum fuit in *Roma-
na, seu Albanen. diuisionis 1. Februarij 1649. in §. nec ob-
stat cum tribus sequentibus, coram R. P. D. meo Cerro.*

Et licet transumptum relatum in processu alterius exem-
13 plum † copiæ existat, cui regulariter fides adhiberi non
debet, vt notant DD. *in auth. si quis in aliquo*, ibique inter
cæteros Dec. *num. 8. C. de eden.* non valet tamen in proposi-
to casu impugnari, quo ab altera copia authentica, & pe-
14 nes Notarium † in actis à Morsio relicta prodiisse digno-
scitur, cùm vires assumat, ac robur ex instantia Morsij
eiusque replicatione facta responsioni Capituli, quod alijs
huiusmodi transumptis fuerit obtemperatum. Coniecturæ
15 enim † pro robore scripturæ informis solent regulariter ad-
mitti, vt respondit Rota coram Put. *dec. 359. num. 1. lib. 1.*
coram Verallo *dec. 234. num. 2. par. 1. & in decis. 198. num. 2.
& dec. 389. num. 3. par. 1. & dec. 418. num. 5. par. 2. rec.* Qui-
nimò licet scriptura esset informis, dum contrà eam Mor-
sius in termino productionis, † nec aliàs intrà terminos 16
successiuè ab executore præfixos nihil obiecit, plenè con-
cludit iuxtà Tex. *in auth. si quis in aliquo*, vbi Soccin. *num.
vlt.* Dec. *num. 27. C. de eden.* Rota coram Put. *decis. 119. lib.
2. & in dec. 664. num. 2. & 3. par. 5. recent.* & penes Posth. *de
manutent. dec. 113. nu. 10.* & in alijs relatis in *Romana fidei-
commissi 21. Iunij 1652. in vlt. §. coram me, vers. obstante fide
Notarij*, de ipsius deficientia in actis attestantis, cum † hæc 17
tanquam simplex fides pendente lite, & absque citatione
Partis, & Compulsorialibus edita pro huius probatione ne-
gatiuæ inefficax reputetur, vt respondit Rota *in Lucana
partitarum* 28. *Iunij* 1606. *impress. penes Posth. de manuten.
dec. 502. num. 1. & dec. 158. num. 15. par. 1. & dec. 483. nu. 5.
par. 2. rec.*

Allegata denique ignorantia Constitutionis per Morsium
nullatenus visa fuit vrgere. Præterquam enim hæc per viam
legis edita, ac publicata in Curia, ignorantes † pariter 18
astringit, vt not. Io. Monac. *in cap. in generali num. 6. cum
seqq. de reg. iur.* Sarn. *in proœm. regul. qu. 2. num. 23.* Nauar.
cons. 1. num. 19. de Constitut. Rota penes Cenc. *de Cens. dec.
365. num. 13. & 14.* Allegata Constitutionis ignorantia in
proposito casu excluditur ex responsione Capituli tradere
recusantis possessionem vigore transumpti, Constitutionis
formæ repugnantis, necnon ex replicatione Morsij, quod
prouisio ipsius sub prædicta Constitutione nullatenus inclu-
debatur. Hinc enim scientia Constitutionis in genere ar-
guitur in Morsio, qui omnium eius qualitatum propterea
conscius † fuisse præsumitur, cum sibimet ipsi debeat impu- 19
tari si eas inquirere neglexit, vt in proximis terminis aduer-
tit Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 52. ff. de verb. oblig.*
quem sequitur Surd. *dec. 265. nu. 44. cum seqq.* Cephal. *cons.
218. numer. 14. cum seqq.* cum alijs latè deductis per Gratian.
discept. foren cap. 194. nu. 23.

Et ita vtraque parte, &c.

P. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papien.

Toletana manutentionis.

A R G V M E N T V M.

Parochus cùm de Iure habeat fundatam intentio-
tionem super iure exercendi iurisdictionem in
qualibet parte suæ Parochiæ, an possit eo non
vocato aliquis locus intra suos confines, eri-
gi in conuentum alicuius Religionis, ita vt
dictæ Religioni deneganda sit etiam manu-
tentio.

S V M M A R I V M.

1 *Parochus in omnibus locis sua Parochia sitis dicitur ha-
bere intentionem fundatam, priuatiuè, quoad omnes,
exercendi sua iura.*
2 *Parochus dicitur habere intentionem fundatam etiam
exercendi sua iura in Hospitali existenti intra limites
sua Parochia.*
3 *Assistentia Iuris communis corroboratur benè ab obser-
uantia.*
4 *Parochus non dicitur sibi præiudicasse, dum dedit licen-
tiam alicui exercendi iura parochialia, quando de eius
consensu factum id fuit.*
5 *Quia stante dicto consensu dicitur corroborasse magis
iuminis.*
6 *Actus tribuitur mandanti, non autem exequenti.*
*Iurisdictio in eo dicitur radicata cuius exercitium pro-
fluit in exequentem, num. 6.*
7 *Testes qualiter probent, quod Parochus exercuit Iura
Parochialia in tota Parochia.*
8 *Ius aliquod non potest dici, quod quis acquisiuerit, si de
licentia eius, qui erat Dominus acquisiuit.*
9 *Alienationes, & transactiones facta de bonis Ecclesia
non substinentur sine beneplacito Apostolico.*
10 *Quod procedit etiam si agatur inter duas Ecclesias.*
11 *Alienatio, vel transactio super bonis Ecclesia facta sine*

Bene-

Beneplacito Apost. sunt nulla, vt non solum successor possit de nullitate contractus, sed etiam ipse Rector, qui alienauit, possit de ea dare.
12 *ad Diuersa non fit illatio.*
13 *Dispositio, quando resoluta est, dicitur actum de ea.*
14 *Res inter alios acta non nocent tertio.*
15 *Alienatio bonorum Ecclesia sine Beneplacito Apostolico facta est personalis, & non realis.*
16 *Ecclesia per secularizationem nihil in ea innouatur, & remanent priuilegia sicuti erant prius ante secularizationem, idest praeter ipsam secularizationem.*
17 *Hospitalis aliquis, quando est extinctus cessant omnia priuilegia.*
18 *Loci Pij erectio facta sine licentia Sedis Apostolica est penitus nulla, & inualida.*
19 *Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. in 3. in fin. quo casu loquatur, & nu. 20.*
21 *Loci Pij erectio, quando omnino sit nulla, & incontrouersibilis.*
22 *Monasteriorum erectio, & fundatio vt valida sit, quid requiratur.*
23 *Citari illi tantum debent, de cuius interesse agitur, & num. 24.*
25 *Parochi sunt legitimi contradictores ad opponendum super erectione noui Monasterij.*
26 *Ordinarij tanquam delegati Sedis Apostolica debent animaduertere an erectio noui Monasterij sit praeiudicialis alicui Parochia.*
27 *Constitutiones aliqua Apostolica de erectione Conuentuum, qualiter sint intelligenda.*
28 *Religionis alicuius Hospitium nouum aliud est, & aliud Hospitij ipsius translatio.*
29 *Hospitium Religionum, illud propriè dicitur, quod deseruit simpliciter ad recipiendos Religiosos Viatores.*
30 *in Hospitijs Religionum non seruatur forma Regularis. Itaque data obseruantia Religionis, non potest dici Hospitium.*
31 *Hospitio Religionum quid repugnet, vt non possit dici tale.*
32 *Prohibitio etiam in casu non expresso intrat, dum in eo, viget idem praeiudicium.*
33 *Conuentus alicuius Religionis, idem non est, quod de nouo constituatur, & aliud, quod transferatur alibi.*
34 *Conuentus alicuius Religionis, quando nullo mode potest dici alibi translatus, & nu. 34.*
Conuentus alicuius Religionis, quando non possit dici legitime erectum.
35 *Exclusus à bono Iure, quando quis dicatur.*
36 *à Manutentione quis repellitur stante decreto irritanti.*

D E C I S I O CXXIV.

HOspitale cum Ecclesia nuncupata de la Passion, quod existebat in Oppido Matriti intra limites Parochialis Ecclesiæ Sanctorum Iusti, & Pastoris, translatum fuit anno 1637. intra idem Oppidum ad locum nuncupatum de Arocha, & Domus prædicti Hospitalis vnà cum Ecclesia annexa venditæ fuerunt Patribus S. Dominici, qui acquisita d. Domus, & situs Possessione, cùm ibi Conuentum fundassent, & in Ecclesia Sanctissimum EVCHARISTIÆ Sacramentum collocassent, corpora defunctorum sepelirent, aliaque munera Parochialia exercerent in non mediocre præiudicium Iurium Parochi d. Ecclesiæ Sanctorum Iusti, & Pastoris; Ideò introducta pro ipsius parte causa coram Vicario Matriti super prohibitione actuum Parochialium, & nullitate eorum fundationis ex defectu licentiæ Ordinarij, fuit ab eo declaratum, vt Sanctissimum Eucharistiæ Corpus consumeretur, ac dicti Patres à celebratione Missarum, & exercitio assertorum actuum Parochialium in posterum abstinerent; huiusmodi decretum fuit deindè in gradu appellationis reuocatum per sententiam Ordinarij Caurien, qui concessit manutentionem ipsis Patribus, & ista in tertia instantia à Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum confirmata fuit; Deuoluta postmodum causa ad Sacram Rotam, dubitatum fuit sub die 26. Iunij 1654. cuinam danda esset manutentio, sed dubio non soluto ordinatum fuit, quod videretur de bono iure, quo hodiè discusso ad fauorem Parochi Sanctorum Iusti, & Pastoris responsum fuit.

Etenim Ecclesiam, quæ aliàs erat Hospitalis de la Passion, & modò possidetur à Patribus S. Dominici, existere
intra limites Parochiæ SS. Iusti, & Pastoris non controuertitur, & hoc sufficit, ad hoc vt Parochus habere dicatur
intentionem fundatam in assistentia † iuris pro exercitio 1
omnium actuum Parochialium priuatiuè quoad quoscumque alios, *cap. dilectus de capellis Monachorum, c. statuimus, & c. in Sacris 16. qu. 1. cap. 1. & c. fraternitatem de sepult. Clem. dudum, §. verum eod. tit.* Modern. Lusitan. *de off.* Rota coram Caual. *decis.* 101. *num.* 1. *in rec. dec.* 37. *num.* 3. *& dec.* 55n. *num.* 17. *par.* 5. *decis.* 391. *num.* 6. *&* 7. *par.* 8. *rec. & fuit dictum in Romana Iurium Parochialium 4. Iulij 1653. coram R. P. D. meo Zarate in princip. §. qua resolutio,* quod procedit non obstante, quod in eodem loco Hospitale antea extitisset, quia Parochus pro exercendis iuribus Paro-
chialibus † æquè habet intentionem fundatam in Hospi- 2
talibus intra limites suæ Parochiæ existen. ac alijs locis, *Clem. quia contingit §. Cæterum,* & ibi glos. *verb. Parochialis,* & Abb. *num.* 14. Zabarell. *num.* 1. Imol. *nu.* 20. *de Relig. Domib.*

Tantò autem magis de bono Iure Parochi constare vi-
sum fuit, quia vltra assistentiam iuris stat † pro ipso etiam 3
obseruantia ex eo deducta, quod Rectores Hospitalis si quando munia Parochialia quoad infirmos, & pauperes ibi degentes exercuerunt, id fecerunt de expressa licentia,
& consensu † Parochi, vt testantur plures Rectores Hos- 4
pitalis, & deponunt Testes in Summ. Parochi *num.* 3. *&* 4. Per tales namque actus de licentia Parochi gestos nedum
non † fuit aliqua in parte læsum ius Parochi, sed eò magis 5
illius iurisdictio confirmata remansit, ad tradita per Lotther. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 33. *nu.* 74. *& fuit dictum in Bononien. legatorum* 22. *Iunij* 1654. *§. Tum grauamine coram R. P. D. meo Bichio,* & regulare est, quod actus tribuitur mandan-
ti, & ordinanti, † cùm in eo sit radicata Iurisdictio, cui 6
exercitium deindè profluit in exequentem, *cap. super literis de rescript.* Surd. *cons.* 29. *num.* 3. *&* 4. *& cons.* 155. *nu.* 22. Crauett. *cons.* 44. *nu.* 5.

Accedunt pro confirmatione † prædictorum depositio- 7
nes Testium examinatorum pro parte Parochi, qui concludunt Parochum, illiusque Ministros Sacramenta ministrasse famulis, & alijs Ministris Hospitalis, prout etiam non mediocriter suffragatur concordia inita vsque de anno 1613. inter eumdem Parochum, & Rectorem Hospitalis, in qua cùm legatur facta expressa reseruatio iuris Parochia-
lis, certum est, quod prætendi non potest ius † vllum Ec- 8
clesiæ Hospitalis quæsitum fuisse, sed illud totum ex peculiari reseruatione remansit, Felin. *in cap. inter Monasterium de re iudic.* Caputaq. *dec.* 19. *par.* 1. Rota *in recent. decis.* 419. *num.* 3. *par.* 1. *& in Tyburtina affictus* 19. *Iunij* 1648. *§. neque subsistit coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in Craconien. decimarum 27. Martij 1651. §. 1. in fin. vers. corroborat. praterea, cor. R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quod in dicta transactione anni 1613. reseruata fuerit facultas Officialibus Hospitalis retinendi in eorum Ecclesia Sanctissimum EVCHARISTIÆ Sacramentum, Missas celebrandi, campanas pulsandi, & cadauera tumulandi, vnde eadem facultate vti modo posse prætendant Patres S. Dominici tamquam per emptionem subrogati in locum dd. Officialium. Quia omisso, quod vt supra ponderatum fuit, transactio apparet facta cum expressa reseruatione iurium Parochialium, vndè ius Parochi in hac parte nullo modo lædere potuit, esto etiam quod in aliqua parte per eam fuisset derogatum illius iuri; transa-
ctio † tamen non sustinetur ex defectu Beneplaciti Apo- 9
stolici, quod in alienationibus, & transactionibus super rebus Ecclesiæ semper requiritur, Caputaq. *decis.* 106. *per tot.* Rot. *in recent. dec.* 755. *num.* 2. *par.* 2. *dec.* 241. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 2. & fuit dictum *in Marsicen. Iurisdictionis* 18. *Februarij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio,* quod procedit etiamsi transactum fuerit inter † duas Ecclesias, Rota *in Acernen. Vicaria* 30. *Martij* 1650. *coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono,* adeout nedum in Ecclesia successor, sed etiam
ipsemet † transigens nomine Ecclesiæ transactionem im- 11
pugnare valeat, ad *text. in cap. litteræ,* ibique Abb. *de dilat.* Rota coram Seraph. *dec.* 1417. *num.* 3. *& in recent. decis.* 74. *num.* 4. *par.* 6. & in terminis transactionis fuit dictum *in d. Marsicen. Iurisdictionis* 16. *Februar.* 1647. *§. nam, &* 11. *Decembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Bichio, & in Cracconien. decimarum* 27. *Martij* 1651. *§. neque subsistit coram R. P. D. meo Verospio.*

Præterea Domini obiectum transactionis ea etiam ratiune

tione refutarunt, quia si dicta concordia aliquod ius Re-
ctoribus Hospitalis concessisset, illud non transiuisset in
Patres S. Dominici, qui verè non sunt successores in Ho-
spitalitate, sed solùm in loco illo materiali Ecclesiæ, cuius
contemplatione non fuit concessa facultas retinendi San-
12 ctissimæ Eucharistiæ † Sacramentum, & sepelliendi Ca-
dauera, sed ratione Hospitalis, & infirmorum ibi degen-
tium ad effectum scilicet, vt Sacramenta commodius dictis
infirmis ministrari possent, & illorum corpora de consen-
su Parochi humarentur, atque ita cùm † Hospitale ad alium
locum translatum fuerit, concordia resoluta remansit, ad
*text. in cap. veniens circa fin. vers. mandans quatenus de
transact.*

Neque ex eo, quod in concordia facta fuit mentio de
Ecclesia, ex hoc inferri potest illius quoque contemplatio-
14 nem fuisse habitam. Quia † concordia facta fuit cum Con-
fraternitate, & Hospitali, non autem cum Ecclesia, &
Confratres contraxerunt, & disposuerunt tanquam de re
sua, non autem nomine Ecclesiæ, vt ei ius aliquod acqui-
reretur, vltra quod certum est, quod quando prout hic,
15 concordia non continet † beneplacitum Apostolicum sem-
per personalis censetur, & non realis, ad *text. in cap. veniens
de transact.* & ibi Abb. *nu.* 2.

Hinc patet non applicari Decisiones adductas ab infor-
mantibus pro parte Patrum, in quibus firmatur per sæcula-
16 rizationem Ecclesiæ † nihil innouari, & primæua Eccle-
siæ priuilegia conseruari præter qualitatem regularitatis;
Quia conclusio habet locum in priuilegijs, & iuribus com-
petentibus Ecclesiæ, vti Ecclesiæ, non autem vti Hospitali
17 quia illo † translato, siue extincto cessant priuilegia.

Non etiam bonum ius Parochi offuscari potest ex eo,
quod Patres in d. loco Conuentum construxerint, qui ex
priuilegijs Summorum Pontificum eorum ordini concessis,
prætendatur exemptus possintque in eo Ecclesiastica Sa-
cramenta ministrari, nam quicquid sit de huiusmodi præ-
18 tensis priuilegijs satis pro responsione visum fuit † quod
huiusmodi erectio nunquam facta sine licentia Sedis Apo-
stolicæ prorsus nulla, & inualida reddatur, ad *tex. in cap.* 1.
de excess. Prælat. in 6. & cap. vnic. §. confirmatos, vbi Ge-
min. *nu.* 8. *de Relig. Dom. eod. lib.* 6. Neque huic dispositioni
19 Sacrorum Canonum derogatum fuit † per Sacr. Conc.
Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *in fin.* dum disponit, quod de cæ-
tero d. loca non erigantur sine licentia Episcopi requisita
per Concilium, non stat exclusiuè ad licentiam Sedis Apo-
stolicæ, quæ prius requirebatur iuxta dispositionem Sa-
20 crorum Canonum, † sed vtraque pro maiori cautela re-
quiritur, vt testatur Tambur. *de iur. Abb. & Monial.
disp.* 33. *num.* 6. *quæst.* 1. Campanil. *in diuers. iur. Can. rubr.*
12. *cap.* 13. *num.* 80. Adden. ad Rodriquez *in compend. reso-
lut. regul. resol.* 55. *num.* 1. Modern. Lusitan. *de potest. Episc.
alleg.* 26. *nu.* 4. & ad Conc. *d. sess.* 25. *c.* 3. *nu.* 28. & firmauit
Rot. *in Ianuen. priuilegiorum* 24. *Ianuar.* 1648. *coram Reue-
rendiss. D. Tarraconen.* & pleniùs ac magis expresè in *Crac-
couien. fundationis Monasterij* 19. *Aprilis* 1649. *§. neque li-
centia cum duobus seqq. &* 20. *Iunij* 1650. *cor. R. P. D. Celso.*

Sed nullitas huiusmodi fundationis magis declarata, & in-
21 controuertibilis redditur ex eo, quod nec minus † docetur
de licentia Ordinarij cum solemnitatibus præscriptis in
Constit. Clem. VIII. renouata à Gregor. XV. constit. 31.
§. 3. & ab Vrbano VIII. constit. 25. in quibus prohibetur
22 posse † deueniri ad erectionem, fundationem, & institutio-
nem Monasteriorum nisi de expressa Ordinariorum licen-
tia, & seruatis in omnibus, & per omnia Sacrorum Ca-
nonum dispositionibus, ac auditis interesse habentibus, &
hanc nullitatem fundationis ex defectu huiusmodi solemni-
tatum approbauit aliàs Rota *in dicta Ianuen. priuilegiorum*
24. *Iunij* 1647. *& Ianuarij* 1648. *coram Reuerendiss. Tarra-
conen. &* 28. *Iunij* 1648. *coram Eminentissimo D. Card. Cor-
rado, & in d. Craccouien. fundationis Monasterij coram
R. P. D. Celso.*

Neque dicere valet, vt Constitutiones prædictæ emana-
23 uerint pro indemnitate † mendicantium tantùm, vnde
isti solummodo, & non alij de tali nullitate opponere pos-
sint; Quia contrarium colligitur ex illorum lectura, &
signanter ex ea san. mem. Clementis VIII. in qua signan-
24 ter † disponitur, quod citari debeant omnes interesse ha-
ben. ibi, *Et alijs interesse haben.* & in specie, quod Parochi
25 sint legitimi contradictores ad apponen. † contra fundatio-
nem noui Monasterij, ac super tali prætensione audiri de-
beant, tenent Lap. *de hospit. nu.* 35. *vers. contrarium*, Guidop.
qu. 360. *per tot.* Modern. Lusitan. *de potest. Episc. alleg.* 26.
num. 5. vbi in specie firmat, quod Ordinarius vti delegatus
in dictis litteris Apostolicis debeat diligenter animaduerte-
re † an erectio noui Conuentus possit quouis modo Ec- 26
clesiæ Parochiali præiudicare, & si compererit præiudicium
afferre, debet assensum omnino denegare.

Minus refragatur, quod d. † Pontificiæ Constitutiones, 27
quæ loquuntur de erectionibus Conuentuum non possint
applicari Hospitio quale prætenditur esse istud, quod à Pa-
tribus S. Dominici de nouo erectum fuit. Nam hospitium
propriè dicitur illud, quod deseruit simpliciter † pro reci- 28
piendis Viatoribus, in quo non seruatur forma regularis, vt
declarat Tambur. *de iur. Abb. to.* 3. *disp.* 5. *qu.* 1. *nu.* 10. At in
hoc loco habent Patres Ecclesiam, in qua publicè celebrant,
campanas pulsant, Sacramenta ministrant, eleemosynas
quæstuant, viuunt sub regulis, & obedientia † Prioris, 29
quæ signa præseferunt formam Conuentus, & non solius
Hospitij, Rot. *decis.* 115. *num.* 4. *vers. non obstat, & decis.*
193. *num.* 5. *vers. non obstat pariter par.* 5. *recent.* vbi in spe-
cie pro signo Conuentus ponderatur, quod aderat Ec-
clesia.

Præterea admisso, quod etiam dici posset hospitium,
dum in eo, vt fuit dictum, erat Ecclesia, in qua Missæ pu-
blicè celebrantur, & Sacramenta exercentur, nec non
eleemosynæ colliguntur, hoc sufficit, vt dictæ Constitu-
tiones habeant locum, quia vigent eadem ratione † præ- 31
iudicij, debet etiam per consequens locum habere eadem pro-
hibitio, vt benè Rot. *d. dec.* 115. *num.* 4. *& dec.* 163. *num.* 5.
par. 5. *rec.* & in puncto Modern. Hispan. *q. regul. in summa
tom.* 3. *verb. Monasteria num.* 6. *vers. quod intellige.*

Demum non releuat, quod non versemur in constructio-
ne noui Conuentus, sed in translatione antiqui de † vno 33
ad alium locum intra idem Oppidum Matriti. Quia omisso
an prohibitio ædificandi, de qua in dictis Constitutionibus
comprehendat etiam translationes de vno in alterum locum
eiusdem Ciuitatis, † circa quod sententiam affirmatiuam 33
amplexi fuerunt, Tambur. *de iur. Abb. tom.* 3. *disput.* 5. *qu.* 1.
num. 1. *vers. in hac tamen re*, Rodriquez *quæst. reg. tom.* 1. *qu.*
23. *art.* 7. *in fin.* Ricc. *dec.* 168. *num.* 5. *&* 6. *par.* 4. Lazarus *de-
cis.* 97. *per tot.* Modern. Hispan. *quæst. reg. verb. Monasterium
num.* 33. *in fin.*

Tollitur huiusmodi obiectum ex facto, quia Conuen-
tus, à quo dicitur facta translatio, non remansit desertus,
sed in eo † Patres permanserunt, ac continuarunt sub cu- 34
ra, & dominio Prioris vti prius, sicque patet non adaptari
terminum translationis, sed potius nouæ acquisitionis, cùm
Patres, qui prius in oppido Matriti duos tantum Conuen-
tus habebant, nempè Conuentum Atocha nuncupatum,
& Collegium D. Thomæ modo possideant tres, & in hoc 35
casu, † vt intrent dictæ Constitutiones æditæ super con- 35
structione nouorum Conuentuum tradit Modern. Parmen.
resol. reg. contron. 36. *nu.* 21. *vers.* 6.

Ex his itaque cùm constet de inualiditate fundationis ex
defectu solemnitatum requisitarum in Constitutionibus,
† vnde sequitur, vt Patres nedum sint destituti bono iure, 36
sed etiam exclusi remaneant à manutentione propter de-
cretum irritans, quod inficit non solum titulum, sed etiam
possessionem, tollitque omnem iuris effectum, vt in pun-
cto fundationis Monasterij probat Ricc. *decis.* 75. *nu.* 3. *&* 4.
par. 2. *& in dicta Cracouien. fundationis Monasterij* 19.
Aprilis 1649. *cor. R. P. D. meo Celso in fine.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILACQVA.

Romana Domus, & Apothecarum.

Lunæ 7. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Emptor dum videt probabiliter imminere pericu-
lum euictionis rei emptæ, vel partis, si adhuc
non persoluerit pretium, potest illud retine-
re, donec assecuretur de dicta euictione, quòd
intelligendum est verum, si pars, quæ est sub
dicto periculo, sit comprehensa in venditione
secus verò si non sit comprehensa, & quando
non dicatur aliquid comprehensum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Emptor, quando rei emptæ periculum euictionis videt imminere, dum non soluit pretium, potest se tueri, quod ex ea causa non intendit soluere illud.*
2 *in Venditione, quid fuerit comprehensum, benè potest colligi ex proœmio instrumenti venditionis.*
3 *Verba generalia in instrumento venditionis, quando dicantur posita.*
4 *Contrahentes, si se referant ad sententias, quæ fuerunt latæ in aliqua materia, illæ sunt attendendæ, & num. 5.*
6 *Causa finalis contractus ex proœmio ipso contractus desumitur.*
7 *Proœmium aperit mentem contrahentium, & ab eo regulatur, limitatur, & extenditur.*
8 *Contrahentes quando non dicantur fuisse contentos aliqua simplici assertione, sed vltra processerunt.*
10 *Relatum dicitur adesse in referente.*
11 *Certum aliquid esse ex se, vel id intelligatur per relationem ad aliud, paria sunt.*
12 *Verborum amplitudo dispositiuè facta, quid operetur.*
13 *Bona vnde prouenerunt attendendum est.*
14 *Dispositio generalis ad superius dicta, & expressa restringenda sunt.*
15 *Contrahentes, quando dicantur loquutos esse consecutiuè ad superius relata.*
16 *Venditor, quando nec cogitauit vendere partem alicuius rei, tunc non potest venire in venditione rei generaliter facta.*
17 *Vendens aliquid, & postea omne aliud residuum, quod sub hac venditione veniat.*
18 *Natura verbi*, residui, *quid de iure importet.*
19 *Iura tantum competentia sibi præcisè solum cedens, nullatenus ad iura aliena trahi potest.*
20 *Residui commemoratione tunc continetur totum, quando non reperitur pars, seu casus, non contigit cuius respectu residuum debitum est.*
21 *Ignorantia allegari non potest, quando quis per relationem ad aliquid, scire id poterat.*
22 *Emptor, instrumentum inter alios confectum non tenetur perquirere.*
23 *Quia id non procedit, quando illud non simpliciter fuit enunciatum, sed partes ad illud se retulerunt, mediante clausula*, ad quæ &c.
24 *Clausula*, ad quæ &c. *habet vim specifica, & indubitata expressionis.*
25 *Scripturam perquirere tenens, si non perquirat, sibi imputet.*
26 *Scire, vel scire debere paria sunt.*
27 *Venditor tenetur certiorem reddere emptorem de omnibus qualitatibus rei vendita.*
28 *Emptor, dum non indagauit sententias, instrumenta, &c. ei notificata, super qualitate rei vendendæ sibi imputet.*
29 *Emptor dum poterat se certiorem reddere de qualitate rei vendita, non habet de quo se conquerat.*
30 *Euictionis promissio non extenditur ad ea, quæ non veniunt in venditione.*
31 *Venditores quando teneantur de euictione erga emptorem.*
32 *Obligatio generalis, non sufficit, vbi specialis est necessaria.*

D E C I S I O CXXV.

ADuersus Thomam & Cęciliam coniuges Agentes ad depositum scutorum mille, & ad solutionem fructuum iuxta formam instrumenti venditionis Domus, & Apotecarum de quibus agitur excipiebat Lucas Aretusius &c. Emptor tertiam partem illarum fuisse ab Anna Theresia euictam, ideòque ad prædicta non teneri; Rota autem causa R. P. D. meo Bichio commissa, & bis super huiusmodi exceptione discussa contrarium censuit, idemque hodie coram me in gradu appellationis à sententia desuper promulgata respondit; nam totum fundamentum Lucæ in dictæ tertiæ partis euictione positum est, quæ vbi etiam solummodo imminet cautum est Emptori per reten-
tionem † pretij nedum exacti ab illius solutione, se de- 1
fendere, *l. si post perfectam 24. C. de euict. l. habitationum is,*
§. final. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Surd. *cons.* 36.
num. 14. *& 22. vers. non etiam*, Rot. *decis.* 281. *nu.* 32. *par.* 2.
diuers. & in recent. dec. 19. *num.* 4. *& decis.* 235. *num.* 7. *&* 8.
par. 3.

Sed fundamentum istud eliditur ex eo, quod hæc tertia
pars non est in † venditione comprehensa, quia licet ex 2
dispositiua Instrumenti dignosci prætendatur potius inte-
gras apothecas, & domum fuisse venditas, quam earum duas
tertias partes dum venduntur apothecæ, & Domus cum
omnibus ipsarum Iuribus, membris, † pertinentijs, ad- 3
iacentijs, vsibus, commoditatibus, introitibus, & exiti-
bus quibuscumque Iure proprio, & in perpetuum easque
subiungatur ad venditores spectare pro tertia parte, ex cau-
sa dotis ipsius Cęciliæ, & remanentem partem vigore re-
nunciationis à Guidone Antonio eis factæ in proœmio ta-
men contrahentes exposuerunt præfatas Domus, & apo-
thecarum portiones prouenire ex fideicommisso q. Cæsaris
Cæsarei in fauorem Domicillæ Zaccariæ purificato † illud- 4
que sententijs Rotalibus Archangelo Mariæ eiusque fratri-
bus, & sororibus de Archileis adiudicatum fuisse ex quibus
cum constet, quod duæ tertiæ partes Cęciliæ, & Guidoni
Antonio Thomæ Auctori fuerint adiudicatæ, & altera ter-
tia pars Annæ Theresiæ, exinde desumitur venditores illas
tantum partes in venditione voluisse comprehendere, quæ
ad ipsos in vim dictæ Rotalis adiudicationis pertinebant ex-
cepta rata Annæ Theresiæ assignata eliciendo voluntatem
contrahentium † à præfatione, quæ causam finalem in- 6
dicat, *l. vltima*, & ibi DD. *ff. de hered. instit.* Purpurat.
cons. 561. *nu.* 4. Natt. *cons.* 1609. *numer.* 12. *lib.* 3. Soccin. sen.
cons. 165. *num.* 7. *lib.* 5. Surd. *cons.* 531. *num.* 5. *lib.* 4. & ideò
patens est ratio ab illo desumpta † vt aperiat mentem con- 7
trahentium, & dispositio ex ea reguletur, limitetur, & ex-
tendatur, *l. cum Pater §. Dulcissimus ff. de leg.* 3. *l. si de cer-*
ta, vbi Bart. *C. de transact.* Ias. *in l. quinquaginta col.* 5. *ff. ad*
Trebell. Crauett. *cons.* 16. *num.* 5. Molin. *de Hispan. primog.*
lib. 1. *cap.* 5. *num.* 2. *& seq.* Rota cor. bo. me. Coccino *decis.*
282. *num.* 3. Rota *dec.* 23. *num.* 14. *&* 15. *par.* 5. *rec. & in pri-*
ma dec. 8. *Iunij* 1654. *coram R. P. D. meo Bichio edita §. sub-*
diderunt

Quod euidentius demonstratur, quia contrahentes non
se firmarunt in huiusmodi simplici enunciatione in proœ-
mio † facta, sed subiunxerunt, & alias latius prout con- 8
stare dicitur in prædictis sententijs, & mandatis Rotalibus
ad quæ, &c. quapropter † pro expressis habentur in præ- 9
dicto alienationis contractu omnia, quæ in † ipsis senten- 10
tijs, & mandato continentur, *l. ait Prætor §.* 1. vbi Bart. *ff.*
de re iudic. l. instit. tali §. c. 2. ff. de condit. Instit. Bart. *in l.* 1.
in princ. ff. de recept. Surd. *cons.* 200. *numer.* 12. Gratian. *di-*
scept. forens. cap. 751. *num.* 3. etiam ad effectum, vt de illis
notitiam habere potuerit Lucas Emptor, nam † idem est ali- 11
quid esse certum, vel quod intelligatur per relationem ad
aliud, *l. Theopomp. ff. de dot. praleg.* Bald. *cons.* 212. *num.* 1.
vers. & istud lib. 5. Alex. *cons.* 80. *lib.* 1. *&* 118. *num.* 4. *lib.* 7.
Grat. *cons.* 102. *nu.* 10. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 325. *num.* 23. cum
alijs pluribus relatis *in* 2. *decis. coram R. P. D. meo Bichio* 25.
Iunij præteriti in §. 1.

Non obstat amplitudo verborum dispositiuæ, quasi ob
eam à venditione † non censeatur excepta hæc tertia pars 12
euicta quoniam non fuerunt simpliciter alienatæ Domus,
& apothecæ. Sed postquam narratum fuit vnde illæ † pro- 12
ueniebant hoc est ex fideicommisso Cæsaris Cęsarei de illis
disposuerunt cum relatiua dictis ibi dd. Domum, & Apo-
thecas, vel eius dictionis virtus cum sit † restringere dis- 14
positionem ad anterius expressa, Ripa *in l. filius familias,*
§. Diui num. 111. *ff. de legat.* Dec. *cons.* 465. *num.* 8. Menoch.
cons. 95. *num.* 128. adden. ad Buratt. *decis.* 742. *num.* 14. clarè
patet contrahentes restrictiuè loquendo intellexisse de cer-
ta, & determinata portione de qua antea fuerunt loquu-
ti, & consecutiuè † ex fideicommisso prædicto, de alia 15
verò rata Theresiæ tangente non cogitasse, sicque illam
non fuisse venditam, † nec emptori vigore talis contra- 16
ctus debitam, Alex. *in l. in omnibus*, *§. qui suspectam num.* 6.
& ibi Imol. *num.* 7. *ff. ad Trebell.* Aymon. *cons.* 98. *num.* 8.
Panzirol. *cons.* 4. *numer.* 1. *in fine*, Dec. *cons.* 80. *num.* 3. Rol.
dec. 669. *num.* 1. *prima decis.* 458. *nu.* 67. *&* 68. *par.* 5. *& dec.*
15. *nu.* 8. *par.* 7. *rec.*

Nec etiam obstare visum fuit, quod vltra proprias par-
tes venditores concesserunt, † & vendiderunt remanen- 17
tem

tem quantitatem omnium bonorum hæreditariorum Cæsa-
ris de Cæsateis, atque ideò de tota domo, & apothecis in-
tellexerunt ex quo residuum generaliter refertur ad quam-
cunque aliam partem super qua à quouis altero ius haberi
18 potest illamque includit † in venditione, prout est de na-
tura verbi residuum, *cap. prudentiam in princ. ff. de offic.
delegat. l. qui non militabat in fin. cum seq. ff. de hæred. instit.
l. cæterorum, & l. post reliquorum ff. de verb. oblig. l. vxor.
in fin. de legat.* 3. Corn. *consil.* 295. *numer.* 2. & 7. *lib.* 4.
Responsio enim colligitur ex ipsomet Instrumento, in
quo non simpliciter, & absolutè residuum exprimitur, sed
19 cum relatione † ad aliud Instrumentum die 10. Iunij 1643.
rogatum &c. ad quod &c. vbi legitur Guidonem Anto-
nium cessisse sola iura sibi competentia super d. hæreditate,
& bonis Cæsarei, quæ consistebant in dd. duabus partibus,
ex quo d. Guidus Antonius tertiam partem domus, & apo-
thecarum dedit in dotem Cæciliæ, aliam tertiam partem
assignauit Theresiæ, & aliam tertiam sibi reseruauit, quam
postea dict. Cæciliæ donauit, vnde alter sensus desumi ne-
quit nisi quod vendebatur illa pars per d. Guidum Anto-
nium cessa, & donata, & non alia ad Teresiam pertinens
secundum tenorem sententiarum rotalium, quia tunc com-
20 memoratione residui † totum continetur, quando non re-
peritur pars, seu casus non contingit cuius respectu resi-
duum debitum sit, vt est Teatus *clarus in l. secunda, C. de
hæred. inst. & respondet secunda decisio R. P. D. mei Bichij
25. Iunij præteriti, §. in altero in fin.*

Rursus Lucam sciuisse, quod duæ tantum partes dd. do-
mus, & apothecarum ad prædictos coniuges spectabant de-
21 prehenditur † ea Instrumento dotali Cæciliæ venditricis,
quod tam etsi non exprimat Annam Teresiam expressum
tamen pariter habet relationem ad instrumentum diuisio-
nis, & assignationis dotis contextualiter rogatum eadem
die 13. Octobris 1639. quo fuit stipulatus d. dotalis contra-
ctus, & ea illo liquet Annæ Teresiæ tertiam partem fuisse
assignatam, nec suffragatur allegare, quod Luca emptor
22 hoc diuisionis Instrumentum † perquirere non tenebatur,
quia obiectum cessat vbicumque non simpliciter fuit enun-
23 ciatum, sed partes ad illud † se retulerunt mediante clau-
sula cæterata *ad qua &c.* cùm habeat vim specificæ, & in-
24 diuiduæ † expressionis, *l. si nominatim, ff. de condit. &
demonstr. l. asse toto, ff. de hæred. instit. Auth. si quis in ali-
que, C. de eden.* Cæph. *decis.* 253. *nu.* 2. Rota *dec.* 548. *nu.* 3.
& 4. par. 4. tom. 3. rec. Importat necessitatem perquirendi
25 scripturam relatam † excludentem proinde ignorantiam
26 ex regula, quod non paria sunt scire, vel scire debere, *l. 2.
§. fin. ff. quis ordo in poss. seru. l. si auiam in fin. C. de vigen.
manu. l. in bonorum, ff. de bon. poss.* Rot. coram sa. me. Gre-
gor. XV. *dec.* 127. *num.* 7. coram bo. me. Buratt. *decis.* 479.
nu. 6. *& in rec. dec.* 486. *in fin. par.* 3.

Hinc minus releuat, quod venditores tenebantur cer-
27 tiorare emptorem de omnibus qualitatibus † rei venditæ,
quoniam certioratio satis desumitur ex sententijs, & do-
cumentis, quorum designatio ad nullum alium effectum
28 videtur expressa † nisi ad hoc, vt Luca posset ex illarum
29 indagatione in actis Notariorum, & inspectione † se cer-
tum reddere de parte venditoribus obuenta, & in ipsum
alienata, *l. quod te, ff. si cert. pet. cap. innotuit*, vbi glos. &
Abb. *nu.* 9. *de elect.* Rot. apud Cenc. *de cens. dec.* 162. *nu.* 1.
& duobus seqq. & d. dec. 480. *num.* 5. *par.* 3.

Pari modo tollitur obiectum ex promissa euictione de-
30 sumptum, quandoquidem † euictionis promissio ad hanc
tertiam partem, quæ iure proprio ad Teresiam spectat non
se extendit, & de qua per relationem ad acta notitiam Lu-
cas habebat, quo stante ad finem, vt res de euictione te-
31 nerentur † erga emptorem debuit ille nominatim, & spe-
32 cialiter sibi præcauere in casu, qui contingit, † quia gene-
ralis obligatio non sufficit, *cap. 1. de inuent. re s alien. l. si
fundum, C. de euict.* Becc. *cons.* 24. *num.* 34. Gomes *de con-
tract. cap.* 2. *num.* 42. *vers. septimus casus*, Matesc. *var.
resolut. l. 2. cap.* 19. *num.* 29. & 30. Rot. *decis.* 211. *num.* 6.
par. 1. *diu.*

Ex quibus, & alijs in decisionibus R. P. D. mei Bichij de-
ductis, DD. pro confirmatione sententiæ Rotalis responde-
runt vtraque parte informante.

R. P. D. BEVILAQVA,

Romana Dotis.

Luna 11. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Vidua agens pro restitutione dotis contra hære-
des mariti, quid probare teneatur, & quid
stantibus pluribus, & diuersis coniecturis, &
indicijs, ex quibus simul iunctis potest deue-
niri ad aliquam certitudinem, quod dotis con-
fessio mariti fuerit simulata in fraudem pro-
hibitæ donationis inter maritum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Vidua perperam agit contra hæredes mariti pro restitu-
tione sua dotis, dum non iustificauit eius quanti-
tatem.*
2 *Dotis creditum non probatur per publicum instrumentum,
in quo maritus fatetur se recepisse talem dotem, pa-
rum etiam obstante iuramento se habuisse, & recepis-
se talem dotem.*
3 *pro Dotis numeratione probanda non sufficit sola confes-
sio viri de recepto, sed in effectu constare debet de ipsa
numeratione.*
4 *Dos non est illa censenda, quæ inaniter dotalium instru-
mentorum tenore conscribitur, sed quam realiter quis
tradidisset constat, ac per maritum in contanti appa-
ret fuisse receptam.*
5 *de Dotis vera, & reali numeratione, quando non con-
stat, non attenditur confessio viri, cum præsumatur
simulata, & facta in fraudem donationis prohibitæ
inter virum, & vxorem.*
6 *Donatio inter virum, & vxorem non tantum de iure est
prohibita, verum etiam à Statutis Vrbis.*
7 *Donatio prohibita inter virum, & vxorem, extenditur
etiam ad donationes præsumptas, quæ resultat ex con-
fessione.*
Fraudibus non est aperienda via, num. 7.
8 *Instrumentum dotale, quando fuit confectum adhuc non
contracto matrimonio, non præsumitur aliqua fraus,
nec donationis titulum erga vxorem præsefert.*
9 *Tempus exceptionis non numeratæ dotis, quando mari-
tus, transire passus est, præsumitur verè soluta dos.*
10 *Et tunc etiam talis dos habet omnia priuilegia dotalia,
in mariti, & aliorum præiudicium.*
11 *Instrumentum dotale, etiam factum ante contractum
matrimonium, & vir in eo fuit confessus, quod maritus
receperit dotem, quando talis confessio fuit facta ani-
mo donandi.*
12 *Sponsus, quando censeatur, quod confessus fuit dotis
receptionem, animo eam non consequendi, sed volun-
tate donandi.*
13 *Instrumentum totum, quando reddatur suspectum de si-
mulatione, & nu. 14. 15. & 16.*
17 *Exceptio non numeratæ dotis, quando non possit opponi.*
18 *in Instrumento eodem non datur prius, vel posterius,
sed omnia simul, & semel, eodem momento vires
suscipiunt.*
19 *ex Dotis sola constitutione in instrumento facta inferri
non potest ad illius numerationem.*
20 *Dotis promissio, præcedere debet confessionem ipsius
dotis.*
21 *Lex abhorret simulatas largitiones in nuptijs, quamuis
secutas ante contractum matrimonium inter sponsos.*
22 *Promissiones inter sponsos penitus sunt inualida.*
23 *Confessio dotis præsumitur simulata, si renunciatum fue-
rit exceptioni non numeratæ pecuniæ.*
24 *Confessio, quod quis recepit pecuniam, & quod renun-
ciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ista inter
se sunt contraria.*
25 *Confessio receptionis pecuniæ, & confitens verè eam non
habuisse, si renuncietur exceptioni non numeratæ pe-
cuniæ ista pugnant inter se.*
26 *Pecuniarum magnam summam non est verisimile, quod
quis alicui voluerit persoluere, nulla reportata quie-
tantia.*

27 *In-*

27 *Inuentarium probat negatiuam existentia aliorum bonorum prater descriptorum.*

28 *Simulata ea, qua sunt declarata, non releuant.*

29 *Confessio ex inuerisimilitudine redditur suspecta.*

30 *Actus aliquis non prasumitur perperam factus.*

31 *Mulieri ex quo prasumatur, quod sua dos non fuerit assignata.*

32 *Administrator de omnibus rebus à se administratis reddere teneatur rationem.*

33 *Maritus ex quo resultare videtur, quod blanditijs, & amore ductus fuerit ad confitendum dotem recepisse, quam verè non habuit.*

34 *Dotis solutio liberè non censetur facta marito iuueni minori, qui de facili poterat illam consumere.*

35 *Nam ex hoc potest argui simulatam fuisse dotis numeratae confessionem.*

36 *Maritus non prasumitur, ac est inuerisimile, quod vxori non mediocris disparitatis, nobilitatis, & diuitiarum, voluisse facere magnam supradotem.*

37 *in Dote congrua constituenda attenditur qualitas personarum.*

38 *Simulationis dotis probatio ex quibus satis arguatur.*

39 *Coniectura ad probandam simulationem simul iuncta sunt perpendenda.*

40 *Dotis recepta confessio ante contractum matrimonium emanata, marito, nec eius haredibus praeiudicat.*

41 *Instrumentum redditur suspectum, stante rasura, & alteratione diuerso charactere, & atramento facta.*

42 *Creditum alicuius dicitur liquido constare, dum desuper habet instrumentum publicum, obligatione Camerali vallatum.*

43 *Simulatio quando liquido est probata, valida est ad infringendam obligationem Cameralem.*

44 *Simulatione probata, tunc instrumentum, & omnes clausula in eo apposita remanent nulla, ac ipsa quoque simulata.*

45 *Iuramentum in instrumento appositum detecta simulatione, nihil operatur.*

46 *Iuramentum non attenditur dum non adest consensus iurantis.*

47 *Exceptio non numerata pecunia, non datur post diuturnum tempus.*

48 *Exceptio non numerata dotis, tollitur ex lapsu biennij, sed non inde sequitur, quod non possit dari de nullitate confessionis ipsius.*

49 *Et hoc ex prasumpta donatione inter coniuges prohibita, cum talis exceptio sit perpetua, & nu. 50.*

51 *Instrumentum non meretur executionem, si Notarius, qui illud stipulauit, in eo non apposuit nec nomen, nec cognomen.*

52 *Constitutio Pauli V. super reformatione Tribunalium Vrbis mandat, vt Notarij in instrumentis apponant suum nomen, & cognomen.*

53 *Minor, quando contrahit, sunt seruanda Constitutiones Ægidiana.*

54 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 47. habilitat maiores 20. annis ad contrahendum, sicut essent maiores 25. annorum.*

55 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 47. tamquam loquens in personas subditas non comprehendit forenses.*

56 *Minores obligantur etiam sine solemnitatibus, dum sumus in causa necessaria.*

57 *Minor, tunc obligatur ad restitutionem dotis promissa sine solemnitatibus necessarijs, quando in effectu fuit soluta ipsa dos, & de hoc constat.*

58 *Secus vero, quando non apparet de ipsa actuali solutione, sed solum de simplici confessione de recepto.*

59 *Minor non obligatur promittendo sine solemnitatibus, quando sumus in his, qua sapiunt donationem.*

60 *Filius, si dotem sumat consentiente patre, censetur patrem obligasse bona sua pro restitutione d. dotis.*

61 *Quod tamen est intelligendum si dos realiter fuit soluta, sicut requiritur, vt intret restitutionis obligatio.*

DECISIO CXXVI.

MOrtuo Francisco, nec resoluto dubio bis proposito super nullitate matrimonij inter ipsum, & Petronillam contracti, haec dotem in Instrumento sponsalium constitutam, & à d. Francisco confessatam instabat sibi restitui, vnde supradicta die dubitatum fuit coram bon. me: Bichio, an constare de credito dotali, & non constare fuit per DD. resolutum, mihi autem in eius locum postea subrogato iniunctum, vt decisionem extenderem.

Ratio, cui nitebantur, illa erat potissimum, quia pro
parte Petronillae non fuit doctum de hoc suo credito dotali,
sine cuius iustificatione nullum ius, nullaque actio ei com-
petit agendi † aduersùs haeredes mariti pro illius restitu- 1
tione matrimonio soluto, *l. assiduis* 12. §. *cum enim ibi. Si
tamen res ipsa fuerint marito tradita, C. qui pot. in pign.
l. si ex cautione* 3. & ibi glos. *in verb. probare, C. de non numer.
pecun. l.* 1. vbi glos. *in verb. Instrumentum, C. de dot. caut.
non num. DD. in l. vbi adhuc* 29. *C. de iur. dotal.* Nicoll. Bell.
cons. 4. *in princ.* Menoch. *de prasumpt. lib.* 3. *prasump.* 12.
num. 2.

Nec dicatur, quod imò probatum extat per publicum
Instrumentum, in quo Laurentius Petronillae Auunculus
dotem scut. 3000. monetae de bonis haereditatis Pauli patris,
& aliorum mille auri † de suis proprijs constituit, quae 2
Franciscus medio iuramento habuisse, & recepisse confessus
fuit, seque satisfactum, & contentum vocauit, ac de illis
quietauit omni exceptioni non numeratae pecuniae, ac spei
habendi renunciando cum obligatione in omnem euentum
restitutionis eam reddendi. Siquidem pro dotis † nume- 3
ratione non sufficit sola confessio viri de recepto emissa in
Instrumento, sed ex alijs exigitur, vt cum effectu constet
de receptione, † cùm dos non quae inaniter dotalium In- 4
strumentorum tenore conscribitur, sed quam realiter, quis
tradidisse docuerit, repraesentetur, ait *text. in l. si quis post hac*
9. & ibi glos. *in verb. dotalium, C. de bonis proscript. DD. in
l. per diuersas* 22. *C. mand.* Rota coram Card. Seraph. *dec.*
292. & 302. *num.* 1. & 2. & *in recent. dec.* 585. *nu.* 2. *par.* 4. &
decis. 55. & 335. *vbique num.* 1. *par.* 6. In tantum, † vt non 5
constito de huiusmodi effectiua solutione, illa, de qua non
nisi per dictam nudam confessionem viri apparet, † prae- 6
sumitur simulata, & in fraudem donationis inter virum,
& vxorem prohibitae, tam de iure communi, vt toto *tit.
de don. inter vir. & vxor.* Rom. *cons.* 445. *num.* 7. Purpurat.
cons. 461. *num.* 3. Goaad. *cons.* 28. *num.* 22. Menoch. *cons.* 81.
num. 15. Rota coram fa. me. Gregor. XV. *decis.* 67. *num.* 1.
& 2. *d. dec.* 55. *nu.* 13. & 14. *par.* 6. & apud Merlin. *dec.* 419.
num. 3. quam ex † dispositione Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 135. 7
quod se extendit etiam ad donationem praesumptam, quae
resultat ex confessione, ne aliàs fraus inducatur, Corn.
cons. 185. *num.* 5. *lib.* 2. & *in specie cons.* 142. *num.* 2. *lib.* 2.
Gratian. *discept. forens. c.* 693. *nu.* 8. Put. *dec.* 55. *num.* 2. *lib.*
3. *in correct.*

Non obstat, quod Instrumentum dotale fuerit confe-
ctum adhuc non contracto matrimonio, vnde non praesu-
mitur aliqua fraus, nec donationis † titulum erga vxo- 8
rem praefert confessio de dote recepta, sed potius sub spe
futurae numerationis facta creditur, adeout si deinde per-
mittatur labi tempus † opponendi exceptionem non nu- 9
meratae dotis praefstitutum in *l. fin. C. de dot. caut. non num.*
Censetur verè soluta, & habet omnia dotis priuilegia in
mariti confitentis, † & aliorum praeiudicium, vt tenent 10
relati per Menoch. *de presump. lib.* 3. *prasump.* 13. *nu.* 14.

Quoniam non procedit conclusio quotiescumque, vt in
casu praesenti ex inspectione Instrumenti, † vel aliundè 11
vrgent coniecturae, & praesumptiones tales, quibus ani-
mus Iudicis moueri potest ad arguendum de viri intentio-
ne fuisse dotem sic confessatam sponsae donandi, tunc enim
secundum eas censenda est illius mens, & facta confessio
iuxta notata per gloss. & DD. *in Auth. sed iam necesse, C. de
donat. ant. nupt.* Corn. *cons.* 520. *sub num* 6. *lib.* 3. Alex. *cons.*
86. *num.* 1. *lib.* 7. Mant. *de tac. & ambig. lib.* 11. *tit.* 20. *nu.* 19.
Farin. *de simul. & falsit. qu.* 162. *nu.* 105. Rota coram Penia
dec. 201. *num.* 3. & penes Buratt. *dec.* 108. *num.* 6. & *in d. dec.*
419. *num.* 4. coram bo. me. Merlino.

Hic autem ex his, quae gesta apparent in actu stipulatio-
nis Capitulorum matrimonialium plures coniecturae col-
liguntur, ex quibus suadetur, † dotem tunc non fuisse à 12
Francisco solutam, nec animum habuisse illam deinceps
conse-

consequendi, sed voluntate donandi confessus fuit eam re-
cepisse; quarum prima, & præcipua, quæ totum Instru-
mentum suspectum quoque teddit illa est, quæ desumitur
13 ex illius matrice, & uriginali Dominis ostenso, † in cuius
parte substantiali, vbi de receptione dotis agitur, legun-
tur prius scripta manu d. Laurentij verba hæc, *quali scudi*
il sudette Sig. li tira à se in tantigiulij, e testoni, & oro stam-
pe in contanti &c. e se li consegna, e sborsa in contanti scudi
mille similmente, quæ fuerunt postea à Nutario rogato cas-
sa, & loco illorum adiecta simplex confessiu de recepto, ex
14 quibus verbis antea adaptatis à Laurentio desumitur eius
animus reportandi donationem ad fauorem neptis sub co-
lore factæ numerationis, cùmque alioquin nulla possit ad-
duci variationis causa, quinimò valde prubabile sit, qood
15 non fuissent priora deleta tamquam denotantia veram, † &
realem numerationem in maius sponsæ bonum, Bart. *in*
l. si stipulatus 126. §. *Chrisogonus num.* 23. *ff. de verb. obligat.*
Grat. *discept. forens. cap.* 365. *num.* 36. Rut. *dec.* 193. *num.* 4.
par. 3. *dec.* 33. *num.* 5. *&* 6. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 160. *num.* 10.
par. 7. *recent.* Efficax coniectura insurgit tempore celebra-
tionis pecuniam non fuisse solntam, & sic standum alijs
16 verbis per eundem Notarium scriptis, quæ † pecuniarum
interuentum penitus eacludunt, Grat. *cap.* 767. *num.* 24.
Ruta coram Buratt. *decis.* 512. *num.* 9. bon. mem. Merlino
decis. 608. *numer.* 20. *& decis.* 11. *numer.* 10. *&* 11. *par.* 7.
recentior.

Neque etiam dicatur, quod solutio potuit Francisco fie-
ri ante stipulata Capitula matrimonialia, & ideò confessio
17 de recepto ibi subsequuta non dicitur facta † animu do-
nandi, sed recognoscendi dotis habitæ veritatem aduersus,
quam non valet opponi non numeratę dotis exceptio. Quia
animaduersum fuit alibi de dotis confessatæ promissione
non constare, qnam ex ipsismet Capitulis in Instrumentu,
In quibus habetur, quod Franciscus Petronillam in vxorem
ducere promittit, & dotem, quam Laurentius tunc sibi de
bonis hæreditarijs Panli, & proprijs, vt suprà constituit,
illicò fatetur recepisse. Cùmque in eodem Instrumento
18 non detur prius, & posterius, † sed omnia simul, & se-
mel eodem mumento vires suscipiant, & perficiaotur,
l. contractus 17. & ibi Bart. *num.* 4. *C. de fid. Instr. & in l. le-*
cta 40. *num.* 9. *&* 18. vbi etiam Cagnol. *num.* 129. *ff. si cert.*
pet. Rut. *decis.* 756. *num.* 8. *par.* 1. *diuers.* Necessariò sequi-
19 tur, quod ea sola dutis † constitutione ibi facta inferri non
possit ad illius numerationem, Rota *decis.* 55. *num.* 5. *par.* 6.
recent. Sed oritur suspicin confessionem dotis receptæ fuisse
simulatam, ad Tex. *in l. ab Anastasio* 23. & ibi Bald. *C. mand.*
Rom. *singul.* 26. Burs. *cons.* 175. *num.* 2. Farinac. *de simulat. &*
falsit. quæst. 162. *num.* 146. Non eoim sufficit, vt dos cen-
seatur suluta per confessionem de recepto, quod prumissio
20 fiat eodem tempore, † quo intercedit confessio, & vnico
contextu omnia sequuntur, sed upus est, vt promissio do-
tis confessionem receptionis præcedat, *l. in contractibus* 14.
§. *sed quoniam C. de non num. pecun.* Gabr. *cons.* 146. *num.* 13.
& 16. *lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 13. *nu.* 21.
Giouagn. *cons.* 26. *numer. fin. lib.* 2. Fontanell. *de pact. nupt.*
claus. 14. *& vlt. glos. vnic. par.* 1. *num.* 31. Magon. *dec. Flo-*
rentin. 68. *num.* 6. Grat. *decis. Marchiæ* 103. *num.* 12. *cum*
trib. seqq. Rot. *dec.* 145. *num.* 1. post Pacif. de Saluian. *interd.*
in Romana dotis 21. *Februarij* 1650. §. *neque releuat*, *con-*
firmata 29. *Nouembris eiusdem anni coram Eminentiss.*
Cardin. Corrado, Adden. ad Buratt. *decis.* 208. *sub lit-*
tera B.

Et vlteriùs, quod suspicari non possit id, quod in con-
21 fessiune continetur, confitentem donare † voluisse, quia
lex huiusmodi largitiones abhorret quamuis seqnutas ante
contractum matrimonium inter sponsos, cùm semper illa-
rum effectus conferatur in tempus initi matrimonij, sicque
22 illæ, & confessiunes prorsus † sunt inualidæ, *l.* 1. *& l. quod*
sponsa 4. *Cod. de donat. ante nupt.* & ibi Ang. *in princ.* Ias. *in*
l. si diuortio 21. *sub nu.* 8. *vers. subdit*, Bart. *ff. de verb. oblig.*
Menoch. *de præsumpt. d. lib.* 3. *& præsumpt.* 12. *nu.* 1. Sanch.
de matrim. lib. 6. *disp.* 9. *num.* 3. Molin. *de contract. tract.* 2.
disp. 439. *sub num.* 8. Ancbaran. *in cap.* 1. *num.* 5. *vers. in glos.*
fin. de adult. Gabr. *cons.* 163. *num.* 12. *lib.* 2. Trentacinq. *var.*
resol. volum. 1. *lib.* 3. *tit. de iur. dot. resol.* 3. *nu.* 3. Surd. *cons.*
196. *num.* 28. cum alijs adductis *in d. Romana dotis* §. *Tum*
quia conclusio.

Altera cuoiectura resultat ex eo, qnod Franciscus statim
23 post constitutiooem dotis, & confessiunem † de recepto
renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac spei
amplius habendi; Quæ renunciatio arguit fictam, & si-
mulatam illam fuisse taliter, quod de dicta confessione in-
dicandum sit, ac de donatiune inter virum, & vxorem,
& eacludit præsumptionem, † quod potetur facta spe fu- 24
turæ numerationis, cùm hæc inuicem se elidant, quod quis
confiteatur pecuniam fuisse numeratam, quam verè non
habuit, & renunciet exceptioni de iure competenti talem 25
assertionem impugnandi, Gabr. *cons.* 242. *nu.* 6. *lib.* 2. Alex.
cons. 142. *num.* 5. *lib.* 5. Roman. *cons.* 44. Gozzad. *cons.* 28.
num. 21. Natt. *cons.* 147. *num.* 4. *lib.* 1. Rota coram bo. mem.
Buratt. *dec.* 925. *num.* 2. Penia *dec.* 201. *nu.* 4. *&* 5.

Tertiò locu pro coniectura huiusmodi fictæ confessionis
adducebatur inuerisimilitudo, quod Laurentius erogauerit
Francisco pro dote Petronillæ hanc ingentem † pecunia- 26
rum summam, ac ante stipulatum Instrumentum matrimo-
niale manualiter exbursauerit, nulla reportata quietantia,
tam attenta hæreditate Pauli, in qua pecuniæ non reman-
serunt, ex quibus talis numeratiu sperari posset, sed do-
mus, & quædam credita, vt constat ex inuentario dato,
quod † probat negatiuam eaistentiæ aliorum bonorum 27
præter ibi descriptorum, Decian. *respons.* 76. *num.* 2. *lib.* 3.
Grat. *discept. foren. cap.* 720. *num.* 6. 7. *&* 8. Rot. *decis.* 710.
num. 2. *par.* 5. *recent.* Quam dotibus constitutis Potentianæ,
& Annæ eius sororibus, quarum primæ solum scut. 500. in
contanti soluenda intra certum tempus fuerunt à Marghe-
rita matre promissa, Annæ verò fuerunt assignata † tot 28
stabilia ad scut. 2000. ascenden. cum quietantia alterius to-
tidem summæ fuerit declarata simulata, nullamque esse illi
fidem adhiben. Et ideò pecuniæ hæreditariæ fuerunt iudi-
cialiter consignatæ posterioribus creditoribus viri Annæ,
ipsa citata.

Ea cuius pecuniæ hæreditariæ deficientia, ac inuerisimi-
litudine confessio redditur multum suspecta, & animo do- 29
nandi facta, *l. si extraneus* 44. *ff. de donat. inter vir. & vxor.*
Becc. *consil.* 52. *num.* 79. Lauren. *dec. Auen.* 25. *nu.* 15. Rota
penes Comitol. *decis.* 86. Buratt. *d. dec.* 108. *num.* 9. 361. *nu.*
9. *&* 925. *num.* 3. bo. mem. Merlin. *decis.* 419. *num.* 8. 714.
num. 27. Quæ simulationis cooiectura valdè etiam augetur 30
ex consensu, quem Petronilla venditioni domus hæredita-
riæ Pauli patris de anno 1651. factæ præstitit pro omni, &
quocumque suo iure, & interesse dutali, quod tunc, & in
posterum posset super ea habere, † ea quo colligitur ipsam 31
optimè sciuisse, dotem promissam nun fuisse sulutam, nam
aliàs consensus non requirebatur ad *tex. in l.* 1. §. *denuncia-*
re, *ff. de ventr. inspicien. glos. in l. de vnoquoque in princip.*
ff. de re iudic. Rolan. *cons.* 92. *num.* 7. *lib.* 4.

Quarta coniectura multum considerabilis ea eo desume-
batur, quod idem Laurentius Administrator hæreditatis d.
Pauli, dum de annis 1635. & 1640. rationem de ea teddi-
dit ad debitum illius posuit dotem traditam Putentianæ, de
hac autem constitura Petronillæ nullam fecit mentiunem;
† Et tamen cum vti talis de omnibus rationem reddere te- 32
neretur, *l.* 2. *ff. de neg. gest. l.* 1. §. *officio ff. de tutel. l. quædam*
sunt personæ 9. *ff. de eden.* Greg. *dec.* 30. *nu.* 4. Credibile non
est, quod computare omiserit in sui detrimentum, quate-
nus verè, & realiter fuisset numerata, & hinc iudicium
euidens resultat, † Franciscum blanditijs, & amore du- 33
ctum fuisse ad confiten. dotem non habitam pro soluta, *l. ex*
facto 17. §. *si quis autem ff. ad Trebel. l. ob carmen* 21. §. *vl-*
tim. ff. de testib. Tiraq. *in l. si vnquam in præfat. nu.* 37. *C. de*
reuoc. donat. Magon. *decis. Lucen.* 25. *num.* 7. *&* 8. Ruta pe-
nes Merlin. *d. dec.* 419. *nu.* 8.

Quinta quæ etiam vrget coniectura est, quod in prædi-
cto Constitutionis, & solutionis dotis Instrumento fuit præ-
termissum reinuestimentum illius, quod semper fieri con-
sueuit † ad eam assecurat. quando cum effectu recepta est, 34
& fuit seruatum cum viris aliarum sororum, sed libera fa-
cta fuit solutio Francisco iuueni minori, qui de facili pote-
rat consumere. Et hæc quoque indicant † simulatam esse 35
dotis numeratæ confessiunem, Bald. *in l.* 1. *C. de seru. fugit.*
add. ad Buratt. *decis.* 925. *in fin.* Merlin. *in mox citata dec.*
419. *num.* 9. *&* 10. *in rec. decis.* 55. *num.* 22. *&* 23. *par.* 6. & in
allegata *Romana dotis coram Eminentiss. Corrado* 21. *Febr.*
1650. §. 2. *ex qualitate.*

Sexta cooiectura io præsenti uptimè concludens deprom-
pta fuit ex donatiune scut. 6000. qnæ Franciscus ad augen-
dam dotem vsque ad scuta 10. mil. de pruprio promisit, quæ
tam magna qnantitas in hisce † coniugibns non mediocris 36
disparitatis, nubilitatis, & diuitiarum argumentum præ-
bet donationis scut. 4000. in dotem assignatorum, *l. cre-*
ditor

ditor 20. *C. de donat. inter vir. & vxor. l.* 1. vbi glos. *in verb.*
auxerit, *C. de donat. ante nupt.* & in terminis aduertit Gabr.
d. cons. 142. *num.* 24. *& seq. lib.* 2. Buratt. *in d. decis.* 925. *sub*
num. 4. *vers. neque est facienda vis*, & tenuit Rota *in d. Romana dotis*, §. *Quoniam id procedere*.

Septimam denique coniecturam recensebant Domini ex
37 qualitate personarum; nam ipsius Petronillæ mater, vbi
matrimonium cum Paulo Confalonerio contraxit, & dotem congruam non haberet, ab illo donationem pro se,
& sororibus reportauit. Et ex sententia criminali ab A. C.
promulgata, per quam Laurentius, & Margharita eius
vxor ipsa Petronilla, & alij reperti culpabiles in eo, in
38 quo erant inquisiti, varijs pœnis fuerunt afflicti; In hac
enim † materia, mores, & solitum personarum similia
gerendi attenduntur, & ex his magis simulationis suspicio
comprobatur, Cæpoll. *de simulat. contract. num.* 149. Farinac. *de simul. qu.* 162. *num.* 169. Rota *dec.* 71. *num.* 7. *post primum vol. cons.* Farinac.

Quæ præsumptiones, & coniecturæ tam & si singulæ parerentur aliquem difficultatem, simul tamen vnitæ, & omnes tendentes in meliorem mulieris conditionem, benè
39 probant simulationem, † vt confessio importet donationem, non autem dotis receptionem, *l.* 3. *& tot. tit. ff. de*
donat. inter vir. & vxor. Honded. *cons.* 46. *num.* 26. *lib.* 1.
Rota *decis.* 11. *nu.* 14. *par.* 7. *recent.* Quæ propterea nec ante
40 contractum † matrimonium emanata, & marito, & hæredibus præiudicat, *l.* 2. *C. de dot. caut. non num.* Soccin. sen.
in l. 1. *num.* 70. *ff. solut. matrim.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3.
d. præsumpt. 12. *num.* 1. *&* 37. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*
11. *tit.* 20. *num.* 27. *vers. nec ipsi marito*, Valasc. *consult.* 5.
num. 4. Trentacinq. *loco supracitato*, Molin. *de contract. d.*
tract. 3. *disput.* 439. *sub nu.* 8. Et nihilominus Instrumentum
41 ipsum matrimoniale † valdè redditur suspectum, quod
matrimonio constante fuerit celebratum ob rasuram, & alterationem diei diuerso charactere, & attramento factam,
Auth. *de triente, & semine*, §. *Et quod sapè*, Natta *cons.* 224.
in fin. Rot. coram bon. mem. Coccino *decis.* 101. *num.* 9. vt
multò minùs possit prædictis viro, & hæredibus nocere, Buratt. *decis.* 612. *&* 925. *vbique num.* 1.

Hinc non obstat, quod liquidò constet de credito dotali
42 Petronillæ ex instrumento publico † obligatione Camerali,
& iuramento vallato, quod facit rem claram, & executionem paratam habet pro restitutione ibi promissa, *l. census*,
ff. de prob. l. in donationibus 31. *C. de donat. cap. cum dilecti*
eod. tit. l. scripta, C. de fid. Instrum. Quia iustificata ex iam
43 deductis † simulatione confessionis, ea apta est infringere
vim obligationis Cameralis, omnesque clausulæ ibi appositæ
44 tæ sunt inefficaces, ac ipsæ quoque † simulatæ, *l. Emptor*
12. vbi glos. & Bart. *ff. de aqu. pluu. arcen.* Soccin. sen. *cons.*
27. *nu.* 30. *lib.* 4. Rota *dec.* 714. *num.* 1. apud bo. me. Merlin.
& decis. 259. *num.* 8. *par.* 6. *& d. decis.* 11. *num.* 18. *par.* 7. *rec.*
45 Nec iuramentum quicquam operatur detecta † simulatione
quia ea intentione, qua maritus confitetur ea ipse iurat, &
46 deficit illius consensus, ita in iuramento, † sicuti in contractu ad notata per glos. *in c. si diligenti* 12. *de foro compet.* Zabarell. *in Clem. de iur. dot.* §. *Porro num.* 10. Ruin. *cons.* 130.
num. 3. *lib.* 1. Gozzad. *cons.* 28. *num.* 25. Hond. *d. cons.* 46. *nu.*
35. Rot. *in sapè citata decis.* 55. *num.* 15. *& dec.* 259. *num.* 9.
par. 6. & coram Buratt. *dec.* 512. *nu.* 6.

Neque obesse visum fuit, quod diuturnum tempus intercesserit à die confessionis ad tempus dissoluti matrimonij,
intra quod non fuit apposita exceptio non numeratæ dotis,
47 ideò † idem debet operari confessio, quod ipsamet numeratio, Aretin. *cons.* 86. Anchar. *consil.* 307. Quia vltra
48 quod paulò post matrimonium fuit de eius, & instrumenti
matrimonialis nullitate iudicialiter oppositum, vt patet ex
monitorio, & protestationibus datis in Summario hæreditatis Francisci *num.* 5. etiamsi tempus esset elapsum, adhuc
49 data simulatione semper † resultat donatio pecuniæ, &
dotis confessatæ, quo casu potest quandocumque de exce-
50 ptione dari, † quæ perpetua est, vt notat Bart. & Bald. *in*
l. si sub specie 3. *Cod. de postul.* Paris. *cons.* 86. *num.* 35. *lib.* 3.
Gozzad. *d. cons.* 28. *num.* 24. Roland. à Valle *cons.* 74. *num.* 5.
lib. 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 693. *numer. fin.* Fontanell.
de pact. nupt. claus. 14. *glos. vnic. par.* 1. *num.* 77. san. mem.
Gregor. XV. *decis.* 67. *num.* 6. Buratt. *decis.* 108. *num.* 17.

Cuius Instrumenti executionem ex hoc etiam DD. re-
51 tardandam esse putabant. Tum quia Notarius substitutus.
52 de illo rogatus non se subscripsit, nec suum nomen, † &
cognomen apposuit, vt mandat constitutio san. me. Pau-

li V. super reformatione Tribunalium Vrbis, *tit. de not. Tribunalium Vrbis*, §. *qualibet Instrumenta*. Tum etiam quia 53
non probatur, seruatas fuisse solemnitates, quas exigit
Constitutio Ægidiana in c. 25. lib. 5. Franciscum enim tempore celebrationis illius erat minor 25. annis, & forensis.
Ideò non obstante Statuto Vrbis lib. 1. c. 47. habilitante positos supra 20. annum ad contrahendum, perinde ac maiores 25. vti directum in personas subditas non comprehendit 54
forenses statuentibus non subiectos, † vt censuit Rot. *in* 55
dec. 260. *nu.* 3. *&* 4. *dec.* 294. *num.* 1. *par.* 6. *rec. in Roman. seu*
Perusina census 12. *Decembr.* 1644. post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 162. *num.* 131. Necessariæ erant solemnitates per
dictam Constitutionem requisitę in contractibus minorum,
quorum obligatio, licet substineatur, vt sint adstricti ad
dotis restitutionem, † tanquam fundata in causa necessaria, 56
etiam non adhibitis solemnitatibus dictæ Constitutionis, vt
dixit Rota *in dec.* 511. *num.* 2. *par.* 2. *rec.* Card. Caual. *decis.*
397. *num.* 5. bon. mem. Coccino *dec.* 433. *num.* 3. Locum tamen habet in casu restitutionis † cum effectu recepta, ex 57
qua oritur dicta obligatio necessaria restitutionis iuxta *text.*
in l. si cum dotem 23. §. *transgrediamur*, & ibi Bart. *num.* 4.
ff. soluto matrim. Rota *d. decis.* 511. *num.* 3. *& seq. par.* 2. Secus verò, quando non apparet de actuali solutione, sed agitor vigore simplicis † confessionis de recepto, & sic ex 58
promissione voluntaria, † quæ sapit donationem, Gabr. 59
cons. 20. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. & respondit Rota coram Verall.
decis. 199. *par.* 3. *& in recen. d. dec.* 55. *num.* 4. *& seq. par.* 6.
in Rauennaten. dotis 11. *Aprilis* 1644. §. *nam id procedit coram Eminentiss. Card. Corrado*, Adden. ad *decis.* 460. *nu.*
51. *cum seq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Præsertim † ad effectum 60
agendi contra bona Nicolai Francisci patris, qui non assensit, vt filius matrimonium hoc contraheret, minusque dotem si realiter esset soluta, ipse recepit, aut eidem filio
recipienti consensit, sicuti requirebatur, vt intret restitutionis obligatio † ex dispositione *dicta l. si cum dotem*, *&* 61
dicti §. *Transgrediamur*, *ff. solut. matr.* Curt. iun. *cons.* 133.
num. 5. *lib.* 1. Mastrill. *decis.* 46. *nu.* 3. *par.* 1. Negus. *de pignor.*
par. 2. *memb.* 4. *num.* 36. *vers. Intelligendo*, Rota *decis.* 644.
num. 2. *par.* 4. *recent.* & plures relati per Mudern. Neapol.
consult. 138. *num.* 5. *&* 14. *& dec.* 36. *num.* 3.

Et ita altera tantùm &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononień. Primogenituræ.

Luna 14. Februarij 1656.

ARGVMENTVM

Partes, si mutuo consensu recesserunt ab aliqua concordia, si vna pars, inscia altera, posteà dictam concordiam à Papa obtinuerit confirmari, talis confirmatio erit nulla ex defectu subiectæ materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Partes, quando dicantur habuisse initam concordiam pro resoluta, vel ab illa recedere voluisse.*

2 *Et quid si numquam de ea fuit oppositum.*

3 *à Compromisso habente vim transactionis censetur recessum, si ambæ partes redeant ad Iudicem, à quo, & num.* 4.

5 *à Transactione sponte inita, mutuo consensu partium potest recedi, & nu.* 6.

7 *à Concordia, quando fuit recessum cum consensu vtriusque partis, non licet posteà altera parte iam inuita, aut inscia petere confirmationem à Papa dictæ concordiæ.*

8 *Confirmationis concordiæ petitio, quando sit nulla ex defectu materiæ.*

9 *Retrotractio impeditur stante medio impertinenti.*

10 *Retrotractio non admittitur stante præiudicio partis ac iuris ei quæsiti.*

11 *Papa per suam confirmationem non censetur voluisse præiudicare Iuribus alicui quæsitis.*

12 *Beneplacitum Apostolicum, quando fuit reseruatum, & conuentum vt intra certum tempus obtineatur transactio dicto tempore, si non obtineatur, licet à contractu recedere.*

13 *Quod eo magis procedit, stante expressè pacto resolutiuo, & nu.* 14. *&* 17.

15 *Beneplacitum Apostolicum, quando non possit dici reseruatum ad maiorem cautelam, & nu.18.*
16 *Clausula,* Et non alias, *cadens super duplici determinabili copulatiuè concepta, quid operetur.*
19 *Obseruantia ponit rem in claris.*
20 *Obseruantia, quae ex non facto oritur, operatur sicut illa obseruantia, qua oritur ex facto.*
21 *Obseruantia demonstrat qualis fuerit mens contrahentium ab initio.*

DECISIO CXXVII.

Diuisa semel, atque iterùm Dominorum suffragia ob superuinentiam Barbaræ, & Lauræ Coccapanæ super articulo purificationis controuersæ Primogenituræ prætensæ à Domino Ioanne Cellesio, dederunt causam transactioni de anno 1653. inter eumdem Ioannem, & Dominos de Montecuccolis à Laura ius deriuantes initæ, in qua hic illis Palatium situm Bononiæ, illi huic bona Castelletti, & alia cesserunt cum pacto, quod intrà terminum octo mensium tenerentur desuper impetrare beneplacitum Apostolicum.

Impetratum tamen in dicto termino, & longè maiori non fuit, vndè secuta postmodum morte prædictæ Barbaræ, & Lauræ, quæ tamquam proximiores turbabant Cellesij petitionem, reassumpsit Cellesius disputationem super eodem bis proposito, & indeciso pendente dubio purificationis, & fauorabilem resolutionem reportauit sub die 1. Iulij anni 1654. quæ ad instantiam ipsorum de Montecucolis ad trutinam euocata confirmata fuit ipsis quoque informantibus sub die 25. Iunij proximè præteriti, & successiuè Cellesius petijt immissionem in bonis Primogenituræ concedi per diffinitiuam sententiam, quam Aduersariorum Procurator protestatus iudicialiter fuit ferri non posse eo, quod hactenus disputatum fuerat de sola purificatione fideicommissi, non autem de immissione cui obiecit tum defectum probationis identitatis bonorum, tum detractiones suis principalibus competentes, & quatenus sententia ferretur ab ea appellauit.

Hinc Rota mandauit mihi, vt quatenus clara esset identitas, ac turbidæ detractiones causam expedirem parcendo partium expensis in superflua particularis dubij positione faciendis. Auditi ideò pluries vtramque partem in contradictorio, & quoniam multa à Dominis Montecuccolis afferebantur contra identitatem, ac pro detractionibus, volui vt par erat consulere desuper Dominos, qui vtraque parte per memorialia, & oretenus informante rescripserunt, quod per speciale dubium discuteretur, an Domino Cellesio esset danda immissio, quod propterea subscripsi de mense Octobris proximè præteriti, dumque imminebat illius propositio Aduersarij prætexuere semper varias dilationes, donec

Post hæc omnia die 25. Ianuarij mox lapsi, obtinuerunt beneplacitum Apostolicum super memorata initio concordia, eoque in actis producto, non de immissione, vt prius institerant, sed de obstantia concordiæ disceptandum asseruerunt, vt proindè suspensa disputatione dubij circa immissionem aliud ediderim, An obstet concordia, quod hodiè acerrimè hinc indè informantibus resolutum fuit negatiuè.

Narrata enim series facti, nempè longè post terminum Montecuccolis obtinendo beneplacito in concordia præfixum, reassumptio antiquæ disputationis, illius geminata prosecutio vtrinque informantibus, instantia Cellesij pro expeditione causæ, Aduersariorum præuentiua appellatio à sententia ferenda, nisi prius cognosceretur particulariter de identitate, ac detractionibus, contradictoria coram me habita super vtroque, subscriptio tandem ad instantiam Dominorum de Montecuccolis dubij super † immissione,
1 demonstrant habuisse partes concordiam pro resoluta, vel
ab illa recedere voluisse, Castren. *cons.* 70. *num.* 8. *vers. & sic ita libr.* 1. Mantic. *de tacit. libr.* 26. *tit.* 8. *sub num.* 9. *vers. & quidem,* Aym. *consil.* 940. *num.* 16. Coccin. *dec.* 204. *nu.* 6.
præsertim quia numquam de concordia † fuit à Montecuc-
2 colis oppositum, vt benè in terminis transactionis ponderauit Rota apud Cardinalem Millinum *decis.* 396. *in fin.*
Monter. *decis. Aragon,* 12. *num.* 56. & in simili dicimus,
quod † à compromisso habente vim transactionis, Menoch.
3 *consil.* 618. *num.* 7. *cons.* 887. *nu.* 2. Bursat. *consil.* 207. *nu.* 15.
censetur recessum † si ambæ partes redeant coram Iudice,
4 à quo *l. litigatores,* ibique gloss. *prima, ff. recept. arbitr.* Ioannes Baptista à Sancto Blasio *de arbitr. par.* 2. *quæst.* 51. *nu.* 2.
Blanc. *de compr.* 7. *quæst. princ. num.* 10. & 11. Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.* 15. *nu.* 211.

Nec dubitari potest, quin potuerit mutuo consensu re-
sultante à † reditu ad Iudicem recedi à transactione spontè 5
inita, *leg. si diuersa, Cod. de transact. leg. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Castrens. *dict. consil.* 70. *sub num.* 8. *vers. nec est*
verum, vbi quod sufficit † consensus tacitus vtriusque par- 6
tis *lib.* 1. Mantic. *de tacit. d. tit.* 8. *num.* 1. Adeò quod Mon-
tecuccolis licitum posteà † non fuit reuerti ad concordiam, 7
& inscio, ac inuito Cellesio eius quoque nomine supplicare Papæ pro illius confirmatione, Ceph. *cons.* 118. *sub nu.* 12. Afflict. *dec.* 286. *nu.* 1. & 3. Ant. Capyc. *dec.* 115. *num.* 4. quæ
proindè † nullius momenti est ex defectu subiecti, & præe- 8
xistentis materiæ confirmabilis, vt ferè in puncto Cephal. *d. consil.* 118. *nu.* 21. à Ponte *consil.* 5. *num.* 49. & *seq.* Afflict. *dec.* 335. *nu.* 12. & *in tit. de Vassal. qui contr. Const. Loth. imper. feud. alienar. cap.* 1. *nu.* 23. Anton. Capyc. *dec.* 100. *nu.* 5. Capyc. Latr. *dec.* 19. *num.* 2. & 3. Seclusa retrotractione ad
tempus contractus, quam † impedit medium impertinens 9
recessus ab illo, Menoch. *cons.* 946. *nu.* 34. & 35. Cost. *de retrotract. cap.* 7. *nu.* 3. & 4. Montef. *dec. Aragon.* 50. *nu.* 22. &
præiudicium iuris exindè Cellesio † quæsiti, Dec. *consil.* 147. 10
nu. 3. Honded. *consil.* 18. *num.* 66. & *seq. lib.* 2. Tiraquell. *de constit. ampliat.* 17. *nu.* 4. Buratt. *dec.* 952. *nu.* 6. cui nec Papa
confirmando † censetur voluisse præiudicare, *l. nec vnus,* 11
C. emancip. liber. Cæs. de Graff. *dec.* 6. *nu.* 14. *de caus. possess. & propr.* & magis in terminis Afflict. *d. dec.* 286. *num.* 3. *dec.* 335. *sub nu.* 12. *vers. item quoniam.*

Eò minùs, quia Papæ id narratum non fuit, & resolutio concordiæ prouenit etiam ex ventre ipsius, videlicet, ex re-
seruatione beneplaciti Apostolici à † Montecuccolis impe- 12
trandi infrà octo menses, quibus lapsis licuit Cellesio à con-
cordia recedere, quia beneplacitum fuit † reseruatum cum 13
clausula, *Non alias aliter, nec alio modo,* quæ, & si alias beneplacito opus non esset illius necessitatem inducit, & in-
cludit pactum resolutiuum in casum non obtenti † bene- 14
placiti infrà terminum præfixum, Cephal. *cons.* 118. *num.* 9. & *seq. vbi signanter nu.* 17. ait, *non requiri interpellationem,* Rota cor. Card. Millino *dec.* 137. *n.* 12. cor. sa. me. Greg. XV. *dec* 192. *nu.* 1. & *seq.* coram Buratt. *dec.* 374. *num.* 12. ibique Add. *nu.* 17. *allegat. concord. & inter recent. dec.* 290. *num.* 2. & 3. *par.* 4. *tom.* 2.

Vndè nil refert, quod in capitulo concordiæ incipiente, *Item ad abundantem cautelam* Partes reseruauerint beneplacitum ad abundantiorem cautelam, quia satis est, quod sine
illo contrahere noluerint, † vt colligitur ex Instrumento con- 15
cordiæ, tum in primo capitulo continente assignationem bonorum Castelletti, & Castri Podij, quam Ioannes acceptare declarauit saluis infrascriptis protestationibus, & reseruationibus, & non alias, ibi, *E con le riserue, e proteste delle quali, qui à basso* (inter quas adest reseruatio beneplaciti) *e quelle sempre stando ferme, & intatte à suo fauore, e non altrimente, ne in altro modo detto Sig. Giouanni stipola, & accetta, &c.* tum in proximo subsequenti, ibi, *ottenatone però il beneplacito Apostolico, come più a basso si dirà,* tum in 6. capitulo, ibi, *tutte le sopradette cose protesta, e dichiara fare detto S. Giouanni ottenendosi il beneplacito Apostolico, e caso che frà tanto si possa fare senza incorso di caducità alcuna, e non altrimente,* ponderando, quod hæc clausula, *& non alias,* cadens super duplici determinabili copulatiuè concepto,
† nempe beneplacito, & incursu caducitatis, vtrumque æquè determinat, & qualificat, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* Buratt. *dec.* 621. *nu.* 5. Rota *in Romana Salarij* 18. *Februarij* 1622. *coram bo. me. Pirouano, & in Ariminen. fructuum* 27. *Iunij* 1655. *coram me.*

Tum in penultimo in quo Domini de Montecuccolis protestati fuerunt, quod quatenus beneplacitum non obti-
neatur, concordia habeatur pro cassa, irrita, † & nulla, ac si 17
facta non fuisset, ibi, *detti Signori Montecuccoli protestano, e dichiarano, che non ottenendosi il beneplacito Apostolico, &c. come se non fosse stata fatta la presente scrittura, ma si habbia il tutto per casso, irrito, e nullo,* & in vltimo capitulo conuenerunt, quod non nisi post obtentum beneplacitum fiat super conuentis publicum, & solemne Instrumentum: Adeò
quod ex toto contextu concordiæ † euidens sit, quod par- 18
tes noluerunt contrahere, nisi obtento beneplacito in
termino conuento, & non aliter: remque ponit † magis 19
in claris obseruantia subsecuta, quia dumtaxar post illud nouissimè obtentum, Domini de Montecuccolis

oppo-

oppofuerunt de concordia, anteà autem nufquam, etiamfi omnes alias exceptiones aptas retardare immiffionem petitam à Dom. Cellefio obieeerint diligentiffimè; hæc in-
20 quam obferuantia, † quæ ex non facto, non fecùs ac ex facto refultat, Rota *decif.647. num.3. part. 4. diuerf. decif. 56. nu.7. par.6. rec. & in Cafenaten. Cenfus 3. Iunij 1644. coram Eminentiffimo Dom. Cardinali Corrado*, declarat quæ fuerit mens contrahentium † à principio, Aym. *conf.* 211. *nu.*8. Rota *dec.*261. *num.*4. *dec.*301. *nu.*8. *par.*1. *rec. dec.*85. *num.*4. coram Buratt.

Et ita decifum vtraque patte informante.

Plures decifiones in hac eadem caufa emanarunt, nempè fub die 1. *Iulij* 1654. *&* 25. *Iunij* 1655. *prima erit infrà in Mifcell. Altera eft fupra in hac eadem parte* 12. *recent. decif.*60.

R. P. D. BEVILAQVA.

Ianuen. feparationis Thori.

Luna 7. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Thori feparatione ftatim fecuta, dicitur factus locus reftitutioni non folum dotis, fed etiam omnium à Marito habitorum ex caufa matrimonij, & fi Maritus prætendat exceffiuam talem bonorum adiudicationem fuiffe, quid probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Thori feparatione ftatim fecuta, fit locus reftitutioni dotis, & omnium quæ maritus habuit ex caufa matrimonij.*
3 *Bona quæ pendent à futuro euentu vitæ alicuius folent aftimari pro dimidio iufti pretij.*
4 *Ad æftimationem alicuius rei debent attendi vincula, onera, & qualitates eiufdem rei.*
5 *Bonorum valor minuitur ad ratam oneris iniuncti, licet res alias per fe confiderata maioris effet extimationis.*
6 *Læfio ceffat, quæ ex incerto valore rei non poteft fumi.*
7 *Adiudicatio redditnum non poteft dici exceffiua, quæ emananauit pro pretio, quo alij fimiles redditus comparabantur.*
8 *Redditnum adiudicatia, quando non poffit redargui vti iniufta, & incongrua.*
9 *Pretium illud præfumendum verum, & iuftum, quando vt tale confeffatum fuit ab ipfa parte.*
10 *Læfionis fundamentum tollitur in adiudicatione, quando fuit facta iofto pretio.*
11 *Contractus, vt poffit retractari vti læfiuus, requiritur quod læfio debet effe vltrà dimidium.*
Adiudicatio, vt poffit retractari læfiua, debet effe vltrà dimidium, num. 11.
12 *Mulieri, dum fuit adiudicata fua dos, quod benè fuerit facta valdè vrget præfentia, & Decretum Iudicis.*
13 *Læfionis fufpicio ceffat vbi interuenit Iudex, & decretum interpofuit.*
14 *Bonorum qualitas, fi fubiaceat diuerfis infortunijs, id benè eft attendendum in eorum adiudicatione.*
15 *Adiudicatio bonorum, vt dicatur fine læfione facta, quid fit attendendum, & nu.* 16.
17 *Multa dicuntur, quæ poftea non deducuntur ad effectum.*
18 *Atteftationes dum non funt benè fundatæ, non releuant.*
19 *Officiales atteftantes de rebus ad fe pertinentibus, & de actu perfectè credendum eft, & nu.* 20. *&* 21.
22 *Bonorum æftimatio facienda iuxta confuetum, & iuftum pretium inter priuatos, nec eft attendendum pretium à Publico taxatum.*
23 *Læfum, fe fuiffe, fi quis prætendat, & agat ad contractos refciffionem, quid probare teneatur.*

DECISIO CXXVIII.

TErminato articulo fuper feparatione Thori inter D. Marchionem ab Auria, & D. Barbaram Spinulam diu difcuffo, hæc in vim mandati Rotalis pro reftitutione fuæ dotis fcut. 37. mil. argenti impreffionis Ianuæ fibi adiudicari, obtinuit à Regio Confilio Neapolis redditos Fifcalis capitalis ducator. 107. mil. ad dictum Marchionem virum fpectantis, qui de nullitate adiudicationis huiufmodi opponens binas reportauit decifiones à quibus tandem Rota receffit, & mandatum de manutenendo D. Barbaræ per diffinitiuam fententiam decreuit, quam hodie in gradu appellationis confirmandam cenfuit.

Etenim de † validitate conftat ex actorum reuolutione, 1
iuxta *dec.* 260. Caputaq. paffim allegatam. Iuftitia verò deprehenditur ex eo, quod tribuit manutentionem D. Barbaræ in redditibus fifcalis ei adiudicatis pro recuperatione fuæ dotis fecuta Thori feparatione, ob quam ftatim fuit † factus locus d. dotis reftitutioni, & omnium quæ à matrimonij caufa ab vxore in poffeffione viri peruenerunt, *l. confenfu* 8. §. *fi vero, C. de repud.* Abb. *in cap. dua* 5. *de procur. & in cap.* 1. *in princip. de donat. inter vir. & vxor.* Gratian. *difcept. forenf. cap.*738. *n.* 47. Rota *in alia Ianuen. feparationis Thori in rec. decif.*239. *num. fin. par.*6. & coram Duran. *dec.*399. *num.* 1.

Nec obftat læfionis exceptio deducta ex immenfitate pretij dum pro fcut. 50. mil. pro d. dotis repetitione, & alimentorum præftatione affignati fuerunt redditus fifcalis ducator. 107. mil. Nam DD. plura concurrere aduertebant, quæ iuftitiam dicti pretij arguunt, & obiectam læfionem excludunt.

Ponderatum enim fuit primò, quod in dictis redditibus funt comprehenfi ducati 22. mil. qui empti fuerunt fuper articulo vitæ Marchionis debitoris, & eodem modo Barbaræ adiudicati, quo fit, vt æftimari foleant dimidium minus
iufti, † & confueti pretij tanquam pendentes ab euentu 3
obitus illius, prout aduertit *decif.* 10. *fub die* 22. *Iunij coram R. P. D. meo Meltio, edita fub* §. *præterea*, & faciunt tradita per Barbof. & Iaf. *in l.* 1. §. *hæres fub num.* 9. *ff. ad Trebell.* Dec. *conf.*123. *in princ. & num.* 1. Cyriac. *controu.* 169. *num.* 22. Duran. *dec.*146. *num.*35.

Secundò animaduerfum fuit D. Barbaram præfatos redditus recepiffe fub duplici vinculo, nempè, vt capitale inconfulto regio Confilio remi non poffet, & quod fructus pro rata fcut. 1000. exigere non valeat, fed fub fequeftro
ob alimenta à filijs petita manere deberent. † Ad effectum 4
enim æftimationis rei dubium non eft, quin debeant attendi vincula, onera, & qualitates illius, *l. fi quis* 16. *C. de refcind.*
vend. quia ex illis † valor diminuitur ad ratam oneris iniun- 5
cti, quamuis alias per fe res confiderata maioris effet æftimationis, *dict. l.* 1. *Trebell. l. mortis caufa*, §. *fin. ff. de mort. cauf. don. & cap. l.*6. *in fin. ff. de feru. afport. l. penul. ff. de hered. vel act. vend.* Angel. *in l. prauia rerum fub num.* 1. *ff. ad l. falcid.* Cyriac. *in contr.*222. *num.*68. *& fequent.* & fic
ceffat læfio, † quæ ex incerto valore rei, non poteft defumi, 6
l. fi feruus 13. *ff. de condit. furtiu.* Bald. *in l. fin.* §. *fed fi quis, C. comm. de leg.* Modern. Mantuan. *contr.*410. *num.*1. *vfque ad* 7. *dec.*281. *nu.*5. *par.*6. *rec.*

Tertiò, quia in hodierno *Sum.* Barbaræ datæ fuerunt 16. fides venditionum confimilium reddituum contemporaneæ de an. 1637. factarum, quo fecuta fuit adiudicatio ifta ad illius fauorem, ex quibus clarè patet redditus hos cum confiderabili diminutione capitalis fuiffe diftractos, vt in eifdem fidibus dicitur pro Alagio, & indè iufta, & non ex-
ceffiua cenfetur adiudicatio, † quæ emanauit pro pretio, 7
quo alij fimiles redditus comparabantur, *l. fi Domus* 74. §. *pecunia verf. qui confitetur, & l. filios famil.* 117. §. *fed quid in fine, ff. de legat.* 1. Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 20. *num.*6.

Denique iuftitia, & congruitas reddituum defumebatur
ex † alienationibus per ipfummet D. Marchionem eodem 8
tempore factis, fimiliter cum tam magna diminutione pro Alagio dict. *Sum. num.* 3. propterea ad maiorem quantitatem calculati non poffunt redditus Barbaræ affignati, fed illud verum, & iuftum pretium præfumendum
eft tanquam confeffatum à Marchione per † prædictas 9
alienationes, vt ad rem notat Bald. *in l. ex conuentione de pactis*, Rot. *decif.*296. *nu.*5. *par.*4. *rec.*

Quibus concurrentibus, & in confideratione habitis tolli con-

10 conclusum fuit fundamentum læsionis, quia vel pro iusto
pretiu adiudicatio emanauit, vel saltem excluditur excessus
vltrà dimidiam, qualis requiritur ad effectum, vt ex capite
11 læsionis retractari valeat adiudicatio facta Iuris † ordine
seruato iuxtà opinionem, quam vti veriorem secuta fuit
Rota *in rec. decis.* 648. *num.* 5. *par.* 1. coram Duran. *decis.* 37.
num. 14. apud Modero. Perus. *de subhast. decis.* 53. *num.* 1. *in
Romana Censuum* 16. *Maij* 1646. *§. quibus stantibus, vers.
concurrit coram Reuerendissimo Tarracon. & in Fulginaten.
subhastationis* 14. *Maij* 1655. *§. vltimo in fin. coram R.P. D.
meo Albergato, confirmata* 19. *Ianuarij proximi præteriti
coram eod.*

12 Rursus pro iustitia † adiudicationis satis vrget præsentia
Iudicis, ac Decretum super ea interpositum. Nam hæc vbi
13 interueniunt læsionis suspicionem † remouent Decian. *in
l. si singularia* 15. *sub num.* 13. *ff. si cert. pet.* Aym. *cons.* 114.
num. 2. Cyriac. *contr.* 257. *num.* 7. Rota *dec.* 121. *num.* 16. &
134. *num.* 17. apud Zach. *de oblig. Cam. & in Romana hære-
ditatis de Gratianis* 29. *Iun.* 1643. *coram Archiepiscopo Tar-
raconen.* nec non qualitas eorumdem reddituum adiudica-
14 torum, qui vtpotè consistentes † super gabellis, & vectiga-
libus subiacent periculo ammissionis, & deteriorationis, vt
euentus alias docuit in illis partibus. Certum quidem est,
15 quod iactura totius capitalis, † & alia, quæ accidere pos-
sunt, debent in consideratione haberi ad effectum inspi-
16 ciendi † rei valorem, & excludendam læsionem, *l. fidei-
comm. C. de transact. l. si Pater puellæ l.* 2. *C. de inoff. Te-
stam.* Bald. *in l.* 2. *col.* 4. *vers. huic accedat, C. de rescin. vend.*
Decian. *cons.* 39. *num.* 112. *lib.* 2. Cyriac. *contrau.* 169. *nu.* 30.
Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 132. *num.* 24. & 25. Maugil.
de subhast. qu. 41. *num.* 1. *& seq.* Et demùm oblatio aliàs fa-
cta, & repetita à D. Barbara retrocedendi eosdem redditus
D. Marchioni quatenus ipse eius dotem scut. 48. mil. resti-
17 tuere velit, quàm tamen acceptare non † curauit. Vndè
læsionem minimè ei fuisse huiusmodi assignationem censen-
dum est, vt dixit Rota coram Card. Mellin. *decis.* 236. *sub
num.* 2. *& ponderauit secunda R. P. D. mei Meltij, §. sed vi-
debatur.*

Nec ad constituendum maiorem istorum reddituum va-
18 lorem † visæ sunt attendendæ attestationes relatæ in *Sum.
Marchionis num.* 7. vbi habetur capitale reddituum non
vacabilium signanter de anno 1637. fuisse ducatorum
centum pro annua responsione ducatorum septem; quan-
doquidem habent expressam relationem ad libros Re-
giæ Cameræ, in quibus semper censentur partitæ de inte-
gris ducatis centum sine vlla diminutione, quamuis vendi-
tiones ex mutuo partium consensu factæ fuerunt cum dimi-
nutione, vt testantur Proxenetæ in fide relata in *Summ.
Barbaræ num.* 4. quæ facta fuit de expresso mandato Ducis
Diani, & Regiæ Cameræ Fiscalis, quibus propterea vti at-
19 testantibus † de re ad ipsorum proprium exercitium spe-
ctante, & actu iam perfecto plena fides est adhibenda, Bart.
in l. 1. *&* 2. *C. de pond. aur. illat. lib.* 10. Ruin. *cons.* 56. *nu.* 15.
lib. 1. Alex. *cons.* 127. *in fin. lib.* 7. Rota coram bo. me. Coc-
cin. *decis.* 415. *num.* 2. & apud Buratt. *dec.* 106. *pariter nu.* 2.
Gratian. *discept.* 514. *num.* 29. Quapropter non partitæ dd.
20 librorum, & de consequenti, † nec minus attestationes per
Marchionem deductæ, sed fides venditionum factarum,
cum diminutione, & Alagio sunt attendendæ, maximè
21 cùm sint adminiculatæ ex dictis Proxenetarum, † & ab
alijs alienationibus contemporaneè factis ab ipsomet Mar-
chione, *c. cum Ecclesiis,* vbi Hostien. *num.* 4. Butr. *num.* 15.
de maiorit. & obed. Rota *dec.* 24. *num. fin. par.* 6. *rec.*

Hinc etiam nihil referre dicebatur, quod Regia Camera
istos redditus ad rationem ducatorum centum pro annua
responsione, & fructu ducatorum septem vendere consue-
uit, quia attendi non debet pretium à Camera taxatum,
22 sed † regulandum est iuxtà consuetum inter priuatos, quod
iustum præsumitur, *l. si cum circumscripta, C. si solut. matrim.*
Bald. *in l. per diuersas num.* 4. *C. mandat.* Cyriac. *d. contr.*
453. *num.* 67. *& seq.* Surd. *dec.* 248. *num.* 7. Giurb. *decis.* 114.
num. 17. Adeout prætendenti se fuisse læsum in pretio, &
23 agenti † ad contractus rescissionem incumbat onus pro-
bandi læsionem vltra dimidiam interuenisse, quod non fuit
à D. Marchione iustificatum, Rolan. *cons.* 92. *num.* 17. *lib.* 2.
cum alijs superius adductis, & per Posth. *de subhast. inspect.*
60. *nu.* 1. & 2. Buratt. *decis.* 538. *num.* 1. Cyriac. *in eisdem con-
trou.* 453. *num.* 74.

Ea autem, quæ reperebantur circa excessiuitatem ex eo
deductam, quod in 2. *dec. sub §. sed dicebatur,* dictum fuit
D. Barbaræ dandum esse mandatum de manutenendo pro
rata ducatorum, † & tamen adiudicatio fuit ducatorum 50. 24
mil. sublata remanent ex responsionibus datis in quarta
decis. coram eodem R. P. D. meo Meltio 24. *Aprilis* 1654.
*emanato §. quo verò ad aliam nullitatem, cum quibus DD.
transierunt.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

P. P. D. MELTIO,

Tiburtina Castri S. Angeli.

Lunæ 14. *Februarij* 1656.

ARGVMENTVM

Datio in solutum, cùm pendeat ab irreuocabilitate rei traditæ, ideòque non potest dici celebratus talis contractus, quando aliquid fructiferum fuit traditum in pignus, quia postquam creditor ex eius fructibus fuit satisfactus de suo credito, potest debitor agere ad restitutionem rei. Plura deducuntur circa pignoris naturam, & retrotractionem.

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum, ex quo pendeat.*

2 *Pignoris, qui non est Dominus, non lucratur fructus, sed illos tantum in sui crediti satisfactionem imputat.*

3 *Pignori repugnat, vt illud possidens, faciat fructus suos.*

4 *Pignoris Dominus potest, quandocumque auocare pignus, soluendo debitum.*

5 *Creditor possidens pignus sui debitoris, fit imputatio fructuum in sortem, ipso iure, & nu.* 6.

7 *Pignoris natura est, vt Dominus pignoris non gaudeat fructibus eius.*

8 *Vsuras promittere, & pacisci de fructibus in sortem non imputandis, paria sunt.*

9 *Pignoris fructus, tunc eo magis imputantur in sortem, quando cum ista dispositione Iuris concurrit quoque partium conuentio.*

10 *Mens contrahentium pro lege seruanda est.*

11 *de Lege, quod venit, ab ipsa lege deuenire dicitur.*
ex Mente venit, quod ex mente sumitur, nu. 12.

12 *Assignans aliquam rem fructiferam ad tempus alicui, qualiter censeatur facta dicta assignatio.*

13 *Clausula,* ad vtendum, & fruendum, *accessoriè posita in datione pignoris, quid importet.*

14 *Pignoris assignatio, nunquam importat proprietatem, non obstantibus quibusuis clausulis, quia intelliguntur secundum naturam contractus.*

15 *Contrarietates, vt euitentur facienda est interpretatio.*

16 *Assignatio pignoris facta per verba, & clausulas aptas ad translationem Dominij, tunc cui fuit facta talis assignatio an dicatur Dominus.*

17 *Clausulæ intelligendæ sunt, secundum naturam subiectæ materiæ.*

18 *Pignoris assignatio fit ad effectum satisfaciendi creditori ex fructibus illius de suo credito.*
Quo satisfacto, redit pignus ad suum dominum, nu. 18.

19 *Pignus, quando transfertur in creditorem, dici potest in eumdem translatum dominium impropriè.*
Dominium improprium, quando dictum in aliquem translatum.

20 *Dominij translatio potest verificari in sola fructuum perceptione, iuxta subiectam materiam.*

21 *Detentor bonorum, largo modo potest dici Dominus, sed secundum subiectam materiam.*

22 *Rem, ille dicitur habere, qui Dominus est, & qui Dominus non est, sed tenet.*

23 *Vsusfructuarius impropriè dicitur habere dominium rei.*

24 *Dominium directum, quando reseruatum fuit, & res translata, intelligitur respectu fructuum.*

25 *Fructuum temporalis assignatio repugnat dationi in solutum.*

26 *Pignori natura, tantum congruit natura pignoris.*

27 *Pignoris contractus, quod partes voluerint, ex quo satis conuincatur.*

28 *Dominij translatio, si fuerit conuentum, quod non censeatur translatum, nisi in certo casu, non dato dicto casu*

domi-

dominium non potest dici translatum, & num. 29. & seq.

30 Pignoris natura qualis sit.

32 Clausula, ex nunc, pront ex tunc, eperatur retrotractionem vsque ab initio contractus.

32 Fructus, quando percipiuntur iure dominij non computantur in sortem.

31 Quod tamen est verum, quando sumus in casu simplicis obligationis, vel in simplici obligatione personali, & in sola hypotheca.

34 Rot. dec. 53. nu. 7. par. 4. diuers. declaratur.

Rot. decis. 174. num. 36. par. 7. recentior. in quo casu loquatur.

35 Retrotractio non admittitur, quando sequatur aliquod absurdum. Veluti in materia dominij scilicet, ne vno eodem tempore duo Domini reperirentur eamdem rem principaliter possidere.

36 Dominus rei, si quis interim sit, & grauetur amissione fructuum, nimis ab æquitate abhorret.

37 Et an in his terminis admittatur retrotractio.

38 Bart. in l. si is, qui pro emptore nu. 47. ff. de vsu capion. quo casu loquatur, & nu. 41.

Paril. cons. 21. nu. 66. 103. & 104. cum seq. lib. 1. declaratur.

39 Retrotractio non admittitur in contractibus conditionalibus.

40 Quod est verum, vbi à principio interuenit traditio vera, & pura, non autem ficta, & conditionalis.

41 Retrotractio non admittitur in contractibus, quando traditio est ficta, vel conditionalis, & quare.

Fructus sequuntur Dominum.

42 Dictio, præterquam, eximit sus exemptum ab ipsa dispositione, illudque remanet penes eum apud quem existebat tempore traditionis.

43 Retrotractio etiam admittitur in contractibus conditionalibus, quando conditio est causalis, seu mixta.

44 Id tamen est verum in retrotractione obligationis personalis, & hypotheca.

45 Vel in retrotractione dominij facta ab initio illius traditione purè, & simpliciter.

Secus autem illius traditione non secuta, ob causam hic expressam.

46 Possidere non possunt duo, eodem tempore eamdem rem, vnus verè, & alter fictè contra omnes iuris regulas.

47 Possidere quando possint duo, vno eodemque tempore eamdem rem, & euitetur tale absurdum.

48 Sed exploditur talis consideratio, & declaratur, num. 49. & 50.

51 Surd. cons. 52. nu. 71. & concl. 372. nu. 28. in quo casu loquatur, & vide nu. 52. & 53.

54 Venditio, quando ab initio non possit dici facta.

55 Venditio pignoris, quando non possit dici purè, vel conditionaliter facta.

56 Assignatio temporalis fructuum, qualiter censeatur facta.

57 Pignoris contractus ab initio celebratus, facit vt quæratur ius creditori, vt valeat se satisfacere de fructibus illius.

58 Retrotractio cessat, quando non potest dari retrotractio extremorum.

59 Text. in leg. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. declaratur, & nu. 60. & 61.

62 Pactum legis commissoria à Iure semper improbatur in pignoribus.

63 Siue illud conceptum fuerit secundum formam legis commissoria, siue secundum aliam illi similem quando est eiusdem rationis.

64 Redditus Castrorum calculari an debeat ad rationem ducatorum de carolenis, & nu. 65. & 66.

65 Pretium aliud est si quæratur ad effectum rescindendi contractum ex capite læsionis.

Et aliud si quæratur, ne creditor videatur fœnerus erga debitorem in contractu pignoris.

66 Et in hoc attendendum quid veniat.

68 Bona in solutum debent dari pro iusto pretio, & hoc sufficit in iustitia pretij in notabili summa, nu. 70.

71 Honded. in cons. 31. nu. 69. lib. 1. in quo casu loquatur, & num. 72.

73 Decis. in causa Mediolanen. Rescissionis coram Blanchette 3. Iunij 1583. quid firmetur, & declaratur.

74 Diminutio valoris rei, vt fiat propter bellum, quid requiratur.

75 Valoris rei diminutio, quando est facienda propter bellum non est arguendum propter vnum tempus ad aliud.

76 Fideicommissum minuit valorem rei, & quando id non sit verum, nu. 77. & 78.

79 Molestia, quæ contingunt post perfectum contractum non attenduntur.

80 Pactum legis commissoria quando multò fortius improbetur.

81 Contractus venditionis, quando ab initio, æquè potest se habere ad lucrum & damnum, non potest argui de iniustitia pretij.

82 Et hoc quantum vis euentus damnosus fuerit.

83 Pactum aliquod, quando ad fauorem alicuius fuit appositum, potest illi renunciare, vel eo non vti.

84 Verisimilia, ea quæ non sunt, non sunt admittenda.

85 Euentualitas tunc sustinet pactum, quando æqualiter se habet ad lucrum, & damnum.

86 Contractus dicitur læsiuus, quando procliuius est damnum, licet vtilitas non sit impossibilis.

87 Verisimilius id, quod est attendi debet.

88 Iuris dispositio non mutatur, ex eo, quod potest euenire contrarium.

89 Pretij iniustitia euitari non potest, ex incommodo, & damno recipiendi minutatim solutiones.

90 ex Solutionis dilatione non potest augeri, vel minui pretium vltra iustitiam.

91 Rem, & pretium non est equum, vt quis retineat.

92 Leg. curabit, C. de action. empt. fauet soli Domino rei venditæ, eiusque hæredibus.

93 Leg. curabit, C. de action. empt. dispositio, non iuuat tertio, siue sit creditor, siue aliam causam à Domino.

94 Priuilegia dotalia ad hæredes mulieris non transeunt.

95 Vidua vt debeantur fructus dotales, est necessaria interpellatio.

96 Fructus dotales, vt vidua debeantur, non est sufficiens interpellatio extraiudicialis, & num. 97. & 98.

99 Obiectum, quando tollitur ex facto, non venit attendendum.

100 Marito, & eius hæredibus solum competit actio pro exactione dotis, nec non eis quibus ad. hæredes cesserunt prædictum ius.

101 Acceptans aliquid, non potest id deinde impugnari ab eo.

102 Instrumentum, quando non est in forma probanti, non habet suam vim.

103 Instrumentum, quando adducitur pro adminiculo ad effectum educendi veritatem voluntatis tradentis, probat, & nu. 104.

105 Quamuis non sit in forma probanti, & sufficit dictum instrumentum à partibus fuisse obseruatum.

106 Assignatio bonorum, quando censeatur facta respectiuè.

107 Verbum, respectiuè, quando intelligendum veniat pro discretiuè.

108 Dictio, respectiuè, operatur vt singula singulis congruè referenda sint.

DECISIO CXXIX.

PActum appositum in Instrumento celebrato de anno 1504. inter Iordanum Vrsinum, & illos de Medicis, quod scilicet Castrum S. Angeli, cuius fructus conuenti in annuis ducatis 480. fuerunt temporaneè assignati Alphonsinæ in satisfactionem sui crediti ducatorum 25000. censeretur in euentum molestiarum eidem Alphonsinæ venditum tanquam in effectu præseferens speciem legis commissoriæ reprobari à iure, & non sustineri resolutum vltimo loco fuit sub 26. Ianuarij 1654. rationibus, & fundamentis latè deductis in decisione tunc emanata, cui non acquiescente Serenis. D. Duce Parmæ, causaque pluries ad ipsius instantiam proposita, ac demum restricta difficultate ad illam inspectionem, an fructus ex dicto Castro percepti antè euentum molestiarum sequutarum de anno 1535. extenuassent sortem; Hodie quo causa super dicta restrictiua reproposita, ac discussa fuit DD. censuerunt extenuasse sortem, & ita standum esse in secundo loco decisis.

Etenim ex lectura d. Instrumenti apparet clarè non fuisse

Alphonsinæ assignatum Castrum, sed omnes fructus d. Ca-
stri vsquequo illa satisfacta tem insisset de suo credito ducat.
2500. Vnde visum fuit non versari in terminis dationis in
1 solutum, † quæ pendet ex irreuocabilitate rei traditæ, ad
tradita per Magil. *de euict. quæst.* 544. *num.* 18. *& seqq.* sed
2 in casu simplicis traditionis † in pignus ad Tex. *in l. Ca-*
ius Seius 39. *ff. de pignor. act.* & consequenter fructus per-
cepti vsque ad diem molestiarum debuerunt de necessitate
extinguere sortem, idque ex clara dispositione iuris commu-
nis, secundùm quam Pignoratatius, vtpote, qui non est Do-
3 minus † pignoris non lucratur fructus, sed illos solummodo
in sui crediti extinctionem imputat, iux. Tex. *in l.* 1. 2. *&* 3.
C. de pignor. act. ibi, *creditor, qui prædium pignori nexum deti-*
nuit, fructus, quos percepit, vel percipere debuit in rationem exo-
nerandi debitum computare necesse habet, cap. cum contra, &
cap. illo vos de pignor. cap. nostram de iur. iuran. cap. 1. *&* 2.
de vsur. quibus iuribus probatur, quod repugnat pignori, vt
4 creditor † recipiens faciat fructus suos, & ita communiter
omnes Lancell. Gall. *cons.* 49. *nu.* 22. *vers. item*, Alex. *cons.* 70.
nu. 7. *vers. nunc est vidend.* Surd. *cons.* 194. *nu.* 10. *vers. cre-*
ditor enim, Natt. *cons.* 535. *num.* 3. *vers.* 1. *quia lib.* 4. Soccin.
Ien. *cons.* 29. *n.* 17. *vers. circa tertium lib.* 3. Castill. *lib.* 3. *quo-*
tid. contr. iur. cap. 23. *num.* 5. *& seq.* & firmauit Rota coram
Comitulo *dec.* 4. *nu.* 4. *&* 5. vbi in specie ponderatur quando
5 prout hic debitor † potest auocare quandocumque soluen-
do debitum coram Buratt. *dec.* 160. *nu.* 11. *vers. nam d. cre-*
ditum dotis in rec. dec. 749. *nu.* 4. *in fin. par.* 3. dictaque impu-
6 tatio, siue compensatio fructuum † in sortem fit ipso iure
absque alia partis petitione, per Text. *in l.* 1. *C. de distract.*
7 *pign.* ibi, *ipso iure*, adeout nec valeat pactum † in contrarium,
vt post alios Bald. *in l. prima nu.* 3. *vers. sed nunc quæro, C. de*
pignorat. act. Negusant. *de pignor. par.* 5. *memb.* 5. *nu.* 3. *vers.*
Quarto amplia. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 2. *nu.* 2.
cum alijs deductis per Modern. Nicien. *de vsur. qu.* 11. *nu.* 1.
cum seq. Modern. *de pignor. lib.* 5. *qu.* 45. *nu.* 13. *&* 14. & ra-
8 tio est, quia paria sunt pacisci de fructibus non imputandis,
& vsuras promittere, vt notant Negusant. *d. par.* 5. *memb.* 5.
n. 10. Surd. *d. cons.* 194. *n.* 14. *vers. & quãuis*, Decian. *cons.* 35.
n. 43. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 8. *n.* 1. Vgolin. *de vsur.*
c. 62. *n.* 1. Gail. *de credit. c.* 4. *n.* 1006. *versic. Ampliat. sexto.*

Facilius dicta conclusio imputationis fructuum in sortem
procedit, dum concurrit cum iuris dispositione etiam ex-
9 pressa † partium conuentio. Quatenus partes voluerunt,
quod Alphonsina fructus Castri valutatos in annuis ducatis
480. perciperet, donec fuisset de suo credito integraliter sa-
tisfacta, sequuta autem satisfactione, vel ex dd. fructibus, vel
mediante actuali solutione residui debiti, quam facultatem
sibi, suisque hæredibus Vrsinus reseruauit, dicta Alphonsina
teneretur Castrum restituere, nec ei liceret amplius se in eo
intromittere. Prout etiam conuentum extitit, quod si ex
bellis, vel alijs impedimentis ea non potuisset fructus perci-
pere pro tempore, huiusmodi impedimentorum non fieret
defalcatio de suo credito, nisi pro rata fructuum actualiter
perceptorum: contextus enim Instrumenti sic litteraliter
concepti absolutè indicat mentem contrahentium eam fuis-
se tradendi Castrum Alphonsinæ ad effectum, vt ex illius
fructibus de suo credito satisfieret, & ita fructus ab ea per-
10 cepti sunt in sortem imputandi, † alias mens contrahentium,
11 quæ pro lege est seruanda cum ex lege veniat, † quod ex
mente sumitur, *l. nominis & rei, §. verbum*, & ibi Alciat. *ff. de*
verb. signific. l. cum mulier la prima, ff. solut. matrim. adim-
pleri non posset, & in terminis temporalis assignationis ali-
12 cuius rei fructiferæ † cum pacto illius reuersionis postquam
creditor fuerit de suo credito satisfactus, benè Surd. *cons.*
243. *nu.* 7. *ad med.* Rota *in rec. dec.* 61. *nu.* 16. *&* 17. *par.* 7.

Neque obstare visum fuit, quod ex dicto Instrumento
assignationis appareat ipsum Castrum datum fuisse ad vten.
& fruen. quia cùm prius fructus d. Castri assignati fuissent
temporaliter, donec ipsa Alphonsina de suo credito satisfie-
13 ret † subsequens clausula ad vten. & fruen. accessoriè adie-
cta intelligitur iuxta naturam contractus pignoris, & ita de
vsu, & exercitio iurisdictionis quam creditor circa vtilita-
tem habet vsque ad sui crediti satisfactionem, non autem
14 quoad † proprietatem, Faber. *in Codic. lib.* 8. *tit.* 6. *de fin.* 11.
Cancer. *par.* 3. *cap.* 13. *num.* 365. & probat Tex. *in l. si is qui*
11. *§. si vsusfructus, ff. de pign.* vbi Fulgos. *nu.* 3. Castr. *num.* 4.
in fin. Gabriel Mudeus *de pignor. tit. quæ res obligentur nu.* 10.
ad med. vers. Creditor vero fol. 309. & hanc ipsam interpreta-
15 tionem in similibus terminis pro euitanda contrarietate am-
plexa alias fuit Rot. *in Romana dotis* 9. *Decembris* 1643. *co-*
ram Reuerendiss. Salamantino, & 14. *Ianuarij* 1650. *coram*
R. P. D. meo Verospio.

Ex eadem ratione corruit repetitum obiectum ex eo de-
ductum, quod dum † assignatio facta fuit per verba, & 16
clausulas aptas inferre translationem dominij, ideò Alphon-
sina tanquam Domina fecerit fructus suos; quia & d. clau-
sulæ sunt intelligendæ, † vt cum subiecta materia conue- 17
niant, scilicet ad effectum satisfaciendi, & post satisfactio-
nem recuperandi bona ad eum finem assignata, & ita de do-
minio † improprio ratione vtilitatis iuxta mentem contra- 18
hentium, de quo dominio loquitur in specie Bald. *in l. pro-*
prietatis nu. 1. *C. de probat.* Alex. *cons.* 129. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 1.
vbi quod saluatur dominij appellatio in sola fructuum † per- 19
ceptione, iuxta subiectam materiam saltem largè, & impro-
priè, Rota coram Merlino *dec.* 191. *nu.* 6. firmans Detento-
rem posse largo modo dici dominum † secundum subie- 20
ctam materiam, ad idem optimus Tex. *in l. stipulatio*
ista 38. *§. hac quoque stipulatio.* Nam & eum habere di-
cimus, † qui rei Dominus est, & eum qui Dominus quidem 21
non est, sed tenet, *ff. de verborum oblig.* & est in iure vsita-
tum, quod etiam vsufructuarius impropriè dicatur † habere 22
dominium, *l.* 4. *ff. de vsufruct.* vbi vsusfructus in multis casi-
bus pars dominij est, *l.* 3. *ff. si vsusfructus petatur*, Castill. *de*
vsufruct. cap. 32. *nu.* 2. *cum sequen. & cap.* 75. *nu.* 42. & firma-
uit Rota *in Romana subhastationis de Alexijs* 15. *Febr.* 1647.
§. circa finem eodem coram R. P. D. meo Cerro, in Romana re-
tentionis domorum 20. *Aprilis* 1654. *coram R. P. D. meo Bi-*
chio confirmata 9. *Iunij* 1655. *coram eodem*, & in puncto, quod 23
facta reseruatione directi dominij prout hic, & translato
omni alio † vtili dominio Castri, & Vassallorum illa transla- 24
tio verificetur in fructibus, quorum respectu consideratur
vtile dominium, firmatum fuit in *dicta Romana dotis* 9. *De-*
cembris 1643. *coram Reuerendissimo Salamantino confirma-*
ta 14. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Tantò autem magis id firmandum venit in proposito ca-
su, † quia vltra temporalem illam fructuum assignationem, 25
quæ certum est, quod repugnat dationi in solutum proprie-
tatis, & congruit † soli naturæ pignoris, vt præter allegat. 26
Tex. *in l. si conuenerit la seconda, & l. final. C. de pignorat.*
act. Moror. *respons.* 66. *num.* 2. Altograd. *cons.* 37. *nu.* 19. *&*
21. *lib.* 1. Negusant. *de pignor. par.* 5. *memb.* 3. *nu.* 1. *&* 5. Na-
tura contractus pignoratitij fortius etiam conuincitur, tum
† ex pacto adiecto, quod durante dicta assignatione Castri, 27
non posset Alphunsina in eo facere Fortalitia, nec Domus ad
vsum *Domini*, sed Domus tantum ad vsum † Ciuium, & In- 28
colarum, quæ vnà cum Castro post satisfactionem reuerti
deberent ad Dominos de Vrsinis absque recuperatione ex-
pensarum; Tum & magis ex alia conuentione, quod pro
maiori cautela in euentum molestiarum ex tunc directum
dominium, ac proprietas Castri in Alphonsinam Creditri-
cem transferretur. Etenim, si directi † dominij translatio 29
fieri non debebat, nisi in casu molestiarum, vtique per neces-
se dicendum venit ante molestias, verum, ac proprium do-
minium fuisse penes dd. de Vrsinis, solumque vtile transla-
tum fuisse in Alphonsinam, ad effectum † se satisfaciendi de 30
fructibus, iuxta naturam pignoris, Surd. *d. cons.* 243. *nu.* 7. *ad*
med. Rota post Modern. *de pignor. dec.* 146. *nu.* 11. *&* 12. *&*
in rec. dec. 261. *nu.* 16. *& seq. par.* 7.

Neque refragatur, quod admisso etiam, vt contractus ab
initio fuerit simplicis traditionis in pignus, nihilominus pu-
rificata deinde conditione † molestiarum anni 1535. sta- 31
tim perfecta fuerit venditio dominij, ac proprietatis, quæ ex
clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, per viam retrotractionis con-
siderari debeat, perinde ac si ipsomet die primordialis assi-
gnationis anni 1504. facta fuisset, & consequenter fructus
medio † tempore percepti non computentur in sortem, tan- 32
quam percepti iure dominij. Quia quicquid sit quando
versamur in simplici obligatione † personali, & in sola 33
hypotheca, in quibus terminis loquitur Rota in decisioni-
bus pro parte Sereniss. Domini Ducis Parmæ *alleg. nempè*
dec. 539. *num.* 6. *par.* 4. † *& decis.* 174. *num.* 36. *par.* 6. *recent.* 34
Respectu dominij dicta retrotractio non admittitur, ne
vno, eodemque tempore reperiantur duo Domini in so-
lidum, † vnus verè, & alter fictè, vt præter adductos in 35
decisione vltima hodie confirmata, probant etiam Cutell.
de donat. contempl. matrimon. tract. 1. *discurs. par.* 6. *nu.* 20.
vers. quia hæc non procedunt. Negusant. *de pignor. par.* 2.
memb. 2. *num.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 46. *num.* 7. *&* 8.
& in terminis acquisitionis fructuum tenuit Marcabrun.
cons. 105. *num.* 18. Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 19. *num.* 19.
& fir-

& firmauit etiam Rota in recentior. decis. 174. nu. 31. par. 6.
& in Romana de Mazatestis 22. Iunij 1626. coram Coccino,
quas refert, & sequitur Modern. Foroliuien. de pignoribus
lib. 4. quæst. 22. nu. 59. & 60. vbi conciliando contrarias opi-
niones firmat, quod esto fieri possit retrotractio ad alios
effectus, non posset tamen illam admitti pro acquisitione
36 fructuum in præiudicium Domini cum æquitati † nimis
repugnet, vt qui interim fuit Dominus grauetur amissio-
ne fructuum, & in puncto clausulæ ex nunc, prout ex tunc
in contractu pignoris plures allegat Modern. Nicien. de
vsur. quæst. 70. num. 18. & vltra eos, idemque non obstante
37 dicta † clausula ad excluden. retrotractionem firmarunt
Menoch. cons. 946. nu. 34. & 35. & d. Modern. Foroliuien.
d. qu. 22. num. 62. & 63. Papon. lib. 11. tit. 3. art. 2. Giffat. in
l. fin. C. de pact. pignor. colum. 14. vers. 6. excepto fol. 402. in
paruis, & Vgo Donellus in eadem lege num. 6. & rationes la-
tè adduct. Faber de err. prag. decad. 21. err. 4.

Neque vilius releuantiæ vilæ fuerunt doctrinæ in contra-
38 rium allegatæ, & præsertim † Bart. in l. si is, qui pro em-
ptore, num. 47. versic. Quoad dominium, ff. de vsucapio-
nibus, Parisius consil. 21. nu. 66. & 103. cum sequen. lib. 1. fir-
39 mantes † in contractibus conditionalibus dari etiam posse
retrotractionem dominij. Quia conclusio vera est, vbi à
40 principio interuenit traditio vera, & pura, † non autem
quando ficta, vel conditionalis, nam tunc ex quo dominium
ante purificatam conditionem remanet penes Alienantem,
41 interim † fructus sequuntur Dominum, & ad eum spectant,
ad quem pertinet dominium, glos. in l. seruitutes verbo ipso
quidem vers. tu dicas, & ibi etiam Castren. num. 3. ff. de ser-
uit. Gratian. discept. forens. cap. 328. num. 30. Altograd. cons.
13. num. 36. vers. videlicet cum quatuor sequentibus lib. 1. In
proposito autem casu tempore contractus assignationis non
solum non præcessit, sed imò Vrsinus assignans dominium,
& proprietatem ante molestias sibi explicitè reseruauit ibi:
Dedit, cessit, &c. nihil penitus sibi reseruando præterquam
Ius proprietatis, & directi dominij &c. ponderando di-
42 ctionem illam † præterquam, quæ eximit illud Ius ab ipsa
dispositione, illudque relinquit penes eum apud quem exi-
stebat tempore traditionis, l. Prætor ait in principio, ff. ne
quid in loco publico, Rota in Bononien. Hæreditatis de Be-
roaldis 10. Martij 1597. coram Litta, & in Romana seu Fo-
roliuien. de Theodolis 1602. coram Penia, relatis per Modern.
Lusitan. dec. 281. nu. 1. & 2.

Hinc resultat responsio ad id, quod dicebatur, vt etiam in
43 dispositione conditionali quando conditio est casualis, seu
mixta admittatur retrotractio, vt in dec. 537. nu. 6. & 7. p. 4.
rec. & in Romana residui dotis 8. Iunij 1654 coram me; quia
44 conclusio locum sibi vindicat, vel in † retrotractione obliga-
tionis personalis, & hypothecæ, in quibus terminis loquun-
tur dd. decisiones, vel in retrotractione dominij facta ab ini-
45 tio illius traditione purè, † & simpliciter; secus autem huius-
modi traditione non secuta, nam tunc semper intrat absur-
dum in d. vltima decisione huius causæ consideratum, quod
46 eodemmet † tempore duo essent Domini eiusdemmet rei,
vnus, nempè verè, & alter fictè contra omnes iuris regulas,
vt respondent Marcabrun. cons. 31. num. 18. & Altograd. d.
cons. 13. nu. 36. cum seq.

Neque ad euitandum huiusmodi absurdũ quicquam agit
noua illa interpretatio data ab Informantibus pro parte Se-
renissimi Domini Ducis Parmæ, quod scilicet ab initio duo
47 æquè principaliter initi fuerunt contractus, nempè dationis
in solutum fructuum casu, quo non euenissent molestiæ, &
venditionis Castri in euentum molestiarum vterque expe-
48 ctans declarationem à futuro euentu; secuta † autem decla-
ratione per aduentum molestiarum, quod contractus fuerit
venditionis, non sit opus pro acquisitione fructuum aliqua
retrotractione, cum tali casu fructus medio tempore perce-
49 pti censeantur ab initio debiti iure dominij præexistente ab
initio titulo emptionis. Domini enim pro responsione ani-
maduertebant, quod quicquid sit vbi à principio absque alte-
50 rius contractus consideratione † facta fuit venditio, vel da-
tio in solutum, sub aliqua quidem conditione extitura, sed
cum traditione rei, & actuali translatione dominij. In qui-
bus terminis loquitur Surdus cons. 52. num. 71. & cons. 372.
51 nu. 15. in proposito † casu, quo non fuit à principio transla-
tum, sed imò ab Vrsino reseruatum dominium, & ante ven-
ditionem conditionaliter factam præcessit alius contractus
pignoris purus, & duraturus vsque ad euentum conditionis
implendæ per molestias inferendas, obiecta interpretatio lo-
cum habere non potest. Ratio differentiæ est, quia primo

casu stante traditione rei, † & translatione dominij dicitur à 52
principio facta venditio expectans tantum effectum, & con-
firmationem à futuro euentu implendæ conditionis, vt de-
clarat Siluanus cons. 102. nu. 39. & 40. & idem sentit Surdus
d. cons. 372. nu. 16. vers. secundo, vbi dicit, quod sequuta tra-
ditio coloratur à titulo: qui separatur, licet de præsenti non
adsit. In secundò autem casu ex quo non fuit ab initio con- 53
tracta venditio cum translatione dominij, sed facta tempo-
ralis assignatio fructuum, licet illa resolubilis in euentum
molestiarum, & conuertibilis in contractum † venditionis, 54
tamen inde non sequitur, vt venditio ab initio facta dici pos-
sit: implicasset enim manifestam contradictionem talis con-
uentio, si dum agebatur de assignatione in pignus venditio
eiusdem pignoris purè, † vel conditionaliter facta intellige- 55
retur ad Tex. in l. final. in princip. C. de contrahen. emption.
& dum vterque contractus non poterat esse sub dispositione
meritò in vltima decisione, quæ reuidetur sub §. neque dicta
firmatum † fuit contractum in sui origine fuisse pignoris 56
iuxta naturam temporalis assignationis fructuum, casuali-
ter verò venditionem à die tamen purificatæ conditionis ab-
sque vlla retrotractione, cùm per talem contractum pigno-
ris ab † initio celebratum quæsitum fuerit ius debitori im- 57
putandi fructus in sortem, quæ imputatio fructuum medij
temporis impedit coniunctionem † extremorum; sine qui- 58
bus dicta retrotractio fieri non potest, Parisius cons. 11. n. 29.
lib. 1. Curt. Iun. cons. 67. nu. 5. in fine, Altograd. d. cons. 13.
nu. 25. cum seq.

Hinc patet etiam non aduersari à Tex. in l. donationes,
quas parentes, † C. de donation. inter vir. & vxor. super quo 59
scribentes pro Serenissimo Duce Parmæ valdè insistebant.
Quia ibi permissa fuit acquisitio fructuum interim percepto-
rum, eo quia etiam † dominium à principio translatum fue- 60
rat in Donatarium, licet translatio illa aliquo tempore oc-
cultata fuisset, vt benè Cutel. de donat. contemplat. matri-
mon. tract. 1. discurs. 3. par. 6. ex num. 23. Fachin. contr.
iur. lib. 2. cap. 73. vers. cæterum contrariam sententiam,
vbi respondet argumentis illorum, qui contrariam sequun-
tur opinionem.

Firmato ex prædictis, quod fructus percepti antè aduen-
tum molestiarum extenuauerint sortem, consequens est, vt
residuum debiti, † quod remanebat tempore purificatę con- 61
ditionis molestiarum, non posset deseruire pro iusto pretio
Castri, † & ità intraret pactum legis commissoriæ à iure 62
semper improbatum in pignoribus, siue illud conceptum
fuerit secundùm formulam legis commissoriæ, † siue secun- 63
dùm aliam illi similem, quando est eiusdem rationis, vt de-
clarat Tex. in l. 1. & ibi Bartol. Bald. & alij, C. de pact. pignor.
Couarr. variarum resolut. lib. 3. cap. 2. n. 7. vers. & præterea,
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 11. num. 12. & fuit
latiùs deductum in vltima decisione.

Iniustitia pretij ex eo deducitur, quia admisso etiam, quod
prout scribentes pro Serenissimo Domino Duce Parmę prę-
tendunt molestiæ illatæ fuissent non de anno 1538. sed de
anno 1535 quodque † redditus Castri, & ipsi calculari de- 64
beant ad rationem ducatorum de carolenis adhuc tantum
pretium non videtur iustum, attento etiam tempore earum-
dem molestiarum: creditum enim Alphonsinæ ducatorum
viginitiquinque millium de carolenis redact. † ad monetam 65
currentem Iuliorum decem pro scuto, non est scut. 21000.
prout in decis. per errorem calculi suppositum fuit, sed tan-
tum scut. 18750. & ex his si detrahantur fructus percepti vs-
que ad ann. 1635. constituentes summam scut. 11160. credi-
tum d. Alphonsinæ tempore molestiarum reducitur tantum-
modò ad scutor. 7590. valor autem Castri valutati de tem-
pore molestiarum ad rationem trium, † prout ità valutan- 66
dum esse Domini censuerunt iuxta ęstimationem alias in si-
milibus terminis factam in vna Mediolanen. rescissionis con-
tractus 20. Maij 1653. coram Blanchetto erat scutor. 12000.
& ita excedebat creditum Alphonsinæ in scut. 4500. circiter,
quod sufficit pro inualiditate pacti de quo agitur: † quia non 67
quæritur de pretio ad effectum rescindendi contractum ex
capite læsionis, quo casu læsio vltrà dimidiam requiritur,
Rota coram Caualerio dec. 187. num. 2. sed ad euitandum,
ne creditor nimis seuerè, & asperè se gerat ergà debitorem
in contractu pignoris illum cogendo, vt in aliquem euentum
rem pignoratitiam det in solutum pro pretio minus iusto, &
ita † sufficit iniustitia pretij in notabili summa, Anton. Pe- 69
rez in l. fin. C. de pignor. act. nu. 7. vers. quamuis igitur, Cald.
in l. si Curatorem, C. de in integr. restit. verb. sua facilita-
te num. 103. col. 2. versic. quod procedit. Imò sufficit, quod

 sit

70 sit possibile † pretium esse iniustum, vt benè Modern. Fo-
roliuien. *lib.4. quæst.123. nu.7. & 8. §. 41,* Modern. Nicien.
de vsur. qu.72. nu.57. & seq. cumulat. concord.

Neque in contrarium facit *cons.* Honded. 31. *nu.69. lib.1.*
71 quia † non loquitur in his terminis, sed in terminis datio-
nis in solutum non constituto pignore, † sed solum in ca-
su moræ faciendæ, secus autem quando est constitutum pi-
gnus, vt rectè eum declarant Moder. Foroliuien. *dict. lib.4.
qu.123. nu. 48. & seq.*

Sic neque aduersatur, quòd in d. *Mediolanen. rescissionis
contractus coram Blanchetto sub die 3. Iunij* 1583. firmatum
73 fuit, † quod concurrentibus circumstantijs bona iurisdi-
ctionalia taxari debeant ad rationem quinque, quia cir-
cumstantiæ in d. *dec.* ponderatæ huic casui non applicantur;
Non enim potest vis fieri in diminutione valoris ex causa
Belli, nam Bellum quod superuenisse prætenditur in Agro
74 Romano de anno 1527. † non concludit diminutionem de
anno 1535. Eoque minus dum non probatur, quod signan-
ter in Territorio huius Castri exercitus hostiles permanse-
75 rint, & sæua ibi exercuerint bona, † fructusque deuastan-
do, vt ponderauit Rota *dec. 65. num. 7. cum seq. & decis.78.
num.1. & 2. par.2. diuers.* Rim. iun. *consil. 5. nu.128. & seqq.*
Menoch. *consil.817. num.38. & seq.* Gratian. *discept. forens.
cap. 45. numer. 11. & 12.* Rota *in Assisien. oblationum 4.
Maij 1652. vers. non obstat coram R. P. D. meo Alber-
gato.*

Minusque potest prætendi diminutio valoris Castri pro-
76 pter † fideicommissum, cui illud subiectum fuisse præten-
ditur; Quia cùm fuerit a debitore promissa euictio Castri,
& liberatio à molestijs esto, quod tale onus subsisteret, non
77 minuisset † rei valorem, Bald. *in l. ex prædijs nu. 2. C. de euict.*
78 Osaschi *decis. 24. num. 13.* & in terminis † iustitiæ pretij
ponderat Valasc. *cons. 43. num. 5.* Seraph. *decis. 321. nu. 10.*
Rota apud Modern. Pisaur. *de subhast. decis. 15. num. 2.* &
fuit dictum in *Romana Lasonis* 12. *Iunij* 1654. *coram R. P.
D. meo Bichio, §. pratensio fideicommissi.*

Tantò autem magis visum fuit improbandum huiusmodi
pactum ea animaduersione, quod molestiæ contingere po-
79 tuissent † in limine completæ satisfactionis, quo casu cer-
tum est, quod de iniustitia pretij dubitari non posset, &
80 hoc sufficit, † vt pactum legis commissoriæ exindè fortiùs
improbetur iuxta doctrinam Bartol. *in l. inter stipulantem,
§. Sacram. num.7. ff. de verb. oblig.* Guidop. *cons.* 1. Lancell.
Gall. *cons. 49. num.* 20. cum alijs in vltima decisione allega-
tis, *§. non enim subsistit,* quibus additur Rot. *in rec. dec. 730.
num.8. par. 3. rec.*

Dicere neque valet, quod molestiæ potuissent euenire
etiam ipso initio contractus assignationis, quo casu Al-
81 phonsina † debuisset recipere Castrum valoris longè infe-
rioris; & ità cum contractus à principio æquè potuerit se
habere ad lucrum, & damnum, ideò non possit exinde ar-
82 gui † iniustitia pretij, quamuis euentus damnosus fuerit
ad Text. *in l. si ea lege C. de vsur. & l. de fideicommisso C. de
transact.* Quia cùm pactum huiusmodi fuisset appositum
83 fauore Alphonsinæ † creditricis, potuisset ipsa dicto pacto
renunciare, vel eo non vti, ad trad. per Couar. *in cap. quam-
uis pactum par. 2. §. 2. num. 6. de pact. in 6.* Rota coram Cre-
scentio *dec.4. num. 3. de priuileg. & dec. 91. nu.28. par.6. rec.*
idque faciliùs eum verisimile sit, quod tunc temporis reso-
84 lutionem contractus † Alphonsina non acceptasset, & ita
pactum huiusmodi numquam debitori lucrosum esse pote-
rat, quia si molestiæ minùs congruo tempore contigissent
85 Alphonsina pacto non adstringebatur. Euentualitas † au-
tem tunc sustinet pactum, quando æqualiter se habet ad lu-
86 crum, & ad damnum; At vbi † procliuius est damnum, con-
tractus læsiuus dicitur, licet vtilitas non esset impossibilis, vt
87 magistraliter docuit Bal. *in l. illud quidem nu. 1.* † *de rer. di-
uis. & cons.390. nu. 3. lib. 2.* vbi quod inspicitur id, quod ve-
88 risimilius est, nec ex eo, † quod aliquando eueniat contra-
rium mutatur iuris dispositio, benè Dec. *consil. 11. num. 5.
vers. sed illud arbitratur lib. 1.* vbi quod conuentio dicitur
perniciosa, si verisimiliter sit futura, talis licet sit etiam pos-
sibilis contrarius euentus, Alex. *cons.100. nu.13. lib. 4.* Rota
dec.365. num.2. par.4. diuers.

Neque pro euitanda d. pretij iniustitia potest vis aliqua
89 fieri † in incommodo, & damno quod Alphonsina sentie-
bat recipiendo minuatim solutionem, quam volens vnica
vice, ac statim recipere poterat. Quia ex dilata solutione
90 non † potest pretium augeri, vel minui vltrà iustitiam, Tex.
est in cap. consuluit de vsuris, & tradunt Lap. *in comment.
ment. de vsur. in cap. nauigant. §. 5. numer. 116.* Azor.
instit. moral. par. 3. lib. 8. vers. vis igitur est.

Minùs iniustitia pretij tollitur ex prætensione, quod Cre-
ditum † Alphonsinæ esset fructiferum, vel ex æquitate, *leg.* 91
curabit, C. de act. empt. vel saltem tanquam dotale, & ità
fructus medij temporis ex Castro percepti sint cum dictis
fructibus compensandi.

Respectu enim dispositionis d. legis curabit, illa applicari
non potest, quia, vt in vltima decisione responsum fuit æqui-
tas dictæ legis fauet soli Domino † rei venditæ, eiusque hæ- 92
redibus, qualis non erat Alphonsina, non autem Tertio siue
Creditor sit, siue aliam causam habeat à Domino, † vt dixit 93
Rota *in Romana fructuum Census 16. Nouembr.1648. coram
R. P. D. meo Verospio confirmata 1. Februar.1649. coram eo-
dem, §. neque suffragatur.*

Respectu verò crediti Dotalis, nec illud officit, nam in
quantum attinet ad ducat. 9000. Dotales Catherinæ matris
prædefunctæ † nulli debebantur fructus Alphonsinæ filiæ, 94
& hæredi, vt tradunt communiter Doctores, & signanter
Bartol. *in l. & qui natura, §. vsuras in fin. ff. solut. matrim.*
Bald. *in rubr. C. de vsur. vers. quarto quæro, & in l. finali, §.
præterea nu.10. C. de iur. dot.* & etiam Canonistæ *in cap. sa-
lubriter de vsur.* & in specie Innoc. *nu.1.* Hostien. *nu.5.* quo-
rum opinionem secuta fuit etiam Rota cor. Caual. *dec.292.
nu.1. dec.38. nu.1. par.5. rec. dec.607. nu. 13. & seq. par. 8. in
Romana Crediti dotalis 13. Martij 1645. coram R.P.D. meo
Verospio, & in d. Romana fructuum Census 16. Nouembris
1648. coram eodem.*

Quo verò ad ducat. 16000. dotis, & antefati ipsius Al-
phonsinæ tunc viduæ, nec minus fructus debebantur, † quia 95
ad hunc effectum interpellatio requirebatur, etiam si con-
tra hæredes promissoris præsertim transuersalis, vt latè pro-
bant Ias. *in l. quod te, nu.35.* & ibid. Rip. *nu.59. ff. si cert. pet.*
Menoch. *cons.641. nu.21.* Peregr. *cons.88. n.11.* cum alijs in
vltima decisione allegatis, quibus addunt Turret. *consil. 43.
nu.13. & infrà lib.3.* Ruin. *cons.221. n.30. & 40. lib. 1.* Rota
in recent. dec.182. nu.3. par.4. tom.2. & post Fenzon. *ad sta-
tut. Vrbis dec.86. §. quia pluribus;* Adeòut nec sufficiat inter-
pellatio extraiudicialis, † vt post Turret. firmat Aldoin. *cons.* 96
82. sub nu.10. cum deductis per Surd. *dec.341. n.1. & sequen.*
& dum apparet partes expressè sensisse de † extinguenda 97
sorte per assignationem fructuum Castri frustrà de fructi-
bus dotis hic opponitur ex adductis in præterita decisione,
§. si nec qualitas in fine.

Neque obstat, quod creditum Alphonsinæ esset tantum
ducat. 9000. ex causa dotis maternæ, reliqui verò ducatis
16000. vnà cum alijs creditis ingentem summam constituē-
tibus spectarent ad DD. de Medicis, ex quo deindè infere-
batur, † & eum d. creditum Alphonsinæ fuisset satisfactum 98
vsque de anno 1522. casus venditionis Castri ex causa mo-
lestiarum purificatus fuerit fauore dd. de Medicis, quorum
gratia, & vtilitate d. pactum venditionis stipulatum quo-
que fuisse prætenditur, & cum creditum dd. de Medicis es-
set summæ longè excedentis valorem Castri, ideò non pos-
sit contrà ipsos opponi de iniustitia pretij.

Obiectum enim huiusmodi ex facto corruit, siquidem
creditum † Alphonsinæ verè est ducat. 25000. prout in deci- 96
sionibus hucusque extensis semper firmatum fuit, & proba-
tur, ex eo quod 9000. sunt ex causa dotis maternæ, reliqui
verò ducati 16000. sunt proprij pro dote, & antefato, & li-
cet in Instrumento assignationis appareant descripti huius
summæ creditores hæredes Petri de Medicis, id non euenit,
quia reuera ad Alphonsinam non spectaret huiusmodi cre-
ditum, sed quia cum prouenirет ex causa dotis, & antefati,
quæ quidem spectabant ad Alphonsinam, sed debebantur
hæredibus Petri eius viri isti agere debebant pro exactione
d. dotis, & antefati, nec Alphonsinæ actio competebat, nisi
quatenus prius † à dd. hæredibus iurium cessionem repor- 100
tasset, *l. si socer. §. Lucius, ff. solut. matr. l. si extraneus,
ff. de iur. dot.* Vincent. de Franc. *dec. 33. num. 1. & 7. &
per tot.*

Et hanc ipsam interpretationem comprobat euidenter
ratificatio præcedentis assignationis factæ ab Alphonsina
† 15. Maij 1504. in qua explicitè acceptauit assignationem 101
fructuum dicti Castri tam pro dote propria, & antefato
dictam summam ducat. 25000. constituen.

Frustrà etiam obijcitur, quod Instrumentum dictæ rati-
ficationis † non sit in forma probanti, quia non deduci- 102
tur ad effectum illud exequendi, sed solum pro adminiculo
ad effectum eruendi veritatem voluntatis tradentis, &
reci-

103 recipientium, † & sufficit dictum Instrumentum fuisse à
104 partibus obseruatum, vt, & Sereniss. D. Dua Parmæ, † qui
venit ex persona Alphonsinæ teneatur illi stare, Gabr.
de regul. iur. concl. 11. *per tot.* Surdus *cons.* 73. *n.* 34. Buratt. *dec.*
275. *n.* 12. & ibi Adden. *litt. A. plures allegans concordantes,*
& dec. 326. *n.* 3.

Denique non officit, quod fructus dicti Castri fuerint
105 etiam † assignati Dominis de Medicis pro eorum credito
post completam satisfactionem Alphonsinæ, vndè prætendatur,
quod pro institia pretij, sit combinandum
vtrumque creditum, quia dicta assignatio apparet facta
106 discretiuè, † scilicet fructuum Castri S. Angeli Alphonsinæ,
fructnum verò Cæsani vnà cum Ferraria Castri Galeriæ
illis de Medicis, & ita subsequens pactum, quod in
107 euentum molestiarum, censeatur facta venditio ipsis † creditoribus
Respectiuè, intelligendum est discretiuè singula
singulis congruè referendo, vt nempè illatis molestijs Alphonsinæ,
censeatur illi venditum Castrum Sancti Angeli
108 pro restanti quantitate sui crediti, Medicis verò † Castrum
Cæsani, & Galeriæ pro remanenti suo credito, si illis pariter
illatæ fuissent molestiæ, Aymon. *cons.* 98. *numer.* 11.
Rota *in rec. dec.* 117. *num.* 3. *par.* 5. *& in puncto dictionis,*
Respectiuè, Grat. *discept. forens. cap.* 627. *num.* 36. Rota
coram Caual. *dec.* 581. *num.* 3. coram san. mem. Gregor.
XV. *dec.* 297. *num.* 9. *in rec. dec.* 182. *num.* 2. *par.* 6. *dec.*
410. *à num.* 15. *par.* 8. *& dec.* 232. *num.* 28. post Zacch. *de*
obligat. Camer.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Primogenituræ.

Luna 14. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Partes, si fecerint aliquam transactionem, seu concordiam, & sic à lite recedendo, dato, quod concorditer redierint ad Iudicem coram quo litigabant, censentur recedisse à dicta concordia, itaque vna pars tantùm, non poterit impetrare eius confirmationem validè à Papa, & alia, de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Partes, si non habuissent concordiam pro completa, non quærerent illius resolutionem.*
2 *Transactio, non potest dici habuisse suum effectum, quando partes semper litigarunt.*
3 *Compromissum habet vim transactionis.*
4 *à Transactione censetur recessum, si vtraque pars redeunt ad Iudicem coram quo litigarunt.*
5 *à Transactione licitè potest recedi stante consensu vtriusque partis.*
6 *à Transactione potest recedi, etiam stante tacito consensu vtriusque partis.*
7 *à Concordia, quando vtraque pars discessit, posteà non potest vna pars ad concordiam redire sine consensu alterius.*
Et sic non valet supplicare Papam pro illius confirmatione, num. 7.
8 *Partes, quando communiter à concordia recesserunt, & vna pars obtinuit à Papa confirmationem illius dicitur nulla.*
Et hoc ex defectu materia praexistentis confirmabilis.
9 *Retractioni quando non sit locus.*
10 *Retractioni non datur locus, quando tractatur de auferendo ius quæsitum tertio.*
11 *Papa aliquid confirmando non præsumitur voluisse præiudicare iuri tertio quæsito.*
12 *Veritas, & qualitas facti, quando non fuit narrata Papæ, tunc multò magis confirmando aliquid censetur noluisse tertio præiudicare.*
13 *Beneplacitum Apostolicum, quando fuit per partes reseruatum in aliqua concordia, cum clausula,* Non alias aliter, vel alio modo, &c. *quid operetur, & num.* 14. *&* 15.
16 *Beneplacitum Apostolicum, quando pro forma in aliquo contractu requiratur, & num.* 17. *&* 20.
18 *Clausula,* Non alias aliter, &c. *cadens sub duplici determinatiuè copulatiuè posita.*
21 *Contrahentium mens qualis fuerit benè colligitur ex tota serie facti.*
22 *Obseruantia ponit dubia in claris.*
23 *Obseruantia, quæ oritur ex non facto, non minus quàm ex facto operatur.*
24 *Obseruantia declarat mentem contrahentium vsque ab initio.*

DECISIO CXXX.

Diuisa semel, atque iterùm Dominorum suffragia ob superuenientiam Barbaræ, & Lauræ Coccapanæ super articulo purificationis controuersæ Primogenituræ prætensæ à Domino Ioanne Cellesio, dederunt causam transactioni de anno 1653. inter eumdem Ioannem, & Dominos de Montecuccolis à Laura ius d. deriuantes initæ, in qua hic illis Palatium situm Bononiæ, illi huic bona Castelletri, & alia cesserunt cum pacto, quod intrà terminum octo mensium tenerentur desuper impetrare beneplacitum Apostolicum.

Impetratum tamen in dicto termino, & longè maiori non fuit, vndè sequuta postmodum morte prædictæ Barbaræ, & Lauræ, quæ tanquam proximiores turbabant Cellesij petitionem, reassumpsit Cellesius disputationem super eodem bis proposito, & indiuiso pendente dubio purificationis, & fauorabilem resolutionem reportauit sub die 1. Iulij anni 1654. quæ ad instantiam ipsorum de Montecuccolis ad trutinam euocata confirmata fuit, ipsis quoque informantibus sub die 25. Iunij proximè præteriti, & successiuè Cellesius petijt sibi immissionem in bonis Primogenituræ concedi per diffinitiuam sententiam, quam Aduersariorum Procurator protestatus iudicialiter fuit ferri non posse ex eo, quod hactenus disputatum fuerat de sola purificatione fideicommissi, non autem de immissione cui obiecit, tum defectum probationis identitatis bonorum, tum detractiones suis personalibus competentes, & quatenus sententia ferretur, ab ea appellauit.

Hinc Rota mandauit mihi, vt quatenus clara esset identitas, ac turbidæ detractiones causam expeditem parcendo partium expensis in superflua particularis dubij positione faciendis. Audiui ideò pluries vtramque partem in contradictorio, & quoniam multa à Dominis Montecuccolis afferebantur contrà identitatem, ac pro detractionibus, volui, vt par erat consulere desuper Dominos, qui vtraque parte per memorialia, & oretenus informantes rescripserunt, quod per speciale dubium disputaretur, an D. Cellesio esset danda immissio, quod proptereà subscripsi de mense Octobris proximi præteriti, dumque imminebat illius propositio Aduersarij præteauere semper varias dilationes donec.

Posthæc omnia die 25. Ianuarij mox lapsi obtinuerunt beneplacitum Apostolicum super memorata initio concordia, eoque in actis producto, non de immissione, vt priùs institerant, sed de obstantia concordiæ disceptandum asseruerunt, vt proindè suspensa disputatione dubij circa immissionem aliud ediderim, An obstet concordia, quod hodie acerrimè hinc indè informantibus resolutum fuit negatiuè.

Narrata enim series facti, nempè longè post terminum Montecuccolis obtinendo beneplacito in concordia præfixum, reassumptio antiquæ disputationis illius geminata prosecutio vtrinque informantibus instantia Cellesij pro expeditione causæ Aduersariorum præuentiua appellatio à sententia ferenda, nisi prius cognosceretur particulariter de identitate, ac detractionibus contradictoria coram
me habita super vtroque subscriptio, tandem ad instan-
tiam DD. de Montecuccolis dubij super immissione, † de- 1
monstrant habuisse partes concordiam pro resoluta, vel
ab illa recedere voluisse, Castr. *cons.* 70. *num.* 8. *vers. & si*
ita lib. 1. Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 8. *sub num.* 9. *vers. &*
quidem, Aym. *cons.* 949. *num.* 16. Cocc. *dec.* 204. *num.* 6. præ-
sertim, quia nunquam de concordia fuit à Montecuccolis
† oppositum, vt benè in terminis transactionis pondera- 2
uit Rota apud Cardin. Mellinum *dec.* 396. *in fin.* Monter.
dec. Aragon. 12. *num.* 56. & in simili dicimus, quod è com-
promisso † habente vim transactionis, Menoch. *cons.* 618. 3
num.

num. 7. conf. 887. *num.* 2. Burfatt. *conf.* 207. *num.* 15. ceo-
4 fetur receffum fi ambæ partes redeant ad Iudicem, † à
quolitigatores, *ibiq. gloff.* 1. *ff. recept. arbitr.* Io. Baptifta à S.
Blafio *de arbitr. par.* 2. *quæft.* 51. *num.* 2. Blanc. *de comprom.*
7. *quæft. princip. num.* 10. *&* 11. Lancell. *de atten. par.* 2. *cap.*
15. *num.* 11.

Nec dubitari puteft, quin potuerit motuo confeofu
5 refultante † à reditu ad Indicem recedi à tranfactione
fpontè inita, *leg. fi diuerfa C. de tranfact. l. nihil tam na-
turale, ff. de regul. iur.* Caftr. *d. conf.* 70. *fub num.* 8. *verf. nec
6 eft verum*, vbi quod fufficit confenfus † racitus vtriufque
partis *lib.* 1. Mant. *de tacit. d. tit.* 8. *num.* 1. Adeò quod
Montecuccolis licitum pufteà non fuerit reuerti ad con-
cordiam, & infcio, ac inuito Cellefio eius quoque nomi-
7 ne † fupplicare Papæ pro illius confirmatione, Cæph.
conf. 118. *fub num.* 12. Afflict. *dec.* 286. *num.* 1. *&* 3. Ant.
Capic. *dec.* 115. *num.* 4. quæ proindè nullius momenti eft
8 ex defectu fubiecti, † & præexiftentis materiæ confirma-
bilis, vt ferè in puncto Ceph. *dict. conf.* 118. *num.* 21. à Poote
conf. 5. *num.* 49. *& feqq.* Afflict. *dec.* 335. *num.* 12. *& in tit.
de Vaffal. qui controu. Conft. Loth. Imper. feud. alienar. cap.* 1.
num. 33. Anton. Capic. *dec.* 100. *num.* 5. Capic. Latr. *dec.* 19.
num. 2. *&* 3. feclufa retrotractione ad tempus contractus,
9 quam impedit medium impertinens receffus † ab illo, Me-
noch. *conf.* 946. *num.* 34. *&* 35. Coft. *de retrotract. cap.* 7.
num. 3. *&* 4. Mooter. *dec. Aragon.* 50. *num.* 22. & præiu-
10 dicium Iuris exindè Cellefio † quæfiti, Decian. *conf.* 147.
num. 3. Hond. *conf.* 18. *num.* 66. *& feq. lib.* 2. Tiraq. *de
Conft. ampliat.* 17. *num.* 4. Buratt. *dec.* 952. *num.* 6. co,
11 nec Papa confirmando † cenfetur voluiffe præiudicare
l. nec vnus C. emancipat. liber. Cæf. de Graff. *dec.* 6. *n.* 14. *de
cauf. poffeff. & propr.* & magis in terminis Afflict. *d. dec.* 286.
n. 3. *dec.* 335. *fub n.* 12. *verf. item quoniam.*

12 Eò minus, quia Papæ † id narratum non fuit, & re-
folutio concordiæ prouenit etiam ex ventre ipfius, vide-
licet ex referuatione beneplaciti Apoftolici à Montecoc-
colis impetrandi infrà octo menfes, quibus lapfis licuit
13 Cellefio à concordia recedere, † quia beneplacitum fuit
referuatum cum claufula, *Non alias aliter, nec alio modo*,
14 quæ etfi beneplacito opus non effet, † illius neceffitatem
inducit, & includit pactum refolutiuum in cafum non ob-
tenti beneplaciti infrà terminum præfixum, Ceph. *d. conf.*
15 118. *num.* 9. *& feq. vbi fignanter num.* 17. ait, † non re-
quiri interpellationem, Rota coram Card. Mellino *decif.*
137. *num.* 12. coram fan. mem. Gregor. XV. *dec.* 192.
num. 1. *& feqq.* coram Buratt. *dec.* 374. *num.* 12. ibique Add.
num. 17. *allegat. concord. & inter recent. dec.* 290. *num.* 2.
& 3. *par.* 4. *tom.* 2.

Vndè oil refert, quod in Capitulo concordiæ incipien-
16 te, Item ad abundante cautela partes referuauerint † be-
neplacitum ad abuodantiorem cautelam, quia fatis eft,
quod fine illo contrahere noluerint, vt colligitur ex In-
ftrumento concordiæ, tum in primo Capitulo continen-
te affignationem bonorum Caftelletó, & Caftri Podij,
qoam Ioannes acceptare declarauit, faluis infrafcriptis
proteftationibus, & referuationibus, & non alias, ibi,
E con le riferue, e proteste delle quali qui abaffo, (inter
quas adeft referuatio beneplaciti) *è quelle fempre ftando
17 ferme,* † *& intatte à fuo fauore, è non altrimente, nè in al-
tro modo detto Sig. Giouanni ftipola, & accetta, &c.* tum
in proximo fubfequenti, ibi, *Ottenutone però il Beneplaci-
to Apoftolico, come più baffo fi dirà.* Tum io fexto Capi-
tulo, ibi, *Tutto le fopradette cofe protefta, e dichiara fa-
re detto Sig. Giouanni ottenendofi il beneplacito Apoftolico,
e cafo, che frà tanto fi poffa fare fenza incorfo di caducità
18 alcuna, e non altrimente*; ponderando, † quod hæc clau-
fula, *Et non alias*, cadens fuper duplici determinatione
copulatiuè concepta, nempè beneplacito, & non incur-
19 fu caducitatis, † vtrumque æquè determinat, & qualifi-
cat, *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* Buratt. *dec.* 621. *n.*
5. Rota *in Romana Salarij* 18. *Februarij* 1622. *coram bo.
mem. Pirouano, & in Ariminen. fructuum* 27. *Iunij* 1655.
coram me.

Tum in penultima, in quo Domini de Montecuccolis
20 proteftari † fuerunt, quod quatenus beneplacitum non
obtineatur, concordia habeatur pro caffa, irrita, & nulla,
ac fi facta non fuiffet, ibi; *Detti Signori Montecuccoli
proteftano, e dichiarano, che non ottenendofi il beneplacito
Apoftolico, &c. come fe non foffe ftata fatta la prefente
Scrittura, mà fi habbia il tutto per caffo, irrite, e nulle.*
Et in vltimo Capitulo conuenerunt, quod nonnifi poft
obtentum beneplacitum fiat fuper conuentis publicum, &
folemne Inftrumentum: Adeò † quod ex toto contextu 21
concordiæ euidens fit, quod partes noluerunt contrahere,
nifi obtento beneplacito in termino conuento, & non
aliter. Remque ponit magis in claris † obferuantia fub- 22
fecuta, quia dumtaxat poft illud nouiffimè obtentum Do-
mini de Montecoccolis oppofuerunt de concordia, anteà
autem nufquam etiam fi omnes alias exceptiones aptas re-
tardare immiffionem petitam à D. Cellefio obiecerint dili-
gentiffimè, † hæc inquam obferuantia, quæ ex non facto 23
non fecus ac ex facto refultat, Rota *dec.* 647. *num.* 3. *par.* 4.
diuerf. dec. 56. *num.* 7. *par.* 6. *rec. & in Cafenaten. Cenfus* 3.
Iunij 1644. *coram Eminentiffimo D. Cardinali Corrado*, de-
clarat, quæ fuerit † mens contrahentium à principio, 24
Aym. *conf.* 211. *num.* 8. Rota *dec.* 261. *num.* 4. *dec.* 301.
num. 8. *par.* 1. *rec. dec.* 85. *num.* 4. *coram Buratto.*

Et ità decifum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO,

Poftea Epifcopo Papien.

Ancooitana Prædij.

Veneris 18. *Februarij* 1656.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum dicitur nulliter, & iniu-
ftè relaxatum, dum nulla præcedente liquida-
tione crediti fuit id factum, & fi in eius exe-
cutionem fuit facta fubhaftatio bonorum de-
bitoris, etiam illa cum omnibus indè fecutis,
penitus corruit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter, & iniuftè procedens, dicitur vt priua-
tus procedere.*
2 *Iudex nulliter, & iniuftè procedens, non priuat quem
fua poffeffione.*
3 *Mandati relaxatio eft nulla, fi nulla præcedente liqui-
datione crediti fuit facta.*
4 *Liquidatio crediti in quocunque iudicio, etiam executiuo
eft facienda.*
5 *Statutum Ancone ad quam fummam taxet fructus do-
tales.*
6 *Mandatum antequam relaxetur liquidandum eft cre-
ditum, non folum quo ad quantitatem, fed etiam quo
ad tempus.*
7 *ex Fructuum perceptione poteft creditor tot percipe-
re, vt extinguatur, vel minuatur fuum credi-
tum.*
8 *Crediti liquidatione non facta, fi fubfequatur fubhafta-
tio, ifta eft nulla, & fpoliatiua.*
9 *Poffeffor merè inftrumentalis non poteft præiudicare pof-
feffori anteriori non citato.*
10 *Manutentio an concedatur ad effectum, vt de fructibus
poffeffor remaneat fatisfactus de fuo credito.*
11 *Tutor tenetur ad gerendum negotium vtile pro pu-
pillo.*
*Tutor curare debet, vt euitetur curfus vfurarum contrà
pupillum, num.* 11.
12 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obliga-
tio.*
13 *Tutor tenetur de neglectis.*
14 *Inuentarium plenè probat contrà conficientem, &
num.* 15.
16 *in Spolio iudiciali, an admittatur exceptio reten-
tionis.*
17 *Creditori non competit retentio in bonis debitoris,
quando creditum fuit extinctum, vel debitum non
eft liquidum.*

DECISIO CXXXI.

DVabus Decifionibus in hac caufa ad fauorem Dianæ
Bichiæ emanatis non acquiefcente Aloyfio Traua-
glino, filio, & hærede quondam Francifcæ Gualterocciæ
coo-

concessa ei fuit noua auditoria, vndè hodie dubitatum
fuit, an standum, vel recedendum esset à decisis, & Do-
mini in illis persistendum esse censuerunt, confirmando
manutentionem controuersi Prædij competere ipsi Dianæ
Bichiæ, optimè enim subsistere adhuc visum fuit funda-
mentum dd. duarum resolutionum, quod nempè de pos-
sessione prædictæ Dianæ constet tum ex redemptione d.
Prædij facta io vim pacti de redimendo appositi in Instru-
mento venditionis, tum ex confessione ipsiusmet Fran-
ciæ, quæ dictum Prædium tanquam hæreditarium Fran-
cisci Bichii Patris prædictæ Dianæ descripsit in Inuentario
tutelari per ipsam confecto vti matrem, atque tutricem,
& curatricem illius.

Neque huiusmodi possessione priuata fuit eadem Diana
per subsequentem d. Prædij subhastationem sequutam ad
instantiam Gualterucciæ pro prætenso suo credito dotali,
& fructibus decursis. Quia stante euidenti d. subhasta-
1 tionis oullitate, † & iniustitia Iudex dicitur processisse
2 tanquam priuatus, & per consequens non † habuit fa-
cultatem priuandi Dianam eius possessione, vt præter ad-
ductos io secunda decisione huius causæ sub §. *non enim*,
dixit Rota *in Colonien. præpositura* 2. *Iun.* 1648. *coram
me*, §. *non obstat quod Anna*, *& in Bonon. Parochialis* 26.
Aprilis 1649. *coram Reuerendissimo Tarraconen.* §. *nec re-
leuat quod possessio*, *& in Beneuentana manutentionis* 9. *Iu-
nij* 1649. *coram R. P. D. meo Peutingerio*, §. *nec obstat quod
Hieronymus*, *& in Pisauren. Parochialitatis* 12. *Febr.* 1650.
coram R. P. D. meo Verospio, §. *neque poterit Carolo*.

Nullitas autem resultat ex eo, quod mandatum rela-
xatum fuit pro scut. 200. occasione sortis, nec non pro
fructibus dotalibus nulla præuia illorum specificatione, seu
3 liqtiidatiooe, † sine qua non potuit rectè deueniri ad exe-
quutionem, & subhastationem, vt per Menoch. *cons.* 858.
num. 10. *& seqq.* Gales. *de obligat. Cam. quæst.* 35. *num.* 6.
Rota *dec.* 4. *sub num.* 6. *& dec.* 6. *num.* 10. *& seq. inter im-
press.* post Modern. *de subhast.* & coram Buratt. *dec.* 417.
num. 3. *& dec.* 653. *num.* 4. *& seq.* vbi firmatur, quod
4 liquidatio in quocumque † iudicio præcedere debet exe-
quutionem.

Neque prætendi potest huiusmodi liquidationem satis
5 haberi ex † dispositione statuti Anconæ taxantis fructus
dotales ad rationem lib. 10. pro quolibet centenario, quia
esto quod mediante d. statuto creditum reddatur liquidum
6 in ea parte, vt sciatur ad quam rationem fructus † calcu-
lari debeant adhuc liquidandum respectu temporis pro quo
fructus præteodebantur, Galles. *de obligat. Cam. quæst.*
38. *num.* 12. *& quæst.* 35. *num.* 1. Menoch. *d. cons.* 858.
num. 7. *&* 8.

Tantò magis, quia cùm Gualteruccia defuncto Fran-
cisco eius viro obtinuerit de ann. 1612. à Gubernatore
Anconæ associari ad possessionem omnium eius bonorum
hæreditariorum retinend. & vsufructuand. donec satisfa-
cta fuerit de suo credito dotali, & in eadem possessione
7 per plures annos continuauerit percipiendo † fructus vti-
que ex tali fructuum perceptione potuit creditum remane-
re, vel totaliter extinctum, vel saltem in aliqua parte di-
minutum, & consequenter semper factum fuit illiquidum,
8 adeout noo facta liquidatione exequutio, † & subhastatio
nullæ, atque spoliatiuæ remanserint, *l.* 3. *in fin. C. de inu-
til. stip. l. fin. C. de sent. quæ sine cert. quantit.* Bald. *cons.* 99.
lib. 5. Cranett. *cons.* 154. *num.* 2. *in princ.* Natt. *cons.* 27. *n.* 4.
Rota coram Canal. *dec.* 585. *in fin.*

Neque vllius releuantiæ visum fuit, quod huiusmodi
præsumptam satisfactiooem excludendam obijciebatur,
nempè, quod bona ad quorum possessionem Gualteruccia
de mense Nouembris anni 1612. associari obtinuerit, fue-
rint deindè paulò post, scilicet, de mense Februarij sequen-
tis anni 1613. auocata per Iacobum de Angelis, & Pieram
Bichiam coniuges vigore mandati Locumtenentis Anco-
næ; Nam omisso, quod ex lectura dicti mandati non
apparet in eo fuisse citatam Gualterucciam, & sic posses-
siu dd. Iacobi, & Pieræ fuit merè Instrumentalis, quæ
9 proindè præiudicare non potuit † posseditrici anteriori noo
citatæ, nec facit præsumere perceptionem fructuum in no-
ua posseditrice, ex latè deductis per Modern. *de manut.
obseru.* 21. *num.* 12. Rota apud eumdem *dec.* 647. *num.* 3.
Caual. *dec.* 138. *per tot.* Cessat vlterius obiectum ex facto,
quia Gualteruccia habito deindè recursu ad eundem Lo-
cumtenentem, obtinuit de mense Nouembris eiusdem
anni 1613. sententiam, in qua exequutio dicti mandati fa-
cta in bonis Francisci Bichij ab ipsa possessis, fuit reuocata,
& annullata, nec non eidem Gualterucciæ concessa † ma- 10
nutentio ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito do-
tali, vt ex tenore dictæ sententiæ constat datæ in *Sum.
Dianæ*, *num.* 4.

Vltra nullitatem d. subhastationis ex illiquiditate crediti
resultan. concurrit etiam illius iniustitia, quia cum Gualte-
ruccia fuerit tutrix d. Dianæ, & vti talis illius bona spatio
diuturni temporis administrauerit, intrat ineuitabile dilem-
ma, quod, vel prout tenebatur ad gerendum † negotium 11
vtile pupillæ, & euitandum cursum vsurarum sibi de suo
credito satisfecit, & per talem solutionem extincta reman-
sit † omnis obligatio, *Instit. quib. mod. toll. oblig. l. soluendo* 12
de neg. gest. l. solutione ff. de solut. C. tale pactum §. *post di-
uisionem in fin.* vbi Castr. *ff. si cert. pet.* vel sibi non satisfe-
cit, & in pœnam neglectæ † satisfactionis perdidit vsuras, 13
vt præter adductus in 2. *decisione sub* §. *euidens probat Text.
in l. quoties la* 10. *ff. de administr. & peric. Tut. gloss. in l. di-
uortio* 37. §. *sicut autem verb. possit in fin. ff. de neg. gest.* Socc.
cons. 126. *n.* 5. *lib.* 1. & consequenter Gualteruccia non po-
tuit pro illis obtinere mandatum, neque ad Prædij subhasta-
tionem deuenire.

Minùs refragatur, quod bona hæreditaria Francisci mo-
dici valoris fuisse dicantur, & quod illorum maior pars oc-
cuparetur à prædictis Iacobo, & Piera coniugibus, itaut
residuum vix sufficere posset pro victu, alijsque expensis
necessarijs Dianæ pupillæ, quia contrarium omninò con-
stat ex Inuentario tutelari per ipsammet Gualterucciam
confecto, quod proindè † contra ipsam plenè probat, vt 14
io terminis dixit Rota *in rec. dec.* 591. *n.* 1. *&* 2. *par.* 4. *tom.*
3. *rec.* Ex eo namque apparet, quod bona tam mobilia,
quam stabilia io eo descripta fuerunt plura, & ingentis va-
loris, prout etiam ex eodem Inuentario constat, quod bo-
na † quę asserunt existere penes Iacobum de Angelis non 15
sunt de inuentariatis, sed alia diuersa, quæ Gualteruccia pro-
misit in Inuentario describere in casum in quem ad eius ma-
nus peruenissent.

Denique replicata exceptio retentionis controuersi Præ-
dij pro prætensa satisfactione crediti dotis, & legitimæ sibi
debitæ in bonis Francisci ex persona Petri Andreæ com-
munis filij nullius prorsus considerationis habita fuit. Tum
quia illa non datur io spolio iudiciali, quando passus spo-
lium † non fuit contumax, prout talis non fuit Diana, quæ 16
Iura sua in iudicio semper deduxit, ac se defendit, Alex *in
l.* 3. §. *vlt. num.* 27. *& seq. ff. de acquir. poss.* Negus. *de pign.
memb.* 3. *par.* 2. *nu.* 20. *& seq.* Rota coram Caual. *decis.* 539.
Tum quia attenta ex d. illiquiditate crediti tam dotalis,
quàm legitimæ, ex quo pro vtroque Gualteruccia † obti- 17
nuit ad possessionem bonorum hæreditariorum Francisci
associari, *dec.* 433. *num.* 5. *vers. ex alia etiam part.* 2.
recent. & coram Durand. *decis.* 113. *num.* 7. *vers. quia
quicquid sit*.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. B I C H I O.

Burgeñ. Beneficij.

Veneris 18. Februarij 1656.

A R G V M E N T V M.

Requisita omnia ad obtinendum aliquod bene-
ficium, si quis probauerit habere, tunc dene-
ganda non est ei adiudicatio, & hoc non ob-
stante, quod adsint plures concurrentes ad il-
lud obtinendum. Propter simoniam vt quis
repellatur à consecutione beneficij, quid sit
necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *Filium patrimonialem se esse alicuius loci, ex quo dicatur probatum, & num.* 2.

3 *Fides baptismi, probat quem esse oriundum ex illo loco.*

4 *Beneficium aliquod vt quis obtineat, debet probare, quod habeat sufficientem ætatem ad illud obtinendum.*

5 *Habilitas ad obtinendum aliquod beneficium, benè probatur ex relatione examinatorum.*

6 *Ha-*

6 *Habilitates omnes ad obtinendum beneficium aliquod dum quis habet ei venit adiudicandum.*
7 *Simoniæ ratione, quis est incapax ad obtinendum beneficium.*
8 *Beneficio, vt quis dicatur incapax propter simoniam, ea venit probanda ab asserente illum habere tale vitium.*
9 *propter Simoniam, vt quis excludatur à consecutione beneficij, probatio illius debet esse saltem semiplena.*
10 *Testis si asserat, certum quid scire, quia ab aliquo id sciuit, non probat, dum ille negat id dixisse.*
11 *Delictum vnius, ipsi, & non alteri debet nocere.*
12 *Testis si asserat, certum quid publicè dici audiuisse, non probat, si non nominet à quibus.*
13 *Quia potest esse, quod initium obuenerit à personis suspectis, & interessatis.*
14 *Fama initium potest esse vitiosum, dum ignoratur à quibus originem habuerit.*
15 *Testis, quando est vnicus nullatenus probat.*
16 *Legitimam ætatem non habens ad assequendum aliquod beneficium non potest concurrere cum habente eam.*
17 *Opponens, vt quis non obtineat aliquod beneficium, dum ipse non habet qualitates requisitas, non est audiendus.*

DECISIO CXXII.

VAcante Beneficio in Ecclesia loci de Rubena plures
compatuerunt oppositores, quorum aliqui cesserunt
liti, Christophorus verò, & Ioannes cœperunt contende-
re de illius adiudicatione; vndè proposito dubio cuinam
illorum beneficium esset adiudicañ. Domini pro Christo-
1 phoro responderunt, quia † docet per Testes formiter
examinatos se esse filium patrimonialem loci de Rubena,
2 in quo † vacauit beneficium controuersum ad formam
Constitutionis Synodalis, vt tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 19. vers. in Diœcesi Burgen.* & vltrà
quod Franciscus eius frater possidet Beneficium in eadem
Ecclesia, quod multum confert ad concludeñ. patrimonia-
litatem, vt dicit Rota *in Calaguritana beneficij de Auseio*
27. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Bichio. Exhibet etiam
3 fidem baptismi, † quam sufficere ad probañ. ipsum esse
oriundum ex tali loco firmat Gonzal. *vbi supra num. 112.*
& dixit Rota *dec. 669. num. 1. par. 2. & dec. 137. num. 3.*
par. 5.

Et ex eadem fide Baptismi constat dictum Christopho-
4 rum † prodijsse in lucem de mense Iulij 1618. & consequen-
ter habere sufficientem ætatem requisitam à dicta Consti-
tutione, vt tradit Mandos. *ad reg. Cancell. reg. 18. q. 10.*
num. 3. Rot. *in recent. dec. 138. num. 2. & dec. 260. num.*
14. par. 6. & coram Buratt. *dec. 75. num. 1. & dec. 365.*
num. 2.

5 Habilitas demum est litterarum † in legendo, & con-
struendo resultat ex fide examinatorum, qui in duplici exa-
mine illum retulerunt idoneum, vt dixit Rota coram Buratt.
dec. 613. num. 6. & dec. 931. num. 3. & coram Eminentiss.
Cardinali Otthobono *dec. 187. n. 2.*

Quibus stantibus eidem Christophoro Beneficium venit
6 † adiudicañ. vt disponit text. *in cap. illud in fine*, vbi Abb.
de Iurepatr. & in can. decernimus 16. q. 1. Rota coram d. Emi-
nentissimo Otthobono *dec. 123. num. 5. dec. 259. num. 2. &*
decis. 264. eod. num. & in Calaguritana Beneficij de Sequitio
23. Maij 1653. coram me.

7 Non obstat incapacitas ratione † simoniæ prętensæ ex eo,
quod frater ipsius Christophori promiserit quædam Didaco
vni ex oppositoribus ad hoc, vt à concursu desisteret, quia
8 illa nullo modo † probatur. Immò saltem semiplenè probari
9 debuisset ad effectum ipsum excludendi † ab assecutione be-
neficij, vt dixit Rota *in Melsen. Parochialis 31. Ianuarij*
1650. coram me. Siquidem Testis pro informatione Curiæ
examinatus asserit id audiuisse à Didaco, & tamen Dida-
10 cus † id negat expressè firmans se liberè, & spontè ab oppo-
sitione destitisse reddens rationem, quia diffidebat de iuri-
bus suis, & timebat sibi præiudicare in alijs vacationibus,
11 & cùm non deponat de conuentione, † & tractatu facto,
cum fratre Christophori, non autem cum ipso Christopho-
ro eidem præiudicare non potest, vt dicit Rot. coram Mant.
dec. 211. num. 12. Pen. *dec. 211. num. 5. & firmatum fuit in*
Tolet. Pensionis 27. Ian. 1627. coram Reuerendiss. D. meo
Decano, vbi quod tali casu nec intrat *Bulla san. mem. Pij V.*
de confiden. in ord. Constit. 87. Alter verò Testis examinatus
in Curia, † quatenus deponit publicè audiuisse, quod Chri- 12
stophorus vocabatur simoniacus non venit attendeñ. Tum
quia non deponit † à quibus audiuerit, Rol. *cons. 473. n. 16.* 13
Rota *in Tullen. Matrimonij 15. Ian. 1653. coram R. P. D.*
meo Albergato, cùm possit esse, quod audiuerit à personis
suspectis, & interessatis, † & sic quod habeat initium vi- 14
tiosum, Rota *dec. 257. num. 7. par. 4. tom. 2. recent. & dec.*
739. num. 34. & 35. par. 4. tom. 3. Tum quia † est vnicus, *c.* 15
licet ex quadam de Test. Rota coram Merlin. *dec. 174. n. 5.*
& dec. 319. num. 9.

Nec Ioannes potest concurrere cum Christophoro, quia
in eo deficit ætas legitima annorum 25. † requisita à prædi- 16
cta Constitutione, prout ex hoc capite alias reiecti fuerunt
oppositores, † qui voluerunt concurrere, vt *dec. 15. n. 1.* 17
par. 2. rec. & coram Durand. *decis. 79. eod. num. & seqq.*
& in Burgen. beneficij 1. Iulij 1650 coram R. P. D. meo
Meltio. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Bareñ. Beneficij.

Lunæ 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Præsentati quando sunt plures ad idem beneficium, tunc perindè est, ac si vnus tantum esset præsentatus, si vnus solus habeat qualitates, à fundatore illius requisitas. In Beneficiorum collatione plurimum attenditur obseruantia. Descendens à fœmina, non potest dici deuenire ex linea masculina, sed benè ex linea fœminina.

SVMMARIVM.

1 *inter Præsentatos plures, quando vnus solus habet qualitates omnes à Fundatore requisitas, iste est instituendus.*
2 *Præsentandus ad beneficium, quando ex lege fundatoris debet esse ex linea masculina, tenetur id probare, & num. 12.*
3 *Testamentum Fundatoris beneficij quando attendi non debeat.*
4 *Testator dum fundauit beneficium, & voluit, vt eius conditiones ad illud obtinendum apponerentur ab eius filijs.*
Tunc dispositiones filiorum attendendæ sunt, & perindè est, ac si ab ipso patre essent apposita.
5 *Obseruantia plusquam centenaria attendenda venit circa collationem beneficiorum.*
6 *Obseruantia benè declarat qualis fuerit mens fundatoris beneficij.*
7 *ad Beneficij consecutionem quando non censeantur exclusi illi, qui sunt de linea masculina.*
8 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus.*
9 *Ratificans aliquam dispositionem perindè est, ac si illam fecisset, & n. 10.*
11 *Ratificans aliquid non potest deindè illud impugnare.*
12 *Præsentatus ad beneficium quod sit de linea fundatoris eiusdem ex quo appareat.*
13 *Descendentia ex quibus enunciatiuis probetur.*
14 *Præsentatus ad beneficium, ex quibus præsumatur ex linea Testatoris.*
15 *Descendens ex fœmina non potest dici de linea masculina.*
16 *Fœmina cum finis sit lineæ masculinæ, eius filius non potest dici de linea masculina.*
17 *Masculi sicut faciunt lineam masculinam, ita & fœminæ faciunt lineam fœmininam.*
Itaut fœmina tanquam principium lineæ fœmininæ non potest dici de linea masculina, n. 17.

18 *Quæ*

18 *Quæ opinio est verior, & magis approbata, & in iudicando recepta.*
19 *Beneficij fundator, si ad illud vocauerit illos de linea sua masculina, non poterit illud assequi, qui non sit de d. linea.*
20 *ad Beneficium si plures sint præsentati, ille præferendus est, qui habet qualitates à Fundatore ipsius requisitas.*

D E C I S I O CXXXIII.

DOminico Antonio Contellæ non autem Nicolao Antonio la Brocca, Domini censuerunt adiudicandum esse Beneficium sub inuocatione S. MARIÆ Angelorum, quia cùm ille solus habeat qualitates à Fundatore requisitas debet beneficium obtinere, ac si solus præsentatus fuisset, Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 38. num. 26. & seqq. & q. 51. num. 29. & seqq.* Put. *dec. 252. sub num. 2. & 3. lib. 3. in correct.* Lattea *dec. Granat. 40. num. 28.* Buratt. *dec. 737. num. 5.* Rot. *inter recent. dec. 97. num. 3. par. 3. & in Tarraconen. Beneficij 10. Ian. 1639. coram Reuerendiss. Archiepiscopo Compostellano in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. coram me, & est bonus text. in l. vnum ex familia, §. falcidia ff. leg. 2.*

Fundatio enim requirit in præsentando, seu nominan-
2 do qualitatem; quod † sit linea masculina familia Contel-
læ, vt expressè legitur in Testamento Nicolai Contellæ
senioris, ibi, *Patto espresso, che vn Capellano habbia à
chiamare l'altro de linea mascolina*, & ibi infra; *e quando
detto Capellano &c. lo volesse legare ad vn Prete, che fusse
fuori della linea, che non lo possa fare* nullo pacto. Atten-
3 di autem debet Testamentum, & fundatio † Nicolai, li-
cet originaliter beneficium erigi mandasset Petrucius Pa-
ter, quia ipse fundationis formare, & nominandorum
qualitates remisit arbitrio Nicolai, & Augustini hæredum,
ibi: *E che habbino à fare l'elettione, e fondatione de linea
à loro elettione, e chiamare chi piace à loro*; Vndè est, ac
4 si qualitates † ab hæredibus appositæ fuissent ab eodem
Petruccio adiecto, *l. Pater ff. manumiss. vindict. d. l. vnum
ex familia, §. si de falcidia, ff. leg. 1.* Rouit. *cons. 106.
num. 19. & 29.* Apont. *cons. 109. num. 5. & seqq. lib. 2.* Ca-
pyc. Latt. *dec. 26. num. 5.* Rot. *in Romana dotis 5. Iunij 1643.
§. quia præfatos, & 2. Decembris 1644. §. alterum funda-
mentum coram R. P. D. meo Cerro*; maximè attenta obser-
5 uantia per spatium 138. annorum, † quibus Beneficium
semper fuit collatum illis de linea masculina, multum enim
6 operatur obseruantia ad interpretandam † voluntatem fun-
datoris, Rota *dec. 502. num. 10.* coram san. mem. Greg. XV.
dec. 34. num. 2. par. 4. com. 2. rec.

Gratisque dicitur Augustinum alterum ex hæredibus Pe-
truccij aliter disposuisse, quia etsi ille voluerit beneficium
remanere apud Clericos de linea Victorij fratris, non ta-
7 men illis deficientibus † exclusit alios de linea masculina à
Nicolao, vt supra vocatos, imò voluntatem Nicolai vo-
luit in omnibus, & per omnia obseruari, ibi: *Chi terrà d.
8 beneficio habbia* in omnibus, & per omnia *da osseruare la
dispositione di d. q. Cola suo fratello primo fondatore*, per
9 quam relationem ad Testamentum Nicolai conditiones
ibidem præscriptæ censentur nominatim repetitæ, *l. asse
toto ff. hæred. institut.* Cæph. *cons. 253. num. 26. & 27.* Becc.
cons. 497. n. 3. Menoch. *cons. 187. n. 34.* & in proximis termi-
nis Rota *in Craconen. Præpositura S. Floriani 28. Nouem-
bris 1650. §. deest coram me.*

Eo magis quia cùm priùs idem Augustinus compellen-
do coram Ordinario pro habendo eius consensu (prout
10 habuit) super fundatione facta à Nicolao eamdem † fun-
dationem, & conditiones in ea expressas, & ratificasset,
Castr. Put. *& alij alleg. in Romana mensa nummularia 30.
Iulij 1614. coram clar. mem. Coccino in Conchen. pensionis
21. Maij 1649. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado in
Meleuitana Beneficij 25. Iunij eiusdem anni coram me*, nec
11 volens † potuissent dd. conditiones posteà reuocare, & ab
illis quoquomodo recedere, *vt in puncto fuit decisum in
Cortonen. Capellania 7. Iunij 1646. §. minus impedire coram
R. P. D. meo Meltio*, præsertim sine consensu Ordinarij in
prima fundatione adhibito, vt debuit *cap. nullus, c. illud, c.
quod autem, cap. suggestum de iurepatr.*

Quod autem Dominicus Antonius Contella sit de linea
12 masculina fundatoris † indistinctè ab eo absque aliqua
restrictione ad vnum, vel alium stipitem vocata satis re-
sultat ex duabus antiquissimis vltra 80. annos enumerati-
uis in libris catastri continentibus, quod Nicolaus est fi-
lius Francisci (de alijs enim personis non cadit dubitatio)
quæ † enonciatiuæ probant descendentiam, Alex. *cons.* 13
80. num. 1. & seqq. lib. 6. Cæph. *cons. 114. num. 3. lib. 1.* Bu-
ratt. *dec. 709. num. 3.* Rota *in Æsina molendini 20. Iunij 1652.
coram R. P. D. meo Zarate*; iuncto præsertim quod Francis-
cus iunior d. Nicolai filius, & patruus Dominici Antonij
† idem beneficium hoc nomine obtinuit; vndè quod talis 14
esset præsumitur, Lambert. *de iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 10. art. 4.
num. 11. in fin.* Thesaur. iun. *q. forens. 67. num. 9. vers. nisi,*
Buratt. *dec. 659. sub num. 3.*

E conuerso autem Nicolaus Antonius la Brocca Ad-
uersarius non probat se esse de linea † masculina, quam- 15
uis probet se filium Isabellæ descendentis à masculis, exin-
de enim vtique sequitur, quod Isabella sit de linea mas-
culina, & in his autem legitur Peregr. *cons. 11. num. 5. lib. 2.*
Menoch. *cons. 625. num. 12.* Mant. *de coniect. lib. 8. tit. 11.
num. 9. alijque ex aduerso allegat.* Sed non quod Isabellæ filius
talis sit, & veniat appellatione lineæ masculinæ, † siqui- 16
dem fœmina, à qua descendit finis est lineæ, & interim 17
fœminæ, vbi benè declarat Peregr. *de fideic. art. 26. sub n. 4.
vers. hanc tamen,* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 9.*
Cran. *in §. fideicommissum q. 15. num. 3.* Fusar. *de subhast.
q. 404. num. 24.* Menoch. *cons. 229. num. 21. & seqq.* & est
originalis opinio, Castr. *in l. si maritus C. de procur.* quam
sequitur tanquam veriorem, & magis approbatam, ac in
iudicando † recipiendam reprobatis contrarijs, Gratian. 18
discept. 901. num. 21. & 8. sequitur Duran. *dec. 300. num. 5.
& 2.* sequitur Rota *inter recen. dec. 203. sub num. 5. par. 2.*
& latissimè *in Bonon. fideicommissi de Barbettis 5. Decembris
1657. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in ea-
dem 19. Febr. coram me.*

Hanc hinc iuuari non potest, vel asserta voluntare de se
facta ab vltimo Beneficiato, vel præsentatione obtenta à
prætensis Patronis, quia † ob defectum qualitatis, nempè 19
lineæ masculinæ à fundatore requisitæ, venit semper reij-
ciendus, Clem. *quia contigit de Religios. domib.* Lotter. *de be-
nef. par. 7. cap. 15. num. 2. & 3.* Mant. *dec. 115. n. 3.* Duran.
dec. 8. num. 3. Rota *in Craconien. Præpositura 4. Maij 1640.
coram R. P. D. meo Verospio, & 19. Maij 1652. coram Re-
uerendiss. Archiepiscopo Tarraconen.* Et admittendus Do-
minicus Antonius dictam † qualitatem habens, *cap. Mo-* 20
*nasterium 16. q. 7. cap. cum Bertoldus de re iudic. cum alijs
alleg. in Præscien. Beneficij 26. Nouemb. 1657. coram
R. P. D. meo Celso.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. Z A R A T E.

Bononien. fideicommissi de Victorijs.

Veneris 18. Februarij 1656.

A R G V M E N T V M.

Mulier habens maritum, & etiam adulterum, si parturiat, filius ille potius præsumendus est filius mariti, & non adulteri, iuxta celebrem dispositionem textus in *l. Miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adulter.* quæ procedit etiam si mulier pariat in domo adulteri, quia non attenditur natiuitas filij, sed conceptio. Præsumptio *d. l. Miles, §. defuncto,* vt tollatur requiritur concludentissima probatio.

S V M M A R I V M.

1 *Filiatio probatur leuioribus probationibus, si tractetur de consequendis alimentis lite pendente, vel in ordine ad alios similes effectus.*
2 *Mulier habens maritum de tempore conceptionis, & adulterum, filius posteà natus, præsumitur potius mariti, quàm adulteri.*
3 *Adulterum, & maritum mulier habens de tempore conceptionis filij, potius præsumitur viri, quàm adulteri, etiam si in domo adulteri nascatur filius.*
Conceptionis tempus, & non natiuitatis attenditur ad effectum legitimitatis, num. 3.

4 *Mu-*

4 *Mulier, quod de tempore conceptionis filij fuerit nupta, ex quo possit probari.*
5 *Confessioni standum est contra confitentem, & habentes causam ab eo.*
6 *Qualitas expressa debet intelligi adiecta de tempore tunc expresso.*
7 *Petens aliquid, non censetur voluisse exprimere id, quod nullo modo conferebat gratia consequutioni.*
Imò multò fortius si difficiliorem reddisset ex hoc concedentem, maiorem propriam turpitudinem detegendo, num. 7.
8 *Decis. Merlin.* 797. *declaratur.*
9 *de Praiudicio magno aliud est si agatur, & aliud si de paruo.*
10 *Contradictio, siue mendacium, vt excludatur, facienda est in dubio interpretatio.*
Cùm id ratio ipsa, & aquitas suadeat.
11 *Impropriatio verborum, quando multò magis admittenda non sit.*
12 *de Praiudicio tertij, quando tractatur, tunc non improprianda sunt verba, verum restringenda veniunt.*
13 *Prasumptio* leg. Miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter. *non tollitur per recessum à lite.*
14 *Testes, ratione praiudicij concludentissimè debent deponere.*
15 *Fides simplex, & non recognita, non iuuat, cum probatione non faciat.*
16 *Scriptura originales penes Notarium iam existentes, vt dicantur deperdita, satis concludens debet esse probatio.*
17 *Filiatio benè prasumitur probata, ex quo aliquis vti filius alicuius nobilis, duxit vxorem nobilem.*
18 *Filiatio alicuius, respectu viri nobilis, satis docetur, dum in eius contractibus multi viri nobiles interuenerunt, recognoscendo eum pro agnato.*
Quod quidem recusassent facere, si fuisset illegitimus.
19 *Nobilitas alicuius insignis Ciuitatis, non est censendum, quod errauerit, & n.20.*
20 *de Praiudicio tertij, quando agitur, tunc plenissima probationes requiruntur, & n. 21.*
22 *Confessio desumpta ex proprio ore Testatoris satis probat.*
23 *Confessio emissa pro exoneratione conscientia, atque ita pro salute anima, sanè nulla habita ratione temporis sustinetur.*
24 *Epistola contra scribentem benè probat.*
25 *Coniectura non omnes sunt sufficientes ad conuellendam validissimam prasumptionem,* l. Miles §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adulter.
26 *Mariti impotentia, absentia, & ad vxorem prohibitus imò impossibilis accessus.*
Ista sunt prasumptiones, qua admittuntur contra prasumptionem, l. Miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter.
27 *Filius natus ex muliere habentem virum, & adulterum, dum sumus in dubio an ex adultero nasci potuerit, tunc sumenda est interpretatio, qua magis honestati conuenit.*
28 *Adulterinum filium, quem esse asserens, id ipse probare tenetur.*
29 *Absentia, impotentia &c. ad effectum tollendi prasumptionem,* l. Miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter. *& sunt probanda de tempore conceptionis.*
30 *Absentia antecedens, vel subsequens non tollit prasumptionem,* l. Miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adulter.
31 *Testes non probant, si pracisè non deponant de tempore, super quo dependet controuersia victoria.*
32 *Testes nullam merentur fidem si validissimis exceptionibus, falsitatis, inimicitia &c. reijciantur.*
33 *Testes debent esse omni exceptione maiores, vt tollant prasumptionem,* l. Miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter.
34 *Qualitas, quod maritus erat absens de tempore conceptionis, vt tollatur prasumptio,* l. Miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter. *est necessario articulanda.*

DECISIO CXXXIV.

RVrsus instante D. Alexandro filio, & hærede Equitis Horatij de Victorijs nouissimè defunctis proposui dubium aliàs sub die 5. Maij præteriti * resolutum, & DD. permanserunt in eadem resolutione, scilicet, quod Equiti Horatio non competeret immissio super bonis fideicommissarijs Leonelli de Victorijs, hodie per D. Benedictum Victorium possessis: ea præsertim ratione, quod in progressu causæ nullæ fuerunt exhibitæ sufficientes probationes: Nam, quæ ex parte Eq. Horatij informantes deduxerant, non fuerunt habitæ in consideratione, cùm simus in decisorijs, ad probandam videlicet adulterinam Galeatij filiationem, pro successione in fideicommisso, & priuatione tertij possessoris, & proindè nisi sint vrgentissimæ, & concludentissimæ probationes non sufficiant, vt dicitur in principio alterius decisionis. Quicquid sit, si res ageretur de filiatione pro consequendis alimentis lite pendente, vel in ordine ad alios similes effectus, quo casu etiam leuiores probationes attenduntur, Modern. Neapol. *de fideic. par.* 1. *cap.*6. *n.* 276. Cornaz. *dec. Lucen. dec.* 21. *n.* 2. Rot. *in Romana filiationis prima Iulij* 1639. *coram Reuerendiss. Compostellano in princ.*

Quinimmò probationes illæ detectæ fuerunt prorsus erroneæ, ex eo, quòd Catherina mater de tempore conceptionis, & natiuitatis maritum habebat Aloysium Anguillatiam, cuius potius præsumitur † Galeatius filius, quàm 2
Dionysij adulteri, vt firmatur *in* 1. *dec.* §. *quapropter &c.* ex dispositione *l. miles*, §. *defuncto*, *ff. ad leg. Iul. de adult.* quæ locum sibi vindicat, etiam si mulier, non in ædibus mariti, sed adulteri † filium peperisset, Cardin. Paleot. *de* 3
noth. & spur. cap. 24. *sub num.* 6. *in fin.* ex Abb. *in cap. officij* q. 9. *num.* 3. *de pœnit. & remiss.* Reuerendiss. Eugeb. *d. dec.* 174. *num.* 13. & 48. Potissimè, cùm ad hunc effectum solùm tempus conceptionis attendatur, Salyc. *in l. fin. ff. de prob.* Petra *de fideicomm.* q.11. *n.*399. *Reuerendiss. Eugub. d. num.* 13.

Quod autem Catherina tempore conceptionis, imò etiam natiuitatis, esset matrimonio iuncta, patet † ex con- 4
fessione ipsiusmet Dionysij, qui in precibus pro obtinenda legitimatione exhibitis, exposuit, se Galeatium genuisse, suscepisse, & procreasse ex d. Catherina viro copulata, cui confessioni standum est contra confitentem, † vel etiam 5
alios ab eo causam habentes, Rota *decis.* 349. *num.* 2. *par.* 1. *decis.* 29. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Romana Saluians* 12. *Ianuarij* 1646. §. *possessio coram bo. me. Arguelles.*

Neque subsistit intellectus datus per informantes pro D. Alexandro verbis legitimationis, quod scilicet coniugium ibidem expressum referendum sit ad tempus post natiuitatem Galeatij: Quoniam † ibi expressa qualitas debet in- 6
telligi adiecta de tempore tunc expresso, ad text. *in l. in delictis*, §. *si extraneus*, *ff. de noxal. l. Titius*, *ff. de milit. Testam.* Nec alias illa fuisset apposita per Dionysium, cum inuerisimile sit, † quod tunc is voluisset exprimere qua- 7
litatem, quæ nullo pacto conferebat gratiæ consequutioni, quinimò hanc difficiliorem reddidisset, maiorem detegendo adulterij turpitudinem, *c. quia verisimile de prasumpt.* Paris. *cons.*13. *num.*9. *vol.* 3. & *cons.* 8. *num.* 7. *vol.* 4. Marc. Ant. *var. resol. lib.*1. *resol.* 106. *n.*26.

Nec prædictæ interpretationi resistit *decisio in causa Bononien.* † *Aggregationis ad Collegium coram Merlino* 797. in 8
qua cùm dictum fuerit improprianda esse verba adulterium præseferentia in Testamento emissa, ita vt hoc idem in legitimationis Instrumento modo faciendum videatur. Quia † ibi agebatur de re parui præiudicij, scilicet aggregatio- 9
nis ad Collegium Medicinæ, & eam longè anteà præcesserat legitimatio, cum alijs actibus natiuitatem ex soluta præseferentibus, vt ideò ad † contradictionem, vel men- 10
dacium excludendum verba impropriare ratio ipsa, vel etiam æquitas suaderet. Quæ impropriatio hic omninò reijcienda est, † vbi nec aliqua Testatoris assertio præ- 11
cessit, ex qua contrarium elici valeat, & quod magis vrget, maximum resultat tertij præiudicium, quo casu non improprianda, sed potius coarctanda sunt † verba Oldrad. 12
*cons.*268. *num.* 5. Anch. *cons.* 361. *in princ.*

Eæ verò coniecturæ, quæ nuper ex parte D. Alexandri fuerunt deductæ nequicquam excludunt † præsumptionem, 13
d. l. miles §. *defuncto*. Quia prima non subsistit, quod scilicet

licet

licet Leonellus inn. alias à lite super hac prætensa incapacitate Galeatij excitata recesserit, nec testes hinc inde examinati hodie in actis reperiantur, quasi hinc consurgat
14 † valida præsumptio, tunc concludentissimè filiationem fuisse probatam; ideòque ratione præiudicij depositiones talium testium fuerint à D. Benedicto occultatæ, ad text. *in l. hereditas*, §. *fin. ff. ad leg. falcid.* Giurb. *dec.* 29. *n.* 10. Rota *in Romana, seu Nepesina Tutela* 8. *Iunij* 1646. §. *Quinto ponitur*, & §. *Demum in fine*, *coram R. P. D. meo Cerro.* Quemadmodum etiam indicare videtur fides Notarij, quòd omnes Processus in dicta causa facti Procuratori D. Benedicti fuerint accommodati. Quia fides hæc, cùm sit
15 simplex, † non recognita, probationem non facit, *DD. in l. admonendi, ff. de iur. iur. & in l. comparitiones, C. de fid. Instrum.* Rot. *in Calaguritana beneficij de Ocon.* 1. *Iulij* 1652. §. *respectu verè, coram me* Et quando alias subsisteret, ad rem non facit, dum solùm affirmat ex originalibus Notarij Stiatici datam fuisse Dulpho Procuratori D. Benedicti copiam Testium, ac omnium actorum, & processuum in dicta causa factorum, vt sic potius pateat depositiones
16 originales † remansisse penes ipsum Notarium, qui nec concludit, proot debuisset illas fuisse deperditas, vel non extare iuxta text. *in l. veteribus, ff. de pact.* vbi Bart. *l. stipulatio ista*, §. *in stipulationibus, ff. de verb. oblig.* Rot. *dec.* 253. *num.* 52. & 53. *par.* 7. *rec.*

Minus subsistunt aliæ coniecturæ, scilicet, quod proba-
17 ta præsumatur filiatio, † ex quo Galearius vti filius Dionysij duxerit vxorem nobilem, Grat. *discept. for. cap.* 653. *num.* 70. & *seq.* Varios celebrauerit contractus, quibus in-
18 terfuerunt plerique viri nobiles, † tanquam eius agnati proximiores, qui vulgò quæsitum pro consanguineo acceptate facilè recusauissent, Rota *in Romana heredit. de Grattanis* 7. *Febr.* 1642. *coram Reuerendiss. Tarraconen.* 11. *Decembris* 1648. *coram R. P. D. meo Meltio*, & 28. *Maij* 1649. *coram R. P. D. meo Cerro.* Et tandem à Regimine Ciuitatis
19 Bononiæ, † tanquam filius d. Dionysij fuerit inter antianos adiectus, vt videtur indicare quædam partita extracta ex libris antiaootum Bononiæ, & difficilè videatur
20 præcipuam † partem Nobilitatis Bononiæ errauisse in affirmanda ea filiatione Galeatij, Merlin. Pignatell. *contr.* 84. *num.* 22. & *seqq.* Quæ singula hæc cum emanauerit à viris, qui facilè potuerunt allucinari inspicientes actus gestos à Dionysio, qui Galeatium vti filium tractauerat,
21 eumdem legitimauerat, & hæredem instituerat, † vtique non sunt habenda in consideratione, præsertim vbi agitur de præiudicio tertij, qui iure propriæ vocationis possidet fideicommissum, vt in altera decisione, §. *Nihil facienda.*

Et in omnem casum his omnibus prænalent coniecturæ, de quibus in alia decisione, & præcipuè illa deducta ex proprio ore Dionysij, qui confessus est in Testamento
22 Galeatium non esse † suum filium, & ab ipso suasionibus Catherinæ matris illum legitimatum fuisse tanquam adulterinum, & hæredem institutum, vt in prima decisione, §. *Postrema coniectura.* Nec quicquam refert, quod tale testamentum conditum fuerit longè antè obitum ipsius Dionysij, cum vis omnis stet in eo, quòd confessio emissa
23 † fuerit pro exoneratione conscientiæ, atque ita pro salute animæ, quo casu nulla habita ratione temporis sustinetur, ad tradita per Tiraquel. *de priuil. piæ causæ priuil.* 164. *vers. sed in hoc loco vide* &c. Eòque magis, quod non leue adminiculum illi præstat altera confessio eiusdemmet Ga-
24 leatij, qui per plures epistolas † scribens Aloysio viro Catherinæ subscribit: *Vostro filiolo Galeazzo Vittorij*, vt pariter fuit consideratum in altera decis. §. *Alia coniectura* &c.

Præterquamquod nec possunt vllo modo huiusmodi coniecturæ in contrarium allegatæ conuellere validissimam
25 † illam præsumptionem, *d. l. miles* §. *defuncto*; quia ad istam euertendam concludentissimæ requiruntur probatio-
26 nes, quales sunt mariti impotentia, absentia, † & ad vxorem prohibitus, imò impossibilis accessus, vt in alia decis. §. *Et quamuis.* His enim cessantibus, quamuis fortè Catherina ex Aloysio marito, & etiam ex Dionysio adultero concipere potuerit, semper tamen pro legitimitate
27 † Galeatij capienda est præsumptio, vt magis honestati consentanea, secundùm Bald. *in l. filium num.* 17. *vers. Item nota, ff. de his, qui sui, vel alien. iur.* Abb. *in cap. intelleximus de adult.* Barbat. *cons.* 58. *n.* 2. *vol.* 2. Pacian. *cons.* 1. *num.* 18. Reuerendiss. Eugub. *d. dec.* 174. *n.* 46.

Et hic profectò deficiunt tales probationes, cum alias datæ non fuerint per Eq. Horatium, minusque hodie dentur per D. Alexandrum filium, † cui hoc probationum onus 28
incumbit, cum ipse afferat Galeatium fuisse adulterinum, vt in prima decis. §. *Et quamuis.*

Ex depositionibus verò testium, qui in altera decisione adducti, & nunc repetiti fuerunt, sufficiens probatio non elicitur, cùm nec absentiam, † nec impotentiam iustifi- 29
cent de præciso tempore conceptionis, vt opus esset, dum absentia antecedens, vel subsequens legis præsumptionem non elidit, † ex congestis in prima decis. §. *nec vrget asserta probatio.* 30

Et eamdem ob causam prædicta absentia Aloysij desumi non valet ex Testibus, nouiter pro parte D. Alexandri exhibitis, deponentibus Catherinam penes Dionysium fuisse retentam in quadam sua Villa. Quia hi non percutiunt tempus conceptionis, † nec probant impossibilitatem 31
accessus Aloysij ad Catherinam vxorem; † Imò nullam 32
mereentur fidem attentis validissimis exceptionibus falsitatis, inimicitiæ, & alijs huiusmodi per Informantes pro D. Benedicto allegatis, Rota cum ibi citatis *dec.* 177. *n.* 5. *coram Merlino.* Et certum est, quòd ad superandam † po- 33
tissimam *d. l. miles* §. *defuncto*, præsumptionem testes omni exceptione maiores desiderantur, Rimin. Sen. *cons.* 289. *num.* 12. & 13. *vol.* 7. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *q.* 48. 2. 45. & *seqq.* Reuerendissimus Eugub. *dec.* 173. *num.* 29. Rota coram Cardinal. Millino *dec.* 138. *num.* 3. Et ita † quod hæc 34
qualitas necessario sit articulanda, & probanda, Curt. iun. *de testib. concl.* 34. *num.* 35. Soccin. iun. *cons.* 39. *num.* 62. *vol.* 2. *idem Reuerendissimus Eugub. vbi proximè, num.* 30.

Descendentia autem D. Benedicti possessoris euidenter ex rationibus in alia decisione adductis conuincitur. Et ex his DD. persistendum in decisis dixerunt vtraque, &c.

Decisio ista facta in hac eadem causa sub die 5. Maij 1655. coram eodem R. P. D. Zarate, est supra in hac parte decisio 8.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Emphyteusis.

Veneris 18. *Februarij* 1656.

ARGVMENTVM.

In successione bonorum Emphyteuticorum, an veniat attendenda proximitas primi acquirentis, vel vltimi defuncti: Dubia est quæstio, & incerta est resolutio; Resoluitur tamen, quod attendenda venit proximitas vltimi defuncti, & respondetur DD. & rationibus contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Successores, quando sunt plures in eodem gradu, tunc omnes pro virili debent admitti ad successionem.*
2 *Remedium leg. finalis C. de Edict. Diui Adrian. toll. competit omnibus vocatis ad Emphyteusim.*
3 *Filij diuersorum fratrum, admittuntur ad successionem patrui non in stirpes, sed in capita.*
Quam opinionem amplectitur Rota, & est sententia Azonis, reiecta contraria Acursij, & n. 3.
4 *Emphyteusis, quando est ex pacto, & prouidentia, tunc in eo succeditur ex Iure proprio.*
5 *in Emphyteusi ex pacto, & prouidentia, tot sunt successores, quot sunt gradus succedentium.*
6 *Successores in Emphyteusi ex pacto, & prouidentia, non dicuntur habere ab antecessore, sed directè capiunt à concedente.*
7 *Fœmina non possunt concurrere cum masculis ad successionem, stante Statuto exclusiuo fœminarum.*
Statutum Vrbis lib. 1. *cap.* 140. *est exclusiuum fœminarum, non comprehendit tamen bona Emphyteutica Ecclesiastica.*

8 *Con-*

8 *Contrahentes præsumuntur voluisse se conformare Statutis locorum.*

9 *Pater si toto tempore vitæ suæ possederit aliquam Emphyteusim, & filius sit comprehensus in ea, debet possessio in eo continuari.*

10 *in Successionibus bonorum Emphyteuticorum, datur continuatio in descendentes vnius lineæ vocatæ, quousque extant, nec datur transitus de vna linea ad aliam.*

11 *in Successione Emphyteusis non habet locum repræsentatio, quando Emphyteusis est pactionata.*

12 *Emphyteusis etiam Ecclesiastica, & ex pacto, & prouidentia pro masculis, & fœminis non simultaneè, sed ordine censetur acquisita.*

13 *Attamen id procedit, quando adest Statutum exclusiuum fœminarum, nempe fauore agnationis.*

Et insoper adsunt masculi descendentes ex masculis de agnatione.

14 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia concessa pro masculis, & fœminis, tunc omnes simultaneè admittuntur, & non ordine successiuo, licet adsint mascoli, & fœmina, qui tamen omnes proueniunt à fœmina.*

15 *Et hoc non obstante Statuto exclusiuo fœminarum pro conseruatione agnationis, cum tunc cesset dicta ratio, num. 16.*

17 *Emphyteusis semel ingressa vnam lineam, in ea debet continuari vsque ad totalem lineæ eius extinctionem, exclusis alijs de alia linea.*

18 *in Emphyteosi, quæ proximitas attendenda sit, an acquirentis, vel possessoris, qui vltimo loco decessit.*

19 *Emphyteusis, quando ingressa est vnam lineam descendentium, non possunt cum eo concurrere alij de diuersa linea.*

20 *in Emphyteusi attenditur proximitas acquirentis, quando ea non est hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia.*

21 *Emphyteusis, quando est ex pacto, & prouidentia, attenditur proximitas vltimi defuncti, non autem primi acquirentis.*

22 *in Emphyteusi attendenda est proximitas vltimi defuncti.*

23 *Et ista opinio videtur attendenda, tum quia Rota articulo hoc mature discusso sic decisit.*

24 *Tum quia maioribus auctoritatibus, & rationibus est circumuallata, & n. 25.*

25 *Emphyteusis, quando non accipitur à primo acquirente.*

26 *Sed à concedente non potest considerari maior affectia erga proximiores primi acquirentis, quàm vltimi defuncti.*

27 *Emphyteusim primus concedens, sicuti dilexit primum acquirentem ita censetur dilexisse suos proximiores.*

Peregr. *de fideicommiss. articul. 51. n. 59. declaratur.*

28 *Proximitas concedentis, vel vltimi inuestiti in Emphyteusi ob quam causam sit attendenda.*

29 *Emphyteusim Ecclesia pluribus inuestitis dando, censetur omnes æqualiter diligere.*

30 Rotæ *dec. 131. n. 1. par. 7. rec. declaratur.*

31 Gabr. *consil. 85. num. 14. lib. 1. in quo casu loquatur.*

32 Couarr. *variar. Resolution. quæst. 38. num. 3. declaratur.*

33 Paris. *cons. 230. num. 131. lib. 1. in quibus terminis loquatur.*

Menoch. *cons. 143. num. 42. in quo casu loquatur, num. 33.*

34 *in Emphyteusi hæreditaria speciale est, sicuti quoque in Emphyteusi ex pacto, & prouidentia, vt in eis seruetur dispositio cap. 1. in fin. titul. de natur. feod. success.*

35 Peregr. *de fideicommiss. art. 2. num. 59. qualiter sit intelligendus.*

36 *in Emphyteusis successione est attendenda proximitas primi stipitis, quando ea non est consolidata in vna, & num. 37.*

37 *Text. in cap. 1. in fin. de natural. feud. success. & decis. in causa Romana Domus coram Sacrato, quando intrent.*

38 *Exempla non restringunt casum.*

41 *in Emphyteosi ex pacto, & prouidentia succeditur iure proprio, & indè independenter ab alijs vocatis.*

Ideoque perperam inquiritur de proximioribus vltimi, vel primi inuestiti.

42 *in Emphyteosi possunt aliqui ex vna linea concurrere cum alijs alterius lineæ apud quam extet Emphyteusis.*

43 *Et hoc quantumuis sint in eodem gradu, declaratur numer. 44.*

DECISIO CXXXV.

EMphyteusis de qua agitur, fuit concessa de anno 1553. à RR. Monachis Abbatiæ Farfañ. Pompeo de Maximis pro eius filijs masculis, & fœminis, eorumque filijs, & filiabus, ac nepotibus, & neptibus; Ex Pompeo nati fuerunt Marcus Antonius, Lucretia, & Virginia; defuncto Marco Antonio sine filijs, ac deindè Virginia, Emphyteusis tota deuenit ad Lucretiam, ex eaque ortis Pompeo & Laura, consolidata fuit in Pompeo, quo nuper defuncto, ac relicto Iosepho filio, prætendentibus Nicolao, & fratribus de Mazziottis filijs Lauræ cum eo succedere, fuit dubitatum an illis danda esset immissio.

Et esse dandam dicebant Mazziottis, quia cùm ipsi sint
Pronepotes Pompei primi acquirentis sicut † est Ioseph, 1
sicque in æquali gradu existant, æqualiter profectò suc-
cedere debent, ac immitti ex † remedio *l. fin. C. de Ed.* 2
diu. Adr. toll. quod competit etiam vocatis ad Emphyteusim, iuxt. text. *in cap. 1. si feud. fuerit controu.* Roland. *cons. 1. lib. 1.* Surd. *con. 571. num. 4.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 385. & seqq.* & dixit Rota *decis. 220. num. 3. par. 4. diuers. & in rec. dec. 204. num. 8. & sequent. ac dec. 242. n. 3. par. 7.*

Et quidem in capita † non autem in stirpes iuxta sen- 3
tentiam Azonis, quam amplexa est Rota reiectu contraria Accursij, vt in *dec. 391. num. 392. par. 4. diuers. in rec. decis. 278. num. 9 par. 6. & decis. 138. num. 1. & seq. par. 7.* cum alijs per Modern. Fulgin. *de iur. Emphyt. tit. de success. in bon. Emphyteut. quæst. 1. num. 8. vers. sed maius dubium, & seq.*

Nec obstare, quod Laura Mater prædecesserit Pompeo
de Blanchis. Quia † cùm Emphyteusis sit ex pacto, & 4
prouidentia concessa filijs, nepotibus, & pronepotibus,
isti non veniunt ex persona matris, † sed iure proprio, 5
cùm tot dicantur concessiones, quot sunt gradus succe-
dentium, quapropter vno excluso, seu præmortuo sequen-
tes admittuntur, qui non ab antecessore, † sed directè ca- 6
piunt à concedente, vt benè declarat Camerar. *in repetit. cap. Imperialem §. præterea Ducatus folio 95.* Menoch. *cons. 1153. n. 12.* Gratian. *cap. 247. n. 11. & seq.* Capyc. Latr. *dec. 126. n. 14. cum seq.* Rota coram Duran. *dec. 810. num. 7. & seq.*

At non esse dandam tuebantur informantes pro Iosepho duplici fundamento.

Altero, quod Mazziotti descendunt à Laura fœmina,
ac proindè † non possunt concurrere cum Iosepho descen- 7
dente ex masculo stante Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 140.* ex-
clusiuo fœminarum; cuius dispositio licet non comprehen-
dat bona Emphyteutica Ecclesiæ, vt firmauit Rota *in hac causa in decisione edita super manutentione die 31. Maij præteriti coram me*, seruit tamen pro interpretatione volun-
tatis acquirentis, qui cum † ea se conformasse censetur, 8
vt in terminis tradunt Decian. *cons. 30. n. 40. lib. 3.* Honded. *cons. 13. n. 30. & cons. 54. num. 6. lib. 1.* alijque relati per Add. ad Burat. *dec. 839. num. 15. cum seq.* & fuit dictum coram Card. Caual. *dec. 555. n. 1. & dec. 583. sub n. 8.* & coram bon. mem. Merlin. *dec. 447. n. 18. cum seq.* Altero, quia hæc
Emphyteusis tota deuenit ad Pompeum de Blanchis, qui
donec † vixit illam possedit, vndè cùm extet Iosephus 9
filius, in eo continuare debet, non autem retrogredi ad
Mazziottos nepotes ex sorore, quia in successionibus bo-
norum Emphyteuticorum datur continuatio in descenden-
tes vnius lineæ vocatæ, quousque extant, † nec fit tran- 10
situs ad aliam lineam, iuxta text. *in cap. 1. in fin. de natur. success. feod.* Soccin. *in l. si cognati n. 40. vers. Hoc clarè voluit de reb. dub. & cons. 249. sub num. 31. vers. 6. confirmatur lib. 2.* Corn. *cons. 97. sub num. 6. vers. & eadem*

ratio

eadem ratio lib. 1. cons. 22. num. 18. lib. 2. & cons. 190. n. 3.
vers. & hoc præsupposito cum seq. per tot. lib. 3. Natt. cons. 22.
num. 1. Ruin. cons. 166. num. 10. lib. 1. Honded. cons. 54.
num. 1. lib. 1. Rota dec. 209. num. 1. par. 2. diuers. in Roma-
na Domus 25. Iunij 1615. coram bon. mem. Card. Sacrato §. 1.
in Cesenaten. Emphyteusis 14. Decembris 1635. coram Mer-
lin. inter eius impress. dec. 699. num. 12. & in Fanen. seu Se-
nogallien. bonorum super bono iure 14. Martij 1646. §. neque
agnatus, vers. maximè, cum talis Emphyteusis, ac in Cese-
naten. Emphyteusis 15. Martij 1652. §. fin. coram R. P. D.
meo Meltio. Itaut nec minus locum habeat repræsentatio,
11 † quando (prout hic) Emphyteusis est pactionata, vt in
specie tradunt Alexand. cons. 129. num. 8. lib. 3. Valasc. de
iur. Emphyt. q. 50. num. 5. Cald. eodem tract. quæst. 17. n. 16.
Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. num. 18. & 19. Capyc. Latr.
d. dec. 126. num. 25. cum seqq. Add. ad Butatt. d. dec. 838. n.
17. & firmauit Rota dec. 219. num. 4. & seqq. par. 4. diuers.
in Vrbinaten. emphyteus. 7. Iunij 1645. coram Reuerendiss.
Terracinen. §. nam vbi agitur, & in d. Cesenaten. em-
phyteus. coram R. P. D. meo Meltio §. neque comprehen-
sionem.

Cæterum respondebatur ad primum fundamentum,
quod licet verissima sit conclusio, quod emphyteusis etiam
12 Ecclesiastica, & ea pacto, † & prouidentia stipulata pro
masculis, & fœminis, non simultaneè, sed ordine suc-
cessiuo censetur acquisita iuxta doctrinam Bart. in l. vt in-
ris iurandi §. si libere sub n. 5. vers. nisi in Ciuitate ff. de oper.
libert. & in cons. 60. num. 1. lib. 1. Decian. d. cons. 30. n. 40.
cum seqq. lib. 3. Hond. d. cons. 13. num. 30. & cons. 54. n. 6.
& seqq. lib. 1. & latè firmatum fuit in Romana domus S. Lu-
douici 17. Nouembr. 1600. coram Penia inter impress. Lugdu-
ni dec. 870. num. 4. coram Card. Caual. d. dec. 555. & dec.
583. per tot. coram Butatt. dec. 838. num. 1. cum seqq. vbi Add.
litt. A. & dec. 884. num. 1. Merlin. d. dec. 445. n. 19. & seqq.
Attamen illa procedit vbi vrget ratio statuti exclusiua fœ-
13 minarum, nempè fauor † agnationis, quando extant ma-
sculi descendentes à masculis de agnatione illius, qui em-
phyteusim acquisiuit, in quibus terminis loquuntur mox
14 allegati, secus autem † si dicta ratio cessauit, vt in præ-
senti per obitum Marci Antonij de Maximis sine filijs, &
15 descendentibus, hoc tamen casu, † quia omnes colliti-
gantes prouenīunt à fœmina, nempè Lucretia, sicque di-
uersæ sunt agnationes, cessat pariter adducta prælatio,
16 quæ † non progreditur statutariam exclusionem, vt in
puncto respondit Rota in dicta Romana Domus 25. Iunij
1615. coram bon. mem. Cardinali Sacrato §. quoniam vero,
ac §. tertio loco, & prosequitur Modern. Lucen. cons. 25.
sub num. 42. vers. item masculi lib. 1.

Ad secundum verò dicebatur, inficiari quidem non pos-
17 se, quod emphyteusis † ingressa vnam lineam, in ea
continuare debeat, vsque ad totalem eius extinctionem,
18 exclusis alijs alterius lineæ, † in pari vel etiam in proxi-
miori gradu acquisitoris existentibus ex authoritatibus suprà
relatis, sed dubium esse quænam linea sit inspicienda. Id-
que pendere, an attendenda sit proximitas acquirentis, vel
19 potius possessoris, † vltimo loco decessit, nam primo ca-
su tam Mazziotti, quàm Ioseph essent de eadem linea; se-
cundo verò casu essent de linea diuersa, nec possent cum Io-
sepho concurrere.

20 Quod sit attendenda proximitas acquirentis quando em-
phyteusis non est hæreditaria, sed ex pacto, & prouiden-
tia fuit in specie dictum in Imolen. emphyteusis 21. April.
1636. coram Reuerendiss. Compostell. in rec. decis. 121.
num. 6. par. 7.

21 Verùm quod † imò etiam in emphyteusi ex pacto, &
prouidentia attendatur proximitas vltimi defuncti, non au-
tem primi stipitis, responsum fuit in dicta Rom. domus coram
Cardinali Sacrato, §. 1. & §. nec dicatur.

Harum itaque opinionum varietate, à qua propositæ
22 quæstiones † pendet resolutio diligenter examinata, censue-
runt Domini eam esse amplectendam, quæ fauet proximio-
ribus vltimi defuncti.

Tum quia illam discusso articulo firmauit Rota in dicta
23 Romana domus coram Cardinali Sacrato; † contrariam ve-
rò incidenter retulit in dec. 121. p. 7. rec. In qua principaliter
fuit exclusa persona, quæ supererat ex vltimo defuncto
24 † quia filia primi acquirentis erat expressè post mas-
culos vocata; Tum etiam, quia confirmatur authorita-
te, & ratione.

Authoritate, quia vltra DD. relatos in dicta Romana
domus illam † in terminis probant Gabr. cons. 12. n. 26. 25
lib. 1. Cald. de iur. emphyt. lib. 1. q. 9. num. 35. & 37. in fin.
Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. n. 38. Anton. de Amat.
tom. 1. resolut. 10. num. 16. & 19.

Ratione, quia quando emphyteusis non accipitur à pri-
mo acquirente, sed à concedente, (vt contingit in emphy-
teusi ex pacto, & prouidentia) in persona † ipsius conce- 26
dentis non potest considerari maior affectio erga proximio-
res primi acquirentis, quàm vltimi defuncti; quamuis enim
hæc ratio non satisfaciat, Peregrin. de fideicomm. art. 51.
num. 58. vers. qua tamen &c. Ex quo sicuti concedens † di- 27
lexit primum acquirentem, ita censeatur dilexisse eius pro-
ximiores, eum tamen pleno calamo sequuntur Gabr. alijque
relati per Mantic. & Amat. in locis proxime allegat.

Et sanè consideratio Peregrini † non subsistit, quia cùm 28
prædilectio reguletur à motiuo gradus vicinioris, & arctio-
ris sanguinis vinculo, vt dicit Rot. coram bon. mem. Mer-
lin. dec. 520. num. 2. Vtique accommodari non potest Ec-
clesiæ concedenti, quæ nullo gradu, nulloque sanguinis
vinculo acquirentem eiusque proximiores attingit, quare
omnes ad emphyteusim vocatos pari affectione prosequi,
& æqualiter † diligere censetur, eosque præsumitur vo- 29
luisse ad successionem admitti secundùm ordinem iuris,
vt benè perpendit Surd ex aduerso alleg. cons. 120. sub n. 20.
vers. qua ratio, & consentiunt Gabr. cons. 90. sub num. 25.
vers. verum etiam lib. 1. Nattum Pistor. q. iur. lib. 3. q. 23.
num. 44.

Tum demùm, quia authoritates † adductæ in eadem 30
dec. 121. par. 7. nam probant conclusionem ibi relatam;
etenim Cardinalis Mant. de tacit. lib. 22. tit. 18. num. 39. agit
de emphyteusi, quæ peruenit ad defunctum contra voluntatem
stipulatoris, ac tenorem inuestituræ, extra verò illum casum
confirmat opinionem supra firmatam, vt in vers. aliud ergo
dicen. est. Et licet num. 40. referat pro contraria Corn. cons.
42. num. 4. lib. 4. Is tamē attentè perlectus nihil determinat,
vt patet ex n. 5. vers. in hoc tamen &c. memor consilij Ca- 31
strens. quem adducit sequendo aliam sententiam in præcita-
to cons. 97. n. 6. in fin. lib. 1. & cons. 22. n. 18. lib. 2.

Gabriel cons. 85. num. 14. probat filiam fœminam ad-
mittendam ex pacto non agere proximitate vltimi defun-
cti.

Couar. pract. quæst. cap. 38. num. 13. non examinat hunc
articulum, † sed an in successione feudi filius repræsentet 32
personam patris, vnde isti Doctores non contradicunt isti
opinioni.

Minusque videntur contradicere alij per informantes
congesti, † quia Paris. cons. 230. num. 131. lib. 1. Menoch. 33
cons. 142. num. 42. ac Surd. cons. 120. num. 6. loquuntur in
feudo, in quo aperti iuris est, esse attendendam proximita-
tem vltimi defuncti per text. in d. cap. 1. in fin. de natur. suc-
cess. feud. Cuius dispositio (quidquid aliqui senserint) cùm 34
sit generalis indistinctè procedit in feudo hæreditario, ac
ex pacto, & prouidentia, vt latè per Natt. cons. 682. n. 13.
& seqq. Pistor. d. q. 23. num. 45. lib. 3. Mantic. de tacit. lib.
23. tit. 29. n. 8. & admittit idem Surd. d. cons. 120. n. 20. & seq.
& Clarius in cons. 573. num. 3. vers. quem text. vbi innume-
ros allegat.

Peregr. de fid. art. 11. num. 59. † quamuis pro contraria 35
opinione ponderet rationes, & authoritates cumulet, in fi-
ne tamen se refert ad tradita in art. 20. vbi opinionem am-
plectitur pro proximitate grauati.

Cæteri verò generaliter asserentes in huiusmodi succes-
sionibus esse inspiciendam proximitatem respectu stipitis
intelligi debent, vel quando feudum, aut emphyteusis non
fuit † consolidata in vna linea, in quibus terminis loqui- 36
tur dec. 622. coram Caualer. vt se explicat sub num. 3. vers.
ad text. autem, cum seq. Vel quando linea, in qua fuit con-
solidata penitus terminauit, sicuti conciliando pugnantes
opiniones † distinguunt Crauett. cons. 950. num. 1. & seqq. 37
Decian. cons. 21. num. 7. Mantic. dicto lib. 23. tit. 29. n. 10.
cum alijs adductis per Anton. de Amat. dicta resol. 10. n. 13.
tom. 1. & ita se declarat decisio in Paduana feudi 10. Iunij
1609. coram Lancellot. relat. à Peregr. in fin. cons. 24. vers.
quia vltimus decessit sine filijs &c. lib. 5.

Nec refert, † quod text. in cap. 1. in fin. de natur. success. 38
feud. ac ipsa dec. in Romana domus coram Sacrato; aliæque
authoritates pro Iosepho adductæ loquantur, & procedant
in emphyteusi obuenta † per diuisionem vni ex vocatis 39
Ideoque nil mirum si in eis non habeatur ratio primi acqui-
rentis, vt explicat Modern. Fulgin. in quodam suo cons.
relat.

relat. in tract. de iur. emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 2. num. 18.

40 Quia ius non fit in diuisione, quæ in dd. iuribus † exempli causa affectu, sed in consolidatione quocumque modo
facta in vno capite, vel linea, & in continuatione successionis, quæ præfert semper proximiorem vltimi, vt
explicat Mantic. *d. lib. 23. tit. 29. num. 9. & clarè educitur ex dec. 176. num. 13. cum seqq. par. 5. rec.* & coram Card.
Caual *dec. 622. n. 4.*

Minus vrget, quod in emphyteusi ex pacto, & pro-
41 uidentia vnusquisque succedat iure proprio, † ac independenter ab alijs in vim pacti, ac concessionis *ex adduct. in
princ.* ac proindè perperam quæritur de proximitate primi, vel vltimi.

Nam hoc etiam admisso non sequitur, quod aliqui de
42 vna linea possint † concurrere cum alijs alterius lineæ apud quam extat emphytheusis, licet sint in eodem gradu,
vt optimè tradit Bald. *cons. 200. n. 2. lib. 5.* Crauett. *d. cons. 950. n. 2. ac alijs supra alleg.*

Parum obstante. An concessio à principio facta fuerit
43 vni, vel pluribus quasi primo casu linea † quamuis in palmites diuisa pro vnica semper reputari debeat iuxtà di-
stinctionem relatam per me, Lucen. *in d. cons. 25. num. 3. & seqq. lib. 1.*

Quin eadem ratio ingressus, & consolidationis, quæ viget in linea, viget pariter in palmite, ad hoc vt omnes
44 eiusdem palmitis deficere debeant, † priùs quàm transitus fieri possit ad alios ex diuerso palmite prodeuntes, vt reprobata dicta distinctione ex plura probant Peregr. *de fideicomm. art. 27. num. 14.* Fusar. *de subst. q. 379. num. 49. & de concessione facta vni loquuntur dec. Casenaten. emphyteusis coram bon. mem. Merlin. à R. P. D. meo Meltio, & alia supra allegata.*

Atque ita ex hoc capite fuit resolutum Mazziottis non esse dandam immissionem, causa per duas vices proposita, & partibus acerrimè informantibus &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Maceraten. Hæreditatis.

Veneris 18. Februarij 1656.

A R G V M E N T V M.

Legitima est exempta ab omni onere, & debetur licet non sit confectum inuentarium, dummodò non sit facta aliqua alienatio. Legitima non potest eligi in fideicommisso in specie à Testatore prohibito alienari. Legitimæ portio, vt de triente transeat in semissem fauore masculorum, etiam fœminæ faciunt numerum &c.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima à quocumque onere fideicommissi dicitur immunis.*

2 *Trebellianica debetur fideicommisso grauato.*

3 *Legitima non amittitur ex sola omissione inuentarij nulla præcedente alienatione.*

4 *Tutoris incuria, quia non confecit inuentarium bonorum hæreditariorum est, & non pupillo debet ascribi.*

5 *pro Legitima filius potest sibi eligere bona fideicommissaria.*

Quod tamen limitatur, nisi ea sint obnoxia fideicommisso, prohibito in specie alienari à Testatore.

6 *Euictio, quando releuet hæredem pro rata.*

7 *de Euictione agere non potest, qui sciebat rem habitam esse alicui oneri grauatam. Declara tamen vt hic, num. 8.*

9 *Legitima si fuerit euicta filius potest agere pro consequenda eam in alijs bonis.*

10 *Amplia in casu vt hic.*

11 *Legitima portio, dum pinguius fuit assignata, & ea postea fuit euicta, an agi ad eam consequendam in alijs bonis possit.*

12 *Diuisio facta inter hæredes non potest argui tanquam inæqualis, si bona fuerunt data inæstimata, & non est facta æstimatio.*

13 *Fructus ex hæreditate percepti filius non imputat in legitima portionem.*

14 *Filio non imputantur fructus in Trebellianicam.*

15 *Testator si mandet hæredi, vt soluat æs alienum ex fructibus hæreditatis censetur id mandasse in fauorem hæredis, non autem hæreditatis, & n. 16.*

17 *Filiæ fœminæ faciunt numerum ad augendam legitimam filiorum de triente ad semissem.*

18 *pro Legitimæ supplemento non datur actio ex testamento, sed conditio ex lege pro residuo.*

Vel actio competit personalis experienda in iudicio Ordinario.

19 *Filius, dum non adiuit hæreditatem patris non, potest ad eius legitimam aspirare titulo hæreditario.*

20 *Fideicommissum conditionale non transmittitur nec ad liberos, nisi coniectura resultent ex ipso testamento.*

21 *Fideicommissi transmissio conditionaliter fieri potest ex voluntate Testatoris, vel expressa, vel tacita ex coniecturis.*

22 *Quæ voluntas tacita non deest, quando adest ratio conseruandæ agnationis.*

23 *Fideicommissi transmissio probatur ex tacita voluntate Testatoris, si omnibus liberis decedentibus, voluit vt conseruaretur Monasterium.*

Item si ad filios primi gradus non se restrinxit Testator.

24 *Fideicommissi transmissio facilè admittitur dum sumus in descendentibus Testatoris.*

26 *Fideicommissi transmissio an censeatur interdicta ex substitutione inter filios viuentes à Testatore proprio nomine facta.*

27 *Fideicommissi transmissio ex coniecturis elicita admittitur.*

Et hoc licet filij nomine proprio vocati fuerint.

D E C I S I O CXXXVI.

FRatres de Adrianis bonum ius fouere in Prædio Luponis fideicommisso Prosperi senioris obnoxio à quocumque onere detractionis ad ipsos immune transire debuisse responsum fuerat coram me sub die 7. Iunij præteriti. Cùm verò fratres de Troilis agentes ex persona Adriani hæredis Claudij, ac Hieronymi fratruum legitimam, ac Trebellianicam, nec non maternam dotem ex eorumdem iure denuò sibi debitas contenderent super dictis æditæ fundamentis dubio hodie proposito Domini in portionibus ex legitimæ, trebellianicæ, ac maternæ dotis causa competentibus Adriano eamdem reformarunt, in decisis verò quoad reliqua persistiterunt.

Resolutionis verò ratio potissima fuit, quod legitima à
quocumque † onere fideicommissi immunis eesserat Adria- 1
no *iuxtà text. in l. omnimodo 32. & l. quoniam in prioribus
C. de inoff. testam.* Socc. iun. *cons. 31. num. 4. vol. 2.*
Peregr. *de fideicomm. art. 36. num. 61.* Rot. *in Romana fideicomm. de Rodulphis 14. Iunij 1652. in §. legitimam
autem coram R. P. D. meo Cerro.* Trebellianica verò ei-
dem † per fideicommissum grauato competebat, §. *sed* 2
quia hæredes institut. de fideic. hæredit. Peregr. *de fideicomm. art. 3. n. 4.*

Neque ex sola omissione inuentarij nulla præcedente
alienatione eædem † consumptæ fuere, vt probat Castr. 3
*in l. ab omnibus §. vlt. sub num. 2. ff. de leg. 1. in l. Ita
tamen, §. si Trebelliano, ff. ad Trebell.* Rot. *in Perusina fideicommissi 30. Maij 1650. in §. legitimam circa fin.
coram Reuerendissimo Tarraconen.* Cùm maximè † id Tu- 4
toris incuriæ, non autem Adriano pupillo debeat adscribi *ad text. in l. pupillus* Auth. *de hæred. & falcid.* Paris.
cons. 25. num. 47. cum seqq. lib. 2. Rota *dec. 67. num. 3. cum seqq. & decis. 163. num. 8. par. 5. rec.* & coram Vrgellen. *dec. 165. num. 1. & in Perusina fideicommiss. de Rodulphis 14. Iunij 1652. in §. quoniam alienationis coram R. P. D. meo Cerro.* Cuius proinde vices in proposito casu poterit obtinere successiua diuisio inter ipsos 9. post annos à die obitus Testatoris subsequuta, dum nulla præcesserat alienatio ex latè deductis *in Bonon. fideicomm. Io. Mariæ de
Bolo-*

Bologninis 4. *Februarij* 1654. *in* §. *quoniam ita tria*, *vers. attamen coram R. P. D. meo Cerro*.

Neque possunt detractiones Adriano competentes præsumi consumptæ in prædio Ciuitatis Nouæ iure diuersionis ipsi delatæ; præterquam enim ex eodem prædio
5 † iussu Testatoris alienari prohibito, nec non particularis fideicommissi oneri obnoxio alienationis interdictæ censentur, vt notat Rip. *in l. filius familias* §. *Diui* num. 29. *ff. de legat.* 1. Castr. *cons.* 9. *num.* 16. *lib.* 4. Aym. *cons.* 19. *num.* 14. cum alijs per Peregr. *de fideic. art.* 4. *num.* 32. *in fin.* Grat. *discept. forens. cap.* 334. *num.* 6. *&* 7. Surd. *dec.* 316. *num.* 13. Rota *in Romana fideicommissi de Zuccaris* 4. *Febr.* 1650. §. *tertia denique cum seq. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *& in Meleuitana fideicommissi* 13. *Martij* 1651. *in* §. *quapropter coram R.P.D. meo Bichio*. Cessat obiectio cùm illud à fratribus de Adrianis fuerit euictum, pro quo poterunt Troioli pro
6 ijsdem † detractionibus ex persona Adriani sibi permissis ius retentionis exercere in prædio Montis Luponis, vt aduertit Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 49. *num.* 10. Cost. *de port. rat. q.* 140. *num.* 9. Licet illud in diuisione fratribus obuenerit, contra quos euictionis iure idemmet Adria-
7 nus † conscius grauaminis in eius portione existentis agere non poterat, *iuxt. glos. in l. si familiæ* 14. *vers. Item quid l. fam. hercisc.* Becc. *cons.* 24. *num.* 34. Peregr. *de fideic. art.* 52. *num.* 58. Cyriac. *contrmedian.* 325. *num.* 16. *cum seqq.* Rot. *dec.* 111. *n.* 1. *cum seqq. par.* 2. *diuers.* & coram Buratt. *dec.* 89. *num.* 8. Cum præfata conclusio debeat admitti quoties de præiudicio dumtaxat diuidentium agetur, non autem si prout in proposito casu concurrat pu-
8 rificatio fideicommissi, & † de præiudicio vocati ad fideicommissum solùm agatur, cùm tunc si in bonis diuisis fue-
9 rit euicta † legitima, in alijs debet eiusdem fieri detractio, vt in similibus ferè terminis not. Bart. *in l. qui Romæ* §. *duo fratres num.* 26. *ff. de verb. oblig.* vbi etiam Ripa *n.* 92. Ruin. *cons.* 146. *num.* 4. *lib.* 1. Castr. *cons.* 448. *num.* 3. *vers. nam licet lib.* 1. Rot. *dec.* 336. *num.* 2. *& dec.* 382. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* Cùm maximè renunciatio legitimæ cuius expres-
10 sa mentio † in diuisione facta non fuit ex receptione prædij hoc restitutionis onere grauati nullatenus includatur, *vt in l. si quando* §. *generaliter*, vbi DD. communiter *C. de inoff. testam.* Ruin. *cons.* 56. *n.* 8. *cum seqq. lib.* 2. Paris. *cons.* 47. *n.* 8. *lib.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9. *n.* 32. Rot. *dec.* 449. *par.* 1. *rec. & in Romana supplementi legitima* 18. *Maij* 1640. *coram R.P.D. meo Cerro*, §. *Et nihilominus*.

Neque videtur obstare, quod portio Adriano assignata
11 pinguior † extiterit altera fratribus delata, quæ propterea correspectiua esse debeat ad periculum purificationis fideicommissi, vt notat Cyriac. *contro.* 225. *num* 19. Partium enim æqualitas benè desumitur ex assignatione eisdem
12 fratribus facta vltra prædium domus inæstimatæ, † cuius donec valor innotescat corruit inæqualitatis defectus, qui potius excluditur, dum fructus dumtaxat prædij pro sua
13 portione † Adrianus recepit in diminutionem legitimæ nullatenus imputando, vt not. Bart. *in l. sumus num.* 5. *C. de inoff. Testam.* Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *n.* 120. Merl. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 32. *per tot.* Rot. coram Seraph. *decis.* 1365. *n.* 3. *& dec.* 62. *par.* 5. *rec.* Neque filio primi gradus
14 † in Trebellianicam ad text. *in l. iubemus C. ad Trebell.* Aym. *cons.* 16. *in fin.* Rot. coram Greg. *dec.* 226. *num.* 6. & coram Caual. *dec.* 20. *num.* 4. *& dec.* 540. *num.* 6. Quinimò
15 portionem dotalem debitam eidem Adriano † nullatenus extinxere, licet iussu Testatoris in proprio casu deficiente ex fructibus, non autem in proprietate bonorum subsequi debuisset extinctio æris alieni, cùm hoc præceptum ad
16 commodum † dumtaxat hæredis, non autem hæreditatis emanasse censeatur, vt aduertit Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 7. *&* 9. Rota *in Æsina fideicomm.* 8. *Iunij* 1618. *coram Vbaldo*, *& in Bonon. bonorum* 18. *Martij* 1652. §. *maior autem coram Reuerendiss. D. meo Decano cum alijs* per Add. ad Buratt. *dec.* 509. *n.* 6.

Hanc verò legitimam, & trebellianicam Adriano debitam ex calculo ab informantibus pro Troilis exhibito duas dumtaxat vncias, ac quartam alterius partem æquasse dignoscitur; habito tamen respectu dotium Iuliæ, ac Teclæ sororum, cùm hæ ad augen. legitimam de triente
17 ad semissem faciant numerum † non autem partem, itaut ipsarum dotes pro legitima deseruiant quoties ex dispositione statuti exclusæ non fuerint, *l. Titio centum* §. *Titio genere*, vbi Bart. *num.* 8. *& DD. de condit. & demonstr.*

l. quoniam nouella C. de inoff. testam. Ludou. Bellon. *cons.* 176. *num.* 7. Honded. *cons.* 53. *num.* 12. *lib.* 2. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *num.* 30. & respondit Rota coram Greg. *dec.* 495. *num.* 14. *& in Anconitana bonor.* 13. *Ianuarij* 1645. §. *quia quoad legitimam coram R. P. D. meo Melsio cum alijs relatis in Auenionen. pecuniaria* 10. *Decembris* 1646. §. *sententiam coram me*.

Arretentionis iure vti non poterunt super eodemmet prædio Troili pro legitima Claudij atque Hieronymi, dum plures in eamdem causam præcesserunt alienationes valoris scutor. 1304. itaut ipsis conditio dumtaxat ex lege † pro 18
residuo, vel actio competat personalis experienda in iudicio ordinario, vt not. Alex. *in cons.* 128. *n.* 5. *lib.* 1. Rimin. iun. *cons.* 539. Gratian. *discept. foren. cap.* 198. *num.* 16. Maresc. *var. lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 72. Rot. *dec.* 4. *num.* 11. *par.* 4. *diuers. & dec.* 366. *num.* 3. *par.* 3. *& dec.* 295. *num.* 7. *par.* 7. *recen. & in Amerina Castri Guardiæ* 4. *Martij* 1651. §. *nihilominus*, *&* 16. *Iunij eiusdem anni in* §. *vltimo coram Reuerendiss. Tarraconen.* Quinimò dum Adrianus, vt ex ipsius confessione conuincitur hæreditatem Hieronymi non adiuit, non poterunt † proindè Troili ad eius legitimam titulo 19
dumtaxat hæreditario debitam aspirare, *l. quamquam C. ad l. falcid.* Peregr. *de fideicommiss. art.* 3. *num.* 5. *& art.* 8. *num.* 23. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 3. *cum seqq.* Merlin. *de legit. dec.* 93. *num.* 5. *&* 8.

Hinc verò exclusa retentione exaduerso prætensa bonorum ius desumitur pro fratribus de Adrianis, ad ipsorum quippe fauorem fideicommissum remansit apertum, & perperam impugnatur, ex quo portio Claudij in Prosperum iuniorem Testatoris pronepotem ex Paulo patre transmitti nequierit, sed integrè Adriano superstiti delata fuerit † post- 20
quam filij sub conditione si sine filijs fuerant à Testatore substituti, *iuxta text. in l. vnica* §. *sin autem C. de caduc. toll. l.* 4. *ff. de alim. & cibar. legat.* Rot. *dec.* 100. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* Conditionaliter enim fideicommissi transmissio ex voluntate Testatoris tum expressa, † tum elicita ex coniectu- 21
ris admittitur, vt aduertit Bald. *in l. vnica num.* 10. *C. de his quæ ante apert. tabul.* Dec. *cons.* 594. *num.* 7. *vers. nisi aliquibus*, Grat. *cons.* 101. *num.* 5. *cum seqq. lib.* 2. Paris. *cons.* 25. *num.* 5. *& cons.* 42. *num.* 7. *& cons.* 77. *n.* 10. *lib.* 2. Rota coram Verall. *dec.* 21. *n.* 1. *par.* 2. *& in Cæsenaten. fideicom.* 4. *Aprilis* 1650. *in* §. *licet enim*, *&* 30. *Ianuarij* 1654. *in* §. 1. *coram R. P. D. meo Celso*. Quæ non desunt in casu proprio siue ex ratione conseruandi bona † in agnatione desuma- 22
tur, vt not. Zanch. *in l. heredes mei*, §. *cum ita num.* 326. *cum seqq. ff. ad Trebell.* Menoch. *cons.* 95. *num.* 105. *& cons.* 487. *num.* 12. *&* 13. Odd. *cons.* 49. *num.* 33. Hond. *cons.* 70. *num.* 39. *lib.* 1. Decian. *cons.* 88. *num.* 70. *lib.* 2. Rot. coram Mant. *dec.* 319. *num.* 6. Siue ex Testatoris præcepto Monasterium construendi in casu, quo † omnes ipsius, ac fra- 23
tres descendentes nullis superstitibus liberis decessissent. Hinc enim prorogatio fideicommissi desumitur, dum ad filios primi gradus † non se Testator adstrinxit, vt voluit 24
Alex. *in l. si pater num.* 3. *ff. de vulg.* Fusar. *de subhast. q.* 490. *num.* 100. Rota coram Buratt. *dec.* 568. *num.* 6. *& alij plures relati in Cæsenaten. fideicommissi* 4. *Aprilis* 1650. *in* §. *plures autem coram R.P.D. meo Celso*. Cùm maximè de Testatoris descendentibus agatur, in quibus ad inducen. æquali- 25
tatem inter substitutos transmissio facilius admittitur, vt ont. Ruin. *cons.* 145. *num.* 6. *vol.* 2. Menoch. *cons.* 209. *num.* 22. Peregr. *de fideic. art.* 31. *n.* 9. *vers. Tacita autem voluntas*, Rota coram Greg. *dec.* 56. *n.* 10.

Neque poterit † interdicta transmissio censeri ex substi- 26
tutione inter filios viuentes à Testatore peracta *ex dec.* 1479. *n.* 9. *coram Card. Seraph.* Ea quippè transmissio ex prædictis coniecturis elicita admittitur, † licet filij nomine proprio 27
vocati fuerint, vt consuluit Menoch. *cons.* 209. *num.* 27. Hond. *cons.* 56. *num.* 35. *lib.* 2. Fusar. *de substit. q.* 490. *num.* 65. & respondit Rota coram Greg. *dec.* 56. *num.* 6. *& in adducta Cæsenaten. fideicommissi* 30. *Ianuarij* 1654. *coram R. P. D. meo Celso*.

Et ita, &c.

R. P. D. BICHIO.

Neapolitana Bonorum.

Veneris 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM

Ante Religionis ingressum, si puella donet omnia bona sua Monasterio quo ad vsumfructum ante professionem, & post professionem quo ad proprietatem, non potest posteà etiam ante conditionis euentum, dicta bona alteri donare, & hoc maximè secuta professione cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc.*

SVMMARIVM.

1 *in Contractu conditionali etiam ante conditionis euentum non est licita pœnitentia.*

2 *Donatio sapit causam onerosam, quando fit ex causa dotis.*

3 *Creditor anterior est præferendus creditori posteriori.*

4 *Creditor posterior ex titulo oneroso præferendus est creditori anteriori ex causa lucratiua.*

5 *Minor sine Iudicis decreto alijsque solemnitatibus validè an alienat.*

6 *Iuramentum non operatur in alienatione bonorum facta à minore sine debitis solemnitatibus.*

Iuramentum sub falsa causa extortum non ligat, num. 16.

7 *Alienatio facta à Nouitijs ante duos menses professionis an teneat.*

8 *Alienatio bonorum ad Ecclesiam spectantium, vt valeat requiritur beneplacitum Apostolicum, & iusta causa.*

9 *Bona Nouitiorum an dicantur spectare ad Ecclesiam ad effectum, vt sine iusta causa, & beneplacito Apostolico non possint alienari.*

10 *Ius ex contractu conditionali est etiam considerabile.*

Ius conditionale etiam ad hæredes est trasmissibile.

11 *Alienatio bonorum stabilium si sit prohibita censetur etiam prohibita alienatio iurium, & actionum ad illa consequenda competentium.*

12 *In Professionis instrumento si apponatur clausula,* ex nunc, prout ex tunc, *quid operetur.*

13 *Clausula,* ex nunc, prout ex tunc, *operatur retrotractionem.*

14 *Clausula,* ex nunc, prout ex tunc, *non operatur retractionem dominij, & ad qualem effectum.*

15 *DD. in leg. quoties C. de rei vindic. in quibus loquantur terminis.*

16 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, quod non interuenerit beneplacitum Apostolicum, nec iusta causa ex quo deducatur.*

17 *Assertio sola non sufficit, vbi est necessaria probatio.*

18 *Alienare prohibitus sine causa, si alienet circa probationem causæ non statur eius assertioni.*

Legis prohibitio, ne eludatur, cauendum est.

19 *Sententia quando est valida, & iusta, & ob non prosecuta appellationem transiuit in iudicatum, exequenda est, & num. 20.*

DECISIO CXXXVII.

PEtia duo Territorij sita in pertinentijs Ciuitatis Neapolis in loco *detto lo Cozzone*, seu, *allo Gracciolo*, quæ Claudia Terracina tunc Nouitia in Monasterio S. Crucis de Lucca de anno 1614. cum consensu, & auctoritate Monialium dicti Monasterij dederat in solutum Pompeio Nepoti nulliter alienata fuisse, & proinde Capitulum, & Canonicos Terræ Luisini condemnandos esse ad ea relaxanda pronunciauit per sententiam diffinitiuam D. Vicarius Generalis Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani.

Et meritò siue attendatur persona Claudiæ, quæ alienauit, siue Monialium, quæ alienationi auctoritatem
& consensum præstiterunt. Claudia enim quia quinquennio ante in ingressu Religionis omnia bona sua pro eleemosyna dotali Monasterio assignauerat quoad vsumfructum purè, & liberè, & quoad proprietatem sequuta professione cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, non potuit deindè eadem bona, vel illorum partem alienare,
quamuis tunc penderet conditio professionis, quæ post septem dies purificata fuit cum in contractu † conditiona- 1
li etiam ante purificatam conditionem non sit locus pœnitentiæ, *l. necessario, §. si ita res ff. pericul. & commod. rei vend.* Cæph. *cons.* 118. *num.* 28. Surd. *cons.* 38. *num.* 8. *&* 9. Bellon. iun. *cons.* 55. *num* 23. Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 16. *vers. etsi responderes*, Grat. *discept.* 514. *n.* 1. Seraph. *dec.* 124. *num.* 11. Merlin. *dec.* 568. *nu.* 8. *& seq.* Vbi hoc ampliatur etiam in terminis donationis conditionalibus præ-
sertim si sapiat † causam onerosam, prout sapit prædicta 2
assignatio, quæ ex causa dotis emanauit, & magis in puncto Rota *in Romana Donationis* 17. *Septemb.* 1640. *coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen.*

Itaut tam ex capite anterioritatis Moniales præferendæ
† sint hæredibus Pompei, esto quod ille quoque titulo 3
oneroso acquisiuisset, prout in fortioribus terminis posteriori habenti causam onerosam præfertur anterior ex cau-
sa merè lucratiua, † quando vt in casu nostro hypothe- 4
cam habet pro manutentione donationis, Piccard. *in §. quædam actiones num.* 70. *post* 5. *art. inst. de act.* Gabr. *cons.* 82. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 22. *sub n.* 23. Palazz. *de maior. par.* 1. *q.* 24. *num.* 27. Beletc. *dec.* Surd. 79. *num.* 1. *& seq.* Rot. *dec.* 223. *num.* 1. *par.* 2. *diuers. dec.* 189. *n.* 29. *inter impress.* apud Zacch. *de oblig. Camer. & in Rom. fideicomm. de Incoronatis* 7. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. meo Albergato*. Vbi hæc opinio tanquam magis communis multis comprobatur, & contrarijs omninò respondit.

Eoque minus alienare potuit Claudia, tunc ætate mi-
nor † absque Iudicis Decreto, & alijs solemnitatibus enu- 5
meratis à Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 1. *& seq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *per tot.* Roland. *cons.* 33. *n.* 2. *lib.* 1. Rimin. iun. *cons.* 5. *num.* 38. *& seq.* Castell. *dec.* 18. *n.* 22. *& seq. lib.* 1. Rota *in Romana Saluiani* 27. *Ian.* 1640. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Nihil suffragante iuramento
† in contractu apposito, quia dolosè sub falso prætextu 6
crediti fuit extortum, Ias. *cons.* 69. *num.* 8. *lib.* 1. Curt. iun. *cons.* 118. *num.* 9. Rota *dec* 54. *num.* 2. *par.* 1. *rec. & in Romana dotis* 10. *Iunij* 1626. *coram clar. mem. Coccino*. Nec non quia Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de regul. cap.* 16. annullat obligationes etiam iuratas factas à Nouitijs † infra 7
duos menses ante professionem absque licentia Episcopi, quæ in casu nostro non probatur; Ex persona quoque Mo-
nialium alienatio est † nulla ob defectum beneplaciti Apo- 8
stolici, & iustæ causæ copulatiuæ in alienationibus rerum Ecclesiæ, *c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Clem. 1. *eod. tit.* & vtrobique DD. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 2. Rot. *dec.* 223. *num.* 2. *par.* 6. *rec.* Quales etsi adhuc penderet conditio professionis censebantur ad effectum benepla-
citi, & iusta causa, bona de quibus agitur † tum propter 9
vsumfructum, quem Moniales desuper habebant purè, cuius remissio sapiat alienationem, Bald. *in auth. hoc ius porrectum n.* 6. *vers. certio est considerand. C. sacros. Eccles.* & text. *in l. iubemus §. fin. C. eod.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 2. *cap.* 33. *num.* 1. *&* 2. Tum propter ius in spe, quod
etiam ex contractu † conditionali oritur, estque adeò con- 10
siderabile, vt etiam ad hæredes transmittatur, §. *ex conditionali inst. de verb. oblig. l. spem C. donat.* Aret. *cons.* 74. *num.* 9. *&* 10. Ladercb. *cons.* 24. *num.* 7. Menoch. *in puncto donationis sub conditione professionis emittenda cons.* 388. *num.* 38. *&* 39. Merlin. *dec.* 568. *num.* 8. *& num.* 19. *&* 20. Rota *in Romana fideicommissi de Marianis* 16. *Martij* 1643. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Sicut etiam prohibita est
alienatio bonorum stabilium, ita est cessio iurium, † & 11
actionum ad illa consequenda competentium, Abb. *in cap. nulli n.* 10. *de reb. Eccl. non alien.* Bero. *ibidem n.* 73. *Iannen. paract. Eccl. q.* 150. *sub n.* 1. *& seq.* Rota apud Buratt. *dec.* 690. *n.* 11. *& in Romana fideicomm. de Rosolinis* 21. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. meo Cerro*.

Quo magis, quia tempore alienationis imminebat conditionis implementum, & post septem dies subsequutum fuit mediante valida professione, quæ stante clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, in instrumento dotali apposita retrotrahitur ad diem Instrumenti, ac si ex tunc dominium fuisset translatū in Monasterium, Purpur. *cons.* 557. *n.* 34. Marcob. *cons.* 31. *n.* 31.

Altro-

Altrogr. *conſ.* 13. *n.* 32. *& ſeq.* Merlin. *dec.* 568. *n.* 27. Buratt. *d.*
179. *n.* 8. Etiam in concurſu tertij, qui medio tempore acqui-
13 ſiuit; nulla enim æquitas repugnat, † quod hoc caſu fiat retro-
tractio dominij ſtante clauſula, *ex nunc, prout ex tunc*,
ad effectum, vt primus Donatarius præferatur, quicquid
14 dicendum eſſet † ſi ageretur de retrotractione Dominij ad
effectum conſequendi fructus pendente conditione decur-
15 ſos, in quibus terminis loquuntur † DD. *in l. quoties C.
rei vindic.* Marcob. *conſ.* 105. *num.* 18. & quotquot in id
allegare poſſunt, vt benè aduertit Merlin. *d. dec.* 568. *n.* 29.
& ſeq.

Defectus verò beneplaciti, & iuſtæ cauſæ reſultat ex
16 lectura Inſtrumenti, † in quo nulla fit mentio beneplaci-
ti, nec poſteà impetratum probatur, & cauſa ibi narrata
crediti Pompei, eiuſque laborum in defendendis litibus,
17 alimentis non meretur attendi, † dum nulla datur illius
iuſtificatio præter aſſertionem contrahentium, qui ſicuti
prohibentur alienare, ita & cauſam alienationis aſſerere,
18 ne alias aperiatur † via eludendi legis prohibitionem,
Anchar. *in Clem.* 1. *ſub num.* 5. *de reb. Eccleſ. non alien.* Ol-
drad. *conſ.* 261. *per tot.* Pariſ. *conſ.* 36. *num.* 11. *lib.* 14. Ægid.
dec. 617. *in princ.* Rot. *dec.* 716. *num.* 1. *dec.* 752. *num.* 3. *p.* 1.
diuerſ. & in Pampilonen. alienationis 15. *Ian.* 1649. *coram
me*. Præterquod pro cauſa non ſufficit ſola exiſtentia credi-
ti, ſed vltrò requiritur, quod creditor vrgeat apud Iu-
dicem, Gabr. *conſ.* 118. *num.* 5. *lib.* 5. Giouagn. *conſ.* 22.
num. 5. *&* 15. *lib.* 2. *cum alijs allegat. in d. Pampilonen.
alienationis.*

Ex quibus cùm ſupra memorata ſententia Vicarij ſit iuſta,
& ex reuolutione proceſſus valida appareat, nec aduerſa-
19 rij, licet ab ea appellauerint appellationem † de anno 1650.
proſequuti fuerint, aut prorogari fatalia curauerint, ea-
dem ſententia tranſijt in iudicatum, Clem. *ſi appellatio-
nem*, Clem. *ſicut de appell. auth. hodie C. eod. tit.* Duran.
dec. 71. *num.* 1. Rota *in Romana mercium* 28. *Iunij* 1655. *co-
ram R. P. D. meo Celſo, & per conſequens executionem me-
retur, l. ſi contra C. appellat.* Bart. *in l. quoniam n.* 1. *C. eod.
tit.* Rot. *dec.* 69. *n.* 5. *par.* 6. *rec.*

Vnde propoſito hodie dubio an conſtet de re iudica-
20 ta, quæ veniat exequenda, † affirmatiuè reſponſum
fuit informantibus ſolùm Monialibus, & aduerſarijs
pluries citatis.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Manutentionis.

Veneris 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Subhaſtatio vnà cum eius deliberatione funditus remanet nulla, dum fuit facta ſuper re, quæ non ſpectabat ad debitorem, ſed ad alium. Subhaſtationis nullitas eſt aperta, dum fuit facta non citato debitore. In ſubhaſtatione intrat etiam diſpoſitio leg. 2. C. de reſcind. vend.

SVMMARIVM.

1 *Peculium profectitium filij ſpectat ad patrem.*

2 *Pater pro filio non tenetur.*

3 *Subhaſtatio vnà cum deliberatione eſt nulla, & inualida, ſi ſecuta ſit ſuper alijs bonis quàm debitoris.*

4 *Vſusfructus cenſetur patri prohibitus ſuper bonis relictis filio, ſi teſtator in teſtamento legatum patri fecerit.*

5 *Tranſactio quid dicatur operari.*

6 *Subhaſtationis nullitas vt cenſetur, ſufficit, vt pars rei, qua ſubhaſtatur, ſpectet ad alium, quàm ad debitorem.*

7 *Subhaſtationis nullitas eſt ineuitabilis, quando ad eam fuit deuentum, non citato ipſo debitore.*

8 *Hæres eius, cuius bona erant ſubhaſtanda, citari debet ad viden. ſubhaſtari.*

9 *Et tantò magis, quando ipſe quoque erat poſſeſſor dictorum bonorum.*

10 *Poſſeſſor bonorum, quæ ſubhaſtanda veniunt, eſt citandus, & non iuuat ignorantia actoris in hoc.*

11 *Hæres eius, cuius bona erant ſubhaſtanda, ſi citetur ad declarandum, an velit eſſe hæres, & non id declarauit, an ſufficiat citari curator datus.*

12 *Hæres poteſt differre declarationem an velit eſſe hæres quouſque deliberet, an expediat, an ſi hæres.*

13 *Et ſi deliberet, quod velit eſſe hæres, & tunc ſi ſubhaſtatio bonorum non ſit deliberata, tunc venit citandus talis hæres, & n.* 14.

15 *in Subhaſtatione, quando exceſſus ſit manifeſtus, & n.* 16. *&* 17.

18 *Subhaſtatio, quando manifeſtè ſit nulla ex defectu læſionis.*

19 *in Subhaſtatione etiam locum habet diſpoſitio text. in l.* 2. *C. de reſcinden. vendit.*

20 *Clauſula*, conſtituti, *& precarij, quid operetur.*

21 *Clauſula*, conſtituti, *poſſeſſionem manutenibilem operatur.*

22 *Locatio probat poſſeſſionem manutenibilem; dum conſtat quoque de perceptione penſionum.*

23 *Probationes, quæ admittantur in ſummariſſimo iudicio manutentionis.*

24 *Poſſeſſione quis auctoritate Iudicis remanet ſpoliatus.*

25 *Manutentio aduerſus factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis in Rota ſolet dari.*

26 *Rei iudicatæ vires remanent eneruatæ per reſtitutionem in integrum aduerſus dictam rem iudicatam.*

27 *Res iudicata, licet habeat in ventre, parito iudicato, tamen data paritione, ac poſtea obtenta reſtitutione in integrum aduerſus dictam rem iudicatam.*
Tunc locus eſt manutentioni aduerſus rem iudicatam.

28 *Poſſeſſionem ſuam nemo cogitur dimittere.*

29 *Paritum iudicato, quando quis dicatur.*

30 *Petitio liquidationis expenſarum, quid operetur.*

31 *Petitioni manutentionis an repugnet, quod ea fuerit in prima inſtantia per ſententiam definitiuam denegata.*

32 *poſt Sententiam etiam in poſſeſſorio plenario retinenda habitam, quando ab ea fuit appellatum, in ſummariſſimo iudicio poſſeſſorio manutentionis poteſt concedi.*

DECISIO CXXXVIII.

DEfuncto ante perfectam deliberationem Viridarij, de quo agitur Petro Paulo Roſciolo debitore, pro cuius ære alieno illud ſubhaſta poſitum fuerat; Horatius ipſius Pater, atque hæres Tobiam Aldinum ſubſequentis Iudicis auctoritate deliberatarium manutentionem petebat: qua per ſententiam diffinitiuam denegata ex reſcripto Signaturæ commiſſa mihi cauſa reſtitutionis in integrum, placuit Dominis in prima cauſæ propoſitione ordinare, vt de bono iure, etiam ad effectum manutentionis diſputaretur; quo dubio per me propoſito, illud ad fauorem Horatij quoad vtramque partem hodie Domini reſoluerunt.

Nam bonum ius ipſius deſumi viſum eſt ex pluribus ſub-
haſtationis ad fauorem Aldini factæ nullitatibus. Quando-
quidem cùm in tranſactione inter Petrum Paulum eius fi-
lium, & Iulianellum, ſuper bonis Pompilij Euangeliſtæ con-
trouerſis celebrata, conſtet ipſum Horatium non ſolùm ad-
miniſtratorio filij nomine, ſed etiam iure proprio fuiſſe com-
prehenſum, vtpotè qui vſumfructum in bonis filij, & ratio-
ne mercedis (ob patrocinium in cauſis Pompilij præſtitum)
eorumdem bonorum portionem prætendebat, vt apparet
ex ipſo tranſactionis contextu, in qua Iulianellus in ſatisfa-
ctionem ſcutorum 6000. Petro Paulo promiſſorum tradidit
Viridarium nunc controuerſum tam pro omni, & quocum-
que ſuo prætenſo iure, & intereſſe (ſunt verba tranſactio-
nis) quàm pro omni iure, & intereſſe d. Horatij eius Patris
reſpectu vſusfructus, & pro omni eo, quod ratione mer-
cedis, & ex quacumque alia cauſa deſuper prætendere poſ-
ſet, quæ omnia voluerunt tranſigentes in parte bonorum
Petro Paulo aſſignatorum comprehendi. Hinc fit, quod
portio illa bonorum Petro Paulo pro iuribus Hora-
tij Patris tradita, ad Patrem † pleno iure tanquam 1
peculium profectitium pertineret, Paſch. *de virib. patr.
poteſt. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. *cum alijs alleg. in Romana Vinea*

2. *Iunij 1644. §. Titulus pariter coram Eminentiſſ. Otthobono, & in Baren. Sabuani 26. Maij 1653. coram R. P. D. meo Bichio*; non poterat pro debito filij totum Viridarium
ſubhaſtari, cuius pars ad Horatium pro filio non obliga-
2 tum † iure proprio ſpectabat, & ſubhaſtatio cum delibe-
3 ratione ſubſecuta tanquam in bonis alterius, † quàm debitoris facta nulla eſt, atque inualida, ex traditis per Gabr. *conſ. 52. num. 4. lib. 1.* Rota coram Buratt. *dec. 908. num. 5. cum alijs in dec. 279. num. 1. par. 3. rec.*

Non obſtat, quod vſusfructus hæreditatis Petro Paulo
relictæ non eſſet quæſitus Horatio patri, cum in eodem
4 Teſtamento relictum ei fuerit † legatum annuum ſcutor.
50. quo mediante excluditur pater à reliqua portione vſusfructus, vt probat Mandell. *conſ. 110. num. 1. & ſeqq.* Rota *dec. 547. num. 9. verſ. tertia coniectura par. 4. recent.* Quia omiſſo, quod non eſt nunc quærendum de validitate iurium Horatij ante tranſactionem, cùm per illam effe-
5 ctum fuerit, vt debitum dicatur, † & iuſtè detineatur
quidquid eius occaſione fuit illi traditum etiam ſi alius non eſſet debitum, vt aduertit Aym. *conſ. 717. num. 26.* Rota coram Coccin. *deciſ. 436. num. 1.* cum alijs coram Merlin. *dec. 584. num. 1.* Adhuc tamen circumſcripto vſufructu ex eodem Inſtrumento tranſactionis conſtat Horatium iure proprio partem Viridarij acquiſiuiſſe, & ad cauſandam nullitatem ſubhaſtationis ſufficit fuiſſe executum manda-
6 tum † in bonis ſpectañ. pro parte ad tertium non debitorem, Rota *in Romana Vineæ 3. Iunij 1606. coram Penia poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 55. §. Ex his enim*, & per tot. Buratt. *d. dec. 908. num. 5.*

Altera nullitas, & quidem ineuitabilis eſt, quod prædi-
7 cta deliberatio ad fauorem Tobiæ facta fuit, † Horatio
minimè citato, qui mutata per mortem Petri Pauli debi-
8 toris perſona in deliberatione, † quæ ſola reſtabat tanquam
illius hæres omninò citandus erat, Bart. *in l. Creditores 3. num. 23. ad med. verſ. ſed erat opus contra ſucceſſorem, C. de pign.* Innoc. *in cap. quia 11. in fin.* vbi Felin. *num. 4. verſ. dicit hic de Iudic.* Gabr. *concl. 1. n. 131. de citat.* Rot. *dec. 25. poſt med. verſ. tunc eſt quaſi noua inchoatio de ſent. & re iud. in nou.* cum adductis per Add. ad ſa. me. Greg. *dec. 545. n. 11. poſt med. verſ. aduerſus tamen hæredem*; maximè cùm bona controuerſa poſſideret, vt infra, quæ quidem poſſeſſio
9 tantò † magis cauſauit ſubhaſtationis nullitatem, cùm
ipſa ſola ſufficeret ad inducendam citationis neceſſitatem, Rota coram Buratt. *dec. 166. num. 2.* & coram Duran. *dec. 374. num. 71. & dec. 411. num. 14. & 16. par. 5. rec. cum alijs in Romana pecuniaria 12. Decembr. 1653. §. 1. ad med. coram*
10 *me*. Etiam ſi huiuſmodi poſſeſſionis † ignorantiam actor
habuiſſet, Ruin. *conſ. 62. num. 24. verſ. licet Actor ignoraret lib. 5.* Rot. *dec. 274. n. 17. par. 5. rec. in Meleuitana Commenda 15. Iunij 1650. §. Poſtrema coram R. P. D. meo Bichio, & in Alerien. Vicariæ 24. April. 1654. §. notoria autem in fine coram eodem*.

Nec ſuffragatur citatio Horatij ad declarañ. an vellet
11 † eſſe hæres, & ipſo non comparente ſubſecuta hæreditati iacenti Curatoris deputatio. Quia cùm per non declarationem non dicatur Horatius hæreditatem repudiaſſe,
12 ſed ſolummodo † aditionem diſtuliſſe, quouſque deliberaret, quid ſibi magis expediret, Gratian. *diſcept. 250. num. 11.* Rot. *in Romana bonorum 25. Iunij 1601. coram Pe-*
13 *nia*. Satis fuit, quod ante † perfectam executionem ſe
hæredem declararet per comparitiones die 11. Octobris 1645. cœptas ad hoc, vt in actuali deliberatione die 30.
14 Ianuarij 1646. † ſecuta citari deberet, Angel. *in l. à Diuo Pio 15. §. ſi ſuper rebus num. 2.* vbi Alex. *num. 9. ff. de re iudic.* & in terminis Rota *in Romana Spolij 27. Nouembr. 1617. coram bon. mem. Fabritio Card. Veroſpio, §. nec valet, cum ſeqq.*

Concurrit prætereà ſine vigore, cuius facta fuit execu-
15 tio, manifeſtus † exceſſus, quia cùm fuerit à Maria Guiduccia motum repetitionis indebiti iudicium contra Petrum Paulum pro ſumma ſcut. 100. vt ex monitorio dato in Summario præteritæ poſitionis *num. 7.* abſolutus fuit reus conuentus per definitiuam ſententiam, quam deindè appellatione interpoſita Iudex in ſecunda inſtantia
16 † reuocauit eundem Petrum Paulum condemnando in ſcutis 122. b. 50. pro qua ſumma ab A. C. relaxatum fuit mandatum, & vigore illius facta ſubhaſtatio, & conſecutiuè deliberatio Viridarij, quare cùm exceſſus ſit in ſententia, & mandato deliberato in totum corruit, nec in parte
17 verè debita † ſuſtineri poteſt, cum quilibet exceſſus adannullandam in totum ſubhaſtationem ſufficiat, Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. *dec. 198. num. 1.* coram Buratt. *dec. 91. n. 2.* vbi Add. *num. 4. & d. dec. 411. num. 4. & ſeqq. p. 5. recen.* & poſt Zacch. *de obligat. Cam. dec. 40. num. 5. & dec. 66. num. 6. & apud Modern. Peruſ. de ſubhaſt. deciſ. 115. num. 18.*

Adeſt denique in ipſa ſubhaſtatione alia nullitas, cùm viridarium, & domus illi annexa valoris ſcut. 3500. vt patet ex datis in Summario Horatij primæ poſitionis *num. 2.* deliberatum fuerit pretio ſcut. 2500. ex quo reſultat læſio
† longè vltra dimidiam, quæ *iuxta terminos C. de reſcind.* 18
vend. (quam habere locum in ſubhaſtationibus tradunt relati per Rot. *dec. 648. ſub num. 5. par. 5. recent.*) annullat ipſo iure deliberationis contractum ex adduct. per Giurb. *deciſ. 105. num. 1. Modern. Peruſ. de ſubhaſt. inſpect. 59. n. 5. cum alijs in Fulginaten. ſubhaſtationis 14. Maij 1655. §. fin. coram me*.

Ex his bonum ius poſſeſſio verò Horatij ad effectum 19
manutentionis apprimè neceſſaria reſultat ex eodem tranſactionis Inſtrumento, in quo viridarium Petro Paulo, &
Horatio ſimul fuit † aſſignatum, cum clauſula, *conſtituti, & precarij*, vt in Summario *num. 33.* deindè ex alio Inſtrumento venditionis eiuſdem viridarij factæ tam à Petro Paulo filio, quàm ab Horatio patre nomine proprio cum reſeruatione dominij ad vtriuſque fauorem, donec pre- 20
tium ſolueretur cum clauſula, *conſtituti, &c.* quæ † poſ- 21
ſeſſionem manutenibilem probat, vt in terminis reſeruantis ſibi poſſeſſionem poſt alios, Rota coram Buratt. *dec.*
887. *num. 3.* & ex locatione eiuſdem viridarij facta ab Ho- 22
ratio pariter nomine proprio cum penſionum perceptione *num. 21.* quæ ex teſtibus ad perpetuam rei memoriam exa-
minatis adminiculata in hoc † ſummariſſimo manuten- 23
tionis iudicio poſſeſſionem etiam contra tertium, ſatis probat Socc. *conſ. 106. num. 2. lib. 3.* Cyriac. *controu. 258. n. 56.* Rota coram ſan. mem. Greg. *dec. 500. num. 2.* & coram Caual. *dec. 5. n. 1. verſ. etiam ſi agatur contra tertium, & dec. 391. n. 3. cum alijs in d. Romana pecuniaria 12. Decemb. 1633. in princ. coram me, & Modern. Peruſ. de manut. obſer. 24. num. 14.*

Nec obſtat, quod vigore executionis auctoritate Iudi-
cis † factæ poſſeſſio amiſſa fuerit ab Horatio, quia cum 24
nulla fuerit deliberatio ob defectum citationis, & ex alijs ſupra deductis ſua anteriori poſſeſſione priuari non potuit idem Horatius, Angel. *in l. clam. poſſidere 6. §. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. de acquir. poſſ.* Rot. *d. dec. 411. num. 1. & 26. par. 5. rec.* & coram Merlin. *dec. 303. num. 2. & poſt Modern. Peruſ. de manuten. dec. 663. num. 2. & alias paſſim.*
Cui propterea ſe ſpoliato † non habenti, aduerſus factum 25
Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis concedenda eſt manutentio, vt in hoc Sacro Tribunali paſſim fieri tradit Rota coram Buratt. *dec. 393. n. 15. & dec. 590. n. 15. verſ. verum hoc procedit*, ſa. me. Greg. *dec. 46. n. 9.* Merlin. *dec. 151. n. 4. & dec. 115. num. 2. par. 5. rec. cum alijs in Beneuentana manutentionis 19. Iunij 1649. §. nec obſtat coram R. P. D. meo Peutingerio*.

Minus obeſſe poteſt Horatio res iudicata contra ipſum
exiſtens, † quia illius vires ſublatæ fuerunt per commiſſio- 26
nem reſtitutionis in integrum, quæ licet habeat in ventre clauſulam, *Parito iudicato*, tamen poſt paritionem factam,
vt in † caſu noſtro, eſt locus manutentioni, vt fuit dictum 27
in dec. 319. ſub n. 1. par. 2. rec. quia obediendo ſententiæ ſuf-
ficit † patientia, & nemo cogitur ſuam poſſeſſionem dimit- 28
tere, Rota coram Merlin. *dec. 738. n. 1. verſ. quamuis etiam poſt Modern. Peruſ. de manut. dec. 614. n. 7.*

Quod autem in præſenti Paritum fuerit iudicato † con- 29
ſtat tum ex patientia Horatij, cuius præſtatio ſufficit pro paritione, Rota *d. dec. 319. num. 1.* & coram Caual. *dec. 332. num. 4.* coram Buratt. *dec. 646. & 947. vtrobique n. 1.* Tùm ex petitione liquidationis expenſarum cum depoſito Iulij vnius, & oblatione reficiendi reſiduum ſubſequu-
ta † liquidatione, quod ad hunc effectum ſufficere vi- 30
ſum eſt, iuxta doctr. Angel. *in l. 4. §. ait Prætor num. 2. in fin. ff. de re iud.* Caual. *dec. 308. num. 2.* Merlin. *dec. 556. num. 1. in fin. verſ. & quoad illiquidos, & in Meleuitana Parrochialis 18. Decembris 1653. in princ. coram R. P. D. meo Cerro*.

Nec denique refragatur, quod manutentio fuerit in
prima inſtitutione per † ſententiam definitiuam denega- 31
ta. Quia etiam poſt ſententiam in poſſeſſorio plenario retinendæ, quando ab ea fuit appellatum, poteſt in Summa-

32 matissimo possessorio † mandatum de manutenendo concedi, Rol. à Vall. *cons.* 8. *n.* 24. *& seqq. lib.* 4. Rota coram fan. mem. Greg. *dec.* 375. *n.* 13. *& dec.* 404. *n.* 3. *par.* 2. *rec.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Frumenti.

Lunæ 21. *Februarij* 1656.

ARGVMENTVM.

Venditionis, & emptionis contractus, cum tria tantum requisita sint necessaria ad illum in totum perficiendum, scilicet, consensus, res, & pretium, de quibus constitutis aliud non est quærendum, & sicut non sit necessaria scriptura, ideòque quolibet alio legitimo modo potest probari perfectio d. contractus quare multa deducuntur circa probationem librorum Mercatorum.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis contractus potest probari per testes.*
2 *Venditionis contractus, quæ sint substantialia.*
3 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati, & postea repetiti cum omnibus solemnitatibus, sine dubio plenè probant.*
4 *Testis, si in causa nullam habet interesse, fortius probat.*
5 *Testis famulus non probat. Inter Mercatores fides bona exuberare debet.*
6 *Iuuene Mercatorum, si famulentur eis in negotio Mercatura an probent.*
Mercatores in eorum contractibus solent adhiberi in testes Iuuenes, & non exteri, n. 6.
7 *Consignatio rei venditæ probatio, coadiuuari potest ex libris, ex epistolis, & similibus.*
8 *Statutum Bononiæ lib.* 2. *de probat. vult, quod debitum excedens libras centum probari non possit per testes.*
9 *Quales statutum intelligendum est, nisi talis probatio per testes, coadiuuetur validis adminiculis, & indicijs.*
10 *Statutum Bononiæ lib.* 2. *de probat. excipit casum in quo per testes coadiuuantur scriptura.*
11 *Item excipit casum, quando testes prius fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam, & postea formiter.*
12 *Frumenti venditi asportatio ad Molendinum, ex quo dicatur probata.*
13 *Inuerisimile, quando aliquid est non videtur credendum.*
14 *Libris Mercatorum formiter tentis adhibenda est fides, & illi probant ad fauorem scribentis.*
15 *Libri Mercatorum dum habent requisita à Statutis locorum præscripta, & probant ad fauorem scribentis contra tertium, & n.* 16.
17 *Mercatorum libris credendum est, concurrentibus adminiculis.*
18 *Libris Mercatorum tunc multò magis credendum est, quando etiam accedit legalitas ipsius scribentis.*
19 *Libri Mercatorum, tunc satis probant, quando etiam concurrunt depositiones testium.*
20 *Epistola, quod sit scripta de ordine alicuius, ex quo conuincatur, & n.* 22.
21 *Stylus Mercatorum est attendendus.*
23 *Venditionis contractus, quando non possit dici, quod fuerit in totum perfectionatus.*
24 *Emptionis, & venditionis contractus dum est perfectus, non potest ab eo recedi, sine consensu ipsarum partium.*
25 *Frumentum censetur datum, iuxtà vt vulgò dicitur, monstra, ostensa, quando à parte fuit acceptatum.*
26 *Venditio non potest dici perfecta, quando conditionaliter fuit inita.*

27 *Venditio, quando fuit conditionalis, & plenè fuit adimpleta venditio, tunc cum sit contractus perfectus non potest dari locus pœnitentiæ.*
28 *Emptor tenetur ad solutionem pretij, dum contractus fuit perfectus, & ipse rem habuit.*

DECISIO CXXXIX.

VEndidit Dominicus Porta Ioanni Antonio de Alphonsis Pistori in Castro Budrij corbas 271. & quartarolos tresdecim frumenti ad rationem lib. 16. 17. 6. pro
qualibet corba hoc quod probari † posse per Testes dubitandum non est, quia venditio perficitur consensu, & 1
pretio, nec regulariter ad sui † essentiam requirit scri- 2
pturam §. 1. *cum auctoritate instit. de empt. & vendit. l. contractus C. fid. instit.* Roman. *cons.* 91. *num.* 7. *vers. istam dubitationem*, Gomes. *var. resol. tom.* 2. *tit. empt. & vendit. cap.* 2. *num.* 17. Cancer. *var. resolut. tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 10.
Affirmant disertissimè tres testes ad perpetuam memoriam prius, † & deindè formiter cum Interrogatorijs par- 3
tis examinati, qui fuerunt præsentes contractui, & eorum primus cognomine Minotius, quia illum integræ fidei esse, fassus est Aduersarius in responsionibus ad positiones, & non proxenetam, sed mediator inter partes fuit pro concordanda quantitate precij, nec ex deposi-
tione commodum reportat † maiorem fidem meretur, 4
Salyc. *in l. omnibus num.* 6. *C. de testibus*, Rota *dec.* 214. *n.* 2. *par.* 1. *rec. dec.* 6. *num.* 9. coram Mant. *dec.* 844. *num.* 6. *coram Bur.* prout etiam fidem meretur secundus quam-
uis Dominico tanquam † Iuuenis famuletur in negocio, 5
quia in similibus contractibus Mercatorum inter quos bona fides exuberare debet, non solent vocari, seu ad-
hiberi testes exteri; quin potius † à similibus Iuuenibus 6
huiusmodi negocia geri solent, vt dixit Rota *Ianuen. dec.* 31. *num.* 10. & in omnem euentum si quis adesset defectus suppletur ex numero testium, *l. ob carnem C. de testibus*, de Grass. *dec.* 5. *num.* 8. *de sponsal.* Rota *dec.* 147. *num.* 3. *par.* 1. *rec.*
Nec non libris, Epistola, & alijs ad probandam frumen-
ti consignationem † infra adducendis, vt propterea non 7
obijci possit, *Stat. Bonon. lib.* 2. *de probat. solut.* §. *& ex ad-
uerso fol.* 167. disponens, quod † debitum excedens lib. 100. 8
non possit probari per testes, quia Statuta reijcientia cer-
tas probationes non procedunt quando illæ sunt † admi- 9
niculatæ alio probationum genere, Bald. *in l. certi conditio* §. *quoniam num.* 2. vbi etiam Fulg. Castr. & Alex. *num.* 3. *ff. si cert. pet.* idem Bald. *cons.* 279. *sub numer.* 1. *lib.* 4. Cyriac. *contr.* 252. *num.* 13. & in puncto similis Statuti Bononiæ, Rota *in Bonon. Hæreditatis* 24. *Martij* 1651. §. *aliud vers. tum quia Statutum coram me*, maximè cùm idem Statutum in verbis excipiat casum, in quo per Testes coadiuua-
rentur scripturæ, († vt aduertit Rota *Bonon. diuers. dec.* 15. 10
num. 8. Idemque responderi posset aliam constitutionem fori Bononiæ *rubr.* 12. *de testib.* & illorum examine datam in Summario Io. Antonij num. 7. adimentem fidem Testibus, quia in examine se referant ad fides antea subscriptas,
† præter quod eadem constitutio id limitat, quando vt in 11
casu nostro Testes fuerunt prius examinati ad perpetuam rei memoriam, & postea formiter repetiti, vt repeti posse, probat text. *in clem.* 2. *de testib.* & ibidem notat *gloss. verb. ritè*, Imol. *num.* 4. Anchar. *n.* 11. Felin. *in cap. fraternitatis, num.* 8. *vers. Item limita eod. tit.* Rota *in Meleuitana Domus* 15. *Ian.* 1649. §. *nec refert, coram Eminentiss. D. Cardin. Otthobono.*
Asportatio item frumenti venditi ad molendinum Cor-
ticellæ, vt fuerat † conuentum, eiusque acceptatio facta 12
ab Emptore probatur ex lib. Dominici venditoris nuncupato commissionum, ibi, *hauere* 24. *Maggio à Gio. Antonio Alfonsi Fornaro in Budrio corbe* 271. *e quarterole* 13. *di formente consegnatoli al Molino di Corticella, per partite fatte à Budrio li* 22. *d. mese Summ. Dominici num.* 4.
cui libro obijci non potest † inuerisimile esse, quod intrà 13
tam breue tempus, nempè biduumà die celebrati contractus frumentum, quod Rauennæ existebat delatum fuerit ad d. Molendinum, quia Testes deponunt frumentum de tempore venditionis fuisse à Ciuitate Rauennæ amotum Bononiam versus. Idemque liber plenam probatio-
nem † facit, vel solus, quia ante hanc litem motam 14
fuit à Consulibus approbatum specificè quoad hanc par-
titam, habeatque omnia requisita † à Statuto fori 15

exequatur contra Franciſcum Fecciam in quem Chiafredus
dd. Apothecas lite pendente alienauit; fuit ſucceſſiuè expe-
ditum mandatum de manutenendo, vnà cum dicto exe-
quatur quibus in partibus legitimè dicto Franciſco præſen-
1 tatis † illiſque in actis reproductis, ac ſeruatis ſolitis qua-
tuor terminis ad docen. de paritione, cùm adhuc de dicta
paritione non conſtet mediante actuali poſſeſſionis dimiſ-
2 ſione, † & fructuum perceptorum reſtitutione. Ideò me-
ritò hodie DD. contra D. Franciſcum, tamquam in paren-
do contumacem declaratoriam † relaxan. fore cenſuerunt
iustà doctrinam Abb. *in c. 1. num. 10. de iudic.* Felin. *in cap. proban. num. 6. eodem tit.* Caſſad. *deciſ. 6. numer. 10. de cauſ.*
4 *poſſeſſ. propriet.* & hunc eſſe inconcuſſum † huius Sac. Tri-
bunalis ſtylum teſtatur Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. nu. 19.*
ac ſic firmatur in pluribus deciſionibus, & ſignanter coram
Mohed. *deciſ. 1. ex ſent. excom.* Buratt. *dec. 17. num. 1.* Mer-
lin. *deciſ. 177. num. 2. in rec. deciſ. 445. num. 4. deciſ. 478. per tot. par. 2. deciſ. 654. num. 2. par. 1. & deciſ. 254. num. 1. par. 6. & deciſ. 299. num. & ſeq. par. 7. & alibi paſſim*, dictumque
ſtylum Rota ſeruare conſueuit tam in executorialibus rei
5 iudicatæ, quàm † in executorialibus mandati de manu-
tenen. ex relat. per Add. ad Buratt. *d. deciſ. 17. num. 5.* Mer-
lin. *d. dec. 177. num. 2. & deciſ. 650. num. 2.* Rota *deciſ. 654. num. 2. par. 3. recent.*

6 Tantò autem facilius † DD. inclinarunt pro relaxatio-
ne declaratoriæ, eo quia nedum conſtat de negatiua non
7 paritionis ex intimatione, & lapſu dd. † quatuor termino-
rum, vt fuit dictum in *dec. 591. num. 5. par. 2.* ſed imò de ex-
preſſa, & poſitiua contrauentione, & inobedientia ex re-
8 curſu † ad Iudices laicos pro impedienda executione dicti
9 mandati ex tali namque recurſu † contumacia fit grauior,
& proindè tantò magis illa venit cenſuris coercenda ad effe-
10 ctum † extorquendi debitam mandatis Rotalibus obedien-
tiam, *c. venerabilibus, §. porro de ſent. excom. in 6.* Rota
coram Card. Seraph. *deciſ. 551. num. 4. & in Colonien. Vicaria 14. Maij 1649. coram Emin. D. Cardinali Otthobono, §. præſertim quia.*

Et ita reſolutum fuit informante tantùm Eccleſia Sanctæ
Helenæ.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Romana Pecuniaria.

Lunæ 21. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Hæres emptoris tenetur ad fructus recompenſatiuos, qui licet à iure taxentur ad rationem quinque pro centenario, quæ tamen debentur in maiori ſumma, vbi probatur perceptio in maiori quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Hæres venditoris exigit fructus recompenſatiuos ex diſpoſitione, l. curabit, C. de act. empt.*
2 *Accollatio non extinguit debitum, niſi præcedant requiſita delegationis.*
3 *Satisfactio præſumpta reſpectu accollatarij erga creditorem non intrat, quando deficit realis ſolutio.*
4 *Fructus recompenſatiui debentur ad rationem redditus fundi, & num. 8.*
5 *Locatio ſtante pacto continuatiuo præſumitur continuata donec non iuſtificetur reuocatio.*
6 *Et afficit etiam hæredes.*
7 *Fructus iuridici taxantur ad quinque pro centenario in prædijs fructiferis, & vbi non conſtat maiores fructus fuiſſe exactos.*
9 *Præſumptio præſumptionis non datur.*
10 *Præcedens concluſio declaratur.*

DECISIO CXLI.

Reſolutum fuerat coram me die 2. Februarij 1654. fru-
ctus ex rata ſcut. 400. accollata per Giuciardos in
computum pretij coemptæ domus ab Eliſabetha debitos eſſe
Conſtantiæ filiæ hæredi eiuſdem matris, ac Creditricis pro
ſuo iure dotali in eadem ſumma. Hos prætereà fructus poſt
diſſolutum ex obitu viri matrimonium ad ſcuta 5. pro ſin-
gulis centenarijs eadem d. redegerat ſequendo diſpoſitio-
nem Iuris relatam à gloſſ. *in auth. perpetua, C. de ſacr. Eccl.*
Cùm verò impugnaretur vtrinque dicto ſuper eiuſdem iu-
ribus, hodie per me propoſito dubio, eam Domini in pri-
ma parte comprobarunt, quo verò ad fructuum quan ita-
tem reformarunt eoſdem augendo ad ſcuta ſeptem cum di-
midio in ſingula centenaria, ratio verò reſolutionis, quoad
primam dd. partem innititur diſpoſitioni, *l. curabit, C. de*
arb. empt. † quæ Conſtantiæ venditricis hæredis, ac do- 1
mus diſtructæ proindè condominæ iure merito ſuffragatur,
vt firmauit Honded. *conſ. 30. nu. 20. & 34 lib. 2.* Rota coram
Mell. *deciſ. 378. num. 3.* cum alijs relatis *in Romana fructuum Cenſus 16. Decembris 1648. & 24. Nouembris 1649. coram me.*

Neque poterit Conſtantia ab horum fructuum conſe-
quutione repelli ex accollatione pretij in venditionis Inſtru-
mento habita per emptorem, quæ ſolutionem inter ipſum,
& creditorem regulariter operatur, licet nulla delegatio-
nis † requiſita præceſſerunt, his verò deficientibus in præ- 2
iudicium creditoris debitum non extinguat, vt recenſendo
caſum vtrumque reſpondit Rota *in Romana Cenſus 16. Decembris 1647. & §. inter credita in fin. coram R. P. D. meo Bichio*, & penes Cenc. *de Cenſ. dec. 547. nu. 2. & 559. num.*
26. cum maximè redditus annuus ſcutorum 30. fuit accolla-
tus, & omne conſequenter commodum, & atque incom-
modum, quod poſſet debitori contingere.

Siquidem Domini cenſuerunt accollationem pretij cor-
reſpectiuam fuiſſe ad ſolutionem redditus annui in vendi-
tionis Inſtrumento quoque permiſſi, † in cuius numeratio- 3
ne dum accollatur ipſe deficit beneficio ſolutionis præſum-
tæ iustà naturam correſpectiuorum perfrui non poterit ad
Tex. *in l. fundi partem, C. de contrahen. emption. in l. cum, C. de pactis inter emptorem, & venditorem*, Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verbo donatione largitus num. 117. verſ. & ita quidem ineſſe, C. de reuocan. donat.* Menoch. *conſ. 156. nu. 16.*
Aym. *conſ. 179. num. 33. & conſ. 230. num. 2.* Giurb. *deciſ. 85. num. 20. verſ. ideò non poſſit.* Commodum verò, atque in-
commodum referen. eſſe ad fructus, † qui in conducta 4
domo variari poterant ex emptore, adeòq; in ea quantitate
aucta, vel diminuta deberent ſucceſſiuè perſolui, quoties
titulus dotis per obitum coniugis, vt in propoſito caſu con-
tingeret.

Alterius verò reſolutionis ratio in fructibus auctis initio
Inſtrumenti locatę domus ad biennium pro pretio excedem-
te valorem ſeptem cum dimidio in ſingula centenaria diſtri-
buto, nec non ſub pacto, vt pro eodem tempore toties re-
locata foret donec diſdicta præceſſerit. † Hoc enim loca- 5
tio continuata præſumitur quouſque non iuſtificetur actua-
liter reuocata iuxta theoricam Bald. *in cap. 1. num. 5. de feud. guard.* Surd. *conſ. 524. num. 2.* cum alijs deductis *in Mediolanen. bonorum in §. nec etiam vſque 9. Ian. 1650. coram bon. mem. Arguelles.* Contrà præmortui quoque conductoris
hæredes † ex vi Cameralis obligationis ibidem adiectæ, ac 6
eoſdem afficientes, vt notat Galeſ. *de obligation. Cam. qu. 4. num. 1.* Zacch. *in addit. ad eundem num. 8. & 26.* Surd. *conſ. 110. num. 69.* Rota coram Merlin. *deciſ. 103. num. 1. & in Bononien. accollationis debiti 19. Ianuarij 1652. §. in genere verò coram R. P. D. meo Bichio, & in Terracinen. pecuniaria 25. Iunij 1655. in primo §. coram me.*

Hinc vrgere non poterit Iuris præſumptio exactorum
fructuum in ſcutis dumtaxat 5. cum ea ſolummodò vrgeat
in prædijs † de ſui natura fructiferis, vel quoties maioribus
quantitatis non innotuerit, ſecus verò ſi, vt in propoſito
caſu probetur fructus exceſſiſſe valorem à Iure † præ- 8
ſumptum, ad quem tunc fructus compenſatiui debent ta-
xari Iuris præſumptione poſthabita, vt aduertit Soccin. *in l. de diuiſ. num. 13. cum ſeqq. ff. ſolut. matr.* Imol. *in l. in inſulam, §. vſuras in fin. lib. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 24. num. 14.* Rot. *deciſ. 414. num. 1. & deciſ. 453. part. 4. tom. 2. recen. & in Baren. Saluiani 24. Martij 1653. in §. tertium obiectum coram R. P. D. meo Bichio.* Et licet duplicis † præ- 9
ſumptionis concurſus indè videatur in propoſito caſu con-
tingere, innouatæ, ſcilicet locationis, nec non ex eodem
exactæ ſucceſſiuè penſionis, qui à Iure communiter repro-
batur *iuxt. gloſſ. in l. 1. C. de dot. promiſſ.* Ruin. *conſ. 66. nu. 16. lib. 1.* Card. Mantic. *deciſ. 105. num. 3.* & coram bo. me.
Vrgellen. *dec. 307. num. 29. & in Romana feudi, ſeu Domus 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Bichio*, ac proindè nequeat
Inſtrumentum locationis Conſtantię ſuffragari pro arguen-
da maiorum fructuum exactione ex domo conducta.

Hæc tamen exceptio vrgere non poterit in casu proposito, quo non agitur contra locatorem, vt fructus exactos ex re locata restituat in vim præsumptæ relocationis, ac exactè indè successiuè mercedis, in quibus terminis loquun-
10 tur auctoritates in contrarium supra deductæ, sed pro † fructibus dumtaxat compensatiuis reficiendis pro rata in locatione conuenta, & huius videtur esse ratio potissima, quia tunc debet restitui fructus nedum à locatore retracti, ac per ipsum exigere neglecti, vt notat Soccin. *in d. l. dic. num. 13. vers. aliquando etiam, ff. solut. matr. & in cons. 174. nu. 13. vers. tertio principaliter vol. 2.* Cagnol. *in l. curabit num. 22. C. de act. empt.* Natt. *cons. 494. num. 3.* Surd. *cons. 102. nu. 1.* Rota *in Beneuentana pecuniaria 15. Iunij 1607. coram Card. Sacrato*, Add. *ad dec.* Greg. *297. num. 11. in fin.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista facta sub die 2. Februarij 1654. coram bo. mem Leone Verospio, erit infra in Miscell.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Leodien. Canonicatus.

Die Lunæ 6. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Recusantes obedire mandatis Rotalibus, sanè tunc locus est relaxationi declaratoriæ, vt contumacia, pœnæ grauioris incursu coerceatur. Paritio realis vbi opus est, non sufficit verbalis.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoriæ relaxationi, quando sit locus.*
2 *Contumacia, quando est aucta, pœna grauioris incursu debet cohiberi.*
3 *ab Aggrauatoria relaxatione contumax, quando non possit se excusare.*
4 *Diligentiam omnem moralem adhibens in aliquo actu ad amplius non tenetur.*
5 *Decisio in causa Leodien. Personatus 19. Decembr. 1653. coram R. P. D. Cerro, declaratur.*
6 *Diligentiæ quando requiruntur, sunt probandæ.*
7 *in Mandato executiuo id quod non est expressum non potest ab executore requiri.*
8 *Capitulum, quod non obtemperauerit mandatis Rotalibus, quando dicatur constare.*
9 *Animus alicuius non parendi mandatis Rotalibus, si innotuerit, aggrauatoria pœna, est mulctandus.*
10 *Facto, vbi opus est, non sufficit oblatio verbalis.*
11 *Oblatio verbalis inefficax reputatur, vbi obedientia realis est necessaria.*
12 *Aggrauatoriæ relaxationi dicitur factus locus, si assignatum tempus parendi sit, & finito eo non docetur de paritione.*

DECISIO CXLII.

PEtrum de Marcellis, nec non Capitulum Tongren. mandatis Rotalibus parere recusantes † aggrauatoriæ relaxatione iterùm mulctandum esse, Domini responderunt, vt aucta vtriusque contumacia pœnæ grauioris in-
2 cursu † valeat coerceri iuxta Tex. *in cap. veritatis*, vbi gloss. *not. in verbo excommunicationis de dol. & contumac. in c. quoniam frequenter, §. vltimo vt lit. non contest. & in c. quoniam de offic. ord. cum alijs in præterita decisione deductis in primo §.*

Neque potuit Capitulum ab huius aggrauatoriæ relaxatione excusari, quod Iudicis Louanij præcepto obtemperauerit mandatis Petrum ad fructus Canonicatus admitti
3 sub censurarum pœnis † aliarum irrogatione pœnarum, à quibus se immunes reddere tenebatur, vt aduertit Felin. *in c. accedens el 2. num. 5. vt lit. non contest.* Oldrad. *cons. 43. num. 3.* Alter. *de Censur. tom. 1. fol. mihi 771.* siquidem potius iustissimis huius Sac. Tribunalis litteris debuisset ob-
4 temperare, † quam Louanij Iudicis iussu capessere. Itaut
5 omnem proindè conatum, & diligentias † morales debuisset adhibere, vt Petrum à Canonicatus Stallo repelleret, vt notat idemmet Felin. *in add. cap. accedens num. 12.* & probat Gratian. *discept. for. cap. 639. num. 18. cum. seq.* Rota *decis. 276. num. 2. 5. & 6. par. 5. rec. & in Braccharen. Archidiac. 31. Maij 1638. coram clar. me. Coccino, & in Marsicen. Iurisdictionis 10. Maij 1649. in §. nec Archipresbytero suffragatur coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque in contrarium vrgere allegata decisio *Leodien. Personatus de Fleron. 19. Decembris 1653. in §. quod vero coram R. P. D. meo Cerro*, ibi enim molestijs per tertium ab Apostolica Sede prouiso illatis Capitulum non se opposuit, ac impediuit, adeòque pœna declaratoriæ irrogari
non poterat, quæ tamen in proposito casu † retardari non 6
valet, quo diligentiæ non probantur adhibitæ pro exclusione intrusi per Capitulum admissi.

Capitulum verò non poterit relaxationem aggrauatoriæ euitare, vel quia fructibus Canonicales, in quorum restitutione defecit ad defuncti hæredes primo anno pertineant, & Capitulo debeantur in sequenti, vel quia Ernestum prouisum Apostolicum ad propriam residentiam noluit admittere, quia in cautione defecit redden. Capitulum immone à molestijs à Conseruatore Louanij illatis, seu inferendis, & casu quo eadem inferrentur dimittendi possessionem Canonicatus, siquidem de mense Ianuarij anni præteriti iam biennium fuerat elapsum, & tamen Capitulum in communem massam Ernestum admittere, & ponere neglexit; quinimò ratam Petro assignauit, itaut exindè videatur obiectio ea facto corruere; adducta verò cautio cauillosa nimis
visa fuit, † ac exorbitans à statuti dispositione, & dum 7
non legatur in mandato Rotali requisita, nec ab illius poterat executore requiri, vt respondit Rota *in Placentina Decimarum 19. Nouembris 1638. coram bon. mem. Pirouano.*

Capituli quoque non facta paritio benè desumitur ex præ-
cepto facto Ioanni germano fratri Francisci iniuncto, † ne 8
ad Ecclesiam accedere auderet, licet Canonicatus, & Canonicales fructus exigeret, quod eidem Capitulum contumaciam obiecerit in parendo mandatis Rotalibus. Hinc enim ipsius Capituli contumacia dignoscitur, à qua poterit se tueri quoties reuocata, inhibitione de fructibus Canonicatus Ioanni responderi præceperit, alias enim cum
non parendi animus innotuerit poterit aggrauatoriæ † pœ- 9
na mulctari, vt notat Abb. *in c. reprehensibilis nu. 2. de appell.* Rota coram Burat. *decis. 825. num. 2. & in decis. 407. num. 7. cum seq. par. 4. tom. 2. & in dec. 254. num. 8. par. 6. rec. & in Colonien. Vicariæ 14. Maij 1649. §. præsertim in fine coram Eminentissimo Domino Cardinale Otthobono, & in Ciuitaten. electionis Vicarij 26. Iunij 1648. in §. sed quod magis, coram R. P. D. meo Melzio.*

Hinc non visa fuit † vrgere oblata exhibitio parendi ex 10
parte Capituli ab ipsius Procuratore peracta. Præterquam enim eadem oblatio conditionem cautionis præsefert in mandato Rotali nullatenus requisitam, neque poterit suffragari, dum actualis Marcellis amotio non præcessit, ac Francisci in Stallum cum solutione fructuum successiua receptio; Itaut verbalis proindè oblatio inefficax reputetur, † vt respondit Rota coram Buratt. *decis. 947. num. 2.* coram Greg. *dec. 36. num. 1.* & coram Caual. *decis. 364. num. 3. in verbo minus obstare.* Quæ vt possit adimplere Capitulum vnius mensis terminum eidem Rota decreuit, itaut aggra-
uatoria debet † relaxari si infrà mensem parere contem- 22
pserit. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Successionis.

Die Lunæ 6. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Monasterium ingrediens si renunciet, bonis licet censeatur id fecisse, vt bonis temporalibus spoliatus, felicius acquirat bona æterna, & sic pauper CHRISTVM pauperem sequatur, non tamen si renunciet bonis, vt per ea conseruaretur agnatio id seruandum non erit.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris mens, quando est clara, vt ad suam successionem non admittantur, nisi agnati, tunc extranei censentur exclusi.*

2 *Reli-*

2 *Religionem ingrediens, renunciando bonis an censeatur id facere, vt bona conseruentur in familia.*

3 *Religionem ingrediens, dum spoliat se suis bonis, censetur facere, vt pauper libentius pauperem CHRISTVM sequatur.*

4 *Nouitius renunciando bonis, præsumitur id facere, vt terrenis cogitationibus solutus, indè cælestibus bonis toto corde incumbat.*

Bonis suis Nouitius se spolians, causa agnationis conseruandæ ratio, censetur causa impulsiua.

5 *Agnationis conseruandæ ratio in Nouitio renunciante bonis suis in dubio præsumitur impulsiua ista causa.*

6 *Filius, vitam religiosam facere intendens, renunciant bona patri, quo animo censetur facta.*

7 *Bonorum renunciatio dum est facta ex diuersis causis, vna alteram non excludit.*

8 *Nouitius renuncians bonis ex diuersis causis potest moueri ad faciendam talem renunciationem, itaque vna non excludit alteram.*

9 *Bona, si fuerint renunciata alicui, cum conditione, vt debeant remanere in agnatione, perperam ille disponit ad fauorem extraneorum.*

10 *Donatio facta alicui sub conditione, quod in ea succedere valeant agnati, tunc tantum illi succedere debent.*

11 *Donatio facta patri, stipulanti, & recipienti pro se, & pro hæredibus simpliciter.*

12 *Tunc in tali donatione, an comprehendantur tantum hæredes, & successores sanguinis.*

13 *Renunciatio bonorum facta alicui, pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, tunc in materia indifferenti, veniunt etiam extranei, & nu.13.*

14 *Renunciatio bonorum alicui pro conseruatione agnationis, & decoris illius facta, id nullatenus verificari potest in hæredibus extraneis, & num.16.*

15 *Renunciatio bonorum facta pro conseruanda agnatione, tunc agnatis existentibus illi censentur vocati.*

17 *ad Bonorum successionem quando non extant vocati, qui sint admittendi.*

18 *Disponens, quando dicatur incontinenti, se correxisse.*

19 *Interpretatio facienda est, vt quis non dicatur incontinenti se correxisse.*

20 *Clausula,* ad habendum, *posita in renunciatione, non potest alterare principalem dispositionem.*

21 *Clausula,* ad habendum, *non alterat, nec immutat principalem dispositionem, cum respiciat executionem principalis dispositionis.*

22 *Decisio in causa Romana successionis de Comitibus coram bo. me. Dunozetto, in quibus loquatur terminis, & nu.23. 24. & 25.*

Parentes solent recipere renunciationes filiorum ad Religionem transeuntium fauore agnationis.

26 *Coniectura cessant dum constat de veritate in contrarium.*

27 *Renunciatio est interpretanda secundum mentem renunciantis.*

28 *Renuncians bonis sub expressa conditione conseruationis agnationis tunc ad ea bona non possunt admitti extranei.*

29 *Bona ad quos peruenire debeant, attendenda est mens eius, qui ea reliquit, & nu.30.*

31 *Religiosus, si habeat emphyteusim, ea acquiritur Monasterio reuocabiliter, scilicet, durante vita Professi.*

Ideo eo mortuo emphyteusis ad dominum redijt.

32 *Nouitius renuncians bonis non potest deinde ad ea aspirare.*

33 *Religiosus, dum ante ingressum Religionis renunciat bonis, Conuentus non potest super eis aliquid prætendere.*

34 *Emphyteuta disponens de re emphyteutica dum existunt vocati perperam, & in vanum dicitur disponere.*

35 *Vocatis ad emphyteusim non potest præiudicium inferri per alios vocatos.*

DECISIO CXLIII.

NOn esse dandam immissionem Conuentui, & Fratri-
bus Beatæ Mariæ ad Gradus Viterbij ad bona pro in-
diuiso reseruata in transactione inter ipsos, & Paulum Ga-
gliardum inita fuerat decisum sub die 7. Iunij proximi præ-
teriti; causa super eisdem repropoſita in decisis Domini
standum esse censuerunt amplectentes iterum motiuum in
decisione deductum, quod cum bona ista non essent pro-
pria Horatij Conuentus auctoris, sed obuenerunt ex dis-
positione Petri filij, qui in Religionem Ordinis Prædicato-
rum ingrediens illa ei renunciauit, & irreuocabiliter inter
viuos donauit ad hoc, vt in familia ipsius renunciantis con-
seruarentur, & pro illius decoris manutentione, vt apertè
indicant tam verba proœmialia renunciationis, ibi, *irre-
uocabiliter inter viuos donare, vt bona, & facultates conser-
uentur in agnatione, & prosapia de Gagliardis, vt illius de-
cus conseruetur, &c.* quàm in dispositiua, ibi, *pro conser-
uatione bonorum, & facultatum in familia, & prosapia
de Gagliardis, & ad conseruandum illius decus.* Non po-
tuit d. Horatius pater, & Renunciatarius de eisdem bonis
in fauorem fratrum extraneorum per Testamentum dispo-
nere in præiudicium Pauli eius filij, & renunciantis respe-
ctiuè germani, nam quousque ille extat vti agnatus, & ap-
tos ad agnationem, & prosapiam conseruandam disponen-
tis mens † clara videtur. Ex huiusmodi verbis, quod vo- 1
luerit illos de agnatione solummodò admitti, & extraneos
excludere ad Text. *in l. cum Pater 29. §. penult. ff. de le-
gat. 2. l. heredes mei, §. fin. ff. ad Trebell.* Sanch. *super præ-
cept. decal. lib. 7. tit. 7. num. 25. cum alijs allegatis in d. §. fun-
damentum.*

Non obstat, quod Petrus non fuerit motus ad ita dispo-
nere ratione conseruandæ agnationis, sed ingressus † Re- 2
ligionis illum potius suasit, vt renunciaret, & se bonis spo-
liaret ad effectum, vt pauper libentius † pauperem CHRI- 3
STVM sequeretur, & terrenis cogitationibus solutus indè
Cœlestibus totus incumberet, hæcque præsumi debet cau-
sa finalis abdicandi † se à bonis temporalibus, ratio au- 4
tem conseruandi agnationem censenda est causa impulsiua,
† & in dubio præsumitur *gloss. in l. 2. §. vltimo,* vbi Alberic. 5
nu. 3. ff. de donat. Et quia secunda causa conseruandæ agna-
tionis, adhuc Petrus renunciationem fecisset ad commodum
Patris † statim, ac deliberauit vitam Religiosam ducere, 6
& perpetuam paupertatem obseruare, *l. cum alienam 10.
C. de legat.* Dec. *cons. 86. num. 5. vers. quia cum,* Soccin. sen.
cons. 183. num. 3. vers. postremo lib. 2. Grat. *discept. forens. cap.
168. num. 9. & seq.* Rota *in rec. decis. 587. num. 4. & 5. par. 1.
& in Romana successionis de Comitibus 23. Iunij 1642. vers.
coniectura quoque, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*
Responsum enim fuit, quod vna ex his specificatis causis
alteram non † excludit, quinimò insimul stare possunt, 7
quia prima in ingressu Religonis fundata tendit ad repellen-
dum renunciantem, & Professio à bonis renunciatis, adeout
pater acquirere potuerit facultatem testandi, & disponen-
di † in quem ei placuerit, absque eo quod filius renuncians 8
iudicium patris subuertere possit, casu quo alios instituis-
set. Secunda verò causa † renunciationis respiciens con- 9
seruationem, & decorem agnatorum in quos in actu stipu-
lationis mens donatoris fuit directa pro dimissione bono-
rum, & in illis antè alios succedere voluit efficit, vt pa-
terna dispositione † in contrarium non obstante agnati 10
supradicti ad successionem admittantur iuxta distinctionem
relatam à Gabr. *in cons. 131. nu. 25. & seq. lib.* 2. quam com-
probauit Rota *in Maceraten. pecuniaria 20. Iunij 1644. §. al-
terum, coram Eminentissimo Otthobono,* cum alijs adductis
per Adden. *ad decis. 523. num. 108. & seq. par. 4. tom. 3. re-
centior. & in decis. quæ renidetur, §. non obstat quod potis-
simum.*

Non releuat, † quod prædicta distinctio procedat vbi re- 11
nunciatio facta est patri stipulanti, & recipienti pro se, &
hæredibus simpliciter, inter quos † solum descendentes 12
sui proprij, vel hæredes, & successores sanguinis inclu-
duntur. In prædicti verò facti specie renunciatio stipula-
ta, & recepta fuit ab Horatio pro se, suisque hæredibus,
& successoribus quibuscumque, † quorum appellatione 13
in materia indifferenti, qualis est hæc, de qua agitur, ve-
niunt etiam extranei, Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 85.
num. 60. & seq.* & alij citati *in d. Romana successionis de Co-
mitibus, §. clarissima siquidem coram Reuerendissimo D. meo*
Deca-

Decano. Quoniam causa conseruationis agnationis, &
14 decoris prosapiæ, † quam renuncians semel, ac iterùm
15 expressit nullo modo potest cum hæredibus adaprari, † vt
de se notum est, & per illorum admissionem aduersus dis-
ponentis intentionem exterus bona consequeretur, & agna-
tio, illiusque decus, ad cuius conseruationem habuit ma-
ximum respons͂u in renunciando deficeret, vndè donec
16 stant agnati, & successores † sanguinis huiusmodi rece-
ptio, & stipulatio de illis intelligitur, quibus verò defectis,
17 ad alios quoscumque beneficium donationis, & renuncia-
tionis extenditur, vt præter citatos in *decis. §. nec affieit*,
latè probat Modern. Neapol. *contr. iur. lib. 1. contr. 57. num.
27. & seq.* Rota *in Florentina donationis, seu separationis
thori bonorum* 1. *Decembris* 1650. §. *neque ab hoc beneficio co-
ram R. P. D. meo Peutingerio, & in Romana, seu Nepesi-
na restitutionis in integrum 4. Iunij proximi præteriti, §. non
obstat, quod in Instrumento coram R. P. D. meo Cerro*, si
etiam per verba successoribus quibuscumque prolata in re-
nunciatione induceretur alia dispositio comprehendens
quoscumque hæredes, & ad illos possent bona renunciata
18 transmitti, sequeretur, quod † Petrus statim se correxit, &
corrigere voluit, recedendo à priori dispositione in fauo-
rem agnatorum facta. Ad correctionem igitur euitandam
concludendum est, quod senserit ille per prius patrem re-
19 nunciatarium voluisse vocare † agnatos, donec adsunt,
deinde verò quatenus nulli existant de agnatione dedisse ei-
dem patri liberam potestatem disponendi in extraneos sibi
benè visos ad Tex. *in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.* Bald.
in l. terminato circa fin. C. de fruct. & lit. expens. & in cons.
473. *num. 2. lib. 1.* Bertrand. *cons. 332. num. 2. lib. 3.* Roland.
à Valle *cons. 43. nu. 56. lib. 4.* Honded. *cons. 29. nu. 101. & seqq.
lib. 1.* Vrg. *cons. 74. n. 37. 38. & 56.* Decian. *respons. 33. lib. 3.*
Menoch. *cons. 105. à nu. 43. & tribus seq. & cons. 198. à n. 16.*
20 Nec refert clausula, *ad habendum*, † cum cæteris adie-
ctis executiuis Instrumenti renunciationis, quia non est ta-
lis efficaciæ, vt illius virtute dicatur tributa facultas patri
præiudicandi agnatis bona extraneis relinquendo, cum
21 clausula † ista de sui natura non alteret, nec mutet perso-
nalem dispositionem, sed posita censetur, & respicit illius
executionem, Clem. 1. *de præben.* Dec. *cons. 413. col. fin.* Tuh.
Non. *cons. 54. num. 15. & cons. 106. num. 6. & seq.* Cacher.
decis. 164. num. 1. 2. & 12. in Caetana bonorum 3. Decembr.
1646. §. *non obstat clausula coram D. meo Cerro, & in Ro-
mana deuolutionis Domus 15. Iunij 1654. §. clausula ad ha-
ben. coram R. P. D. meo Meltio.*
Neque huic decisioni aduersari visa fuit sententia, quam
Rota fuit sequuta in causa *Romana successionis de Comiti-
bus coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quæ exaduerso de-
22 nuò † ponderabatur, quia vt fuit animaduersum in pri-
ma decisione, §. *cui themati*, ibi non aderat expressa con-
23 templatio † agnationis, & renunciatio erat prægnantissi-
mis verbis concepta, & concessa amplissima facultas dispo-
nendi de bonis renunciatis patri, & fratri, necnon omni-
bus, & quibuscumque illorum, & singulorum hæredibus,
& tam ab intestato, quàm ex Testamento, & alias quo-
24 modocumque successoribus, itaut † dd. Euander, & Bal-
thasar, ac eorum cuilibet ipsorum hæredes, & successores
de omnibus bonis, ac Iuribus liberè disponere possint, &
25 ab intestato dispositum censeatur, perinde † ac si renun-
cians nunquam fuisset in rerum natura, vt legitur in §. *cla-
rissima siquidem*. Et ratio conseruandi bona in agnatione
ibidem simpliciter deducta fuit pro coniectura, & præsum-
26 ptione iuxta quam parentes † solent recipere similes re-
nunciationes a filijs fauore conseruandæ agnationis, *vt ha-
betur in §. respectum*, siquidem ideò mirum non est si Rota
27 talem sententiam tenuit, & respondit huiusmodi † conie-
cturam non esse admittendam dum clarissimè excludebatur
per dictam stipulationem tam latissimè conceptam, quod à
themate proposito longè distat, in quo non per coniectu-
28 ras, & præsumptiones desumptas ex Renunciatarij mente,
sed ab ipsomet Renunciante fuit consideratus, & expressus
effectus conseruationis agnationis, ad cuius proinde fauo-
29 rem extraneis exclusis † censeri debet restricta renuncia-
tio, cùm sit aduertendum, ad quos disponens voluerit bo-
30 na sua deueniri, & non pro quibus Renunciatarius † co-
gitauerit acquirere, *l. qui mihi donatum 13. de donat. l. cum
in corpus 36. ff. de acquir. domin.* & in puncto renunciationis
factæ à Moniali, Mulphes. *ad consuetud. Neapol. tom. 1. tit.
de renunc. quæst. 3. nu. 7.* Rota *decis. 62. num. 29. vers. etiam si
intentio*, coram bo. me. Merlino.

Alterum decisionis fundamentum per quod fuit Con-
uentui denegata immissio super apothecis de directo domi-
nio Ecclesiæ B. Mariæ de Quercu subsistere quoque Domi-
nis visum fuit, nec hodiè putarunt esse dandam saltem pro
medietate, quæ spectabant ad Petrum in Inuestitura voca-
tum ex eo, quod ob ingressum Religionis emphyteutæ Mo-
nasterio reuocabiliter † acquiritur emphyteusis, videlicet 31
durante vita Professi, illoque defuncto ad Ecclesiam reuer-
titur, Bart. *in auth. ingressi num. 38. & seq.* & ibi etiam Bald.
C. de sacrosanct. Eccles. Bursatt. *consil. 60. nu. 34. & 35. lib. 1.*
& plures alij congesti per Modern. Fulginaten. *de iur. emph.
tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 14. cap. 14. num. 13.* Quia
Petrus exclusus remanet à petitione bonorum per renuncia-
tionem, quam amplissimis clausulis fecit, quando fuit in
Religionem ingressus, ideò ad ea amplius aspirare non po- 32
test, *l. quæsitum, §. si venditum, ff. de edil. edict. l. Ner-
ren. in princ. ff. de euict. gloss. in c. quam sit periculosum 7. qu. 1.*
Menoch. *consil. 1. nu. 209.* sicque Conuentus ea illius perso-
na non valet aliquam † partem in apothecis prætendere, 33
*l. nemo plus, ff. de reg. iur. l. traditio, ff. de acquir. domin. l. si
filius, C. de donat. l. obseruare, ff. de offic. Proconf.* Minus-
que præfatam apothecarum medietatem si prætendere ve-
lit vti hæres Horatij debet obtinere, quia cùm illæ sint em-
phyteuticæ, & ad Paulum proueniant ex pacto, & indul- 34
gentia sine gratia Ecclesiæ concedentis per transitum de
vno in alium ex ibi vocatis. Defuit Horatio potestas insti-
tuendi vniuersalem hæredem in illis conuentum, nec potuit
transitus, † & successio dicto Paulo existenti in tertia ge- 35
neratione impediri, & præiudicium inferri, *cap. 1. de suc-
cess. feud.* Soccin. iun. *consil. 72. num. 17. & 18. lib. 1. & con-
sil. 160. num. 38. versic. sed vlterius, & num. 39. lib. 1.* Alex.
consil. 8. num. 15. lib. 2. Nicol. Bellon. *consil. 33. num. 2.* cum
cumulatis per eumdem Fulginaten. *de contract. emphyt. qu.
24. nu. 21. & 22. & in decis. §. quo verò.*
Neque alicuius releuantiæ existimatum fuit id, quod
nunc addebatur Paulum declarasse in concordia † cum 36
Conuentu inita, quod duæ ex tribus partibus dd. bonorum
ad illum spectarent, dum ex annuis scutis 30. debitis Petro
renuncianti annua scuta 20. adscripsit ad debitum Conuen-
tus, siquidem hæc scuta 50. annuatim soluenda debentur
ab hæreditate Horatij, & cùm in vim dictæ concordiæ
Conuentus illius hæres consequutus fuerit duas ex tribus
partibus eiusdem hæreditatis iustum etiam fuit, † vt ad di- 37
ctam ratam transigentes solutionem prædicti annui debiti
æquarent, quod nihil commune habet cum bonis à Petro
renunciatis, & apothecis emphyteuticis in eadem transa-
ctione pro indiuiso reseruatis, & ad Paulum spectantibus,
prout ex supra, & in alia decisione deductis fuit conclusum
vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Lunæ 6. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Cathedralis ex quibus benè dicatur pro-
basse eius statum. Cathedralem, cum etiam
per vnicum actum dicatur retinuisse talem
statum, & plura circa hanc materiam dedu-
cuntur. Et præsertim canonizatur celebris de-
cisio in hac causa facta, & est decisio 353. par. 5.
recentior.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia aliqua, quod antiquitus erat Cathedralis, ex quo iustificetur.*
2 *Remissoria denegatur ob irreleuantiam articulorum.*
3 *Remissoria dicitur perperam concessa, dum nihil releuans fuit probatum.*
4 *Sententia, quæ in iudicatum transiuit, attendenda venit.*
5 *Possessio non potest dici continuata, nisi probetur initium possessionis.*
6 *Cathedralitatis translatio, quod in aliam Ecclesiam fuerit facta, quid id operetur.*
7 *Decisionibus inhærendum est donec non fuerint reuocata.*

8 *Pos-*

8 *Possessionis continuatio de iure præsumitur.*
9 *Et hoc multo magis, quando non adducitur aliquid in contrarium.*
10 *Cathedralitatis translatio potest fieri in aliam Ecclesiam cumulatiuè, non autem priuatiuè, quoad priorem Eclesiam, & nu.*32.
11 *Membra, quod vigerent abscisso capite, hoc miraculosum esset.*
12 *Episcopus, est caput Canonicorum.*
13 *Ecclesia Cathedralis signa quæ sint, & num.*14. 15. 19. & 20.
16 *Vnitas inter duo Capitula ex quo iustificetur.*
17 *Capitulum, quando inuitatur ab alio Capitulo in sua Ecclesia, quem locum ei debeat assignare in Ecclesia.*
18 *Sepultura communio, & funerum, fraternitatis est signum.*
21 *Vnitas vera, & realis ex quibus non excludatur.*
22 *Membra non debent separari à suo capite.*
23 *Enunciatiua antiquissima attendenda sunt.*
24 *Episcoporum continuata residentia penes aliquam Ecclesiam, quid ex hoc arguatur.*
25 *Ecclesiæ Cathedralis priuatiuè, quoad alias Ecclesias, quid sit permissum.*
26 *Ecclesia Cathedralis, vt probet continuationem suæ possessionis, quid sufficiat probare.*
27 *Ecclesiæ Cathedrales, quando sunt duæ in eadem Ciuitate, in dubio æqua principales dicuntur, & num.*28.
29 *in Possessione, quando quis est releuatur ab onere probandi, & transfertur in aduersarium.*
30 *Capitulum, quod sit in statu Collegiatæ, ex quo probetur.*
31 *Confirmationes quando sint restringendæ.*
33 *Sententia ita est interpretanda, ne vna contradicat alteri.*
34 *Regulares ab Episcopis sunt exempti.*
35 *Cathedrales Episcopo subsunt.*
36 *Ius totum Episcopale in quo conseruetur.*
37 *Ecclesia omnis Cathedralis est Collegiata.*
38 *ad Cautelam abundantiorem multa possunt emulari, quæ tamen non nocent.*
39 *Obseruantia benè declarat, quod est dubium.*
*Ecclesia aliqua, vt probet esse Cathedralem non esse talem Ecclesiam, plenè, & concludenter debet id iustificare, num.*39.
40 *Sententia quando est valida, & iusta, tunc ob non interpositam appellationem in iudicatum transit.*
41 *Quod procedit etiam non obstantibus impedimentis, aut intermedio tractatu concordiæ.*
42 *Concordiæ tractatus non efficit, vt tempus fatalium non currat.*
43 *Impedimenta, vt excusent à prorogatione fatalium debent esse ineuitabilia, & quamdiu debeant durare.*
44 *Fatalium tacita prorogatio, an sit sufficiens, ne transeat in iudicatum.*

DECISIO CXLIV.

TRaditionibus antiqnissimis Historijs (quarum aliqua
signanter Prudentij, Marci Maximi, S. Braulij, Haul-
li Galli prodierunt ante litem super Cathedralitate motam,
quæ cœpit de anno 1620. nam præcedens mota de anno
1536. erat tantum super præeminentijs) sententijs, & alijs
pluribus Ecclesiam B. Mariæ de Pilari fuisse antiquitus Ca-
1 thedralem, † probant plenissimè deducta *in dec.* 353. *nu.*
25. *& seqq. par.* 5. *rec.* cuius aliqua fundamenta fuerunt non
simpliciter suspensa in subsequenti *decis.* 177. *par.* 6. *recent.*
sed quia tunc quærebatur de concessione remissoriæ petitæ
à Capitulo Metropolitanæ, cui se opponebat Capitulum
2 Pilarense ob irreleuantiam † articulorum, eo quod illis
etiam admissis subsistebant aliæ probationes Cathedralitatis
ponderatæ *in d. decis.* 353. idque negabant Metropolitani,
Rota ad effectum dumtaxat concedendi, necnon remisso-
riam ex capite irreleuantiæ, mandauit videri, an circum-
scriptis pro tunc probationibus, quibus articuli exhibiti
contrariabantur, remaneret ex alijs probata Cathedrali-
tas, fuit etiam hæc quæstio postea omissa, quia successiuè
partes concordarunt, quod vtrique Capitulo concederetur
remissoria, prout concessa fuit, sed nihil † Metropolitani 3
probarunt, adeo quod verum est dicere, quod semper in-
concussa habita fuerunt omnia fundamenta *dec.* 353. cuius
vigore emanauit sententia Rotalis coram clar. mem. Coc-
cino confirmata in secunda instantia à bon. mem. Cardin.
Vbaldo, quam in iudicatum † transijsse respondit Rota 4
in *decis. huius causæ edita* 21. *Iunij præteriti coram me*, &
iterum hodie causa super eisdem posita ex rationibus addu-
ctis tam in *dicta decis. coram me*, *quàm in decis.* 177. *par.* 6.
recent. & in sæpè memorata *decis.* 353. quæ respondet om-
nibus contrarijs, & ijs quæ de nouo allata fuerunt, satisfa-
cient quatenus opus sit intra ponderanda, pro Cathedra-
litatis continuatione.

Quæ continuatio non fuit à Pilarensibus prætensa de an-
no 1627. in disputatione super præeminentijs, de quibus in
dec. 111. *par.* 5. *recent.* quia tunc nondum erat probata an-
tiqua Cathedralitas, & vanum fuisset prætendere conti-
nuationem non docto de præcedenti initio † Cathedrali- 5
tatis, atque hinc benè eadem *decis. subdit num.* 20. non con-
trouerti, quod sola Metropolitana de eo tempore esset in
statu Cathedralitatis, sed probata postmodum à Pilarensi-
bus de anno 1630. antiqua Cathedralitate, reportarunt de-
super sæpè memoratam *decis.* 353. *quæ sub nu.* 78. *&* 79. fir-
mat vlterius retentionem hodiernam, ibi, *quæ quidem vesti-
gia Cathedralitatis antiqua reliquias Ecclesia ista de Pilari
post translatam à se Cathedralitatem retinuit, & hanc vsque
in diem retinet, quemadmodum constat ex sententijs, & sub
num.* 86. Subditur Cathedram fuisse ad Ecclesiam S. Salua-
toris translatam, vel † eidem per viam vnionis collatam, 6
& idipsum repetitum fuit in alia decisione emanata de anno
1631. *impress. inter recent. par.* 6. *decis.* 15. quæ ex supraci-
tata ex aduerso *decis.* 111. modificatoria, vbi explicitis ver-
bis sub *num.* 18. dicitur, quod Ecclesia B. M. videtur reti-
nuisse iura antiquæ Cathedralitatis, vt latè deductum fuit
in decisione coram eodem Coccino facta sub die prima
Martij antecedentis, quæ est *dec.* 353. *& num.* 19. firmatur,
quod vtrumque Capitulum conuenit ad faciendum vnum
corpus. Vnde gratis à Metropolitanis asseritur, quod no-
ua est prætensio continuatæ Cathedralitatis apud Pilaren-
ses, & approbata solum in nuperrima decisione coram me
quodque † inhærendum est allegatæ decisioni, donec re- 7
uocetur.

Deueniendo igitur ad probationes controuersæ conti-
nuationis, etiam postquam Ecclesia S. Saluatoris Cathe-
dralis euasit, visum est Dominis suffragari, primo iuris præ-
sumptionem, de qua Innoc. *in cap.* 2. *litt. A. de restit. spol.*
Natt. *cons.* 572. *num.* 18. *lib.* 3. Hond. *cons.* 20. *num.* 12. *lib.* 1.
Rota *decis.* 237. *num.* 2. *decis.* 321. *num.* 4. *decis.* 419. *num.* 1.
par. 1. *recent.* præsertim quia nullum exhibetur Pontificium
Diploma Cathedralitatis ab Ecclesia de Pilari † abdicati- 9
uum omninò ad id necessarium, *cap. nisi speciali de offic. le-
gat. cap.* 1. *&* 2. *& de translat. Episc. can. mutationes* 7. *qu.* 1.
Can. Felix. Can. præcipimus 16. *qu.* 1. *gloss. in c. cum inferior,
verb. Cathedralem de maior. & obed.* Rebuff. *in prax. bene-
fic. tit. de erect. Eccles. Cathedr. nu.* 1. *&* 5. Azor. *instit. mo-
ral. par.* 1. *lib.* 6. *cap.* 30. *qu.* 2. *&* 4. Lotther. *de re benef. lib.* 1.
qu. 14. *num.* 118. Itaut nec sufficit Cathedram fuisse collatam
in alia Ecclesia, quia id fieri potuit † cumulatiuè ad Prio- 10
rem Ecclesiam, Vanes. *cons.* 10. *num.* 4. Seraph. *decis.* 1444.
num. 7. *& seqq.* Rota coram Penia *decis.* 699 *num.* 8. *&* 9. *se-
cunda impress. Lugdun.* & in alijs relatis *in §. minus obstat de-
cis. coram me.*

Secundò, quod Canonicatus Pilarenses non fuerunt sup-
pressi, vel ad aliam Ecclesiam translati, sed semper vt prius
in Ecclesia Beatæ Mariæ remanserunt, dumque Metropo-
litani affirmant Ecclesiam B. Mariæ fuisse erectam in Colle-
giatam de anno 1141. & sic multis annis post communica-
tam Cathedram Ecclesiæ S. Saluatoris (de qua materia in-
fra habebitur sermo) fatentur in necessarium antecedens,
Canonicatus antea extitisse sub antiquo, & continuato ti-
tulo † Cathedralitatis, quia alias monstruosum fuisset, quod 11
membra vigerent abscisso capite, nempe facta separatio-
ne Cathedræ, & Episcopi, qui citra regularem obseruan-
tiam demandatam curæ Prioris † erat caput Canonicorum, 12
Abb. *in c. postulasti sub num.* 8. *de concess. præben.* Barbos. *de
potest. Episc. in add. ad alleg.* 75. *sub num.* 18. *litt. B.* Rota
dec. 518. *num.* 23. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* & omnimodam iuris-
dictionem in illos habebat, *cap.* 1. *ne sede vacante*, *glos. fin.
in cap. nullus, vers. vt Episcopus de elect. in* 6. Corn. *cons.* 193.
num. 4. *&* 5. *lib.* 2. Grat. *disceptat.* 270. *num.* 4. Barbos. *de*

Canon.

Canon. & Dignitat. cap. 1. num. 12. Rota decis. 69. num. 2.
par. 1. recent.
Tertiò, quod per constitutiones à Petro Librana Ar-
chiepiscopo Cæsaraugustano decennio post vindicatam
13 Ecclesiam S. Saluatoris è manibus Maurorum æditas † an-
no 1128. reseruatur benedictio candelarum Sedi, cui pro-
prium est, & deinde per infrascriptam sententiam Santij
iniungitur Canonicis S. Saluatoris, vt diebus benedictio-
nis candelarum, & palmarum accedant ad Ecclesiam B.
Mariæ, ibique vnà cum Pilarensibus benedictiones cande-
larum faciant, pariterque in die Commemorationis om-
14 nium † Defunctorum ad eamdem Ecclesiam accedentes
communiter illius diei Ecclesiasticas functiones expleant;
hæc enim vnitatem, & fraternitatem vtriusque Capituli
demonstrant, & excludunt priuatiuam translationem Ca-
thedræ ad Ecclesiam S. Saluatoris, quia alioquin omnes
15 actus concernentes † Ecclesiam Cathedralem in ea fieri
deberent, de benedictione candelarum disponunt constitu-
tiones Petri Libranæ, & generaliter de alijs functionibus,
tradit Rebuff. in prax. benefic. tit. de translat. Episc.
num. 20.
Quartò sententiam mox memoratam Archiepiscopi San-
tij latam de anno 1220. tùm in ea parte, qua mandat Pila-
rensibus, vt certis diebus solemnibus accedant ad Eccle-
siam S. Saluatoris, ibique assistant in dextera parte Chori,
16 id quod † æqualitatem vtriusque Capituli à Cathedræ
vnione resultantem significat, quia alioquin Pilarensibus
vti inferioribus dexterum locum ab alijs etiam in propria
17 Ecclesia concedi, † honestum non fuisset, cap. adhuc, &
ibi gloss. dist. 89. Hostien. in cap. 1. num. 2. de maior. & obed.
Abb. cons. 21. num. 4. lib. 1. Ruin. cons. 155. num. 41. & seqq.
lib. 4. Tum in alia parte disponente, quod Cœmeterium
existens extra parietes Ecclesiæ S. Mariæ sit vtrique Capi-
tulo commune, & moriente aliquo Canonico S. Mariæ,
omnes Canonici S. Saluatoris eant ad eam Ecclesiam, de-
functumque sepelliant simul honorificè, & èconuerso om-
18 ninò † nimirùm sepulturæ, & funerum fraternitatis ar-
gumentum est, vt per Asin. in l. 2. §. an & socius num. 4. in
fin. & in l. cuius num. 22. vers. si vero, & nu. 27. 34. & seqq.
ff. relig. & sumpt. funer. Tum tandem in verbis concedenti-
bus Canonicis de Pilari, quod omnes Parochianos suos
per totum annum baptizent limitando hanc facultatem ad
19 tres in Sabbato sancto, & Vigilia † Pentecostes, quod-
que pulsent campanas ad matutinas, & alias horas diei ex-
ceptis hora Tertia, & Vesperis, quandocumque voluerint,
etiam antequam pulset Ecclesia S. Saluatoris, id siquidem
in die Sabbati sancti permitti non potuisset, si Pilarensis
20 inferior esset Ecclesia, vt fuisset plures decisum à sacra Con-
gregatione Rituum, refert Barbos. de iur. Eccles. lib. 2. c. 3.
num. 69.
Nec obstat, quod dicta sententia ius decimandi adiudi-
cet Ecclesiæ S. Saluatoris, quia imò illud concedit etiam
21 Pilarensibus, quoad bona ad illos vti vniuersos † spectan-
tia, & per diuisionem Iuris decimandi non excluditur vni-
tas originalia, & primæua ex alijs resultans, Oldrad. cons.
296. numer. 2. Rota in Vercellen. Vnitatis Capituli 9. May
1644. §. cum igitur coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.
Quintò, concordia inter has partes inita de anno 1448.
& ab Archiepiscopo Dalmatio, necnon ab Archiepiscopo
Alphonso ab Aragonia anno 1513. confirmatam, in qua
approbatur præfata sententia Santij, & vlterius disponitur,
quod in processionibus locus honorificentior competat
Priori S. Mariæ, & Dignitatibus Ecclesiæ S. Saluatoris, post-
quam incedant Canonici Pilarenses, & subsequantur Me-
tropolitani, neque verò intersecatio huiusmodi persona-
rum vtriusque Capituli licita fuisse citra formalem vtrius-
22 que Vnitatem, cùm aliàs † membra à suo capite separati
non debeant, cap. 1. dist. 12. cap. noui de his, quæ fiunt à
Prælat. Felin. in cap. pastoralis sub num. 10. de offic. delegat.
Monach. in cap. Romana num. 9. de senten. excomm. in 6. Ro-
sa coram san. me. Greg. XV. decis. 284. sub num. 2. & magis
in terminis in dicta Vercell. Vnitatis Capituli, §. stante ita-
que coram D. Cardin. Otthobono.
His accedunt Bullæ Apostolicæ Innocentij, & Eugenij
23 datæ in Summ. Pilarensium num. 6. & 7. enunciantes † Cæ-
saraugustanum esse Episcopum Ecclesiæ B. Mariæ donatio-
nes factæ Bernardo Episcopo Cæsaraugustano, atque Ca-
nonicis B. Mariæ Summ. ibidem num. 9. 11. & duobus seqq.
Actus insimul, & capitulariter ab eodem Bernardo Epis-
copo Cæsaraugustano, & Canonicis Pilarensibus dicto
Summ. num. 8. & seqq. Continuata residentia aliquorum
Episcoporum † penès hanc Ecclesiam etiam post annum 24
1118. Celebratio Dedicationis propriæ Ecclesiæ, quæ etiam
hodie fit à Pilarensibus, canonizata in dec. coram san. me.
Greg. XV. dec. 616. num. 5. par. 1. rec. Administratio Sacra-
mentorum Baptismatis, Eucharistiæ, & Matrimonij om-
nibus ad hanc Ecclesiam accedentibus. Ius sepeliendi de-
functos etiam de alienis Parochijs, quod Pilarenses conti-
nuò exercuerunt, † solumque Cathedralibus concessum 25
est, cap. ex parte il 1. de sepult. Rota decis. 177. sub num. 6.
par. 6.
Quæ omnia sumpta præsertim simul iuncta vt debet Ro-
ta d. decis. 353. numer. 18. satis conuincunt † continuatam 26
Cathedralitatis retentionem, ad quam probandam etiam
vnicum actum sufficere dixit Rota decis. 139. num. 12. par. 2.
diuersor. in Marsicen. Iurisdictionis 17. Iunij 1647. coram me,
& in puncto in noa allegata decis. 353. nu. 79. par. 5. etiamsi
Metropolitani probarent diriorem Crucem in processioni-
bus, & cappas sericas vbique Pilarenses verò solùm intra
fines Parochiæ posse deferre, ac per sententias acceptatas,
vel concordias fuisse aliquas † prærogatiuas à Pilarensibus 27
abdicatas, & Metropolitanis concessas, quia non ideo fue-
runt abrogatæ aliæ ibidem non expressæ, Honded. cons. 29.
num. 107. lib. 1. Eugen. consil. 88. nu. 82. & seqq. Bec. cons. 74.
numer. 23. & seqq. Rota decis. 365. num. 8. decis. 568. num. 1.
par. 4. tom. 2. & 3. recent. Itaut necesse sit fateri continuatam
vtriusque Ecclesiæ in Cathedra vnionem, † quæ in dubio 28
æquè principalis præsumitur, Rebuff. in prax. benef. tit. de
vnion. num. 20. Gonz. super regul. 8. gloss. 5. §. 7. nu. 134. Rota
in Mdenitana Vnionis 13. Ianuary 1642. coram Reuerendiss.
D. meo Decano, in Giennen. Iurispatronatus 1649. coram
me, necnon quod Pilarenses fuerunt, & sunt in Cathedra-
litatis, quasi † possessione, ob quam releuantur ab onere 29
probandi, illudque transfertur in Aduersarios contrarium
asserentes, l. circa, ff. probat. l. libertus, §. fin. ff. liber. caus.
cap. sæpe de restit. spol. Buratt. decis. 110. num. 2. & seqq.
Non tamen Metropolitani contrarium probant, aut ex
donatione Ecclesiæ de Pilari facta Ecclesiæ S. Saluatoris à
Rege Alphonso, Ranimiro, ac Ildephonso in vim Indulti
Apostolici de donando omnes Ecclesias exceptis Cathedra-
libus confirmata ab Eugenio Tertio, & Adriano IV. ac
Alexandro III. Summ. Metropolitanorum num. 25. & tribus
seqq. Aut ex sententia lata anni 1523. declarante Ecclesiam
S. Saluatoris superiorem, & magistram, vtique talem esse
recognoscendam ab Ecclesia B. Mariæ Summ. ibidem nu. 12.
Aut ex priuilegio exemptionis concesso Pilarensibus à iuris-
dictione Archiepiscopi, & ab illis acerrimè defenso in lite
cum Archiepiscopo, dict. Summ. num. 15. & 16. aut ex ere-
ctione B. Mariæ in Collegiatam, quæ videtur incompatibi-
lis cum retentione Cathedræ, ac probatur ex Innocentij II.
iunctis pluribus intitulationibus hoc nomine datis in Summ.
Metropolitanorum & quatuor seqq. quod etiam agnouit Rot.
in Cæsaraugustana Præeminentiarum 28. Aprilis 1634. co-
ram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. vbi † habetur, quod 30
Capitulum B. Mariæ de Pilari reperitur in statu Collegiatæ.
Nam quoad donationes animaduertendum est, quod
non loquuntur de Ecclesia de Pilari, de qua solùm fit mentio
in donatione Alphonsi, qui simpliciter donauit hanc Eccle-
siam Ecclesiæ S. Saluatoris, sed donationem Alphonsi li-
beratoris, ac Ranimiri prædecessorum confirmauit, ad
quas propterea, † cùm confirmatio restringenda sit, inhæ- 31
rendum est donationibus in confirmatione relatis de hac Ec-
clesia mentionem non facientibus, Rota dec. 439. num. 2.
coram san. me. Greg. XV. in his terminis decis. 353. num. 99.
& 100. par. 5. rec.
Sententia Archiepiscopi Alphonsi lata anno 1513. decla-
rat ab Ecclesia de Pilari recognoscendam esse Ecclesiam S.
Saluatoris in matrem, superiorem, & magistram, † quia 32
ibi quoque Cathedra collocata fuit cumulatiuè cum Eccle-
sia de Pilari non priuatiuè, Rota d. decis. 353. sub num. 86.
vers. non primum par. 5. recent. vt propterea sensus sit, quod
teneatur recognoscere in matrem, & superiorem aliarum
Ecclesiarum Vrbis Cæsaraugustanæ non autem suimet,
prout etiam colligitur, ex quo in eadem sententia manda-
tur obseruantia sententiæ Santij, & concordiæ confir-
matæ à Dalmatio, quæ vt superiùs demonstrabam, pro-
bant æqualem Ecclesiæ Pilarensis Cathedralitatem, om-
nisque interpretatio sumenda est, † ne vna pars senten- 33
tiæ alteri contradicat, cap. cum expediat de elect. in 6. Bu-
ratt. decis. 931. num. 10. Rota decis. 188. num. 4. decis. 250.
num.

num.15.par.6.recentior. & in Barchinonen. Exemptionis 20. Maij 1647. coram me.

Exemptio refertur ad concernentia institutum regulare,
ideòque non excludit de cætero iurisdictionem Episcopi, &
34 plores reperiri Ecclesias Cathedrales, quæ † vt regulares ab
Episcopo sunt exemptæ, & subiacent suis Superioribus,
vt verò Cathedrales Episcopo obediunt, refert Hostien. *in c. causam, quæ in princ. de iudic.* Abb. *ibid. num.* 8. Barbos.
de Canon. & Dign. cap.1. num. 11. Coccin. *decis.157. num.*1.
& 2. Quod eo magis applicatur casui nostro, quo expressè
reseruatur Episcopo iurisdictio in populum eius proinde, &
Parochi respectu totum ius Episcopale in Ecclesia Pilaren-
36 si † conseruatur Episcopo, *cap. per exemptionem de priuil. in 6.* vbi glos. *verb. curam habet*, Gemin. *nu.* 14. *& seq.* Anchar. *num.*3. Lotther. *de re benef. lib.*1. *quæst.*24. *num.*107. *& num.*108. *& seqq.* Seraph. *decis.*1058. *sub num.* 6. Rota *inter recentior. dec.*324. *nu.*6. *par.*1.

Erectio tandem Pilarensis in Collegiatam, præter quod
probata negatur, non repugnat continuationi cumulatiuæ
37 Cathedralitatis. Quinimò omnis † Cathedralis est Colle-
giata, *c. nouit. cap.4. de his, quæ fiunt à Prælat. sin. cons. cap.*
Barbos. *de Can. & Dignit. cap.2. sub nu.* 2. *vers. omnis enim*,
Bisign. *decis.*13. *num.*3. *de preben.* potuitque obtineri specia-
38 lis erectio in Collegiatam † ad abundantiorem cautelam,
cumulando hunc titulum expressum titulo Collegialitatis
implicito Cathedralitatis, *ad tex. in l.* 3. *§. ex plurib. ff. acq. poss.* Manen. *decis.* 36. *num.*18. *& seq. dec.* 25. *num.* 49. Rota
*decis.*305. *num.*5. *& 6. par.4. tom.2. recent.* prout vlterius de-
39 clarauit † obseruantia, cùm continuò Pilarenses exercue-
rint supra recensitos actus Cathedralitatis, ad quam con-
seruandam sufficeret, vt dicebam, vnicus actus, sicut ad
excludendam probationem Metropolitanorum, qui vt su-
pra dicebatur, tenentur probare plenè, & concludenter pri-
uatiuam translationem Cathedræ in eorum Ecclesiam suffi-
cit possibile contrarium, *cap. in præsentia de probat.* Rota
*dec.*506. *num.*3. *& 4. par.*1. *diuers. decis.*128. *num.*13. *par.*6.
recentior. & in Asten. Coadiutoria 21. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. Celsa.*

Cùm itaque iuxtà prædicta constet ex actis de non iure
Metropolitanorum, & per consequens sententia Rotalis
40 sit iusta, † vtique ob non prosecutam appellationem
41 ex aduerso † impositam, transijt in iudicatum non obstan-
tibus assertis impedimentis, aut intermedio tractatu con-
42 cordiæ, quia hunc non efficere, quin currant fatalia, tra-
dit Gaill. *obseru. lib.*1. *obseru.*140. *num.*8. *& seq.* & dixit Ro-
ta *in Romana pecuniaria* 17. *Martij* 1595. *coram Litta impress. apud Marches. de commiss. par.* 2. *fol.*21. *nu.*4.

Impedimenta verò vt excusent à prorogatione fatalium
43 oportet esse ineuitabilia, † & durasse per totum tempus de-
sertionis, Rota *decis.*156. *num.*2. *par.*2. *recent.* Neque in fa-
cto subsistit, quod Pilarenses tacitè prorogauerint fatalia,
quia petierunt quidem remissoriam, sed deinde videntes
44 Metropolitanorum † negligentiam in prosequendo appel-
lationem, rem iudicatam opposuerunt.

Meritò igitur decisio rei iudicatæ canonizatoria confir-
mata hodie fuit vtraque parte informante.

R. P. D. M E L T I O,

Postcà Episcopo Papień.

Bononień. Pecuniaria.

Luna 6. Martij 1656.

A R G V M E N T V M.

Mandatum quando est iustè relaxatum, & cœptum est exequi, non est in eius executione supersedendum. Res iudicata habet executionem paratam, exceptio ad impediendam executionem rei iudicatæ an admittatur. Errorem inuentarij, qui allegat tenetur illum concludenter probare, & docere etiam docto de causa erroris.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum quando fuit relaxatum in vim rei iudicatæ, & præuio rescripto Signaturæ, partio iudicato.*
Tunc quoties illud est cœptum exequi, non potest in eo supersederi.
2 *Rei iudicatæ effectus est, vt illius executio non impediatur.*
Res iudicata paratam semper habet executionem, num. 2.
3 *Inuentarij exceptio, vti non impugnatiua, sed modificatiua potest quandocumque opponi.*
Etiam post tres conformes, & rem iudicatam, num. 3.
4 *Exceptio inuentarij, quando non releuet ad impediendam executionem rei iudicatæ.*
5 *Inuentarium præseruat, vt bona hæredum non possunt capi in executionem debitorum defuncti.*
6 *Inuentarium non præseruat hæredem, vt non teneatur bonis hæreditarijs pro soluendis debitis defuncti, & num. 7. & 8.*
9 *Confessio emanata in inuentario plenè probat contra conficientem, & contra causam habentem ab eo.*
10 *Hæredes non est verisimile, quod voluerint aliquod prædium, quod non erat totum hæreditarium, in totum descripsisse in inuentario.*
11 *Hæredes in inuentario solent potius omittere bona hæreditaria, quam addere, quæ non sunt testatoris.*
12 *in Inuentario, quando prætextus erroris, facilè non admittatur.*
13 *Error dum deducitur aduersus inuentarium, debet per indubitatas, atque euidentissimas probationes doceri.*
Error dum deducitur aduersus inuentarium, debet per indubitatas, atque euidentissimas probationes doceri.
14 *de Errore inuentarij non sufficit probare, nisi simul deducatur causa erroris, & num. 15.*
15 *Error in inuentario tunc eo fortius, & plenius est probandus, quando emanauit à persona informata.*
16 *Ignorantia non videtur posse cadere in eo, qui de re de qua agitur est informatus.*
17 *Ignorantia non cadit in eo, qui est informatus.*
18 *Erroris verisimilitudo vbi non detur.*
19 *Bona descripta in inuentario bonorum hæreditariorum præsumuntur Testatoris.*
20 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, soluens debita testatoris de suo, potest bona defuncti detrahere, &c. & num. 21.*
22 *Processus ad vlteriora, quando non possit impediri.*

D E C I S I O CXLV.

IN vim trium conformium, quæ omnes condemnant Carolum Beccadellum hæredem Laurentij Bonsignoris ad soluendum libr. 30. mil. ex causa administrationis per dictum Laurentium executæ de bonis extradotalibus Gesiæ Baldæ eius vxoris ab anno 1621. vsque ad annum 1637. & post illarum executionem à Signatura præseruatam cum clausula, sine præiudicio, relaxato, atque expedito mandato contra bona hæreditaria dicti Laurentij, quia illius vigore facta fuit executio super quibusdam stabilibus existen. in Commonibus S. Ioannis in Falamosco, & S. Nicolai de Villula, Hippolyta Landina hæres prædicti Caroli Beccadelli ad vlteriorem executionem impediendam cœpit coram Vicario Bononiæ executione mandati Rotalis opponere de inuentario per dictum Carolum confecto de bonis hæreditarijs Laurentij ex quo colligi prætenditur vt satisfactis creditis anterioribus nihil supersit, quod pro solutione debiti prouenientis ex causa administrationis sufficiat. Vnde an esset supersedeñ. dubitatum hodie fuit, & negatiuè per Dominos responsum.

Mandatum enim relaxatum fuit in vim rei iudicatæ per
tres conformes, & præuio rescripto Signaturæ cum clausu-
la, *sine præiudicio*, quo casu, vt non sit in illius † execu- 1
tione suspendendum, maximè postquam illa fuit cœpta, de-
clarat *text. in Clemen. vt calumnijs de re iudic.* Rip. *in l.* 4.
§. condemnatum num. 3. *versic. aliquando*, *ff. de re iudic.*
Alex. *consil.*123. *num.*6. *lib.*6. *versic. quæ dicta sententia*, Soc-
cin. sen. *cons.*78. *num.* 4. *in fin. lib.* 3. Rota coram Seraphio.
*dec.*777. *num.*12. *versic.*3. Caualer. *decis.*495. *num.*5. *versic. sed respondebatur*, Andr. *decis.* 85. *versic. de iure autem*, &
effectus rei iudicatæ est, † vt illius executio non retardetur,
& paratam semper habeat executionem, *l.*2. & ibi Bart.
C. de execut. rei iudicat. Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap. vlt. num.*8.
Rota *dec.*168. *num.*9. *par.*6. *rec.*

Nihilque refragatur, quod exceptio inuentarij tamquam
non impugnatura, † sed modificatura sententia opponi 3
possit etiam post tres conformes, & rem iudicatam, ad

trad.

trad. per Salicet. *in l. ab executione sub num. 14. versic. idem de except. benef. inuent. C. quorum appell. non recip.* Calcan.
consil. 18. *num.* 28. *vers. & ideo*, Trentacinq. *var. resolut.*
lib.2. resolut.1. de except. nu. 10. cum alijs per Modern. Hispan. *in Laberynth. credit. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 85. Quia admissa
etiam pro vera huiusmodi conclusione adhuc obiectum cessat ex facto, nam executio apparet facta super bonis, quæ
4 ipsomet Inuentario descripta † leguntur pro hæreditarijs
Bonsignoris, & ita exceptio inuentarij nil releuat ad dictam executionem retardandam, nam beneficium inuen-
5 tarij præseruat † quidem hæredem, vt non teneatur de
proprio, *l. fin. §. etsi prædictam, C. de iur. liber.* Rota *in Anconitana, seu Maceraten. Census* 21. *Aprilis* 1646.
coram bon. mem. Pirouano, sed tamen eum non liberat, quin
6 quoad bona † hæreditaria teneatur, iuxta theor. Bald. *in d. l. fin. §. etsi prædicta, sub nu. 3. versic si vero esset certum,*
C. de iur. deliber. Rota coram Greg. XV. *decis.* 67. *num.* 12.
*decis.*418. *sub num.*6. *& 7.* & ibi Adden. *nu.* 15. coram Merlino *decis.*728. *nu.*1. *versic. non tamquam*, & fuit resolutum
in Sancti Seuerini dotis 5. *Maij* 1631. *coram bon. me. Pirouano, & in Romana quarti dotalis* 19. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro, & alibi passim.*
Neque subsistere visa fuit exceptio data, quod scilicet
7 prædium † executarum Sancti Ioannis in Calainosco pro
rata tornatur. 55. non sit hæreditarium Bonsignorij, sed
proprium ipsius Caroli Beccadelli, ex quo dd. tornat. 55. de
propria pecunia acquisita præsupponantur de anno 1625.
1626. à diuersis personis in quas idem Bonsignorius viuens
illas alienauit, quia cùm deinde idem Carolus in inuenta-
8 rio per ipsum confecto an. 1638. de bonis † hæreditarijs dicti Bonsignorij istud prædium S. Ioannis pro hæreditario
descripserit absque vlla declaratione, siue limitatione, vnde resultat, præsumptio, quod vel dd. tornatur. 55. fuerint
postea per eundem Bonsignorium redemptæ, prout redimere illas potuit vigore specialis pacti in instrumento super
earum alienatione appositi, vel quod tornaturæ in inuentario descriptæ, & super quibus fuit facta executio sint diuersæ ab illis, quas Carolus Beccadellus acquisiuit de anno
9 1626. Confessio † enim emanata in inuentario, certum
est, quod contra illud conficientem, ac habentem ab eo
causam, plenè probat *l. fin.* vbi Bald. & Salicet. *C. arbitr. tut.*
Soccin. *consil.* 51. *à num.* 1. *cum sequen. vol.* 3. Paris. *consil.* 45.
num. 20. *vol.* 2. *versic. vnde considerato*, Decian. *consil.* 76.
nu. 8. *versic.* 2. *probantur vol.* 3. Peregrin. *de fideicom. art.* 44.
sub num. 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 765. *num.* 59. Rota
diuers. dec. 2. *num.* 3. *par.* 1. *in recent. decis.* 426. *num.* 2. *in fine par.* 1. coram Durano *dec.* 337. *num.* 9. & inuerisimile omni-
10 nò † redditur, vt si de tempore confecti inuentarij dictum prædium non fuisset in totum hæreditarium, Carolus
11 voluisset illud in sui præiudicium probari † in inuentario
describere, maximè cùm regulariter hæredes soleant potius
omittere, quam de suo capite addere, vt in his terminis
ponderauit Rota coram Merlino *dec.* 796. *à num.* 1. *cum seq.*
12 Neque † prætextus erroris in describendo de facili ad-
13 mittitur cùm concludentissimè ille probari † debeat per indubitatas, atque euidentissimas rationes, *l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat.* Rota coram Durano *d. dec.* 337. *nu.*
30. *cum seq. versic.* 2. coram Merlino *d. decis.* 796. *num.* 3.
& in Bononien. de Marescottio 27. *Iunij* 1635. *coram Cardi-*
14 *nali Macchianello*. Imò vt nec etiam sufficiat docere de er-
15 rore, nisi & insimul causa erroris deducatur, declarat Sutd.
dec. 104. *num.* 18. Gratian. *discept. forens. cap.* 766. *nu.* 47.
Tantòque magis procedere hoc debet in proposito casu
16 in quo † descriptio facta fuit ab ipsomet Carolo Beccadel-
17 lo, qui dd. tornatur. acquisiuit, vnde † non potest in eu
cadere ignorantia, & per consequens nec dari verisimilitudo erroris, Rota coram Greg. XV. *dec.* 414. *num.* 7.
Præterea circa hoc remouetur quæcumque difficultas ex
eo, quod pro parte illorum de Baldis instificatur Carolum
Beccadellum alienasse tornat. per ipsum emptas; vnde illæ,
19 quæ fuerunt in inuentario descriptæ conuincuntur † omninò hæreditariæ Bonsignoris, nec potuerunt vllo modo esse
propriæ Beccadelli.
Minùs releuat vt ex eo, quod prætendatur Beccadellum
20 plura debita hæreditaria Bonsignoris † potiora debito ad-
ministrationis soluisse, vnde Hippolyta Landina tamquam
21 hæres Beccadelli possit bona executata sibi detrahere, † imò
detracta censeantur per imaginariam solutionem ministerio legis factam iuxta doct. Bart. *in l. si es cui*, §. 1. *nu.* 1. *ff. de euict.* Peregrin. *de fideicom. art.* 35. *num.* 13. Rota *decis.* 127.
num. 10. *par.* 7. *recent.* Quia alijs pro nunc omissis, cum
vsque adhuc † ratio de bonis Inuentarijs legitimè reddi- 22
ta non fuerit, non potest sub hoc prætextu retardari processus ad vlteriora. Hæreditas enim semper in dubio soluendo
præsumitur donec contrarium per hæredem probetur, Gratian. *disc. for. d. cap.* 766. *num.* 5. Rota *in Romana Legati*
2. *Maij* 1644. *coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio, §. ex ipso siquidem in fine.*
Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Fideicommissi de Pancaldis.

Veneris 10. *Martij* 1656.

ARGVMENTVM.

Sententia immissionis, quando executioni debitæ sit danda. Fideicommissario ex quibus capitibus sit danda immissio in bonis fideicommissarijs.

SVMMARIVM.

1 *De sententia validitate satis dicitur constare, dum ex actis ea docetur.*
2 *Ius bonum instantis, plenè docetur ex pluribus decisionibus in causa factis.*
3 *Sententia immissionis, quando dicatur benè executa.*
4 *Immissio datur fideicommissario in bonis subiectis fideicommisso, siue ex Edicto Diu. Adr. tollend. vel ex vtili Salaiano, & nu.* 5.
6 *Instantia cœpta à defuncto transit in heredem.*

DECISIO CXLVI.

IMmissio vigore fideicommissi Berti de Pancaldis petita ab Alexandro Algardo filio Thomasiæ de Pancaldis, & lite pendente defuncto concessa fuit Cassandræ illius Sorori, & hæredi per sententiam rotalem coram R. P. D. meo Beuilaqua aliarum præcedentium de partibus confirmatoriam, & respectiuè reuocatoriam. Quam in gradu appellationis per DD. Comites de Caprarijs Reos conuentos ad me interposita confirmandam esse hodie Domini censuerunt.
De illius enim validitate constat † ex actis, & de iusti- 1
tia, & pluribus decisionibus super tam existentia, & purificatione fideicommissi, quàm descendentia Alexandri, &
Cassandræ a fideicommittente, bonorumque identitate,
coram bo. me. Card. Panzirolo, coram Eminentissimo D.
Cardinali Othobono coram RR. PP. DD. meis Cerro,
Peutingero, & Beuilaqua emanatis, quæ bonum Ius in- 2
stantis † ostendunt, vt dixit Rota *dec.* 524. *num.* 4. coram
san. me. Greg. XV. *dec.* 34. *num.* 5. *dec.* 151. *nu.* 3. *par.* 7. *rec.*
vt propterea meritò deuentum fuerit ad sententiam † Im- 3
missionis in quinque petijs terræ ibidem, & in d. sententia
Rotali expressis, quæ docto de prædictis competit fidei-
commissario, † siuè ex Edicto Diui Adriani relato *in l. fin.* 4
C. edict. Diu. Adr. toll. siuè ex vtili Saluiano † interdicto 5
iuxtà *text. in l. fin. C. comm. de leg. proat sæpissimè decisum fuit in causis relatis in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 18. *Maij* 1648. *coram R. P. D. meo Meltio, in Fanen. Bonorum* 19. *Iunij eiusdem anni coram bo. me. Arguelles, in Interamnen. fideicommissi* 11. *Martij* 1654. *coram R. P. D. meo Celso.*
Nec dubitari potest, quin Cassandra Alexandri Soror,
& hæres prosequendo Iudicium ab eo dum viueret, motum
reportare † potuerit ad sui fauorem sententiam Immissio- 6
nis, quia instantia cœpta à defuncto transit ad hæredem,
l. si operar. Iudicio, ff. oper. libert. l. si petitur, ff. Iudic. l. heres absens in princ. ff. eod. cum alijs relatis à Moderno Veneto *d. transmiss. cas.* 55. *n.* 1. *& seqq.* & in fortioribus terminis Rota *dec.* 141. *num.* 5. apud Pacif. de Salu. *dec.* 644. *nu.* 5. apud Modern. Perus. *de manut. in Senogallien. Pradij* 27. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Meltio.*
Et ita decisum Informante tantùm Cassandra citatis tamen pluries Aduersarijs.

R.P.D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Locationis.

Veneris 10. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Cùm per disdictam censeatur à locatione recessum non tenetur conductor rem vacuam restituere si illam de consensu Domini sublocauit, & proinde minus legitimè ad pensiones postea versas condemnatur.

SVMMARIVM.

1 *Executio mandati concedi non potest pro credito soluto.*
2 *Disdicta ostendit animum disdicentis nolle amplius in locatione continuare.*
3 *Conductor tenetur restituere rem conductam liberam, & claues restituere, intellige vt num. seq.*
4 *Conductor non tenetur restituere liberam rem conductam, si eam de licentia Domini sublocauit.*
5 *Subconductor, cui de licentia Domini fuit facta locatio, ipse ex integro domum conduxisse censetur.*
6 *Consensus Domini, quod res locata alijs locetur non liberat primum conductorem, & quando vide nu. seqq.*
8 *Disdicta domus facta etiam ante tempus conuentum eo magis arctat, & ligat.*

DECISIO CXLVII.

DOmum, quam Emilius ad biennium à Laurentio conduxerat de illius consensu, & expressa licentia Comiti Marescotto sublocauit, eidemque postea cautius agendo in conductione nolle amplius continuare denunciauit, conuentus nihilominus deindè ad soluen. pensiones A. C. contra eum decreuit mandatum executiuum, sed posteà à tali decreto reposuit, & pensiones amplius non currere mandauit; A quibus impetrata per Laurentium commissione causæ in Rota iuxta illius formam, dubitari, An mandatum esset exequendum, & negatiuè fuit resolutum.

Apparebat siquidem ex solutione scut. 70. Laurentiæ facta de qua constabat ex partita relata in calce responsionis facti pro eius parte datæ, ibi, *disse esser per saldo di tutto quello paole pretendere detta Signora Lorenza per li due anni per la quale fu appigionata detta Casa*, fuisse satisfactam de omnibus pensionibus ab Emilio debitis pro biennio, quo locatio cum eo perdurabat, hæc enim quietantia, seu saldum omninò liberauit Emilium ab omni obligatione, quam habebat hac de causa, ideòque concedi non debet executio
1 mandati pro credito per † solutionem sublato, *l. emptor 98. §. Lucius in fin. ff. de pact. l. verborum 107. in princ. ff. de solut. l. si Pupillus 21. ff. ad l. Falcid.* Surd. *cons.* 221. *num.* 58. Rota coram bo. me. Merlino *dec.* 630. *num.* 2.

Ad pensiones autem post d. biennium decursas Emilius non tenetur, quia iam terminata erat locatio per præcedentem disdictam locatori factam, & in actis legitimè re-
2 productam, † cuius intimationis, vel disdictæ effectus hic est, vt ostendat animum conductoris nolentis vlterius Domum ei locatam retinere, Decian. *cons.* 52. *num.* 20. *vers.* 4. *dico, & nu.* 37. *lib.* 3. Rota *decis.* 269. *nu.* 3. apud Modern. *de manut. & in Romana pretij grani* 14. *Decemb.* 1646. §. 1. *coram R. P. D. meo Meltio.*

Non obstat, quod Emilius tempore locationis finito domum liberum vacuam, & expeditam non dimiserit, nec
3 omnes illius claues restituerit † prout per pactum in Instrumento adiectum, ac etiam ex Iuris dispositione adstrictus reperiebatur, *l. si quis conductionis* 25. *& l. cum Conductorem* 29. *C. locat.* Ruin. *consil.* 88. *sub n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 13. *nu.* 1. *& cons.* 198. *nu.* 9. Cyriac. *controu.* 229. *num.* 1. *&* 2. Ioseph. Lud. *decis. Perus.* 62. *nu.* 5. Rota coram Pen. *decis.* 112. *nu.* 6. & sa. me. Greg. XV. *dec.* 45. *num.* 1. Quoniam huiusmodi adimplementi defectum non esse Emilio imputandum Domini dicebant, eo quia Domum non ipse, sed Comes Marescottus tunc inhabitabat, & cui contenta extitit Laurentia, vt mediante licentia in scriptis tradita sublocaretur. † Vnde hoc impedimentum vti proueniens, ex facto locatricis illi præiudicare debet non Emilio cuius conductio, elapsis duobus annis, per sequutam disdictam expirauit, & Comes Marescottus subinquilinus effectus personalis conductor, ipseque solus domum retinuit, & sic ad pensionum solutionem prosequenti biennio tenetur.
† Quia attento beneplacito Laurentiæ in sublocatione ei 5
facta censetur ex integro domum conduxisse, vt per Text. *l. qui ad certum* 15. *ff. locat. conduct.* respondit Rota *in Romana retractus* 29. *Ian.* 1629. *coram bon. mem. Merlino inter eius impress. dec.* 386. *num.* 12. *repetita in rec. dec.* 243. *eodem num.* 1. *par.* 5. Ab illius verò hæredibus amplius non obijceretur quæstio dominij respectu quartæ partis domus à d. Comite emptæ, dum ministerio legitimi Procuratoris, eorum prætensioni expressè renunciarunt, & liti cesserunt.

Nec releuat, quod per consensum à Laurentia præstitum
non possit † dici recessum ab obligatione Emilij erga eam 6
pro omnibus in contractu locationis contentis, ad Tex. *in l. nemo prohibetur* 5. *Cod. de locat. & conduct.* Quia obiectum, & d. legis dispositio procedit, vbi durante locatio-
ne, & Inquilinus rem ibi conductam alteri locat, † aliter 7
tamen dicendum est, quando vt hic prima locatio præuia disdicta erat extincta, & res locatore consentiente alteri fuit sublocata, hoc enim casu obligatio sublocantis cessauit, ac nouo superueniente Iure titulo debet Dominus rei locatæ pro pensionibus actiones suas dirigere contra Subinquilinum personalem conductorem effectum, vt benè explicat *d. dec.* 386. *num.* 13. *&* 14. coram bon. mem. Merlino, & ad rem etiam faciunt tradita per Iason. *in l. final. nu.* 130. *C. de Iur. emphyt.* Ancharan. *cons.* 63. *num.* 1. *&* 2.

Minus refert, quod disdicta fuerit facta per duos menses, antequam locatio terminaretur. Quia licet ex tenore Instrumenti locationis illa deberet præcedere per quindecim dies ante completum biennium à die stipulationis, adeò vt post dictum tempus facta non suffragatur. Sed eo casu Domus intelligeretur relocata, & reconducta ad alios duos annos, & hoc tamen dici non potest intempestiuè facta,
† quia non prohibetur, quominus huiusmodi denuncia- 8
tio fieri possit antea quandocumque, cùm exinde magis certus reddatur conductor, qui amplius continuare non intendit, & altera pars valet interim deliberare de domo, & de alio conductore prouidere, vt in terminis disdictæ pro redemptore Census ex Bulla sa. me. Pij V. requisita, aduertit Modern. *de cens. vltim. impress. quæst.* 111. *sub num.* 4. *vers. licet autem*, Rota post eumdem *decis.* 362. *in fine*, & in terminis Societatis officij Castraccan. *de Societ. offic. cap.* 57. *per tot. & signanter à nu.* 8. *vsque ad* 13. Rota apud Zacch. *eod. tract. decis.* 91. *num.* 7. *& seqq.*

Et ita vtraque &c.

P. P. D. MELTIO.

Barchinonen. Beneficij.

Veneris 17. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Præsentato debita est institutio, dum iustificauit se habere omnes qualitates à lege fundationis requisitas. Et aliqua deducuntur circa præceptum Fundatoris, quod præsentatus debeat relinquere cognomen proprium, & sumere suum.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus quando habet omnes conditiones à fundatore iurispatronatus requisitas instituendus est.*
2 *Iurispatronatus adiudicatio, quando præsentato, non veniat deneganda.*
3 *Beneficij vacatio iustificatione non eget, dum altera pars venit ex eadem vacatione.*
4 *Iurispatronatus probatio optimè deducitur ex Instrumento publico fundationis, & dotationis.*
5 *Iuspatronatus rigorosè non venit probandum, quando non agitur de canonizando, sed solum ad validitatem præsentationis.*
6 *Institutus, quando fuit præsentatus, per Ordinarium præsumitur habilis.*
7 *Præsentatus, quod quis fuerit intra legitimum tempus facta, ex quo iustificetur.*
8 *Laici habent de iure tempus quadrimestre ad præsentandum.*
9 *Iurispatronatus fundator potest præfigere minus tempus ad iurispatronatus collationem, eius, quod est de Iure, & num.* 10.

31 *De præsentatione non dicitur constare, si de ea tantum appareat ex fide Notarij, coram quo ea fieri non potest.*

32 *Præsentatio facta coram Ordinario, id probari potest per rogitum Notarij, de eo actu facto, & ab eo rogato.*

33 *Notario fidem facienti de Instrumento à se rogato creditur, quoties respicit actum factum coram Iudice apud acta Iudicij.*

34 *Præsentatio fit coram Ordinario, Notario stipulante apud acta Iudicij.*

35 *Præsentatio, quod fuerit facta in tempore, ex quo necessario arguatur.*

36 *Præsentatio, quod legitimè fuerit facta cum omnibus suis conditionibus, quando satis dicatur constare.*

37 *Præsentatio quod fuerit intra legitimum tempus, probari etiam potest ex enunciatiua Vicarij.*

38 *Præsentatio ad Iuspatronatus, quod spectet ad aliquem, probari potest ex quo ille præstitit consensum resignationi illius.*

39 *Præsentandi, quasi possessio acquiritur ex consensu præstito resignationi, & nu. 20.*

21 *Ex præsentandi quasi possessione auctoris, probatur quasi possessio successoris.*

22 *Heredi usufructuario debetur ius præsentandi, cum iurispatronatus fructus sit præsentatio.*

23 *Iuspatronatus si sit alicui relictum sub aliqua conditione, ea non seruata sit deuolutio ad vocatos.*

24 *Testatoris mens, quod heres debeat assumere eius cognomen, ex quo dicatur adimplementum factum.*

25 *Oblatio de assumendo cognomine testatoris facta ab herede, quando dicatur sufficiens.*

26 *Testator aliud est, quod ordinet heredi, quod sumat eius cognomen per viam modi, & aliud si per viam conditionis.*

27 *Præceptum Testatoris factum heredi censetur per viam modi, non autem per viam conditionis, censetur in dubio factum.*

28 *Testatoris præceptum, ex quibus verbis dicatur ordinatum per viam modi, & non per viam conditionis.*

29 *Iurispatronatus fundator, si disponat, quod præsentatus sumat ipsius fundatoris cognomen, quando sit necessarium, vt illud de tempore præsentationis sumatur, & quando non.*

30 *Modus differt à conditione, quia modus post actus executionem potest adimpleri. Conditio vero ante actus executionem, nu. 31. 40. & 41.*

32 *Testatoris præceptum de sumendo ab herede eius cognomen si est sub modo, non priuatur, dum illud non sumit cum requiratur interpellatio, secus dum est sub conditione.*

33 *Modus non impedit acquisitionem rei si non adimpleatur conditio vero impedit.*

34 *De dispositione vna ad aliam non est inferendum, dum sunt diuersæ, & num. 35.*

36 *In pœnam deuolutionis, vt quis incidat, quando sit necessaria interpellatio.*

37 *Præcepto Testatoris, si quis contrauenerit, incurrit in pœnam priuationis absque alia interpellatione.*

38 *Testatoris verba, quando aliquid controuertitur, sunt attendenda.*

39 *Testator iubendo heredi ne vtatur proprio cognomine, & suum assumat, quid censeatur voluisse Testator.*

42 *Sententia lata in materia iurispatronatus facit statum.*

DECISIO CXLVIII.

BErnardus de Ferretijs anno 1490. auctoritate ordinarij fundauit beneficium ad Altare S. Stephani in Ecclesia S. Mariæ Villæ de Maratone Birelunonen. Diœcesis, cum reseruatione Iurispatronatus fauore eius fratris quamdiu vixerit, & post eius obitum fauore hæredum mansi, seù domus de Ferretijs, ita tamen, vt cognominari se facerent de cognomine Ferretijs, & præsentare tenerentur coram Ordinario infra mensem à die vacationis.

Presbyterum, seu Clericum idoneum ex linea masculina si tunc reperiretur, sin minus ea linea fœminina, & ijs, non castañ. sæcularem oriundum de Parochia S. Mariæ de Matarone. & in casum neglectæ præsentationis intra tempus præfixum 30. dierum, vel non assumpti cognominis familiæ de Ferretijs, voluit fundator, quod ius præsentandi deuolueretur ad hæredes Mansi Moror, d. Parochus de Matarone, qui præsentare teneretur inter alios 30. dies proximos modo, & forma prædictis.

Huiusmodi Beneficium fuit de anno 1622. de consensu Annæ Argensolæ de Ferrer resignatum fauore Antonij de Morot, per cuius obitum extra Romanam Curiam secutum de mense Iulij 1653. cùm factus fuisset locus præsentationi. Hieronymus Argensolus de Ferrer hæres vsufructuarius d. Annæ, & vti Possessor Domus, seu Mansi de Ferrer sub die 20. Iulij præsentauit Iacobum Iafonte, Paulus verò Morot sub die 9. Augusti præsentauit Isidorum Marrottum; Hinc orta inter dd. præsentatos controuersia, & emanauit sententia Ordinarij super institutione Iacobi, à qua interposita per Isidorum appellatione, causaque ad Rotam delata, ac mihi commissa dubitaui, cuinam ex præsentatis adiudicandum esset Beneficium, & DD. Iacobo
adiudicandum esse responderunt. Probas tamen † ipse 1
necessaria pro adiudicatione requisita, scilicet vacationem
controuersi Beneficij existentiam Iurisp. illiusque pertinen-
tiam ad Hieronymum præsentantem, & propriam Iacobi
præsentati habilitatem, quibus concurrentibus † præsen- 2
tato semper debetur institutio, seu adiudicatio, iuxta Tex.
in cap. decernimus, & cap. monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Belsol. de re iudic. Rota *in Lunen. Sarzanen. Capellania 20. Iunij 1601. coram Sacrato, in Lucana Iurispatronatus de Podijs 21. Aprilis 1621. coram Coccino, in Gerunden. beneficij 27. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, in Mediolanen. Beneficij 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. Decano, in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso, in Matinen. Beneficij 27. Martij eiusdem anni coram bo. me. Arguelles, & in Aretina Plebania 6. Februarij 1654. coram R. P. D. meo Cerro.*

Vacatio Beneficij per obitum Antonij Morot vltimi il-
lius possessoris non impugnatur, & satis † probatur ex 3
confessione partis venientis ex eadem vacatione, Ægid. *decis. 596.* Seraph. *decis. 126. num. 6.* Put. *decis. 171. num. 1. lib. 1.* Buratt. *decis. 255. num. 10. & decis. 331. num. 3. in recent. decis. 544. num. 4 par. 4. & decis. 202. num. 2. par. 7. in Maioricen. Beneficij 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Albergato, in Asculana Iurisdict. 1. Iulij 1650. coram me, §. vacatio si quidem, & in Ceneten. Præpositura S. Floriani 28. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Verospio.*

Patronatus Laicalis probatus remanet ex Instrumento
fundationis, † & dotationis, qui modus probationis om- 4
nes alios superat, *cap. nobis de iurep. gloss. in cap. pia mentis 16. qu. 7.* Rota *decis. 5. de iurep. in antiq.* Moder. Pilan. *de Iurepatr. lib. 11. cap. 5. num. 9. cum seq.* Et dum ordinarius
non est † in causa pro libertate Beneficij, neque hic agi- 5
tur de canonizando formiter Iurepatronatus, sed lis est simpliciter inter præsentatos super sola pertinentia ad illius probationem sola confessionis Isidori eumdem Patronatum sustinentis sufficeret, Cassador. *decis. 1. in fin. de probat.* Martin. Andr. *decis. 5. nu. 3. & 4.* Mant. *decis. 144. num. 3. & decis. 318. num. 1. & seqq.* Add. ad Greg. XV. *decis. 458. nu. 22.* & fuit dictum *in d. Asculana Iurisp. 1. Iulij 1650. coram me, §. Patronatus laicale circa finem.*

Habilitas Iacobi præsentati probatur eo ipso, quod Ordinarius eum instituit, nam aliàs non fuisset institutus si inhabilis fuisset, & in his terminis ponderatum fuit *in Fesulana Beneficij, seu Oratorij 27. Iunij 1645. coram R. P. D.*
meo Bichio, §. habilitatem denique, & regulare est † vt 6
habilitas ex approbatione ab Ordinario facta conuincatur, *gloss. in clem. 1. verb. reputamus de concess. præben.* Mant. *decis. 208. nu. 4.* Canal. *dec. 299. num. 3. cum seqq.*

Nec subsistere visus fuit prætensus defectus qualitatum à fundatore in limine fundationis requisitus; Nam quod Iacobus sit de familia, habeatque cæteras qualitates à dict. fundatore requisitas deponunt Testes formiter ad
ipsius † instantiam examinati, & dati *in eius Summ.* 7
numer. 9.

Quo verò idem Iacobus præsentatus fuerit infra legitima tempora patet ex ipsamet præsentatione. Antonius enim Morot vltimus Beneficij possessor decessit die 17.
Iulij 1653. & sub † die 21. eiusdem mensis Hieronymus de 8
Argensola tanquam vsusfructuarius Annæ Ferrer eius vocis præsentauit Iacobum Sabom, patet itaque præsentationem emanasse, nedum intra quadrimestre datum lai-
cis ad præsentandū, † ex dispositione *cap. quoniam de iurepat.* 9
sed etiam intra spatium 30. dierum, quod fundator eueniente
te casu vacationis † præfixit Patronis ad præsentandum. 10

Neque

Neque alicuius releuantiæ visa fuit exceptio data, quod
11 scilicet † de præsentatione non constet nisi per fidem No-
tarij, coram quo illa fieri non poterat. Quia imò d. præ-
12 sentatio facta fuit † coram Ordinatio, vt probatur per
publicum Instrumentum rogatum à Notario, qui de ea fi-
dem facit, non enunciatiuè, sed cum insertiona tenoris,
13 Notario † autem fidem facienti de Instrumento per se ro-
gato creditor quoties, vel respicit actum factum coram Iu-
14 dice apud acta vt est † præsentatio, Rota coram Greg. XV.
decis. 182. *num.* 5. *& decis.* 576. *num.* 3. vel quando aliunde
constat Notarium pe illo actu rogatum fuisse, Rota *in rec.*
decis. 687. *num.* 2. *par.* 1. in proposito autem casu ex pluri-
15 bus conuincitur præsentationem fuisse exhibitam, atque
admissam à Vicario Generali. Primò ex enunciatiua ipsius-
met Iudicis, qui in oppositione per ipsum facta ad contro-
uersum beneficium sub 23. Iulij 1663. supponit Iacobum
præsentatum fuisse; Secundò ex articulis per eumdem Isi-
dorum oblatis, in quibus licet enumeret causas, quibus
prætendit se præferendum esse nullam tamen mentionem
16 facit, quod † Iacobus non fuerit legitimè præsentatus;
Tertiò ex sententia ipsiusmet Vicarij lata super institu-
tione Iacobi tanquam infra legitimum tempus præsen-
tati. Ex bis namque simul iunctis satis superque con-
17 stat de legitima † præsentatione, cùm ad hunc effectum
sola etiam enunciatiua Vicarij emissa in sententia sufficeret,
Rota coram Put. *decis.* 167. *lib.* 1. coram Durao. *decis.* 74.
num. 10. *cum seq.*

Demum pertinentiam fuisse ad Hieronymum, qui præ-
18 sentauit Iacobum iustificata quoque † remanet ex eo,
quod cum Anna Corbaria de Ferrer vxor præfati Hierony-
19 mi de anno 1622. consensit † resignationi controuersi be-
neficij fauore Antonij Morot, per cuius obitum inducta
fuit præsens vacatio, vtque per d. consensum habentem
vim præsentationis, Abb. *cons.* 14. *nu.* 1. *lib.* 1. Put. *dec.* 310.
lib. 2. Rota *decis.* 154. *num.* 4. *par.* 2. *rec.* coram Gregor. XV.
20 *decis.* 49. *num.* 2. *& decis.* 417. *num.* 1. fuit constituta † An-
na in quasi possessione præsentandi, *cap. consultationibus de*
iurepatr. Rota coram Greg. XV. *d. dec.* 417. *num.* 19. & post
Modern. Pisan. *decis.* 133. *nu.* 1. *& decis.* 116. *nu.* 4. *& in rec.*
dec. 154. *nu.* 4. *&* 5. *par.* 2. Et per consequens pertinentia iu-
rispatronatus ad Hieronymum cui deinde Anna vniuersum
suæ hæreditatis vsumfructum reliquit, controuerti non po-
test, ex quasi enim possessione præsentandi sui auctoris
21 probatur † pertinentia iurispatronatus ad fauorem succes-
soris, Lotther. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 11. *&* 118. *& seqq.* Mo-
dern. Pisan. *de iurepatr. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 100. Rota *decis.*
337. *nu.* 3. *par.* 2. *rec.* Add. ad Buratt. *dec.* 832. *num.* 4. & hæ-
22 redi vsufructuario debetur Ius † præsentandi cum istud sit
fructus Patronatus Mant. *decis.* 140 *per tot.* Modern. Pisan.
de iurepatr. lib. 4. *cap.* 7. *num.* 8. Modern. Lusitan. *de iur. Ec-*
cles. lib. 3. *cap.* 12. *num.* 233. *& de potest. Epis. par.* 3. *alleg.* 71.
num. 4. *& seqq.* magis cum d. Hieronymus vigore dicti vsuf-
fructus possideat Mansum de Ferrer, cui inseparabiliter Ius-
patronatus ca fundatoris dispositione adhæret, *cap. ex litte-*
ris, ibi, *Villa in qua Ecclesia sita est extra de iurepatr.* Sua-
rez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *de Simon. lib.* 4. *cap.* 28. *num.* 12.
& seq. & nu. 18. Rebuff. *de nominat. qu.* 17. *nu.* 55.

Neque dicere valet, quod tam ex dispositione Annæ,
quàm Hieronymi fuerit assumptio cognomen de Ferrer,
23 ideò Ius præsentandi deuolutus † fuerit ad familiam de Mo-
rot iuxtà dispositionem fundatoris, quia respectu Annæ ob-
iectum cessat ex facto cum tali cognomine vsam eam fuisse
constat, tum ex præsentatione per d. Annam factam de
anno 1609. vti proprietatem dicti Mansi de Ferrer, cum ex
24 Testamento per eam condito, in quo † se quoque talem
nominauit ex prædictis namque actibus satis mens, & præ-
ceptum fundatoris adimpletum dicitur.

25 Respectu verò Hieronymi † etiam illi suffragari visa fuit
oblatio, & declaratio per eum facta de vtendo cognomine
26 de Ferrer, esto quod † illa posterior fuerit præsentationem
secuta fauore Iacobi, quia cum Iuspatronatus reseruatum
fuerit liberè, onus verò cognominis adiectum fuerit per
27 viam modi, & non † conditionis, prout etiam in dubio
ita præsumendum est, ad trad. per Mol. *de primogen. lib.* 2.
cap. 14. *num.* 9. *vers. quibus adijcitur cum seqq.* Grat. *discept.*
Foren. cap. 798. *a.* 10. Rota coram Durano *decis.* 333. *à nu.* 1.
cum seqq. Bart. *in l. commota nu.* 2. *C. de transact.* & patet ex
verbis ipsiusmet fundatoris, ibi præsentent, & præsentare
28 teneantur, quæ † sunt verba præsentis temporis, qui ta-
men facient se cognominare, &c. quæ verba tempus futu-
rum respiciunt vtrique ad effugiendam Iurispatronatus de-
uolutionem satis fuit d. declaratio etiam post præsentatio-
nem factam, † quia cognomen Mansi Ferrer non fuit à 29
fundatore requisitum de tempore præsentationis, sed con-
tentus ille fuit, quod postea assumeretur, & ita per viam
modi, cum † in hoc modus à conditione realiter distin- 30
guatur, quod conditio adimpleri, seu purificari debet ante
† executionem actus, modus verò post illius executionem, 31
seu perfectionem iuxta doctr. Bartul. *in l. quibus la* 40. §.
Temilius num. 1. *ff. de cond. & demonstr. cum alijs relatis in*
Romana Saluiani 23. *Ianuary* 1643. *coram Reuerendiss. D.*
meo Decano, §. *neque propterea in fin.* Menoch. *cons.* 135. *nu.*
2. & in terminis assumptionis cognominis, Rota coram Du-
ran. *decis.* 333. *nu.* 2. *vers. accedit*, & tali casu quando gra-
uamen assumptionis nominis est sub modo, & non † con- 32
ditione, quod grauatus non possit priuari ob non imple-
mentum absque interpellatione, firmant Molin. *de pri-*
mogen. Hispan. lib. 2. *cap.* 14. *num.* 20. *vsque ad* 24. assignans
eam rationem, quod modus non impedit acquisitionem,
sicut conditio facta autem † iuris acquisitione difficilius il- 33
lud ammittatur, Paris. *cons.* 19. *nu.* 190. *vsque ad* 196. *lib.* 2.
Gratian. *discept. Forens. cap.* 193. *num.* 10.

Neque ex eo quod fundator terminum 30. dierum Patro-
nis ad præsentandum præfixi † per lapsum huius temporis 34
Patroni dici possunt constitui in mora adimplendi præcepta
fundatoris absque alia interpellatione hominis, vel Iudicis,
quia obiectum vrgere posset si assumptio cognominis Mansi
de Ferrer † contemporanea esse debuisset actus præsenta- 35
tationis. At cùm præsentatio fuerit facta in tempore, &
assumptio cognominis potuerit adimpleri, & ex post argu-
mentum cessat, † & ad incurrendam pœnam caducitatis 36
necessaria fuit interpellatio, *l. pœnam, ff. quando dies le-*
gatorum cedat, l. fideiussor obligari, §. *final. ff. de fideiussor*,
Bart. *in l. ista stipulatus, ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 2. *nu-*
mer. 2. *&* 3.

Nec etiam releuat, quod Hieronymus præsentauit cum
proprio cognomine de Argensola, inde videatur nedum
non adimpleuisse, sed imò † contrauenisse præcepto Testa- 37
toris assumendi cognomen Mansi de Ferrer, & per conse-
quens, quod etiam non interpellatus pœnam † priuationis 38
incurrerit. Domini enim pro responsione animaduertebãt,
quod fundator in grauamine iniuncto assumendi cogno-
men Mansi de Ferrer, non prohibuit vsum proprij cogno-
minis, & ita Hieronymus non dicitur † defecisse in vsu 39
proprij nominis, sed in non vsu cognominis à fundatore
ordinati, sicque in omissione, & actu negatiuo, † non 40
autem in commissione, & actu positiuo, Fusar. *cons.* 75.
num. 18. Molin. *de primog. Hispan. cons.* 14. *num.* 28. *& seqq.*
Thesaur. *dec.* 270. *num.* 9.

Hinc patet responsio ad doctrinas allegatas pro par-
te Isidori, quia † illæ loquuntur, vel quando quis ex le- 40
ge fundatoris expressa tenebatur proprium cognomen di-
mittere, & aliud assumere, vel quando grauamen fuit ap-
positum † per viam conditionis non autem modi. 41

Demum non refragatur, quod Franciscus Ferrer præ-
sentatus ab Anna de anno 1609. fuerit per sententiam reie-
ctus, & Bernardus Morot alter præsentatus institutus, quia
id non euenit ex defectu Iuris in Anna præsentante tan-
quam proprietaria Mansi de Ferrer, sed ex defectu in dict.
Francisco præsentato qualitatum à fundatore requisitarum,
vt ex ipsa sententia colligitur, † quæ tanquam lata super 42
Iurepatronatus facit statum, ad Text. *in l. ingenuum, ff. de*
stat. homin. facit ius quoad Put. *dec.* 98. *nu.* 11. *lib.* 1. Cresc.
decis. 18. *de probat.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Cæsenaten. Bonorum.

Veneris 17. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Fœmina bonis, ad effectum ingrediendi Mona-
sterium, renuncians, ad ea non possunt agere
habentes ab eadem causam, & quando non
possint infringi talis renunciatio, quando non
fuit facta cum debitis solemnitatibus; mulier
renuncians fideicommisso, debet in specie de
eo certiorari.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta de bonis obstat renuncianti, & habentibus causam ab eo.*
2 *Renunciatio eo magis obstat, quando non fuit gratuita.*
3 *Renunciatio matris facta de bonis paternis, obstat etiam eius filijs, quamuis venientibus ex propria persona.*
4 *Fœmina dum renunciat bonis debet id agere cum solemnitatibus.*
Fœmina dum renunciat fideicommisso, debet in specie certiorari de tenore preciso testamenti, num. 4.
5 *Mulier dum renunciat iuri in sola spe de futuro consistente, an sint necessariæ solemnitates.*
6 *Mulier renuncians testamento, quando dicatur sufficienter de eo certiorata.*
7 *Mulier renuncians testamento patris, quia in Religione introire intendat, an sit necessaria certioratio eius.*
8 *Renunciatio facta à Moniali ad fauorem alicuius, an eo mortuo ab intestato, liceat hæredibus renunciantis ad primæua iura redire.*
10 *Et vide super hoc articulo distinctionem.*
11 *Renunciatio facta à Moniali censetur facta fauore descendentium, vel vt renunciatarius de bonis renunciatis liberè disponere valeat.*
12 *Renunciantis omnis spes excluditur, secuta expressa dispositione.*
Quidquid esset dicendum, si nulla bonorum præcessisset dispositio.
Renunciatio, quando emanauit per viam liberalitatis, & continet æquè principaliter donationem, & tunc per mortem donatarij non resoluitur.
14 *Donatio facta præsenti pro se, suisque hæredibus, &c. tunc per mortem donatarij non resoluitur donatio.*
15 *Donationis titulus est perpetuus, nec aliquo superueniente euentu regulariter resoluitur.*
16 *Dotis solutio præsumitur facta ex datione in solutum.*
17 *ex Confessione de recepto quibus concurrentibus adminiculis, probatur solutio dotis.*
18 *Maritus, si debito tempore non exigit dotem sibi promissam, vel necessarias diligentias non adhibuit intra tempus à statuto præfixum.*
19 *Tunc possunt eius filij tamquam hæredes matris eamdem dotem integrè det habere, & bona ab ipso patre fideicommisso subiecta, capere.*
20 *ad Iudicium petitorium ea quæ pertinent, non sunt agenda in iudicio possessorio.*
21 *Moneta. quando non dicatur imaginaria.*
22 *Renunciatio si tribuat liberam dispositionem renunciatario, quid id importat.*

DECISIO CXLIX.

DEnegandam esse Molduti̧js petitam immissionem, &
standum esse in decisis dixerunt DD. ex inconcusso il-
lo fundamento renunciationis à Cinthis verbis amplissimis,
& geminatis, iura quoque fideicommissi paterni compre-
hendentibus facta ad fauorem Francisci eius fratris, ob
1 quam Moldutij eiusdem Cinthiæ † renunciantis filij per-
peram immissionem petunt cum illis materna renunciatio
obest, Menoch. *cons.* 335. *num.* 14. *lib.* 4. Roland. *cons.* 11.
nu. 23. *& seq. lib.* 1. Surd. *cons.* 335. *num.* 39. *vers.* 2. *quia*, *&*
num. 40. *& seqq.* Molin. *de iustitia*, *& iure tom.* 3. *disput.* 579.
nu. 24. Modern. Luceos. *cons.* 8. *n.* 25. *vers. quo supposito lib.* 2.
cum concord. in hanc Cæsenaten. bonorum 10. *Martij* 1644.
§. *& per omnibus coram R. P. D. meo Peutingerio.* Quod
maximè procedere debet in præsenti casu, in quo renun-
2 ciatio † facta non fuit gratuito, sed accepta dote compe-
tenti, quo casu renunciatio matris obstaret filijs etiam ex
3 propria persona venientibus, † vt latè defendit Dec. *cons.*
18. *nu.* 7. & cum eo Surd. *d. cons.* 353. *nu.* 42. *vers.* 3. *respondetur lib.* 3. Rota *in Ascul. hæreditatis* 7. *Iunij* 1649. §. *demum non afficit coram Reuerendiss. D. Tarraconen.*
Non obstat solemnitatum defectus, & quod Cinthis non
4 fuerit † specificè de tenore præciso Testamenti certiorata,
iuxta dispositionem Text. *in l. de his*, *ff. de transact.* quia
placuerunt DD. aliàs datæ responsiones, quod nempè so-
lemnitates nullæ exiguntur, vbi de Iure in mera spe de fu-
5 turo consistente, † renunciando tractatur, vt præter ad-
ductos in *decis. huius causa die* 15. *Maij* 1651. §. *non obstat*
prætensus coram me, aduertit Gratian. *discept.* 132. *nu.* 20. *&*
seq. Merlin. Pignatell. *controu. forens. cap.* 6. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 1.
Rota *in Romana fideicommissi* 3. *Decembr.* 1655. §. *neque*
vis, *coram R. P. D. meo Verospio*, & quoad certioratio-
nem † de sufficienti scientia qualitatum Testamento con- 6
stat ex quo eadem Cinthia de omnibus in renunciatione
contentis se certioratam dixit, rùmque ex ipso renunciatio-
nis contextu ex amplitudine, generalitate, & geminatione
verborum appareat cuicumque fideicommisso purificato;
& purificando renunciare † voluisse, atque eandem renun- 7
ciationem iuriurandi Religione, firmauerit, non erat ne-
cessaria certioratio. Nat. *cons.* 145. *num.* 4. *vers. & ista opinio lib.* 2. Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 2. *nu.* 25. *&* 31. Gratian.
discept. 568. *nu.* 41. cum pluribus per Modern. Lucens. *cons.*
66. *num.* 26. *&* 53. *lib.* 1. Rota *dec.* 714. *n.* 7. *par.* 2. *rec. & plenissimè in Romana successionis concordia* 15. *Iun.* 1648. §. *deinde non obsistit coram Eminentissimo Cardinali Corrado*, *impress. post Modern. Hispan. in labyrinth. cred. dec.* 25. *nu.* 18.
& seqq.
Nec releuat, quod renunciatio Cinthiæ per mortem
Francisci renunciatarij sine filijs ab intestato resoluta fuerit,
ideoque liceat hæredibus renunciantis ad primæua † iura 8
redire. Nam quicquid dicendum esset si constaret renun-
ciationem contemplatione † agnationis, vel familiæ factam
fuisse, in quibus terminis loquuntur DD. ex aduerso adducti
in præsenti facto locum habere non possunt cum renuncia-
tio à Francisco stipulata fuerit pro se hæredibus, † & succes- 10
soribus, quo casu præsumitur renunciatariũ voluisse acquire-
re facultatem pro libito de bonis renunciatis, vel inter viuos,
vel in vltima voluntate disponendi, vt aduertit Aym. *cons.*
229. *sub nu.* 3. *vers. tertio nos vidimus*, Cancer. *var. resolut.*
par. 3. *cap.* 15. *nu.* 25. *&* 33. Modern. Lucen. *d. cons.* 66. *num.*
26. *lib.* 1. Roca coram san. me. Greg. XV. *dec.* 85. *nu.* 3. *&* 6.
& in Romana renunciationis 7. *Iun.* 1634. §. *prædicta que omnia coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano impress. post Modern. Monac. Vallisombrosa de iur. Abb. dec.* 6. *n.* 20.
& seq. vbi quod renunciatio facta censetur fauore descen-
dentium, † vel vt frater liberè de bonis renunciatis dispone- 11
re posset, & in specie de renunciatione mulieris in sæculo,
Rota *in d. Romana fideicomm.* 3. *Decemb.* 1655. §. *non etiam*
in fin. coram R. P. D. meo Verospio, vbi quod sequuta expres-
sa dispositioni excluditur omnis † spes renunciantis quic- 12
quid dicẽdum esset si nulla bonorum præcessisset dispositio.
Et cessare visa est omnis difficultas, ex quo renunciatio
prædicta † emanauit per viam liberalitatis, & continet in se 13
æquè personaliter donationem, ibi, remissionem liberatio-
nem, & liberam donationem supradicto Francisco eius fra-
tri præsenti pro se, suisque hæredibus acceptantibus, quo ca-
su eo modo acceptata per mortem † donatarij non resolui- 14
tur, nec donanti de Iure donata, licet habere regressum, quia
titulus donationis est perpetuus, nec aliquo † superuenienti 15
euentu regulariter resolubilis, Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 21.
num. Rota coram Put. *decis.* 273. *num.* 7. *&* 8. *par.* 3. *& dec.*
714. *sub num.* 9. *vers. nec facit par.* 2. *rec. plene in d. Romana fideicommissi* 13. *Decembris* 1655. §. *non etiam poterit, coram R. P. D. meo Verospio*, *& prius in hac Cæsenaten. bonorum*
15. *Maij* 1651. §. *fin. coram me.*
Non viget pariter, quod detractiones Francisco vendito-
ri competentes non sint veræ in illa quantitate, quam deci-
siones admissæ videntur cum portio legitimæ d. Francisco
debita sit sola tertia pars tertiæ, & hic supposito valore totius
assis in scut. 4612. & 418. circiter Francisci legitimam con-
stituunt, dos verò materna non est ab ipso Francisco detra-
henda, tum quia illius solutio, quoad totam quantitatem
scut. 800. auri facta non probatur, tum quia cum idem Fran-
ciscus duas sorores haberet, dos materna inter ipsos in capi-
ta erat diuidenda, † nam fœminæ simul cum masculis in illa 16
succedunt ad Tex. *in l. maximũ vitium* 43. *C. de liber. præter.*
Responsum enim fuit, quod imò dos in prædicta quanti-
tate scut. 800. auri calculanda est ad effectum, de quo agitur,
quia quoad scut. 300. soluta † probantur ex Instrumento 17
dationis in solutum, quo verò ad alia scut. 200. ex confessio-
ne † de recepto concurrentibus adminiculis promissione,
scilicet dotis in certa in eodem confessionis Instrumento
solutione partis, promissione restitutionis facta à marito
perpetua † retentione, & alimentatione vxoris soluta
iustificatur, Rota *decis.* 335. *num.* 2. *& seqq. par.* 7. *rec.* co-
ram Merlin. *dec.* 652. *nu.* 7. *& seq. & in Anconitana bonorum*
1. *Iunij* 1643. §. *& in casu cum seq. coram R. P. D. meo Bichio.* Reliqua verò scuta 300. licet soluta realiter non
pro-

19 probentur † in præiudicium tamen Amilcaris fideicommit-
tentis, qui debito tempore non exegit, vel necessarias dili-
gentias non adhibuit intra tempus à statuto desinitum ha-
bentur pro solutis, & possunt ipsi filij tamquam matris hæ-
redes eadem dotem integrè detrahere, & bona ab ipso pa-
tre fideicommisso subiecta, Castr. *in l. nupta 31. §. quoties num. 2. ff. solut. matr.* Cyriac. *controu.* 110. *nu.* 5. Rota *in Ciuitatis Vetula, seu Toletana dotis 17. Maij 1642. §. nam quoad creditum, coram Reuerendissimo D. meo Decano, Roman. dotis 4. Iul. 1642. §. quoueré ad secundum, vers. & in omnem casum coram R. P. D. meo Cerro, & in Ariminen. dotis 4. Maij 1646. §. 1. in fine coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana dotis 1652. sub §. alioquin coram R. P. D. meo Bichio.*
Quæcumque autem fuerit legitimæ portio, & quam-
20 cumque † monetæ argenteæ quantitatem constituant
illa scut. 2500. auri, quod pendere videtur à Iudicio petito-
rio cum Rota coram san. mem. Greg. XV. *dec.* 42. admiserit
scut. aureum in Ciuitate Forolinij non esse monetam ima-
21 ginariam, † cuius contrarium responsum fuit coram bo.
me. Coccino, in *Forolinien. Dotis 3. Decemb.* 1619. sem-
per certum est, quod duæ tertiæ partes debentur Francisco,
nempè vna pro sua portione, alia vero vigore renunciatio-
nis à Cinthia ad fauorem illius factæ, quæ quidem renun-
22 ciatio cum † tribuerit liberam dispositionem bonorum re-
nunciatario, vt supra dictum est, & secum ferat exclusionem
renunciantis, & descendentium ab ipsa, vt comprobat Mo-
dern. Nouarien. *de renun.: lib. 2. cap. 5. num.* 281. Ideò no-
luerunt DD. super detractionibus insistere.

Sed in solo fundamento renunciationis Cinthiæ standum esse in decisis vtraque parte Informante resolutum fuit.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Testamenti.

Mercurij 22. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Milites nostri temporis, si dent operam rei militaris, gaudent priuilegijs militaribus antiquis, Testamento militari nulla requiritur solemnitas, nam sufficit, vt constet de voluntate. Ita quoque determinatum est in Testamento ad pias causas. Fabrica Sancti Petri de Vrbe succedit in legatis, & hæreditatibus repudiatis.

SVMMARIVM.

1 *Milites nostri temporis, an gaudeant priuilegijs militaribus.*
2 *in Testamento militari, nulla requiritur solemnitas, sed sufficit tantum constare de nuda voluntate.*
3 *Voluntas alicuius probatur per duos testes.*
4 *Testamenti militaris solemnitas tota consistit in nuda voluntate Testatoris patefacta secundum terminos iuris gentium.*
5 *Voluntas alicuius de iure gentium, probari potest aliter quam per testes.*
6 *Voluntas alicuius probari potest per scripturam propriam recognitam.*
7 *Militibus, siue sine scripto, siue cum scripto, licitum est testari.*
8 *Militis Testamentum sufficit vt producatur, & recognoscatur illius manus de iure gentium, & nu. 9.*
10 *Testamentum militis non est nullum præteritione auia, imo nec præteritione matris.*
11 *Miles si condat Testamentum in patria in proprijs adibus diu antè militiam non gaudet priuilegio militari.*
12 *Et quid dum illud fuit ratificatum, post acceptam militiam.*
13 *Testamentum conditum iure militari, valet si de tempore expeditionis fuit ratificatum.*
14 *Vel in ipso actu certaminis dum miles moritur ex vulneribus dimicando, receptis.*
15 *Vel demum in Castris ad frontem inimicorum, alias secus, num. 16.*
17 *Miles, quando testari non valeat iure militari, & nu. 18.*
19 *Opinio aliqua vt intret, debeat probari adesse eius qualitates.*
20 *Dispositio aliqua, quando dicatur pia.*
21 *Testamentum dicitur pium, quando in eo fuit dispositum circa celebrationem Missarum.*
22 *Testamentum conditum ad pias causas vt valeat, ad eius validitatem sufficit, vt qualitercumque constet de voluntate Testatoris.*
23 *Testamentum conditum ad pias causas dicitur validum, si de eo constet per schedulam manu Testatoris scriptam, quamuis adsit testis vnus.*
24 *Testamentum si fuerit ad pias causas factum respectu non institutionis, sed substitutionis an gaudeat priuilegio pia causa, declara vt nu. 25. & 26.*
27 *Dispositio dicitur ad pias causas facta, si pietatem erga Deum, respiciat.*
28 *de Identitate, & veritate Testamenti, quando non possit dubitari.*
29 *Testes deponentes super recognitione manus Testatoris, qualiter deponere debeant.*
Et qualis sit verus modus probandi manus recognitionem.
30 *Testis vnicus quando probet manus recognitionem.*
31 *Testis deponens per verbum,* Mi pare, *non probat, limita vt nu. 32. & 33.*
32 *Testis probans manum alicuius, qualiter prudenter deponat.*
33 *à Testium iudicio, si dependeat probatio aliqua, potest testis deponere etiam per verbum,* videtur, *& etiam per verba dubitatiua.*
36 *Testes deponentes super recognitione manus, an validè deponant per verba, de crudelitate.*
Et an probent si recognoscant per similitudinem nu. 34.
35 *Testes deponentes in diuersa causa, vel sine citatione non releuant.*
36 *Testes ne sint contrarij inter se non est facienda interpretatio, sed quod sint concordes.*
37 *Sigillum Testatoris appositum in Testamento, facit inditium pro eo, sicuti & alia, vt hic.*
38 *Approbatio iudicialis, & obseruantia subsecuta dat robur etiam scriptura infirmis, & nu. 39.*
40 *Fabrica S. Petri de Vrbe in legatis, & hæreditatibus in piam causam relictis, & repudiatis dicitur substituta, & num. 41.*
42 *Fideicommissarius non potest disponere de bonis fideicommissarijs.*
43 *Gratia subreptitia non iuuat.*
44 *Intestati causam facit cessare Testamentum.*
45 *Testamentum pium non est nullum, licet sint præteriti parentes.*

DECISIO CL.

ANntonius Vellius Romanus vltimas suas Tabulas per simplicem schedulam priuatam nullis adhibitis testibus, nullaque seruata iuris solemnitate, propria eius manu Romæ condidit 20. Februarij 1642. vulgati idiomate in hæc verba, ibi, *Io Antonio Velli hauendo fatta ferma resolutione di andare fuori di Roma per molte cause, che ne ho, con pensiere anco di fermarmi à trauagliare alla Guerra, e pensando alli pericoli, che giornalmente si corrono in quella di perder la vita, &c. ho voluto fare il presente Testamento, e quello, che si debba fare doppo la mia morte. E quale sia la mia volontà, & in primis &c. Item voglio, che morendo io senza figlioli legitimi, e naturali, &c. di tutto il mio, tanto stabile, quanto mobile, per li tanti oblighi, che ho &c. al Sig. Gregorio Beninbene mio Zio, le lascio, e constituisco herede, & vsufructuario vniuersale lui viuente, &c. Doppo la sua morte voglio, & ordino, che si vendino tutti li miei mobili, &c. e quello se ne cauerà si rinuesta, e si metta in stabili, &c. e di tutto, &c. voglio, & ordino se ne formi vn Iuspatronato in casa mia in forma di Commenda della Sacra Religione di S. Gio. Battista Gierosolymitano de' Caualieri de' Spidalieri, al presente detti di Malta, e detta Commenda, e Iuspatronato, voglio, che si fondi nella Cappella della nostra fameglia de Velli posta nella Chiesa di Santa Maria d'Araceli in Roma, & in perpetuo voglio sia in Casa nostra, cioe nelli figli, e Descendenti del Signor Ciacomo Velli mio Zio, e della Signora Olympia Mancini sua moglie, & che sia in facoltà del più vecchio della fameglia di nominare à questa Commenda chi gli piacerà, e parerà più al proposito di detta fameglia, e descendenti come*

sopra, & per il primo, lo nomino da hora il Sig. Francesco figlio del detto Sig. Giacomo, e detto Caualiere vi glia fia tenuto, che subito hauerà la Croce, e che habbia il possesso di detta Commenda sia obligato in detta Cappella fare vn' Altare al glorioso S. Gio: Battista con obligo di far celebrare in detta Cappella tre Messe de' Morti la settimana per l'anima mia, e di tutti li nostri morti, &c. e quando non ci sarà pingente di Casa mia, e descendenza, voglio, che in questo Caso detta Commenda sia assolutamente in potere del Gran Maestro di detta Religione, darla à chi li piacerà, ma che sia Romano, e con tutti li sudetti pesi, &c.

Subiodè verò dum erat Tribunus ducentorum militum, illas Ferrariæ confirmauit 20. Maij 1643. in earum latere inscribendo, ibi, *E per piu Cautela, & maggior autenticatione del presente Testamento, ho anche voluto, qui in Ferrara sottoscriuere, & affermare quanto di dietro scritto ho fatto, questo di 20. Maggio 1643. Gio. Antonio Velli mano propria.*

Eoque postmodum sine filijs defuncto 16. Octobris 1643. & præfato Testamento Romæ transmisso, Gregorius Beninbene heres, & vsufructuarius vniuersalis ibi scriptus eius vigore iudicialiter immissus fuit in possessionem illius bonorum hæreditariorum vsque ad obitum retentam; Cumque post eius mortem factus fuisset locus erectioni d. Iurispatronatus, & Commendæ, & Religio Hierosolymitana huiusmodi dispositionem repudiasset. Ideò Reuerenda Fabrica Ecclesiæ Principis Apostolorum de Vrbe prætendens subintrare vigore suarum facultatum Apostolicarum in pijs dispositionibus, & legatis repudiatis, introduxit causam in eius Tribunali tam contra Dominum Iulium Cæsarem Petronium hæredem dicti Gregorij, & possessorem eorumdem bonorum, quàm contra DD. Franciscum, & fratres de Vellijs filios dicti Iacobi, & Olympiæ, quibus dictum Iuspatronatus, tam actiuè, quàm passiuè primo loco reseruatum fuit, quam etiam contra D. Andream de Mutis integram hæreditatem ab intestato prætendentem vti filium, & hæredem Claricis de Mutis Auiæ maternæ Testatoris præteritæ in eius Testamento, & sententiam pro validitate Testamenti, & immissione in possessionem duarum ex tribus partibus dictæ hæreditatis obtinuit præfixo fratribus de Vellijs peremptorio termino trium mensium ad impetrandam Commutationem dictæ voluntatis, ob repudiationem factam à Religione Hierosolymitana, à qua interposita appellatione, & per Sacram Congregationem eiusdem Fabricæ causa mihi commissa, proposui dubium, An Testamentum sit validum, ita vt sit danda immissio, & quoad validitatem quamuis iuris solemnitatibus destitutum sustineri contendebatur, vel iure militari, vel saltem ex priuilegio piæ causæ.

Militari siquidem iure, quia est opinio communiter
recepta, quod etiam militibus nostri temporis armis operam
1 dantibus omnia priuilegia competunt, † quæ à lege mili-
tibus antiquorum concessa fuerunt, vt notat Salic. *in leg. 1.
sub num. 8. vers. in contrarium facit, C. de iur. & fact. ignor.*
Laderch. *cons.* 178. *nu.* 2. Gabriel. *cons.* 100. *nu.* 2. *lib.* 1. Fari-
nac. *cons.* 95. *nu.* 3. *vol.* 1. Odd. *de compend. par.* 5. *præmiss.* 3.
nu. 11. *&* 12. Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 2. *qu.* 5. *num.* 5. cum
alijs plenè congestis per Modern. Patr. Dian. *resol. moral.
tom. 7. tract. 6. tit. de testam. priuileg. resol. 42. per totam.*
Inter alia autem priuilegia in Testamento militis nullas
2 requiri † solemnitates, sed sufficere eius nudam volunta-
tem sancitum est est in *leg. milites* 16. *Cod. de testam. milit.
& in §. 1. instit. de militar. testam.* Cancer. *var. resol. par. 1.
cap. 4. nu. 75. & 76.* Facchin. *controu. iur. lib. 8. cap. 39. vers.
tertium argumentum*, Barry *de success. lib. 1. tit. de testam.
militar. nu. 1. & 2.* cum cæteris adductis per Modern. Patr.
Boss. *quæst. moral. tom. 2. tit. 11. de testam. militar. §. 1. nu. 1.*
3 Quæ probatur, vel per duos † testes, vt voluit gloss. *in dicta
leg. milites verb. sed ipso tempore*, & Bartol. *ante numerum
primum, & in fin.* Ias. *nu.* 1. Decian. *nu.* 6. *C. de testam. milit.
per text. in leg. Diuus Traianus, ff. de milit. testam. & in §.
plenè instit.* eodem Gabriel. *d. cons.* 100. *nu.* 3. *lib.* 1. Rota co-
ram bo. me. Merlin. *dec.* 806. *nu.* 5. alijque relati per dictum
Modern. Boss. *d. §. 1. num.* 3. Firmantem, quod cùm tota so-
4 lemnitas, & substantia huius Testamenti † consistat in nu-
da voluntate Testatoris patefacta, & testes solùm requiran-
tur ad probationem faciendam iuxta ius gentium, ad quod
redactum est, iure autem gentium, & naturæ ad quem-
cumque actum probandum sufficiunt duo testes, vel alio
5 probationis † genere etiam nullis adhibitis Testibus, vt
norat Corn. *consil.* 118. *sub nu.* 7. *vers. adeo quod si doceretur
lib.* 3. quem refert, & sequitur Vasquez *de success. Creat. par.
1. lib. 3. & 24. sub n. 15. vers. intellige tamen*, Barry *de success.
vbi supra d. nu. 1. vers. imo etiam sine*, & signanter per scri-
pturam † recognitam vti manum Testatoris optimè com- 6
probat Text. *in d. §. 1. instit. de militar. testam.* ibi, *Quoquo
enim modo voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue
sine scriptura valeat testamentum ex voluntate eius, & in leg.
Miles si testamentum 36. eodem*, ibi, *Miles si testamentum
imperfectum relinquat, scriptura, quæ profertur perfecti testa-
menti potestatem obtinet*, Corn. *d. consil.* 118. *d. nu.* 7. *in fine
vers. ex quibus concludo*, Rota coram bon. me. Merlin. *dicta
dec.* 806. *nu.* 1. Boss. *d. §. 1. sub nu. 1. circa finem, vers. quare to-
ta distinguens inter testamentum nuncupatiuum in scriptis*, &
post Patr. Dian. *vbi supra resol.* 65. firmat quod militibus si-
ne scripto, † siue sine scripto testari velint sine testibus id fa- 7
cere licet, sed ad effectum probandi ipsorum voluntatem in
nuncupatiuo, & sine scriptis requiri duos Testes; in scri-
pto autem satis esse scripturam exhibere, † illamque vti ma- 8
num testatoriam formiter recognosci, & plenius sub eodem
§. 1. *num.* 17. quod idem probat Grat. *discept.* 605. *nu.* 21. *&
discept.* 696. *num.* 18. & benè firmat Io. Harpprecht *super in- 9
stit. in §. planè num. 2. cum seqq. instit. de militar. testament.*
Et huiusmodi militis Testamentum præteritione Auiæ,
imò † nec filij valent impugnari, *l. sicut certi* 9. ibique Ias. *nu.* 10
8. *post med. & seq. C. de Testam. milit. l. si instituta 27. §. de
inofficioso, ff. de inoffic. testam. l. de inofficioso 9. Cod. eod.*
Barry *de success. lib. 19. tit. 8. no. 21.* Facchin. *controuers. iur.
lib. 6. cap. 74. vers. ego libentius*, Merlin. *de legitim. d. lib. 5.
d. tit. 2. d. qu. 5. nu. 1. & 2.*
Verùm, quia Vellius condidit Testamentum Romæ in
proprijs ædibus per multos menses ante militiam, † priui- 11
legio militibus concesso gaudere non poterat per Text. *in l.
fin. C. de restit. milit.* nil refragante, quod illud Ferrariæ ra-
tum habuerit post assumptam militiam, † quod satis esse pro- 12
batur in §. *sed, & si quis instit. de militar. testam. in l. idem-
que 9. in l. Tribunus 21. §. cum aliquis, & in l. Titius 26. ff.
eodem*, Gregor. Acac. *de priuileg. milit. lib. 2. priuileg.* 16. *nu.*
106. Boss. *d. tit.* 11. §. 2. *num.* 34. Quia hoc locum haberet si
Testamentum † ratificasset, vel in expeditione, in quibus 13
terminis loquitur Tex. *in d. §. sed, & si quis, & in l. 1. ac in
leg. penult. Cod. de testament. milit. & in l. fin. C. quibus non
obijciatur longi tempor. præscript.* Barry *vbi sup. d. lib. 1. tit. de
testam. militar. nu.* 7. Rota coram Merlin. *d. dec.* 806. *nu.* 5.
vel in ipso actu certaminis, dum miles moritur † ex vulne- 14
ribus dimicando acceptis, vt clarè indicat Text. *in d. l. mili-
tes* 15. *C. de testam. milit.* ibi, *Proindè sicuti iuris rationibus
licuit, ac semper licebit, si quid in vagina, aut Clipeo litteris
sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inscri-
pserint gladio sub ipso tempore, quo in prælio vita sortem de-
relinquunt*, vel demum in † Castris à fronte inimicorum, ar- 15
gumento Textus *in leg. 2. §. pro limitaneis, C. de offic. Præ-
fect. Prætor. Afric.* Piccard. *super instit. d. §. 1. nu. 2. & 3. de
militar. Testam.* Simon de Prætis *de interpretat. vlt. vol. lib.
3. solut. 8. no.* 16. Barry *d. tit. de testam. milit. sub nu.* 7. Pat.
Dian. *d. tract. 6. tit. de testam. priuileg. resol. 44. vers. at con-
trarium*, & Pat. Boss. *d. §. 2. n.* 28. secus autem dum illud rati-
ficauit in Ciuitate, † seu alio loco non hostili, quo bellicæ 16
occupationes, & pericula non imminebant, *d. l. final. C. de
restit. milit. d. §. 1. ibique* Piccard. *nu. 1. instit. de militar. te-
stam.* Gabriel *d. cons.* 100. *nu.* 3. *vers. imo ad hoc lib.* 1. Simon.
de Pret. *d. solut.* 8. *nu.* 17. Gail. *pract. obseru. lib. 2. obseruat.*
118. *nu.* 6. Barry *d. titul. de testam. militar. sub num. 6. vers.
certè contra*, Viu. *dec.* 491. *nu.* 3.
Et quamuis vbicumque miles extra bellum, vel Castra in
propinquiorem aliquem locum se contulit, non vt diu ab eis
absit, sed curandæ valetudinis causa, † prout in hoc casu, 17
aliquantisper extra tentoria se reficiat habitu commeatu, &
opportuna licentia, paratusque sit reuerti † sanitate recupe- 18
rata solitis stipendijs pro toto tempore receptis, iure militari,
eo loco quamuis non hostili testari valeat, vt firmat Vigl. *in
§. illis autem temporibus nu. 5. instit. de militar. testam.* Vve-
feinbec. *cons.* 17. *num.* 40. *par.* 1. Bocr. *de Bell. & duell. lib. 1.
c. 18. nu. 6. & c. 20. pariterque num.* 6. Nicol. Reutner. *de iur.
testam. vol. 2. par. 5. cap. 4. num. 14. vers. quid autem.*
Nihilominus, quia in facto iustificatum non apparet An-
tonium † commeatum, & licentiam habuisse, paratumque 19
fuisse reuerti sanitate recuperata, & solita stipendia vsque ad
obitum recepisse, ideò Domini omisso hoc fundamento
ex solo priuilegio piæ causæ responderunt Testamentum
esse

esse validum, & dandam immissionem Reu. Fabricæ; Cùm
enim ea eius dispositione integra ipsius hæreditas defuncto
Gregorio Beninbene erogari debuisset in erectionem
20 Commendæ † Sacræ Religionis Hierosolymitanæ com
onere trium Missarum qualibet hebdomada in perpetuum
21 pro † anima ipsius Testatoris, eiusque maiorum, vtique
negari non potest quin dispositio dicatur ad Pias causas,
cap. animæ defunctorum 3. quæst. 2. §. sed hec quidem auth. vt cum de appellat. cognosc. Abb. *cons. 99. num. 3. & ter. lib. 2.* Angel. Aretin. *cons. 72. num.* 10. Alex. *cons. 38. sub num. 3. lib. 1.* Valasch. *consult. 145. num. 5.* Genuen. *practicabil. Ecclesiast. qu. 446. num. 2.* Barbos. *de iure Ecclesiast. lib. 3. c. 27. n. 11.* Borgnin. *dec. 27. nu. 52. par. 3.* Rot. *in Alatrina Testamenti 26. Febr. 1649. coram R. P. D. meo Verospio, §. hanc vero, in Romana legati 22. Iuny 1650. coram Eminentiss. D. Cardinale Corrado, §. eoque magis, & in Comen. Legati 11. Decemb. 1651. cor. R. P. D. Albergato in princip.* Quæ pro-
22 pterea nullas exposcit ioris † solemnitates, sed contentatur
quomodocumque de voluntate disponentis appareat, &
præsertim cùm de ea constet per schedulam manu Testatoris scriptam, & subscriptam quamuis destitutam Testibus,
23 alijsque † solemnitatibus, ad Tex. *in cap. relatum de testam. & in auth. quod si C. de testam.* Menoch. *consil. 167. num. 20. & cons. 224. nu. 66.* Tiraquel. *de privileg. pia causa privileg. 4. per totum,* Clar. *in §. Testamentum qu. 7. num. 2.* Vasquez *de success. creat. lib. 3. §. 22. sub n. 6.* Gratian. *discept. 605. n. 28.* Rota *dec. 240. nu. 4. par. 2. diuers. in rec. dec. 108. num. 2. 12. & 13. p. 7.* coram Bur. *dec. 475. n. 12. in Gallien. hæreditatis 10. Dec. 1638. coram bo. me. Card. Hieronymo Verospio, & 1. Iuly 1639. coram Reuerendissimo D. Terracinen. in Fanen. hæreditatis 17. Iuny 1641. coram eodem, & in d. Alatrina Testamenti coram R. P. D. meo Verospio, sub §. 1.*
24 Non obstat, quod Pia causa † non fuerit iostituta, sed
substituta, quia sufficit, quod euenerit casus substitutionis,
25 atque aperta fuerit successio ad eius † fauorem, siue ea quo
Testator decessit sine filijs, siue etiam ob mortem Gregorij Beninbene hæredis, & vsufructuarij vniuersalis vltimo
26 loco sequutam, vt notat † Card. Zabarell. *cons. 133. num. 3. vers. & præcipuè,* Mart. *de success. legal. par. 4. quæst. 8. art. 2. nu. 5.* Viu. *decis. 5. nu. 14. lib. 1.* Fagundez *de iust. & iur. lib. 6. cap. 3. num. 39.* Fragos. *de regimin. Reip. par. 3. lib. 4. disput. 7. tit. de testam. ad pias caus. §. 4. nu. 70.* Dicastil. *de iust. & iur. tom. 2. lib. 2. tract. 19. disput. 1. num. 111. fol. 1090.* Molin. *de iust. & iur. disp. 134. §. Testamentum,* Pater Dian. *vbi supra d. par. 7. tract. 6. de testam. privileg. resol. 1. in princip. vers. aut quando substitutionis via.*

Nec vrget, quod Iuspatronatus primo loco reseruatum fuerit descendentibus in perpetuum Iacobi Vellij, & Olimpiæ Mancinæ eius consanguineorum cum onere præsentandi, quem maluerior de familia de Vellijs.

Quia cùm tam reseruatio dicti Iurispatronatus actiua ad fauorem descendentium, quàm præsentatio passiua illorum de familia restrictæ sint donec illi supersint, ijs autem deficientibus Testator voluerit commendam adhuc esse perpetuam, & liberæ collationis Eminentissimi Magni Magistri expresso repetito onere celebrandi Sacrum ter in hebdomada exindè clarè assequimur causam finalem disposi-
27 tionis, non fuisse interesse consanguineorum, † sed pietatem erga Deum, & motiuum suffragandi animæ suæ, &
omnium suorum defunctorum, quod apertissimè ostendit dispositionem esse piam, *cap. requisisti de testament.* ibi, *Quia hoc ille, qui donat pro redemptione animæ suæ non pro commodo Sacerdotis probatur offerre,* Anchatan. *in cap. officij num. 16. eodem tit.* ibique Imol. *num. 26.* & Barbat. *nu. 35.* Monet. *de commut. vltim. volun. cap. 4. nu. 38.* Genuen. *practicabil. Eccles. qu. 522. nu. 2.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. allegat. 116. num. 19.* cum alijs in fortioribus terminis allegatis in *d. Comen. legati coram R. P. D. meo Albergato, §. minus refert.*
28 Identitas autem, † & veritas Testamenti in dubium reuocati non valet, quia satis videtur probata ea scriptura ab ipso Testatore scripta, & subscripta, atque formiter recognita per vnicum testem, qui benè sub iuramento affirmauit habere notam Testatoris manum, & hac ratione di-
29 ctam † scripturam recognoscere vti ab eo scriptam propria
eius manu in qualibet sui parte *Summ. Fabricæ nu. 8.* quem esse verum modum recognitionis ex stylo, Rotæ firmat Achill. *decis. 2. sub num. 1. de fid. instrum.* & sequitur Rota *decis. 124. num. 2. par. 2. diuers.* & coram Butatt. *decis. 475.*
30 *num. 5. cum sequentib.* Et licet sit † vnicus nihilominus suffi-

ciens est ad ipsum effectum concurrentibus adminiculis, vt in terminis respondit Rota *dec. 41. num. 1. par. 4. recentior.*
Nil refragatur, quod deponat per verbum, *Mi pare,* † & 31
addat se id pro certo non affirmare, nam hoc dixit eo, quod manus sæpè falsificantur, vndè subdit, quod nec propriam
affirmaret esse suam, sed de cætero ait se † non decipi in 32
recognitione manus Testatoris, ibi, *Et in questa mia credulità di ricognitione credo non potermi ingannare, dicto nu. 8. in fin.* In hac enim materia à Iudicio testis dependente
adhibetur † fides deponenti non solùm per verbum *videri,* 33
sed etiam de credulitate, vt respondit Rota coram Card. Seraph. *decis. 522. num. 1. 3. & 4.* cum cæteris allegatis per Gratian. *discept. 895. num. 33. & 50.*
Adminicula faciunt alter † testis illam recognoscens per 34
similitudinem relatus in *dicto Summ. num. 5.* vt dixit Rota *dicta decis. 41. num. 5. par. 4. recentior.* Alius Testis pro Gregorio Beninbene Romæ examinatus seruatis seruandis anno 1645. & alij duo Ferrariæ inducti anno 1643. qui præsentes fuerunt, quando Testator dixit illam scripturam esse
suum Testamentum, ordinauitque † illud Romæ transmit- 35
ti dicti Gregorio eodem *Summ. nu. 4.* quamuis enim primus in diuersa causa, & isti duo sine citatione partis fuerint examinati, nihilominus faciunt adminiculum, Caputaq. *dec. 206. num. 6. cum seqq. par. 2.* Rota *in recens. decis. 18. sub numer. 3. par. 2.* cum alijs per Gratian. *dicta discept. 895. num. 5.* & contra illorum dicta nulla contrarietas, quæ releuet, con-
siderari potest, † omnisque interpretatio facienda est ad 36
euitan. illorum contrarietatem, Alex. *consil. 185. num. 4. & seq. lib. 7.* Rota *dec. 167. num. 53. par. 1. rec. & in Romana pecuniaria 26. Iuny 1654. coram R. P. D. meo Bichio, §. sed*
verb. Sigilla ibidem impressa, † & congrua ordinatio, quam 37
eadem scriptura præsefert ad fauorem animæ Testatoris eiusque coniunctorum, vt benè ponderatum fuit in *dicta Alatrina Testamenti coram R. P. D. meo Verospio.* Ac demum iudicium motum vigore eiusdem scripturæ, & feli-
citer super immissione † terminatum ad fauorem dicti Gre- 38
gorij hæredis, & vsufructuarii vniuersalis cum subsequuta possessione bonorum vsque ad obitum continuata, *dicto Summario num. 6.* ex quo resultat iudicialis approbatio, &
obseruantia, quæ fidem dat scripturæ etiam informi, Se- 39
raphin. *decision. 928. num. 2.* cum alijs allegatis per Adden. ad Borat. *dec. 10. num. 32.*

His itaque firmatis cum post mortem Gregorij Religio Hierosolymitana d. dispositionem repudiauerit subintrat in
eius † locum Reuerenda Fabrica Sancti Petri, quæ vigo- 40
re suarum facultatum, de quibus Quarant. *in summa Bullar. verb. Fabrica S. Petri, §. si autem ipsi legatarij in fine,* in legatis, & hæreditatibus in piam causam relictis, & repudiatis habetur pro substituta, & per fideicommissum vo-
cata, vt notat etiam † Carol. Marant. *respons. 37. num. 3.* 41
cum seq. lib. 1. Cui propterea debetur immissio excluso Iulio
Cæsare hærede † dicti Gregorij, cùm iste in bonis Anto- 42
nij subiectis onere restitutionis non potuerit alium sibi instituere hæredem, vt respondit Rota *in Nullius Vineæ 11. Martij 1620. coram bon. mem. Pirouano in recent. decis. 189. num. 6. par. 8.* Exclusisque Francisco, & fratribus de Vellijs, quamuis commutationem voluntatis Testatoris à Sede Apostolica nuper obtinuerint, cum gratia subreptitia sit, siue ex quo Sanctissimo Domino Nostro narratum non
fuit terminum illis præfixum elapsum fuisse, siue etiam † ex 43
quo in precibus nullam fecerunt mentionem appellationis in hac parte pro Fabrica interpositæ, nec litis inter has partes vertentis, *cap. inter Monasterium,* ibique gloss. *verb. processus de re iudic.* Gregor. *dec. 2. num. 5.* Burat. *decis. 776. num. 10.* & de lite cum Fabrica latè idem Marant. *resp. 21. nu. 7. cum seqq. d. lib. 1.* Ac demum excluso Andrea de Mutis ab intestato controuersam hæreditatem prætendente,
quia vulgare est † cessare causam intestati existente Testa- 43
mento, *leg. antequam, C. commun. de success. leg. quandiu la 2. & leg. nec his, §. fin. ff. de acquir. poss.* quod ad fauorem Piæ causæ substinetur non obstante præteritione non solum
ascendentium, † sed etiam liberorum, vt firmat Clar. *in* 44
§. Testam. qu. 6. num. 8. Crass. *in eod. §. qu. 18. num. 8.* Carol. Tap. *dec. Neap. 58. nu. 11.*

Atque ita fuit resolutum omnibus Informantibus, &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papien.

Aoconitana Mannæ.

Die Mercurij 22. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Partitarum iustificatio est necessaria ad effectum, vt tanquàm validæ admittantur. Solutiones, & maximè dum sunt notabilis quantitatis, non præsumuntur factæ sine quietantia, & alia, de quibus in Sum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica faciunt rem claram, & manifestam.*
2 *Probatio facta per confessionem partis, & maximè in publicis instrumentis plenissimè iustificat.*
3 *Instrumenta, si sint obligatione Camerali vallata, habent executionem paratam.*
4 *Et an id habeat locum non solum in Tribunali A.C. sed etiam in alijs.*
5 *Creditori, si aliquid deuenerit debitoris, dum est æquipollens credito, præsumitur satisfactio, & nu. 6. & 7.*
8 *Datum ob causam, sequuta causa, cessat repetitio.*
9 *Veritas dum agnoscitur, sequenda est.*
10 *Partitæ illæ sunt reijciendæ, quæ non faciunt ad negotium de quo tractatur, sed ad diuersum.*
11 *Litteræ, dum non fuerunt effectuatæ, non iuuant.*
12 *Quietantia semper censetur reportata à soluente.*
13 *Solutio non censetur facta sine quietantia, & maximè quando summa est notabilis.*
14 *Testes deponentes super proprio interesse, & de se exonerando, non releuant, & nu. 18.*
15 *Solutio præsumitur facta in causam debitam, dum aliud non fuit expressum.*
16 *Temporis diuersitas arguit diuersitatem rei.*
17 *Partitæ dum non apparent iustificatæ in vanum ponuntur ad computum.*
19 *Debitum soluendo alteri de ordine creditoris, liberatur creditor.*
20 *Exceptiones, quando sunt turbidæ, non valent impedire obligationem Cameralem.*
21 *Periti relatio, non valet si sit extraiudicialis.*
22 *Partitæ, dum egent iustificatione, non attenduntur.*

DECISIO CXLI.

DVm instarent Sorores de Fanis hæredes Marini Fani pro relaaatione mandati in summa ducatorum 2172. monetæ Neapolitanæ, occasione pretij coottouersiæ contra illos de Petrobellis, Rota censuit sub die 21. Iunij 1649. relaaandum esse mandatum pro scut. 900. tantum relicto io suspenso residuo ad effectum, vt suprà eo melius rei veritas discuti, ac haberi posset solutis per Petrobellos dd. scotorum 900. eædem Sorores obtinuerunt sub die 23. sibi disputari dubium soper residuo, sed eo non resoluto ordinatum fuit, vt eligeretur eatraiudicialiter Peritus, quo electo, & facta per eum relatione repropolita fuit causa, & resolutum coram R. P. D. Bichio bon. mem. d. mandatum esse relaaandum pro alijs scutor. 1272. eiusdem monetæ, qood est residuum dictæ summæ io suspeoso relictæ, at quia idem R. P. D. Bichius morte præuentus decisionem extendere non potuit, in eius locum Ego subrogatus, illam edidi.

Fundamentum resolutionis fuit, quia creditom illorum de Faois in dicta summa proueniens de capitali Mannæ per Fanos transmissæ vsqoe de anoo 1613. è Ciuitate Neapolis ad Ciuitatem Aneonæ hæredibus Pauli Petrobelli apparet,
1 omninò clarum, & liquidum rum ex publicis † Instromentis, quæ indubitatam, ac manifestam faciunt, *l. quotiec in fine, C. de iud. l. cum precibus, C. de probat. l. mancipatione, C. de fid. instr.* Bald. *in l. interest 21. nu. 2. C. de solut.* Rota coram Caual. *dec. 282. nu. 4. & in Vrbinaten. salarij 26. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Zarate*. Tum ea pro-
2 pria dd. de † Petrobellis confessione emissa in publico Instrumento, in quo fassi sunt d. Maonam recepisse, illiusque pretium ascendisse ad dicta scuta 2172. *l. cum te la 2. C. de transact. l. generaliter la 13. Cod. de non numer. pecun. cap. per tuas il 10. de probat.* cum alijs in *Regien. pensionis 2. Iunij 1613. §. penult. coram Merlino*. Et cùm dicta Iora sint
obligatione † Camerali vallata habent executionem para- 3
tam, Gallel. *de oblig. Cam. quæst. 2. sub num. 8. vers. nempè,* Rota coram Dutan. *decis. 112. num. 2. in recent. decis. 415. num. 3. & dec. 620. num. 1. vers. satis enim par. 1.* Et non so-
lum in † Tribunali A. C. sed etiam io Rota, qoando, prout 4
hic, illa procedit eum facultatibus A. C. ei communicatis in commissione Rota coram Cassad. *dec. 8. de rescript.* & post Zacch. *de obligat. Cameral. dec. 12. num. 4. & 5.*

Neque huiusmodi exeqoutionem retardare valent nonnullæ prætensæ partitæ solutionum à Petrobellis factarum; quia prima sc. 120. pro pretio annorum veoditorum Mari-
no Fano remanet compensata cum scut. 147. quæ vice versa 6
Petrobelli retraaerunt ex libris 500. Mannæ sibi a beodem Marino ad effectum vendendi, & de eius pretio sibi satisfaciendi, vt respondit *decis. in hac causa emanata sub die 21. Iunij 1649. coram Eminentisc. D. Card. Corrado, §. quia non resultat.*

Secunda partita consistens in scutis 800. per Petrobellum traditis in duabus vicibus Martioo Fano, nec pariter visa fuit attendenda. Quia in illius extinctionem recepit Petrobellus alias libras 1100. Mannæ, quæ cùm æquiualerent
satisfactioni eius crediti intrat præsumptio satisfactionis do- 6
nec contrariom plenè, & concludentet probetur iuata gloss. *in l. 2. in verbo redigere, C. de pign.* Ial. *instit. de act. in princ. num. 94.* Paris, *cons. 50. nu. 28. vol. 1.* Surd. *decis. num. 16. vers. benè verò.*

Neque talis præsumptio excluditur ex eo, quod per quoddam ass. calculum hodiè probatum remanere dicatur Petrobellum noo retraaisse ex dicta Manna maiorem summam scut. 348. quia dicta scuta fuerunt taotum pars pretij Mannæ venditæ, & ita dum non eahibeorur rationes, & conclodentius non probatur, quid ex tota Manna retra-
ctum fuerit semper viget præsumptio, † vt Manoa sufficiens 7
fuerit pro satisfactione dicti debiti, Negus. *de pign. in 2. memb. tertia partis principalis num. 37. vers. adde tamen in prædictis.*

Tertia partita scutorum 1200. habita per Marinum Fanum ad effectum illa erogandi in emptiooe olei, *euanescit*, eo ipso qood per Instrumentum stipulatum sub 28. Aprilis 1615. iustificatum remanet oleum emptum fuisse, illudque consignatum, voà eum alijs mercibus Petrobellis transmissis, in totum ascenden. ad scut. 1675. b. 31. Datum enim ob
causam eausa sequuta † cessat repetitio, *l. 1. & tot. tit.* 8
de condit. & caus. dot.

Quarta partita scutor. 800. rectè fuit in eadem decision. Eminentissimi D. Cardinalis Corradi reiecta, ex quo apparet, quod litteræ Cambij cootinentes dictam summam, & qoæ eraot directæ Andreæ Bonello mercatori Neapolitano
non fuerunt per eum acceptatæ, sed reiectæ. Vndè † etiam 9
Peritus agnoscens hanc veritatem, nec minus ipse in suo calculo hanc particulam retulit.

Quo verò ad alias sex partitas super quibus Rota referuanit particulariter videre vltrà quod semper viget responsio data io dicta decisiooe Emioentissimi Cardinalis Corradi, vt scilicet, tanquam respicientes alias causas, quæ in alijs
rationibus initis eum Petrobellis relatæ fuerunt † ad debi- 10
tom Marini, propterea non sint trahcodæ ad hoc diuersum negotium Mannæ contra introductionem partiom volentium illud à cæteris computis esse distinctum nihilominus, & singulariter discussæ, nullius apparuerunt releuantiæ pro retardanda executione obligationis Cameralis. Prima scut. 637. deducta ea quibosdam ass. litteris Cambij di-
rectis Balbis, & Frisooibus mercatoribus Neapolitanis † oon 11
suffragatur quia non probatur, quod d. litteræ fueriot effectuatæ mediaote actuali solutione, quæ si re vera sequuta fuisset de illa constaret per quietantiam fieri solitam ab ijs,
† qui pecunias recipiunt, quietantia eoim semper præsumi- 12
tur reportata à soluente, Rota eoram sa. me. Gregor. XV.
decis. 253. num. 1. & sine † quietantijs non est verisi- 13
milis solutio, maaimè quando, prout, hic summa solota est notabilis, Rota coram eodem san. me. Greg. XV. *dec. 188. num. 3.*

Neque ad id suffragantur epistolæ mereatorum responsiuæ illis Petrobelli, io quibus dicunt soluisse pecunias
Marioo Fano, oam ex quo agitur de proprio † illorum in- 14
teresse, ae de se exonerando, illis ooo creditur, *l. omnibus*
C. de

C. de testibus, Bart. *in l. deferre post med. vers. exemplum ff. de iure fisc.* Castr. *cons.* 301. *in fin.* Grat. *disc. forens. cap.* 727. *num.* 8.

Alia partita scut. 290. solut. in tot Cechinis Donato
Borello non est referenda in debitum illorum de Faois, quia
in eorum computum constat fuisse ab eodem Borello cõ-
signatis de ordine Fani sex capsas Mannæ, de quibus dum
15 nulla, † redditur ratio solutio censetur facta in causa d.
Mannæ, & non alterius rei, Rota coram san. mem. Gre-
gor. XV. *dec.* 64. *n.* 9. *&* 10. *dec.* 468. *num.* 5. *& dec.* 511. *n.*
2. *&* 3.

Neque subsistit prætensio, vt dictæ sex capsæ Mannæ
fuerint comprehensæ in consignatione dd. librar. 9000.
quia in Instrumento constat vna vice consignatas fuisse
dd. libras 9000. vndè non potest in eis computari alia quan-
titas data diuerso tempore, & eum diuerso ordine, nempè
16 † prima cum ordine illam transmittendi Venetias, seu
Pisas, & temporis diuersitas arguit diuersitatem rei,
*l. Triticum ff. de verb. oblig. l. quinquaginta ff. de pro-
bat.* Rota coram Buratt. *decision.* 298. *num.* 4. *vers.
tum quia.*

Quarta partita scut. 275. & quinta scut. 220. consi-
stentes in quibusdam litteris Cambij, visæ pariter fuerunt
17 irreleuantes, ex quo non apparent iustificatæ illorum † so-
lutiones per quietantiam factam, sed solùm per epistolas
18 responsiuas mercatorum † illis mercatoribus à quibus di-
ctæ litteræ cum ordine soluendi scriptæ fuerant, quod
non sufficit, dum, vt dictum fuit, agitur de se exone-
rando.

Sexta, & vltima partita scutor. 100. quorum debitor
remanebat Marinus Fanus occasione tot mercium rece-
ptarum à Petrobellis erat ex conuentione partium soluen-
da Guerrino mercatori Rauennæ, & quia isti factam
fuisse solutionem probatur ex computo eiusdem Guerrini,
qui receptionem pecuniæ fatetur, vtique hinc satis libe-
19 ratio Fani deducitur ex vulg. Iuris regula, † quod de-
bitor soluendo alteri de ordine creditoris liberatur, *l. si
quis alij instit. de inutil. stipulat. l. si ita stipulatio, ff. de
solut.*

Ex his itaque cum creditum illorum de Faois appareat
liquidum, è contra verò exceptiones respectu prætensum
satisfactionis datæ, vel non sint veræ, vel saltem reddan-
20 tur turbidæ hoc sufficit, † vt illæ non sint admittendæ
pro retardatione obligationis Cameralis, Marc. Anton.
variar. resolut. lib. 2. *resolution.* 96. *num.* 4. Zacch. *de obli-
gat. Cam. quæst.* 17. *n.* 71. Rota *in Romana Cambiorum* 17.
Iun. coram bon. mem. Card. Verospio.

21 Neque aduersa relatio † Periti, tum quia extraiudi-
cialis, Gabr. *cons.* 168. *lib* 1. Tum quia erronea ob non
22 iustificationem partitarum, quæ propterea † non vide-
tur attendenda, Gabriel. *cons.* 43. *num.* 18. *lib.* 1. Monac.
decision. 110. *num.* 30. *ad med.* Buratt. *decis.* 167. *num.* 5.
ad med. Etita vtraque parte, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Segobieñ. Canonicatus.

Mercurij 22. *Martij* 1656.

A R G V M E N T V M

Beneficium obtinens à Papa, quod est iurispatronatus Ecclesiasticum, & ex eo, quia vacauit in Curia, & quia etiam non benè fuit collatum in partibus, & quid sit iustificandum, vt prouisus à Papa obtineat immissionem.

S V M M A R I V M.

1 *Littera Apostolica, dum sunt in omnibus iustificata habens executionem paratam.*

2 *Beneficij qualitas, valor, ac modus vacationis an validè dicantur probata per confessionem partis.*

3 *Sacerdotium probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

4 *Clericus quod sit oriundus ex aliquo loco, probari potest ex fide Baptismatis.*

Præsentia alicuius in Curia ex quo doceatur.

6 *Ad Beneficium aliquod, quod quis sit idoneus probatur ex fide examinatorum.*

7 *Præsentatio ad iuspatronatus, & quod fuerit facta in tempore, qualiter iustificetur.*

8 *Iuspatronatus, quod spectet ad aliquem, quando dicatur probatum.*

9 *Consensus præstitus præsentationi alicuius, arguitur ex hoc quod iuspatronatus spectet ad consentientem.*

10 *Præsentationi consensum præstans, perindè est ac si in casu obitus, ipse præsentasset.*

11 *Dispositio facta ab Ordinario, quod aliquod iuspatronatus ad aliquem liberè pertineat multum attendenda est.*

12 *Beneficij collationem quod ad aliquem pertineat, Episcopus declarans id præsumitur, cum agatur de eius præiudicio, benè se informasse de tali collatione.*

13 *Episcopi solent esse difficiles in admittendis alienis præsentationibus.*

14 *Iuspatronatus probatur ex continuatis præsentationibus effectum sortitis.*

15 *Ad iuspatronatus præsentatus, non fuisset admissus ab Ordinario ad institutionem, nisi constito de iurepatronatus.*

16 *Vicarius non potest præiudicare iuribus Episcopi.*

17 *Vicarij factum, quando dicatur factum Episcopi.*

18 *Episcopi enunciatiuæ, quod iuspatronatus spectet ad aliquem non parum deferendum est.*

19 *Sententia lata super statu beneficij facit ius quoad omnes.*

20 *Sententia, quando sumus in antiquis excedens 60. annos probat etiam sine actis.*

21 *Sententia in antiquis, quando satis dicatur iustificata.*

22 *de Adminiculando aliquid quando tractatur, non est rigidè procedendum.*

23 *Præsentatio tunc probat, quando suum plenarium habuit effectum.*

24 *Lis, quando actus aliquis dedit causam, non attenditur talis actus.*

25 *Iuspatronatus aliquod ex quibus simul iunctis dicatur iustificatum, & n.* 26.

27 Oldrad. cons. 229. num. 2. *multoties fuit in Rota approbatum.*

28 *Iuspatronatus probatur leuioribus probationibus, quando Ordinarius non est in causa.*

Sed tractatur de iustificatione narratiua litterarum Apostolicarum.

29 *Papa conferens beneficium, vti liberum, non potest dici de iurepatronatus.*

30 *Iurapatronatus Ecclesiasticorum cadunt sub regulis Cancellariæ, & reseruationibus Apostolicis.*

31 *Iurapatronatus Ecclesiastica, si vacent in Curia, sunt reseruata Papæ.*

32 *Concordia inita cum præiudicio Sedis Apostolicæ, non possunt subsistere.*

33 *Iuspatronatus non probatur per exhibitionem iurium, quæ non sunt in forma probanti.*

34 *Procurator, si dicat, quod non habet sufficiens mandatum, si postea compareat, & contradicat, acta sunt valida.*

35 *Notarius successor in Officio potest extrahere iura sui antecessoris absque alia solemnitate.*

36 *Obseruantia multum operatur.*

37 *Scripturæ etiam informes, ac minus authenticæ robur sumunt ab obseruantia.*

38 *Præsentatio facta pendente lite est attentata.*

39 *Causa sola commissio, cum decreto citationis absque alia executione non inducit litis pendentiam, & num.* 40.

41 *Actus, quando non fuit legitimè factus, non est attendendus, nec aliquid operatur.*

42 *Citatio, quando non est legitimè executa non operatur suum effectum.*

43 *Attentata dari non possunt, quando lis non pendet.*

44 *Beneficium, quando non fuit deuolutum non potest vti deuolutum impetrari.*

45 *Beneficij vacatio, quando fuit consumpta, tunc cessat deuolutio.*

46 *Gratia dicitur subreptitiè obtenta, quando fuit concessa*

sub

sub falsa narratiua.

47 *Beneficia curata de iurepatronatus Ecclesiastice debent dari prauio concursu.*

48 *Beneficium si dari debebat prauio concursu, & illud non fuit factum, non dicitur consumpta vacatio.*

49 *Beneficium aliud est quod obtentum fuit, vti deuolutum ob non factum concursum.*

50 *Et aliud si obtentum fuerit, ob non legitimè factam collationem.*

51 *Clausula*, siue præmisso, siue alio quouis modo vacet beneficium, *quando non suffragetur.*

Beneficij vacatio, quando certus modus est expressus dispositiuè, tunc clausula, siue præmisso, seu quouis alio modo vacet, *non iuuat.*

52 *Dolus proprius nemini debet opitulari.*

53 *Gratia principales quando corruit, tunc quoque omnes gratiæ simul euanescunt.*

54 *Beneficia, dum consistunt in Dignitatibus, & Canonicatibus ad ea obtinenda non requiritur concursus.*

55 *Beneficium, quando est simplex admittitur quis ad illius possessionem, ex solo examine, & approbatione Episcopi.*

56 *Regula de Annali Cancellaria Apostolica in ordine 35. cui suffragetur, & num. 57.*

DECISIO CLII.

VAcante per obitum Hieronymi della Torre in mense Septembris 1651. Canonicatu Curato in Ecclesia Segobien. Capitulum (de cuius Patronatu asseritur) ad illum præsentauit Martinum Villoradn, qui sub die 12. Octnbris einsdem anni possessionem adeptus fuit, de mense autem Decembris 1652. Pompeus Brioscus narrata deuolutione eiusdem Canonicatus iuxtà Lateranen. Statura Concilij obtinuit à Sede Apostolica de eo prouideri, causamque desuper in Rota commisit, ac citatione cum Inhibitione expediuit, qua tamen non exequuta vita functo d. Martino in mense Septemb. 1653. Capitulum præsentauit Bonauenturam Exarrit, Pompeus verò impetrauit litteras gratiosæ subrogationis in iuribus Martini defuncti quam cùm ei non suffragari Rota responderit sub die 26. Nouembris præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano curauit Bonauentura expediri litteras nuncupatas pro præsentato. Hincque orta inter eos controuersia super iuribus vtriusque Prouisionis, dubitaui hodie An, & cui sit danda Immissio, & Bonauenturæ dandam esse Domini censuerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia ipse concludenter iustifica-
1 uit † omnia in eius litteris narrata, quæ proindè paratam
habent executionem, pro qua datur prouiso Immissio ad instar, *l. fin. C. de edict. Din. Adr. toll.* vt dixit Rota *in rec. dec.* 133. *num.* 1. *par.* 6. coram bon. mem. Merlino *decis.* 538. *sub num.* 9. *vers. quibus positis, ac in alijs relatis in Camerinen. Canonicatus* 19. *Ianuar.* 1654. *coram me in fin.*

Siquidem ea, quæ concernunt qualitatem beneficij,
2 ac valorem, † & modum vacationis illius probantur ex
propria confessione Pompei, qui eadem prorsus in eius supplicatione narrauit Summ. Bonauenturæ num. 2. Bellamer. *dec.* 269. *& decis.* 595. Card. Canaler. *dec.* 33. *num.* 1. *& dec.* 608. *sub num.* 3. *vers. & apparebat etiam cum seqq.* Buratt. *dec.* 708. *sub num.* 4. *vers. nec aliqua cum seqq.* Reuerendiss. Vrgellen. *dec.* 237. *num.* 6. *& in recent. dec.* 10. *n.* 2. *par.* 2. *& dec.* 101. *n.* 4.

Quæ verò respiciunt illius personam, quod nempe sit
3 Sacerdos † oriundus ex Diœcesi Valentina iustificatur ex
fide Baptismatis, ac litteris Ordinarij, qui ei tanquam Diœ-
4 cesano † Sacrum Presbyteratus Ordinem contulit d. Sum.
num. 13. iuxta Text. *in cap.* 2. *vbi gloss. in verb. litteras de probat.* Rota *in rec. dec.* 455. *n.* 7. *par.* 2. *dec.* 205. *n.* 4. *par.* 4. *ac d. dec.* 101. *n.* 2. *par.* 6. & coram Reuerendiss. Vrgellen. *dec.* 87. *num.* 3.

Idoneitas verò, ac illius præsentia in Curia probatur ex
5 † relatione examinatorum, qui illum in Vrbe examina-
6 runt, ac idoneum ad obtinendum † huiusmodi benefi-
cium attestati sunt, *glos. in Clem.* 1. *verb. reputamus de concess. preben.* Mant. *dec.* 208. *num.* 4. Caual. *dec.* 299. *n.* 3. Buratt. *dec.* 540. *num.* 14. *& dec.* 613. *n.* 6.

Quod autem fuerit præsentatus à Capitulo infrà tempus
legitimum † apparet ex Instrumento relato in eodem Sum. 7
num. 14. iuxt. Text. *in cap. cum propter extrà de iurepatr.* Rota *dec.* 238. *num.* 8. *par.* 5. *& d. dec.* 101. *num.* 3. *par.* 6. *& dec.* 302. *sub num.* 4. *vers. & quod denique par.* 7. *recentior.*

Postremò Iuspatronatus ad † fauorem Capituli præsen- 8
tantis visum fuit DD. ad effectum, de quo agitur satis iustificari ex seqq.

Primò ex quadam permutatione facta de eodem Canonicatu anno 1529. & per Ordinarium admissa de consensu
Capituli, & Canonicorum † explicitè asserentium se illum 9
præsentare tanquam Patroni *d. Summ. num.* 6. Qui sanè consensus cùm probetur effectuatus per subsequutam probationem habet vim præsentationis, & operatur proindè ac si in vacatione † per obitum interuenisset, vt dixit Rota penes Crescent. *dec.* 2. *de iurepatr. dec.* 534. *num.* 4. *par.* 1. *diuers. in Gerunden. Permutationis* 17. *Maij* 1593. coram Litta, apud Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 277. *in fin. vers. dantur etiam &c. in rec. dec.* 172. *n.* 4. *in fin. par.* 13. *& dec.* 197. *n.* 2. *& seqq. par.* 4. *ac d. dec.* 101. *n.* 9. *par.* 6. & penes Vrgellen. *dec.* 163. *n.* 13.

Secundò ex particulari constitutione, seu Statuto condito à Capitulo cum præsentia Episcopi de anno 1557. in quo præuia narratiua, quod iste, & alter Canonicatus erant Vicariæ perpetuæ ex bonis, mensæ Capitularis erectæ disponitur, quod † præsentatio respectu illorum in 11
omnibus, & per omnia libera remaneat, vt prius erat ad fauorem ipsius Capituli *d. Summ. num.* 5. Quod Statutum cum vlteriùs fuerit ab Episcopo confirmatum, vt apparet
sub *d. num.* 5. plurimum attendi debet, † nam Episcopus 12
illud profectò non confirmasset nisi sciuisset qualitates beneficiorum, cum in hac materia Ordinarij soleant cautè
procedere, † nec de facili annuere ob præiudicium eorum 13
collationis, Rota *dec.* 11. *num.* 1. *de iurepatr. in nou. & dec.* 800. *num.* 2. *par.* 4. *diuers. in Tyden. Parrochialis* 21. *Maij* 1610. *coram Sacrato apud Marches. de commiss. par.* 1. *fol.* 477. *sub n.* 1. *vers. tanto magis*, & coram bon. mem. Merl. *dec.* 563. *num.* 12. *ac in Bononien. Archipresbyt.* 23. *Martij* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado, §. neque repugnant in fin.*

Tertiò ex præsentatione facta de persona Laurentij Lo-
pez anno 1571. † cum subsequuta possessione vsque ad 14
obitum continuata *eodem Sum. num.* 7. quem vtique Ordi-
narius non instituisset † nisi clarè sibi de existentia Iurispa- 15
tronatus constitisset, vt fuit ponderatum penes Put. *dec.* 237. *lib.* 2. *in correct.* Card. Seraph. *dec.* 123. *n.* 2. *ac in recent. dec.* 674. *sub num.* 2. *vers. cum enunciatiuæ &c.* & apud Marches. *de commiss. d. par.* 1. *fol.* 477. *sub num.* 1. *vers. tantò magis &c.*

Nec dicatur, quod iniustitia non fuit facta ab Episco-
po, sed à Vicario, † qui eius Iuribus præiudicare non po- 16
tuit: Quia cùm habita de ea notitia (vt præsumitur) non contradixerit, nec illam vti erroneam, ac suo Iuri præiu-
dicialem impugnauerit, vel retractauerit, † vt facere po- 17
terat, vtique reputari debet, ac si ab Episcopo facta fuisset, vt in specie alijs relatis respondit Rota coram bon. mem. Merlin. *dec.* 641. *sub num.* 3. *vers. Præsumiturque Episcopum.*

Quartò ex sententia lata à delegato Apostolico de anno 1591. post obitum præfati Lopez occasione præsentationis factæ à Capitulo de persona Michaelis Martinez, &
collationis Ordinarij † in personam Ioannis Balero, qua 18
pronunciatum fuit Canonicatum esse de Iurepatronatus eiusdem Capituli non autem collationis Episcopi, & Martinez præsentatum fore liberandum à vexationibus ei illatis à Procuratore fiscali Curiç Episcopalis, prout cum effectu liberatus fuit possidendo Canonicatum vsque ad annum 1610. quo decessit *Sum. Bonauentura num.* 8. *& Pompei num.* 1. Quæ sententia tanquam lata super statu Beneficij,
† & exequutioni demandata facit Ius quoad omnes, & 19
maximè comprobat existentiam Iurispatronatus, vt dixit Rota penes Acchil. *decis.* 5. *de sent. & re iud. in recentior. decis.* 172. *num.* 2. *par.* 3. *& d. dec.* 101. *sub num.* 9. *vers. defuncto postmodum par.* 6. *ac in d. Tuden. Parochialis apud Marches. par.* 1. *fol.* 477. *sub num.* 2. *vers. quarto, & in Aretina Plebania* 6. *Febr.* 1654. *coram R. P. D. meo Cerro §. existentia demum.*

Licet non iustificetur ex actis; nam præter quod est an-
tiqua † excedens annos sexaginta, quæ probat etiam sine 20
actis

actis ex latè adductis per Rotam coram bon. mem. Buratt.
dec. 376. sub num. 2. vers. & maxime cum plur. seqq. & per
Add. ad eumdem *dec. 76. num. 26. & dec. 94. Litt. A.* Vnde
21 satis ex † præmissis remanent iustificata *iuxta dec.* Put. 391.
in fin. lib. Seraph. *dec. 701. num.* 3. Buratt. *dec. 751. num. 10.*
& seqq. & in his terminis fuit dictum *in allegata Bononien.*
Archipresbyteratus coram Eminentiss. D. Card. Corrado.
§. quinto accedunt §. vel quia satis est &c. Præsertim verò
22 ad effectum † adminiculandi, vt dixit Rota coram Mant.
decis. 350. num. 9. cum alijs relatis in d. Bononien. Archipresbyteratus d. §. quinto accedunt vers. Præsertim, &c.

Quintò demum ex præsentatione vltimo loco facta de persona d. Martini Villoradi, per Ordinarium admissa
23 præuia † iustificatione Iurispatronatus citato à Procuratore fiscali, quæ pariter habuit effectum per subsequutam
possessionem ab eodem Martino retentam vsque ad eius
mortem *Sum. Bonauentura num.* 1. nec dedit (vt præten-
24 ditur) causam liti, quia † in d. Decisione Reuerendiss.
D. mei Decani nullam adfuisse litem à Pompeio introductam
plenissimè firmatum fuit.

Quæ sanè præsentationes à Statuto, ac sententia præ-
25 dictis comprobatæ, & supra centum annos † continuatæ
effectumque sortitæ mediantibus prouisionibus per obitum,
26 vel † resignationem eorumdem, qui primo loco fuerunt
præsentati *iuxta consil.* Oldrad. 229. *num.* 2. sæpiùs in Ro-
27 ta † receptum sufficienter probat titulum Iurispatronatus
iuxta præscriptum Sac. Conc. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 9.*
in ijs Patronis, in quibus non cadit vsurpationis suspicio,
vt post resolutiones *S. Congregationis Eminentissimorum DD.*
Cardinalium eiusdem Sac. Conc. Interpretum tenuit Rota
in decisionibus relatis in d. Tuden. Parochialis coram Sacrato apud Marches. de Commiss. par. 1. fol. 477. num. 2. & in
rec. d. dec. 177. num. 4. & 8. par. 3. ac d. dec. 101. num. 5. cum
seqq. par. 6. coram Buratt. *dec. 142. num. 1. & seq.* Comitul.
dec. 127. num. 1. & seq. Gonzal. *ad reg. 8. glos. 18. num. 54.*
28 Maximè quia modò † non agitur contra Ordinarium, sed
inter Prouisos de iustificanda narratiua in litteris Apostolicis contenta, ad quem effectum leuiores probationes
admittuntur, vt per Cassad. *dec. 1. in fin. de probat. dec. 803.*
num. 2. par. 1. diuers. coram Mant. *decis. 244. num. 5.* Vrgellen. *d. dec. 87. num. 7. & dec. 163. num. 14.*

Nec turbant Prouisiones Apostolicæ tanquam de libero
29 factæ † ab anno 1620. vsque ad annum 1644.

Quia cùm Iuspatronatus, de quo agitur sit Ecclesiasti-
30 cum, quod subiacet regulis Cancellariæ, † ac reseruationibus Apostolicis, Prouisiones Papæ benè cum illo compatiuntur, quia emanarunt ob vacationem in mensibus reseruatis, & resignationem factam in eius manibus, vt constat
31 † ex Iuribus relatis *in Summario Pompei num. 1. cum seqq.*
Cassad. *dec. 4. num. 2. de surrep.* Greg. *dec. 48. num. 4.* Caual.
dec. 547. num. 2. Buratt. *dec. 103. n. 4.* cum alijs per Gonzal.
ad reg. 8. glos. 18. num. 6. & seqq.

Parum obstante, quod in d. Constitutione, seu Statuto
Capitulari fuerit prohibitum dd. Canonicatus commendari
dimitti, & resignari. Quia huiusmodi prohibitio absque
32 Summi Pontificis † confirmatione non substinetur in præiudicium Iuris Sedi Apostolicæ competentis, cui non potuit
per inferiores detrahi, aut in aliquo derogari *cap. inferior*
distinct. 21. cap. cum inferior de maior. & obedient. Clem. *ne*
Romani in princ. vbi glos. verb. inferiorem de elect. cum alijs
per Rotam coram Merlin. *dec. 698. num. 3. & seqq. ac in alijs.*

Deinde non releuat, quod Iura exhibita ad probandum
33 Iuspatronatus † non sint in forma probanti, ex quo fuerunt
extracta non citato Pompeo.

Vel quia fuit citatus eius Procurator, qui licet à principio
34 responderit se habere dumtaxat mandatum ad † lites, nihilominus postea comparuit, & contradixit, vt constat ex datis *in Summ. responsionis pro Bonauentura num.* 1.

Vel quia dicta Iura fuerunt extracta per Archiuistas, qui
35 tanquam Successores in Officio potuerunt scripturas prædecessorum extrahere absque alia citatione, & solemnitate,
ac fidem merentur tanquam authenticæ secundùm Bart. *in*
l. si quis ex Argentarijs §. coguntur num. 3. ff. de eden. Dec. *in*
Auth. si quis in aliquo num. 26. vbi etiam Ias. *num. 5. in fin.*
vers. decimo fallit &c. C. eodem, Couar. *pract. q. cap. 21.*
num. 3. vers. Hoc ipsum Verall. *dec. 246. num. 13. & dec. 314.*
num. 3. cum seq. ac in Geranden. Beneficij de Ceruiano 4. Iunij
36 1604. *coram Litta.* Præsertim † concurrente obseruantia,
ac tot præsentationibus effectum sortitis, quæ negari non
possunt. Vndè fidem † assumunt scripturæ etiam informes 37
ac minus authenticæ, vt in terminis dixit Rota coram
Card. Seraph. *dec. 1232. num.* 3. coram Comitul. *dec. 127.*
num. 13. & seq. ac in recent. decis. 492. num. 3. & in alijs.

Neque subsistit, quod præsentatio Bonauenturæ fuerit
attentata, † vtpote facta post introductam litem in Rota 38
cum Villorado, ac exequutam inhibitionem Rotalem, quia
sola causæ commissio, vel citationis decretum † viuente 39
Villorado obtentum absque executione litem non † induxit, 40
vt latè firmatum fuit *in d. decis. Reuerendiss. D. mei Decani*
§. neque præfata lites &c. & in Comen. Iurispatr. 9. Iunij 1655.
coram me §. fin. executio verò, quæ prætenditur facta fuit,
(post † illius obitum) præter quod minus legitimè facta fuit, 41
non suffragatur ad litem inducendam cum persona defun-
cta in † cuius Iuribus petitur subrogari, *ex alleg.* per Add. 42
ad reg. 29. Cancell. editam à san. mem. Greg. XV. in verbis
collitigans alijsque relatis in decisione Reuerendiss. D. mei Decani §. nec vis fieri potest.

Lite autem non existente † frustrà attentata prætendun- 43
tur, Cassad. *dec. 6. sub num. 2. vers. ergo lis §. super reg. Cancell.* Rota *dec. 1. n. 2. 14. & seqq. par. 2. diuers. & in Ianuen.*
Pecuniaria, seu attentatorum 20. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. nam quo ad sequestrum, & in d. Comen. Iurisp. coram me in fin.

Iustificata igitur ex prædictis gratiâ Bonauenturæ non
† officit prouisio obtenta à Pompeo tanquam de deuoluto 44
iuxta Later. Statut. Concil.

Quoniam ex Instrumento relato *in Summ. Bonauentura*
num. 1. constat quod Ordinarius infra mensem à die vacationis per obitum Hieronymi della Torre contulit Canoni-
catum ad præsentationem † Capituli Martino Villorado, 45
vndè cùm vacatio fuerit consumpta, ac per consequens deuolutio cessauerit, obreptitia remansit eadem prouisio tan-
quam impetrata † sub falsa narratiua contrafacit veritatem, 46
vt in specie dixit Rota coram Put. *dec. 390. in princ. lib. 1. &*
dec. 267. num. 7. lib. 3. in correct. & in rec. dec. 569. num. 32.
cum seqq. par. 5. in Florentina Parochialis 26. Iunij 1647.
coram R. P. D. meo Cerro, & in Melcuitana Beneficij 25. Iunij
1649. coram R. P. D. meo Bichio §. minus obstat.

Nec releuat quod collatio † Villoradi fuerit nulla ex de- 47
fectu concursus requisiti etiam in Beneficijs Curatis de Iurepatronatus Ecclesiastico, iuxta dispositioné Sac. Conc. Trid.
sess. 24. de reformat. cap. 18. & constitut. san. mem. Pij V. in
33. *Bullar. nou. tom.* 2. Ideòque non consumpserit † vaca- 48
tionem nec deuolutionem impediuerit.

Tum quia Pompeus impetrauit Canonicatum, vt deuo-
lutum † ob non factum concursum, sed ob non factam 49
collationem iuxta Lateranen. Statuta Concilij, quo casu
substineri † non potest, nisi ex cap. vacationis narratæ, vt 50
dixit Rota *in Treuiren. Archidiaconatus 3. Iunij 1644. coram*
R. P. D. meo Cerro, & Regien. Beneficij 19. Ianuarij 1654.
coram R. P. D. meo Beuilaqua, etiam si in litteris fuerit ap-
posita clausula, *siue præmisso,* † *siue alio quouis modo va-* 51
cetur, nam illa non suffragatur, quando modus vacationis
dispositiuè positus vt in præsenti est omninò falsus, tunc
enim ne proprius † dolus impetranti opituletur tota gratia 52
corruit, & cum ea omnes clausulæ in † litteris insertæ eua- 53
nescunt, vt declarauit Rota penes Cassad. *dec. 5. de probat.*
Mohed. *dec. 17. eod. tit.* Put. *dec. 390. lib. 1. & dec. 267. sub*
n. 6. vers. non obstat clausulam l. 3. in correct. Cæsar. de Graff.
dec. 14. n. 6. & seqq. de probat. Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 8.*
n. 63. cum plurib. seqq. & in d. dec. Reuerendiss. D. mei Decani §. nec momenti.

Tùm quia obiecta S. C. ac Pianæ Constitutionis dispo-
sitio non † procedit in dignitatibus, & Canonicatibus ha- 54
bentibus Curam animarum annexam, siue in Collegiata
existant, in quibus non requiritur concursus, dumtaxat
† examen, & approbatio Episcopi, quæ hic præcessisse ap- 55
parent ex lectura Institutionis Villoradi *in Summ. Bonauentura relata sub num.* 1. vt pluties declarasse S. Congregationem eiusdem S. C. interpretum, referunt Garz. *de benef.*
par. 9. cap. 2. num. 181. & 195. Gonzal. *ad reg. 8. d. glos. 6. n.*
158. & seqq. Barbos. *de Episc. alleg. 60. n. 25. & 28. & seqq.*
& ad Concil. dicta sess. 24. cap. 18. n. 20. & fuit dictum *in Geranden. Capellania 27. Ian. 1645. coram R. P. D. meo Bichio*
§. quia necessitas &c.

Cessatque penitus difficultas ex reg. de annali, quæ in
regul. † Canc. editis per D. N. est in ordinatione la 35. dispo- 66
nente

nente non suffragari prouisionem Apostolicam obtentam
de tempore, quo idem beneficium pacificè per annum
possedit, nisi impetrans ipsum possessorem infrà sea men-
67 ses ad Iudicium euocauerit. † Quare cum constet Villo-
radum pacificè Canonicatum per annum possedisse, nec
doceatur Pompeum infrà sea menses ipsum ad Iudicium
euocasse profectò inefficaa remansit eius prouisio ea clara
dispositione *de reg. 8. mxt. tradit.* per Gomez. *ad re. de an-
nal. q. 8. cum seq.* Garz. *de benef. par. 6. cap. 2. n. 13.* Lotter.
de re benef. lib. 2. q. 52. nam. 69. & fuit dictum *in Mediola-
nen. Beneficiorum* 14. *Maij* 1655. *coram R.P.D. meo Celso,
in d. dec. Reuerendiss. D. mei Decani §. secundo vero.*
Et ita vtraque, &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Firmana Beneficij.

Veneris 24. *Martij* 1656.

ARGVMENTVM.

Fructuum liquidatio, licet sit res difficilis probationis, tamen constito in genere de eorum perceptione, tunc etiam coniecturæ admittuntur ad eorum liquidationem, litium expensæ aliæ sunt iudiciales, & aliæ extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quando sunt de sui natura fructifera, tunc à fructus possessore præsumuntur percepti.*
2 *Fructum perceptione probata, tunc cum eorum liquidatio licet sit difficilis probationis, coniecturis tamen probatur.*
3 *Quantitas fructuum perceptorum, probatur ex instrumento locationis.*
4 *Ex fructibus perceptis in superioribus annis, bene argui potest, quantitas percepta in sequentibus annis.*
5 *Testes deponentes de quantitate fructuum perceptorum, iuncto instrumento locationis, plenè probant dictam quantitatem.*
6 *Fides Officialis publici, deponentis de re ad suum officium pertinente plenè probat.*
7 *Fructuum liquidatio in minori quantitate Rota semper facere solet, & n. 8.*
9 *Litis expensa, alia sunt iudiciales, & alia extraiudiciales.*
10 *Iudiciales sunt citationes, registrum testium, commissiones, instrumenta.*
11 *Et ista probantur ex lista à Notario conficienda, & ista absque vlla diminutione sunt soluenda.*
12 *Litis expensa extraiudiciales sunt, mercedes Procuratoris, Aduocati, Sollicitatoris, & similium.*
13 *Rota non secundum rigorem iuris solet taxare litis expensas extraiudiciales.*

DECISIO CLIII.

SEntentiæ Beneficium controuersum Decio Acciarino
adiudicantes Reuerendissimum Episcopum Recana-
ten. in expensis in causa factis condemnant, nec non ad
restitutionem fructuum, quos ea bonis beneficij de sui
1 † natura fructiferi biennali possessione percepisse præsu-
mitur, Negus. *de pign. in 2. membro 3. par. num. 19. vers.
sed in hoc posset dubitari* Rota coram san. mem. Greg. *decis.
50. n. 2.* Caual. *dec. 586. n. 1. & in Aquisgranen. Canonicatus
22. May 1648. §. & licet coram R.P.D. meo Cerro, in Rolien.
Decanatus 1. Iulij eiusdem anni 1648. §. perceptio autem co-
ram Eminentiss. Card. Corrado.*
De quorum propterea liquidatione, & taxatione respe-
ctiuè cum hodie dubitarem, placuit DD. fructus liquidare
in rubris 20. frumenti annuis, quæ ascendunt ad valorem
scut. 240. pro toto biennio; Nam perceptione probata
2 † cum liquidatio tanquam difficilis probationis præsum-
ptionibus, & coniecturis contentetur Bald. *in l. 1. num. 22.
C. de fructib.* & litium expensis Surd. *cons. 292. n. 31.* Rota
coram Merl. *dec. 483. num. 1. & in Romana fideicommissi de
Marianis 4. Iunij 1646. §. hocque Forolinien. de pign. dec. 131.
num. 6.* sufficiens visa fuit resultare supradictæ quantitatis
probatio ea Instrumento locationis annis præcedentibus
factæ, † in quo conuenta fuit responsio, siue affictus in ru- 3
bris 20. pro quolibet anno, Rota *dec. 263. nam. 4. par. 7.
recent. & in Bonon. Pecuniaria, seu Dotis 18. Iunij 1649. co-
ram Reuerendissimo D. meo Decano §. ex quibus equidem,*
quia ex solito, & † consueto præcedentium annorum red- 4
ditu optimè arguitur ad fructus annis subsequentibus per-
ceptos Acchill. *dec. 22. nam. 3. de restit. spoliat.* Rota *in Ti-
burtina Castri S. Angeli 23. Ian. 1644. §. 1. coram R.P.D. meo
Peutingero, in Bonon. manutentionis 28. Iun. 1649. §. qua
veritas in fin. coram eodem, & in Bononien. Pecuniaria 10.
Iunij 1650. §. admissa vera coram Eminentiss. D. Card.
Otthobono.*
Concurrentibus præcipuè duobus testib. *in Summ. Decij
num. 1.* deponen. ea bonis Beneficij, de quo agitur fuisse
anno 1651. & 1652. ab Episcopo tunc temporis possessore
percepta in singulo anno rubra 20. frumenti, quæ deposi-
tio iuncta cum præfato † locationis Instrumento quantita- 5
tem fructuum plenè probant Rota coram Duran. *decis.
305. n. 3.* Merlin. *d. dec. 480. sub num. 5. vers. ex quibus testi-
bus, & in Sulmon. Beneficij 5. Iulij 1655. §. & quod ad pri-
mum coram me.*
Quod valor frumenti ad dicta scuta 240. in totum ascen-
dat ea eo patet, quia anno 1651. venditum fuit in Terra
S. Elpidij, in qua situm est Beneficium scutis septem quo-
libet rubro, vndè rubra 20. anni supradicti constituunt scut.
140. de anno verò 1652. rubra 20. valebat scut. 100. quia ad
rationem scutor. 5. in eodem loco venundabatur, vt de
valore vtriusque anni, vt supra expresso deponunt dicti
Testes, & patet ea partitis extractis ex libris publicis Com-
munitatis, & attestatione, & fide Priorum, & Præposi-
torum Annonæ d. Terræ S. Elpidij, quibus vti publicis
Officialibus, & † ad eorum officium spectante deponenti- 6
bus plena fides adhibenda est, Rota coram Seraph. *dec.
1245. num. 2.* Caual. *decis. 370. num. 3.* Add. ad Greg.
*dec. 214. Litt. B. vers. fides autem facta ab aliquo officia-
li, & in Gadicen. fructuum 4. Iulij 1646. §. non obstat
coram R. P. D. meo Meltio, & in Beneuentana Quartæ
2. Iunij 1651. §. pretium autem coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*
Et quamuis ea iisdem libris constet vsque ad diem 6. Au-
gusti anni 1652. frumentum fuisse venditum ad rationem
scut. 6. vndè in totidem † faciendam esse pro d. anno liqui- 7
dationem Decius contendebat, nihilominus, quia consi-
gnatio frumenti iuxtà legem conuentus erat facienda à Con-
ductore de mense Augusti poterat illa die vltima d. mensis
frumentum legitimè consignare, & ideò liquidatio est fa-
cienda ad rationem valoris reliquo tempore mensis Augusti
currentis, cum etiam in minori summa Rota † semper li- 8
quidationem facere soleat, Rota coram Seraph. *dec. 1399. per
tot. & in Bonon. liquidationis fructuum resoluta coram bo. me.
Merl. 30. Maij 1642. & cætera per R. P. D. meum Cerrum
§. sicque vers. ac demum.*
Expensas verò † bifariam DD. diuiserunt, & Iudiciales 9
in citationibus registro Testium examine, & Instrumen-
torum † extractione consistentes, quas appellant viuas iux- 10
tà listam à Notario conficiendam integrè, & absque vlla
† diminutione, aut taxa restituenda esse visum est iuxta di- 11
stinctionem Vestr. *in prax. lib. 8. cap. 2. n. 11. vers. sed de Iu-
dicialibus* Add. ad Buratt. *dec. 921. n. 12.* Rota *in Ostien. ex-
pensarum 5. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Celso, & in Ro-
mana expensarum 10. Decembris d. anni §. 1. coram Reue-
rendiss. D. meo Decano.*
Extraiudiciales autem consistentes in Sollicitatoris, Pro-
curatoris, & Aduocati mercede taxare placuit in scut. 10.
pro qualibet Instantia, iuxta † stylum Rotæ quæ in hoc iuris 13
scripti rigorem non sequitur Duran. *dec. 101. n. 3.* Add. ad
Buratt. *vbi supra n. 11.* Rota *in Maceraten. hæreditatis 24.
Ianuarij 1642. coram R.P.D. meo Bichio comprobata in omni-
bus in Romana liberationis à molestijs 3. Decemb. 1648. coram
Eminentiss. Card. Otthobono.*
Et ita altera tantùm parte informante, altera tamen plu-
ries citata resolutum fuit &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papień.

Aprutina Parochialis.

Veneris 24. Martij 1656.

ARGVMENTVM

Litteræ Apostolicæ ob earum reuerentiam habent executionem paratam, data earum iustificatione, non obstante quod causa fuerit commissa, arbitrio Rotæ. Litteræ Apostolicæ circa collationem beneficij ob negligentiam patronorum quando dicuntur iustificatæ. Aliqua circa Regulam Cancellariç de Triennali deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium dat facultatem aliquid relaxandi de rigore Iuris.*

2 *Arbitrium regulatur à iure, licet remittat de eius rigore.*

3 *Arbitrium tunc maximè regulatur à iure, dum emananit à Signatura Iustitiæ.*

4 *Signatura Iustitia non facit rescripta gratiosa.*
Signatura Iustitiæ non facit rescripta ab iuris ordine aberrantia, num. 4.

5 *Signatura Iustitia danda arbitrium Iudicibus, non censetur dare facultatem vt recedatur à recto iuris tramite.*

6 *Littera Apostolica de iure quando sunt iustificata, habent executionem paratam.*
Et hoc propter earum auctoritatem.

7 *Clausula, arbitrio Rota, non retardat executionem litterarum Apostolicarum, quando sunt iustificata.*

8 *Littera Apostolica circa collationem alicuius beneficij, quando dicantur iustificata.*

9 *Patronus laicus dum à die habita notitia vacationis intra quadrimestre ad beneficium præsentare neglexit fit deuolutio ad Papam.*

10 *Iuspatronatus si spectet ad Vniuersitatem non tenet, si fiat præsentatio ab vno ex ea tantum, & n. 11.*

12 *in Iuribus ad Vniuersitatem spectantibus, tamquam vnum corpus, omnes debent concurrere, vel saltem duæ partes.*

13 *Beneficiorum dismembratio inualida est, si fiat sine beneplacito Apostolica.*

14 *Præsentatio ad Iuspatronatus cum conditione dismembrationis beneficij, vti inualida, perinde est, ac si non esset facta.*
Præsentatio facta sub conditione, si non purificetur intra tempus datum ad præsentandum, perinde ac non esset facta, n. 14.

15 *Patronus laicus stante inualiditate præsentationis, potest alium præsentare.*

16 *Præsumptio cessat, dum constat de veritate.*

17 *Titulum meliorem, quem producens habere potuit censetur fuisse productum.*

18 *Negatiua alterius tituli, quando dicatur ex productione vnius tituli.*

19 *Præsentatio ad iuspatronatus quando est nulla, remanet quoque nulla institutio.*

20 *Actus censetur factus omni meliori modo.*

21 *Superior, quando respicit instantiam partis, non sustinetur actus alio modo factus de quo moda, qui fuit narratus.*

22 *Præsentatio ad iuspatronatus est principium, & fundamentum institutionis.*
Præsentatio si corruat, corruit quoque institutio secuta, num. 22.

23 *Reclamatio non operatur approbationem.*

24 *Possessor triennalis potest iuuari, Regula de Triennali.*

25 *Regula Cancellar. de Triennali, vt quis iuuetur, & impediat executionem litterarum Apostolicarum, quid sit probandum.*

26 *Possessio triennalis non potest dici pacifica, si constat de molestijs.*

27 *Confessione propria nulla maior probatio.*

28 *Regula Cancellaria de Triennali, vt sit locus an sufficiat, sola possessio triennalis iuris spiritualis.*

29 *Regula Cancellaria de Triennali non requirat vtramque possessionem spiritualem, & temporalem per triennium, & num. 30.*

31 *Molestia ad effectum regula de Triennali, si fuerint remota, an iuuant possessorem.*

32 *Possessor triennalis, vt iuuatur regula de Triennali perperam quando id prætendat.*

33 *Regula de Triennali, vt quis iuuetur, an attendantur molestia illata à Camera.*

34 *per Citationem, commissionem &c. interrumpitur præscriptio.*

35 *Præscriptionis naturali interruptione quilibet iuuari potest.*

36 *Ciuilis præscriptionis interruptio, prodest tantum agenti.*

37 *Beneficiatus, quando non possedit de beneficio, nec iura spiritualia, nec temporalia non poterit iuuari Regula Cancellariæ de Triennali.*
de Possessione alterius, quis iuuari non potest, numer. 37.

38 Rebuff. *de pacific. possessor. num. 188. quid firmet, declaratur.*

39 Rota *dec. 135. par. 3. diuers. quo casu loquatur.*

40 *Molestia, quando sunt super fructibus non impeditur regula Cancellar. de triennali poss.*
Quod tamen limita, nisi fuimus in actuali perceptione fructuum, quod regulam de Triennali interrumpit.

41 Butatt. *dec. 185. n. 6. declaratur.*

42 *Regula de Triennali suffragatur, quando non controuertitur titulus, possessio, vel fructuum perceptio.*

DECISIO CLIV.

DE Parochiali Ecclesia Præpositura nuncupata SS. Mariæ, & Pauli Castri Montis S. Poli Aprutineñ. Diœcesis de iurepatronatus Communitatis eiusdem Castri contendentibus Iosepho Gallo tanquam asserto præsentato à Priore dictæ Communitatis, & Acchille Pagliarono, qui de d. Parochiali tamquam ad Sedem Apostolicam deuoluta prouisus existit, emanauit sententia Rotalis super executione litterarum Apostolicarum, à qua commissa per Signaturam appellationis causa, cum clausula, partio litteris, arbitrio Rotæ ad formam huius rescripti, dubitaui, An intret arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apostolicarum, & Domini negatiuè responderunt.

Quia arbitrium licet det † facultatem aliquid remitten- 1
di de rigore iuris, Rota *dec. 450. num. 1. dec. 284. num. 5.*
dec. 587. num. 1. par. 2. rec. Regulatur nihilominus † à iure, 2
iuxta doctrin. Batt. *in extrauag. ad reprim. verbo videbitur*
num. 3. vers. tertio casu, & in l. fin. §. sed etsi num. 16. Cod.
comm. deleg. Cæs. de Graff. *dec. 8. num. 2. de sent. & re iud.*
Rota coram fan. mem. Greg. XV. *dec. 139. num. 3. versic.*
quod arbitrium, in recent. d. dec. 450. num. 1. & decis. 669.
num. 1. par. 2. eoque magis id procedit, quando prout † hic, 3
versamur in arbitrio contento in commissione emanata à
Signatura Iustitiæ, quæ cum non faciat † rescripta gra- 4
tiosa, & ab iuris ordine aberrantia, Rota *in recen. decis.*
788. num. 1. in fine par. 1. tantò minùs censeri debet per d.
arbitrium data facultas recedendi † à recto Iuris ordine, 5
Add. ad Greg. *d. dec. 189. n. 8. litt. B.*

De iure autem non est, vt litteræ Apostolicæ † postquam 6
sunt iustificatæ propter earum auctoritatem, & reuerentiam paratam habeant executionem ad instar, *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. cap. si capienlo il 5. vbi glos. in verbo exequatur de concess. praben. in 6.* Rota coram Caual. *dec. 148. num. 1. in recent. dec. 27. num. 1. & dec. 187. num. 1. vers. quia illarum iniustitia par. 6. in Nazarena, seu Montis Viridis Beneficij 24. Aprilis 1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Auellina Canonicatus 27. Martij 1651. coram R. P. D. meo Cerro,* & in terminis clausulæ, arbitrio Rotæ,
quod illa † non retardat executionem litterarum, quan- 7
do sunt iustificatæ, dixit Rota coram fan. mem. Greg. XV.
dec.

dec. 221. *num.* 1. coram Dunano *dec.* 385. *num.* 1. *&* 2.
& dec. 348. *num.* 1. *par.* 5.

Iustificatio in proposito casu circa expressionem in lit-
8 teris factam de qualitate † beneficij, illiusque vacatione,
atque valore, nec non circa habilitatem Pagliaroni prouisi
Apostolici non potest controuerti cùm probetur 7. Iunij
1655. in princ.

Narrata verò deuolutio controuersæ Parochialis ex ne-
glecta patronorum præsentatione infra legitimum tempus,
& ipsa probata remanet ex eo, quod Communitas patro-
9 na intra quadrimestre à die habitæ † notitiæ vacationis in
publico consilio, prout requiritur, præsentare neglexit,
glos. in *cap. aliud*, §. *refertum*, *ff. de reg. iur.* Corn. *cons.* 242.
n. 13. *in princ. lib.* 4. Rota *in rec. dec.* 295. *n.* 6. *par.* 6. *& decis.*
82. *n.* 2. *cum duob. seqq. par.* 7.

10 Neque deuolutionem impedit † præsentatio sub die 19.
Maij 1650. de persona Iosephi Galli; tum quia apparet fa-
11 cta † ab vno tantùm ex Consiliarijs prædictæ Communi-
tatis, & ita nulliter, & inualidè, cùm in iuribus ad vni-
12 uersitatem tamquam vnum corpus † spectet, omnes, vel
saltem duæ partes ex tribus illam constituere, insimul con-
uenire, atque actum præsentationis explicare teneantur,
Io. Andr. *in cap.* 5. *de iurepatr.* Lap. *allegat.* 68. *sub num.* 3.
vers. nam si tamquam ad vniuersitatem, Garz. *de benefic.*
par. 10. *cap.* 3. *sub num.* 13. *vers. & idem decisum est*, Mo-
dern. Pisan. *de iurepatr. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 15. Rota *in
Aquilana Iurispatronatus* 4. *Iunij* 1646. §. 2. *tollitur coram
Eminentissimo Card. Corrado.*

Tum quia d. præsentatio, siue nominatio legitur facta
sub ea conditione, quod fructus huius Parochialis dis-
membrarentur, fierentque ex illis quinque partes, qua-
rum duæ spectarent ad Parochum, aliæ verò tres essent
pro tribus Capellanis, qui tenerentur Parochum in cura
animarum, & Sacramentorum administratione coadiuua-
13 re, quodque talis dismembratio † beneplacito Apostolico
dismembrari deberent, aliàs præsentatio pro non facta ha-
beretur, cùm igitur huiusmodi conditio intra quadrime-
14 stre purificata non fuerit, præsentatio † corruit, intrat-
que deuolutio, ad firmata per Lambert. *de iurepatr. lib.* 2.
par. 2. *q.* 3. *art.* 9. *num.* 2. *& per tot. fol.* 775. Garz. *de benef.*
par. 8. *cap.* 2. *num.* 3. & in terminis præsentationis sub con-
ditione reseruationis beneplaciti Apostolici, idem Garz.
ibidem num. 11. Modern. Pisan. *de iurepatr. lib.* 8. *cap.* 6. *n.*
24. qui firmat id procedere etiam in patrono ecclesiastico, &
dixit Rota *in Placentina Capellania* 16. *Maij* 1616. *coram
bo. me. Coccino.*

Neque releuat, quod admissa etiam inualiditate d. præ-
15 sentationis, ex quo † præsentatio in patronis laicis est actus
reiterabilis, adhuc potuit Gallus iterùm validè præsentari
à Communitate, vndè non resultat necessaria, atque
concludens deuolutionis probatio, obiectum enim huius-
16 modi corruit ex † productione prædictæ præsentationis in
actis facta, qua stante excluditur quæcumque alterius
validæ præsentationis præsumptio, cùm censeatur Gal-
lum produxisse meliorem titulum, quem habere potuit,
17 Rota *in rec. dec.* 118. *num.* 1. *& dec.* 94. *num.* 36. *par.* 6. Vl-
tra quod dum ex processu facto coram Ordinario Apruti-
no super institutione huius Parochialis fauore Galli nulla
alia legitur præsentatio, quàm illa facta à dicto Priore, &
18 in vim illius fuit d. Gallus institutus, vtique satis inde † pro-
bata dicitur negatiua alterius præsentationis, Rota *in re-
cent. dec.* 631. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 445. *num.* 4. *par.* 2.
cum alijs cumulat. per Add. ad san. mem. Gregor. XV.
dec. 416. *num.* 8.

Non etiam refragari visum fuit per replicatum obie-
ctum, vt ex eo, quod Communitas habita notitia vaca-
tionis beneficij, & institutionis per Ordinarium factæ fa-
19 uore Galli illi non contradixerit, † censeatur eam approbas-
se, sicque prædicta deuolutio euitatur, ad trad. per Paris.
de resign. lib. 10. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 56. *n.* 79.
Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 232. quia Domini transie-
runt cum responsione iam data in secunda decisione huius
causæ *sub* §. *Sed id*, quod scilicet obiectum huiusmodi lo-
cum sibi vindicet in casu, in quo Episcopus confert iure
suo ordinario, absque vlla patronorum præsentatione,
nàm tunc conferens vtitur iure suo, & patronus potest,
si vult, dissentire, & euacuare vires collationis, ideòque
omittendo contradictione remanet collatio valida, secùs
autem est quando, prout hic, institutio fundatur super
præsentatione, nam tali casu si præsentatio est, nulla

pariter redditur, vt declarat Lambert. *de iurepatr. lib.* 2.
par. 2. *q.* 3. *art.* 4. *num.* 2. *fol.* 493. & Rota *dec.* 1. *de instit.
& antiq.*

Neque subsistit † prætensio illa, quod Episcopus censea- 20
tur omni meliori modo contulisse, quia non contulit, sed
instituit, & quidem ad præsentationem Communitatis,
vnde non potest nunc trahi ad modum diuersum, & re-
gulare est, quod quando superior respicit † instantiam par- 21
tis non substineatur actus alio modo gestus, Cassad. *dec.* 7.
num. 5. & cùm præsentatus sit principium, atque fundamen-
tum institutionis, inde fit vt data illius nullitate, † & sic su- 22
blato fundamento, corruat etiam ipsa institutio, Lambert. *d.
lib.* 2. *par.* 3. *q.* 7. *art.* 4. *num.* 2. *ad fin.*

Præterea obiectum huiusmodi tollitur etiam ex facto,
nam Vniuersitas patrona habita certa notitia de institutio-
ne per Ordinarium factæ fauore Galli ad totam Parochialem,
& ita contra formam suæ resolutionis, quæ erat vt Gallus
duas tantùm ex quinque † partibus possideret, statim re- 23
clamauit.

Denique frustrà conatur Gallus se tueri regulæ de Trien-
nali ad † impediendam executionem litterarum Apostoli- 24
carum, quia non solùm non iustificat se triennalem pacifi-
cum possessorem, prout ad hunc effectum † concludentis- 25
simè probandum esset, sed imò totum contrarium appa-
ret ex molestijs ipsi illatis à Reuerendissimo Cameræ The-
saurario † tam super maiori parte fructuum temporalium, 26
quàm etiam iurium spiritualium controuersæ Parochialis,
ad quæ exercenda fuerunt deputati tres Capellani ad for-
mam resolutionis Communitatis, vt ex iuribus relatis in
Summario eiusdem Communitatis *num.* 4. *&* 5. iuncta
confessione † Galli emanata in concordia inita cum Ca- 27
mera, qua nulla maior probatio, *l. cum te*, *Cod. de tran-
sact. cum vulgat.* & ita Gallus nullo modo dici potest pacifi-
cus possessor. Nam siue attendatur opinio † eorum, qui 28
tenent ad effectum dictæ regulæ de triennali sufficere so-
lam possessionem iuris spiritualis, glos. *in cap. commissa*, *&
cap. licet canon. de elect. in* 6. Card. *in Clem.* 2. §. *illi vero n.* 9.
de statu & qualitate, Rebuff. *de pacif. poss. num.* 212. siue
aliorum firmantium ad effectum pacificæ possessionis † re- 29
quiri copulatiuè cum possessione iurium spiritualium, quam
opinionem sequuti fuerunt Imol. *in Clem. gratia de rescript.*
Mandos. *ad reg.* 16. *Cancell. q.* 25. *num.* 2. *&* 3. *& q.* 26. *per
tot*, *& præsertim sub n.* 4. Sanch *respons. moral. lib.* 2. *cap.* 2.
dub. 7. *num.* 10. vtraque opinio est proposito casui applica-
bilis, quia super vtroque iure tam spirituali, quàm tempo-
rali controuersæ Parochialis † patet illatas fuisse molestias 30
Gallo.

Neque releuat, quod dd. molestiæ de tempore, quo
Aechilles Parochialem † impetrauit, remotæ prætendan- 31
tur, quia cessatio molestiarum operatur quidem, vt quis
possit nouum tempus incipere, non autem, vt pro tem-
pore, quo molestiæ † durarunt pacificus possessor dici 32
possit, Gomez. *ad reg. trien. q.* 22. *num.* 4. *vers. si per ali-
quem.*

Minùs refragatur, quod Aechilles ad effectum interpo-
nendi cursum † regulæ de triennali iuuari non possit mole- 33
stijs à Camera illatis, nam quidquid sit quando versamur
in interruptione per actus merè ciuiles, prout est citatio,
contestatio litis, & similia, quo casu obiectum procedere
fortasse potest, contrarium dicendum est, prout hic agi-
tur † de interruptione naturali per impedimentum actua- 34
liter præstitum perceptioni fructuum, nam tunc potest qui-
libet de dictis molestijs excipere, illisque vti ad excluden-
dam regulam de triennali, & ita benè distinguendo inter
vtramque speciem molestiarum, tradit Gomes. *ad reg. de
triennal. q.* 22. *num.* 4. *vers. & ideo* Cocchier. *super ead. regul.
num.* 13. *lit. N. ad med.* & ratio † est, quia quilibet potest 35
iuuari naturali interruptione præscriptionis, *l. naturaliter*,
ff. de vsucap. ciuilis † autem prodest tantùm agenti, *l. cum* 36
notissimi, *sed et si quis*, *C. de præscript.* 30. *ann. cum alijs cu-
mulat. in prima decisione huius causæ* §. *final.* At fortius, &
sine vlla difficultate conclusio huiusmodi hic procedit, dum
non versamur in terminis simplicium molestiarum; sed in
actuali Cameræ possessione pro tribus ex quinque partibus
controuersi beneficij, quare patet quod Gallus non posse-
dit † spiritualia, nec temporalia pro maiori parte, & con- 37
sequenter ad eum excludendum à beneficio dictæ regulæ de
triennali rectè de alterius possessione excipi potest, iuxta
doctr. Bart. *in lib.* 1. §. *quod ait prætor*, *ff. vt possidetis*, Rota
dec. 63. *n.* 3. *par.* 1. *rec.*

Hinc

Hioc colligitur doctrinas allegatas pro parte Galli non
38 applicari, nàm Rebuff. *de pacif. possess. num.* 168. firmat
sufficere si possideat maiorem partem fructuum, & ita sa-
net potiùs Acchilli, cùm Gallus non possederit nisi duas ex
quinque partibus Parochialis.
39 Decisio 1235. † *par. 3. diuers.* loquitur in casu molestiæ
super fructibus, quæ non impedit regulam Put. *dec.* 318.
40 *num.* 2. *lib.* 2. At hic sumus in impedimento actualis † per-
ceptionis fructuum, quod regulam interrumpit, vt firmauit
Rota coram eodem Puteo *dec.* 317. *num.* 1. *lib.* 1.
41 Sic etiam decisio Buratti † 185. *num.* 6. non refragatur.
Imò potiùs suffragatur, cùm ibi regulam non fuisse in-
terruptam deducatur ex eo, quod non controuertebatur
42 titulus, possessio, † vel fructuum perceptio, quæ om-
nia in hoc casu impugnantur.
Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Veneris 24. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis eneruata remanet magna vi viæ executiuæ, quando vulnerata remansit, verum tamen est tunc non remanere peremptum creditum, sed agi potest via ordinaria. Plura deducuntur circa cessionem iurium, & dationis in solutum.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis quando fuit vulnerata, agi non potest amplius via executiua.*
2 *Obligatio Cameralis licet sit vulnerata, agi tamen potest via ordinaria.*
3 *Creditum non tollitur, licet sit vulnerata obligatio Cameralis.*
Executiua via sublata, potest agi alio iudicio ordinario, num. 3.
4 *Transactiones initæ inter partes sunt seruandæ.*
5 *Debitum quando possit dici solutum.*
6 *Debita possunt dici extincta stante datione in solutum, cum amplissima quietantia creditoris.*
7 *Debitum tunc dicitur extinctum per dationem in solutum, quando realiter fuit res tradita.*
Et quid stante clausula, constituti, n. 7.
Iurium traditio est res incorporalis.
Iurium cessio non operatur veram, & realem cessionem, num. 8.
9 *in Incorporalibus idem operatur cessio, quàm ipsa traditio in corporalibus.*
10 *Datio in solutum, quando dicatur à principio nulla.*
11 *Datio in solutum remanet inualida, dum primæua actiones remanent integræ, & illæsæ.*
12 *de Iure cedentis, quando non constat, tunc inualida remanet omnis cessio.*
13 *Cessio iurium non potest dici nulla, & sine effectu, dum eorum dominium cedens iustificauit.*
14 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
15 *Scientia certa alicuius ex quo arguatur.*
16 *Cedens ius alicui, quando non possit argui, nec de dolo, nec de culpa.*
17 *Nomina debitoris cessa, loco solutionis habentur, dum creditor eorum cessione contentatur.*
Vnde periculum eorum spectabit ad ipsum creditorem.
18 *Nomen debitoris, & creditum cedens alicui, tale quale est, quid importet talis cessio.*
19 *Debitum cedens alicui tale quale est, tenetur probare illud fuisse verum de tempore cessionis, non autem quod sit soluendo.*
20 *Iura cedens talia qualia, talis cessio operatur, vt sic cedens non teneatur ostendere eorum se creditorem, nec iura bona, & vera facere.*
21 *Cessionarij ad nihil facere tenentur ad fauorem cedentium.*
22 *Debitoris nomen quando ceditur alicui, de eo tempore debet constare, quod sit verum, & reale, ac nulli alij fuisse cessum.*
23 *Solutio tollit obligationem.*
24 *Cessionario quando res cessa fuit euicta, competit contra cedentem actio ex empto, siue de euictione.*
25 *Pecuniæ acceptæ cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, habentur pro extantibus, & non consumptis.*

DECISIO CLV.

ALias sub die 5. Iulij 1655. in hac causa censuit non esse
relaxandum mandatum à Cattaneo contra Campio-
num petitum pro restitutione pecuniarium ex effectibus
Pauiæ communis debitoris exactarum sub obligatione de
restituendo prioribus, & potioribus creditoribus ea ratio-
ne, quia Campionus antecedenter ab eodem Cattaneo
coram A. C. pro hac ipsa pecuniarum restitutione conuen-
tus fuit à petitis † diffinitiua sententia absolutus, ob quam 1
vulnerata remansit obligatio Cameralis, adeout illius vi-
gore ampliùs executiuè agi non potuit, *iuxta auctoritates*
in decisione allegatas §. siquidem. Cui resolutioni Cattaneus
acquieuit, sed quia vulnerata via executiua adhuc remanet
actori † via agendi in iudicio ordinario vigore eorundem 2
iurium, quæ ante prolatam sententiam paratam habebant
executionem, cum iura, & creditum non tollantur † impe- 3
dita, vel alio modo sublata via executiua, vt scribit Put. de
Canat. *de execut. instr. q. 56. n. 95.* quem refert Modern. Ro- 3
man. *de commerc. & camb. §. 7. gloss. 7. n. 1. 2. & 3. sub n. 4.*
Ideò eodem Cattaneo instante ad restitutionem pecuniarũ,
itaut in hac parte sit standum, vel recedendum à decisis, &
Domini teneri responderunt, moti ex eo, quod de credito,
quod ille à Pauia consequi debebat iam apparebat satisfactus;
† fuit enim inter ipsos vsque de anno 1650. inita transa- 4
ctio, in qua præuia computorum solidatione Pauia asserens
se Eminentissimi Domini Cardinalis Barberini creditorem
in summa scut. 962. hoc sui debitoris nomen in causam,
& † extinctionem dicti sui debiti Campiono præsenti, & 5
acceptanti cessit, & in solutum dedit, ac inuicem de omni-
bus, & quibuscumque vsque tunc habitis, & receptis am-
plissimè quietauit per quam assignationem, & acceptatio-
nem in solutum † dicti nominis Pauia liberatus remansit, 6
& extinctum debitum, *l. eleganter 24. in princ. ff. de pig. act.*
l. si prædium 4. C. de euict. Surd. *cons. 145. num. 14. & seq.*
Iacob. Cancer. *var. resol. lib. 1. cap. 6. de solut. num. 189.*
Modern. Mantuan. *controu. forens. 204. num. 27. & 374.*
num. 13. & 14. Rota coram bon. mem. Buratto *dec. 889.*
num. 1. post Pacif. *de saluian. interdict. dec. 209. num. 2. &*
in recent. dec. 278. n. 21. par. 5.
Non obstat si dicatur, quod per huiusmodi assignatio-
nem non resultat † debiti extinctio, dum non fuit ad ve- 7
ram, & realem traditionem deuentum, sed mediante
clausula, *constituti*, adiecta in Instrumento, quæ possessio-
nem rei in solutum datæ per modum fictum solummodo
transfert, *l. quod meo 18. ff. de acq. poss. l. quadam mulier 76.*
ff. de rei vindic. Alexan. *cons. 29. num. 7. lib. 2.* cum alijs per
Modern. *de manut. obseruat. 20. num. 11.* & Rota *in Auenio-*
nen. Saluiani 10. Martij 1649. §. fin. & 20. eiusdem mensis
1650. §. extinctio, vers. manusque carum R. P. D. meo Bichio.
Quia cùm simus in cessione iurium incorporalium, quale
† est nomen debitoris, cessio habeatur loco veræ & realis 8
traditionis, Alexan. *cons. 122. num. 10. lib. 2.* Surd. *d. cons.*
145. num. 38. Rota coram Card. Caual. *decis. 319. num. 5. &*
in recent. decis. 764. num. 6. par. 2. & dec. 284. pariter n. 2.
par. 5. Et ratio ea est, quia in incorporalibus eundem † ef- 9
fectum operatur cessio, quàm vera traditio in corporalibus,
Bartol. *in leg. 1. num. 8. Cod. de act. & oblig.* Ias. *in l. si sic le-*
gatum n. 8. §. si quis ita, ff. de legat. 1. Dec. *cons. 446. n. 5.* &
Pacif. *de saluian. inspect. 3. cap. 2. n. 222.* Rota *dec. 299. n. 3.*
& 614. n. 3. par. 1. recent.
Nec visum fuit subsistere, quod datio in solutum fuerit
† à principio nulla, ex quo D. Cardinalis pulsatus coram 10
A. C. ad soluendam summam à Pauia in concordia expres-
sam, & Campiono cessam, fuerit absolutus, & proindè ces-
sio esse de effectu substantiæ haberi debet, ac si facta † nec 11
fuisset, nec per eam extinctum Campioni creditum, sed
pri-

primæuæ eius actiones integræ, & illæſæ remanſerunt,
l. ſi quis antea 10. §. *ſi quis de acq. poſſ.* Mangil. *de ſubhaſt.* q. 49.
num. 2. & 6. Poſth. *eod. tract. inſpect.* 63. *num.* 21. Rota *dec.*
278. *num.* 21. *par.* 5. *recent.* Etenim prædicta locum habere
poſſunt vbi non conſtat de aliquo iure cedentis; Tunc
12 enim ceſſio † nulla eſt, & nihil operatur, Bart. *in l. ſi ſic*
legatum num. 8. §. 1. *ff. de legat.* 1. Alex. *conſ.* 187. *n.* 5. *lib.* 2.
Surd. *conſ.* 22. *num.* 1. Gratian. *controu.* 181. *num.* 4. In con-
tingenti autem caſu ſecùs putarunt Domini; quia de tem-
pore ceſſionis oomen debitoris proculdubio erat verum,
& reale cum D. Cardinalis per publicum inſtrumentum, &
ſic efficaciter erat obligatus erga Pauiam cedentem, hoc-
13 que ſufficit, vt ceſſio non † dicatur nulla, & ſine effectu,
cùm cedens teneatur tantùm præſtare ſe eſſe creditorem
nominis debitoris ceſſi, & bonum de iure hoc eſt, quod ſi
ei obligatus abſque eo quod de facto ſit ſoluendo, *l. ſi no-*
men 4. *cum l. ſequenti ff. de hered. vel act. vendit.* Alex. *conſ.*
242. *num.* 3. *lib.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 501. *n.* 22.
Cyriac. *contr.* 225. *n.* 7. & 8. & 375. *n.* 12. Cancer. *loco ſupra*
citato num. 193. Maſtrill. *dec.* 240. *n.* 9. Add. ad ſan. mem.
Greg. XV. *dec.* 579. *in fin.*

Nec facit, quod per conditionem adiectam obligationi D.
Cardinalis liquidandi eius credita contractus eſſet reſolu-
tioni obnoxius, & inde ceſſet realitas crediti ibi firmati ad
fauorem Pauiæ; nàm tempore ceſſionis, & dationis in ſo-
lutum non erat reſolutus. Quia D. Cardinalis oondum li-
quidauerat ſua credita, minuſque obtenta compenſatio,
quia tam hæc, quàm liquidatio longè poſtea geſtæ ſunt.
Cùmque antedicta conditio non ignoraretur à Campiono,
eo quod in datione in ſolutum fuit habita expreſſa relatio
ad inſtrumentum obligationis D. Cardinalis inter ipſum,
& Pauiam celebratum, ibi, *come per inſtromento per gli atti*
del Simoncelli ſotto li 4. *Settembre* 1649. *al quale*, &c. per
quam relationem habentur pro expreſſis, in ceſſione quæ
14 in præfato inſtrumento relato † continentur, *l. ait præ-*
tor, §. 1. vbi Bart. *ff. de rei vindic. l. inſtitutionis talis* 10. *ff.*
15 *de cond. inſtit.* Surd. *conſ.* 200. *num.* 12. & inde certa † Cam-
pioni ſcientia reſultat, *l. Theopompus* 15. *ff. de dote prælega-*
ta, Ruin. *conſ.* 29. *num.* 5. *lib.* 2. Bero. *conſ.* 110. *num.* 58.
lib. 2. Rota coram Card. Seraph. *dec.* 1496. *num.* 3. & *in re-*
cent. dec. 504. *num.* 5. *par.* 3. & *dec.* 432. *num.* 7. *par.* 8. &
in Romana Domus, *ſeu apothecarum* 8. *Iunij* 1654. §. *ſcien-*
tia verò, & 25. *Iunij* 1655. *ſub* §. 1. *coram R. P. D. meo Bichio*
confirmata 7. *Februarij præteriti coram me*. Sequitur, quod
acceptando Campionus io ſolutum d. debitoris nomen eo
modo, & forma quo erat Cardinalis obligatus non valet
16 † de dolo, & culpa redarguere Proſperum Pauiam ceden-
tem, ſi idem D. Cardinalis liquidato, deinde credito com-
penſationem oppoſuit, & fuit per ſenteutiam abſolutus,
dom optimè ſciebat, & ſcire poterat, quod ex forma con-
ditionis id poterat euenire, hoc enim caſu cenſetur con-
tentaſſe huiuſmodi nominis debitoris ceſſionem, illaque
17 loco ſolutionis habetur, & periculum † contingens poſtea
ſpectat ad Cardinalem, qui illud ita in ſolotum acceptauit,
l. pupilli 96. §. *ſoror*, *ff. de ſolut. l. inter cauſas*, §. *abeſſe*, *ff.*
mand. l. delegare 11. & *ibi gloſſ. vlt. ff. de nouat.* Surd. *conſ.*
145. *num.* 20. 21. & 28. *verſ. non etiam*, & *num.* 29. Becc.
conſ. 105. *num.* 35. Dec. *conſ.* 99. *num.* 4. Cancer. vbi ſupra
num. 189. Mangil. *de euict.* q. 78. *num.* 24. Gratian. *diſcept.*
64. *num.* 30. Rota coram Durano *dec.* 266. *ſub n.* 17. *verſ.*
alia verè ceſſio.

Præterea animaduerſum fuit, quod Pania hoc ſui debi-
18 toris † nomen, & creditum ceſſit pro tale quale erat, nec
ad illius manuteotionem teneri voluit, & licet taliter, ille
paciſcens adhuc adſtrictus dici poſſit ad præſtandum debi-
torem verum tempore ceſſionis, non autem quod eſſet ſol-
uendo, *ad text. in l. ſi plus* 74. *in fin.* ibi, *qui nomen quale*
19 *fuit vendidit dumtaxat*, *vt* † *ſit non exigi* &c. præſtare te-
neatur, *ff. de euict.* Mangil. *de euict.* q. 79. *num.* 7. *cum alijs*
20 *ſuperius adductis*. Quicqnid † dici poſſet in caſu ceſſionis
iurium talium qualium, quæ importat, vt ſic cedens non
teneatur oſtendere ſe creditorem, nec intra bona, & vera
21 facere, & ſic qui nihil habet, ad nihil adſtringi poteſt † fa-
uore ceſſionarij, *l. quod ſi vendit.* 10. *ff. de hered. vel act.*
vend. Alex. *conſ.* 27. *n.* 4. *lib.* 2. & *conſ.* 93. *n.* 2. *lib.* 4. *alijſque*
adductis in Romana Cambiorum 26. *Martij* 1640. §. & *hic in-*
tellectus, & 18. *Iunij eiuſdem anni ſub* §. *quæ omnia coram*
R. P. D. meo Cerro.

Attamen tempore, qoo nomen debitoris fuit in ſolu-
22 tum datum verum † & reale extabat, nullique alteri ceſ-
ſum, nec à cedente exactum, quod ſolùm Paoia promi-
ſerat, ibi, *Non volendo eſſer tenuto ad altro che à man-*
tenerli queſto credito tale quale, promettendo non hauerlo ce-
duto ad altri, nè eſatto. Deducta autem exactio ex com-
penſatione, deinde à Cardinali obtenta non infringit præ-
cedentem ceſſiooem fauore Campioni factam, nec ei ſuf-
fragatur ad effectum, de quo agitur, dum tunc temporis
qualitatem nomioisceſſi benè ſciebat, illudque licet incer-
ta eſſe ſumma pro idoneo habuit; vndè fit, vt habendum
ſit, ac ſi debitum eſſet verè ſolutum, aut tractu tempo-
ris deterioratum cedat † damno ceſſionarij, *l. vbi autem* 23
75. §. *illud ff. de verb. oblig.* & præter ſupra citatos probant
Surd. *in d. conſ.* 145. *num.* 14. & 15. Franch. *dec.* 108. *n.* 3.
Modern. *de cenſ.* q. 72. *ſub n.* 23. *verſ. limita* 2. Rota coram
bon. mem. Merlin. *dec.* 639. *n.* 4.

Nec ad rem pertinet, quod poſtremò objjciebatur. Pa-
uiam duplicatum pretium eiuſdem rei conſequutum fuiſſe,
quia cùm eodem credito ceſſo fuiſſet ſatisfactus Campio-
ous, & D. Cardinalis, quoniam Cattaneo concreditori
ſufficit, quod d. Campioni creditum per dictam dationem
in ſolutum omninò extinctum fuerit, illiuſque primæuas
actiones. Eſto quod ei competat † vtilis actio ex empto, 24
ſiue de euictione pecuniarum contra cedentem, *l. elegan-*
ter, *ff. de pignor. act. l. reſcriptum*, §. *primo*, *ff. de diſtract.*
pign. Surd. *in ſæpè citato conſil.* 145. *num.* 32. & *dec.* 266. *per*
tot. & *præcipuè num.* 6. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 2. *à*
num. 14. & *ſeq.* Cyriac. *controu.* 500. *num.* 12. Mangil.
de euict. q. 45. *num.* 5. & *ſeq.* & *de ſubhaſtat.* q. 175. *num.* 2.
Poſth. *d. tract. obſeru.* 65. *num.* 23. Rota *dec.* 337. *num.* 27.
par. 5. *recent.*

Atque ex his concluſum fuit à deciſiooe edita in hac par-
te eſſe recedendum, & Campionum condemnandum ad
dictam reſtitutionem pecuniarum, qoas exegit ſub obliga-
tione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus
Pauiæ, & pro quo Cattaneus fideiuſſit in Inſtrumento cam-
bij ſucceſſiuè etiam ſoluti reportata ceſſione iurium cum
† effectus d. obligationis ſit, vt pecuniæ receptæ habean- 25
tur pro extantibus, & poſſint à creditoribus vindicari,
l. ſolum, *ff. de rei vind.* Caſtr. *conſ.* 286. *in princ. lib.* 1.
Gratian. *diſcept. forenſ.* 301. *n.* 1. Pacif. de Salnian. *inſpect.* 2.
cap. 2. *num.* 242. Franch. *dec.* 75. *n.* 9. & *dec.* 200. *n.* 4. Rota
apud Modern. de cenſ. dec. 384. *n.* 5. & 6.

Vtraque parte, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Poſteà Epiſcopo Papieñ.

Maioriceñ. Canonicatus.

Lunæ 27. *Martij* 1656.

A R G V M E N T V M

Pertinentia electionis, ſeu collationis Canoni-
catuum Eccleſiæ Cathedralis eſt ſimultanea in-
ter Epiſcopum, & Capitulum, & qualiter
Canonici tradere eorum votum teneatur, &
alia circa hanc materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Littera Apoſtolica, quando in omnibus ſunt iuſtificata, de Iure habent executionem paratam.*
2 *Iuſtificatio eorum, quæ non controuertuntur, non eſt facienda.*
3 *Teſtes valorem beneficij per non exceſſum probant, dum deponunt de publica voce, & fama.*
4 *Epiſcopus habet ſimultaneam vocem, vnà cum Capitulo, in collatione Canonicatuum Cathedralis Eccleſia.*
5 *Alternatiuè, quando aliquid narratur, ſufficit vnam partem iuſtificare.*
6 *Inſtrumentum publicum facit rem claram, & apertam.*
7 *Vocem maiorem, quod quis habuerit in electione, ex quo dicatur.*
8 *Votum Canonicorum circa electionem aliorum Canonicorum non debet tradi conditionaliter.*
9 *Votum Canonicorum, non debet tradi per ſchedulam ante Capitulum.*

10 *Vo-*

10 *Votum Episcopi in electione Canonicorum Cathedralium ponderosius esse debet.*
Imò duobus votis æquipollere præsupponitur, numero 10.
11 *Electus ab Episcopo, & Canonicis, ad Canonicatus Cathedralis, quando dicatur à medietate, vel à maiori parte.*
12 *in Canonicorum electione, quando non dicatur seruata forma cap. penult. § fin. de elect.*
13 *Iudicium pro vtraque parte debet esse æquum.*
14 *vota Canonicorum in electione aliorum Canonicorum Cathedralium, sunt danda non vti singuli, sed vti vniuersi, & n. 15.*
16 *Et quatenus tradantur vti singuli d. vota non connumerantur, neque numerum augere possunt.*
17 *Episcopi votum circa electionem Canonicatuum alijs præponderare debet, & duobus votis æquipollet, & quando id sit verum, n. 18.*
19 *Episcopus, quando tradit votum in electione Canonicatus, vt Canonicus habet tantum vnam vocem prout alij Canonici.*
20 *Canonicus, quando non possit dici electus à maiori parte Capituli.*
21 *Pars minor à maiori absorbetur, nec est considerabilis, dum cum maiori concurrit.*
22 *Hostiensis opinio reprobatur.*
23 *Capituli maior pars dum dissentit, totum Capitulum dicitur dissentire.*
24 *Possessio per Capitulum tradita nouo Canonico habet vim electionis siue collationis.*
Verum ista opinio controuersa est.
25 *Canonicatus possessio tradita à Capitulo non tenet, si contradicat maior pars Capituli.*
26 *Contradictione stante remouetur omnis consensus.*
27 *Consuetudo non releuat, nisi ea probata existat.*
28 *Attestatio eius, de cuius interesse agitur, non attenditur.*
29 *Attestatio non iuuat stante contraria attestatione, cum vna tollat fidem alteri.*
30 *Testes examinati lite pendente, & sine citatione partis non releuant.*
31 *Testes deponentes super consuetudine, debent docere de diuturnitate temporis, & actuum frequentia.*
32 *Testes deponentes super consuetudine, quando nullum gradum probationis faciant.*
33 *Electio ad Canonicatum facta à maiori parte Capituli, quando dicatur iustificata.*
34 *Canonicatum dicitur vacare per assecutionem secundi incompatibilis.*
35 *Canonicatus dicitur vacare stante inualiditate electionis.*

DECISIO CLVI.

CVm de mense Septembris 1652. vacassent in Ecc. Maioricen. Canonicatus, & Præbenda per obitum Hieronymi Vallperga illorum dum viueret vltimi possessoris, fuit pro eis prouiden. statuta die congregatum Capitulum, in quo Canonicus Thesaurarius cum alijs nouem Canonicis elegerunt Franciscum Olezam, Canonicus verò Sacrista cum alijs septem, & Reuerendiss. Episcopo elegerunt Didacum Desclapes, qui etiam collationem ab eodem Episcopo reportauit; Post hæc autem cùm dictus Franciscus alium Canonicatum in eadem Ecclesia Maioricen. de mense Augusti 1653. obtinuisset, Ioannes Togores sub narratiua, quod electio, & forsan collatio controuersi Canonicatus esset simultanea Episcopi cum Capitulo, vel ad Capitulum insolidum spectaret quodque Franciscus Oleza fuisset à maiori parte, vel saltem à medietate vocum ad illum præsentatus, Didacus verò à medietate tantùm, vel minori parte eumdem Canonicatum vti vacantem, vel ex persona dicti Francisci Oleza ob assecutionem incompatibili Beneficij, vel vti prius ex persona prædicti Hieronymi Vallperga attenta inualiditate electionis ob vocum discordiam atque diuisionem à Sede Apostolica impetrauit, & successiuè commissa causa in Rota. Dubium an litteræ Apostolicæ essent exequendæ disputari obtinuit, quo hodie proposito Domino illas exequen. esse responderunt.

Apparent enim dictæ † litteræ in omnibus iustificatæ, 1
& per consequens paratam de iure habent executionem,
cap. si Capitulo vbi gloss. in verb. exequatur de concess. præb.
in 6. Mohed. *dec. 13. post medium vt lit. pend.* Caual. *dec. 230.*
num. 1. vers. quia littera Apostolica, & seq. Duran. *decis.*
60. num. 2. & 3. vers. iure autem attento, Burat. *decis. 435.*
num. 1. Rota *in recent. dec. 558. num. 2. par. 1. dec. 343. n. 1.*
par. 5. & decis. 109. par. 6. & fuit dictum in Sorana beneficij 26. Iunij 1651. coram Eminentissimo Domino Card. Otthobono.

Iustificatio quoad idoneitatem, † nobilitatem, & Ioan- 2
nis præsentiam in curia non controuertitur.

Valor autem expressus in ducatis 24. per non excessum,
& computatis distributionibus quotidianis in 400. proba-
tur ex testibus de publica voce, † & fama deponentibus, 3
Garz. *de benef. par. 5. cap. 3. num. 198.* Seraph. *dec. 962. n. 2.*
Rot. *diu. dec. 293. num. 1. par. 1. in recent. decis. 583. n. 6.*
& 7. par. 8. in Calagurritana Præstimonij 10. Maij 1649. coram Eminentiss. Domino Card. Otthobono §. probatur etiam valor in fin. & in Vicen. Parochialis 20. Iunij 1650. coram R.P.D. Bichio §. valorem.

Sic & narrata pertinentia electionis, siue collationis
ad Episcopum, & Capitulum simultaneè, vel ad Capitu-
lum insolidum non eget alia iustificatione, † cùm iuris dis- 4
positioni conforme sit, vt Episcopus habeat simultaneam
cum Capitulo in Collationibus Canonicatuum Cathedralis, iusta *gloss. in cap. cum Ecclesia Vulterana verb. postulauit*, ibique Abb. *num. 8. de elect. cap. fin. vers. communiter de supplen. negligentia Prælat. cap. ea noscitur, & cap. postulasti de concess. præb. cap. irrefragabili verb. per Capitulum de offic. ord.* Mandos. *ad reg. 19.* Cancell. *quæst. 14. n. 13. vers. tertia fuit opinio* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancellar. *45. num. 45. vers. secundo*, quia Garz. *de benef. par. 5. cap. 4. à num. 13. cum seq. versic. tertia opinio* Cassador. *dec. 22. de præbend.* Mantic. *dec. 56. num. 2.* Seraphin. *decis. 980. n. 2.* Gregor. XV. *dec. 95. num. 1.* Canaler. *dec. 97. numer. 2.* Coccin. *dec. 83. num. 1. & fuit dictum in Oscen. Archidiaconatus 10. Maij in princip. & 2. Iulij §. cui alternatiua 1647. coram R.P.D. Peutingerio, & in Lucana Capellaniæ 1650. coram R. P. D. meo Bichio, §. collatio*, & dum
narratiua dictæ Collationis fuit per alternatiuam conce-
pta, † scilicet, quod illa esset, vel simultanea, vel om- 5
nimoda Capituli, sufficit pro iustificatione gratiæ vnum ex
alternatis iustificari, *capit. in alternatiuis 70. de reg. iur. in 6. l. si heredi plures de condit. instit. leg. si quis ita stipulatus de verb. oblig.* Rota coram Duran. *dec. 265. num. 26.* coram Penia, *dec. 613. num. 2.* Mantic. *dec. 51. num. 4.* & coram Merlin. *dec. 178. num. 5.*

Quod autem Franciscus Oleza fuerit electus à maiori
parte, vel saltem à medietate Capituli, Didacus verò De-
sclapes à medietate, vel maiori parte, præsente, ac etiam
suffragium dante Episcopo iustificatur ex Instrumento ipsius
actus † electionis, quod facit rem claram, atque mani- 6
festam, Bald. *in leg. interest 21. num. 2. Cod. de solut.* Rota
coram Greg. XV. *dec. 105. num. 1. & dec. 459. num. 3.* co-
ram Caual. *dec. 282. num. 4.* & coram Merlin. *decis. 449.*
num. 1. cum seq. Ex illo † namque apparet, quod ex de- 7
cem, & nouem votis, computato illo Episcopi decem
fuerunt ad fauorem Olezæ, alia verò nouem steterunt
pro Didaco Desclapes, sicque dicta narratiua optimè iusti-
ficata remanet.

Neque vllius releuantiæ habita fuit illa prætensio,
quod ex votis præstitis in fauorem Olezæ demendum
sit illud Canonici Gabrielis Coll. non solùm tanquam
conditionaliter conceptum, † & sic contra dispositio- 8
nem *textus in cap. secundo vbi gloss. verb. conditionalia de*
elect. in 6. Verum etiam quia datum fuit per schedulam
extra Capitulum ante celebrationem Scrutinij † contra 9
formam *capit. penult. §. final. de elect. in 6.* Isto autem
dempto vota reducantur ad 18. ex quibus licet quilibet
ex electis habeant nouem tamen ex qoo inter ea, quæ
habuit Didacus adest etiam illud Episcopi, † quod alijs 10
ponderosius esse, & duobus votis æquipollere præsuppo-
nitur, ideò ex hac ratione narratiua præsentationis Fran-
cisci à maiori parte, vel saltem † à medietate Capituli 11
iniustificabilis remaneat.

Obiectum enim huiusmodi duplici responsione tolli-
tur. Primò, quia admisso, quod ex votis ad fauorem
Francisci præstitis excomputandum veniat † illud Cano- 12
nici Coll. ob non seruatam formam traditam in *cap. penult.*

§. final. de elect. in 6. in quo expresse prohibetur traditio vo-
ti in scriptis ante Scrutinium ex eadem prorsus ratione
deinenda sunt alia duo vota data pro Didaco, nempè il-
lud Decani & Canonici Alemani. Nam cùm isti pari mo-
13 do absentes † reperirentur occasione infirmitatis, non
14 constituerunt Procuratorem vnum ex Capitularibus, † qui
pro illis in actu electionis votum proferret prout in dict.
capit. final. §. fin. de elect. 6. disponitur, sed eorum vota
per Schedulam transmiserunt ante actum electionis, quod
15 à Iure † omninò improbatur, ex quo vota dari debent à
Canonicis non vti singulis, sed vti vniuersis, Buratt. dec.
225. n. 3. & 4. & dec. 259. num. 5. dec. 351. sub num. 8. vers.
quodquidem, & decis. 390. num. 3. Vbi quod hac ratione
16 † huiusmodi vota sic præstita non connumerantur, neque
numerum augere possunt.

Præterea neque vllam subsistentiam habere visum fuit,
17 quod votum Episcopi alijs præponderet, † ac duobus vo-
tis æquipolleat. Nam animaduertendum est, quod aut
electio, siue collatio huiusmodi Canonicatuum supponi-
tur omnimoda Capituli, & tunc Episcopus vti Episcopus
18 † nullam habet vocem decisiuam, Modern. Lusitan. de of-
fic. & potestat. Episcop. allegat. 73. num. 17. vers. si Episco-
19 pus, si verò consideratur tanquam † Canonicus vnam
tantum vocem habet quantam habent singuli alij Cano-
nici, Abb. in cap. postulastis num. 14. de concess. prabend.
idem Modern. Lusitan. dicta alleg. 63. num. 18. vers. quando
vero, & de iure Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 25. Genuen. in
practicab. quæst. 643. Rota coram Merlin. dec. 561. n. 2. & in
Cæsaraugustana Canonicatus 16. Iunij 1653. coram R. P. D.
Albergato §. non obstat duplex subreptio ad med. vers. ex qui-
bus, Adden. ad Buratt. dec. 809. n. 1. litt. A.

Aut dicta electio admittitur simultanea Episcopi cum
20 Capitulo, † & tali quoque casu Didacus non potest dici
electus à maiori parte esto quod electus fuerit ab ipso Epis-
copo, & aliquibus Capitularibus, quia cùm minor pars
21 à maiori † absorbeatur non est considerabilis illa minor
pars Capituli Episcopo adhærens, nec numerum facit cum
22 Episcopo, vt reprobata † opinione Hostiensis tenent Ge-
min. in cap. à collatione num. 4. de appellat. in 6. Franc. ibidem
sub num. 1. vers. eo tamen casu, Abbas in cap. cum Ecclesia
Vulterana num. 11. de elect. in 6. Felin. in cap. pastoralis n. 9.
de rescript. Federic. de Sen. cons. 1. sub num. 10. vers. solutio
Ruin. cons. 50. num. 8. lib. 5. Rebuff. cons. 60. num. 12. Garz.
de benef. par. 5. cap. 4. n. 29. & seq. qui plures cumulat Rotæ
decisiones idipsum firmantes, Gonzal. ad reg. 8. Cancel.
gloss. 45. num. 58. vers. quo fit, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 21.
23 num. 40. & 42. & regulare est, quod vbi maior pars † Ca-
pituli dissensit totum Capitulum dissentire dicitur cap. cum
inter Canonicos cum gloss. de elect. Rot. diuer. lib. 3. par. 3. dec.
134. n. 3. & per tot. in rec. dec. 662. n. 1. in fin. par. 3. Burat. dec.
225. n. 2. & dec. 380. n. 1. & 2.

Neque ex eo quod deindè Didacus possessionem contro-
uersi Canonicatus cœperit, & ad actus Capitulares ad-
missus fuerit indè argui licet reliquos Canonicos electio-
nem ab Episcopo factam approbasse, quia vltra quod illa
24 opinio, † quod possessio tradita per Capitulum habeat vim
electionis, siue collationis satis est in iure controuersa, vt
per Acchill. de Grass. dec. 4. de præbend. Put. dec. 119. lib. 3.
in fin. Caualer. dec. 258. num. 5. & per Modern. Lusitan. de
Canon. & dignitat. cap. 14. num. 11. obiectum cessat ex fa-
25 cto, † quia dicta possessio tradita fuit maiori parte Ca-
pituli contradicente, reclamante, atque appellante, ex
26 qua quidem contradictione excluditur † quicumque con-
sensus, qui ex dicta possessione elici posset, Rota coram Se-
raph. dec. 78. n. 1. & 4.

27 Nulloque pacto dici potest † probata consuetudo circa
illud quod votum Episcopi Maioricen. sit qualificatum, ac
habeat vim duorum, quia vltra quod ex testibus id depo-
nentibus tres sunt Canonici, qui suffragium suum dede-
runt ad fauorem Didaci, & ita tanquam tendentes ad su-
28 stinen. eorum electionem non sunt illorum dicta atten-
denda, Rota in Messanen. Archipresbyteratus 19. Ianuary
1643. coram Reuerendissimo Domino meo Decano §. neque
29 contrarium, conquassantur † eorum dicta ex contrarijs
attestationibus aliorum Canonicorum, Rota dec. 543. n. 7.
penes Modern. de manuten. & in Tauren. delationis Balda-
chini 4. Iuly 1646. coram Eminentissimo Domino Cardinali
Corrado §. tum ex attestationibus. Addito maximè, quod
30 cùm dicti testes examinati fuerint lite pendente, † & non
citata parte, nec deponant de requisitis necessarijs ad indu-
cendam consuetudinem nempè de diuturnitate temporis,
& actuum † frequentia, vt per Bart. in leg. 2. quæst. 28. n. 3. 2. 31
Cod. quæ sit longa consuetudo, Alexand. cons. 45. num. 3. lib.
2. Abbas cons. 53. num. 4. lib. 1. nullum probationis † gra- 32
dum constituunt, Rota decis. 318. num. 4. & 5. par. 2.
recent.

Ex his itaque cum iustificata remaneat narratiua ele-
ctionis Francisci, vti à maiori parte Capituli, vel sal-
tem à medietate, indè fit vt modus vacationis † in litte- 33
ris expressus controuerti non possit, quia aut Franciscus
electus fuit à maiori parte, & hoc casu habuit locum ele-
ctio, sed vacauit Canonicatus, & præbenda per assequu-
tionem † alterius Canonicatus cum primo incompatibili, 34
cap. dudum, il 2. de elect. Clem. si plures de præbend. Clem.
gratis vbi glossa verb. renunciare de rescript. Lotther. de re be-
nef. lib. 3. quæst. 23. num. 40. Burat. dec. 19. num. 1. & seq.
Aut Franciscus non fuit electus à maiori parte, sed à me-
dietate, & tunc verificatur secundus vacationis modus per
obitum Hieronymi attenta, † vtriusque electionis inualidi- 35
tate, cap. Ecclesiam il primo, cap. in Genesi, & ibi Ioan. Andr.
num. 1. cap. quia propter, vbi DD. communiter de elect. Mo-
der. Lusitan. de Canon. & dignit. cap. 14. num. 9. & 10. cum
alijs cumulatis in Toletana Canonicatus pœnitentiariæ 22.
Apr. 1641. coram R. P. D. meo Cerro.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Pisana, seu Viterbien. Ferraccij.

Luna 27. Martij 1656.

ARGVMENTVM

Mandatarius si de ordine mandantis transmiserit ad aliquem Portum certam mercaturam, & ibi à tertio fuit sequestrata, an mandans teneatur mandatario pretium solutum pro ea restituere.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum benè probatur ex litteris missiuis.*

2 *Litterarum acceptatio, atque earum executio, probari potest ex alijs litteris missiuis.*

3 *Mandatario, qui executus fuit mandatum, competit actio contraria mandati, pro pecunia ab eo soluta pro mandante.*

Necnon pro damno, & interesse eiusdem occasione passis.

4 *Mandatarius exequens mandatum nomine proprio, non nomine mandantis, an possit agere contra ipsum mandantem pro solutione facta.*

5 *Mandatum speciale, quando pro exequendo aliquo actu adest, ille censetur factus nomine procuratorio, quamuis de illo nulla sit facta mentio, & num. 6.*

7 *Mandatum, dum mandatarius nomine suo, & mandantis exequitur, non ex hoc excluditur actio contraria mandati, mandatario competens, & num. 8.*

9 *Mandati fines non sunt excedendi.*

10 *Mandatum, quando non possit dici excessum in quantitate, & n. 12.*

11 *Littera hinc indè conscripta, benè attendenda sunt.*

13 *Mandati fines ad vnguem seruatos fuisse, censendum est.*

14 *Genitiui casus ad quid referendum sit.*

Relatio facienda est ad proxima, & non ad remota.

15 *Multa dicuntur, quæ non concluduntur.*

16 *in Mandato excessus in quantitate, quando sit excusabilis.*

17 *Mandans quando fuit certioratus de excessu mandati, ex non reclamatione resultat consensus, & approbatio tacita.*

18 *Fides facta in certo, & determinato casu, non releuat, quo ad diuersum.*

19 *Stylus, qui quotidiè seruatur inter Mercatores, attendi debet.*

20 *Do-*

20 *Dolosè, quod aliquid fuerit factum, afferens id per plenas iustificationes probare tenetur.*
21 *Mandatarius potest pro se retinere fructus propria industria, & laboris, limita vt hic.*
22 *Detrimentum rei mandata sicut pertinet ad mandantem, ita quoque commodum ad eum pertinere debet.*
23 *Mandatum debet esse gratuitum, adeo vt mandatarius non possit ex eo aliquid acquirere.*
24 *Non excluditur tamen remuneratio laboris, numero 23.*
25 *Mercatura, quando fuit assecurata dum ea fuit deperdita, tenetur subire periculum emissionis.*
26 *Mercatura, quando fuit assecurata à periculo maris, non extenditur ad alia pericula.*
27 *Mercatura, quando fuit assecurata à periculo maris satis est, quod perueniat ad Portum destinatum.*
28 *Vt non dicatur euenisse causa assecurationis.*
29 *Assecuratores bene condemnantur ad soluendam assecurationem, quando non peruenerunt ad Portum destinatum mercatura.*

DECISIO CLVII.

EMerant Palagij Mercatores Luburni Ferraccium pro
Mancino, & Brugiotto Viterbiensibus, illudque
transmiserant iuxta eorum ordinem ad littus Corneti, vbi
cùm fuisset ad instantiam D. Principis Ludouisij sequestratum, recusarunt Brugiottus, & Mancinus pretium soluere, Palagij autem ad solutionem à venditore coacti
egerunt pro recuperatione pretij soluti coram Domino
Gubernatore Viterbij, à quo sententiam fauorabilem reportarunt, sed in gradu appellationis ab A. C. reuocata, Causa tandem ad Rotam deuoluta, dubitaui hodiè,
An Brugiottus, & Mancinus teneantur ad restitutionem,
atque ad damna, & interesse, & affirmatiuè à DD. responsum fuit, quia de mandato ad emendum constat ex
litteris mandati prius in *Summ.* dd. de Palagijs relatis sub
1 † *num.* 1. quæ plenè illud probant, *l. si Procuratorem, vbi
gloss. & DD. ff. de procur. lib.* 1. *in princ. ff. mand.* Rota *Ianuen. dec.* 49. *num.* 1. Rota nostra coram bon. mem. Merlio.
dec. 302. *num.* 1. *& apud Modern.* Perus. *de manut. dec.* 402.
num. 4.
Acceptatio autem, & illius executio iustificatur ex alijs
2 litteris † hinc indè conscriptis, ex quibus apparet emptionem
fuisse sequutam, & Ferraccium ad locum destinatum transmissum d. *Sum. n.* 2. *& seq.*
Quibus concurrentibus competit mandatarijs actio con-
3 traria † mandati pro repetitione pecuniæ persolutæ, ac
damnorum, & interesse eiusmodi occasione passorum,
l. si vero §. *si mihi mandaueris, & l. si mandato meo ff. mand.
l. & in contraria ff. de vsur.* Rota *Ianuen. dec.* 125. *num.* 1.
& 2. fuit dictum in Ianuen. pecuniaria 13. *Iunij* 1640. *coram
R. P. D. meo Verospio apud Merlin. de pign. dec.* 37.
num. 1.
Non obstat, quod Palagij emerunt ab Orlandinis
4 nomine † proprio non expresso nomine mandantium.
Nam quando (vt in hoc casu) præcedit mandatum
5 speciale † actus censetur factus Procuratorio nomine, &
6 in executionem mandati præcedentis, † quamuis de illo
nulla mentio facta fuerit, Bartol. *in l. qui in aliena* §. *si is
qui putabat* 22. *ff. de acquir. hered.* Bald. *cons.* 61. *sub num.*
3. *vers. præterea lib.* 2. plenè Surd. *cons.* 19. *num.* 24. *&
seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 18. *sub num.* 86. *vers. sed
diuersa cum seq.* Grat. *disc.* 402. *n.* 42. Adden. ad san. mem.
Gregor. XV. *dec.* 472. *sub n.* 9. *vers. quia tunc,* Rota *dec.* 64.
num. 4. *par.* 6. *rec.*
Taciturnitas enim nominis mandantis operatur quidem vt venditio si mandatum ignorat directè agere po-
7 siti pro solutione rei venditæ contra mandatarium, † qui
cum eo contraxit. At respectu mandantis, & mandatarij non excludit actionem mandati directa, contrariam
8 respectiuè ipsis † competentem, vt benè declarat Bart.
in d. l. qui in aliena, §. *si is qui putabat sub num.* 2. *vers.
quod est verum ff. de acquir. hared.* Surd. *d. cons.* 19. *n.* 4.
vers. postremo non obstat, Card. *num.* 4. Rota coram bon.
mem. Burat. *dec.* 696. *n.* 6.
Minus obstat, quod excesserint fines mandati emen-
9 do Ferraccium † D. Principis Ludouisij, non autem Serenissimi Magni Ducis Hetrutiæ, vt in mandato continebatur, ac etiam nonnullas libras, vltra quantitatem demandatam.
Nam excessus respectu qualitatis non subsistit, quia
Mancinus, & Brugiottus non petierunt Ferraccium † Se- 10
renissimi Mag. Ducis Hetrutiæ, sed Ferraccium, quod Liburni existebat penes quemdam Mercatorem Gallum,
de quo antecedenter ijdem Palagij transmiserant certam
quantitatem Zampichetto mercatori Viterbiensi, vt ap-
paret ex omnibus litteris hinc indè † conscriptis, ac inte- 11
grè, & attentè perlectis. Vndè cùm Mandatarij id omne
adimpleuerint, ex quo Ferraccium emptum ab Orlandinis
erat de illomet transmisso Zampichetto existente penes
dictum mercatorem Gallum, à quo fuerat consignatum
loco † pignoris eius creditoribus, qui postea illud tradi- 12
derunt Orlandinis, vt disertè probant testes in dicto *Summ.*
relati sub *num.* 8. vtique fines mandati ad vnguem seruasse censentur.
Parum obstante, quod in commissio primæ epistolæ responsiuæ dixerunt, *In risposta si vede il desiderio hauete
d'esser ragnagliati del prezzo che s'haueria per vltimo il Ferraccio, che estrahe dall'Elba di S. Alt. Serenissima, &c.*
Tum quia Genitiuus di *S. Altezza* † non refertur ad do- 14
minium Ferraccij, sed ad dominium Iluæ, cui immediatè adhæret, in qua adsunt etiam Fodinæ D. Principis Ludouisij (quod non controuertitur) Surd. *cons.* 271. *num.*
68. *& dec.* 269. *n.* 19. *vers. quia respondeo, Modern.* Lucen.
cons. 82. *num.* 38. *vers. primo quia, & cons.* 91. *num.* 25. Rota
dec. 320. *sub num.* 3. *vers. qua dictio par.* 3. *recent.* Tum quia
post eadem verba *di S. Alt. Serenissima,* sequuntur infrascripta, *Vi diciamo, che quà in mano d'vn Francese ce
ne sono da sette in otto cento migliara robba d'ogni perfettione,* quare cùm Mancinus, & Brugiottus responderint,
*Vi confermiamo quel tanto scrittoui nella passata, cioè che
siate contenti spedirui subito, & al primo passaggio migliara cento di cotesto Ferraccio, che dite ritrouarsi appresso
di questo Francese, &c.* mandatum profectò ad hoc Fer-
raccium censetur, atque conclusum, † quod apprimè at- 15
tendi debet quidquid de alio fuerit in eisdem litteris enunciatum ad *not. per DD. in l. si voluntate C. de rescind. vend.*
Alex. *cons.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 488. *num.* 10. Rota
dec. 104. *n.* 6. *par.* 2. *in rec. dec.* 243. *num.* 39. *par.* 5. coram
san. mem. Greg. *dec.* 168. *n.* 2. *ac dec.* 178. *n.* 4. coram bon.
mem. Merl. *dec.* 319. *n.* 8.
Excessus verò respectu quantitatis non officit, siue
quia consistit † in paucis libris, potuitque euenire, vel ob 16
sufficientem onerationem Cimbæ, vel ob incommodam
diuisionem materiæ, quæ in partes ita sciendi non potest,
vt constituat pondus petitum ad vnguem, siue quia mandantes habita quantitatis notitia ex litteris transmissionis
non reclamarunt vndè tacitus † resultat consensus, & ap- 17
probatio eiusdem iuxta *gloss. punctual. in cap. cum olim il* 1.
verb. protinus de off. deleg. Surd. *cons.* 28. *num.* 22. Rota coram bon. mem. Buratt. *dec.* 113. *num.* 29. *& in rec. dec.* 103.
num. 22. *par.* 5. *ac in alijs.*
Deindè non obstat, quod Palagij soluerint Ferraccium
petijs octo pro quolibet milliario, & illud valutauerint
mandantibus petijs octo cum quarta parte alterius petiæ,
quia dupliciter fuit responsum. Primò, quod non constat
de emptione pro illa quantitate petiarum octo, nam fides
relata † in calce responsionis facti pro Mancino, & Bru- 18
giotto sub *num.* 2. loquitur de quantitate librarum, non
autem de pretio, sententia verò Florentiæ condemnans Palagios ad petias 8 ½. non exprimit pro integro pretio. Vndè
cùm probabile sit, quod in actu firmatæ emptionis Palagij
aliquid soluerint venditoribus pro arrha, vt quotidie serua-
tur † inter Mercatores, probatio indè desumpta remanet 19
æquiuoca, quæ non concludit dolum † requirentem claras, 20
& plenas iustificationes, *l. solum C. de dol.* Ruin. *cons.* 109.
n. 12. *lib.* 2. Rota coram Burat. *dec.* 182. *n.* 22. & coram Merlin.
dec. 216. *n.* 3.
Secundò, quod quatenus constaret, nihilominus non
posset alterare naturam actionis, quia cùm mandantes dederint mandatum ad emendum pro certo pretio id quod minus
mandatarij soluerunt iustè potuit ab eis retineri, tanquam
fructus propriæ industriæ, ac laboris, quicquid esset † dicen- 21
dum si pretium non fuisset taxatum quo casu sicuti detrimen-
tum pertinet † ad mandantem ita commodum ad eumdem 22
spectare deberet, vt admittunt Molin. *disp.* 363. *sub num.* 2.
Castropal. *oper. moral. par.* 7. *disp.* 4. *punct.* 16. *n.* 3.

Et licet regulariter maodatum debeat esse gratuitum,
23 † adeour mandatarius nou possit ex eo sibi lucrum acqui-
24 rere, *l. 1. in fin. & l. ita, § 5. ff. mand.* † non excludit ta-
men renunciationem laboris *ad l. si remunerandi in prin-
cip. ff. mand.* Mant. *de tacit. d. lib. 7. tit. 19. sub num. 6. vers.
quod vero.*

Postremò non releuat, quod mandatarij Ferraccium
25 assecurauerint, † ideòque teneantur subire periculum
amissionis.

Quia huiusmodi assecuratio non extenditur vltra peri-
26 cula, † quæ in mari contingere possunt ex causa nauiga-
tionis, satisque est, quod merces perueniant ad Portum
27 conuentum, vt non dicatur euenisse † casus assecuratio-
nis, prout peruenisse Ferraccium, de quo agitur, ad lit-
tus Corneti fatentur ipsi mandantes in eorum epistola,
28 † ibi, *Sono arrinate, & hanno scaricato il medemo Fer-
raccio in questa spiaggia di Cornetto, ma à pena giunto che
fu, è scaricato, resto subito sequestrato, &c. dicto Samma-
rio num. 5. l. 1. Cod. de Naut. Fœn.* Rota *Ianuen. decis. 62.
num. 2. & 3.* Mastrill. *dec. 284. num. 48.* & admisit Rota *no-
stra in Romana assecurationis Nauis 26. Februarij* 1631. *co-
ram Reuerendissimo Terracin. in recent. dec. 24. num. 6. par.*
29 6. in qua ideò † fuerunt condemnati assecoratores, quia
merces non peruenerunt ad Portum Goti, vsquequo fue-
rant assecuratæ.

Quare conclusum fuit Brugiottum, & Mancinum tene-
ri ad restitutionem pretij Ferraccij transmissi in milliatibus
101. & lib. 540. ascendentes ad petias 837.55. circiter, nec
non ad damna, & interesse pro summa, quæ fuerit legitimè
liquidata. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO,

Mechlinien. Matrimonij.

Veneris 31. Martij 1656.

ARGVMENTVM

Maritus, quando impugnat validitatem matrimonij iam consummati, debet subministrare vxori alimenta, & sumptus litis, & Iudex in eis decernendis, non pro sola naturæ indigentia, nec ad splendidos sęculi mores, sed pro modo decentiæ, animaduertere debet in dictis alimentis taxandis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis, quando petuntur, inqairi solet de bono iure, & paupertate partis.*

2 *Maritus, vbicumque litigat super validitate matrimonij iam consummati, tenetur alere, & sumptus litis præstare vxori, & n. 3.*

4 *Maritus tenetur præstare sumptus litis, & alimenta vxori, dum litigat super validitate matrimonij iam consummati.*

Et hoc siue vxor dotem soluerit, siue non.

5 *Alimentorum quantitas decernenda vxori, quando maritus validitatem cum eo validitatem matrimonij consummati, in arbitrio Iudicis posita.*

Qui Iudex personarum qualitatibus, ac patrimonij inhærendo, quantitatem declarabit, n. 5.

6 *Iudex in decernendis sumptibus, & alimentis pro vxore de bonis mariti litigantis cum ea validitatem matrimonij, quid medium debet attendere, & num. 7.*

DECISIO CLVIII.

ALimenta, & sumptus litis, in quibus decernen. re-
1 gulariter solet inquiri de bono iure, † ac pauper-
tate petentis, vt dixit Rota *dec. 749. num. 1. par. 2. rec.* pe-
nes san. mem. Greg. *dec. 124. n. 2.* Buratt. *dec. 15. num. 1.* vbi
Add. *lite. A.* & coram bon. mem. Merlin. *dec. 517. num. 1.
vers. quamuis, & seq.* ac sæpè in alijs censuerunt DD. in ca-
su de quo agitur, subministrari debere per D. Ducem Gui-
2 siæ D. Comitissæ † de Bossu absque huiusmodi inquisitione,
quia vbicumque maritus (vt hic) impugnat validitatem
matrimonij iam contracti, & consummati tenetur lite pen-
dente † alere vxorem, eique sumptus necessarios præstare 3
iuxta text. *in l. si neget, ff. de lib. agnosc. gloss. in cap. cum rei
verb. remouisse, vers. & pendente causa 29. par. 2.* Host. *in
sum. tit. de accusat. §. admittantur in 3. in fin. vers. quid ergo
si contingat,* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. num. 51.* Fonta-
nell. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. gloss. 2. par. 3. num. 32.* siue
mulier † sit dotata, siue indotata, vel dos fuerit soluta, 4
vel non soluta, vt per text. *in cap. ex parte de accusat.* in
specie tradunt Innoc. *in cap. per vestras num. 3. in fin. vers.
ad causas de donat. inter vir. & vxor.* Sanch. *d. disp. 41. sub
num. 51. vers. & addit.* ac responsum fuit *in Rom. alimento-
rum 1. April. 1639. coram bon. mem. Pirouano §. fundat enim,
& in Neapolitana matrimonij 13. Maij 1650. coram Reu. Tar-
raconen. §. quamuis enim.*

Quantitas autem, quæ in *l. fin. C. de ordin. cognit.* mo-
derato Iudicis † arbitrio remittitur, qui perpensis perso- 5
narum qualitatibus, ac patrimonij viribus alimenta † non 6
pro sola naturæ indigentia, nec iuxta splendidos sęculi mo-
res, sed pro modo dignitati, ac decentiæ congruo decer-
nere debet secundùm *gloss. in §. fin. verb. onera auth. de non
eligen. secund. nub.* Host. *in Summ. d. tit. de accusat. num. 3.
in fin. vers. quid ergo de expen.* Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 18.
num. 27.* Rota coram Vrgellen. *dec. 95. num. 12.* & coram
bo. me. Merlin. *dec. 5. num. 9. ac dec. 671. n. 22. & seqq.* cum
alijs relatis in dictis *Romana aliment. coram bon. mem. Piro-
uano §. quantitatem autem, & Neapolitana matrimonij co-
ram Reuerendiss. Tarrac.* Quapropter taxata fuerunt in scu-
tis 500. pro singulis mensibus, nam inspecta nobilitate,
ac necessitate d. Comitissæ † ad effectum sustentandi se, 7
& familiam, & sustinendi hanc litem valdè grauem in Curia
minor quantitas pro insufficienria habita fuit.

Atque ita resolutum D. Comitissa tantùm Informante
citato tamen pluries D. Duce.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. Mercium.

Veneris 31. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Onus vehendi merces, de vno loco ad alium, quando quis suscepit, si contra eum agatur ad restitutionem mercium, dum ipse excipit de amissione, vel deterioratione earum, tenetur probare de illarum amissione, vel deterioratione, & tunc tenetur probare id euenisse sine eius dolo, vel culpa, secus verò quando ius exhibet, vt sunt diligentia in aliqua re, quando quis dicatur adhibuisse.

SVMMARIVM.

1 *Merces vehendi in se onus suscipiens, si casu fortaito deteriorentur, non tenetur.*

2 *Conductor operarum, dum agit ad restitutionem mercium, si locator excipiat de illarum amissione probare tenetur amissionem earum, & id sine eius culpa.*

3 *Conductor operarum, si agat ad restitutionem mercium, dum locator excipit de illarum deterioratione, eam probare tenetur, & hoc sine eius culpa.*

4 *Consueta res aliud est si petat, vt exhibeatur, & aliud dum petitur, vt emendatur si fuerit deterioratata, & num. 5.*

6 *Culpam allegans tenetur eam probare specificam, & præordinatam ad casum, & n. 7.*

8 *Diligentiam, quis adhibens quam solet adhibere diligentissimus pater familias in rebus suis, non tenetur de casu fortuito.*

9 *Vacare culpa, quilibet dicitur.*

10 *Mulio an teneatur ducere mulum per medium via, & an permittere possit, vt mulus vadat per lubricam via.*

11 *Muliones non tenentur ducere mulos per manum.*

12 *Et maximè, quando via esset satis lutuosa, & impracticabilis, & n. 13.*

14 *Via, quando est satis lutuosa, tunc excusatur mulio, si per aliam viam vadat.*

15 *Mu-*

15 *Mulio, si dum cecidit mulus, erat ab eo longè per 50. passus, & mulus cecidit, an teneatur ad damnum inde ortum.*
16 *Probatio debet esse pracisa, vt releuet.*
17 *Culpa, vt noceat, debet pracedere casum.*
18 *Negligens in officio suo, tenetur ad casum fortuitum.*
19 *Mulio, quando dici non possit negligens in vehendis mercibus.*
20 *Locator operarum licet non teneatur de leuissima culpa actione locati.*
21 *Tenetur tamen actione leg. Aquilia, si damnum consistat in committendo.*
22 *Diligentiam omnem, quando quis probauit adhibuisse de officio suo, non tenetur de casu fortuito.*
23 *Locator operarum, quando teneatur de leuissima culpa.*
24 *pro Custodia rerum aliquid recipiens tenetur de leuissima culpa.*
Secus verò, si nihil fuit habitum.

DECISIO CLIX.

DEcisio coram me edita sub die 26. Maij præteriti, in qua Vannuccio tantum informante, fuit resolutum ipsum non teneri ad deteriorationem Mercium, quas Mediolani Bononiam vehendas suscepit à Bonauia mercatore, fuit hodiè vtraque parte audita reque denuò maturè discussa per DD. confirmata. Quia cùm deterioratio potuerit à casu merè fortuito ob lapsum muli sarcinam deferentis in foueam aquæ nullo interuenien-
1 te dolo, vel culpa † lata, seu leui eiusdem Vannuccij vtique non tenetur ad emendationem damni, *l. contractus ff. de reg. iur. l. in iudicio C. locat.* Stracc. *de mercat. tit. de naut. & nauig. par. 2. num. 5.* Surd. *cons. 61. num. 16. cum seqq.* Rota Gen. *dec. 56. num. 1.* & Rota nostra post secundum vol. *cons.* Farin. *dec. 101. num. 1. cum alijs in præcedenti dec. allegat.*
2 Non obstat, quod vbi † conductor operarum agit ad restitutionem mercium, locator verò excipit de illarum
3 amissione, vel deterioratione ipse locator † probare tenetur amissionem, vel deteriorationem accidisse absque sua, vel suorum ministrorum culpa iuxta distinctionem quam firmauit Rota coram san. mem. Gregor. *dec. 278. num. 1. cum seqq.* quod hactenus à Vannuccio probatum non fuit.

Tum quia in præsenti non agitur ad exhibitionem, vel restitutionem mercium, quæ nunquam fuit recusata,
4 † vt constat ex iuribus relatis in *Summ.* eiusdem Vannuc-
5 cij *num. 1. & 2.* Sed directè, † & personaliter pro emendatione damni; ideòque benè applicatur conclusio in decisione firmata sub §. *nullus siquidem, &c.* nempè, quod
6 allegans † culpam tenetur eam iustificare certam specifi-
7 cam, & præordinatam † ad casum ex traditis per Corn. *cons. 318. n. 3 lib. 4.* Surd. *d. cons. 61. num. 18. & seq.* Decian. *respons. 19. num. 28. lib. 1.* Modern. Mant. *contr. 459. n. 13.* Thomat. *dec. Macer. 93. num. 3.* & dixit Rota *in obiecta dec.* Greg. 278. *sub num. 4. vers. non obstat.*

Tum etiam quia Vannuccius adhibuit omnes diligen-
8 tias quas adhibuisset diligentissimus Pater † familias mittendo mulum strenuum, & fortem, ac mulionem idoneum & expertum per viam solitam, & consuetam *Summ.* præ-
9 cedentis positionis *num. 3. & 7.* Quare omni culpa † vacare dicitur iuxta text. *in l. si merces §. qui columnam, ibi,*
10 *& culpa autem abest*, si omnia facta sunt, † quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset, *ff. locat.* Purparat. *cons. 598. num. 3.* Maluas. *cons. 48. num. 22.* Mascard. *de probat. concl. 468. num. 20. & seq.* Modern. Mantic. *contr. 166. n. 16. & dec. 459. sub num. 28. vers. tertio respondeo.*

Nec refert, quod mulio non conduxerit mulum per
11 medium † viæ, sed permiserit iter facere lubricum super extremitate. Nam præterquod Muliones non tenen-
12 tur mulos per manus ducere, † Testes deponunt viam in medio fuisse adeò lutuosam, & impracticabilem, vt
13 mulus quamuis † robustus cœno inuolutus remansisset, ob idque ad extremitatem deflexisse, prout alij quoque muli facere consueuerunt *dicto Summario num. 11.* quan-
14 do enim via recta est luctuosa, & minus tuta † iure excusatur, qui per obliquam incedit, vt docuit Salicet. *in lib. 3. in fin. vers. & hoc nisi sit iusta causa C. de Nautic. Fænor.* cum alijs per Surd. *cons. 12. num. 28. in fin. vers. imò si via recta cum seq.*

Minus releuat, quod mulio distaret à mulo per 50. pas-
sus, † ac proindè lapsus euenerit ob eius negligentiam. 15
Quia huiusmodi distantia non probatur præcisè de tempo-
re quo mulus cecidit, † sed post lapsum ipsius, ex quo 16
mulio occurrerat alijs mulis iter prosequentibus, vt sisterentur, & ipsi in foueam caderent, † culpa enim de- 17
bet casum præcedere, & ad illum esse præordinata, Bero. *cons. 145. n. 9. lib. 1.* Rim. iun. *cons. 210. n. 36. & seq.* Surd. *d. cons. 12. n. 58. cum seq.* Modern. Mantuan. *d. contr. 166. n. 35.*

Neque subsistit, quod Vannuccius nimis tardè merces
detulerit, † qua de causa detrimentum passæ fuerant tem- 18
pore pluuiali. Quia cùm ei fuerint consignatæ Mediolani 15. Nouembris, & Mulionem expediuerit die 26. qui Bo-
noniam † petiit die 30. eiusdem mensis *dicto Sum. num. 2.* 19
quoad ipsum nulla mora considerari potest, quæ solum (si adesset) foret adscribenda, Bonzamperijs mercatoribus Lugduni, qui prius illas non transmiserunt.

Nec obstat, quod locator † operarum licet non teneatur 20
de leuissima culpa actione locati de ea tamen † tenetur 21
actione, *l. Aquilia* si consistat in committendo ex adductis per Farin. *q. 111. n. 23. & seq.* Rota coram san. mem. Greg. *dec. 528. n. 9.* Nam præterquod Vannuccius probauit se adhi-
buisse omnes diligentias, quas quisque diligentissimus adhi- 22
bere solet, sicque omni culpa etiam leuissima vacare censetur, vt in specie ad excluden. actionem, *l. Aquilia* tradit post alios Magon. *dec.* Flor. 111. *n. 24. cum pluribus seqq.* fuit responsum locatorem eo tantum casu teneri de leuissima
culpa † actione d. legis quo vltra mercedem pro vectura 23
aliam quoque habuit specialiter pro custodia, iuxta *l. nauta ff. de naut. cap. 1. & stabul. & l. qui mercedem ff. locat.* secus
autem, quando (vt in præsenti) † nihil pro custodia, sed 24
mercedem dumtaxat pro vectura receperit, Maluas. *d. cons. 48. n. 9.* Magon. *dict. dec. 111. n. 54. & seq.* Rota *post secundum vol. cons.* Farin. *d. dec. 108. n. 3. & seq.*

Demùm gratis negatur mercium identitas, quia concludenter illam iustificant Testes in dicto præcedenti *Sum. relat. sub n. 4.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Calaguritana Beneficij de Arnedo.

Luna 3. Aprilis 1656.

ARGVMENTVM.

Deducuntur nonnulli casu, in quibus, dum sumus in concursu ad beneficium, quis præferendus sit alteri.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij sententia super institutione alicuius ad Beneficium, multum tribuendum est.*
2 *Sacerdotium, atas antiquior, sunt qualitates, que in concursu eas non habentium, operantur pralationem.*
3 *ad Beneficium ille praferri debet, qui non est diues, & qui nullum habet beneficium, ei, qui est diues, & plura possidet beneficia.*
4 *in Beneficij concursu, qualitates antiquioris atatis, Sacerdotij, paupertatis maioris, Rota consueta est, attendere.*
5 *in Beneficij concursu praferendus est ille, qui non habet dispensationem, vt instituatur.*
6 *in Beneficij pralatione, an praferendus ille sit, qui est de gremio ipsius Ecclesia.*
7 *in Beneficij curati concursu praferendus est, actu curam animarum exercens.*
8 *in Beneficij concursu, non est praferendus ille, cuius schedula prasentationis est nulla.*

DECISIO CLX.

PRo confirmatione sententiæ Rotalis fuit hodie responsum eius quippè validitas ex actorum reuolutione desumitur iuxta *dec.* Verall. 260. *p. 2.* Iustitia verò elucet ex deci-

fione edita coram R. P. D. meo Celfo fub die 24. Maij 1653.
in antecedenti inftantia prælationem deferre Ioanni Mar-
tinez ex paupertate, qua præfumitur atque feruitio per
eumdem Ecclefiæ præftito, nec non ex præfentatione
1 Beneficiatorum † reportata inftitutionis fententia ab Or-
dinario, cui tanquam informato de rerum ftatu, ac per-
fonarum in fua Diœcefi degentium plurimum in hoc Sacr.
Tribunali deferri confueuit iuxta text. *in cap. præfentia de
renunc.* Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gloff.* 4. *num.* 117. *&* 132.
Rota coram Buratt. *dec.* 635. *num.* 8. *& dec.* 537. *n.* 14. *in fin.
par.* 1. *& dec.* 36. *num.* 1. *par.* 2. *rec.*

Non vrget, quod Beltramus Sacerdotio fenior exiftat,
2 & ætate † antiquior, ex quibus fanè qualitatibus dum in
cæteris pares exiftant prælationem debeat obtinere, quo-
niam Io. Martinez redditibus Ecclefiafticis, ac Patrimo-
nialibus deftitutus effe dignofcitur, adeò quod Aduerfa-
3 rio † ampliffimo fanè patrimonio ditato, nec non Bene-
ficijs annui redditus fcut. 600. debet præferri iuxta text.
in c. si, cui prabend. lib. 6. *not. glofs. in c. dudum in verb. in-
titulatam de elect.* Gonz. *ad reg.* 8. *gloff.* 4. *num* 161. Rota co-
ram Seraph. *dec.* 767. *num.* 1. *&* 5. *& in Calaguritana bene-
ficij de Neua* 28. *Aprilis* 1651. *in §. præterea coram Eminen-
tiffimo D. Card. Otthobono, & in Calaguritana beneficij de
Ocon* 13. *Ianuarij* 1652. *in §. quibus adducitur coram Reue-
rendiffimo D. meo Decano*. Quinimò hac qualitate gran-
4 dioris ætatis reiecta, † & antiquioris Sacerdotij Benefi-
cium pauperi Sacerdoti has quoque qualitates licet tem-
pore inferiores obtentæ deferre confueuit, Rota *in Cala-
gurit. Beneficij de Neua* 28. *Aprilis* 1651. *coram Eminen-
tiffimo D. Cardinali Otthobono, & in Calagurit. Beneficij*
3. *Maij, &* 2. *Decembris, §. & licet* 1652. *coram R. P. D.
Bichio, & in alia Calag. de Ruxillo* 28. *Iunij* 1652. *in §. ref-
pectu verò, coram Reu. Tarraconen. & in Calag. Benef. de
Ciezo* 6. *Februarij* 1657. *§. maiorem autem coram me*. Dum
maximè Beltramus ad alia beneficia, quæ habet Iure dif-
5 penfationis egebat, † & qualitates in eo magni ponderis
non exiftunt, vel de cætero pares omnino concurrunt,
vt ponderauit Rota *in Calaguritana beneficij* 2. *Decembris*
1652. *&* 17. *Iunij* 1653. *in vltimo §. coram R. P. D. meo Bichio,
& in Calaguritana beneficij de Clauixo* 26. *Iunij* 1654. *in §.
paupertas vero coram R. P. D. meo Cerro, & in Calag. beneficij
de Murillo* 28. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. Tarraconen. & in
alia Calag. beneficij* 2. *Decembris coram me*.

Hanc propterea prælationem deferr Martinez de Gre-
6 mio ipfius † Ecclefiæ conftituto præftitum ibi feruitium in
concurfu Aduerfarij iuxta text. *in c. nullus, & in cap. obi-
tum* 61. *dift. c. inter* 21. *de elect.* Rot. *dec.* 413. *num.* 1. *par.* 1.
diuerf. in Calaguritana beneficij de Clauixo in §. qualitas enim
26. *Iunij* 1654. *confirmata* 5. *Maij præteriti coram R. P. D.*
7 *meo Cerro*, ibi enim † prælatio actu curam animarum
exercenti defertur in concurfu curati, *& in Calaguritana
beneficij* 8. *Ianuarij* 1652. *coram R. P. D. meo Bichio, in
§. tum quia in fine, & in Calaguritana beneficij de Ocon
in §. imo* 15. *Decembris eiufdem anni coram R. P. D. meo
Celfo*.

Denique non vrget, quod ob fchedulam huiufmodi
collapfam Ioannes Martinez præfentatio nullitatis vitio
8 † laborare nofcatur, quoniam eadem fchedula in ter-
ram proiecta dignofcitur tanquam inutilis, dum reliquæ
Beneficiatis fingulis affignatæ eorumdem numerum vi-
dentur explere, nec præfentationem potuit confequenter
inficere, vt refponfum fuit in hac eadem caufa fub die 24.
Maij præteriti coram R. P. D. Celfo.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Æfina Dotis.

Luna 3. Aprilis 1656.

ARGVMENTVM

Vidua, fi per plures annos adminiftrauerit bo-
na mariti defuncti, & fuit tutrix filiorum,
præfumitur fibi fatisfeciffe de fua dote, & quan-
do multò magis intret talis Iuris præfumptio.
Et fi contrarium afferat quid probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vidua adminiftrans bona hæreditaria, & exiftens tutrix filiorum, præfumitur fibi fatisfeciffe de fua dote.*

2 *Vidua repetens fuam dotem, eft fuperfedendum, fi opponatur quod dum adminiftrauerit bona viri defuncti, potuit fibi fatisfieri de fua dote.*

3 *Vidua, quod adminiftrans bona hæreditaria viri, præfumatur fibi fatisfeciffe de fua dote, vt intret dicta præfumptio, quod fit probandum.*

4 Socin. *in confil.* 126. *n.* 190. *lib.* 2. *fapè fuit reprobatus à Rota.*

5 *Bona magni valoris dum probatur adfuiffe in hæreditate, quando non adfunt amplius, adminiftrator, cenfetur fibi fatisfeciffe de fuo credito, & num.* 11.

6 *Quæ præfumptio non ceffat donec per validam redditionem rationum, contrarium non appareat.*

7 *Rationum ratio, dum coram Iudice fuit reddita, tollitur mala præfumptio, vide hic.*

8 *à Sententia, quando fuit appellatum, illius effectus dicitur extinctus.*

9 *à Sententia, quando fuit appellatum, remanet fufpenfa eius executio.*

10 *Adminiftrator, quod voluerit fibi fatisfieri de fuo credito, femper vrget præfumptio.*

11 *Fides fimplex nullum gradum probationis facit.*

12 *Ratio, quando eft femel reddita, tunc non eft amplius reddenda, quando tamen fuit plenè, & perfectè reddita.*

13 *Rationes tunc dicuntur plenè, & perfectè redditæ, quando continet reftitutionem.*

14 *Adminiftrator hæreditatis fi omnes pecunias pofuit ad debitum hæreditatis, non præfumitur fibi fatisfeciffe de fuo credito.*

15 *in Rationum redditione non funt admittenda illæ partitæ, quæ non apparent iuftificatæ.*

16 *Mandatum redditur nullum ex defectu exceffiuitatis.*

17 *Tutor non liberatur à confectione Inuentarij quamuis à Teftatore fuit illud ei remiffum.*

18 *Rationum redditio non poteft dici perfectè reddita, dum pars eorum remanfit confufa.*

19 *in Mandati executione, quando dicatur exceffum.*

20 *Exceffus, quando eft in mandato, & in illius executione, non fubftinetur, nec in parte verè debita.*

DECISIO CLXI.

SOluto matrimonio per obitum Petri Simonis de
Nobilibus Io. Baptifta Balleana vxor, & pro ter-
tia parte hæres fcripta obtinuit ab A. C. mandatum
pro repetitione fuæ dotis fcut. 4300. contra Marcum
Antonium, & Io. eius filios, & cohæredes, qui cum
poftea in illius executionem oppofuiffent ab ipfa Bal-
leana matre fuiffe fpatio trium, & vltrà annorum ad-
miniftrata bona hæreditaria, nec aliquam redditam ra-
tionem, ideòque A. C. ab vlteriori executione man-
dati prædicti fuperfederi mandauit, & fucceffiuè exhi-
bitis per Io. Baptiftam computis rationem ritè, & re-
ctè fuiffe redditam diffinitiua fententia declarauit, à qua
interpofita ad Rotam appellatione, quia ea non ob-
ftante ad fubhaftationem bonorum executatorum in
vim dicti mandati fuit deuentum propofui 3. Martij
proximi præteriti, dubium fuper attentatis, fed fuit or-
dinatum, vt videretur de bono Iure, & hodie ad fauo-
rem Marci Antonij, & fratris conftare Domini refpon-
derunt.

Et refolutionis hoc fuit primum Dominorum moti-
uum, quod cum Ioanne Baptifta tanto tempore admi-
niftrauerit bona viri, & cutelam filiorum gefferat, adeò-
que potuit fibi fatisfacere † de dotibus fuis, vt præfu- 1
matur deduxiffe, & hæc exceptio Iudicium fuper illo-
rum repetitione † motum valuit impedire, *l. fi domnum* 2
9. *& C. pecul.* 10. *§. præterea, & §. idem etiam verf. nam vt
eleganter*, & ibi Angel. *de pecul.* Neguían. *conf.* 57. *n.* 11. Afflict.

dec.

dec. 13. *&* 16. Rota coram Penia *dec.* 78. *& dec.* 408. *n.* 5. *&*
in recent. dec. 130. *n.* 15. *par.* 5.

Et quamuis huiusmodi præsumpta satisfactio, in eo
tantum casu admittatur, in quo ab opponente concluden-
3 ter † probatur ad manus mulieris administratione durante
te tot bona, vel pecunias hæreditarias peruenisse, ex qui-
bus de sua dote commodè satisfieri potuit, vt reprobata
4 sententia Soccin. sen. *cons.* 126. & 180. *l.* 2. respondit Rota
coram Card. Seraph. *dec.* 1455. *num.* 4. *&* 5. Duran. *decis.*
347. *num.* 19. Buratt. *dec.* 420. *num.* 2. *&* 862. *num.* 3. *&* 4.
& in rec. dec. 275. *n.* 4. *par.* 4. *& dec.* 159. *n.* 7. *& duobus seqq.*
eadem par. 4. *tom.* 2. & post Pacif. de Saluian. *interd. dec.* 19.
n. 4. *& dec.* 47. *n.* 2. *& in Recanaten. manutentionis* 27. *Iunij*
1647. §. *penult. & in Fauentina dotis* 17. *Martij* 1649. *coram*
R.P.D. meo Cerro.

In proposito tamen ea descriptione, & assignatione
5 per administratricem facta constat iocalia, argentea, † ve-
stes aliosque hæreditarios effectus magni valoris ad eam
peruenisse. Vndè benè inttat præsumpta satisfactio donec
6 de sufficienti † redditione computorum, quæ ob euiden-
tiam facti faciat illam cessare, appareat, ex adductis per
Modern. *Forolinien. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *par.* 2. *n.* 38.
Rota coram Pen. *in supracit. dec.* 78. *num.* 4. *&* 408. *num.*
final.

Nec visum fuit obstare exceptionem oppositam de ra-
tione semel reddita coram A. C. per quam tollitur prædi-
7 cta satisfactionis præsumptio, † alteramque contrariam
boni Iuris ad fauorem Io. Baptistæ inducit, vt valeat suas
dotes consequi, quia præterquam à sententia promulgata
8 fuit † iam appellatum, & propterea, vel illius effectus re-
mansit extinctus *iuxta Text. in l.* 1. *in fin. ff. ad Turpill. l.*
furti ff. de his qui notant. infamia, Rota *dec.* 95. *num.* 33.
apud Scacc. *de appell.* & coram Buratt. *dec.* 37. *num.* 2. *&*
9 476. *num.* 8. Vel saltem † suspensa executio, adeout pro
tempore quo solidatio computorum erit in controuersia,
10 & lis super ea pendeat semper vrget præsumptio, † quod
sibi satisfacere potuerit, *cap. veniens extr. de iur. iurand. &*
prim. de Iud. Lancellot. *de attent. cap.* 12. *in præfata par.* 4.
num. 14. Rota *in rec. dec.* 93. *num. fin. par.* 1. *dec.* 170. *n.* 5.
par. 4. & apud Cenc. *de cens. dec.* 242. *num.* 12. *&* 245. *n.* 3.
& indiuiduo dixit in Interamnen. Legatorum 10. *Martij*
1623. §. *non obstat coram bo. mem. Coccino*, ex bonis in quie-
tantia quam Ioannes fecit matri, & data in *Summ. num.*
7. consensus apertè liquet, quod omnia bona adnotata in
prædictis Inuentario, & descriptione fuerunt restituta cum
11 plura, & meliora deficiant, † nihil releuante attestatione
vnius testis à Balleana inducti asserentis, quod reliqua
bona vltra illa in d. Ioannis recepta contenta fuerunt
consignata Marco Antonio Ioannis fratri, & ab eo resti-
12 tuen. quia vti simplex fides † aliquem gradum probatio-
nis non facit iuxta vulgatam regulam *in l.* 3. §. *idem Di-*
uus ff. de testam. Coccin. *dec.* 107. *num.* 4. *& dec.* 227. *num.* 2.
Idcircò non releuat, quia supra dicebatur rationem fuis-
se redditam, & latam sententiam, quia procedit vbi illa
13 fuit plenè, & perfectè reddita continens † restitutionem
omnium, quæ administrator recepit, *l. quamuis* 32. *& l.*
cum seruus 81. *ff. de cond. & demonstrat. l. si ita fuit* §. 18.
quaro ff. de manumiss. test. l. non solum §. 15. *qui rationis ff.*
de liber. leg. l. bona fides §. *final. ff. de verb. significat.* Alciat.
decis. 157. *num.* 1. *&* 2. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 164.
num. 15.

Rursus adducebatur, quod omnes pecuniarum solutio-
14 nes à Balleana ad debitum hæreditatis positæ non † appa-
reant iustificatæ certum enim est, quod in redditione
computorum non sunt admitten. partitæ, nec accepto fe-
15 rendæ administrationi † si illas plenè non iustificat Rota
apud Vrgellen. *dec.* 77. *num.* 1. *& per tot. dec.* 102. *num.* 1. *&*
in rec. dec. 498. *num.* 13. *par.* 4. *tom.* 2.

Alterum huius decisionis fundamentum positum erat
16 in † excessiuitate mandati, quia cum Balleana esset hæres
pro tertia parte Petri Simonis viri, & dotis debitoris, il-
liusque hæreditatem adiuerit sine beneficio legis, & In-
17 uentarij, à cuius confectione non restabatur liberata ex
remissione Inuentarij tutelaris ad Tex. *in l. seruus fugitiuus*
122. *ff. de leg.* 1. Alex. *cons.* 62. *num.* 9. *lib.* 4. Monticell. *de*
tutel. lib. 1. *cap.* 7. *num.* 85. Rota *dec.* 762. *num.* 8. *par.* 4. *re-*
cent. & benè distinguitur in Romana fideicommissi de Capite
ferreo 19. *Februarij* 1646. §. *quia circumscripta coram Emi-*
nentissimo Cardinali Corrado, actiones, & iura quæ illa
18 habebat contra hæreditatem viri pro dicta † tertia parte
confusè, & extinctè remanserunt, *l. si adulta* 6. *C. de he-*
red. act. Bald. *in l. debitori lib.* 2. *vers. versio ad primum C.*
de pact. Castr. *in l. fin.* §. *in computat. n.* 5. *C. de iur. deliber.*
Gabr. *cons.* 59. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32.
gloss. 1. §. *vnic. n.* 50. & hinc commissus fuit excessus in
execution † mandati pro integra dote scut. 4300. dum 19
nonnisi pro duabus ex tribus partibus poterat expediri
contra filios cohæredes, *l.* 2. & ibi gloss. *de hered. act. si*
pact. C. de pact. Alber. *in l.* 2. *num.* 2. *ff. de Prætor. stipulat.*
Fusar. *de subhast. quæstion.* 577. *num.* 23. Adden. ad Greg.
XV. *dec.* 422. *num.* 5. *& in Tudertina redditionis rationis*
28. *Iulij* 1645. §. *primo vers. cum idem coram Eminentissimo*
Cardinali Otthobono.

Quæ excessiuitas contenta tam in mandato, quàm in
illius † executione efficit, vt neque sustineatur pro sum- 20
ma, in qua Balleana esset creditrix, sed omnia tanquam
facta vltra debitum corruunt, Bart. *in l. non sortem* §. *si cen-*
tum, & ibi ff. de condit. indebit. Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 6.
n. 7. Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 1148. *n.* 55. *& seq.* coram
S. mem. Gregorio *dec.* 485. *n.* 4. Buratt. *d.* 91. *n.* 6. Duran. *dec.*
81. *n.* 2. *& in Romana Censuum* 16. *Martij* 1648. §. *quocirca*
coram Rev. Archiepiscopo Tarracon.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Lucana Iurispatronatus.

Veneris 28. *Aprilis* 1656.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando dicatur mixtum. Iuspatronatus quando dicatur iustificatus, & maximè si simus in personis priuatis. Iuspatronatus quando non possit dici Sacerdotale. Gratia coadiutoriæ concessa à Papa habenti Iuspatronatûs Laicorum ex quo coadiutor censeatur iustificasse d. gratiam.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, quando dicatur mixtum laicorum, scilicet & Clericorum.*

2 *Iurispatronatus titulus censetur probatus ex præsentationibus effectuatis, & ex prouisionibus Apostolicis cum derogatione Iurispatronatus.*

3 *Iuspatronatus, quando non sumus in personis, in quibus cadat potentia facilius probatur.*

4 *Iurispatronatus probatio in nihilo fuit innouata per Concilium Trident.*

5 *Iurispatronatus probatio fieri potest ex pluribus coniecturis simul iunctis.*

6 *Enunciatiua ad probandum iuspatronatus, quando sunt antiqua, habent vim famæ.*

7 *Ordinariorum enunciatiuis ad probandum iuspatronatus Rota multum solet deferre.*

Ad iuspatronatus approbandum Ordinarij solent esse difficiles, num. 7.

8 *Iuspatronatus an possit probari ex confessione partis.*

9 *Ad iuspatronatus probandum in præiudicium Ecclesiæ parum iuuat confessio partis.*

10 *Confessio partis ad probandum iuspatronatum admittitur in eius præiudicium.*

11 *Iuspatronatus præsumitur ex fundatione, & dotatione.*

12 *Descendentia vnius ab aliquo an probari possit ex fide baptismatis.*

Descendentia ab aliquo probari potest ex testibus, n. 12.

Descendentia an possit probari ex Decisionibus Rotalibus, num. 12.

13 *Iuspatronatus an præsumatur habere de iure annexum ordinem sacerdotalem.*

14 *Iuspatronatus non potest dici, sacerdotale, nisi hoc in eius fundatione fuit dispositum.*

15 *Rectori iurispatronatus, quando fuit iniunctum onus celebrandi Missas, tunc dicendum est sacerdotale iuspatronatus.*

16 *Ad iuspatronatus, quando est eligendus, qui per se celebret Missas, & num.* 17.

28 *Iuspatronatus non poteſt dici ſacerdotale, quando non tales fuerunt præſentati.*

29 *Probatio æquiuoca non iuuat.*

20 *Actus, quando ſunt facultatiui non firmant ſtatum,*

21 *Beneficium aliquod, ad hoc vt obtinere valeat debet eius vacationem probare.*

22 *Qualitas narrata eſt omninò iuſtificanda.*

25 *Narratiua ſubſtantialis gratia, eſt plenè, & concludenter probanda.*

24 *Coadiutoria gratia conceſſa à Papa, quando non dicatur ſubreptitiè obtenta.*

25 *Gratia coadiutoria, quando fuit ſubreptitia, eſt nulla, & vide n. 26. 27. 28. 29. & 30.*

31 *Status vltimus attenditur ad euitandam ſubreptionem.*

32 *In beneficialibus ſtatus vltimus attenditur, quando ſumus in dubio.*

33 *In beneficialibus non attenditur vltimus ſtatus, quando conſtat de contrario, cum veritas ſit attendenda.*

34 *Beneficij vltimus ſtatus quando veniat attendendus.*

35 *Status vltimus quando non eſt præſcriptus, an attendatur.*

36 *Beneficij collationem excipiens, quod fieri debeat per turnum quid probare teneatur.*

37 *Turnus dicitur conſumptus per prouiſionem factam.*

38 *Iurispatronatus collatio facta ab Ordinario intra tempus ad præſentandum, ſuſtinetur, ſi patroni non contradicant intra tempus debitum.*

39 *Turnum conſumit, qui fuit negligens in præſentando intra tempus à iure præfixum.*

40 *Coadiutoria gratia quando vti ſubreptitia non poſſit redargui ob non factam mentionem Turni laicalis.*

41 *Probatio illa dicitur liquidiſſima, quæ fit per rem iudicatam, vel partis confeſſionem.*

42 *In beneficialibus vltimus ſtatus, ex quo dicatur iuſtificatus.*

43 *In ſubreptionis materia attenditur ſtilus, & vſus aliarum gratiarum Principis.*

44 *Subreptio non operatur propter taciturnitatem eorum, quæ non retrotraxiſſent Principem à conceſſione gratiæ.*

45 *Coadiutoriam, quando Papa concedit habenti iuspatronatus Laicale, an requiratur conſenſus Patronorum, & an ſit verum, num. 45. & 46.*

47 *Coadiutor poteſt decedere ante Coadiutum.*

48 *Papa concedendo coadiutorem habenti iuspatronatus Laicorum, an inferat præiudicium patronis, & n. 48. & 49.*

50 *Euentualitaca, quæ merè ſunt, non veniunt attendenda, & num. 51.*

52 *Papa concedendo coadiutorem Beneficiato, manus apponit ſuper beneficio.*

53 *Papa apponendo manus ſuper beneficio, alius inferior non poteſt in illo ſe intromittere.*

54 *Papa paſſim derogat patronatibus Laicorum.*

55 *Regula de annali, & de triennali, an iuuent coadiutores.*

56 *Poſſeſſio requiritur ad effectum regulæ de Triennali.*

57 *Coadiutor non dicitur poſſidere nomine proprio, ſed coadiuti.*

DECISIO CLXII.

VRbanus fel. rec. Papa VIII. de anno 1643. Nicolao Santori Capellaniam ſub inuocatione, ſeu ad Altare Sancti Antonij in Eccleſia Lucana poſſidenti cum futura in ea ſucceſſione deputauit Coadiutorem Io. Baptiſtam de Chriſtophoris. Defuncto poſt decennium dicto Nicolao Coadiuto Io. Baptiſta Guiniſius obtinuit de eadem Capellania tanquam certo modo vacante ſibi à Sede Apoſtolica prouideri, vt in litteris deſuper expeditis. Commiſſa cauſa in Rota dubitaui, An gratia Guiniſij eſſet iuſtificata.

Et pro parte affirmatiua non fuit quicquam dubitatum circa iuſtificationem narratiuæ per Guiniſium factæ Cap-
pellaniam controuerſam † eſſe ex fundatione, vel dota- 1
tione de Iurepatronatus mixto, laicorum ſcilicet, & Cle-
ricorum, vt requiritur ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. verſ.
vt igitur de reformat.* Quia præterquamquod ſatis cenſetur
probatus titulus Iurispatronatus tam ex multiplicatis, &
effectuatis † prouiſionibus Apoſtolicis datis cum deroga- 2
tione illius nedum quadragenariam cum adminiculis, &
fama, ſed etiam hominum memoriam excedentibus, quan-
do, vt hic verſamur † in priuatis, in quibus non cadit vſur- 3
pationis præſumptio, nec attenta *Sac. Concilij diſpoſitio-
ne maior requiritur probatio*, Federic. de Sen. *conſ. 234. verſ.
ad propoſitum*, ſemper à Rota *approbatus*, vt apud Caſſador.
dec. 2. num. 4. de probat. Acchill. de Graſſ. *dec. 6. de Iurepa-
tronat. & in recent. dec. 748. & 211. num. 1. & 317. num. 2.
& 3. par. 1 & dec. 674. num. 2. par. 2.* Duran. *dec. 413. n. 2.
& in Piſtorien. Parochialis* 10. *Maij* 1641. §. *ſecundo proba-
ta erat coram bo. me. Card. Veroſpio Iun. in Bononien. iuris-
patronatus de Butrigarijs* 16. *Martij* 1643. §. *& in omnem
euentum coram R. P. D. meo Bichio, & in Aretina Pleba-
nia* 6. *Februarij* 1614. §. *præmiſſo enim coram R. P. D. meo
Cerro*, & ratio † eſt. quia in iſto caſu Sancta Synodus ni- 4
hil innouauit circa modum probandi Iuspatronatus, vltra
Iuris communis determinationem Rota coram Penia *dec.
132. num. 3.* Cardin. Millin. *dec. 312. num. 2.* bon. mem.
Coccin *dec. 25. num. final. & dec. 494. num. 4. par. 3. & dec.
29. num. 4. par. 7. recent.* Quam ex pluribus enunciatiuis
† Pontificum in prædictis prouiſionibus, & Epiſcoporum 5
viſitationibus emanatis, quæ cum ſint antiquæ magnum
faciunt † adminiculum, habentque vim famæ ad finem 6
probandi qualitatem Capellaniæ, Aret. *in cap. cauſam 14.
num. 26.* & ibi Felin. *num. 4. de probat.* Pariſ. *conſ. 33. num. 7.
lib.* 1. Rota coram Card. Caual. *dec. 362. num. 1.* bon. me.
Merlin. *dec. 224. num. 4. & 5. par. 1.* Buratt. *dec. 636. num. 4.
in d. Piſtorien. Parochialis §. & quidem, & in eadem Bono-
nien. de Butrigarijs in citato §. & in omnem euentum verſ. &
adminicula.* Enunciatiuis † enim Ordinariorum plurimum 7
ſolet Rota deferre, nam præſumuntur Beneficiorum qua-
litatum notitiam habere, & difficiles ſe reddunt ad appro-
bandum Iurapatronatus Rota *dec. 11. de iurepatr. in nouis*
Put. *dec. 343. l. 3.* Mantic. *dec. 318. num. 2. & 350. num. 3.*
bon. men. Coccin. *dec. 229. in fine, & 230. n. 3. & in recent.
dec. 735. n. 5. & 6. par. 3.*

Concludentem probationem illius inducit propria Con-
feſſio Chriſtophori † Coadiutoris emiſſa in gratia reualida- 8
toria Coadiutoriæ, ibi, *Cappellania ſub inuocatione, ſeu
ad Altare S. Antonij Abbatis, quæ de Iurepatronatus lai-
corum, & Clericorum mixtum ex fundatione, vel dotatione
exiſtit Summ. Guiniſij, num.* 14. Quæ confeſſio licet non
ſit potens ad † canonizandum Iurispatronatus in Eccleſiæ 9
præiudicium, valet tamen ad impellendum ipſum confiten-
tem, & † in eius detrimentum Garz. *de benef. par. 12. cap.* 10
2. num. 176. & ſeqq. ſan. mem. Greg. XV. *dec. 452. num. 2.*
& ibi Adden. *num.* 22. Comitul. *dec. 30. num. 2. & 3.* Rota
*dec. 772. num. 1. par. 3. rec. & in Neapolitana Cimiliarcatus
26. Febr. 1645. §. dirimi coram R. P. D. meo Bichio.* Quod-
que ex fundatione, vel dotatione exiſtat, vt legitimè con-
cludendum id eſſe † contenditur de iure præſumitur iuſti- 11
ficata ex iam dictis Iurispatronatus exiſtentia *cap. querelam*
24. & ibi Abb. *col. 3. de elect. & in conſ. 76. ante num. 1. lib. 2.*
Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 18. num. 46.* Franc. Leo
in Theſ. forenſ. Eccleſ. cap. 6. n. 3. Barboſ. *de offic. & poteſt.
Epiſc. par. 3. alleg. 72. num. 29.* Acchill. de Graſſ. *dec. 4. de
Iurepatronatus* Caſſad. *dec. 7. num. 7. eod. tit.* Rota *dec. 792.
n. 11. par. 1. diuerſ. & dec. 494. n. 4. par. 3. rec.* & coram Card.
Millin. *dec. 312. n. 4.* cum alijs relatis per Modern. *Carpen.
controu. Forea. par. 2. cap. 212. n. 25.*

Similiter admittebant Domini eſſe probatum Petrum
Angelum, & Ioſephum, qui prouiſioni Guiniſij conſen-
ſerunt deſcendere à veris Cappellaniæ Patronis, etenim
deſcendentia ex † Laurentio probatur ex fide Baptiſma- 12
tis, & dictis Teſtium, quæ dantur *in eodem Summ. n. 21.
& 22.* qui eos appellant filios Laurentij Rota apud Coccin.
deciſ. 105. num. 2. Caualer. *dec. 46. num. 4.* Buratt. *dec. 781.
num. 6.* Pertinentia autem reſpectu Auctorum Laurentij iu-
ſtificata remanet, ex indiuiduali deciſione ædita *in Lucana
Iurispatr. 14. Dec. 1615. coram Manzaned. impreſſ. in rec.
dec. 723. n. 1. per tot. par. 3.*

Prout pro verificata habeatur expreſſio, quod præ-
fata Cappellania † non habeat annexum ordinem ſa- 13
crum ex Iuris præſumptione, niſi doceatur aliter fuiſſe
in

14 in † fundatione dispositum, cuius tenor ad cognoscen-
dum, An, & qualiter ordo sit anneans inspici debet, Abb.
in cap. cum in cunctis 7. §. *inferiora num.* 12. vbi DD. *de elect.*
Lap. *allegat.* 35. *num.* 30. Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 5. *num.* 9.
& seqq. Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 97. Lotter. *de re be-
nef. l.* 2. *quæst.* 47. *nu.* 29. Rota *decis.* 216. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*
Itaut non sufficiat, quod iniunctum sit Rectori pro tem-
pore onus missas celebrandi, aut præsentandum esse Pres-
15 byterum, † nam cùm possit huiusmodi oneri per alium sa-
tisfieri non censetur ex hoc altera industria personæ cele-
brantis, & ob id opus est, quod vltra exprimatur Presbyte-
16 rum, seu Cappellanum teneri per se ipsum celebrari, Lap.
d. allegat. 35. Grat. *discept. Forens. cap.* 133. *num.* 8. 9. *&* 10.
Garz. *de benef. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 85. *cum pluribus seq.* Gon-
zal. *vbi supra num.* 74. vbi quod hæc est verior opinio, & te-
17 nenda, † eamque semper amplexa fuit Sac. Congreg. Emi-
nentiss. Cardinalium Sacr. Conc. Trid. Interpret. vt testator
Rota coram bo. me. Merlin. *decis.* 825. *à num.* 10. *vsque ad
finem*, *& in Regien. Beneficij* 9. *Decembris* 1639. §. *non item
coram R. P. D. meo Bichio*, & nouissimè in puncto de simi-
libus Cappellanijs *in Lucana Beneficij* 1. *Iulij* 1650. §. *proui-
sio coram eodem*, & hoc magis comprobatur ex quo constat
18 aliquando † fuisse admissos simplices Clericos, vt in pun-
cto *Summ. num.* 13. *&* 19. per quam admissionem sequitur
non posse Cappellaniam dici sacerdotalem, Paris. *consil.* 50.
sub num. 19. *ante fin.* Gonzal. *d. glos.* 5. *num.* 87. Lotter. *de re
benef. d. lib.* 2. *& quæst.* 47. *num.* 30. Viuian. *de Iurepatrona-
tus lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 39. Modern. Mediolanen. *de cum. vlt.
vol. cap.* 10. *num.* 142. Nihil releuante, quod multoties fue-
19 rit collata Presbyteris, † quia non concluditur per hoc fuis-
se illi impressum statum presbyteralem, Lotter. *de re benef.
d. l.* 2. *quæst.* 47. *nu.* 28. esset namque opus ad hunc effectum
20 doceri Patronos coactè præsentasse † Sacerdotes, & non
ex voluntate, cùm esset actus facultatiuus, vt explicat
Garz. *d. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 88. Rota *in d. decis.* 825. *num.* 23.
& 24. coram bo. me. Merlino.

Cæterùm fuit conclusum gratiam non esse iustificatam;
21 siquidem Guinisius adhuc bis sic admissis non probat † nar-
ratam Cappellaniæ vacationem per obitum Nicolai Coad-
iuti sequutam, non obstante futura successione aperta ad
22 fauorem Io: Baptistæ de Christophoris † Coadiutoris, quæ
tamen debuit per ipsum Impetrantem omninò iustificari ex
regula *sext. in l.* 2. *ff. de probat. cap.* 2. *de rescript.* Rota *de-
cis.* 20. *de probat. in nou.* Greg. *decis.* 242. *num.* 5. Duran. *de-
cis.* 208. *num.* 1. & quidem plenè, & concludenter dum in ea
23 est † principaliter fundata concessionis gratia, Io. Andr.
in cap. 1. *de lit. contest. in* 6. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *c.* 1.
num. 1. *& seqq.* Cæsar. de Graff. *decis.* 12. *&* 20. *vbique nu.* 1.
de probat. Rota coram Buratt. *decis.* 175. *num.* 1. Duran. *d.
decis.* 208. *num.* 2. bo. me. Merl. *decis.* 129. *num.* 1. *& in rec.
decis.* 444. *num.* 2. *par.* 2. Bur. *decis.* 512. *nu.* 2.

24 Non obstat prætensa † Coadiutoriæ subreptio ex hoc de-
ducta, quod Papæ expressum non fuit inter dd. Cappella-
niæ Patronos initam fuisse concordiam de alterius vicibus
ad illam præsentando, & quod occurrente prima vacatione
25 præsentatio ad Patronos laicos pertinebat ex qua † omissa
specificatione, gratia redditur subreptitia, & ideò nulla
adnotata *in cap.* 2. *de præb. in* 6. *cap. ad aures de rescript.* Fe-
lin. *in cap. ad audientiam il* 2. *num.* 22. *eod. tit.* Rota coram
d. dec. 208. *num.* 3. Comitul. *dec.* 30. *nu.* 1.

Quia licet quando impetratur Beneficium etiam Patro-
natus mixti Ecclesiastici, & Laici, & Patroni conuene-
26 runt † alternis vicibus præsentare iuxta formam *Clem.
Plures*, §. *& vt facilius de Iurepatr.* Duran. *decis.* 56 *num.* 1.
si vacatio contingit in Turno laici attendatur diuisio ad hoc,
27 vt Turnus laicalis † debeat Papæ narrari pro validitate
gratiæ, quia laicus existens in Turno reputatur pro illa vi-
ce solus Iurispatronatus Patronus, cuius Iuri non præsu-
28 mitur Papam velle † derogare, minusque præiudicare ab-
sque sufficienti conuentionis expressione, Mandos. *in tract.
de signat. Gratia verb. derogatione Iurispatronatus col.* 3.
vers. quæro, Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 45. §. 1. *nu.* 17.
Garz. *de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 615. Lotter. *de re benef.
l.* 2. *quæst.* 9. *num.* 98. *& dub. seqq. & qu.* 10. *nu.* 100. Modern.
Pisan. *de iurepatronatus par.* 1. *l.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. *& lib.* 14.
sub num. 113. Achill. de Graff. *decis.* 2. *num.* 3. *de iurisp.* Put.
decis. 106. *num.* 2. *lib.* 3. Rota coram Comitulo *decis.* 129.
num. 6. Non inde tamen in casu de quo agitur ex huiusmodi
29 taciturnitate † gratia Coadiutoriæ, & futuræ successio-
nis vti subreptitia corrueret; Quia cùm in vltimis præce-
dentibus prouisionibus Apostolicis post diuisionem Turni
emanatis, narrata solum fuerit † qualitas mixturæ, nul- 30
la facta mentione diuisionis per Turnum alternatim præ-
sentandi, *vt in Summ.* Io: Baptistæ de Christophoris *num.* 3.
& seqq. euitatur subreptionis exceptio, & attenditur iste
vltimus status, qui non tantum sufficit pro iustificatione
dictæ gratiæ, *cap. querelam* 24. *de elect. cap. consultationibus*
19. *de iurepatronatus*, *cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. *de caus.
poss. & propriet.* Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *quæst.* 34. *nu.* 4.
Rota coram san. me. Greg. XV. *decis.* 482. *num.* 7. Card. Se-
raph. *decis.* 1229. *num.* 2. *& decis.* 1467. *num.* 3. Buratt. *de-
cis.* 776. Duran. *d. decis.* 208. *num.* 6. *& in recent. decis.* 544.
num. 5. *vers. & ideo par.* 4. *& decis.* 101. *num.* 8. *par.* 7. Verum
etiam suffragatur ad euitandam subreptionem † eductam 31
ex omissa specificatione eorum, quæ in posthumis collatio-
nibus nunquam expressa fuerunt, vt respondit Rota coram
Penia *decis.* 1337. *num.* 4. *& seqq.* Card. Seraph. *decis.* 729. *in
princ.* Caual. *decis.* 450. *num.* 8. *& decis.* 233. *num.* 1. *in fin.
par.* 1. *recent.*

Nec iuuat replicatio, † quod vltimus status inspicitur in 32
dubio, & vbi liquidò non constat de contrario, & diuerso
statu anteriori Beneficij secus quando de eo † liquet, nam 33
tunc status veritati anterioris status, cui si repugnat institu-
tio vigore vltimi † status facta inualida remanet, *cap. cum 34
de beneficio*, vbi glos. & Gemin. *de præb. in* 6. Lotter. *de re
benef. l.* 1. *qu.* 34. *num.* 38. Rota *decis.* 229. *num.* 3. *par.* 1. *rec.
& in Viten. Beneficij*, *seu iurispatronatus* 9. *Decemb.* 1637.
coram bo. me. Pirouano. Cùmque in præsenti facti specie ex
Instrumento diuisionis de anno 1594. stipulatæ depreheo-
datur Turnum, † & vicissitudinem spectare ad Patronos 35
laicos, præualere non debet vltimus status, sed anterior,
qui illum excludit, Caualer. *dec.* 373, *num.* 5. *&* 6. Rota *d. de-
cis.* 229. *nu.* 4. *par.* 1.

Huic fundamento fuit responsum ex præfato Instrumen-
to probari Turnum fuisse, vt supra diuisum; At non se-
quitur, quod præsens vacatio contigerit in Turno laico-
rum, & Guinisius non modo non probat, vt deberet, quia
excipiens † de Turno, & de vacatione in ipso sequuta te- 36
netur vtrumque iustificare, Seraph. *decis.* 1296. *nu.* 9. Co-
mitul. *dec.* 129. *num.* 7. Quinimò ex alijs vacationibus, &
collationibus, quæ præcesserunt pro parte Christophori
exhibitis, & signanter ex illa anni 1601. apparet Turnum
fuisse consumptum, & ad hunc effectum constito † de col- 37
latione resultat præsumptio consumptionis Turni, itaut op-
ponenti contrarium incumbit onus probandi, Rota coram
Cardinali Millino *decis.* 133. *&* 173. *inter eius impressas, vbi-
que nu.* 1. quam refert Gonzal. *glos.* 45. §. 3. *nu.* 22.

Neque obesse visum fuit, quod qui vltimus Cappella-
niam in illa vacatione habuit collationem à Sede Apostoli-
ca, ex quo inferebatur Turnum non fuisse consumptum;
Quia de ea Pontifex prouidit vti de libera collatione, † & 38
spretis Patronis, quibus proinde apertus remansit locus
ad contradicendum, & præsentandum, *cap. decernimus*
16. *qu.* 1. Cassad. *decis.* 2. *num* 4. *de locat. & conduct.* Seraph.
decis. 347. *num.* 4. cum alijs alleg. à Viuian. *de iurspatr. par.* 2.
lib. 12. *cap.* 5. *num.* 1. *& seqq.* Rota *decis.* 77. *num.* 4. *par.* 1. *di-
uers. & decis.* 152. *num.* 7. *&* 8. *par.* 5. *rec. & in Lucana iuris-
patronatus* 3. *Iulij* 1647. §. *vacatio coram Reuerendiss. Ter-
racinen.* Præsentatione † verò non facta, collatio pro illa 39
vice deuoluta, & Turnus quoque consumptus adtest. *in
cap.* 2. *de concess. præbend. cap. litteras* 4. *& cap. final. de sup-
plend. neglig. Prælat.* Abb. *in cap. cum Ecclesia* 31. *num. vlt.
de elect.* Gonzal. *in citata glos.* 45. §. 3. *num.* 16. Garz. *de be-
nef. par.* 5 *cap.* 9. *num.* 251. Vnde gratia coadiutoriæ Chri-
stophoro concessa non potest vti subreptitia damnari ob
non † factam d. Turni laicalis mentionem nisi probatione 40
vndique liquidissima † per rem iudicatam, vel partis con- 41
fessionem constiterit de contrario statu Cappellaniæ, &
Turno antea non consumpto, aliàs non est de eo agendum,
sed vltimus, qui benè resultat ex dictis collationibus, in
quibus † non consueuit id exprimi, nec aliquando Patro-
ni sunt de hoc conquesti, est attendendus, *cap. si Iudex lai-
cus* 12. §. *idem esse de sent. excom. in* 6. Marescott. *vbi supra
num.* 66. Rota apud Card. Seraph. *decis.* 555. *num.* 8. & co-
ram bon. mem. Merlino *decis.* 501. *num.* 16. *& decis.* 521.
num. 4. *&* 5. Adden. ad Buratt. *decis.* 776. *num.* 16. multum
enim fuit in hac materia stilus, & vsus aliarum litterarum
per Principem concessarum, vel concedi solitarum, vt ar-
guit Felin. *in cap. cum super litteris* 20. *num.* 8. *vers. prima
regula de rescript.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 54. *num.* 29.

Rota

Rota *in Gerunden. Prioratus 29. Aprilis 1647. coram R. P.
D. meo Bichio*, & in consequens minus dici potest, quod
43 talis qualitas retraxisset † Pontificem à concessione, nec
tacita operatur subreptionem, vt in terminis Coadiutoriæ
animaduertit Rota *in decis. 313. num. 13. par. 7. rec.* & apud
Merlin. *decis. 688. nu. 7.*

Quod autem in deputationibus Coadiutorum cum fu-
44 tura successione † requiratur consensus Patronorum lai-
corum debentium præsentare, vt informantes pro Guini-
sio addebant, ex Lambertin. *de iurepatr. l. 2. par. 1. quæst. 6.
art. 20. num. 1. fol. 58. seu 546.* sequitur Mandos. *in tract. de
signat. Gratiæ verbo Coadiutoriæ vers. Coadiutor in beneficio*,
Vitian. *de iurepatr. lib. 5. cap. 1. num. 81. & cap. 5. num. 151.*
Gonzal. *ad regul. 8. glos. 5. §. 9. num. 18.* Domini non leuiter
de hoc dubitarunt; dicebant enim nihil tamen firmantes,
46 quod esto, quod † mentio Patronatus laicalis sit facienda,
quando beneficium de tempore gratiæ vacat per cessum,
vel decessum; Attamen non videtur id esse etiam expri-
47 mendum in gratijs Coadiutoriæ, † vel alijs, quæ vacatio-
nem præueniunt, siquidem cùm possit Coadiutor decede-
48 re ante Coadiutum, & de tempore † gratiæ non sit aperta
vacatio ad fauorem Patronorum, nullus eis fit præiudi-
cium Rota *in Cæsaraugustana Canonicatus 1. Febr. 1641.
coram bo. me. Card. Panzirolo*, firmans, quod etsi Sere-
nissimus Hispaniarum Rex haberet indultum præsentandi
49 ad † Canonicatus, non est necessaria mentio, vel dero-
gatio d. Indulti, si Papa Canonico viuenti deputet Coadiu-
torem cum futura successione, tùm quia gratia hæc præ-
50 ueniua † Regi Patrono non affert præiudicium, ex quo
obitus Coadiuti potest accidere in mense reseruato, vel an-
51 tea Coadiutor præmori, & sic quæstio † ad successum me-
rè euentualem reducitur, qui non solet in consideratione
haberi, *l. si quis ab alio, ff. de iudic. l. Iulianus, ff. qui, vel
à quibus*, Card. Zabarell. *in Clem. 1. sub num. 11. de offic. Vi-
car.* Ruger. *cons. 1. num. 101. l. 1.* Giouagnon. *cons. 88. nu. 8.
l. 1.* cum alijs *in d. decis. allegatis*. Tum etiam quia Papa
52 concedendo Coadiutorium apposuit † manus super Cap-
pellaniæ, ex qua appositione fuit inducta illius affectio, sic-
53 que adepta † inferiori facultas, vt non posset plus circa
eam se intromittere iuxta notat. *in cap. 1. & 2. de confir-
mat. vtil. vel inutil.* Paris. *consil. 47. num. 3. & 31. lib. 4.* &
Gonzal. *glos. 52. num. 4. & 7.* Rota coram Buratt. *decis. 36.
num. 2. dec. 45. num. final. par. 6. & d. decis. 313. nu. 1. par. 7.
rec.* Et quemadmodum vacandi fauore Coadiutoris vide-
tur vacare in Curia, quo casu Patronorum præiudicium
54 non est considerabile, quia tunc Papa passim derogat Pa-
tronatui illorum, *cap. 2. de præb. in 6.* Stapb. *de lit. gratiæ, &
inst. col. 1. fol. 54.* Paris. *de resign. l. 2. qu. 4. num. 45.* Lotter. *de
re benef. l. 2. qu. 9. nu. 97. & 98.* Modern. Pisan. *de iurepatr.
l. 2. cap. 2. nu. 8.*

Vltra quæ aduertebant DD. quod in litteris Coadiutoriæ
tribuitur Christophoro facultas, vt possit gaudere benefi-
55 cio † regulari de annali, & triennali, ibi, *ipsumque be-
neficio de non tollendo iure quæsito, ac de annali, & trienna-
li possessionibus gaudere*, ac ipse in vita coadiuti post admis-
sionem ad Cappellaniam per decennium eam possedit, quæ
56 possessio ei suffragatur perinde ac si esset titularis, † vt iu-
uari possit regula de triennali possessione, licet secus esset
si viuente Coadiuto non possedisset, vt distinguit Rota *in
Placentina Decanatus 21. Ianuarij 1597. coram Penia inter
eius impressas decis. 455. num. 1. & 2.* eamque sequitur Gon-
zal. *ad regul. 8. glos. 5. §. 9. num. 118.* Garz. *de benef. par. 4.
cap. 5. num. 90.* vbi firmat, quod secluso d. Indulto non in-
traret regulæ dispositio, ea ratione, quia viuente Coadiu-
57 to, † Coadiutor non dicitur possidere, sed possessionem
habet Coadiutus, pro quo ille possidet, & in istis terminis
loquuntur *dec. 456. num. 1. & 6. & 637. num. 3. par. 1. rec.*
ab altera parte allegatæ.

Et ita vtraque parte Informante fuit decisum.

P. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo Papien.

Foroliuien. Diuisionis.

Veneris 28. Aprilis 1656.

A R G V M E N T V M.

Attentata sunt omnia gesta appellatione penden-
te dum causa est appellabilis. Decretum vt
fiat compromissum inter consanguineos est ap-
pellabile, cùm sit contra ius, vt quis possit co-
gi ad faciendum tale compromissum. Signatu-
ra admittens appellationem simpliciter quid ope-
retur.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata sunt omnia, quæ fiunt appellatione pendente.*

2 *à Decreto de faciendo compromissum inter partes, datur appellatio.*

3 *Compromissum facere de rebus suis nemo de iure inuitus cogitur facere.*

4 *Statutum Foroliuij iubet, vt fiat compromissum inter consanguineos.*

5 *Statutum de compromisso faciendo inter consanguineos, vt intret quid requiratur.*

6 *Clericus non subiacet statutis laicorum.*

7 *Signatura dum simpliciter committit causam appellationis.*

8 *Tali casu appellatio retrotrahitur ad diem interpositæ appellationis, itaut attentata omnia gesta medio tempore reddantur.*

D E C I S I O CLXIII.

Contendentibus Romualdo, & Francisco de Saxis ex vna, & Carolo pariter Saxo ex altera super diuisione bonorum hæreditariorum Ioannis communis Patris, Iacobi communis patrui, & Pauli, & Ioannis Antonij patruorum cœpit Carolus prætendere, quod pro huiusmodi discordijs inter consanguineos fieri deberet compromissum ad formam statuti Foroliuij, cui statuto licet Romualdus tamquam Presbyter, & Canonicus Cathedralis Foroliuij non esset ligatus, obtulit nihilominus se promptum dictum compromissum facere prout de iure, sed non acquiescente Carolo huic formæ compromissi volensque illud esse tam de iure, quàm de facto habuit recursum ad Eminentissimum D. Cardinalem Legatum Prouinciæ Romandiolæ, qui quandam formam compromissi à Carolo concepti approbauit, & ad illud partes deuenire mandauit sub pœna scutorum 500. & mandato aggrauando eum, qui tale compromissum facere renuisset.

In executione huius decreti Gubernator Foroliuij contra prædictos Romualdum, & Franciscum Mariam renuentes tale compromissum facere tamquàm sibi nimis præiudiciale relaxauit grauatoriam à qua interposita appellatione, eaque simpliciter per Signaturam admissa, cùm illa non obstante ad executionem dicti mandati de grauando deuentum fuerit. Ideò hodie ad instantiam dicti Romualdi qui appellauit, & obtinuit committi causam appellationis in Rota, dubitatum fuit An constaret de attentatis, quæ venirent reuocanda, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia omnia, quæ † in causa appellabili post appellatio- 1
nem interpositam fiunt vitio attentatorum subiacent, *l. vni-
ca in princip. ff. nihil innouari appell. interposit. l. appellatio-
ne, C. de appell. cap. non solum eodem tit. in 6.* Lancellott. *de
attent. par. 2. cap. 1. n. in præfat. in fin.* Rota *decis. 183. num. 1.
par. 2. & decis. 102. num. 5. par. 5. recent.* coram Greg. XV.
dec. 69. num. 7. coram Durano *decis. 96. num. 2. & in Anglo-
nen. Territorij 13. Iunij 1650. coram me, §. & pariter.*

Fuisse autem causam appellabilem controuerti non po-
test, nam decretum Eminentissimi Legati, cuius vigore
fuit deinde † deuentum ad grauatoriam, mandat fieri 2
compromissum inter partes litigantes imposita recusanti
pœna scutorum 100. ab huiusmodi autem decretis dari ap-
pellationem, tenet Scacc. *de appell. q. 17. limit. 47. membr. 1.
nu. 198. ad med.* Gilian. *ad stat. Perus. in verb. compromissum
cap. 8. num. 1.* & iure † meritò, quia nemo de iure com- 3
muni inuitus cogitur compromissum facere, *l. 3. §. 1. ff. de ar-
bitr.* Socc. iun. *cons. 4. num. 9. lib. 1.* Hond. *cons. 9. nu. 9. lib. 1.*
& ita decretum contrarium deponens † meritò appellabi- 4
le dicitur.

Nihil obstante statuto Foroliuij de compromissis fiendis
inter consanguineos; Tùm quia compromissum non fuit
petitum ad formam eiusdem statuti, sed cum pactis, † & 5
conditionibus valdè exorbitantibus, & dicto statuto con-
tra-

trarijs, tum quia Romualdus vti Clericus non subiacet dicto statuto ea defectu potestatis statuentium, Felin. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de constit.* Matant. *in prax. par. 6. art. 62. limit. 2. num. 26. consil. 71. num. 9. in fin. vers. his tamen, & num. 10. cum seq. lib. 4.* Afflict. *dec. 149. num. 5.* Ciarlin. *contr. 170. num. 4. lib. 2.* Salyc. *in auth. cassa num. 24. C. de sacros. Eccl.* Roland. à Valle *cons. 57. sub num. 29. lib. 2.* Surd. *decis. 20. num. 8.* & fuit dictum *in Rauennaten. hereditatis 5. Iunij 1648. §. tamen Domini, coram Eminentissimo D. Card. Ottobono, & in Eugubina hereditatis 1651. coram R. P. D. meo Bichio, §. contraria nihilominus, & in Tudertina successionis 29. Maij coram me, §. non obstat.*

Et omnem prorsus difficultatem cessare facit Signaturæ
7 Iustitiæ, quia † cùm appellationem simpliciter commiserit, tali casu appellatio retrotrahitur ad diem interpositæ
8 appellationis, itaut † attentata reddantur omnia medio tempore gesta, vt firmauit Rota coram Buratt. *dec. 902. num. 2.* ibique Add. *num. 6.* Duran. *decis. 96. nu. 6. dec. 191. num. 5. & seq. decis. 240. num. 3.* & fuit firmatum *in Verulana beneficiorum 31. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, in Astoricen. Parochialis 26. Iulij 164... coram bon. mem. Arguelles, in Auenion. attentatorum 10. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Celso, in Comen. Iurispatronatus 25. Ianij 1645. coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & in Comen. Cappellæ 24. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & alibi passim.*

Et ita resolutum fuit informante tantum Romualdo de Saxis, altera tamen parte citata, & expectata per longum tempus, sed nunquam informare volente, &c.

R. P. D. BICHIO.

Leodien. Bonorum.

Veneris 28. Aprilis 1656.

ARGVMENTVM.

Remissoria, quando tamen sumus in prophanis, facili negotio solet concedi, & etiam datur in qualibet instantia, & sufficit, quod non appareat de calumnia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in materia prophana solet dari in qualibet sententia.*
2 *Remissoria, vt concedatur in materia prophana, sufficit, quod vnus ex articulis sit releuans.*
3 *Remissoria facilius datur in prophanis, quando datur fumus releuantiæ articulorum.*
4 *ab Articulo, quando pendet victoria causæ sine dubio non denegatur remissoria.*
5 *Remissoria, vt concedatur sufficit, quod articuli faciant ad causam etiam leui præsumptione.*
6 *Remissoria non conceditur, quando petitur ad euertenda fundamenta decisionum Rotalium, & numer. 7. & 8.*
9 *Remissoria non deneganda venit, quia calumniosè fuit petita, dum non adest talis calumnia.*
10 *Calumnia in petitione remissoriæ excluditur, ex releuantia articulorum.*
11 *Articulorum releuantia ex quo remanet probata.*
12 *Probationes aliquas, pars quod non fecerit, non est imputandum ei, dum per Iudicem non fuerunt admissæ.*
13 *Illatio perperam fit ad diuersa.*
14 *Appellatione bonorum ex latere patris prouenientia, quæ bona veniant.*
15 *Testator censetur voluisse disponere de rebus suis.*
16 *Donatio regulariter non est reuocabilis, sed irreuocabilis.*

DECISIO CLXIV.

LEodiensis Patriæ iuxtà consuetudinem pactum reuersiuum ad fauorem donatoris, vel proximiorum in capitulis matrimonialibus appositum in casum deficientiæ liberorum non purificari si liberi vni ex parentibus superuiuant, quamuis alteri prædecedant, dummodò disiunctiuè, seu alternatiuè collatum fuerit in tempus mortis alterius ex coniugibus respondit Rota in decisione huius causæ super negocio principali edita 5. Iulij 1655. coram me, ea rationibus ibidem adductis.

Ideò informantes pro Hermanno Conerz, & litis consort. prætendentes consuetudinem indistinctè procedere, siue pactum reuersiuum sit conceptum indefinitè, siue alternatiuè id probaturi, exhibuerunt articulos petendo desuper
sibi concedi † remissoriam, quæ solet in qualibet instan- 1
tia concedi in causis prophanis super omnibus articulis
etiamsi † vnus tantum releuans esset, Caputaq. *dec. 68.* 2
num. 1. par. 3. Coccin. *decis. 149. nu. 1.* Rota coram san. me. Greg. XV. *decis. 403. num. 3. & inter recent. decis. 347. nu. 1. par. 1.* facilius dato fumo articulorum, qui etiam ea sedibus
extraiudicialibus † in casu nostro productis resultat, Ro- 3
ta *decis. 650. nu. 6. par. 1. rec. decis. 661. nu. 1. par. 2. dec. 881. num. 27. par. 4. tom. 2.*

Releuantia verò articulatæ materiæ satis patet, quia à
dicta consuetudinis interpretatione pendet victoria † cau- 4
sæ, & sufficeret ad obtinendam remissoriam, quod articu-
li quoquomodo † ad victoriam conferrent, Caual. *de-* 5
cis. 232. num. 2. Rota *inter rec. decis. 720. nu. 3. par. 2. & in Marsicen. Iurisdictionis 17. Februarij 1642. §. siquidem, coram me*, quin & releuantiam esse dubiam, vt fuit dictum *in Pisauren. donationis 26. Iunij 1647. coram Eminentissimo Card. Otthobono, & in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstat, quod Rota in suprememorata decisione
huius causæ declarauerit consuetudini locum non esse vbi
pactum est alternatiuum, nec datur remissoria † ad euer- 6
tenda fundamenta decisionum in causa emanatarum, quia
declaratio huiusmodi innititur legali intellectui pacti, &
consuetudinis non constito, † quod aliter consuetudinem 7
interpretatus fuerit vsus, & obseruantia, quæ præualet,
quamuis intellectus † iam datus esset de iure verior, dùm 8
de cætero verba apertissimè repugnant, Soccin. *cons. 145. num. 1. in fin. & num. seq. lib. 1.* Aym. *cons. 201. num. 11. & seqq.* Adden. ad san. mem. Greg. XV. *decis. 184. sub num. 1. vers. aduertendum*, Rota *decis. 574. num. 3. par. 1. diuersor. decis. 608. par. 2. recent. & in Barchinonen. Canonicatus 15. Decembris 1645. §. dubitatio, coram Illustrissimo Archiepiscopo Tarraconen.*

Cùmque postea cesset omnis suspicio, quod remissoria
petatur † calumniosè ad euertenda decisionis fundamenta 9
denegari ex hoc capite non debet, Coccin. *decis. 338. nu. 2. & 3.* alijsque allegat. *in Valentina Iurisdictionis 15. Martij 1638. coram bo. me. Card. Panzirolo, in Romana societatis de Rotignis 5. Nouembris 1648. coram Reuerendissimo Episcopo Terracinen. in Interamnen. fideicomm. 28. Iunij 1652. coram me.* Eo minùs, quia calumniæ suspicionem exclu-
dit etiam fumus articulorum, † vt ponderauit Rota *in d.* 10
Romana societatis de Rotignis, & in Firmana nullitatis executionis 28. Iunij 1651. coram me.

Nihil refragante, quod pendente hac lite in partibus
nunquam talis consuetudo fuerit articulata, aut probata,
† quia in prima instantia consuetudo fuit admissa absque 11
alia probatione, & Iudex protulit sententiam ad fauorem instantis, quam cùm postea secundus Iudex reuocauerit, instans in tertia instantia exhibuit articulos ad probandam consuetudinem per testes, quos tertius Iudex admisit, & Gerardus, & Gulielmus Robyns ab illorum admissione ap-
pellarunt ad sacrum Tribunal; vnde nihil † imputari po- 12
test instanti si suas probationes non fecit, præsertim quia ille non possidet, vt per Buratt. *decis. 816. nu. 5.* & obtinuit primam sententiam fauorabilem ea allegatis per Add. ad Buratt. *decis. 23. lib. 3. & decis. 677. numer. 5. par. 1. recentior.*

Non obstat, quod ad probandam similem consuetudi-
nem denegata † aliàs fuerit remissoria, *in Leodien. suc-* 13
cessionis 1. Iulij 1654. coram R. P. D. Cerro, quia ibi non
agebatur de consuetudine circa intelligentiam pacti reuersiui alternatiuè, vel coniunctiuè concepti, sed circa comprehensionem bonorum, an scilicet appellatione bonorum
prouenientium ex latere patris † venirent tam bona pro- 14
uenientia à maioribus eiusdem patris, quàm ab ipso patre
acquisita, quæ verò dicuntur de testamento Gasparis non
faciunt ad rem, quando ipse censetur disposuisse † de bo- 15
nis suis, non autem de ante donatis Corrado filio ex cau-
sa matrimonij per donationem, † quàm irreuocabilem 16
esse decisum fuit sub die 2. Martij 1653. coram me.

Qua-

Quapropter vtraque parte informante Domini censuerunt 17 dandam † esse remissoriam, vel siue arbitrio Rotæ, vt seruatum fuit in *Theatina, seu Nullius Abbatiæ 15. Martij 1641. coram me*.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papieñ.

Bononieñ. Pecuniaria.

Lunæ 6. Maij 1656.

A R G V M E N T V M.

Executio rei iudicatæ non retardatur, nisi per exceptiones incontinenti probata, maximè quando fuit à Signatura canonizata.

S V M M A R I V M.

1 *Rei iudicata executio non est retardanda.*
2 *Res iudicata habet executionem paratam.*
3 *Inuentarij exceptio opponi potest etiam post rem iudicatam.*
4 *Inuentarium praseruat haredem ne teneatur de proprio.*
5 *Inuentarium non liberat haredem, ne teneatur de bonis hareditarijs.*
6 *Confessio facta in inuentario contra confitentem plenè probat.*
7 *Haredes solent potius omittere in inuentario bona testatoris describere, quam sua in eo ponere.*
8 *Inuentarij error probandus est per claras probationes.*
9 *Inuentarij error non admittitur nisi etiam doceatur de causa erroris.*
10 *Factum proprium non admittit excusationem erroris, nec ignorantia.*
11 *Bona in inuentario descripta an prasumantur propria, vel hereditaria.*
12 *Hæres beneficiatus pro sua satisfactione prasumitur detraxisse tantundem de bonis hæreditarijs.*
13 *Hares non reddendo rationem de bonis hæreditarijs, non potest retardare processum ad vlteriora.*
14 *Hæreditas semper prasumitur soluendo.*

D E C I S I O CLXV.

IN vim trium conformium, quæ omnes condemnant Carolum Beccadellum, hæredem Laurentij Bonsignorij ad soluendum libras 30. mil. ex causa administrationis per d. Laurentium exercitæ de bonis extradotalibus Gesiæ Baldæ eius vxoris ab anno 1621. vsque ad annum 1637. & post illarum executionem à Signatura præseruatam cum clausula, *sine præiudicio*, relaxato, atque expedito mandato contra bona hæreditaria Laurentij, quia illius vigore facta fuit executio super quibusdam stabilibus existeñ. in Communibus Sancti Ioannis in Calamosco, & S. Nicolai de Villula. Hippolyta Landina hæredes prædicti Caroli Beccadelli ad vlteriorem executionem impedieñ. cœpit coram Vicario Bononieñ. executionem mandati Rotalis opponere de inuentario per dictum Carolum confecto de bonis hæreditarijs Laurentij, ex quo colligi prætenditur vt satisfactis creditis anterioribus nihil supersit, quod pro solutione debiti prouenientis ex causa administrationis sufficiat, vnde non esset supersedendum, dubitatum hodie fuit, & negatiuè per Dominos responsum.

Mandatum enim relaxatum fuit in vim rei iudicatæ per tres conformes, & præuio rescripto Signaturæ cum clausu-
1 la, *sine praiudicio*, † quo casu vt non sit in illius executione supersedendum maximè postquam illa fuit cœpta, declarat *text. in Clem. vt calumnijs de re iudicata*, Rip. *in l. 4. §. condemnatum num. 3. vers. aliquando, ff. de re iudic.* Alex. *cons. 227. num. 6. lib. 6. vers. quia dicta sententia*, Soccin. *cons. 78. num. 4. in fin. lib.* 3. Rota coram Seraphin. *dec. 777. num. 12. vers.* 3. Caual. *decis. 495. num. 5. vers. sed respondebatur*. Andr. *decis. 85. num. 2. versic. de iure autem*. Et ef-
2 fectus † rei iudicatæ est, vt illius executio non retardetur, & paratam semper habeat executionem, *l.* a. & ibi Bartol. *C. de exeq. re iudicat.* Vestr. *in prax. lib.* 18. *cap. vlt. num.* 6. Rota *dec. 168. num. 9. par. 6. recent.*
3 Nihilque refragatur, quod exceptio inuentarij † tanquam non impugnatiua, sed modificatiua sententiæ opponi possit etiam post tres conformes, & rem iudicatam, ad tradita per Salycet. *in l. ab executione sub num. 14. versic. idem de except. benef. inuent. C. quorum appellat. non recip.* Calcan. *consil. 18. num. 27. vers. & ideo*, Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. resol. 1. de except. num.* 10. cum alijs per Modern. Hispan. *in Laberinth. credit. par. 3. cap. 1. num.* 87. quia admissa etiam pro vera huiusmodi conclusione adhuc obiectum cessat ex facto, nam executio apparet facta super bonis, quæ in ipsomet inuentario descripta leguntur pro hæreditarijs Bonsignorij, & ita exceptio inuentarij, nil releuat ad dictam executionem retardandam, † nam beneficium inuentarij 4
præseruat quidem vt non teneatur de proprio, *l. fin. §. & si prædictam, Cod. de iur. deliber.* Rota *in Anconitana, seu Maceraten. Census* 21. *Aprilis 1646. coram bon. mem. Pirouano*, sed tamen † cum non liberat, quin quoad bona hæreditaria teneatur, iuxta theoric. Bald. *in dicta l. fin. §. & si prædictam sub num. 3. vers. si vere esset bonum, C. de iur. delib.* Rota coram Greg. XV. *decis. 67. num. 12. dec. 418. sub nu. 6. & 7.* & ibi Add. *num.* 15. Rota coram Merlino *decis. 782. nu. 1. vers. non tanquam*, & fuit resolutum *in Sancti Seuerini Dotis 15. Maij 1635. coram bo. me. Pirouano, & in Romana quarti dotalis 19. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro*, & alibi passim.

Neque subsistere visa fuit exceptio data, quod scilicet prædium executatum S. Ioannis in Calamosco pro rata tornaturarum 55. non sit hæreditarium Bonsignorij, sed proprium ipsius Caroli Beccadelli, ex quo dictæ tornaturæ 55. de propria eius pecunia acquisitæ præsupponantur de anno 1625. & 1626. à diuersis personis in quas idem Bonsignorius viuens illas alienauit, quia cùm deinde idem Carolus in inuentario per ipsum confecto anno 1638. de bonis hæreditarijs dicti Bonsignorij istud prædium S. Ioannis pro hæreditario descripserit absque vlla declaratione, siue limitatione inde resultat præsumptio, quod vel dictæ tornat. 55. fuerint posteà per eumdem Bonsignorium redemptæ, prout redimere illas potuit vigore pacti specialis super earum alienatione appositi, vel quod tornaturæ in inuentario descriptæ, & super quibus fuit facta executio sint diuersæ ab illis, quas Carolus Beccadellus acquisiuit de anno 1625. & 1626. Confessio † enim emanata in inuentario, certum est, quod 6
contra illud conficientem, ac habentem ab eo causam, plenè probat *l. fin.* vbi Bald. & Salycet. *in princip. C. arbitr. tut.* Soccin. *cons. 61. num. 1. cum seq. vol.* 3. Patil. *cons. 45. nu. 20. vol. 2. vers. vnde considerato*, Decian. *cons. 76. nu. 8. vers. 2. probantur vol.* 3. Pereg. *de fideic. art. 44. sub num.* 3. Gratian. *discept. for. cap. 765. num. 59.* Rota *diuers. decis. 21. num. 3. par. 1. in rec. dec. 416. nu. 2. in fine par.* 1. coram Durano *decis. 337. num. 9.* & inuerisimile omninò redditur, vt si de tempore confecti inuentarij dictum prædium non fuisset in totum hæreditarium Carolus voluisset illud in sui præiudicium pro tali in inuentario describere, maximè cùm regulariter hæredes † soleant potius omittere, quam de suo capite addere, vt in his terminis ponderauit Rota coram Merlino *dec. 796. à num. 1. cum seqq.*

Neque prætextus erroris in describendo de facili admittitur cùm concludentissimè ille probari debeat per indubitatas, atque euidentissimas rationes, *l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat.* Rota coram Durano *d. decis. 377. nu. seq. vers.* 2. coram Merlino *decis. 796. num. 3. & in Bononien. de Marescottis 27. Iunij 1635. coram Cardin. Macchiauello.* Imò † vt nec etiam sufficiant docere de errore, nisi & insimul causa erroris deducatur, Surd. *dec. 104. nu. 18. discep. forens. cap. 776. num. 7.*

Tantòque magis procedere debet in proposito casu in quo descriptio facta fuit ab ipsomet Carolo Beccadello, qui dd. tornaturas acquisiuit, † vnde non potest in eo cadere 10
ignorantia, & per consequens, nec dari verisimilitudo erroris, Rota coram Greg. XV. *dec. 414. num. 7.*

Prætereà circa hoc remouetur quæcumque difficultas ex eo, quod pro parte illorum de Baldis iustificatur Carolum Beccadellum alienasse tornaturas per ipsum emptas † vnde 11
illæ, quæ fuerunt in inuentario descriptæ conuincuntur omninò hæreditariæ Bonsignorij, nec potuerunt vllo modo esse propriæ Beccadelli.

Minus releuat ex eo, quod prætendatur Beccadellum plura debita hæreditaria Bonsignorij, potiora debito administrationis soluisse † inde Hippolyta Landina tanquam hæ- 12
res Beccadelli possit bona executata sibi detrahere, imò detracta censeantur per imaginatiam solutionem ministerio legis

legis factam, iuxta doctrinam Bartol. *in l. si ei cui, §. 1. nu. 1. ff. de eust.* Peregr. *de fideicomm. art. 35. num. 13.* Rota *de-*
13 *cis. 127. num. 10. par. 1. rec.* † Quia alijs pro nunc omissis,
cùm vsque adhuc ratio de bonis inuentariatis legitimè red-
dita non fuerit, non potest sub hoc prætextu retardari pro-
14 cessus ad vlteriora. Hæreditas † enim sempet in dubio sol-
uendo præsumitur donec contrarium per hæredem probe-
tur, Gratian. *discepsat. forens. d. cap. 766. num. 50.* Rota *in Romana Legati 2. May 1644. coram R. P. D. meo Cerro, & in Auenion. Saluiani 10. Februarij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, §. ex ipso si quidem in fine.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papień.

Bononień. Alimentorum.

Mercurij 10. Maij 1656.

A R G V M E N T V M.

Pater cùm teneatur subministrare filio necessaria alimenta, ideò stante nimia duritia patris, itaque filius diuertat à patre, tenetur ipse pater filio etiam extra domum propriam subministrare alimenta, & quando in hoc à Iudice taxata, cùm in hoc attendatur qualitates personarum.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio datur ei, qui probat suam actualem possessionem.*

2 *Iudex ritè, & rectè procedons priuat possessorem sua possessione, absque alia expulsione.*

Et transfert eam in alteram partem.

3 *Possessor, quando non possit priuari sua actuali possessione.*

4 *Exceptiones omnes non admittuntur ad impediendam manutentionem.*

Nam illa tantum admittuntur, quæ sunt adeò clara, vt nullo velamine possint offuscari.

5 *Iudex procedendo iuris ordine seruato, licet faciat præiudicium, & inferat grauamen, qualiter succurratur grauato, & nu. 6. & 7.*

8 *Iudex non potest dici grauasse aliquem, dum non constat de iniustitia, sed potius iustitia.*

9 *Iudex decernendo alimenta filio in bonis patris, quando dicatur ritè, & rectè processisse.*

10 *Partis præsentia, supplet quemcumque defectum citationis.*

11 *Procuratoris partis præsentia supplet quemcumque defectum citationis generaliter constituti.*

12 *Pater non potest cogi ad præstanda alimenta filio extra domum.*

13 *Quod tamen limitatur, quando inter patrem, & filium, est orta aliqua lis.*

14 *Filius quando dicatur habere iustam causam diuertendi à patre, tunc pater tenetur alimenta præstare extra domum propriam.*

15 *Filius iustè discedit à domo paterna ob litem etiam super alimentis ortam.*

16 *Filius iustè diuertit à domo patris eius sæuitia, & asperitate.*

17 *Iudex quando iustè motus ad arbitrandum dicatur, quod pater subministrare alimenta teneatur filio extra propriam domum.*

18 *Decretum prouisionale, quando Iudex in materia alimentorum possit facere.*

19 *Alimentorum materia, quando celerem requirit expeditionem.*

20 *Iudex arbitrium in materia alimentorum sumere debet circa eorum taxationem ex quantitate patrimonij, & personarum.*

21 *in Taxatione alimentorum ex omnibus bonis debentis illa subministrare taxanda sunt, quamuis sint in diuersis dominijs.*

22 *Iudex in taxatione alimentorum filio à patre debitorum, quid considerare debeat, & num. 23.*

24 *Alimentorum taxationes à Rota in diuersis casibus adducuntur, & num. 25. & 26.*

27 *Alimentorum taxatio non est rigidè facienda pro sola necessitate naturæ.*

Sed secundum gradum, & conditionem personarum.

28 *in Alimentorum executione, quando non possit dici excessum.*

29 *Alimentorum taxatio debet continuare singulis annis.*

30 *Alimentorum præstatio à Iudice taxata non debet retardari, cùm venter non patiatur dilationem.*

31 *Filius existendo sub patria potestate, si ducat vxerem actio pro consecutione dotis datur patri.*

32 *Pater tenetur multò fortius alere filium, dum dictus filius sumendo vxorem consecutio dotis spectat ad patrem.*

33 *Pater tenetur filio subministrare necessaria alimenta.*

34 *pro Alimentis consequendis an detur hypotheca.*

35 *Immissio, quando conceditur ex vtili Saluiano interdicto, non datur sine hypotheca.*

30 *pro Alimentis consequendis aliquando solet fieri assignatio bonorum.*

DECISIO CLXVI.

DOminus Marchio Claudius Fontana nimiam patris sæuitiam, & motum asperitatem diutiùs subsistere non valens, volensque propterea seorsum à Patre viuere habuit recursum ad Eminentissimum Cardinalem Legatum, qui per modum prouisionis, & sine præiudicio, iurium ambarum partium mandauit solui pro dicti Marchionis, eiusque vxoris substentatione lib. 400. quolibet mense huic decreto cum patere recusaret D. Marchio Io. Maria pater, fuit Claudio decreta immissio ad possessionem nonnullorum bonorum ad effectum cum illorum fructibus se satisfaciendi de dictis menstruis prouisionibus; Verùm interposita deinde pro parte d. Io. Mariæ appellatione, causaque per Signaturam, quoad deuolutiuum tantùm commissa in Rota hodie dubitatum fuit cuinam dandum esse maudatum de manutenendo in possessione dictorum bonorum, & DD. dandum esse Claudio responderunt.

Docet enim de possessione actuali capta vigore supradicti
mandati de immittendo, & ità cum † immissus fuerit au- 1
ctoritate Iudicis ritè, & rectè proceden. Marchio pater
absque alia expulsione † priuatus remansit sua possessio- 2
ne, illaque translata fuit in Claudium filium, qui proinde
in ea manutenen. venit, *l. iustè possidet, ff. de acq. poss.* Angel. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num. 2.* vbi Alex. *num. 2. ff. eod. tit.* Abb. *in c. cum quibus num. 10. de sent. & re iudic.* Rota coram Seraph. *decis. 1325. num. 1.* coram Gregor. XV. *decis. 582. num. 2. in recent. decis. 173. num. 1. par. 1. decis. 229. num. 1. par. 5.* & post Modern. *de manut. decis. 24. num. 1. & 2.* & alibi passim.

Substinere neque visæ fuerunt oppositæ exceptiones nul-
litatis, & iniustitiæ decreti, & immissionis, quia stante
prætenditur † Marchionem patrem non potuisse priuari 3
sua anteriori possessione; quia vltra quod huiusmodi excep-
tiones non admittuntur ad effectum impediendi manuten-
tionem, † immisso à Iudice nisi adeò sint claræ, & noto- 4
tiæ, vt nullo velamine offuscari possint, Rota post tract.
Moder. Petus. *de manut. decis. 137. nu. 1. & seqq. & dec. 100.*
num. 5. & ratio est, quia vbi Iudex procedit † seruato iu- 5
ris ordine, licet inferat grauamen, & faciat iniustitiam, si
dicta iniustitia non est notoria, & patens; non dicitur pro- 6
cedere tamquam priuatus, & propterea spoliato succurritur
non per viam extraordinariam manutentionis, † sed per 7
remedium appellationis, Rota *in Romana restitutionis dotis 4. February 1650. coram R. P. D. meo Peutingero, §. final. in Bononien. Prædij 10. Martij 1653. coram R. P. D. meo Celso, & in Interamn. Saluiani 13. Martij 1654. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Cessat in proposito casu omnis difficultas, quia non so-
lum non constat de aliqua asserta nullitate, vel iniustitia
notoria, vt potiùs, † vtraque excludatur, nullitas enim, 8
quæ prætenditur ad defectum citationis Marchionis patris
ex facto tollitur, siquidem vltimum decretum super alimen-
tis taxatis in menstruis libr. 400. & eius vigore fuit subsequu-
ta concessa, † immissio apparet emanasse in contradictorio 9
Marchionis patris, ibi, audito D. Marchione Claudio Fon-
tana instań. & petente in præsentia D. Marchionis Io. pa-
tris. Præsentia autem certum est, † quod quemcumque 10
cita-

citationis defectum supplet, Bald. in l. fin. Cod. de procurat.
& in l. 1. C. de ferijs, Abb. in cap. bona il 1. num. 17. de elect.
Angel. & Imol. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Gabr. de
cit. concl. 1. num. 396. Rota post Post. de manut. decis. 427.
num. 5. & 6. & decis. 532. num. 1. in recent. decis. 326. num. 5.
par. 3. & decis. 406. num. 1. par. 5. Add. ad Buratt. decis. 727.
sub num. 9. & 13. vbi ampliat conclusionem procedere,
11 & in † comparitione procuratoris generaliter constituti,
12 & † facta post terminum citationis.

Non etiam subsistere visa fuit prætensa ininstitia ex eo
deducta, quod Marchio pater cogi non potest præstare ali-
menta Claudio extra propriam domum, ad tradit. per Surd.
de alim. tit. 4. qu. 14. in princip. Cyriac. controu. 33. num. 11.
Seraph. decis. 1194. num. 1. Quia conclusio huiusmodi licet
in se vera recipit tamen limitationem, vt non procedat,
13 quando prout hic, lis aliqua orta fuit † inter patrem, &
filium; Nam tunc filius habet iustam causam diuerteñ. è
14 domo paterna, † & alimenta extra eam recipienda, ad
trad. per Bart. in l. Caio, §. Imper. num. 2. ff. de alim. & ci-
bar. leg. Ias. cons. 44. in 2. dub. vol. 1. Rol. cons. 23. nu. 11. &
12. versic. quibus tamen non obstan. lib. 1. & cons. 89. num. 14.
& 15. lib. 3. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 170. num. 16. quod
15 procedit etiam si lis † super ipsis alimentis orta fuit, Rota
coram Penia decis. 1665. num. 4. vers. nec praeiudicabat, in
recent. decis. 199. num. 6. par. 4. vers. nec eidem fratri, & fuit
dictum in Romana legati cibi, & potus 13. Iunij 1633. coram
Reuerendiss. D. meo Decano, & in Bonon alimentorum 4.
Martij 1654. coram R. P. D. meo Albergato; eòque faciliùs
dum accedit etiam magna patris durities, atque asperitas
26 ob quas, † etiam D. Marchio Ludouicus alter filius maior
cum vxore coactus fuit à paterna domo recedere. Hinc
namque insurgit alia causa propterquam ratiocinabiliter
Iudex moueri potest ad arbitrandum, atque decernendum,
17 vt pro communi quiete † alimenta filio extra domum pa-
ternam subministrentur, Castr. consil. 415. in fin. lib. 2. Ro-
ta coram Durano decis. 148. num. 3. vers. sed nihilominus, &
coram Merlino dec. 371. num. 3.

Neque valet dicere, quod ex confessione Marchionis
Claudij emissa in memoriali porrecto Eminentissimo Car-
dinali Legato habeatur patrimonium ascendere ad an-
nuum redditum libr. 26. mil. ex quibus si filio, necnon aliæ
libr. 800. circiter, quas pro soluendis annuis debitis patri-
monio annexis ex computañ. esse supponitur. Inde taxa-
tio facta in menstruis libr. 400. pro solis alimentis Claudij
omninò excessiua detegatur.

Quia vltrà, quod assertio de redditu librar. 26. mil. facta
in dicto memoriali est secundum statum bonorum datum
Eminentissimo Legato, vt in Summario Io. Mariæ num. 1.
ibi, lo stato de' quali da congionto, status autem non exhi-
betur, & ipsum memoriale excipit alia bona ex quibus ha-
bet alimenta Marchio Ludouicus, prout & de assignatione
illi facta constat ex decreto bon. me. Cardinalis Cataffæ
tunc Legati, Summario Claudij num. 1. nec alia asserta de-
bita iustificantur. DD. vlterius pro responsione animad-
28 uertebant, quod concessa immissio fuit † prouisionalis,
ne scilicet pendente lite alendus detrimentum pateretur,
quo casu potest interim Iudex etiam non benè informatus
de statu hæreditatis suo arbitrio aliquam summam pro ne-
cessarijs alimentis decernere, Marescott. var. resolut. lib. 2.
cap. 83. num. 2. Rota in recent. decis. 549. per tot. par. 4. to. 2.
19 Causa enim alimentorum dicitur pia, quæ perinde † cele-
rem desiderat expeditionem, vt in his terminis dixit Rota
in Romana alimentorum de Cincijs 10. Martij 1599. coram
Orano, & in Tudertina alimentorum 31. Ianuarij 1653. co-
ram me, §. non obstat.

Cessat prætereà quicumque prætensus excessus, nam si-
ue attendatur quantitas patrimonij, siue qualitas personæ,
20 à quibus Iudex suum † regulare solet arbitrium pro ta-
xandis alimentis, l. si cui, ff. de ann. legat. l. fin. de ord. cogn.
Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 7. versic. solet tamen. Ma-
rescott. var. resol. cap. 83. num. 12. Fontanell. de pact. dot.
tom. 2. clausul. 6. gloss. 2. par. 3. num. 64. & 75. Trentacinq.
var. resol. par. 1. tit. de alim. resol. 1. num. 46. Rota diuers.
decis. 500. in fine par. 4. coram Buratto decis. 261. num. 111.
& Add. ad eumdem Buratt. decis. 707. num. 8. & in Neapo-
litana Matrimonij 13. Iunij 1650. coram Reuerendissimo
Tarraconen. semper taxatam nedum esse excessiuam, sed
potius modicam.

Patrimonium enim detegitur valdè amplum, & ad hunc
effectum non solum est habeñ. ratio bonorum existen. in
territorio Bononiæ, sed etiam Ferrariæ, vbi Marchio pa-
ter possidet bona ingentis redditus, & signanter de anno
1651. bona annui redditus scut. 3000. acquisiuit † ex om- 21
nibus enim bonis, quamuis in diuersis locis, & sub diuersis
iurisdictionibus positis vnicum afficit patrimonium, l. si fi-
deicommissum, §. 1. ff. de iud. Surd. de alim. tit. 4. qu. 23.
num. 45.

Prætereà etiam ratione qualitatis personæ summa taxata
nullum continet excessum. Agitur enim de viro nobili, di-
gnitate Marchionatus decorato, habente vxorem nobilem,
† & familiam pro dignitate eius personæ, & status neces- 22
sariam, & vlterius alimenta sunt præstanda in Ciuitate Bo-
noniæ, vbi nobiliter viuitur, adeout his omnibus perpen-
sis iusta, & rationabilis, vndique appareat taxatio † facta 23
in dictis menstruis libr. 400. cum ad d. Marchionis Claudij
statum, & conditionem debito cum decore, & pro modo
honestati suæ personę congruo substentandam minor † im- 24
pensa fieri non possit, & in simili; Imò maiori cum quan-
titate taxauit alias, Rota vsque de anno 1589. vt patet ex
dec. 500. ante fin. par. 4. & tamen de illo tempore minor im-
pensa requirebatur, ex quo minor erat luxus, & res vilio-
ri pretio vendebantur, & coram Mant. dec. 331. vbi rece-
den. à † decisione Peniæ 1644. apparet taxata fuisse alimen- 25
ta in dictis menstruis 100. neque decreto, in Bononien. ali-
mentorum de Herculanis coram R. P. D. meo Albergato, de-
cernens filio alimenta in solis scut. 50. pro quolibet mense
huic casui applicatur, quia vbi agebatur de præstatione ali-
mentorum soli filio; † Marchio autem Claudius est vxora- 26
tus, quæ qualitas certum est, quod multum auget expen-
sas, vt considerauit Rota coram Mant. d. dec. 331. per tot.

Tantò autem minùs impugnari posse visum fuit decre-
tum Eminentissimi D. Cardinalis Legati ratione prætensi
excessus, quia hic non agitur de alimentis præstandis cau-
sa miserationis, sed officio Iudicis † quorum taxatio non 28
fit rigidè pro sola necessitate naturæ, sed secundum gradum,
& dignitatem personæ, cui alimenta præstari debent, Ro-
ta coram Durano decis. 95. num. 52. & decis. 148. nu. 3. & 4.
& in rec. dec. 82. nu. 22. par. 7. & in d. Bononien. alimentorum
coram R. P. D. meo Albergato.

Minimèque refragatur prætensio illa, quod si non fuit
excessum in taxatione fuerit saltem excessum in executione
per assignationem bonorum † valdè maioris redditus, 28
quam importent alimenta taxata, quia vltra quod contra-
rium conuincitur ex obligatione facta ab ipsomet Marchio-
ne patre, qui dum obtulit pro eorum affictu soluere eam-
dem summam pro alimentis; satis inde elicitur non fuisse
dicta bona maioris redditus, cùm præsumatur dictum Mar-
chionem fecisse iustam oblationem; adhuc huiusmodi exce-
ptio non valet impedire alimentorum consecutionem, sed
ad petitorium reijci debet, in quo si approbabitur d. ass. ex-
cessus poterit ex computari in sequentibus annis, in quibus
eadem præstatio † alimentorum continuare debet, vt 29
alias in simili casu respondit Rota diuersor. decis. 500. par. 4.
& decis. 549. num. 4. & 5. par. 4. rec. tom. 2. & vltimo loco in
Tudertina alimentorum 31. Ianuarij 1653. coram me, §. ces-
sare propterea.

Non etiam à consequutione huiusmodi alimentorum po-
test Marchio Claudius repelli sub prætextu, quod per obi-
tum Com. Furni eius soceri nuper defuncti factus fuerit lo-
cus exactioni dotis vxoris, quia omisso, quod nulla bona
probantur cum effectu peruenisse ad eius manus, vel eius
vxoris. Imò d. Comes Furnus supponitur decessisse multo
ære alieno grauatus, adeout eius bona sint multis implica-
ta ex hoc impediri non valet † præstatio alimentorum cum 30
venter non debeat pendere ab incerto, nec patiatur dilatio-
nem, Surd. de alim. tit. 1. qu. 44. num. 38. Rota diuersor. de-
cis. 500. par. 3. Gratian. discept. for. cap. 345. nu. 18.

Cessat vlterius obiectum, tùm quia existente Claudio sub
patria potestate † actio pro conseruatione dotis compete- 31
bat patri, Modern. Lusitan. in l. si cum dotem 23. §. trans-
grediantur, sub num. 6. ff. solut. matrim. atque ità cùm pa-
ter haberet actionem vsufructuan. † & commoditatem 32
dotis ad ipsum quoque spectabat alere filium, ad text. in l.
fin. §. ipsum autem, vbi Bald. in princ. Cod. de bon. quæ liber.
Surd. de alim. tit. 7. qu. 37. num. 45.

Tùm & fortiùs, quia offert Marchio Claudius cedere pa-
tri omnia, & quæcumque iura sibi quomodolibet compe-
tentia pro d. dote dummodo alimenta sibi subministrentur
huiusmodi namque stante oblatione non potest pater vti
exceptione dotis pro se liberando ab obligatione, ad quam
tene-

33 tenetur † erga filium præstandi ei necessaria alimenta, Ro-
ta *in Romana*, *seu Ianuen. prætensa nullitatis professionis*
7. Februarij 1656. *coram Reuerendiss. P. D. meo Cerro*, §. *è*
contra vero.

Denique malè impugnatur concessa immissio prætextu
34 defectus hypothecæ, † quæ pro alimentis non dari prætenditur, quia quicquid de hoc sit, non sumus in immissione
concessa ex vtili Saluiano interdicto, quod sine hypotheca
35 non datur, † sed in assignatione bonorum pro faciliori
consecutione quantitatis alimentorum designatæ ex redditibus bonorum assignatorum, quæ prouisiones de iure fie-
36 ri possunt, † & ita seruari à Magistratibus ad tollendas rixas, & conseruandam pacem, tenet Bald. *in l.* 2. *num.* 3. &
ibi Castr. *num.* 6. *C. si in fraud. patroni*, Alex. *in l. Imperator num.* 13. *ff. ad Trebell.* Molin. *de primog. Hispan. lib.* 2.
cap. 15. *num.* 72. & firmauit etiam Rota *diuersor. decis.* 48.
nu. 11. *par.* 2. & coram Penia *decis.* 1154. *num.* 2.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papień.

Interamneń. Vsusfructus.

Veneris 12. *Maij* 1656.

A R G V M E N T V M.

Procurator ad exigendum cum onere reinuestiendi. Exactione facta tenetur reddere rationem exactionis, & inuestimenti, alias loco inuestimenti tenetur ad damna, & interesse quorum solutio non retardatur, nisi per exceptiones claras: Tamen hic procurator de administratis ordinariè conueniendus est, vbi non constat de obligatione viam executiuam tribuente.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator ad vendendum non reddita ratione pretij teneatur ad illius restitutionem.*
2 *Procurator ad vendendum cum onere reinuestiendi non facto inuestimento tenetur ad damna, & interesse.*
3 *Et in hoc casu non requiritur probatio requisitorum Pauli de Castro in l. 3. de eo quod certa loca.*
4 *Partita extracta ex libris Bancheriorum à Camera deputatorum probant.*
5 *Libris personarum à publico approbatarum fides debetur.*
6 *Exactiones facta censentur in vim mandati pracedentis.*
7 *Interesse non debetur à Procuratore, qui exigit absque onere inuestiendi.*
8 *Procurator, qui exegit cum onere inuestiendi non facto inuestimento non potest se tueri exceptione prastationis alimentorum.*
9 *Nec etiam tuetur pratextu talis prastationis, quando alia bona administraait.*
10 *Donec saltem de administratis reddat rationem.*
11 *Coniectura ad probandam satisfactionem debent esse plures, & concludentes.*
12 *Tempus, quo durauit administratio de prascriptione subducitur.*
13 *Prascriptio non currit attenta mala fide.*
14 *Ordinariè est procedendum, quando non adest obligatio pro via executiua.*
15 *Burattus dec. 277. num. 2. & Gratian. discept. 655. declarantur.*

D E C I S I O CLXVII.

IOannes Alexander Pacionus vigore mandati Procuræ sibi facti de anno 1625. à Doralice, & Lucia eius Sororibus ad exigeń. omnes, & quascumque pecuniarum summas debitas, ac debendas, & signanter ad vendenda loca Montium, illorumque pretium inuestień. in non vacabilibus exegit de anno 1627. pretium sex locorum Montium Cancellariæ, quæ erant propria dd. sororum, nec non alia loca quatuor Montis Cæsarini inter ipsum, & dictas sorores communia pariter resignanit de anno 1638. vigore alterius mandati procuræ facti de anno 1627. hinc cum præfata Lucia, tam nomine proprio, quàm vti hæres Doralicis sororis prætenderet, restitutionem pretij dd. locorum Montium, nempè Cancellariæ, & Cæsarini, ac etiam fructus pretij dd. locorum sex Montis Cancellariæ ad formam dicti mandati Procuræ, inuestiendi, loco damnorum, & interesse, dubitatum fuit, An dicta restitutio pretij locorum Montium, ac fructuum competeret, & qua via, & Domini quoad primam partem affirmatiuè, quo verò ad secundam via ordinaria esse, responderunt.

Ratio resolutionis, quoad primam partem fuit, quia cùm, vt dictum fuit, Ioannes Alexander Procurator à sororibus constitutus ad vendeń. loca Montium illa vendiderit, nec de pretio rationem † aliquam reddiderit, vtique 1
ad illius restitutionem pro rata ad sorores spectante tenetur,
l. si Procuratorem, §. *fin. ff. mandati*, *l.* 1. §. *officio*, *ff. tutel.*
l. Procuratorem, & *l. ad comparanda*, *C. mandati*, Rota *in*
Romana pecuniaria 14. *Decembris* 1646. *coram me*, *in* §. *iustitia vero confirmata* 25. *Februarij* 1647. *in fin. princ. coram*
Eminentissimo Cardin. Corrado, *vbi referuntur concordantes*. Imò cùm ex speciali pacto in Instrumento mandati
procuræ apposito idem Io. Alexander teneretur summam
exactam ex locis Montium Cancellariæ vacabilibus inuestire in locis Montium non vacabilibus, siue annuis Censi-
bus, nec dictum onus adimpleuerit, † indè sequitur, vt 2
pro damnis, & interesse teneatur ad fructus, qui percipi
potuissent si dictum inuestimentum factum fuisset, *l. si pecuniam*, *ff. de condit. caus. dat. l. si tutor*, *ff. de administr.*
peric. tut. l. si Procuratorem, §. *mandati actio*, *l. si mandauero*, §. *Iulianus*, §. *mandati*, *ibi aquissimum esse mandati*
Iudicio prastari quanti eius interfuit emptam rem habere,
Honded. *cons.* 29. *num.* 3. & *seqq. lib.* 2. Galu. *cons.* 26. *num.* 8.
in fin. lib. 1. Gratian. *discept. for. cap.* 34. *à num.* 42. & *seq. ea*
discept. 920. *num.* 26. & 27. Rota *decis.* 85. *numer.* 14. *par.* 4.
tom. 2. *recen. in Bononien. de Lambertinis* 3. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio*, *qua est la* 275. post Zacch. *de oblig.*
Cam. vbi firmatur contra † huiusmodi obligatos ad inue- 3
stień. non esse necesse probari requisita, Castren. *in l.* 3.
ff. de eo quod certo loco, & fuit dictum *in Romana quatuor*
Domorum 21. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. Peuting.* post Moder. *de legit. dec.* 29. *num.* 6.

Neque subsistit, quod partita exactionis scutorum 750.
locorum Montium Cancellariæ, non sit in forma probanti,
quia cùm appareat extracta ex libris DD. de Sacchettis à 4
Camera deputatorum ad solueń. pretium Montium Cancellariæ, vtique illa benè probat Bart. *in l. quadam*, §. *nummularios in fin* vbi etiam Ias. *ff. de eden.* Becc. *cons.* 5. *num.* 1.
Magon. *decis. Lucen.* 59. *num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.*
672. *num.* 9. sunt enim personæ † à publico approbatæ, 5
quo casu eorum libris adhibetur fides, Bursatt. *cons.* 105.
num. 26. Ruin. *cons.* 12. *num.* 10. *vol.* 5. Paris. *cons.* 140. *in fin.*
vol. 5. Rimin. *cons.* 39. *nu.* 1. Genua *de script. priuat. lib.* 4.
de lib. ration. offic. à num. 1. *cum seqq. fol.* 223. vbi plures alij
cumulantur.

Minùs refragatur prætensio illa, quod dictæ exactiones
non appareant factæ proprio nomine. Nam respectu Montis Cæsarini obiectum cessat ex facto, dum nomen Procuratoris expressum fuit, quo verò ad illa Cancellariæ † cum 6
illa spectarent ad sorores constituentes, & appareat præcessisse speciale mandatum ad exigen. subsequutæ exactiones factæ censentur in vim præcedentis mandati, ad trad.
per Bart. *in l. qui in aliena*, §. *si is, qui putabat*, *ff. de acquir.*
hared. Surd. *cons.* 19. *num.* 30. *cum seqq.* Rota *in recen. dec.*
640. *num.* 12. *par.* 1. & *dec.* 64. *num.* 4. *par.* 6. & coram san.
me. Greg. XV. *decis.* 472. *nu.* 8. & 61. Adden. *sub nu.* 9.

Nec etiam euitari posse visa fuit restitutio fructuum prætextu, quod in secundo mandato procuræ facto per sorores de Pacionis non legatur appositum onus inuestiendi pretium prout in præterito. Quia Domini pro responsione animaduerterunt, quod exactio pretij locorum Montium
Cancellariæ, quorum tantum fructus Rota resoluit deberi,
fuit facta vigore primi mandati † habentis onus inuestien- 7
di vigore verò secundi mandati facti ad resignań. loca vacabilia tantum ex datis in *Sum.* additionali Luciæ *num.* 1. & 2.
fuerunt resignata loca Montium Cæsarini, ex quibus admittitur, quod fructus non debeantur ex quo in eo onus
inuestiendi appositum non legitur.

Sic nec prætensio, quod huiusmodi pecuniæ consumptæ fuerint in alimentis per Ioannem Alexandrum præstitis dictis eius sororibus pro releuanti habita fuit, nam respectu

fortis

8 fortis locorum † Montium Cancellariæ exceptio eliditur
ex quo constituentes voluerunt pretium inuestiri in alijs lo-
9 cis Montium Cæsarini, † cùm ea Testibus constet eum-
dem Alexandrum administrasse etiam cætera bona soro-
rum ex illis censentur præstita alimenta, vel quatenus de
proprio soluisset præsumitur ea illis satisfactus, *l. peculium*
la 2. §. præterea, ff. de pecul. Marcell. *§. requiritur nu. 12. ff.*
ad Trebell. Roman. *cons. 187. num. 5. vers. quia quando*,
Crauett. *cons. 129. eadem num. 5.* Gabr. *cons. 88. nu. 13. vol. 2.*
Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 135. num. 13. & seqq. lib. 3.*
10 Afflict. *dec. 13. num. 16.* & in omnem casum † non red-
dita ratione administrationis aliorum bonorum, creditum
istud remanet turbidum, & per consequens non deducibile,
l. fin. vbi DD. *de compensat.* Rota *in recen. decis. 160. nu. 10.*
cum alijs *in Nursina redditionis rationis 3. Iunij 1647. coram*
me, vers. tamen cum appareat. Et nihilominus pro omni-
moda huius obiecti remotione censuerunt & Domini,
quod occasione horum alimentorum hæreditas Io: Alexan-
dri non condemnetur ad restitutionem dd. fructuum loco
damnorum, & interesse, nisi pro decursis post obitum Io.
Alexandri, de quo tempore cùm cessauerit præstatio ali-
mentorum, certum est, quod obiectum huiusmodi omninò
excluditur.

Denique non releuat præsumpta satisfactio deducta ex
coniecturis, quia ad hunc effectum debent illæ esse plu-
11 res, † atque concludentes, quales non sunt ponderatæ ab
Informantibus pro parte Io. Alexandri, Rota post Pacif. de
Saluian. *dec. 259. num. 2. & in Romana Canonis 16. Martij*
1607. coram bon. mem. Manzanedo.

Demùm exceptio statutariæ præscriptionis, nec ipsa im-
pedit repetitionem, siue restitutionem sortis, & fructuum:
12 Tum † quia subducto tempore, quo sorores sub guber-
nio, & cura fratris remanserunt vsque de ann. 1640. non
13 remanet tempus habile ad inducen. præscriptionem, † tum
quia illa cessat attenta mala fide, *cap. fin. de præscript. cap.*
possessor. de reg. iur. in 6. Honded. *cons. 17. nu. 84. in fin. lib. 1.*
Rota coram Merlin. *dec. 686. num. 14.*

Quod verò ad secundam partem dubij, ideò Domini di-
xerunt agendum esse via ordinaria, quia non constat de
14 aliqua Io. Alexandri obligatione, † quæ tribuat ius, &
actionem executiuè procedendi, Alexand. *cons. 192. nu. 1.*
& 2. lib. 7. Rota *decis. 4. num. 1. par. 3. recent. & decis. 33.*
num. 6. apud Zacch. *de oblig. Cameral.* & fuit dictum in *de-*
cis. in hac causa emissa sub 22. Maij 1654. coram me, §. ra-
tioni autem.

25 Neque refragantur doctrinæ † in contrarium adductæ,
nam Rota coram Buratt. *dec. 277. num. 2. loquitur* in com-
pensatione, quæ est diuersa ab actione, Gratian. *discep.*
forens. cap. 665. loquitur in administratore loci Pij priuilegia-
ti, & qui erat in forma Cameræ Apostolicæ obligatus.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Amerina Successionis.

Lunæ 15. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Immissio super bonis hæreditatis datur cuilibet probanti se verè hæredem Testatoris, contra hæredem quemlibet prætendentem se hæredem vniuersalem. Bona omnia reperta in hæreditate præsumuntur Testatoris, nisi aliud concludenter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Soror æqualiter succedit cum fratre in hæreditate alterius fratris prædefuncti.*
2 *Monasterium succedit in locum Monachi professi in eo.*
3 *Monasterio danda est immissio ob hæreditatem Monacho delatam.*
4 *Immissio debetur omni hæredi vero, contra quemlibet pro hærede vniuersali possidentem.*
5 *Bona quod prouenerint ab aliquo, quando videatur dicendum.*
6 *Bona reperta in hæreditate præsumuntur Testatoris esse & qui contrarium prætendit, tenetur id concludenter probare.*
7 *Bona aliqua, quod non sint comprehensa inter bona fideicommissaria, benè probatur si ea non sint descripta inter dicta bona.*
8 *Confessione propria, nulla efficacior probatio est.*
9 *Bona subrogata in loco bonorum fideicommissariorum alienatorum, perinde est ac si essent ab initio fideicommissaria.*
10 *Declara tamen hanc conclusionem, vt hic, & nu. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Minor, dum de tempore confectionis inuentarij hæreditarij est minor, tenetur obseruare solemnitates à Statuto, & Constitutione Marchiæ requisita.*
16 *Minor non potest facere assertiones præiudiciales sibi, sine debitis solemnitatibus.*
Et quando sunt facta sine eis, non possunt præiudicare.
17 *Confessio, quando manifestè apparet erronea non præiudicat.*
18 *Confessio apertè apparet erronea, quando de veritate constat in contrarium.*
Veritas non vitiatur, nec alteratur ex diuersa assertione, num. 18.
19 *Veritas non alteratur ex confessione erronea emissa in confectione inuentarij.*
20 *Confessio, vel partis assertio emissa in confectione inuentarij, non valet inducere fideicommissum, in rebus, quæ in rei veritate non adsunt.*
21 *in Filio minore hærede facilius præsumitur error.*
Quoniam in ea ætate non præsumitur verisimiliter informatus, in his, quæ pater gessit.
22 *Parentes consuescunt cum filijs facta domus conferre.*
23 *Testis depositio pro euitando aliquod damnum non attenditur.*
24 *Spolium Clericorum euitatur dum probatur bona Clerici esse propria.*
25 *in Bonis donatis à Clerico in vita non intrat spolium.*
26 *Clericus de bonis acquisitis ex beneficijs, potest ad libitum disponere in vita, & in eis non intrat spolium.*
27 *Beneficiati bona præsumuntur acquisita ex fructibus beneficiorum.*
28 *Beneficiatus æquiparatur vsufructuario habenti administrationem, vt per actus inter viuos valeat de fructibus beneficij disponere.*
29 *Possibilitas excluditur per inuerisimilitudinem.*
30 *Alienationem allegans, tenetur eam probare.*
31 *Clausula illa apposita in inuentario, quod illa bona, quæ non erant apponenda, haberentur pro non appositis, est salutaris, & nu. 32.*
33 *Iura sua, quilibet præsumitur velle illæsa conseruare.*
Iuribus suis, per confessionem propriam, quis non præsumitur voluisse præiudicare.
Et ideo constito de veritate in contrarium, erronea confessio non attenditur.
34 *Verisimilitudo est attendenda in dispositionibus humanis.*
35 *Citatio per affixionem, non est modus iustificandi scientiam citatorum.*
36 *Citatio personalis est necessaria, ad hoc vt alicui possit præiudicari.*
37 *Citatus, quando quis non est personaliter, ad effectum ei præiudicandi, debet probari eius notitia de tali citatione.*
Cùm ad hunc effectum non suffragatur citatio etiam domi executa.
38 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, sine citatione patris, non probant.*
39 *Testis deponens de auditu à parte non plus probat, quàm si pars illa deponeret, & nu. 40.*

DECISIO CLXVIII.

ABsoluta ad fauorem Catharinæ disputatione inter ipsam, & Monasterium S. Stephani de Ameria ex persona Mariæ Hieronymæ eius sororis Monialis ibidem professæ, orta super bonis per Felicem Archimandritam Messanen. Ægidio communi Patri intuitu matrimonij sub

onere

onere fideicommissi donatis. Hodiè proposui dubium in
vltima decisione reseruatum, An dicto Monasterio debea-
tur immissio in bonis liberis Antonij per d. Catherinam pos-
sessis, & pro medietate illorum concedendam esse fuit per
Dominos resolutum, quia cum post obitum Ægidij deces-
serit ab intestato, ipse Antonius filius masculus superstiti-
bus præfatis Catherina, & Maria Hieronyma Moniali
eius sororibus, vtique est ei aperta via æqualiter succeden-
1 di † cùm Catharina in hæreditate Antonij fratris, §. *si igitur defunctus il 2. auth. de hered. ab intest. veni, auth. ita-que, C. com. de success.* Rota coram bo. me. Merlino *dec.* 390.
nu. 1 Ad commodum tamen,& vtilitatem Monasterij bono-
2 rum capacis, † in quo professionem emisit, *c. in præsentia*
8. *de probat. l. Deo nobis* 34. §. *hoc etiam*, & ibi Bart. Bald. &
alij, *C. de Episc. & Cleric. cap. allegat.* 101. *num.* 31. Hond.
cons. 76. *num.* 9. & 10. *lib.* 2. Paris. *cons.* 65. *nu.* 6. *lib.* 1. Surd.
cons. 238. *nu.* 1. *lib.* 2. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.*
12. *nu.* 33. Rodrig. *in compend. regul. resolut.* 72. *n.* 19. Osasc.
decis. Pedem. 126. *nu.* 4. Rota coram Merlin. *dec.* 22. *num.* 1.
3 cui Monasterio propterea danda est immissio † pro medie-
tate bonorum Mariæ Hieronymæ tangente ex interdicto,
l. 1. *C. quor. bon.* & ibi not. Bart. coram Card. Caual. *decis.*
286. *in princ.* apud Merlin. *d. decis.* 22. *num.* 2. & *in rec. dec.*
415. *n.* 2. & 6. & *dec.* 480. *nu.* 2. *p.* 5. cuius remedium absque
4 dubio competit contra quemlibet † pro hærede vniuersali
possidente hæreditatem defuncti, vel alium possessorem, &
detentorem alicuius rei, vt habetur in *l.* 1. *ff. quem bon.* &
ibi gloss. *in princ. l. pro herede* 11. *ff. de pet. hered.* Rot. *decis.*
304. *num.* 1. *par.* 5. & in mox citatis coram Cardinal. Caual.
386. *nu.* 3. & Merlin. 22. *eod. nu.* 3.

5 Nec visum fuit posse in aliquo suffragari † Catherinæ,
quod bona ista præsumantur prouenisse ab Archimandrita
donatore, & fideicommittente, eique tantum debita ex-
cluso Monasterio iuxta firmata in alijs decisionibus, quo-
niam imò præsumptio est, quod illa sint propria Antonij,
in cuius hæreditate repertæ sunt, nisi concludenter opposi-
tum iustificetur, *l. ob maritorum* 2. vbi gloss. *in verb. occupa-re, C. ne vxor. pro marito*, Soccin. iun. *cons.* 135. *nu.* 15. *lib.* 1.
Gratian. *discept. forens. cap.* 657. *nu.* 39. Surd. *cons.* 505. *sub nu.* 6. *vers. nec monet*, Rot. *dec.* 704. *num.* 2. *par.* 3. *rec.* penes
bo. me. Merlin. *decis.* 406. *num.* 1. & *in Anconitana dotis* 5.
Iunij 1651. *coram Reu. D. meo Decano*. Attenta præcipuè
expressione bonorum de quibus Archimandrita ad fauorem
Ægidij fratris mediante donatione disposuit, & fideicom-
misso subiecit, vt ex Instrumento in hodierno *Summa-*
6 *rio Monasterij num.* 1. in qua adnotata non sunt Silua de
Canale, cum domibus, & alijs bonis in Territorio Castri
Frattuciæ, petia Terrarum, in Contrada domus Leonis,
Podij Felicis, seu Collis Rensi, & in vocabulo Monti-
celli, Castri Campani, & loca Montium, in *Summ. Mo-nasterij dato* 31. *Ianuarij præteriti num.* 2. & 3. in quibus pro
nunc dictum Monasterium immissionem petit, illa enim
pactionis descriptio bonorum donatorum sufficit ad ex-
cludendam præsumptionem, quod hæc sint in fideicom-
misso comprehensa, & inducit contrariam probationem,
7 quod † non descripta non extabant in bonis describentis,
minusque donata censeantur, *l. fin.* §. *licentia*, *C. de iur. delib.* Duran. *dec.* 212. *nu.* 2. & 3. Buratt. *dec.* 544. *nu.* 13.

Neque respectu bonorum in Territorio Castri Frattuciæ
positorum obesse potest, quod Antonius in Inuentario de
hæreditate Ægidij patris confecto asserat illum ea acqui-
siuisse ex pretio scut. 6500. retracto ex argentis, & rebus se-
riceis fideicommissarijs in prædicta donatione specificatis,
& ab eodem alienatis, & hinc illius confessionem elici con-
8 tendebatur, † qua nulla efficacior probatio inueniri po-
test ad conuincendum bona non esse libera ipsius Antonij
ad finem, vt super ipsis Moniales valeant petitam immis-
sionem obtinere, *l. cum precum* 6. *C. de liberal. caus. l. ge-neraliter* 13. *Cod. de numer. pecun. c. per tuas* 10. *de probat.*
quasi stante dicta confessione, & descriptione de illis sic fa-
9 cta dicantur subrogata in locum dd. † argentorum aliena-
torum, & debeantur Catherinæ fideicommissariæ, ac si
essent ab initio relicta in hæreditate fideicommittentis, *l. Imperator* 72. §. *cum autem, ff. de legat.* 2. Surd. *dec.* 15. *n.* 10.
& *seq.* cum alijs deductis per Rotam *in dec.* 126. *num.* 30. &
164. *num.* 15. *par.* 7. *rec.* Nam omisso, quod procedit, con-
clusio vbi pecuniæ ex bonis hæreditarijs retrahendæ sunt ex
Testatoris præcepto destinatæ ad emptionem, & reinue-
stiendæ pro fideicommisso, quia tunc bona empta censen-
tur hæreditati eiusdem Testatoris quæsita, ex quo hæres
præsumitur tantum † præcedens mandatum ad commo- 10
dum fideicommissi emisse etiamsi stipulatus fuerit pro se, &
hæredibus ad Text. *in l. qui negotiationem* 9. vbi Bart. *ff. de admin. tut.* Surd. *d. dec.* 15. *nu.* 28. & 29. Peregr. *decis. Pa-tauin.* 2. *sub nu.* 9. *vers. sed tantum*, cum alijs allegatis *in Bo-non. bonorum* 17. *Iunij* 1641. §. *Ioannes etiam*, & 21. *Feb.*
1642. & *in Cathacen. hæreditatis* 28. *Aprilis* 1653. §. *quia cum iste, coram R. P. D. meo Cerro*, & *in Romana Census* 6.
Martij 1645. *coram R. P. D. meo Peutingerio*, secus in sim-
plici hæreditate, † cui tale præceptum de reinuestiendo non 11
fuit iniunctum, hoc enim vsu fideicommissarius † pro quo 12
non tenetur hæres esse Procurator, seu negotiorum gestor,
l. postulante 44. §. & *in huiusmodi*, *ff. ad Trebell.* Peregrin.
cons. 31. *nu.* 11. *vers. nam non cogitur*, non valet directè ad bo-
na ex pretio hæreditarijs per granatum empta agere, † cùm 13
præsumptio sit, quod hic stipulando proprio, & hæredum
nomine voluerit † acquirere ad sui, & illorum vtilitatem, 14
habetque solum onus restituendi pretium fideicommissa-
rium facta illius liquidatione, Bart. *in d. l. Imperator*, §. *cum autem, nu.* 1. *ff. de legat.* 2. Menoch. *cons.* 213. *nu.* 23. Buratt.
dec. 784. *nu.* 1. & 2. Duran. *dec.* 63. *nu.* 2. & pluribus alijs re-
latis distinguit Rota *in supracitatis decis. Bonon. bonorum*,
& *in Cathacen. hæreditatis* 28. *Aprilis* 1653. *sub d.* §. *quia cum coram R. P. D. Cerro*.

Animaduertendum in primis fuit Antonium tempore
confectionis Inuentarij fuisse minorem, nec probari adhibi-
tas solemnitates à statuto, † & Constitutione Marchiæ 15
requisitas in contractibus minorum. Vnde quemadmo-
dum sine illis contrahere prohibetur minor, ita, & non po-
test † huiusmodi assertiones facere, & factæ non præiudi- 16
cant, *l. cum quis decedens* 36. §. *Titia*, vbi Bart. *de leg.* 3. Ro-
lan. *cons.* 51. *nu.* 34. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 97. *nu.* 44. *lib.* 1. Gra-
tian. *discept.* 669. *nu.* 3. *cum seq.* Crescent. *decis.* 2. *de confess.*
Put. *dec.* 7. §. *vbique nu.* 1. *lib.* 3. *in correct.* Rota *dec.* 55. *nu.* 4.
par. 6. & *dec.* 245. *nu.* 1. *par.* 7. *rec.* Buratt. *decis.* 229. *num.* 2.
Deindè illius confessionem † manifestè erroneam appa- 17
rere dicebatur ex contraria, & propria assertione Ægidij,
qui ex datis in hodierno *Summ. Monasterij num.* 6. medio
iuramento fassus fuit argenta, & serica per ipsum vendi-
ta non excessisse valorem scutor. 3000. & ex eis acquisiuisse
bona in territorio Tudertino, & contrada *del Rosaro*, ideò-
que subsequens filij confessio deprehenditur erronea tam
circa quantitatem, quàm qualitatem bonorum eo ipso,
quod constat † veritatem esse in contrarium, quæ non 18
vitiatur, minusque alteratur ex diuersa asseueratione in
ipsius confitentis præiudicium, *l. cum falsa* 5. *C. de iuris, & facti ignor. gloss. in l. de ætate in* §. *Celsus, ff. de inter-rogat. l. non fatetur, ff. de confess.* Rota coram bon. mem.
Merlino *dec.* 617. *num.* 5. Duran. loquens de erronea con-
fessione † emissa in confectione Inuentarij *dec.* 409. *num.* 19
penult. & *final.* & in terminis, quod partis assertio, aut con-
fessio non valeat inducere fideicommissum super bonis, quę
ex voluntate, & dispositione Testatoris illi subiecta non
fuerunt, † nec præiudicium afferat, tenent Soccin. iun. 20
cons. 112. *nu.* 3. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 105. *nu.* 95. & 96. Fusar.
cons. 1. *num.* 28. & 29. facilius enim præsumitur error in filio
minore, † quem non est verisimile esse informatum de his, 21
quæ Pater gessit, & disposuerat, cessatque in eo ratio, quæ
solet allegari, quod Parentes consueuerint cum filijs facta
domus conferre, vt ait Surd. *in cons.* 251. *num.* 16. Crauet.
consil. 175. *num.* 5. & 914. *num.* 13.

Nec dicatur confessionem Ægidij esse suspectam, † vti 23
factam pro euitando spolio, quod Camera Apostolica se-
quuto obitu Archimandritæ super illius bonis prætendebat;
namque respondebatur omnem cessare suspicionem, ex eo
quod Ægidius eodem modo euitabat spolium, † & liberabat 24
bona à Cameralibus spoliantibus, allegando illa esse propria,
quam asserendo prouenire ex antecedenti donatione † Ar- 25
chimandritæ sibi de illis facta, quia potest Prælatus bona per
ipsum acquisita donare, & de eis in vita ad libitum dispone-
re, † absque eo, quod intret spolium, sub prætextu, quod 27
præsumantur, quæsita ex fructibus beneficij, quod obtinebat
iuxta gloss. *com. receptam in cap. præsenti*, *quia verbo reser-uari de offic. ord. in* 6. Mulin. *de Hispan. primog.* qui ista sem-
per practicari vidisse refert in *lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 33. & 34. Garz.
de benef. par. 2. *cap.* 1. *nu.* 10. Rota coram fa. me. Greg. XV.
dec. 401. *num.* 1. alijsque adductis *in Melevitana hæredit.* 28.
Maij 1649. §. *quibus coram Reuerendiss. P. D. meo Cel-so confirmata* 16. *Maij* 1650. *coram Reuerendissimo Ar-chiepiscopo Tarraconen.* ea ratione, quia beneficiatus

28 æquiparatur † vsufructuario haben. administrationem,
vt per actum inter viuos valeat de fructibus beneficij dispo-
nere, Molin. *vbi supra*, Lotther. *de re benef. lib. 2. quæst. 36.
nu. 45.* Cardinal. Seraph. *dec. 549. nu. 7. & in d. Meleuitana
hæreditatis dict. §. quibus, vers. Beneficiatus enim.*

Minùs dici potest, quod Antonij assertio vires assumat
ex eo, quod Ægidius potuerit ex venditione aliorum mo-
bilium vltra ea, quæ continentur in eius confessione emere
bona *della Fratuccia*, quoniam ex combinatione bonorum
29 in Instrumento donationis expressorum, † & Inuentarij
per ipsummet Antonium facti penitus excluditur possibili-
tas venditionis aliorum, *l. fin. §. licentia, C. de iur. dot.* Ias.
in l. si constante num. 129. ff. solut. matr. Menoch. *cons. 354.
nu. 24. lib. 4.* Cassad. *dec. 5. nu. 4. & 5. super regul. Cancell.* Se-
30 raph. *dec. 504. nu. 6.* Adeout ab allegante † præfatam cæte-
rorum mobilium alienationem debeat plenè probari, *glos.
ord. in l. cum de lege, ff. de probat.* Duran. *dec. 212. num. 3.*
31 Iuncta præcipuè salutari † clausula in eodem Inuentario
adiecta, quod si aliqua fuerint descripta, quæ non erant
apponenda haberentur pro non scriptis, quod indicat ma-
32 gis certiam † confessionem Ægidij, qui iureiurando con-
trarium super proprio facto sine vlla clausula præserua-
tiua asseuerat, quàm Antonij, qui per talem protesta-
33 ionem Iura sua voluit † illæsa remanere dum verè con-
stat eius confessionem esse erroneam, *l. 1. ff. hac stipula-
tio*, vbi Angel. *nu. 24. ff. si cui plus, quam per l. Falcid.* Rota
decis. 187. nu. 9. par. 3. rec. in Bonon. de Boris 18. *Febr.* 1641.
*§. hinc patet coram Reuerendiss. Salamantino, & in Roma-
na fideicommissi de Nicolinis* 28. *Apr.* 1651. *§. non obstat co-
ram R. P. D. meo Cerro.*

Non facit ad excludendum errorem, quod Antonius asse-
uerit dicta bona fuisse ab Ægidio Patre empta ex argento-
34 rum retractu citatis illius creditoribus, qui † verisimiliter
contradixissent si confessio minùs vera fuisset, siquidem ex-
cepto Io: Baptista Calidoro consanguineo, qui fuit in cita-
tione specificè nominatus, cæteri omnes fuerunt per affi-
35 xionem citati, qui citandi modus † non iustificat scientiam
citatorum contra quos ad hunc effectum debet personaliter
36 exequi † citatio nisi aliundè doceatur, quod ita citati cer-
tam notitiam habuerint cum tali casu solummodò suffra-
37 getur citatio etiamsi esset † Domi exequuta, *clem. causam
in fin. de elect.* Roman. *cons. 410. num. 2.* Couar. *in cap. alma
Mater par. 1. §. 9. num. 4. vers. tertius casus de sent. excom.*
Rota coram Seraph. *decis. 1296. num. 3. in Pisauren. Pecu-
niaria* 15. *Ianuarij* 1652. *§. neque Comites coram Eminentiss.
Card. Otthobono, & in eadem* 14. *Iunij eiusdem anni § quan-
do enim coram R. P. D. meo Celso.*

Tandem non visi sunt attendendi Testes deponentes se-
rica, & argentea ab Archimandrita Ægidio donata fuisse
38 valoris sc. 12. mil. quia examinati fuerunt † ad perpetuam
rei memoriam sine partis citatione, ideòque non probant,
l. si quando 28. C. de Testib. cap. 2. eod. tit. Rota *dec. 485. nu.
23. p. 4. tom. 2. dec. 310. nu. 13. p. 5. & dec. 206. nu. 20. p. 6. rec.*
Vltra quod conuincitur ex dicta Ægidij confessione,
39 ad quam † se referunt, quod ad illam quantitatem non
ascendunt, & certum est, quod plus probare non possunt
40 quam ille deposuit Rimin. Iun. *cons. 60. num. 2. & seq.* Rota
*dec. 762. num. 6. par. 2. & dec. 308. nu. 11. par. 6. recent. & in
Romana officij Notariatus 6. Februarij 1654. §. prætensio co-
ram R. P. D. meo Celso.*

Ex quibus fuit conclusum dandam esse immissionem pro
medietate in prædictis bonis Monasterio reiectis ad aliam
particularem disputationem, quæ de retentione à Catheri-
na opponebantur ipsa, & Monialibus informantibus, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Veliterna Prædij.

Lunæ 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Statuta Vrbis, habent tantum locum inter Giues, Incolas, & Districtuales, & vt intrent districtuales requiritur, quod in loco districtus non adsit particulare statutum eius de quo quæritur, & tractatur, an Statutum Vrbis de lucro dotis intret in Ciuitate Veliterna, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 131. *quid de lucro dotali disponat.*

2 *Statutum Vrbis de lucro dotali non habet locum in Ciuitate Veliterna.*

3 *de Dote restituenda Ciuitas Veliterna habet particulare Statutum.*

4 *inter Ciues, Incolas, & districtuales habent tantum locum Statuta Vrbis.*

5 *Statuta Vrbis tunc ligant districtuales, quando in loco non adest particulare statutum, super puncto de quo quæritur.*

6 *Statutum Veliternum* cap. 66. *de restitutione dotis, quid disponat.*

7 *Statutum Veliterni disponens, quod dos restituatur Viduæ intra annum, et si non fuerit restituta, quid statuat.*

8 *Statutum loci subditi dum contrariatur statuto Ciuitatis Dominantis est præferendum Statutum proprium loci.*

9 *Statuta, quando dicantur inter se contraria.*

10 *Statuta, quando dicantur diuersa in sensu contrario, & num. 11.*

12 *Statutum si dissoluto matrimonio per mortem iubeat intra annum restitui intelligitur de tota dote.*

13 *Statutorum incompatibilitas circa lucrum dotale, quando dicatur satis clara.*

14 *Legans alicui, quod sibi nomine dotis debetur, nihil detrahi potest.*

15 *Obseruantia subsecuta plurimum corroborat dispositiones.*

16 *Curialium attestationes, quando mereantur fidem, & num. 18.*

17 *Statutum Vrbis circa lucrum dotale, quod non habeat locum in Ciuitate Veliterna, ex quo iustificetur.*

19 *Statutum Papale non potest abrogari, sine ipsius Pontificis scientia.*

20 *Statuti obseruantia aliud est, quod sit restrictiua, & aliud dum est interpretatiua, seu declaratiua.*

21 *Statuti obseruantia, dum est interpretatiua, non est opus præscriptione.*

21 *Statutorum obseruantia interpretatiua adeò est tribuendum, vt præualeat vero intellectui.*

23 *Obseruantia interpretatiua statutorum, quando dicatur obtenta in contradictorio iudicio, & habita sententia.*

24 *Actus vnicus sufficit, vt detur locus obseruantiæ statutorum interpretatiuæ.*

DECISIO CLXIX.

IO: Aotonio Barcello Iuniori in bonis ab eius Auo Arte-
misiæ cooiugi, & Auiæ respectiuè legatis, & fideicom-
misso subiectis concedendum esse pro medietate immissio-
nem *sub die 19. Iunij 1654. coram me*, resolutum fuerat, sed
in limine expeditionis Ioanne Baptista, & alij de Catelinis
sibi retentionem bonorum competere opposuerunt pro
quarto dotali † Artemisiæ eorum auctrici debito vigore 1
Stat. Vrbis *de lucro Dotis cap. 131. lib. 1.* Quod hodie dato
desuper particulari dubio responsum fuit, non habere lo-
cum in Ciuitate Veliterna in qua de dote † restituenda 2
particulare viget statutum cum Vrbis dominantis ius mu-
nicipale tunc demum attendatur, quando subdita Ciuitas,
& † districtualis Statuti particularis beneficio destituta 3
reperitur, non solùm de Iure communi, Bald. *cons. 201.
nu. 2. vers. in contrarium lib. 1.* Dec. *consil. 469. n. 11. vers. &
licet hoc statutum*, Seraph. *dec. 538. nu. 20. & in rec. dec. 217.
num. 25. p. 5. verum ex dispositione eiusdem statuti Vrbis sub
præcedenti capite 42. lib. 1.* vbi quod inter † Ciues & Inco- 4
las, & districtuales vbique seruentur Vrbis Statuta, nisi
in loco districtus in casu contingenti aliter per particularia
Statuta fuerunt prouisum † ibique ootat Modern. Add. *n. 2.* 5
Mantic. *dec. 259. nu. 3.* & post Merl. *de legitim. 197. nu. 1. se-
cundum vltimam impressionem*, & fuit dictum *in Romana
Census 28. Aprilis 1653. §. nec minus coram Reuerendiss.
Decano.*

Non obstat, quod Statutum Veliternum *sub cap. 66.
de restit. dot.* † *Dat. in Summ. Barelle num. 1.* de lucro 6
dotis nihil omninò dispooam sub generali Dotis statuto im-
plicitè, & virtualiter eiusdem lucri sufficiens dispositio
contri-

continetur, vt in ſimili tradit Rota *deciſ.246.ſub n. 1. verſ. quod ſtatutum par.2. rec.* & cor. Dur. *dec.36.n.7.* Cùm enim
ſtatim ſolutio matrimonio Dotem reſtitui mandet ſtatu-
7 tum, & elapſo anno à die mortis mariti, † ſi non fuerit dos
reſtituta Viduæ ſuperſtiti facultatem concedat bona mariti
propria auctoritate apprehenden. ſine dubio eſt incompati-
8 bile cum Statuto Vrbis † *ſub d. cap.* 131. diſponente, vel
vſumfructum, vel quartam partem integræ dotis à marito
ſuperlucrari, quæ contrarietas ſufficit, vt in loco ſubdito
9 Ciuitatis dominantis ſtatutum non † attendatur cum hunc
effectum operetur Statutorum contrarietas nedum in ſenſu
10 directo, ſed etiam † à ſenſu contrario reſultans incompati-
bilitas, Gozzadin. *conſ. 37. per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.9.nu.15.* Rota *in d. Romana Cenſus* 28. *Apr.*1653. *§.qua concluſio coram Reuerendiſs. D.meo Decano.*

Et quamuis Statutum Veliternum, vbi dotem reſtitui
mandat non vtatur dictione aliqua totalitatem importante,
11 quę † aderat in Statuto Bracchiani ſuper quo prędicta ema-
nauit deciſio. Viſum tamen eſt ſigno illo vniuerſali æqui-
ualere indeffinita verba Statuti, *Dotes datas per ipſam mulierem ei reſtituere teneatur*, Menoch. *conſ.* 4. *num.*28. *lib.*1.
Gratian. *diſcept.*685. *num.* 15. Nam de reſtitutione loquen-
12 do cum ad dotes datas ſtatutum ſe referat, quia † fuerunt
integrè datæ perinde eſt, ac ſi expreſſiſſet dotes datas eſſe
integrè reſtituendas, quo caſu reſultaret Statutorum in-
13 compatibilitas † manifeſta, & lucri dotalis excluſio, Alex.
*conſ.*133. *num.* 3. *lib.*5. vbi quod quando quis legat id, quod
14 ſe nomine † dotis peruenit nihil detrahi poteſt, Rota *in Bononien. Dotis 7. Febr.*1629. *coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*, poſt Gilian. *ad ſtatutum Peruſ. dec.* 71. *num.*1.

Hanc verò ſententiam eo facilius amplexi ſunt DD. tan-
15 quam † obſeruantiæ ſubſecutæ conformem de qua Curiales
16 atteſtantes, *Sum. nu.* 4. fidem † faciunt *quartum dotale nunquam fuiſſe ſolutum in matrimonijs*, in Ciuitate Veliterna ce-
lebratis, quod ſi factum fuiſſet id ipſis tanquam Curialibus
innotuiſſet, cum qua concordant Teſtes formiter exami-
17 nati deponentes Statutum Vrbis † de lucro dotis in Ciui-
tate Veliterna nunquam vſu fuiſſe receptum, quibus ex d.
Curialium atteſtatione, & infra dicen. ſententia adminicu-
18 latis certa fides † adhibenda eſt, vt in ſimilibus terminis
dixit Rota coram Merlin. *deciſ.* 97. *num.* 3. *& in d. Romana cenſus, §. corroboratum.*

Quæ quidem obſeruantia, & contrarius vſus licet ſtatu-
19 tum Papale † abrogare non poſſit ſine ipſius Pontificis
ſcientia, Merlin. *dec.*845. *nu.*2. *&* 3. declarare tamen potuit
Statutum Veliternum de reſtituenda dote intelligi de tota,
20 & integræ dotis † reſtitutione nulla quarti dotalis facta
retentione, cùm enim non ſit obſeruantia deſtructiua, ſed
21 declaratiua, & interpretatiua, quamuis præſcripta † non
eſſet, aut in contradictorio Iudicio canonizata eſt tamen
omninò attendenda, iuxtà celebre *conſ.* Franc. Aretin. 12.
ſub nu. 5. Menoch. *conſ.* 21. *nu.* 15. Surd. *conſ.* 140. *nu.*45. *& conſ.*335. *nu.*27. Gratian. *diſcept.*756. *n.*22. *&* 25. in puncto
Modern. Lucen. *conſ.* 18. *num.*27. *verſ. ad non operatur lib.*1.
Rota *dec.6.nu.9. & dec.*271. *nu* 9. *verſ. plus etiam par.*4. *rec. tom.* 2. vbi quod adeò tribuendum eſt obſeruantiæ ſtatuto-
22 rum interpretatiuæ, † vt etiam contra verum intellectum
diſpoſitionis ſeruanda ſit, Rota *in Romana Cenſus* 28. *Aprilis* 1653. *§. & licet coram Reuerendiſs. D. meo Decano*, in
præſenti autem conſtat ita fuiſſe in contradictorio iudicio
pronunciatum per ſententiam diffinitiuam in Tribunali R.
fabricæ S. Petri, quæ data fuit *in Summario Barella num.*3.
23 & de ea deponunt etiam † Teſtes ſupradicti, & obſeruan-
tia hæc interpretatiua adeo præſcriptione non eget, vt pro
24 ea † vnicus actus ſufficiat *in Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum* 5. *Martij* 1649. *§. accedit etiam in fine coram Reuerendiſſ. P. D. meo Meltio.*

Et ita altera tantùm, &c.

R. P. D. C E R R O.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Luna 15. *Maij* 1656.

A R G V M E N T V M.

Hæreditas non poteſt dici conditionalis, quando ineſt aliqua conditio, quæ iam de Iure ineſt, veluti ſi Teſtator diſpoſuerit, & hæres ſoluat debita, quia ineſt id de Iure, quia nihil operatur expreſſio eorum; quæ tacitè inſunt, nihil operantur, & alia prout in Summarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Succeſſor repellitur eiſdem exceptionibus, quibus repelleretur eius auctor.*
2 *Hæredis inſtitutio, quando dicatur conditionalis.*
3 *Hæres cenſetur retinere bona eo iure, quo aſſequi poterant.*
4 *Debita ſoluendi onus de iure ineſt hæredi ab ipſa die aditionis hæreditatis.*
5 *Hæres non dicitur conditionaliter inſtitutus, ſi conditio appoſita à Teſtatore, iam à lege inſit.*
6 *Hæres non adimplens voluntatem defuncti, quando priuetur hæreditate.*
7 *Hæres de iure tenetur tacitè ſoluere debita teſtatoris, & num.7.*
Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur, & nu.7.
8 *Hæres cadit ab hæreditate, dum Teſtator in caſu contrauentionis addidit pœnam priuationis.*
9 *Bona, quando non veniant ſub generali obligatione.*
10 *Conditio appoſita ſubſtitutioni, non eſt valens ad reddendam inſtitutionem conditionalem.*
11 *Subſtitutio, quando eſt conditionalis, quando fuit adimpleta conditio remanet pura.*
12 *Obligatio Cameralis non ſolùm comprehendit bona, & iura præſentia, ſed etiam futura, regulariter tamen loquendo.*
13 *Hypotheca, quando reſoluta, & ſublata dicatur.*
14 *Creditor diſponens ad fauorem debitoris de bonis ſibi hypothecatis, dicitur ei præiudicium.*
Creditor conſentiendo ſimpliciter alienationi rei ſibi hypothecatæ, ſibi præiudicat, nu. 14.
13 *Debitor nullo modo remittere, vel tollere poteſt hypothecam in præiudicium eius creditorum.*
16 *Hæres abſolutè grauatus reſtituere hæreditatem, tunc quando reſtituitur, reſoluitur omnis hypotheca per ipſum contracta.*
17 *Bona fideicommiſſaria tranſeunt in ſubſtitutum ſine hypothecis ab hærede in eis initis.*
18 *Hypotheca, quando remaneat extincta.*
19 *Diſpoſitio conditionalis, ceſſat, quando fuit adimpleta conditio.*
20 *Hypotheca generalis bonorum cum illa tranſit ad quoſcumque poſſeſſores.*
21 *Hæredis generalis inſtitutio non comprehendit ea, quæ ad aliud ſpectant, & nu.*22.
23 l. ſi quis, §. illud autem, C. de ſecund. nupt. & ſimiles, *quando intrent.*
24 *Hæres, quando dicatur diſpoſuiſſe de bonis hæreditarijs, non vt hæreditarijs, ſed vt proprijs.*
25 *Diſpoſitio facta, eo modo, quo inerat, nihil operatur.*
26 *Conſentire, quis valet, vt alius de rebus ſuis teſtetur.*
28 *Subſtituere ſub conditione à facto tertij dependente licitum eſt, & nu.* 29. *& ſeq.*

D E C I S I O CLXXII.

HOdie pro quarta vice iterùm viſum fuit Dominis An-
nam Creſcentiam non fuiſſe hæredem Lauræ, ſed
Creſcentij communis debitoris, & ideò ad ſui fauorem
non eſſe exequendum Inſtrumentum dotale einſdem Lau-
ræ, cùm repellatur exceptione, *l. vindicantem, ff. de euict.*
qua repelleretur Creſcentius † eius auctor ſi ageret ex ra- 1
tionibus comprobatis, *in tribus præcedentibus deciſionibus editis coram me* 15. *Iunij* 1643. 2. *Decemb.* 1644. *&* 27. *May* 1647.

Laura enim ſibi inſtituit hæredem Creſcentium fratrem,
illique conceſſit liberam facultatem diſponendi tam in vita,
quàm in morte de reſiduo ſuæ hæreditatis ſolutis debitis,
& licet ſubſtituerit Annam, ſubſtitutio tamen huiuſmo-
modi non fuit pura, & libera, ſed conditionalis, quate-
nus Creſcentius hæres † inſtitutus non diſpoſuiſſet, vn- 2
de cùm ipſe vtendo d. facultate diſpoſuerit de bonis Lauræ,
inſtituendo in illis Annam filiam, defecit conditio, ſub
qua à Laura ſubſtituta fuit eadem Anna, & ſic emanuit eius
ſubſtitutio ſub præfata conditione concepta, & conſe-
quenter ipſa ſucceſſit Creſcentio, à quo fuit inſtituta hæres

particularis, eiusque institutionem acceptauit assequendo,
3 & retinendo † bona sibi relicta, quæ alio iure consequi
non poterat, Batt. in l. gerit num. 2. ff. de acquir. hared. &
prater authoritates allegatas in 2. decis. §. ea vero, respondit
Rota coram Card. Mill. dec. 44. nu. 6. & 7. & decis. 231. n. 1.
& 2. & in Firmana Pecuniaria 1. Iulij 1654. coram R. P. D.
meo Vtrospio, §. controuerte vero non potuit.

Nec subsistit, quòd tam institutio Crescentij, quàm
facultas disponendi illi attributa, fuerint conditionales
propter onus sibi iniunctum soluendi infra biennium omnia
debita, in quibus Laura reperiebatur obligata.

4 Quia onus huiusmodi de iure † inest in hærede ab ipsa
die aditionis hæreditatis, l. cum heredes 23. ff. de acquir. poss.
Et propterea eius expressio eo modo, quo à iure præscri-
bitur, non facit institutionem, nec dispositionem condi-
5 tionalem, † nec suspendit acquisitionem hæreditatis, vt
præter adducta in 3. decis. §. vlt. probat tex. in l. Cornelius,
ff. de hared. instit. & in l. 3. vbi latè exornat Ripa in 1. notab.
ff. de leg. 1. Oldr. cons. 223. num. 3. Gemio. cons. 84. num. 19.
vers. non obstat, quod collationes, & cons. 106. nu. 12. vers.
sed expressio, Rota coram fa. me. Greg. XV. dec. 307. nu. 21.
& in rec. dec. 483. n. 2. vers. & licet dispositum p. 3. & dec. 638.
nu. 2. p. 4. Cùmque in casu contrario non fuerit adiecta pœ-
priuationis, nec datus substitutus, vtique licet præfixus fue-
6 rit † terminus biennij, nihilominus omittendo Crescen-
tius solutionem debitorum, non cecidit proinde à commo-
do hæreditatis, nec amisit facultatem disponendi. Sicut
enim non cadit hæres non soluendo æs alienum hæredita-
rium, ad quod de Iure tacitè tenetur, ita nec quando vt
7 soluat, † fuit expressè demandatum, cùm expressio eius,
quod tacitè inest, nihil operetur ea allegat. Decisiones au-
tem in Casenaten. hereditatis 24. Martij 1651. coram Reue-
rendiss. D. meo Decano, & 10. Nouemb. eiusdem anni coram
R. P. D. meo Albergato, non applicantur casui nostro, quia
ibi testator in casu non implementi conditionis addidit pœ-
8 nam priuationis hæreditatis, † & dedit Substitutum, quæ
hîc non fuerunt adiecta.

Gratisque asseritur dicta bona non venire sub generali
hypotheca ante testamentum, & mortem Lauræ à Crescen-
9 tio contracta, ex quo illorum acquisitio resolubilis, † ac
reuocabilis erat, quatenùs ipse Crescentius in vita, vel in
morte de illis non disposuisset.

Quoniam vt patet ex prædictis institutio, & facultas
disponendi erant puræ, conditio autem, seu reuocabilitas
10 adiecta fuit in substitutione Annæ concepta, † quatenus
Crescentius in vita, vel in morte non disposuisset, & de-
cessisset sine filijs; Vnde cùm ipse præcisè de bonis, & Iu-
ribus hæreditarijs Lauræ disposuerit in illis instituendo hæ-
redem Annam, adimpleta, & purificata fuit dicta conditio,
11 & sic euanuit † substitutio, & grauamen illi iniunctum in
casu non factæ dispositionis, per ea, quæ dixit Rota decis.
75. nu. 9. par. 2. rec. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 85.
num. 25. quæ propterea cadunt sub generali hypotheca, &
12 obligatione Camerali per ipsum antecedenter † contracta,
quæ nedum bona, & Iura præsentia, sed etiam futura regu-
lariter comprehendit, vt respondit Rota dec. 294. nu. 2. p. 1.
& dec. 419. nu. 2. par. 8. rec. & in S. Seuerini dotis seu Saluta-
ni 4. Maij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano, apud
Zacch. de oblig. Cam. dec. 187. num. 3.

Minusue subsistit, quod hypotheca sublata, & resoluta
13 remanserit siue per dictam institutionem ad † fauorem An-
næ à Crescentio expressè factam, siue per eius mortem
deindè subsequutam.

Quia prima pars obiecti procedit in creditore, qui dispo-
14 nendo ad fauorem debitoris de bonis † sibi hypothecatis,
vel consentiendo simpliciter illorum alienationi, remittere
videtur hypothecam ad sui fauorem contractam, in quibus
terminis loquitur Natt. in contrarium allegat. cons. 474. nu.
29. & cons. 530. nu. 1. cum seqq. Secus verò in debitore, qui
15 nullo modo remittere, † nec tollere potest hypothecam in
præiudicium eius creditorum, l. debitorum pactionibus, C. de
pact. l. si vnus, §. ante omnia, ff. eod. & l. 1. C. debitor. vendi-
tion. pign. impedir. non poss. Negus. de pign. in 3. mem. 6. p.
princ. num 11. Buratt. dec. 62. nu. 5. Secunda verò pars obie-
16 cti procedit in hærede absolutè grauato alteri † restituere,
& sic Domino reuocabiliter, quo decedente resoluitur, &
17 extinguitur hypotheca per ipsum contracta, † & bona ad
fideicommissarium transeunt sine onere d. hypothecæ, vt
probat tex. in l. fin. §. sin autem, C. comm. de legat. Rota co-
ram bo. mem. Merlin. dec. 645. num. 3. Ideoque non applica-
tur casui nostro, quo Crescentius non fuit hæres grauatus,
nisi quatenus non disposuisset, & fuit Dominus irreuoca-
biliter, quatenus voluisset præcisè de bonis disponere, vt
disposuit, & consequenter † per eius obitum d. hypothe- 18
ca non remansit resoluta, dum fecit dispositionem, licentia
enim disponendi compatibilis est, cùm substitutione ordi-
nata in casum non sequutæ dispositionis, quia eadem sub-
stitutio dicitur habere tam expressam, quàm tacitam con-
ditionem, † quatenus Crescentius non disposuisset, facta 19
tamen dispositione espirauit, vt præter allegata in praced.
dec. responsum fuit in S. Seuerini fideicom. 27. Maij 1647. co-
ram R. P. D. meo Verospio in princ. & bona transierunt in
Annam, cuius fauore fuit facta dispositio cum onere præ-
cedentis hypothecæ generalis, † quæ regulariter sequitur 20
rem, & quemcumque illius possessorem, l. distractis & l. pi-
gnoris, C. de pignor. l. res, C. de remission. pignor. Rota dec.
301. nu. 17. par. 1. rec. & coram Buratt. d. dec. 62. nu. 3. De-
cisio autem in Romana Scriptoria cor. Card. Marquemont.
5. Iunij 1609. impress. apud Grat. discept. 221. sub nu. 10. Fir-
mans generalem † hæredis institutionem non comprehen- 21
dere ea, quæ ad alium spectare debent casu, quo de illis spe-
cialiter non disponatur, non aduersatur, cùm Crescentius
specialiter disposuerit de bonis Lauræ ad fauorem Annæ,
ibi, Item d. D. Crescentius testator iure Institutionis, &c. re-
liquit D. Anna, &c. omnia, & singula bona mobilia ipsius
Testatoris, &c. ac etiam omnia alia bona, actiones, & iura
quacumque per ipsum D. Testatorem reperta in hareditate d.
Laura Crescentia sua germana sororis, &c. Quę ab ipso Cre-
scentio habente liberam facultatem disponendi ad † fauo- 22
rem cuius maluerit, dicta bona recognoscere debet, vt de-
clarando tex. in l. vnum ex familia 67. §. si de falcidia, ff.
de legat. 2. & in l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de donat. in-
ter vir. & vxor. latè responsum fuit in primis duabus decisio-
nibus huius causa comprobatis in Romana Emphyteusis 28.
Nouembris 1653. coram R. P. D. meo Verospio.

Neque applicantur † text. in l. si quis, §. illud etiam iun- 23
cta authent. nunc autem, Cod. de secund. nupt. & in l. si mihi
Sempronius 103. ff. de legat. 1. Procedunt enim, quando ha-
bens facultatem disponendi nullo modo disponit, vel dispo-
nit eo modo, quo Testator disposuerat, data autem prout
hic difformitate dispositionum nil refert, an dispositio fa-
cta fuerit ad fauorem personæ vocatæ à Testatore, vel al-
terius, quia ipsa difformitas demonstrat eum noluisse obse-
qui voluntati Testatoris, sed voluisse vti libera facultate ab
eo concessa, cùm paria sint ad istum effectum transferre
bona in alias personas, vel in personam vocatam sub di-
uersis conditionibus; Crescentius enim Iure institutionis
reliquit Annæ bona Lauræ vnà simul, & copulatiuè cum
proprijs, atque adiecit onus illa distribuendi inter pauperes,
quatenus Anna sine filijs decedat, quod in testamento Lau-
ræ non legitur, ex quibus concludenter educitur disposuis-
se de illis bonis non tanquam spectantibus ampliùs ad hære-
ditatem Lauræ, sed vti † proprio ipsius patrimonio, vt 24
deducitur in 2. decis. §. vlt. cui non vrget, Ruin. cons. 147.
nu. 16. lib. 2. & cons. 92. nu. 28. lib. 3. Quia in suo casu dispo-
sitio fuerat facta in venientes ab intestato purè, sine alia
conditione, † & sic tamquam facta eo modo quo inerat, 25
nihil operabatur.

Extra rem aut visa fuerunt ea, quæ subdebantur de nul-
litate facultatis disponendi tanquam importantis dispositio-
nem Lauræ in voluntatem † hæredis, ea allegat. per Surd. 26
cons. 380. nu. 25. cum seqq. Quia ipsa non contulit dispositio-
nem in voluntatem Crescentij, in quibus terminis loquitur
Surd. & alij in contrarium ab eo allegati, † sed Crescen- 27
tium instituit, & substituit Annam, quatenus ipse de bo-
nis non disposuisset. Conditio itaque substitutionis, non ip-
sa substitutio pendet à voluntate Crescentij. Prohibitum
autem non est substituere sub conditione à facto tertij † de- 28
pendente, l. si ita fuerit 13. ff. de manum. testam. Rota in Ca-
senaten. hareditatis 24. Martij 1651. coram Reuerendiss.
D. meo Decano, & 10. Nouembris eiusdem anni coram R. P.
D. meo Albergato.

Denique non obstat repetitum obiectum, quod Anna
adhibuerit hæreditatem Lauræ, & repudiauerit illam Cre-
scentij. Quia ex prædictis non potuit adire, nec conse-
qui bona Lauræ, † nisi vti hæres Crescentij, qui nec 29
præcisa, nec causatiua necessitate cogebatur illam in-
stituere, quia habebat liberam, & amplissimam faculta-
tem disponendi tam in vita, quàm in morte, & propterea
eo ipso, quod Anna hæc bona acceptauit, se hæredem † Cre- 30
scentij

feentij declarauit cum ad ipsam alio iure, qoam hæreditario ipsius pertinere non poterant, vt probant auctoritates supra in principio allegatæ.

E ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Interamneñ. Bonorum.

Luna 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Vocatio ad fideicommissum benè deducitur ex substitutione hæredum, & successorum, quorum appellatione veniunt tantùm hæredes sanguinis; quod procederet, etiamsi qui prætendit esset fœmina, cum sub dicta appellatione veniunt etiam fœminæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione hæredum, & successorum in vltimis voluntatibus veniunt solum hæredes sanguinis.*
Quidquid sit in contractibus, num. 1.
2 *Appellatione hæredum, & successorum veniunt tam masculi, quàm fœmina.*
3 *Hæres etiam dicitur, qui fuit institutus in re certa, quamuis non sit vniuersalis.*
4 *in Hæredis potestate non debet posse eludere voluntatem defuncti.*
5 *Testatoris consideratio dum fuit circa iura sanguinis operatur, vt de solis descendentibus, & hæredibus sanguinis intellexisset.*
6 *sub Nomine hæredum adiecto post factam mentionem de filijs, non veniunt nisi nepotes, & descendentes sanguinis.*
7 *Verba*, suique hæredes, & successores, &c. *excludunt extraneos, cum illud verbum,* sui, *importet suitatem.*
8 *Institutio hæredis dum remouet extraneos, censetur quoque substitutio eosdem excludere.*
9 *Testator nunquam præsumendum est, quod magis dilexerit hæredes extraneos substitutos, quàm institutos.*
10 *Hæredum, & successorum vocatio, intelligitur per vulgarem, non autem per fideicommissariam.*
11 *Hæres, quando fuit instituta certa persona, & eius hæredes, censetur institutio per vulgarem simpliciter.*
12 *Decis. 297. num. 8. & seq. coram Gregorio XV. qualiter intelligatur.*
Secus tamen est, quando sunt substituti, hæredes, & successores.
13 *Hæredes, & successores quando sunt substituti, sub commemoratione mortis, tunc dicitur substitutio compendiosa, quamuis adsit dictio,* quandocumque.
14 *Substitutio compendiosa nedum continet sub se vulgarem, & etiam fideicommissariam.*
15 *Verba, quando testator direxit non in ipsos hæredes, sed in hæreditatem, quid ex hoc veniat in feudum, & nu. 7.*
16 *Verbum,* redeat, *importat fideicommissum.*
18 *Vocatio hæredum, & successorum, si cohæreat substitutioni reciproca immediatè facta, quid sit dicendum.*
19 *Substitutio fideicommissaria censenda est, eo modo, & forma, prout est vocatio substitutorum contenta in reciproca.*
20 *Hæredem in sua vita nemo habet.*
21 *Testator eo ipso, quod substituit proprios filios, & eorum hæredes, istos censetur substituisse post mortem, & sic ordine successiuo per fideicommissariam substitutionem.*
22 *ad Portionem patrui, vt substitutus admittatur, quid requiratur.*
23 *Substitutus, quando sine dubio admittatur ad portionem patrui.*
24 *Substitutus, quando expressè fuit vocatus ad portionem patruorum, tunc cessat omnis controuersia.*
25 *Vocatio, quando est litteralis in testamento, stultum est id reuocare in dubium.*

DECISIO CLXXI.

DEcessit anno 1593. Io. Maria Filerius cum Testamento, in quo instituit Angelam filiam in scutis 1500. & Ioannem Baptistam, Vincentium, & Bartholomæum filios masculos in scutis 300. pro quolibet, cum reciproca substitutione inter eos, hæredem verò vniuersalem sibi scripsit Syllam vxorem cum prohibitione transeundi ad secunda vota, vocando in casu contrario dd. eius filios masculos, eorumque hæredes successores, addita substitutione eorumdem post illius mortem per hæc verba, ibi, *Et voluit insuper, quod ad mortem ipsius D. Sylla dicta hæreditas redeat, & esse debeat dictorum suorum filiorum, & eorum hæredum, & successorum cum supradicta conditione, quod si quis decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, vt supra succedant vnus alteri, & alter alteri, suique hæredes, & successores omni meliori modo, &c.*

Defuncto Testatore, primo loco obijt Ioannes Baptista sine filijs, deinde Sylla, & postmodùm Bartholomæus cum testamento condito ante mortem Syllæ, in quo instituit Luciam eius filiam, aliasque, si eas habuisset in scutis 2500. auctis in codicillis ad alia 3500. hæredes verò vniuersales scripsit filios masculos si eos haberet, *sin minus, & euenit, aut eis postmodum quomodocumque sine masculis decedentibus vocauit Syllam matrem, & Vincentium fratrem, quibus decedentibus substituit dictam Luciam.* Cùm autem vltimo loco obierit dictus Vincentius institutis sibi hæredibus Iosepho, & fratribus de Perottis suis ex sorore nepotibus, & sic apertum, prætenderetur ad fauorem d. Luciæ Bartholomæi filiæ vtrumque fideicommissum, tam auitum, quàm paternum commissa mihi causa in prima instantia appellatione remota, proposui dubium, An constet de vocatione Luciæ tam in testamento Io. Mariæ, quàm in testamento Bartholomæi, & Domini quoad vtrumque affirmatiuè responderunt.

Respectu enim auiti resultat eius vocatio ex substitutione hæredum, & successorum, quos Io. Maria Testator post mortem Syllæ substituit, atque denuò vocauit sub reciproca eius filiorum substitutione, vt patet ex verbis supra relatis, quorum appellatione (quicquid sit in contractibus)
tàm † in condirionibus, quam in substitutionibus veniunt 1
solòm hæredes sanguinis, *l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell.* Specul. *lib. 4. pract. 3. tit. de testam. §. 1. nu. 32. vers. item cum sit meatio,* Folgos. *cons. 17. nu. 2. vers. in contrarium,* Aym. *cons. 155. n. 6.* Fusar. *cons. 79. n. 1.* Peregrin. *de fideicomm. art. 32. nu. 31.* Rota *dec. 170. nu. 3. par. 3. & dec. 290. nu. 6. par. 4. rec.* Vnde cùm omnes prædecessetint, substitutio purificata remansit ad fauorem Luciæ neptis Testatoris ex Bartholomæo filio, quamuis sit fœmina, nam sub dicta appellatione hære-
dum, † & successorum de iure veniunt tam masculi, quàm 2
fœminæ, *tot. tit. ff. de legit. hæred. auth. de facto, C. ad Tertull. & auth. ex successione, Cod. de suis, & legitim.* Cardin. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. sub num. 11. vers. idemque si fuerit,* Rota *in rec. dec. 21. nu. 4. par. 1.* coram Buratto *dec. 596. nu. 5.* & coram bon. mem. Merlino *dec. 326. nu. 7.* Et quamuis non fuerit hæres effectiua omnium bono-
rum sui patris, † siue quia satis est institutam fuisse in re 3
certa, nempè in scutis 2500. auctis in codicillis ad alia 3500, vt optimè firmat Specul. *in d. tit. de testam. d. §. 1. n. 31.* quem communiter sequuntur relati per Peregr. *d. art. 32. nu. 21.* & per Fusar. *de subst. qu. 341. n. 9.* Guidop. *dec. 458. nu. 1. & per tot.* Siue etiam quia sufficit, quod per ipsam non steterit, quo minus fuerit hæres vniuersalis, ne alioquin sit in pote-
state grauati non substituendo † hæredem sanguinis, eum 4
à vocatione excludere contra volontatem Testatoris, vt benè firmat Ruin. *cons. 174. sub nu. 12. vers. quia ergo verba lib. 2.* Fusar. *cons. 78. num. 9. & d. cons. 79. nu. 3. & de substit. qu. 340. nu. 1. & 2.* alijque relati per Peregr. *d. art. 32. nu. 9. vers. sed contra tenuit.*

Comprobatur eius vocatio; Tum ex quo Testator instituit coniunctam personam nempè vxorem, eique substituit communes filios, eorumque hæredes, & successores, ac
proptereà considerasse censetur iura sanguinis, † quorum 5
consideratio operatur, vt de solis descendentibus, & hæredibus sanguinis intellexisse videatur, vt docet Bald. *cons. 267. nu. 2. lib. 5.* Soccin. iun. *cons. 158. nu. 10. cum seqq.* Bero. *cons. 319. nu. 49. vers. accedat ad hæc lib. 2.* Card. Mant. *vbi supra d. lib. 8. d. tit. 14. n. 13.* cum alijs per Fusar. *d. q. 339. n. 63.* Rota *dec. 216. num. 1. & dec. 269. nu. 4. par. 5. rec.* vbi quod sub

nomine hæredum adiecto post factam mentionem de filijs
6 non † veniunt nepotes, & descendentes sanguinis; Tum
ex quo addidit dictionem, *sui*, ibi, *suique heredes, & suc-*
7 *cessores*, quæ cùm denotet suitatem, † demonstrant etiam
substitutionem intelligen. esse de hæredibus sanguinis ad ex-
clusionem extraneorum, Ant. de Butr. *cons.*23. *nu.*2. Bero.
*d. cons.*110. *nu.*52. *lib.*2. Menoch. *consil.* 958. *nu.* 11. *vers.* 8.
suffragatur, Guidopap. *decis.* 306. *nu.* 2. Tùm etiam ea quo
in ipsamet institutione Vaoris, vocauit etiam suos hæredes,
& successores, ibi, *In omnibus autem suis bonis, &c. vniuer-*
salem heredem instituit D. Syllam eius vxorem, suosque he-
redes, & successores, &c. Vnde sicut in hac parte sine du-
8 bio intellexit † de filijs, & descendentibus, dum postmo-
dum vaori decedenti filius substituit, quorum substitutio
9 impleri non potuisset, si in institutione comprehensi † fuis-
sent extranei, ita pariter affirmandum est in subsequenti
substitutione facta filijs de solis descendentibus, & hæredi-
bus sanguinis fuisse intellectum, cùm præsumi nequeat Te-
statorem magis dilexisse hæredes extraneos substituti, quàm
instituti, vt notant Socc. iun. *dicto consil.*158. *nu.* 14. *lib.* 2.
Aym. *cons.*38. *num.*3. Card. Mant. *d. lib.*8. *d. tit.* 14. *num.* 7.
Fusar. *d. qu.*339. *nu.*36. qui allegant concordantes.

10 Nec subsistit, quod dicta † vocatio hæredum, & succes-
sorum intelligatur per solam vulgarem, non autem per
fideicommissariam.

Licet enim quando certa persona, & eius hæredes sunt
11 instituti per vulgarem † simpliciter hæredes censeantur vo-
cati, iuxta doctrinam Cuman. *in l. Gallus*, §. *quidem rectè*
*num.*7. *in fine*, *ff. de liber. & posth.* in quibus terminis loqui-
12 tur Rota coram san. mem. Greg. XV. *dec.* 207. † *nu.*1. *cum*
seqq. & in Interamnen. fideicommissi 16. *May* 1625. *coram*
bon. mem. Pirouano; Secùs tamen est quando, prout hic,
sunt substituti hæredes, & successores, præsertim sub Com-
13 memoratione mortis, talis enim † substitutio compendio-
sa est, quamuis non adsit dictio quandocumque gloss. &
DD. *in cap.* 1. *de Testam. in* 6. Giouagn. *cons.*74. *num.* 26. &
27. *lib.* 1. Rota *dec.* 656. *num.* 2. *par.* 4. *decis.*157. *num.* 1. &
14 *decis.*579. *num.*7. *par.*8. *recent.* Quæ propterea † sub se
continet, nedum vulgarem, sed etiam fideicommissariam
DD. communiter in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. An-
char. *in cap. si Pater num.* 15. *de Testamen.* Rota *decis.* 97.
*sub num.*7. *par.*4. *rec.* & coram bo. mem. Merlino *dec.* 269.
*num.*1. & 2. & cum alijs in his terminis allegatis in *Romana*
fideicommissi de Drufelinis 12. *Iuny* 1654. *coram me*, §. *quia*
cum in casu cum seq.

Quod certiùs procedit in proposito casu, ex quo verba
15 directa † sunt in ipsam hæreditatem, ibi, *d. hereditas re-*
deat, & esse debeat, &c. & vocati sunt hæredes nondum na-
ti, ex quo arguitur consideratum fuisse tractum temporis
16 successiuum, † quod fideicommissariam continet substitu-
tionem, vt declarat idem Cuman. *in l. cum ita*, §. *in fideicom-*
misso nu 4. *ff. de legat.*2. Curt. iun. *consil.* 48. *num.* 4. 5. & 6.
Soccin iun. *cons.*136. *nu.* 18. *lib.*3. Rota *in rec. dec.*320. *nu.* 1.
par. 1. & *in d. Romana fideicommissi de Drufelinis sub* §. &
17 *liceat*, sine ex quo vocatio concepta fuit per verbum, † *re-*
deat, de sui natura fideicommissum importans, vt in pro-
ximis terminis verbi, *reuertatur*, est Tex. *in l. Lucius* 78.
§. *tres heredes, ff. ad Trebell.* Castr. *cons.*341. *post. princ. lib.*
1. Corn. *cons.*152. *num.* 19. *lib.* 2. Tiraquell. *de reuoc. donat.*
*verb. reuertatur nu.*6. Bero. *cons.*66. *nu.* 18. *lib.* 2. Rota *decis.*
509. *nu.*2. *ad med. par.* 4. *diuers.* coram Cardin. Caual. *dec.*
34. *num.*3. *in Romana Census* 15. *Iuny* 1654. *coram R. P. D.*
meo Bichio sub §. *negabant que ijdem*, & *prius in alia Romana*
Census 30. *Ianuary eiusdem anni coram me*, §. *informantes*
vere, siue etiam ea quo præfata vocatio hæredum, & suc-
18 cessorum cohæret etiam immediatè † substitutioni reci-
procæ inter primos substitutos factæ, ibi, *succedat vnus al-*
teri, & alter alteri, suique heredes, & successores. Ideòque
19 fideicommissaria censenda est modo, & forma prout † est
vocatio primo substitutorum contenta in reciproca, Dec. *in*
l. in Testamento la 1. *n.*3. *in fin. C. de testament.* & *cons.*318.
*num.*3. Angel. *cons.*307. *num.* 3. Rolan. *cons.*25. *nu.* 10. *lib.* 1.
Crass. *in* §. *substitutio qu.*54. *nu.*6. *vers. declarat.*3. Rota *dec.*
19 300. *n.* 13. *par.* 1. *rec.* Siue demum † ex quo cùm nemo habere
possit hæredem in vita, *l.* 1. *ff. de heredit. & act. vend.* eo ip-
so, quod Testator substituit proprios filios, & eorum hære-
20 des, istos substituisse censetur post mortem, † & sic ordine
successiuo per fideicommissum, iuxt. Theorie. Bart. *in l. Gal-*
lus, §. *quidem rectè nu.*7. *ff. de liber. & posth.* quam sequuntur
Aym. *cons.*131. *sub nu.* 10. Soccin sen. *cons.*12. *num.*6. & 14.
vers. sed præmissis non obstantibus lib. 3. latè Peregr. *de fidei-*
*com. art.*19. *nu.*18. 19. & 21.

Minusuè subsistit, quod Lucia censeatur vocata ad so-
lam portionem Bartholomæi sui patris, non autem ad por-
tionem Vincentij patrui. Quia de hoc solum dubitari con-
tingit, quando filij cohæredis reciprocè substituti simpliciter
sunt positi in conditione, quo casu nisi adsint vrgentes con-
iecturæ, nempè ratio masculinitatis, † contemplatio agna- 22
tionis, digressus ad plures gradus substitutionum, & simi-
les nonquam inducitur fideicommissum in portione patrui,
vt omissis antiquioribus respondit Rota *in Romana fidei-*
commissi de Ferratinis 19. *Nouembris* 1646. & 29. *Martij*
1647. *coram R. P. D. meo Meltio*, §. *minusque obstat*. Non
autem quando expresse, † prout hic, sunt substituti hoc
enim casu res caret omni dubitatione, vt consuluit Peregr.
*consil.*151. *nu.*6. *lib.*5. quem refert, & sequitur Fusar. *de sub-*
*stitution. qu.*440. *nu.* 18. expressa enim, † & dispositiua voca- 23
tio hæredum, & successorum posita in reciproca substitutio-
ne filiorum verificari non potest nisi in portione patrui sine
filijs defuncti cum respectu paternæ portionis concepta sit
sub conditione † si sine filijs, & consequenter Lucia nedum 24
patris, sed etiam patrui portionem capere debet, cui etiam
fuit expressè reciprocè substituta, *l. Lucius*, vbi Bart. *cæte-*
rique scrib. ff. de vulg. & pupill. l. 2. *C. de impuber. & alijs sub-*
stitution. Card. Cavaler. *dec.* 167. *nu.* 3. & 4. *cum alijs in pun-*
cto alleg. in dicta Romana fideicommissi de Drusolinis coram
me, §. *Testator enim*, & §. *atque ideo*.

Respectu verò Testamenti paterni illius vocatio ab In-
formantibus pro Perottis non reuocabatur in dubium, sed
expressè admittebatur, quia litteralis est post obitum Syllæ
matris, & Vincentij fratris hæredum Institutorum.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 15. May 1656.

ARGVMENTVM.

Beneficio iam obtento, vt quis priuetur ob diffa-
mationem Simoniæ requiritur plena, & conclu-
dens probatio, cùm de magno præiudicio tra-
ctetur, secus verò si quis prætendat aliquod be-
neficium obtinere, quia tunc cùm non agatur de
tanto præiudicio, sufficit sola Simoniæ diffama-
tio, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio iam obtento, si tractetur aliquem priuari ob Si-*
moniam, ea est plenè, & concludenter probanda.
2 *Beneficio obtinendo, vt quis priuetur ob vitium Simoniæ,*
sat est sola diffamatio, & coniectura.
3 *ad Beneficium aliquod obtinendum, quando quis habeat*
omnes qualitates.
4 *Tunc perinde est, ac si illud iam obtinuisset, ac ei illud*
fuisset sibi collatum.
5 *ad Beneficium aliquod quando sunt plures concurrentes,*
tunc admissio ad illud nullum tribuit ius, nisi sit verè
institutus.
6 *Qualitates maiores ad obtinendum beneficium, quan-*
do quis habet, si sit diffamatus Simonia, parum iuuant,
*& nu.*7.
8 *Ius ad rem, quando quis habet ad obtinendum aliquod*
quando sit considerabile.
9 *de Beneficio priuando aliquem, quando tractatur, pro-*
batio debet esse plena, & concludens.
de Præiudicio magno quando agitur, non admittitur pro-
*batio, num.*9.
10 *Beneficium aliquod prætendens, quia habet qualitates*
requisitas, si ei non conferatur, illud non est magni
præiudicij.
Secus verò, si illud iam haberet, & tractaretur de illo
priuando.
12 *ad Beneficium, quando quis est promouendus, eius opi-*
nio in nullo debet esse grauata.
13 *Nec vlla nota, vel infamia debet esse maculata.*
14 *ad Episcopatum, quis non est admittendus, quamuis ele-*
ctus iam sit, dum multis criminibus sit diffamatus.
15 *ad Beneficium electus, dicitur acquisisse ius ad rem.*
16 *de Simonia, quando quis dicatur diffamatus.*

17. de

17 *de Simonia dicitur, quis satis diffamatus ex inquisitione, siue denunciatione criminali.*
18 *à Beneficio obtinendo, vt quis repellatur ob suspicionem Simoniæ, sufficit diffamatio eiusdem criminis.*
19 *Simonia diffamatio non remanet purgata per sententiam absolutoriam ab eo crimine, dum inquisitus fuit condemnatus in expensis.*
20 *Vel quia sententia absolutoria, non emanauit ex capite innocentiæ, sed ob non factas probationes.*
21 *Absolutus ab aliquo crimine, de quo fuit accusatus, ob non factas probationes.*
Tunc non obstante tali absolutione, remanent tamen vestigia prioris iudicij, & potest inquisitus superuenientibus indicijs molestari.
21 *Sententia, dum est suspensa per appellationem, remanet etiam suspensa, quo ad eius probationem.*

D E C I S I O CLXXII.

OBesse Antonio de Goiri ne beneficium controuersum
assequatur diffamationem simoniæ super hoc ipso
beneficio commissæ, & probationes ad illam ostendendam
adductas censuerunt iterùm Domini, amplectendo præser-
tim distinctionem, quam *in §. hac tamen affert prima deci-
sio huius causæ edita sub die 5. Iulij proximè præteriti*, quod
1 scilicet aut agitur de priuando † aliquem ex capite simo-
niæ beneficio iam obtento, & requiritur plena probatio si-
moniæ, aut de deneganda institutione, seu Collatione be-
2 neficij obtinendi, & sufficit simoniæ † diffamatio, & con-
iecturæ, eandemque distinctionem vltra allegationes in
d. §. hac tamen sequitur, Ripa *de simonia par. 3. art. 6. nu. 2.
& 3.* Rota apud Seraph. *decis. 1029. num. 1. vers. quicquid sit
decis. 22. num. 2. inter impress. post 2. vol. cons.* Farin. alijque
relati ab Add. ad Buratt. *decis. 445. nu. 15.* à Modern. Aue-
nionen. *resol. benef. par. 2. cap. 5. §. 1. num. 13.* & à Modern.
Tudert. *var. lucubr. tit. 4. cap. 19. nu. 121.*
3 Et licet Informantes † pro Antonio asserent, nos ver-
sari in primo membro distinctionis, eo quod cum ille ha-
beat omnes qualitates à Constitutione Clementina in hu-
iusmodi beneficij requisitas, ac se opposuerit, fueritque ad
examen admissus, habendus videtur, ac si beneficium ei
fuisset collatum, iuxta tradita per Mandos. *cons. 51. n. 5. &
seq.* Buratt. *dec. 55. nu. 4.* Rota *in Calaguritana beneficij San-
cti Ioannis de Molinar. 17. Nouemb. 1651. cor. R. P. D. meo
Cerro*, Lotther. *de re benef. lib. 2. qu. 51. num. 38. & seqq.*
Responsum fuit primo, adducta per Mandosium posse ad-
mitti, quando vnus tantùm adest oppositor habens quali-
tates à lege, vel ab homine requisitas, secus verò si concur-
runt alij oppositores ex prouisione legis, vel fundationis
5 admittendi, tunc enim oppositio, & illius † admissio nul-
lum ius tribuit, donec sequatur actus auctorizabilis supe-
rioris habentis conferre, vel instituere, vt declarasse Rotam
testatur Mandos. *d. cons. 51. in fin.* & tradit Lotther. *de re
benef. lib. 2. qu. 51. nu. 38. & 43. vers. tertius est casus*, Garz.
de benef. par. 4. cap. 3. num. 71. Gonzal. *super reg. 8. Cancell.
gloss. 9. §. 1. nu. 58. & 93.* Pelaez *de maiorat. par. 4. qu. 1. n. 61.*
Escobar. *de purit. sang. par. 1. qu. 7. nu. 17. & seqq.* Castropal.
oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. par. 1. num. 17. Mohed.
dec. 1. de prab.
Et hic est casus noster, quia adest etiam oppositio Igna-
tij, qui est filius Patrimonialis, fuit in examine approbatus,
omnibusque alijs qualitatibus est præditus, quas præcipit
Constitutio Clementina, & quamuis Antonius iactet se di-
gniorem tanquam ætate seniorem Sacerdotem, ac alias ad
6 audiendas † Confessiones approbatum; hæ qualitates præ-
7 lationem non tribuunt, † dum est de simonia diffamatus,
Calder. *cons. 9. de probat.* Rota *diuer. decis. 655. nu. 2. par. 4.*
Caputaq. *dec. 201. par. 1. dec. 238. num. 3. par. 3.* Seraph. *de-
cis. 767. num. 4.* Rota *decis. 219. num. 3. in fin. par. 3. recent. &
in Beneuentana Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano, im-
press. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 293. sub num. 3.
vers. cum sola suspicio dec. 119. n. 1. & seq.* coram Comitulo.
Secundò, Responsum fuit esto, quod oppositio admissa
ius tribueret, illud esse tantum ad rem, & considerabile ad
8 alios effectus puta, vt præseruatum † dicatur per clausulam
dummodò tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæ-
situm appositam in posteriori prouisione, in quibus terminis
loquuntur ex aduerso allegati, nusquam tamen dici potest
ex iure huiusmodi resultare acquisitionem beneficij ad effe-
ctum, vt qui illo priuatur, censeatur priuatus beneficio iam
obtento in subiecta materia simoniæ, cuius quippè plena
probatio, † vbi agitur de priuatione Beneficij obtenti, exi- 9
gitur, ob grauius præiudicium, quod infert priuatio iuris
plenè quæsiti, & à Superiore iam auctorizati; æquale ve-
rò non est præiudicium, quod infertur oppositori nondum
collationem assecuto, † quia per quoscumque actus colla- 10
tionem præcedentes nunquam acquiritur ius in re, *cap. vlt.
de concess. prab. in 6.* Lotther. *in his terminis de re benef. lib. 2.
qu. 51. nu. 35. & seqq.* Seraph. *dec. 1091. num. 1. & seqq. dec.
1356. num. 11.* dumque Superior alium præfert, † non di- 11
citur priuare simoniacum; sed abstinere ab illius institutio-
ne, vt debet etiam ex sola suspicione simoniæ ad euitan- 12
dum scandalum, † quod alias præbiturus esset, & quia opi- 13
nio promouendi ad beneficia Ecclesiastica in nullo debet va-
cillare, *cap. Laici 33. distinct.* Hostien. *in cap. accusatum nu.
3. de Simon.* Abb. *in cap. cum iniunctis sub nu. 4. circa fin.
vers. quia non debet de elect.* & nulla nota, vel infamia esse
maculata, *cap. fin. de furt.* latè Garz. *de benef. par. 7. cap. 8.
nu. 2.* Vndè in fortioribus terminis non esse admittendum
Episcopum iam † electum si de multis criminibus erat dif- 14
famatus, disponit Text. *in Can. tantis Daniel 81. distinct.*
& probat Abb. *in cap. 1. nu. 8. in cap. per Inquisitionem nu. 11.
de elect.* Felin. *in cap. nihil nu. 12. vers. decimotertio de pra-
script.* Seraphin. *dec. 516. nu. 4.* Rota *diuers. dec. 655. num. 2.
par. 4.* Et si per electionem fuisset quæsitum ius ad rem, Re- 15
buff. *in prax. super. regul. de iur. quasit. non toll. gloss. 6. n. 37.
& seqq.* Cassad. *dec. 18. nu. 4. de prabend.* cum alijs allegatis
per Modern. Pisanum *de iurepatr. par. 2. lib. 8. cap. 8. nu. 18.*
Quæ benè omnia applicantur casui nostro, quia diffa-
matio Antonij † de commissa simonia, eiusque coniectu- 16
ræ resultant ex pluribus Testibus deponentibus quoque de
publica voce, & fama, † & ex inquisitione, siue denun- 17
ciatione criminali, quæ sola sufficeret, *cap. 4. de accusat.*
Lotther. *de re benef. lib. 2. qu. 31. nu. 145.* Rota *dec. 2. num. 1.
de accusat. in antiquis.* aduertendo maximè, quod ad effe-
ctum, de quo agitur, satis est probare, vel simoniam, vel
simoniæ diffamationem, † à quo oriretur scandalum, si 18
diffamatus promoueretur. Et tantum abest, quod diffama-
tionem euacuet sententia absolutoria † reportata in iudi- 19
cio criminali, quod imò illam auget, dum inquisitum con-
demnauit in expensis, vel saltem præseruat, † ex quo non 20
emanauit ex capite innocentiæ, sed ob non factas probatio-
nes, vt in puncto respondit Rota *dec. 219. sub num. 3.* vbi
dicit rationem, quia tum remanent vestigia prioris iudicij,
† & potest absolutus superuenientibus inditijs quandocum- 21
que vexari, *par. 3. rec.* cum alijs allegatis in prima *decisione
huius causa, §. nihil refragante*, vltra quod sententia † est 22
suspensa per appellationem, vt in *§. & hac facilius ponderat
eadem prima decisio.*
Quam propterea confirmandam esse resolutum fuit cau-
sa bis proposita sub die 7. Februarij proximè præteriti, &
hodiè vtraque parte informante.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Viterbien. seu Meleuitana Commendæ.

Luna 15. Maij 1656.

A R G V M E N T V M.

Donatio ad pias causas non indiget acceptatione; neque statutarijs solemnitatibus, sed ex ea statim ius quæritur irreuocabiliter donatarijs, maximè quando fuit pura, vel etiam si fuisset conditionalis conditio, dum tamen fuit adimpleta vel executioni donationis adiecta.

S V M M A R I V M.

1 *Donandi promissio vim donationis habet.*
2 *Donatio facta ad pias causas non eget statutarijs solemnitatibus.*
3 *Donatio facta fauore loci pij, non indiget acceptatione.*
4 *Donatio non reuocata acceptari potest post mortem donantis.*
5 *Dispositio confirmatur per mortem disponentis non mutata voluntate.*
6 *Donatio potest acceptari tam in vita, quàm post mortem donantis.*
7 *Donationis reuocandi ius cum persona donatoris expirat.*
8 *Heredes donantis non possunt impedire acceptationem donationis.*

9 *Conditio executione adiecta non reddit dispositionem conditionalem, declara vt nu.10.*

11 *Conditione impleta, contractus censetur purè celebratus.*

12 *Donatio morte donantis non censetur reuocata.*

13 *Clausula,* Quatenus, *non induciт conditionem si non adest necessitas.*

14 *Religio Hierosolymitana absque beneplacito Apostolico potest acceptare Commendas ex Constitutione Pij V.*

15 *Breue reducto ad viam iuris, attenditur tunc iuris dispositio.*

16 *Gratia quamuis vallata clausulis prægnantissimis, corruit ex defectu intentionis.*

DECISIO CLXXIII.

TRansmissio ad insulam Melitæ toto donationis consensu, quam Terentius Collemodius omnium suorum bonorum pro erigenda in oppido Ciuitatis Vetulæ Commenda cum quibusdam pactis à magno Magistro acceptandis facere promiserat, antequam Religionis consensus accederet Terentius in actu testandi prædictam donationem ratificauit. Verùm antè hæredis nominationem morbo oppressus interijt. Hinc orta inter Eminentiss. Cardinales Imperialem, & Raggium hæredes in alio Testamento institutos, & Sacram Religionem controuersia san. me. Innocent. X. bona ad alios vsus pios, cum clausula sublata, & decreto irritanti motu proprio applicauit, quo nuper præuia aperitione ad viam iuris per Sanctissimum reducto causaque mihi commissa, dedi dubium, An constet de bono iure S. Religionis, ad cuius fauorem hodiè resolu-
1 tum, † quia illa nititur promissione donandi inter viuos à prædicto Collemodio subscripta, & proprio sigillo munita, quæ ab initio donationis vim habens, non secus ac ipsa donatio ius ad rem donatam Religioni peperit, iuxta magis communem opinionem, de qua Menoch. *cons.* 178. *nu.* 18. Surd. *cons.*535. *num.*8. Gratian. *discep. forens.* 887. *num.* 20. *& seq.* Fontanell. *de pact. tom.*1. *claus.*4. *gloss.*9. *par.* 4. *nu.*28. *& seqq. fol. mihi* 169. Rota *decis.*293. *num.* 2. *par.* 5. *& decis.* 88. *num.* 12. *&* 13. *par.* 6. *rec.* Adden. ad Buratt. *decis.*719. *num.* 9. cum alijs per Medern. Neapolit. *contr. forens. lib.*1. *cap.*4. *num.*6.

Maximè cùm ad vsus pios, & piæ causæ fauore promissa fuerit donatio ad effectum, nempè erectionis Commendæ celebrationis Missarum, quo casu tanquam Spiritu Dei facta humanis legibus non subiacebat, & ideò nec insinuatio,
2 nec aliæ † solemnitates statutariæ requirebantur, Tiraq. *de priuileg. piæ Caus. priuil.* 124. *per tot.* Gratian. *discept. for.* 782. *num.*25. *& seq.* Rota coram Burat. *decis.*7. *num.*9. *& in recent. decis.*461. *num.* 13. *in fin. vers. vltra quod par.* 1. *& in Romana donationis* 9. *Maij* 1631. *coram clar. mem. Card. Hieronymo Verospio.*

Non obstat, quod antè obitum Collemudij, neque Notarius aliquis pro Religione, neque Religio pro se ipsa do-
3 nationem acceptauerit, † tum quia ad fauorem loci pij facta donatio acceptatione non eget, quasi Deo facta sit, qui vbique præsens est, & pro Religione dicitur acceptare, Cyn. *in l. illud* 17. *num.*5. *C. de sacros. Eccles.* Gratian. *discep.*358. *num.*34. Gonzal. *gloss.* 5. §. 7. *num.* 101. Rota coràm Cardinal. Caual. *decis.*606. *nu.*10. *& in Baren. donationis* 5. *Aprilis* 1647. §. *non obstat coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* Tum etiam quia cùm Terentius donationem non
4 reuocauerit, sine dubio Religio donataria † etiam post eius obitum validè potuit acceptare donationem, Molin. *de primog. Hispan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 77. Sanchez *de matr. lib.*1. *disp.* 6. *num.* 5. *vers. hoc intellige*, cum alijs, Reu. Eugubin. *de for. Eccles.* 81. *num.* 35. *vers. quia responderi potest, & seq. lib.*1.

Et quicquid sit, an ante acceptationem donatarij reuocari possit donatio, certum est, quod cum in præsenti non solum reuocata non fuerit, sed imò eam in actu testandi donator ratificauerit, vt deponunt testes *relat. in Sum. Religionis num.* 2. nihil obesse potest subsequenti donationis acceptationi, quæ si post obitum donantis fieri non posset ex ipsa morte reuocatam fuisse necessario dicendum esset con-
5 tra iuris præsumptionem, † quia moriens non mutata voluntate antecedentem dispositionem confirmare dicitur, *Clar. in* §. *donatio quæst.*3. *in fin.* Reu. Eug. *in dicta decis.*81.
6 *num.* 36. & sicuti potuisset ipso Collemodio viuente † quandocumque à Religione acceptari donatio, ita, & post eius
mortem, † cùm ius reuocandi donationem si quod ipse ha- 7
bebat, cum persona ipsius extinctum fuerit ad hæredes nul-
lo modo transmissum, † qui ideò acceptationem impedi- 9
te non poterant, vt ratiocinantur prædicti DD. & Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 17. Thesaur. *decis.* 124. *num.*2. Fontanell. *de pact. nupt. tom.*1. *claus.*4. *gloss.*8. *num.*4. *& seq. fol. mihi* 124. *cum concord.* per Modern. Lucens. *cons.*37. *num.*11. *& cons.*38. *num.*4. *lib.*2.

Nec releuat, quod donatio esset conditionalis, ibi; *Subito che mi saranno accordate ad vnguem, dette Conditioni dell' Eminentissimo Gran Mastro, e suo Conseglio,* & infrà, *del giorno, che sarà stata accettata, ò stipulata per Notaro publico questa mia offerta dalla Sacra Religione, &c.* & ideò conditionibus non impletis in vita donantis, videatur expirasse donatio.

Quia animaduersum fuit, quod huiusmodi conditio non tangebat substantiam, & quantitatem ipsius donationis, sed solam illius executionem respiciebat, quæ suspensa remanebat vsque ad mortem donantis, & ad effectiuam Re-
ligionis † acceptationem, vndè conditio executioni adie- 9
cta, & tantum substantiæ non fecit promissionem conditionalem, Alex. *cons.*14. *num.*3. *lib.*1. Grat. *discep.* 136. *nu.*44. Rota *decis.*19. *num.*4. *par.* 4. *rec. tom.* 2. & in omnem euen-
tum † conditione adimpleta, & facta per Religionem ac- 10
ceptatione non constito de reuocatione contractus perfectionem assumpsit, & effectus est irreuocabilis, quia quan-
documque † superueniat conditionis implementum, proin- 11
dè est, ac si ab initio puta fuisset donatio, Surd. *cons.* 38. *num.*10. Gratian. *discept.* 514. *num.* 12. Card. Mantic. *de tacit. lib.*4. *tit.*46. *num.*1. *& seqq.* Thesaur. *dec.*96. *num.*4. Rota coram Duran. *dec.* 112. *num.* 12. *vers. quia cum conditio,* & coram Merl. *dec.*178. *num*12.

Multa præterea concurrunt, quæ omnem eliminant difficultatem, perseuerentia nempe donantis in eadem voluntate vsque ad extremum vitæ spiritum; Acceptatio donationis a Religione facta statim, ac habita fuit huiusmodi donationis cognitio, quæ omnem moram Religionis ex-
cludit, † & denique, quod per mortem donantis non ex- 12
pirauit donatio Ecclesiæ, vel loco pio morte mandantis reuocatum non censeatur, sed adhuc post illam durat, firmat Sanchez *de matrim. d. disput.*6. *num.*9. Reu. Eugubin. *dec.*81. *num.* 39. *vbi concordantes allegat. lib.*1.

Minus obest, quod reseruatum fuerit beneplacitum Apostolicum adhucusque non expeditum, nam reseruatio habet
in ventre clausulam, quatenus † opus sit, & non alias, 13
quæ stante, quod non erat opus beneplaciti illius necessitatem non inducit, Gabr. *cons.*92. *num.*7. *lib.*1. Rota *decis.* 218. *num.*12. *& seqq. par.*7. *recen. & in Camerinen. dotis Ecclesiæ* 9. *Maij* 1653. §. *non etiam, coram R. P. D. meo Meltio,* non erat autem opus beneplaciti Apostolici stantibus
priuilegijs dictæ Religioni † concessis, acceptandi absque 14
aliqua licentia, aut beneplacito, vt in Constitutione fa. me. Pij V. *la* 9. §. 31. *in fin.*

Et denique motus proprius fel. rec. Innoc. X. clausulis
prægnantissimis munitus non obstat, tum quia ipso † per 15
Sanctiss. ad viam iuris reducto, vt in *Summ. num.* 1. est attendenda solius iuris communis dispositio eodem modo, ac si Breue non emanasset, Ruin. *cons.*125. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 5. Marchesan. *de commiss. par.*1. *fol. mihi* 157. *num.* 53. *& seq.* Rota *decis.*607. *num.*1. *ad med. vers. ex quibus verbis, par.* 3. *rec. & in Romana, seu Auximana bonorum* 28. *Ian.* 1646. §. *minusque inualiditatem coram R.P. D. meo Zaratt.* Tum etiam quia circumscripta reductione nullius esset momenti, cùm manifestus fuit defectus intentionis Pontificis, ex quo supposuit, quod adesset necessitas beneplaciti Apostolici, & quod Religio non acceptasset donationem, & in possessionem bonorum non fuisset immissa, de cuius contrario vsque de tempore motus proprij nunc doctum fuit ex datis in *Sum. Religionis num.*4. *cum duobus seq.* Arguitur au-
tem defectus intentionis † in Principem quando super er- 16
roneo supposito gratiæ fundamenta constituit, quam simul communibus clausulis corruere necessarium est, Seraph. *dec.*965. *nu.* 1. *post med. & dec.*664. *nu.* 1. *par.* 2. *recen.*

Et ità de bono Iure Sac. Religionis Hierosolymitanæ constare resolutum fuit ipsa tantum Informante parte altera pluribus citationis lacessita non comparente, &c.

R. P. D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Lunæ 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Agitur hìc, quando Cardinalis indultarius conferre possit beneficia reseruata, vel vacantia apud Sedem, & quænam sint beneficia reseruata, & quando vacare dicantur apud Sedem Apostolicam.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis indultarius vigore indulti conferre potest beneficia cui voluerit.*
2 *Beneficium Militis Pij est reseruatum Sedi Apostolicæ vigore extrauag. ad regimen.*
3 *Indultum in ampla forma concessum tollit obstaculum reseruationis.*
4 *Beneficium vacare dicitur apud Sedem, quando beneficiatus forensis decedit in Curia.*
5 *Beneficium degentis in Vrbe, tunc dicitur vacare apud Sedem, quãdo beneficiatus decessit in Curia cum actuali exercitio ad curialitatem inferente.*
6 *Beneficium non dicitur vacare apud Sedem, quando illud obtinens morabatur, & decessit in Curia ratione domicilij originis, vel beneficij tantum.*
7 *Miles Pius, & Protonotarius, qui non est de numero participantium, non dicitur Curialis ad effectum reseruationis, & ratio assignatur.*
8 *Protonotarijs participantibus spectant functiones ad Curialitatem inferentes.*
9 *Regula Cancellariæ reseruans beneficia Protonotariorum comprehendit beneficia participantium, & non participantium.*
10 *Protonotarij non participantes, non dicuntur Curiales ad effectum inducendi vacationem apud Sedem.*
11 *Reseruatio differt à vacatione apud Sedem.*
12 *Protonotariatus interdum inducit reseruationem, & interdum Curialitatem.*
13 *Curialitas vndè resultet, & vndè reseruatio.*
14 *Officialis simplicis honoris, non dicitur Curialis.*
15 *Officialis emens officium cum pecunia, non dicitur Curialis.*
16 *Officiales exercentes actuale, vel potentiale exercitium dicuntur Curiales.*
17 *Forenses ementes officia inter officiales descripti, non dicuntur Curiales.*
18 *Priuilegia concessa Militibus Pijs, non constituunt Curialitatem.*
19 *Priuilegia Militum Piorum operantur solùm honorificentiam.*
Curialitas quomodo acquiratur, num. 19.
20 *Curialitas non resultat ex rogitu processuum, etiam concesso non participantibus, & ratio assignatur.*
21 *Curialitatis formalitas consistit in exercitio personali in Curia.*
22 *Curialitas constituitur per actuale, vel potentiale exercitium, propter quod quis cogatur Curiam sequi.*
23 *Curiales illi sunt, qui Curiæ nexibus sunt obligati.*
24 *Milites Pij licet sequi possint Papam in Cruciata, & in Concilijs generalibus, ex hoc tamen non dicuntur exercere potentiale seruitium ad Curialitatem, & n. 25.*
26 *Vacatio apud Sedem desumitur ex Curialitate infixa beneficiato de tempore obitus.*
27 *Protonotarij creati à Legatis de Latere, non sunt Curiales.*
28 *Protonotarij creati à Legatis, sunt veri Protonotarij, ac si fuissent creati à Papa.*
29 *Votum Cardinalis Lancellotti, & Coccini, & alia decisiones declarantur.*
30 *Curialitas ad effectum vacationis apud Sedem, debet esse plena, & concludens non autem præsumptiua, & imperfecta.*
31 *Protonotarius ad effectum vt intret reseruatio ex extrauaganti ad regimen, debet acceptare officium.*
32 *Officia concessa à Papa motu proprio ad effectum reseruationis, non indigent acceptatione, sed contrarium procedit in concessis ad supplicationem.*
33 *Præsertim quando supplicatio data fuit ab alio, quam ab officiali.*
34 *Curialitatis continuatio vsque ad obitum eliditur contraria præsumptione.*
35 *Milites Pij ex Constitutione Pauli III. dicuntur veri familiares Papæ, & num. seq.*
37 *Facultas conferendi beneficia familiarium restringitur ad familiares Pontificis defuncti, exceptis familiaribus Pontificis viuentis.*
38 *Indultum conferendi beneficia familiarium in exceptione loquitur de veris, & actualibus familiaribus, & num. seq.*
40 *Familiaritas in Cardinalibus debet esse vera, & non ficta.*
Familiaritas Pontificis defuncti, debet esse vera, & non ficta, dicto n. 40.
41 *Verbum*, sub eadem oratione, *non debet reddere diuersum sensum.*
42 *Clausula*, pro tempore existentis, *quomodo exponatur.*
43 *Verba*, præsentis temporis, *non possunt intelligi de præterito, nec de futuro.*
44 *Indultario non tribuitur collatio beneficiorum familiarium actualium Papæ viuentis.*
45 *Indulta quas collationes non comprehendant.*
46 *Aut posita inter diuersa disiungunt.*
47 *Declarantur, quæ dicta sunt num. 31. & 48.*
49 *Stilus Pontificis indulgentis, declarat illius mentem in alio indulto.*
50 *Indultum comprehendens gratias insolitas, arguit magnam beneuolentiam indulgentis erga indultarium.*
51 *Indultum fauorabile non indiget clausulis derogatorijs.*
52 *Constitutioni propriè satis dicitur derogatum per derogationes generales, & n. 53.*
54 *Familiaritas semper intelligitur de vera.*
55 *Beneficij reseruatio, & effectio semel infixa semper remanet etiam post mortem Papæ.*
56 *Indultarius confert omnia beneficia quoque modo in indulto comprehensa.*

DECISIO CLXXIV.

Decisionem coram me emanatam 14. Maij 1655. hodie DD. confirmarunt, quia bonum ius Antonij Rotæ etiam ad effectum manutentionis clarum omninò redditur ex collatione Beneficiatus controuersi sibi facta ab Eminentissimo D. Cardinali Archipresbytero cum subsequuta illius possessione per decem menses pacificè retenta. Cùm enim ex priuilegijs Summorum Pontificum collatio istorum beneficiatuum ad Archipresbyterum, & Capitulum pertineat inter eos ex longena obseruantia per turnum alterius hebdomadis diuisa, vtique subsequuta istius vacatione in hebdomada, & Turno Domini Cardinalis Archipresbyteri, quod non reuocatur in dubium potuit ipse de eo ad sui libitum † disponere, & cui maluerit 1
alias idoneo conferre ex auctoritatibus ibi allegatis §. *cuius resolutionis.*

Non obstat, quod Hiacinthus Valentinus per cuius obitum vacauit Beneficiatus esset Miles Pius, & sic officialis Papæ, & Protonotarius Apostolicus ob eius Clericatum iuxta Constitut. 5. Pij IV. Bullar. antiq. *par. 2. fol. 647.* Quoniam exindè resultat quidem atque concluditur Beneficiatum controuersum reseruatum esse Sedi Apostolicæ propter extrauagan. ad regimen de præbend. inter communes innouata per regulam primam Cancellariæ, quod simpliciter probant auctoritates allegatæ pro † Frisono 2
collitigante, nempè Gonzal. *super reg. 8. gloss. 51. num. 16. & 23.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 1 n. 192. & 195.* Put. *dec. 81. in princip. & in verbis finalibus lib. 3.* Card. Seraph. *dec. 1251. num. 18.* Comitol. *dec. 42. num. 3. & 15.* bon. mem. Coccin. *dec.*

dec. 349. *num.* 1. Rota *in recent. dec.* 407. *num.* 1. *par.* 1. *dec.*
706. *num.* 3. *par.* 3. *& dec.* 172. *num.* 2. *&* 3. *par.* 8. coram
Buratt. *dec.* 706. *num.* 3. *&* 4. coram Andrea *dec.* 100. *n.* 2.
coram Durano *dec.* 14. *num.* 2. *& in Rauenaten. Canonica-*
tus 1. *Iulij* 1641. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*
§. Canonicatum autem.

Sed non indè irritatur, neque debilitatur illius collatio
ad fauorem Antonij facta per dictum D. Cardinalem Ar-
chiptesbyterum, quia facta fuit etiam vigore indulti. Ipse
enim amplissimum habet Indultum specialiter conferendi
Beneficia reseruata per d. extrauagantem, & per alias Apo-
stolicas Constitutiones, ibi, *Ac etiam si illa per mortem*
Cardinalium, aut Episcoporum, & quorumcumque aliorum
contentorum in Extrauaganti recollendæ memor. Benedicti
Papæ XII. etiam Prædecessoris nostri, quæ incipit, ad regi-
men, seu aliarum Constitutionum Apostolicarum, &c. quod
propterea tollit obstaculum præfatæ reseruationis, Cassad.
dec. 3. *num.* 4. *de priuileg.* Put. *dec.* 20. *num.* 1. *vers. & quia*
Indulta lib. 1. *& dec.* 93. *num.* 3. *lib.* 3. *in correct.* Rot. *decis.*
530. *num.* 18. *par.* 8. *recen.* cum cæteris allegatis per Adden.
ad Burat. *dec.* 622. *num.* 11.

Non obstat, quod dictum Indultum excipiat Beneficia
tam vacantia apud Sedem, quàm reseruata ratione
familiaritatis, & continuæ commensalitatis Papæ viuen-
tis.

Prima enim exceptio verificari non potest ex eo quod
Valentinus decesserit in Curia, quia receptissima est di-
stinctio comprobata etiam stylo Datariæ, quod respectu
Beneficiorum exterorum si Beneficiatus in Curia decedit,
4 † Beneficium vacare dicitur apud Sedem, respectu verò
prout hic Beneficiorum Vrbis, aliorumque in loco Curiæ
sitorum non sufficit solus obitus in Curia, sed etiam co-
5 pulatiuè requiritur, † quod illa obtinentes Curiales fue-
rint, atque in Curia vsque ad obitum commorauerint ob
actuale exercitium alicuius officij ex quo inferatur ad Cu-
6 rialitatem, alias autem † si ibidem commorauerint ra-
tione originis, domicilij, vel beneficij, aut ex alia causa
non inferente ad Curialitatem ipsorum Beneficia numquam
dicuntur vacare apud Sedem, quamuis in Curia decedant,
vt ad litteram probat text. *in c. præsenti §. sane de præbend. in*
6. & in his terminis ita respondit, Rota *in Romana Clericatus*
S. Petri 27. *Nouembr.* 1602. *coram Cardinali Hieronymo*
Pamphilio, quæ est decisio 616. *num.* 1. *par.* 4. *diuers. & in*
Rom. Beneficiatus S. Petri 30. *Martij* 1626. *coram bo. me.*
Pirouano, in rec. dec. 9. *num.* 1. *cum seq. par.* 5. *in similibus*
in Roman. Cappellaniæ 20. *Nouembris* 1628. *coram eodem,*
§ quia clausula, in Sabinen. Beneficij 24. *Martij* 1631. *coram*
bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio in recent. decis. 28.
per totam, & signanter num. 37. *cum tribus seqq. par.* 6. *& in*
Ebredun. Prioratus 1. *Iunij* 1654. *coram R. P. D. meo Alber-*
gato, §. nam fuit responsum.

Talis autem non erat Valentinus, quamuis Miles Pius,
7 † & ob Clericatum Protonotarius, quia huiusmodi Pro-
tonotarij, qui non sunt de numero participantium nullum
seruitium, neque exercitium in Curia habent actu, neque
in potentia, sed omne munus tam scribendi acta Marty-
8 rum, † quàm peragendi alias functiones concessum, &
reseruatum fuit solis Protonotarijs participantibus priua-
tiuè quoad omnes alios in Constitutionibus Sixti V. alio-
rumque Summorum Pontificum, vt alijs allegatis tradit
Adden. ad Buratt. *dec.* 540. *sub num.* 24. Vndè licet extra-
uagans ad regimen, & dicta Regula prima Cancellariæ,
quæ reseruant Beneficia Protonotariorum locum habeant
9 non solùm in Protonotarijs participantibus, † sed etiam
in omnibus alijs creatis tam à Papa, quàm à Legatis, qui
non sunt de numero participantium, vt tradunt auctori-
tates allegatæ in superiori §. *quoniam exinde*, & præter eas
respondit Rota *in Palantina Scholastriæ Canonicatus, & præ-*
benda de Villadolid. 9. *&* 13. *April.* 1584. coram Robustello
relata per Garz. *de benef. d. par.* 5. *cap.* 1. *sub num.* 204. *vers.*
10 *vndè cum non de ferie.* Isti tamen † non dicuntur Curiales,
vt requiritur ad effectum inducendi vacationem apud Se-
dem ad quam Pontifex in Indulto restrinxit primam ex-
ceptionem, nisi aliundè concludenter iustificetur qualitas
Curialitatis acquisitæ per actuale, vel potentiale seruitium,
& exercitium alicuius officij Curialitatem præseferentis,
vt notant Modern. Lusitan. *in collect. in d. cap. præsenti di-*
cto §. sane num. 4. *vers. Curiales de præben. in* 6. *& de vnion.*
iur. Eccles. par. 3. *cap.* 13. *num.* 24. *&* 25. optimè Rot. *in d.*
Rom. Cappellaniæ coram bon. mem. Pirouano §. vltim. Aliud
enim est Beneficium † conferre vti reseruatum Sedi Apo- 11
stolicæ, aliud verò vti vacans apud Sedem, vt optimè
aduertit Rot. *dec.* 4. *in fin. de præben. in nouis.* Aliudque
est ex Protonotariatu insurgere † reseruationem, aliud 12
verò insurgere Curialitatem, reseruatio enim pendet à nu-
da voluntate Papæ, sed Curialitas causatur à facto † ap- 13
plicationis personæ ipsi Curiæ per actuale, vel potentiale
exercitium, cuius ratione teneatur Curiam sequi, Lotter.
de re benef. lib. 3. *q.* 11. *num.* 134. *&* 135. Rot. *d. dec.* 616.
num. 2. *par.* 4. *diuers. & d. dec.* 9. *num.* 6. *par.* 5. *rec. & in d.*
Rom. Capellan. §. nam si vis, & sequent. cum concordan. alleg.
per Adden. ad Buratt. *d. dec.* 540. *d. num.* 34. Regula verò,
† quod omnis officialis sit Curialis, non intelligitur de 14
officiali simplici honoris † qualis erat Valentinus, & qua- 15
les sunt omnes alij, qui mediante pecunia prout hic simi-
lia officia acquirunt, sed de officiali habente actuale, † vel 16
potentiale seruitium, & exercitium propter quod Curiam
sequatur, vt notat Mandos. *in reg.* 5. *q.* 3. *sub num.* 5. vbi in
finalibus verbis ita dicit, ibi, *dum tamen morantur dum*
Curiam sequuntur, & in hoc sensu intelligendus est Lotter.
lib. 2. *q.* 32. *num.* 26. *dum sub num.* 29. subdit ibi, *ministe-*
rium suum absoluunt. Aliàs autem † sequeretur, quod etiam 17
exteri quibus à dicta *Constitut.* 5. *Pij IV.* permissum est hu-
iusmodi officia emere, & retinere, prout actualiter illa
emunt, & retinent, atque eis emptis inter officiales de-
scribuntur, repurarentur Curiales, quod esset absurdissi-
mum, & aduertitur in alia decisione, *§. neque in præsenti,*
† facultas autem deferendi Baldachinum, & alia similia 18
priuilegia huic militiæ concessa, vt facilius inueniantur
emptores nullum important officium neque exercitium Cu-
riale, † sed solummodò meram gratiam, & honorificam 19
prærogatiuam de sui natura non inducentes Curialitatem,
quæ non assequitur, neque imprimitur nisi vnà cum ani-
mo illam acquirendi concurrat copulatiuè factum quali-
ficatum per aliquod actuale, vel potentiale exercitium, vt
notauit Rot. *d. dec.* 9. *d. n.* 6. *par.* 5. *recent. cum alijs supra al-*
legatis. Istudque Curiale exercitium resultare † non potest 20
ex facultate rogandi se de instrumentis, & processibus ijs-
dem Protonotarijs etiam non participantibus concessa,
quia eos non obstringit seruitio personali in Curia † exer- 21
cendo, in quo consistit formalitas Curialitatis, vt tradit
Lotter. *d. lib.* 3. *d. quæst.* 11. *num.* 141. Sed vti se habens ad
processus, & instrumenta in quouis loco etiam extra Cu-
riam, & etiam de materia non Curiali ad instar cuiusli-
bet Notarij ordinarij, & infimi ordinis non præsefert Cu-
rialitatem, † quæ necessario requirit, vt dictum est, ali- 22
quod actuale vel potentiale exercitium propter quod ne-
cessario quis teneatur Curiam sequi, vt dixit Rota *d. dec.*
616. *num.* 2. *par.* 4. *diuers. & d. dec.* 429. *n.* 16. *par.* 5. *rec.* illi
† enim sunt Curiales, qui Curiæ nexibus sunt obligati, 23
ad text. in c. qui in aliquo 51. *distinct. circa med.* Marches. *de*
commiss. par. 2. *fol.* 457. *num.* 12. Parique modo nec facit,
quod Militibus laicis morantibus in Curia d. Pius IV. in
præallegata *Constitut.* 5. indulserit sequi posse Pontificem in
expeditionibus Cruciatæ, & in Concilijs generalibus cum
vno æquo in habitu auratæ militiæ absque vllo stipendio
expensis tamen Sedis Apostolicæ, † quasi quod exindè in- 24
feratur ad seruitium vel exercitium saltem potentiale in-
clusiuum Curialitatis; quia præter quod Piana loquitur
per verba facultatem concedimus, & sic per modum ho-
norificæ prærogatiuæ tantummodò non autem necessarij
seruitij. Talis dispositio non applicatur Valentino, qui
Clericus erat tempore acquisitionis officij, † & qui deindè 25
obijt Clericus Beneficiatus, cùm tamen satis esset non fuisse
laicum, sed Clericum tempore obitus tantummodò † cum 26
ad effectum vacationis apud Sedem resultantis ex Curialita-
te attendatur tempus obitus, nec sufficiat præcedens Rota
d. dec. 9. *n.* 1. *cum seq. par.* 5. *recent.* cum alijs per Adden. ad
Burat. *d. dec.* 540. *n.* 25.

Nec subsistit, quod præfata procedant in solis Protono-
tarijs creatis à Legatis, non autem in creatis à † Papa, ex 27
Lotter. *dict. lib.* 3. *d. quæst.* 11. *n.* 132. *cum seqq.* Quia quicquid
ipse causæ inseruiens ibi dixerit locum habent in omnibus
Protonotarijs, qui non sunt de numero participantium cum
nulla constituatur differentia inter creatos immediatè ab
ipso Papa, & creatos mediatè per † Legatum, nam vtrique 28
dicuntur habere Protonotariatũ à Papa, & vtriq; sunt Proto-
notarij Apostolici ex quo Legati in hac re nõ vtuntur aucto-
ritate propria nec officij legationis, sed auctoritate Apostoli-
ca. Vndè omnes pariformiter iudicãtur, constituta solũ diffe-
rentia

rentia inter participantes, & non participantes ex priua Pegatis per eumdem Lotter *lib. 1. quæstion. 29. n. 9. & 10. & comprobatis coram Cométulo dict. dec. 42. n. 6.*

29 Et ex prædictis patet etiam responsio ad votum bon. mem. Lancellotti, & Coccini atque ad resolutiones desuper captas coram bon. mem. Pirouano *in d. Rom. Beneficiatus S. Petri* 8. *Aprilis* 1622. *&* 20. *Nouembr.* 1624. *in rec. dec.* 429. *par.* 5. *& dec.* 573. *par.* 8. Quia vltra quod ab eis Rota *recessit coram eodem* 30. *Martij* 1626. *in superius allegata dec.* 9. *eadem par.* 5. loquuntur supposita Curialitate de tempore obitus vt in eis legitur ideò non applicantur casui nostro, quo Curialitas iustificata non est, & quidem plenè, & concludenter cum alias non sufficiant probationes imperfectæ, & præsumptiuæ, *vt admittitur in eadem dec.* 573. *num.* 6. *par.* 8. *recentior.*

Præterea probabiliter controuerti potest etiam ipsa Reseruatio inducta per extrauagañ. ad Regimen, & per Regulam primam Cancellariæ, quia non constat, quod Va-
31 lentinus, qui teneræ † ætatis erat tempore emptionis d. officij factæ ab eius Patre, vnquam illud, & Prothonotariatum ex eo resultantem acceptauerit, *vt firmatur in alia decis. §. neque in præsenti vers. Præterquam*, Allegare autem
32 quod acceptatio † non sit necessaria procedit in officijs concessis à Papa Motu proprio, non autem in concessis prout hic ad supplicationem, vt benè discusso articulo recedendo ab antecedenti relata *in par.* 1. *recent. dec.* 407. respondit Rota *d. dec.* 706. *num.* 4. *cum seqq. par.* 3. *rec. & in Bononien. beneficiorum* 29. *Maij* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio*
33 *§. nihilominus cum seqq.* Præsertim in proposito quo † supplicatio porrecta, & expedita fuit ab alio quam ab ipso Valentino, nempè ab eius Patre ea consideratis *in eadem dec.* 706. *num.* 8. *cum seqq. num.* 19. additur hoc præcipuè procedere quando non constat, quod vnquam pro Prothonotario se gesserit, nec vnquam pro tali habitus fuerit. Idque certius procedit ex defectu continuationis prætensi seruitij inductiui Curialitatis vsque ad obitum Valentini. Cùm enim per multos annos antequam ipse moreretur eius Pater resignasset dominium, nempè decretum d. officij ad fauorem Tertij inuerisimile prorsus est, quod Valentinus superstes cujus vitæ periculo adhuc remanebat, inseruire voluerit prout verè non iustificatur, quod vnquam inseruierit continuatio enim Curialitatis vsque ad obitum optimè eli-
34 ditur contraria † præsumptione, aut Coniectura Rot. *in toties allegata dec.* 9. *num.* 15. *&* 16. *par.* 5. *rec.* quam refert, & sequitur Adden. ad Bur. *dec.* 540. *num.* 27.

Secunda verò indulti exceptio ratione familiaritatis loquitur dumtaxat de familiaribus veris, & actualibus Papæ ex mente, & dente, non autem de familiaribus ex Priuilegio qualis erat Valentinus, *vt probatur in alia dec. §. nec*
35 *obstat*, † nil refragante quod milites Pij aliique similes officiales ex Constitutionibus Pauli III. & aliorum Summorum Pontificum dicantur veri familiares, quia in d. In-
36 dulto † expressè, & nominatim conceditur collatio Beneficiorum omnium familiarium contentorum sub dictis Constitutionibus, ibi, *Aut quicumque alij Curiæ, & Sedis prædictarum etiam sub diuersis Constitutionibus fel. record. Pauli III. & Pauli V. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum declaratorijs familiarum continuorum Commensalium, &c.*

37 Non obstat, quod † facultas conferendi beneficia familiarium restringatur ad familiares Pontificum defunctorum, exceptis familiaribus Pontificis viuentis qualis erat Valentinus.

38 Quia Indultum in † hac parte sicut in exceptione intelligitur de veris, & actualibus. Ibidem enim loquitur de familiaribus nedum Pontificum Prædecessorum, & succes-
39 sorum defunctorum, sed etiam † Cardinalium tam viuentium, quàm defunctorum, ibi, *seu ex eo quod illa obtinentes aliquorum Prædecessorum, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum defunctorum, aut S. R. E. Cardinalium tam viuentium, quàm defunctorum, &c. familiares con-*
40 *tinui Commensales, &c.* † Vndè cùm in Cardinalibus familiaritas debeat esse vera, nec admittatur ficta, vt notat Gonzal. *d. glos.* 51. *num.* 30. *vers. præcisa requiritur*. De vera pariter quoad Pontifices defuncto ibidem intellectum
41 fuisse censetur, ne vna eademque dictio † sub eadem oratione diuersum sensum reddat, sed omnia æqualiter determinet atque ex vna parte determinata declaretur alia san. mem. Greg. *dec.* 85. *num.* 18. *& dec.* 190. *num.* 2. statim verò discretiuè subdit, & in hoc casu versamur illimitatam facultatem conferendi Beneficia omnium officialium Curiæ, & Sedis Apostolicæ, quamuis comprahensorum sub Constitutionibus Pauli III. & aliorum Summorum Pontificum, ibi, *Aut Sedis Apostolicæ Notarij Subdiaconi, Acoliti, Capellani, Litterarum Apostolicarum Abbreuiatores, Scriptores, &c. Aut quicumque alij Curiæ, & Sedis Apostolicæ prædictarum etiam sub diuersis Constitutionibus fel. rec. Pauli III. & Pauli V. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum declaratorijs familiarium continuorum commensalium suorum, & pro tempore existentis Romani Pontificis, ac desuper aditis literis declaratorijs comprehensi officiales præsentes, & futuri quocumque nomine nuncupati existerent, & sint &c.* Et in hac parte indistinctè loquitur de omnibus, & quibuscumque officialibus, & sic de omnibus, & quibuscumque familiaribus ex Priuilegio etiam Pontificis
viuentis, vt clarè indicant tam dicta verba, † *& pro tempore* 42
existentis Romani Pontificis &c. quæ apponuntur, qui nunc est, & pro tempore erit Rota *dec.* 733. *num.* 4. *par.* 2. *rec.* quàm sequentia verba, *præsentes, & sint*, &c. quæ prædica-
ri non † possunt de præterito nec de futuro *ad text. in l. si ita* 43
legatum esset ff. de aur. & argent. legat.

Posita igitur hac discretiua, ac distincta facultate quoad familiares veros, & fictos euidenter sequitur, quod quando Pontifex facultatem restrinxit ad familiares Pontificum defunctorum, intellexit solum (vt dictum est) de illis qui verè, & effectiuè fuerint tales; quando verò excepit familiares ipsius Vrbani indulgentis, & Romani Pontificis pro tempore viuentis intellexit pariter, vt in ipsa prima facultate de veris, & actualibus ex mente, & dente, quod sanè
valdè rationabile fuit, † quia incongruum fuisset tribuere 44
Indultario collationem beneficiorum huiusmodi familiarium actualium Papæ viuentis, vt aduertit Rota coram Duran. *dec.* 154. *n.* 26. Cùmque restrictiua posita sit duntaxat in d. prima facultate, & in exceptione illas tantum-
modò qualificat † nec propterea extenditur ad secundam 45
facultatem intermedio positam de alijs personis, nempè de officialibus, & sic de familiaribus ex Priuilegio loquentem, & comprehendentem omnes huiusmodi familiares tam Pontificum defunctorum, quàm viuentis, *ad text. in l. fideicommissa §. hac verba ff. de legat.* 3. Rota *dec.* 207. *num.* 11. *& dec.* 257. *num.* 2. *par.* 5. *rec.* Etiam si coniuncta legatur per
alternatiuam, † *aut*, quia resoluitur in disiunctiuam, 46
quando est posita prout hic inter diuersa, Bart. & alij *in l. si qui §. Centum num.* 1. *ff. de reb. dub.* Modern. Lucan. *cons.* 96. *num.* 52. *lib.* 2. Modern. Mantuan. *controuers. forens. cap.* 174. *n.* 3.

Quodque præfata exceptio intelligi debeat de solis fa-
miliaribus ex dente, & mente optimè compatitur. Tum 47
ex alia exceptione Conclauistarum ibidem addita. Cùm enim etiam isti sint veri familiares ex priuilegio vtique validum desumitur argumentum, quod illos excipiendo ceteros alios consimiles familiares in secunda facultate comprehendere voluerit, *vt firmatur in dec. §. nec refert.*
† Tum etiam ex quo idem Pontifex concedendo similia 48
Indulta alijs Cardinalibus ordinarijs, & minus caris eamdem exceptionem semper per hæc verba declarauit, ibi, *Præterquam veræ, & actualis familiaritatis continuæ commensalitatis familiarium continuorum nostrorum commensalium &c.* vt patet ex quatuor Indultis ab Antonio exhibitis, & concessis *bon. mem. Cardinali Vbaldo* 10. *Apr.* 1634. *bon. mem. Cardinali Montio* 15. *Iulij eiusdem anni Eminentiss. D. Cardinali Maculano* 23. *Maij* 1643. *&* 10. *Octobris eiusdem anni bon. mem. Cardinali Alterio*, quæ per dicta præcisa
verba concepta leguntur; Stylus † enim Pontificis, & multò 49
magis eiusdemmet indulgentis benè declarat illius mentem in hoc alio Indulto Nepoti concesso de anno 1639. & sic tempore intermedio, *cap. ex litteris*, ibi, *quam nostri moris, &c. de constit. & c. dilectus de consuet. l. de interpretatione ff. de legib. cum alijs relatis in Barchinonen. Canonicatus* 4. *Decemb.* 1644. *§. sed quidquid sit, &* 9. *Iunij* 1645. *§. etenim coram R. P. D. meo Verospio, &* 15. *Decembris eiusdem anni §. dubitatio resultat cum seqq. &* 26. *Aprilis* 1646. *§. prædictis omnibus coram Reuerendissimo Domino Tarraconen.*

Eòque magis dum Dominum Cardinalem eius nepotem
sibi dilectissimum abundantioribus gratijs † etiam in ipso- 50
met Indulto honorauit quales inter alias sunt illæ de conferendo beneficia multiplici reseruatione affecta, & beneficia familiarium Cardinalium viuentium aliàs concedi insolitæ iuxtà ea quæ ponderantur in alia decisione §. *quod maxime*

xime

51 *ximè in fine*. † Nihil releuante, quod ibidem non derogauerit suæ Constitutioni 59. quia non fuit necessaria eius derogatio cum dicta Constitutio non præiudicet, sed faueat Cardinalibus disponendo quod beneficia reseruata ab ipsius
52 solis absque consortio Capitulorum conferantur, † vel adhuc eidem Constitutioni 59. sufficienter derogatum fuisse censetur per solam derogationem generalem quarumcumque Constitutionum Apostolicarum coniunctam cum indiuiduali derogatione Constitutionum Greg. XIV. & Pauli V. moderantiarum indultorum, quæ Cardinalibus præiudiciales sunt, ibi, *non obstantibus præmissis, & Constitutionibus quibuscumque, & ordinationibus Apostolicis præsertim fel. rec. Greg. XIV. ac d. Pauli V. prædecessorum nostrorum moderatorijs Indultorum huiusmodi*, &c. multòque magis præfata derogatio sufficiens apparet dum paulò in-
53 ferius prosequendo eamdem materiam derogatiuam professus fuit comprehendere etiam Constitutiones proprias, ibi, *per quoscumque Romanos Pontifices, & Nos &c.* quod absolutè illius voluntatem ostendit ampliorem quàm potuit concedendo facultatem.

Vlterius consideratum fuit, quod vbicumque exceptio
54 non specificat qualitatem familiaritatis † semper intelligitur de sola familiaritate vera, non autem de ficta, vel ex Priuilegio, quia verba in dubio accipi debent in vero, & proprio significatu, vt in terminis Indulti concessi cum tali punctuali exceptione, respondit Rota *teste Gomesio super regul. de impetrand. benefic. per obitum famil. Cardin. q. 13. n. 1. vers. & quamuis, & vers. & ita*, Rota quem sequitur Germon. *de Indult. Cardinal. §. præterquam num. 5. & 6.* coram Card. Millino *dec. 126. n. 9.*

55 Cęterùm non obstat, † quod reseruatio, & affectio semel infixa beneficio duret etiam post mortem Papæ tempore successoris ex Duran. *d. dec. 154. num. 11. cum seqq.* Quia non indè impediebatur D. Cardinalis indultarius controuersum beneficiatum vigore indulti conferre dum cadit
56 sub facultate sibi explicitè concessa † non obstante prædicta reseruatione, & affectione etiamsi multiplex fuerit, *vt respondetur in alia dec. §. non obstat Prouisio in fine*.

Et ita vtraque, &c. articulo maturè discusso, &c.

Decisio hæc facta sub 14. Maij 1655. coram eodem R. P. D. Beuilaqua est decisio 14.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononień. Fideicommissi de Pepulis.

Mercurij 17. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Constitutio Ægidiana ex defectu Iurisdictionis non intrat in bonis Ecclesiasticis, nec in his terminis iuuat ignorantia, exceptio spurietatis, seù incestus quando dicatur plenè, & concludenter probata, ad effectum immissionem petitam super bonis hæreditarijs impediendi.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Laicalis non intrat quoad bona Ecclesiæ, & num. 2.*
2 *Bona aliqua licet sint diuidua, & separabilia, tamen quando non sint iudicanda talia.*
3 *Bona plura, quando sunt petita sub eadem verborum structura sub vnico libello, tunc diuersa non possunt dici.*
4 *Bona quando sunt inseparabilia ratione formæ eius ratione pars appellabilis trahit ad se partem inappellabilem.*
5 *Attentatorum pœna, vt euitetur, quid requiratur.*
6 Decis. in causa Auenionen. Hæreditatis 10. Iunij 1648. coram Reuerendiss. Tarraconeń. *in quo casu loquatur.*
7 *Ægidiana Constitutio, tamquam Laicalis, nequit comprehendere bona Ecclesiastica.*
8 *Constitutio Laicalis non comprehendit bona Ecclesiastica ex defectu totalis iurisdictionis.*
Ideòque nequaquam tunc attenditur consensus, & dissensus partis, vel scientia Iudicis, n. 8.
9 *Iniustitia sententiæ stante, semper excluditur Ægidiana.*
10 *Filij incestuosi, exceptis alimentis, sunt incapaces successionis paternæ.*
11 *Filij, quando dicantur incestuosi.*
12 *Testes, quando dicantur benè probasse copulam carnalem.*
13 *Testes numero plures faciunt plenam probationem, maximè dum sumus in materia difficilis probationis.*
14 *Copula carnalis, probari potest ex pluribus facti circumstantijs à testibus deductis, & n. 15.*
16 *Consequens, qui admittit debet etiam concedere antecedentem.*
17 *ex Coniecturis pluribus simul iunctis, quando plena probatio carnalis copula habeatur.*
18 *Testes, quando sunt viles, & pauperes, an probent.*
19 *Numerus testium, supplet defectus personales.*
20 *Materia, quando est difficilis probationis non admittit exceptiones contra personas testium.*
21 *Testium examen factum contra infantes, Curatore tantum ad lites destinato, non citata, nec audita eius matre an valeat.*
22 *Litigans contra pupillum, vt validè contra eum procedatur, non est opus, vt deputetur aliue tutor, sed sufficit, quod à Iudice ipsi deputetur Curator ad illam litem.*
23 *Citatio Matris non est necessaria, quando litigatur contra infantem, si à Iudice ei fuit datus Curator ad lites, & num. 24. & 25.*
27 *Mulier conuersans cum muliere nota, & magna nobilitatis non est dicendum, quod sit violati honoris.*
28 *Testes dum non percutiunt tempus de quo controuertitur non attenduntur.*
29 *Testes ita interpretandi sunt, ne contineant contrarietatem.*
30 *Testes dum non sunt informati de re super qua deponunt non attenduntur.*
31 *Testes illi, qui melius sunt informati, super re, super qua deponunt, sunt præferendi alijs.*
32 *Testes qui sunt melius adminiculati, quàm alij sunt præferendi alijs.*
33 *Spurietatis exceptio, & incestus, dum non est legitimè probata, vel saltem redditur dubia, non valet impedire immissionem parti.*
34 *Incestus, & spurietatis exceptio, dum est in continenti probata impedit petitam immissionem super bonis hæreditarijs.*

DECISIO CLXXV.

PRæuia Decisione ædita coram R. P. D. Zarate 18. Iunij 1653. pronunciatum fuit, Antoniam, & Margheritam immittendas esse in possessionem hæreditatis q. Comitis Alexandri Matiæ de Pepulis, sed causa appellationis mihi commissa, cum clausula, *Constito*, quod sit locus Ægidianæ, hodie proposito particolari dubio, negatiuè responsum fuit.

Cùm enim inter bona præfatæ hæreditatis adsit Prædium nuncupatum della Pallada Emphyteoticum Abbatiæ Nonantulæ, aliud in Villa Molinellæ Emphyteoticum Ecclesiæ Archiepiscopalis Rauennæ, & aliud in Cappella Sancti Ægidij Emphyteoticum Monasterij S. Ioannis in Monte, vt patet in præsenti *Summ. D. Com. Roderici num. 6. cum quatuor seq. & num. 11. & 12.* Vtique sicut certum est, quod respectu illorum corporum Ægidiana tanquam
† Constitutio laicalis, intrare non potest, quamuis agatur in possessorio de solo dominio vtili inter laicos, vt dis- 1
cusso articulo firmauit Rota *in illa celebri Romana Domus de Scappuccis coram bon. mem. Coccino post Pacific. de Salu. interd. dec. 238. per tot.* quam sæpissimè sequuta † fuit, ita 2
etiam cessat respectu aliorum bonorum, & corporum eiusdem hæreditatis in sententia comprehensorum, quamuis
† ratione materiæ sint diuidua, & separabilia, dum omnia 3
petita fuerunt ex eadem causa, & actione sub vnico libello, & in eadem sententia, quæ concepta est vnica verborum structura, indè enim non attenditur diuiduitas materiæ,

4 tiæ, sed formæ, † cuius ratione pars appellabilis trahit partem non appellabilem, *vt declarandam decisionem in Bononien. de Manzolit 16. Februarij 1629. coram eodem bon. mem. Coccino apud Posth. de manut.* 257. *num.* 1. *cum seqq.* responsum fuit *in Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum* 13. *Maij* 1644. *coram me §. Prnterea cum duobus seqq. comprobnta in Ariminen. Saluiani* 30. *Maij* 1646. *§. tum etiam quia, & in Romana Successionis de Ametis* 16. *Nouemb. eiusdem anni §. est inquam coram R. P. D. meo Bichio, vbi alia decisiones declarantur, & in Beneuentana manutentionis* 9. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Peutingerio §. que nullitas.*

Nil refragante quod Instrumenta ad probandam qualitatem Emphyteoticam, non fuerint producta ante sententiam, nec aliter hoc Iudici, aut parti innotuerit. Qua ignoran-
5 tia exindè † resultans posset suffragari ad euitandam pœnam attentatorum, quatenus pendente tempore ad appellandum, vel post interpositam appellationem, fuisset facta executio, in quibus terminis loquitur Rota apud Posth. *de*
6 *manut. dec.* 206. *num.* 13. *& in Auenionen. Hæreditatis* 10. *Iunij* 1648. *coram Reuerendiss. D. Tarraconen. §. quoniam,* Secus autem ad effectum admittendi, prout hic, vel reijciendi appellationem hoc in casu non attenditur similis scientia, vel ignorantia, quia cùm Ægidiana tanquam
7 Constitutio † laicalis nequeat comprehendere bona Ecclesiastica ob defectum potestatis in constituente, circa quem
8 † non attenditur scientia, vel ignorantia minusuè dissensus, aut consensus partium vel Iudicis, vt plenè firmatum fuit *in d. Viterbien. fideicommissi, seu attentatorum coram me §. vlterius iuncto §. seq. vbi respondetur contrarijs.*

9 Verum concurrit vlterius iniustitia sententiæ, qua † stante semper excluditur Ægidiana vt sępè sæpiùs respondit Rota, *& signnnter in decisionibus plene allegatis in Ferrarien. de Pnndarijs* 7. *Iunij* 1647. *&* 10. *Februarij* 1648. *coram Reuerendiss. D. Tarraconen.*

Iniusta siquidem est sententia, quia concedit Immissionem dd. Antoniæ, & Margeritæ in possessionem hæreditatis q. Com. Alexandri Mariæ vti illius filiabus, & hæredibus testamentarijs, & tamen cùm constet ipsas esse ince-
10 stuosas, † exceptis Alimentis, sunt incapaces successionis, Auth. *ex complexu, C. de incest. nupt.* Menoch. *cons.* 1065. *n.* 12. Gaill. *obser.* 115. *num.* 9. *& seqq. lib.* 2. Thesaur. Iun. *quæst. for. lib.* 1. *q.* 22. *num.* 27. *&* 28. Mart. *de success. legal. par.* 1. *q.* 16. *art.* 1. *num.* 19. *& seqq.* Peregr. *de Iur. fisc. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 9. Ioseph. Ludou. *dec. Perus.* 15. *num.* 19. Bocr. *dec.* 127. *num.* 9.

Incestus resultat, ex quo d. Comes Alexander Maria earum Pater priusquam cognouisset Dianam ipsarum Ma-
11 trem, carnaliter cognouerat Dominicam † illius sororem germanam, vt trad. in Lup. *de illegit. comment. primo §.* 1. *in præfat. num.* 12. Caball. *cas. crimin.* 200. *num.* 2. Perus. *de matrim. disput.* 31. *sect.* 6. *num.* 2. Sanchez *eod. tract. lib.* 7. *disp.* 5. *num.* 8. Farin. *de delict. carn. q.* 149. *num.* 108.

Huiusmodi enim præcedens copula, & carnalis cognitio
12 Dominicæ concludenter probatur à † tribus ex septem Testibus pro D. Com. Roderico formiter examinatis, & relatis *in d. Summ. num.* 17. Primus enim hæc verba deponit, ibi, *& era cosa che si sapeua publicamente li in Casa, che il Signor Conte Alessandro Maria godeua carnalmente la detta Domenica, e dapoi di li vn tempo &c. la detta Diana,* & ibi, *e la verità, che per propria confessione della Domenica, e Diana, e del detto Signor Conte in diuerse occasioni hàn detto de' essersi conosciuti carnalmente trà di loro, prima con la Domenica, e poi con la Diana.* Tertius verò, ibi, *Per tutto il tempo, che ho seruito lì in Casa, ho veduto quanto vi ho detto di sopra con tutte due, e particolarmente molto tempo prima con la Domenica, e poi con la Diana,* & septimus, ibi, *la Domenica diceua, che il Conte gl'haueua dormito in mezzo à tutte due, e che la Dominica era stata la prima à dargli l'honor suo,* ibi, *Io vi ho detto di sopra, che il detto Conte hà conosciuto carnalmente la Domenica &c. & dopoi hà conosciuto la Diana,* & ibi, *e la Dominica diceua alla Diana, che Dio non gli darà mai bene per il torto che gli haueua fatto ad impacciarsi con il detto Signor Conte &c.* Isti enim tres Testes non deponunt simpliciter de actibus honestati non consentaneis, & copulam non concludentibus vt supponitur *in contraria decisione R. P. D. mei Zarate §. Primus est cum seq.* sed ipsam præcedentem copulam, & carnalem cognitionem concludunt, vt legitur in relatis verbis depositionis ipsorum, qui propterea tanquam numero plures
faciunt plenam † probationem præsertim in hac materia, 13
quæ vtpotè difficilis iustificationis admittit præsumptiones, & coniecturas efficaces, & violentas ad effectum dirimendi matrimonium, *cap. litteris de præsumpt.* Grig. *cons.* 29. *num.* 21. Rota *dec.* 95. *num.* 12. *cum seqq. par.* 2. *diuers. in Romana nullitatis matrimonij* 19. *Ianuarij* 1646. *coram bon. me. Arguelles §. His tamen, & §. & in hac materia, & in alia Romana nullitatis matrimonij* 28. *Iunij* 1651. *coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono §. Copula vero, leuiores vero, quando agitur, prout hic, ad solum effectum successionis,* Card. Seraphin. *dec.* 281. *num.* 6. Buratt. *decis.* 530. *num.* 13. Rota *in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis* 18. *Iunij* 1648. *coram Reuerendissimo Dom. Tarracinen. §. fin.*

Accedentibus maximè quampluribus facti circumstantijs ab omnibus septem Testibus plenissimè relatis, & si-
gnanter reciproco antecedenti amore vtriusque, † nempè 14
Comitis, & Dominicæ, cohabitatione in eadem Domo, ac opportunitate diu, noctuque se commiscendi, continuoque accessu eiusdem Dominicæ ad Cubiculum Com.
seminudæ, & † præparatæ actui venereo cum mora pro- 15
portionata, eius præcedenti partu in eodem cubiculo, imò in proprio lecto Comitis, qui mercedem soluit obstetrici, & Hospitali pro Infantibus, cum quibus concordant Partitæ librorum eiusdem Hospitalis, & demùm ex oppositione, quam facit ipsa Dominica, quando occasione vltimæ suæ infirmitatis Comes tentauit desponsare Dianam alle-
gando præsente ipsamet Diana, eam vti † priùs cognitam, 16
debere desponsari *d. Summ. num.* 13. 14. 16. 19. 21. 22. & 23. Ex his enim præsertim omnibus simul iunctis anteceden-
tis copulæ plenissimè † oritur probatio, vt in his terminis 17
respondit Rota *in d. dec.* 95. *num.* 17. *par.* 2. *diuers. in recent. dec.* 196. *num.* 14. *par.* 6. *in d. Romana nullitatis matrimonij coram bon. mem. Arguelles §. ex quibus omnibus, & in d. alia Romana nullitatis matrimonij coram Eminentiss. D. Card. Otthobono §. & vlterius vers. ex quibus.*

Non obstat, quod dd. Testes † sint personæ Pauperes, 18
& viles, *vt firmatur in d. decisione R. P. D. mei Zarate §. & quamuis, & §. quemadmodum.* Quia præterquod numerus
supplet huiusmodi † defectus, & facit eos reputari, ac si 19
essent omni exceptione maiores, vt dixit Rota coram san. mem. Gregorio *dec.* 340. *num.* 6. *& seqq. & dec.* 351. *num.* 4. *& in d. Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis coram Reuerendiss. D. Terracinen. in fin.* Dum de cætero sunt honestæ vitæ, paupertas non operatur, vt desinant esse integræ fidei, *cap. si quis,* vbi Butr. & Felin. *num.* 8. *de testib.* Rota *dec.* 41. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *recent.* coram Burat. *decis.* 533. *num.* 11. *& in Firmana Codicillorum* 28. *Iunij* 1645. *coram Reuerendissimo Terracinen. sub §. nec subsistit in fine vers. Ideo paupertas;* Cùmque hæc materia, vt dictum est,
sit difficilis † probationis, non admittit exceptiones con- 20
tra personas Testium, *ex traditis in cap. veniens* 34. *ibique glos. in princ. de testib* Gabr. *eod. tit. concl.* 7. *num.* 1. *&* 7. *cum alijs adductis in Romana hereditatis de Gratianis* 7. *Febr.* 1642. *coram Reuerendiss. Tarraconen. in dicta Romana nullitatis matrimonij coram bo. me. Arguelles, §. ex quo nascitur, & in Viterbien. fideicommissi* 2. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Verospio, §. Horum autem.*

Nec subsistit obiecta nullitas illorum examinis † tanquam 21
facti contra Infantes, Curatore tantùm ad lites adhibito, illisque deputato non citata, nec audita Diana illarum Matre, vt deducitur in eadem contraria decisione *§. Testes nam-
que.* Quia ad effectum vt † validè procedatur contra Infan- 22
tem, & pupillum non est opus, quod ei detur Tutor, sed sufficit, quod à Iudice ipsi deputetur Curator ad illam litem, Io. Faber. *in §. Inuiti num.* 1. *Inst. de Curat.* Card. Caualer. *dec.* 207. *num.* 2. Citatio autem Dianæ matris non fuit neces-
saria, siue ex quo tempore deputationis † Curatoris ad hanc 23
litem erat lapsum quadrimestre, Hond. *cons.* 25. *num.* 19. *lib.* 2. Surd. *cons.* 159. *num.* 21. Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 63. siue etiam quia tanquam incestuosa Tutrix esse non poterat, & sic nec minus erat citanda, Lup. *de illegit. comm.* 1. *§.* 3. *num.* 12. Crot. *cons.* 148. *num.* 13. *& seqq. l.* 2. Gurtier. *de Tutel. d. cap.* 8. *num.* 10. *in fine,* Rota *in Romana hæreditatis* 21. *Iunij* 1652. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. nec subsistit, quod tempore.* Cessatque omnis hæ-
sitatio, † quia D. Cardinalis tunc temporis Bononiæ Lega- 24
tus, nemine Instante, sed motu proprio ex officio, & ex certa scientia, atque auctoritate etiam Apostolica, qua funge-

geba-

gebatur io sua legatione deputauit dictis Autoniæ, & Margheritæ, ac cuilibet ipsarum in Tutorem, & desensotem illarum, iurlumque eisdem competentium ad lites, & causas Procuratorem Pauperum Bononiæ *d. Summ. num.* 2. qui causam benè, & diligenter defendit petendo immissionem vigore Testameoti d. Com. Alexandri Mariæ, & satageodo impadire probationem incestus eum opportuuis Interrogatorijs, obtiuendo insuper, quod omnes Testes eaaminarentur à D. Auditore generali, prout eaamioati fuerunt.
25 Hinc enim † deputatio dicti Tutoris, & eaamen Testium
ipso citato, & co otradicente factum assertæ uullitatis vitio
impugnari non valet, vt notat Bart. *in l. Tutor vers. si autem Tutor datus ff. de tutor. & Curator. dat. ab his*, ibique Bald. *num. 1. vers. si autem datus fuerit, & in Auth. matri, & Auia num. 15. vers. nisi esset facta C. quand. mul. Tutor offic. fung. poss.* Corn. *cons.* 280. *num. 3. circa med. vers. Item potest intelligi lib.* 1.

Testes autem pro dictis Antonia, & Margherita eaami-
26 nati, ac deponeotes, quod tam Dominica, quàm † Dinoa
honestè conuersabantur cum Marchionissa Diamaute eiusdem Comitis Aleaandri Mariæ genitrice, quod vtique non
27 fecissent si earum violati honoris fama in publico † prodijs-
set *ex deductis in eadem Decisione §. vltimo*. Vel oullius fuut
releuantiæ, cùm non percutiant tempus præcisum post Co-
28 pulam, & sic iotelligi possunt de tempore antequam Comes
Aleaander Maria cum illis rem haberet, & ita intelligeudi
29 fuut ad euitandam † contrarietatem, Alex. *cons. 149. num.*
10. lib. 5. & cons. 185. num. 24. cum seqq. lib. 7. Rota *dec. 147.*
30 *num. 27. par. 1. recent.* Vel detaguotur non informati, dum
habemus tot alios testes de Copula vtriusque deponentes
etiam de propria ipsarum confessione, præsertim dum pa-
riformiter etiam deponunt de consimili honestate Dianæ,
31 qoam actrices peperisse cum d. Comite † iuconfessum est,
& iocoutrouertibile. Vndè in concursu omnium, præfe-
rendi sont Testes Comitis Roderici melius informati,
32 numero plures, & admioiculati † ea tot facti circum-
stautijs Gabr. *de testib. concl. 4. num. 64.* Buratt. *dec. 193.*
num. 5.
Indeque non sobsistit, quod exceptio incestus, & spu-
33 rietatis non sit legitimè probata, aut saltem † ea contrarijs
probatiooibus illiquida remanserit, *vt firmatur in d. dec. §.*
Nec magis, quia illius legitima iustificatio, & irreleuantia
contrariæ depositionis ea prædictis satis superque resultat,
34 & ideò † cùm sit incontinenti probata, impedit petitam Im-
missionem, Bart. *in l. fin. num. 3. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
Rota *dec. 619. num. 2. par. 1. diuers. decis. 526. num. 7. par. 1. decis. 86. num. 10. & decis. 88. num. 3. par. 6. & dec. 34. num. 4. par. 7. recent.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Allegata hæc decisio in hac eadem causa emanata coram R. P. D. Zarate sub die 16. Iunij 1653. erit infrà in Miscellan. iuxtà ordinem temporis.*

R. P. D. VEROSPIO

Bononien. Iurispatronatus.

Mercurij 16. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Communitas si prætendat ad se spectare aliquod Iuspatronatus cum in ea cadat suspicio vsurpationis, quid disposuerit Concil. Tridentinum super tali probatione quod procedit etiam in Vniuersitate parua, & quando non dicatur facta talis probatio,

SVMMARIVM.

1 *Communitas ex dispositione Concilij Tridentini, ne dum titulo probationis immemorabilis tenetur probare Iuspatronatus.*
2 *Sed etiam ex præsentationibus per annos 50. effectum sortitis docere tenetur.*
Quod procedit etiam in Communitatibus paruis.
3 *Communitas tenetur probare Iuspatronatus secundum dispositionem Concil. Tridētin. licet in loco beneficij non habeat iurisdictionem.*
4 *Communitas quod vsurpauerit iuspatronatus, ista præsumptio tollitur ex inuerisimilitudine.*
Quidquid esset dicendum, si essemus in terminis Collegij Iuristarum, &c.
5 *Communitas tenetur probare Iuspatronatus secundum dispositionem Concilij, licet probetur habere alia Iurapatronatus.*
6 *Quia nihilominus à dicta probatione non liberatur.*
7 *Testes, quando non dicantur probasse immemorabilem.*
8 *Immemorabilis præsumptio tollitur ex actu vnico liberæ voluntatis.*
9 *Iurispatronatus qualitas ex quo elidatur.*
10 *Iuris ordine seruato, ea quæ effectum habuerunt censentur in omnibus iustificata.*
11 *Testes mendaces, vel non informati, fides nullam merentur.*
12 *Testes, vt probent immemorabilem, non debent simpliciter deponere de auditu à maioribus suis, sed per annos 40. de visu ante motam litem.*
13 *Beneficium dum fuit collatum vti liberum, ex hoc eliditur qualitas Iurispatronatus.*
14 *Quasi possessio centenaria debet ex testibus, non autem ex scripturis comprobari.*
15 *Præsentationes, quæ non habuerunt effectum, non veniunt attendendæ.*
16 *Iuspatronatus, quando spectat ad Vniuersitatem præsentatio non fit à particularibus, sine mandato.*
17 *ad Communitatem, quando spectat Iuspatronatus, omnes in loco consueto debent congregari, & facere præsentationem.*
Vel Procuratorem ad præsentandum constituere.
18 *Iurispatronatus enunciatiua non releuant, dum præcisa probatio est necessaria.*
19 *Probatio rigorosa dum omnino requiritur, parum iuuant enunciatiuæ.*
20 *Sententia lata, nulla causa cognitione adhibita, & non citato eo, de cuius interesse agitur est inualida.*

DECISIO CLXXVI.

COmmunitas Capugnani patronatum Ecclesiæ Sancti
Michaelis sibi in præterita instantia obtiuuerat adiu-
dicari; hodie verò Mensa Archiepiscopali Bononiensi in-
stante reuocata eadeio seuteutia, ex ea potissimè ratione
succubuit, quod patronatum ipsa Communitas ea disposi-
tione *Sac. Concilij Tridentini sess. 25. de Reformat. cap. 9.*
nedum titulo † probationis immemorabilis iuxta *glos. requi-* 1
sita in cap. 1. in verbo memoria de præscriptionib. lib. 6. defi-
cien. tamen in casu proposito, sed etiam ea præsentationi-
bus anu. 50. effectum † plenè sortitis authenticis mediau- 2
tibus scripturis tenebatur docere, vt in terminis paruæ
videlicet Communitatis, firmat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 16. num.* 68. Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. num.* 102.
& respondit Rota coram Maut. *dec. 253. num. 3. & in dec. 312. num. 6. & 7. par. 7. recent.* & coram bon. mem. Coccino
dec. 25. n. 9. & in Lucana Iurispatronatus 10. *Ianuarij* 1641.
in §. minus potest dubitari, vers. cæterum coram Reuerendiss.
Terracinen. licet ipsa Communitas † in loco consisteotis be- 3
neficij oulla iurisdictiooe præcellat, cùm tameo ratione
præsumptæ vsurpationis ea inuerisimilitudine eacludatur,
qood tot familiarum coocursus, ac hominum, pro huius
constructione, ac dotatione patronatus cooueuerit, vt
notat Barbos. *de Iur. Eccl. lib. 3. cap. 12. num.* 144. Lotter.
de re benef. lib. 2. q. 13. num. 136. & diait Rota coram Cresc.
dec. 1. aliàs 13. de Iurepatron. & penes Viuiau. *eod tract. dec.*
28. num. 1. & dec. 197. num. 35. cum seqq. par. 5. recent. & in
adducta Lucana Iurispatronatus 10. *Ianuarij* 1645. *in §. nam*
respectu propè finem, coram Reuerendiss. Terracinen. quid-
quid † dicendum foret si de Iuristarum Collegio, vel simili 4
contigerit dubitari de quibus loquuntur auctoritates relatæ
per Addentes ad *dec.* Borat. 511. *n. 16. & in dec. huius causæ 1. Iulij 1654. in vlt. §. in fin.*

Neque poterit acquisitionem patronatos operari peracta dotatio alterius Cappellæ in loco beneficij, siue diuersæ Ecclesię reaptatio per Communitatis homines subsecuta. Cùm

enim

5 enim ad hunc effectum iustificata † constructio in specie re-
quitatur, ac subsecuta ad normam Sac.Concilij dotatio, vel
probatio immemorabilis cum subsecutis præsentationibus
per annos quinquagiota effectuatis, talis proinde proba-
6 tio pro † iustificando patronatu oullatenus poterit suffra-
gari, vt præter supra relatas respondit Rota *in Nouarien. Iurispatronatus* 10. *Decembris* 1649. *in* §. *Instrumentum verè confirmata* 1. *Iulij* 1650. *in* §. *omnis quoque coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Quæ sanè probatio immemorabilis, neque concluditur
7 ex testibus per annos 87. de ea deponentibus, † licet enim
attesteotur, Communitatem ipsam cum effectu semper
præsentasse, dum tamen præsentationes in specie comme-
morant, alteram referunt in personam Lactaotij Zannini
subsecutam, qui licet eam à Communitate receperit, pos-
sessionem, tameo iure pię sentarionis nullatenus fuit con-
secutus, sed eam tamquam liberæ cullationis successiuè te-
8 tinuit; Hinc enim resultat exclusio probationis immemo-
rabilis es actu videlicet vnico liberæ collatioois ipsi cootra-
rio, iuxta text. *in l. nemo 166. vbi glos. not. in verbo temporaria in fin. ff. de reg. iur.* Abb. *in cap. vlt. num. 29. de consuetud.* Socc. *cons. 7. num.* 11. *lib.* 1. Bero. *cons. 5. num. 23. eodem lib.* 1. Schrad. *de feud. par. 10. sect. 20. num.* 157. & respoo-
dit Rota *in Marsicen. Iurisdictionis* 18. *Febr.* 1647. *in* §. *eamdem sententiam in fin. coram R. P. D. meo Bichio, & in Beneaentana Iurisdictionis* 31. *Ianuarij, præteriti in* §. *cæteri tamen, vers. isti enim, & in Palentina decimarum* 24. *Ianuarij proximè elapsi in* §. *quo verò ad* 2. *coram R. P. D. meo Cerre.*

Et licet Summus Pontifex Iurapatronatus si quæ forsan
adessent in collatione tanquam de libero peracta Commu-
nitati præseruasset; Dum tamen executor in litteris Aposto-
licis deputatus termino Communitati pro comprobando
Iurepatronatus præfiso, ac nullis probatiooibus sortitis
9 † elapso, beneficij possessionem, vti liberæ collationis
Lactantio attribuit, libertatem proinde beneficij indusit,
ac patronatus qualitatem elisit, vt in similibus terminis res-
pondit Rota coram Mohed. *dec. 8. in fin. de sentent. & re iud. & dec.* 271. *num. 2. par. 2. rec.* Quæ quidem gratia non im-
10 pugnata exaduerso, quinimò, † cùm seruato Iuris ordine
effectum sortita fuerit, in omnibus iustificata censetur, vt
respondit Rota coram Buratt. *dec. 842. n. 4. & 5. dec.* 197. *num. 3. par. 2. rec. & in Vicen. beneficij* 14. *Martij* 1644. *coram Reuerendiss. Tarraconen.*

11 Hinc testes, vel † vti mendaces, vel tanquam ooo infor-
mati reprobantur, vt respondit Rota coram Gregor. *dec.* 225. *num.* 18. *& in adducta Beneuentana Iurisdictionis* 31. *Ian. præteriti in* §. *attamen quia in fine coram R. P. D. meo Cerre.* Vel non suffragantur, quia deponunt de auditu à
maioribus suis, non autem per annos 40. de visu ante
12 litem † motam, vt per necesse requiri firmauit Rota *dec.* 490. *par.* 3. coram Seraph. *dec.* 1102. *num.* 2. *& dec.* 1450. *n.* 2. *& in dec.* 248. *num.* 3. *& 4. par. 2. recent.* Quinimò neque
Testes licet attestarentur de visu, nihilominus possent in
proposito casu opitulari, dum ab anno 1582. vsque ad an-
num 1643. collatio in personam Zannini, tanquam de li-
13 bero † præcessit, ex qua rumor contrarius immemorabi-
lis esclusiuus inductus fuit, vt respondit Rota *in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium* 14. *Decembris* 1648. §. *imò quod, coram Eminentiss. D. Card. Ottobono, & in Beneuentana Iurisdictionis* 13. *Ianuarij* 1653. §. *immemorabilis, coram R. P. D. meo Zarate*, cum alijs per Add. ad *decis.* Gregor. 298. *n.* 13.

Ex his verò centenaria quasi possessio io antecedenti de-
cisione firmata excluditur; Præterquam enim debuisset ipsa
14 es Testibus non autem † ex scripturis comprobari, vt fir-
mat Io. And. *in cap. 1. in fin.* ibique Gemin. *n. 16. de præscript.* Natt. *cons. 636. n. 103. cum seq.* Rota coram Greg. *dec. 51. n. 4. & dec. 126. n. 20. cum seqq. par. 5. rec.*

Neque visa fuit posse desumi ex decem præsentationibus
exaduerso exhibitis; dum quioque ex ijs, quæ effectum
15 † dumtaxat sortitæ probantur 87. annorum cursum nulla-
tenus excedunt; Quinimò prodijsse noscuntur à particula-
16 ribus solummodo hominibus, aliorum non eshibito † man-
dato, & tamen omnes debuissent in loco consueto congre-
gati præsentare, vel Procuratorem ad præsentandum
17 † constituere, iusta text. *in l. si vt, §. si quid vni*, vbi Ca-
strens. *in princ. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine*, Corn. *cons. 224. n. 13. in princ. lib. 4.* Rota *in Comen. Parochialis* 26. *Ian.* 1634. *coram bon. mem. D. Cardinali Panzirolo.*

Patronatus denique enunciatiuæ † pluries emissæ non vr- 18
gent, neque sententia antecedenter edita fauore Commu-
nitatis, dum agitur de rigorosa † probatione es dispositio- 19
oe Sac. Concilij; quo casu enunciatiua nullatenus admitti-
tur, vt dicit Rota *dec. 421. num. 3. par. 2. rec.* & penes Vi-
uian. *de Iurepatr. dec. 25. num. 6.* Sententia † verò, nulla 20
causæ cognitione adhibita, edita fuit, nec citato Meosæ
Archiepiscopalis Procuratore, ac oullum proinde gradum
probationis † poterit constituere, vt respondit Rota coram 21
Seraph. *dec. 1395. n. 7. & dec. 235. n. 4. par. 1. rec.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Calaguritana Beneficij de Guardia.

Mercurij 17. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Paupertas præbet iustam causam prelationis in concursu circa assecutionem beneficij. Plura habentur circa subrogationem gratiosam, quoad assecutionem alicuius beneficij, an scilicet prælationem respectu concurrentium præbeat.

SVMMARIVM.

1 *in Beneficij assecutione, quis veniat præferendus.*
2 *Clericus pauper, & beneficijs Ecclesiasticis destitutus, est præferendus habenti ea.*
3 *Paupertas præstat prælationem, habenti beneficium.*
4 *Subrogatio gratiosa obtenta à Papa quid operetur.*
5 *Subrogatio gratiosa non operatur, vt subrogatus præferatur ei, qui est dignus beneficio.*
6 *Papa concedendo subrogationem gratiosam in beneficio non censetur voluisse, vt non idoneus præferretur idoneo.*
7 *Qualitates personales in alios non possunt transferri.*
8 *Subrogatum propriè non dicitur, id quod non habet easdem qualitates, & ideo non habebit eamdem priuilegia.*
9 *Subrogatio gratiosa non iuuat, quando quis non est approbatus ab examinatoribus pro assecutione beneficij.*
10 *ad Beneficij assecutionem, præferendus est ille, qui est magis idoneus.*
11 *Subrogationes gratiosæ intelliguntur concessæ sine præiudicio collitigantium.*
12 *Oppositori ad obtinendum beneficium, quando nullum ius dicatur quæsitum.*
13 *ad Beneficium obtinendum ius dicitur quæsitum, si quis probationes fecerit, ac sententiam fauorabilem obtinuerit.*
14 *ad Beneficium obtinendum, dum quis obtinuit binam approbationem ab examinatoribus, id venit considerandum, circa prælationem.*
15 *Processus, quando est nullus non potest præiudicare alteri.*
16 *Processus debet fieri de mandato eius Iudicis, cui fuit commissa causa.*
Quare dum fuit factus de mandato alterius Iudicis, processus remanet nullus, n. 16.
17 *Habilitas dum requiritur de tempore examinis, non sufficit, si post longum tempus interuenerit.*
18 *Studendo quis doctior in dies efficitur.*
19 *Examinatores Synodales, circa examinandos ad beneficia obtinenda, vltrà litteraturam quid requirant vlterius.*
20 *Examinatores Vrbis circa concurrentes ad habendum ad aliquod beneficium præter litteraturam, aut scientiam ad aliud non attendunt.*
21 *Gratia subreptitiè obtenta, non attenditur.*
22 *Gratia subreptitiè dicitur obtenta, dum fuit tacitum id, quod si Papa sciuisset, aut non concessisset, aut difficilius concessisset.*

DE-

DECISIO CLXXVII.

THomæ Antonio de Grisalua sententia Rotalis con-
trouersum beneficium adiudicans Petro Saens Her-
rero postbabito in gradu appellationis mihi commissæ con-
firmationem à Dominis obtinuit, quia habet ille omnes qua-
litates à Constitutione Clementina in huiusmodi beneficijs
1 requisitas, hic verò in approbatione † ab examinatoribus
obtinen. in partibus in Curia defecit, & ideò ille præferen-
dus erat Rota *in Calaguritana Sancti Io. de Molinar. 17.*
Nouembris 1651. *§. primo ad med. vers. ex quibus propterea*
coram R. P. D. meo Cerro in Calaguritana beneficij de San-
ctinellas 18. *Maij* 1654. *in princ. vers. quoniam hic coram*
R. P. D. meo Verospio, & in Calaguritana beneficij de Ale-
fanco. 15. *Iunij* 1654. *§. iniustitia enim coram R. P. D. meo*
Priolo. Rursus Thomas pauper est, & beneficijs Ecclesia-
sticis destitutus Petrus autem alium beneficium, seu por-
2 tionem possedit, & paupertas etiam cæteris paribus præstat
3 † collitiganti prælationem ad text. *in cap. si cui* 19. *de præ-*
ben. in 6. Moron. *cons.* 33. *num.* 18. Barbos. *de offic. & potest.*
Episc. alleg. 60. *num.* 103. *par.* 3. Rota coram Pen. *dec.* 388.
num. 3. *in Calaguritana beneficij de Ocon.* 14. *Martij* 1653.
§. primo vers. paupertas enim coram Reuerendissimo D. meo
Decano, Calaguritana beneficij de Sanctiago 21. *Iunij* 1655.
§. vlt. constat coram R. P. D. meo Celso cum alijs in Calaguri-
tana beneficij de Arnedo 6. *Aprilis huius anni* 1656. *§. non vr-*
get coram R. P. D. meo Verospio.

Nec Petro suffragari visa est cessio Iurium ab alio oppo-
4 sitore Petro de Aquilar nuperrimè obtenta † cùm subro-
gatione gratiosa in Ius litem ab eo ceptam prosequendi il-
lam à Sede Apostolica concessa. Tùm quia subrogatio non
5 potest præstare prælationem subrogato † credendum non
sit Pontificem in Ecclesiæ seruitio præferri voluisse subro-
6 gatum de se non idoneum † ex alterius idoneitate contra
essentiam gratiosæ subrogationis, de cuius natura est, quod
priuilegia personalia per eam in subrogatum non transfe-
rantur, Gabr. *de reg. iur. conclus.* 2. *num.* 64. Rota *dec.* 684.
num. 5. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *& subrogatio non prodest*, vbi à sub-
rogato qualitates eædem personales non obtinentur, quas
7 † habebat ille, in cuius locum subrogatio facta fuit, Bald.
in l. Barabolanos cap. 8. *num.* 1. *&* 2. *C. de Episc. & Cleric.*
8 vbi quod subrogatus † debet esse talis, quia princ. potuerit
esse, Alex. *cons.* 106. *num.* 17. *vers. pro hoc, & benè facit lib.*
3. quem cum Paris sequitur Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 54.
num. 32. Gratian. *in annot. ad dec.* 157. *num.* 9 *& discept.* 80.
num. 5. Rimin. iun. *cons.* 113. *num.* 129. Barbos. *axiom.* 213.
sub num. 3. Rota coram Card. Caual. *decis.* 588. *num.* 6.
vers. vnde cum ratione approbationis, & decis. 402. *n.* 1.
par. 4. *recent*. Modern. Neapol. *controu. for. centur.* 2. *cap.*
90. *num.* 9.

Tum etiam quia cùm Petrus de Aquilar, in cuius locum
subrogationem obtinuit Petrus Saens nullum Ius ad hoc Be-
9 neficium haberet cum fuisset etiam ipse † ab examinatori-
bus Synodalibus reprobatus subrogatio non prodest, & ita
Thomas excludere debet subrogatum, sicuti eidem Petro
10 de † Aquilar tanquam magis idoneus præferendus fuisset,
vt dictum est, & comprobat Rota *in Calaguritana beneficij*
de la Guardia 27. *Apr.* 1654. *§. præterea iustificat coram*
R. P. D. meo Verospio, stante præcipuè quod subrogationes
11 gratiosæ intelliguntur † sine præiudicio collitigantium, &
licet in subrogatione gratiosa non censeretur præseruatum
Ius Thomæ si essemus in terminis simplicis oppositoris ad
12 beneficium patrimoniale, quia ex † ea nullum Ius quæritur
oppositori nihilominus cum Thomas super sua idoneitate
varias fuerit probationes, & sententiam adiudicationis re-
13 portauerit, † dicitur illi Ius quæsitum in d. subrogatione
reseruatum, vt distinguendo firmat Rota *dec.* 97. *num* 1.
& 2. *per tot. par.* 3. *recent. & in d. Calaguritana beneficij*
Sancti Io. de Molinar. 17. *Nouemb.* 1651. *§. minusuè sub-*
sistit coram R. P. D. meo Cerro, & in Calaguritana bene-
neficij 15. *Ianuarij* 1652. *§. prouisio autem in fin. coram R. P. D.*
meo Bichio.

Non obstat, quod Petrus secunda vice ab Examinatoribus
14 Vrbis † tanquam habilis ad curata fuerit approbatus, non
15 solum quia hoc examen fuit nullum tanquam sine † intima-
tione diei contra protestationem Thomæ factum, cui pro-
pterea præiudicare non potuit Rota *in Calaguritana bene-*
ficiorum 28. *Iunij* 1648. *§. quo magis vers. hoc tertium examen*
coram R. P. D. meo Bichio, & in Calagurit. benef. de Alesanco
30. *Ianuarij* 1654. *in fin. vers. Garzias autem coram Reueren-*
diss. D. meo Priolo, in nihilo suffragan. cedula R. P. D. mei
Beuilaquæ, quia præuia factum fuit examen, cùm fieri de-
buisset de ordine, & † mandato R. P. D. mei Melij tunc Iu- 16
dicis huius causæ, vt in proprijs terminis pro nullitate exa-
minis fuit responsum, *in d. Calaguritana beneficij de Sabi-*
nellas 18. *Maij* 1654. *§. neque approbatio coram R. P. D. meo*
Verospio.

Verùm etiam quia approbatio in tertio examine Petri
post 15. menses à die reprobationis sequuta † non probat 17
ipsius habilitatem de tempore concursus, & necessarium
esset, & proindè nullius est momenti cum medio tempo-
re Petrus non docto de impedimento potuerit studendo
† doctior fieri, & inhabilitatis impedimentum remouere, 18
ex quo litteratura habilis est acquisitus, & non innatus,
Rot. *dec.* 4. *par.* 2. *rec. & in Calaguritana beneficij de Cornago* 18.
Febr. 1647. *§. neque vrget coram R. P. D. meo Verospio, & in*
Calaguritana beneficij de Brinas 1. *Iunij* 1650. *§. vnde cum à*
primo examine coram R. P. D. meo Celso.

Et vltimus etiam in pari vtriusque approbatione præfe-
rendus esset Thomas ab examinationibus Synodalibus enun-
ciatus idoneus, quia illi vltra † scientiam solent ad alias 19
qualitates prudentiam, nempè morum integritatem, &
conscientiæ candorem habere respectum examinatores ve-
rò Vrbis solam litteraturam, & scientiam respiciunt, quæ
litteratura dictis qualitatibus vnitè cedere debet, Gonzal. *ad*
reg. d. gloss. 4. *n.* 115. *& sequent.* Rota *dec.* 537. *n.* 14. *par.* 1.
rec. de la Guardia 27. *April.* 1654. *§. præterea iustificat coram*
R. P. D. meo Verospio.

Cessatque omnis difficultas, quia gratia subrogationis, 20
in qua totum fundamentum constituebat, hodie informan.
pro Petro fuit subreptitiè obtenta, ob non expressam exa-
minis nullitatem, † & taciturnitatem iur. quæsiti Thomæ, 21
ex probationibus ab ipsa factis, quæ si Papa sciuisset, vel
gratiam non concessisset, † vel certè difficilius ex quo re- 22
sultat subreptio, *cap. super litteris* 20. vbi DD. *de rescrip.*
Rota coram Buratt. *dec.* 55. *num.* 5. *&* 6. *& dec.* 95. *num.* 6.
par. 7. *recent*.

Et ita sententiam Rotalem esse confirmandam vtraque
parte informante resolutum fuit, &c.

P. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papien.

Lucana Pensionis.

Die 17. *Maij* 1656.

ARGVMENTVM.

Sententia, quando saluari non possit, quod non transiuerit in rem iudicatam. Gratia reseruationis pensionis, quando reddatur nulla, quia non fuit iustificata clausula, *Dummodò remaneant centum pro Rectore*, & qualiter sit iustificanda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur transacta in iudicatum, dum in termino Iuris non fuit reditum pro Apostolis.*
2 *Res iudicata, vt euitetur quando sufficiat ostendere præsentatam Regenti Cancellariæ, & quando non, & num.* 3.
3 *per Iudicem, quando fuerunt dati reuerentiales, tunc nullum adest remedium, vt pars sibi consulere possit pro euitanda re iudicata.*
4 *Iudex in terminis appellationis, quando dedit terminum Iuris, tunc pars intra dictum terminum debet redire pro Apostolis, vel committere facere causam.*
Aliàs sententia transit in rem iudicatam.
5 *ad Rem iudicatam euitandam licet sufficiat, quod pars intra terminum Iuris committere causam faciat.*
6 *Tamen, quando id sit verum.*
7 *Apostolorum petitio, est de substantia appellationis.*

8 *Sen-*

8 *Sententia validitas, & iustitia, quando satis euidens sit.*

9 *Sententia validitas benè colligitur ex reuolutione actorum, dum apparet seruatis seruandis fuisse latam.*

10 *Iustitia sententia satis colligitur ex rationibus allatis in decisionibus in causa factis.*

11 *Pensionis gratia remanet ex defectu valoris non iustificati nulla.*

12 *Pensionis gratia reseruata sub conditione, dummodo remaneant centum pro Rectore, id est, plenis probationibus iustificandum.*

13 *Beneficij valor expressus, quando fuit fundamentum concessionis pensionis, sanè ille concludenter probandus venit.*

14 *Pensio, quando fuit reseruata sine causa, & beneficium est plenum, tunc narratiua est plenius, & magis concludenter iustificanda.*

15 *Clausula, vt asseris, quid importet.*

16 *Successor in beneficio non praestat consensum quoad pensionem.*

17 *Pensionarius si agatur contra non consentientem pensione, & agat in petitorio, tenetur ipse pleno iustificare remanere centum pro Rectore.*

18 *Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, quando concludentissimè veniat iustificanda, & num. 19.*

20 *Clausula, dum dummodo remaneant centum pro Rectore, reddit gratiam pensionis conditionalem.*

21 *Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, intelligenda est deductis oneribus.*

22 *Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, intelligenda est, dummodo ipse Rector congruè possit viuere.*

23 *Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, intelligenda est, vt deductis omnibus oneribus, centum libera remaneant Rectori, & n.24*

15 *Pensionis reseruatio, quando non possit substineri, dum in litteris Apostolicis desuper expeditis, adsit decretum de quo hic.*

26 *Antecessoris confessio non sufficit ad manutentionem in quasi possessione exigendi pensionem.*

27 *Quando sumus inter personas in quibus facilè potest praesumi dolus, & fraus.*

28 *Fraudum, & collusionum committendi occasio est tollenda.*

29 *Successor, quod possit supplantari ab antecessore, est claudenda via.*

30 *Pensionis reseruationis gratia si in aliquo corruat, in totum euanescit.*

31 *Pensio integra solutionis dum non iustificatur in totum, & adest decretum, quod aliàs reseruatio pensionis sit inualida, quid operetur tale decretum.*

32 *Verba si habeant vim decreti irritantis, sanè irritant, & anullant actum.*

DECISIO CLXXVIII.

LAta sententia per R. P. D. meum Albergatum per quam Philippus Barsocchinus absolutus fuit ab onere soluendi annuam pensionem ducat. 24. reseruatam vsque de anno 1648. ad fauorem Thomae de Hieronymis super fructibus Parochialis Ecclesiae loci de Capannore Lucañ. Dioec. quae tunc temporis possidebatur ab alio Thoma de Hieronymis seniore patruo moderni Thomae Pensionarij fuit per hunc appellatum, & dato per Iudicem termino Iuris, cum intra spatium 30. dierum, nec causa commissa, nec pro Apostolis reditum fuerit per signaturam expedita fuit commissio executorialis, cuius vigore emanauit dubium, An constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad secundam fuit resolutum. Constat enim de † re iudicata, & appellatio dicitur deserta, quia in termino iuris non fuit ab appellante reditum pro Apostolis, *c. ab eo de appell. Clem. quamuis §. verum eod. tit.* Scacc. *in suo tract. de appell. lib. 2. quaest. 13. num. 24. & seqq.* Rota coram Greg. *dec. 573. num. 1.* vbi latè Add. *sub num.* 12. & coram Buratt. *dec. 556. num. 1.* vbi Adden. *pariter sub litt. A.* plures alias Rotae decisiones refert, & fuit resolutum in *Bonon. fideicommissi, seu domus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana fideicommissi de Incoronatis 16. Ianuarij 1643. §. nam quoad rem iudicatam,* Rota *coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Parumque refert, quod idem Thomas de Hieronymis
appellans citra † terminum iuris obtinuerit praesentatam à 2
R. P. D. Regente Cancellariae, quia tunc illa suffragatur
quatenus per Iudicem dati fuissent reuerentiales, quo casu
cum † nullum aliud adsit remedium, quo appellans sibi 3
consulere possit, sufficit ostendere diligentiam exhibendo
praesentatam Regentis. Secùs verò est, quando datus
fuit terminus iuris, quia tunc si appellans non redeat pro
Apostolis, vel in termino non committat causam † appel- 4
latio dicitur deserta, vt firmauit Rota *dec. 41. ante med.*
vers. mihi verò de appell. in nou. in Fauentina successionis 24.
Nouembris 1604. coram Millino, quae non reperitur inter eius
impressas, & in Perusina de Vbaldis 17. Iunij 1576. coram
bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, quae est penes Marches. de commiss. par. 2. pag. 13. num. 2. coram Buratt. *dict.*
dec. 556. num. 4. cum duobus seqq. coram Merlino *dec. 175.*
num. 6. & 7. & in Bonon. fideicommissi, seu domus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. Bichio. Animaduertendo tamen,
quod ad euitandam rem iudicatam licet sufficiat, † vt ap-
pellans intra terminum iuris fecerit committere causam,
etiam si postea pro Apostolia non redierit. Hoc tamen
procedit, † quando fuerunt petiti Apostoli, dum fuit in- 6
terposita appellatio, aliàs, vt nec etiam suffragetur com-
missio causae, infra terminum iuris, Rota *in Legionen. Pa-*
rochialis 1. Februarij 1589. coram Comitolo, quae declarat de-
cisionem Caputaqu. 115. *par.* 2. in qua habetur appellationem
dici legitimè interpositam, & si pars intra terminum iuris
pro Apostolis non fuerit reuersa, dummodo causam com-
miserit Adden. ad san. mem. Greg. XV. *d. dec. 573. sub num.*
14. vers. quod est verum, vbi assignatur ratio, † quia peti- 7
tio Apostolorum est de substantia appellationis.

Eòque magis constare videtur de re iudicata, dum sen-
tentiae † validitas, & iustitia est satis euidens. Quo enim 8
ad validitatem omisso, quod pro ea stat praesumptio, *iuxt.*
gloss. in l. si post C. de iur. & fact. ignor. Menoch. *cons.* 110.
num. 6. lib. 2. & de praesumpt. lib. 2. praes. 67. num. 1. & seqq.
illa colligitur ex reuolutione processus, ea quo sententia
promulgata † apparet ser. ser. atque concurrentibus ijs 9
omnibus, quae in tali materia requiruntur, de quibus
per Verall. *dec. 260. num. 2. & dec. 123. & 129. par. 3.* Rota
dec. 108. par. 4. rec. tom. 2. & coram Coccin. *dec. 429. num.*
1. dec. 204. num. 1. par. 1. & dec. 178. num. 1. par. 2. in re-
centior.

Iustitia etiam est satis clara, † & patens ex rationibus, 10
& fundamentis latè deductis in decis. in hac causa ema-
nata coram *R. P. D. meo Albergato sub die 9. Iunij 1655.*
in qua firmatum fuit gratiam controuersae pensionis esse
nullam ex defectu valoris † non iustificati; Nam cùm 11
Thomas de Hieronymis Pensionarius narrauerit Benefi-
cij valorem ascendere ad ducatos de Camera 125. per af-
firmatiuam vtique tenetur † illam iustificare veris proba- 12
tionibus, Rota *dec. 144. num. 15. par. 4. rec. tom.* 2. coram
Millin. *dec. 158. num.* 1. coram Merlin. *dec. 123. num. 1.*
& fuit dictum *in Romana pensionis 19. Ian. 1646. §. non ob-*
stat coram R. P. D. meo Cerro, in Grossetana 3. Martij
1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Hipporegion. pensionis 26. Iunij 1651. coram me. Et ratio est, quia
huiusmodi valor † expressum fuit causa, & praecipuum 13
fundamentum gratiae, Rota *in Romana pensionis 3. Iulij*
1641. coram R. P. D. meo Bichio.

Et eo concludentiorem probationem requiri firmat *d.*
dec. R. P. D. Albergati, † quia agitur, de pensione re- 14
seruata sine causa, & beneficio pleno quo casu cum Papa
non potuerit aliundè certam habere notitiam valoris,
mandauit † apponi clausulam, *Vt asseris,* quae facti du- 15
bietatem in concedente demonstrat, & insimul praesefert
conditionem, quae imponit Impetranti maiorem, atque
strictiorem obligationem plenè, & concludenter proban-
di huiusmodi valorem, vt Rota *resoluit in Conchen. pension.*
21. Maij 1649. vers. ideoque adiecta fuit clausula coram
Eminentissimo Corrado, & in dicta dec. Grosset. pens. 3.
Martij 1651. §. maximam coram Reuerendissimo D. meo Decano, & dec. 316. n. 3. post Modern. Perus. de manut.

Accedit, quod agitur contra successorem in beneficio,
qui consensum non praestat pensioni, vndè parum
† refert, quod Thomas de Hieronymis reseruatarius 16
pensionis praetendat se esse in possessione illam exigen-
dam,

dam, quia nihilominus tenetur iustificare per concludentes
17 probationes † suam gratiam, & per consequens valorem.
Nam hic non versamur in possessorio iudicio, sed in peti-
torio. Et hanc distinctionem inter iudicium petitorium, &
possessorium in his terminis pluries Rota amplexa fuit, &
præsertim penes Mant. *dec. 196. sub num. 3.* latè Adden. ad
Gregor. XV. *dec. 57. sub num. 16. vers. in petitorio ta-
men.*

Proindè quia Papa in gratia reseruationis apposuit clau-
18 sulam, † *Dummodo remaneant centum pro Rectore*, & hu-
iusmodi clausula, quia agitur in petitorio eo magis opera-
tur: vt d. Thomas de Hieronymis Pensionatius per con-
19 cludentissimam probationem † coactus sit totius beneficij
valorem iustificare, Paris. *de resignat. l. 6. quæst. 2. num. 25.*
Rota coram Seraph. *dec. 1122. num. 2. & dictum fuit in Cu-
sentin. pension. 29. Maij 1596. coram Litta impress.* penes
March. *de commiss. tom. 1. fol. 629.* Mart. *de claus.* qui plu-
res alias Rotæ *decisiones cumulat par. 1. claus. 42. num. 1.* imò
20 in primis, & antè omnia † verificari debet, quia huius-
modi clausula reddit gratiam conditionalem, vt sæpius
ita fuisse decisum in Rota firmat Gregor. XV. *dec. 57. sub
num. 2.* Seraph. *dict. dec. 1122. sub eodem num. 2.* Et est iu-
21 stificanda d. clausula deductis oneribus, † quia centum
debent Rectori remanere libera ab omni, & quocumque
onere Rota *in Forosempronien. pens. 9. Febr. 1615.* coram
Cardinali Sacrato, & coram Caual. *dec. 462. num. 1. & in
dict. Cusantina pens.* coram Litta, Adden. ad Greg. XV. *in
alleg. dec. 245. sub num. 12.* ad effectum, vt congruè viuere
22 possit, quod etiam † declarat *S. Conc. Trident. sess. 24. cap.
13. de reform. vers. ad hac in posterum*, vbi Barbos. *num. 15.*
Rota coram Merl. *dec. 880. num. 1.* quæ signanter declarat
23 reseruationem pensionis prorsus irritam † remanere, non
data probatione valoris totius beneficij, quod demptis pen-
24 sionibus, † & oneribus remaneant libera Rectori annua
ducata centum, Rota coram Seraph. *dec. 1017. num. 4. &
dec. 500. num. 1. par. 4. rec. tom. 2.*

Demum ex alio etiam fundamento pensio, de qua agi-
25 tur, visa fuit sustineri non posse, quia in litteris † Aposto-
licis super huiusmodi reseruatione expeditis appositum le-
gitur decretum. Quod si Thomas eius vita durante, &
quamdiu Ecclesiam obtinuerit pensionem hanc verè reali-
ter, & cum effectu integram non persoluerit præsens re-
seruatio nulla sit. Cùm autem agatur hic de pensione re-
26 seruata ad fauorem † nepotis de consensu Patrui super eius
27 beneficio, & sic inter personas, † quas de facili fraus præ-
sumitur, Rota *dec. 244. num. 2. & 4. par. 2. diuers.* & coram
Buratt. *dec. 156. sub num. 6. & seqq.* Idcircò ad tollendam
quantumcumque fraudem, & collusionis suspicionem;
28 † quę insurgit ex quo aliquando similes gratiæ solum ad sup-
plantandum successorem in beneficio, vt firmat eadem de-
29 cisio in hac causa ædita per *R. P. D. Albergato, in §. tertio
demum.* Idcircò Pensionatius tenetur ad iustificationem
plenam, & præcisam integræ solutionis huius pensionis fa-
ctæ toto tempore quo beneficium ab eius Patruo titulari
30 fuit possessum, † quia si in aliqua parte probatio deficiat,
gratia reseruationis corruit *dec. 620. n. 2. par. 4. rec. tom. 3.*
& fuit resolutum in causa *Lucana pensionis 26. Nouembris
1617. coram Pirouano, & in causa Spolet. pensionis 24. Ia-
nuarij 1624. coram Vbaldo.* Non data igitur per Pensiona-
31 rium † aliqua iustificatione huius integræ solutionis intrat
decretum in reseruatione appositum, quod ipsa reseruatio
32 nulla sit, quæ sanè † verba habent vim decreti irritantis,
vndè irritant, & annullant actum, Io. de Solas. *de leg. disp.
16. sect. 1. num. 1.* Rota *dict. dec. 620. num. 3. par. 4. rec.
tom. 3.*

Et ita resolutum fuit Informante tantum Philippo Barsoc-
chino, Thoma tamen sæpius citato.

R. P. D. BEVILAQVA.

Auien. Parochialis.

Luna 22. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Pars recurrens ad Iudices Laicos contra Iudices Ecclesiasticos, damnabiliter incidit in excommunicationem, & hoc indistinctè. Papa committens Iudici, vt absoluat partem, quę habuit recursum ad Iudices Laicos, cum quibusdam conditionibus, qualiter Iudex se gerere debet circa talem absolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Ob recursum ad Iudices Laicos quis incurrit in sententiam excommunicationis.*
Immunitas Ecclesiastica dans causam vt violetur, est excommunicatus, n. 1.
2 *Inhibitiones, & mandata obtinens à Iudicibus Laicis contra Iudices Ecclesiasticos, est excommunicatus.*
3 *à Recursibus Iudicum Laicorum quis non excusatur, allegans ad hoc non dedisse mandatum.*
4 *Mandatum speciale an requiratur, vt quis incidat in excommunicationem ob recursus ad Iudices Laicos.*
5 *Ratificatio gestorum à Procuratore in causa, sequitur approbatio eorum, & n. 6. & 7.*
8 *Ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*
9 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in his in quibus requiritur speciale mandatum.*
10 *Gratia, quando laborat vitio subreptionis, deficit voluntas Principis in concedendo.*
11 *Gratia remanet nulla, dum deficit in Principe voluntas concedendi.*
12 *ob Recursus ad Iudices Laicos obtinens à Papa gratiam absolutionis, sub prætextu, quod id fuit factum ad tuendam iurisdictionem Ecclesiasticam.*
13 *Si id non verificetur, non est locus absolutioni.*
14 *Iudices Laici nullam habent in Iudices Ecclesiasticos iurisdictionem, & n. 15.*
15 *Recursus ad Iudices Laicos hodiè indistinctè sunt prohibiti, etiam si assereretur id fieri ad coadiuuandam iurisdictionem Ecclesiasticam.*
16 *Gratia, quod sit subreptitia ex quo benè deducatur, & num. 18.*
19 *Gratia est subreptitia dum Principi fuit tacitum id, quod si sciuisset, aut non concessisset, vel difficilius gratiam fecisset.*
20 *Gratia concessa sub conditione, non verificata conditione, gratia remanet inualida.*
21 *Clausula,* dummodo, *importat conditionem.*
22 *Absolutio à recursu ad Iudices Laicos obtenta à Papa sub quibusdam conditionibus, eis non verificatis, non potest dari absolutio.*
23 *Partis præiudicium ob recursum Aduersarij ad Iudices Laicos, quando dicatur constare.*
24 *Absolutioni ob recursus ad Iudices Laicos vt sit locus, quid sit necessarium, & n. 25.*
26 *Gratiæ non potest esse locus contra tenorem Breuis Apostolici, & mentem Pontificis.*
27 *Papa committens alicui absolutionem propter recursus ad Iudices Laicos, intelligitur commissa iuxta iuris communis dispositionem.*
28 *ad Absolutionem obtinendam ob recursus ad Iudices Laicos, non sufficit oblatio verbalis, inanis, & aera, sed vera, & realis est necessaria.*
29 *Recursus ad Iudices Laicos dum non fuit factus à principali, sed ab eius procuratore eius nomine, sine eius mandato, non nocet.*
30 *Recursus ad Iudices Laicos factus à procuratore, sine speciali mandato Domini non præiudicat.*
Mandatum ad delinquendum nemo præsumitur habere, num. 30.

DECISIO CLXXIX.

AD impediendam litterarum Apostolicarum executio-
nem coram illarum executore à Ioanne Rodri-
quez petitam, ac mandati de manutenendo eidem ab hoc
Sac. Tribunali præuia decisione sub die 5. Iulij 1656. habuit
Alphonsus reiteratos recursus ad Iudices Laicos. Vndè
dandam esse contra eum declaratoriam fuit hodie per Do-
minos resolutam, quoniam propter † huiusmodi recur- 1
sus causam præbuit, vt immunitas Ecclesiastica viola-
retur, & ob id incidit in sententiam excommunicationis
cou-

contentam *in c. nouerit 49. & cap. grauem 33. de sent. excomm.*
& in Bulla Cœnæ Domini, *vbi in §. 16.* vinculo excommu-
2 oicationis innodatur † recurrentes ad Cancellarias, & Cu-
rias sæculares ad effectum obtioeñ. inhibitiones, & man-
data contra Prælatos, & iudices Ecclesiasticos, de qua me-
minit Rota *in dec.* 103. *num.* 10. *par.* 2. *vol. cons.* Farin. co-
ram Pen. *dec.* 377. *num.* 7. *& seq.* coram bon. mem. Merl.
dec. 481. *in fin. dec.* 905. *num.* 4. *&* 906. *num.* 1. *& in Cæsa-*
raugust. fundationis Canonic. 19. *Ian. proximè præteriti in*
princ. coram me.

Nec Alphonsus ab huiusmodi recursibus potest se excusa-
3 re, eo quod non constet de ipsius mandato fuisse † habitos,
& executiooi demandatos, cùm omnia in Consilio Regio
4 gesta fuerint eius nomine per eumdem Procuratorem † noo
habentem ad id speciale mandatum, prout requirebatur,
Rota *dec.* 534. *num.* 2. *par.* 2. *rec.* Quia præter quod de indi-
uiduo, & sufficienti mandato satis apparet ex Instrumento
5 relato in † *Summ. Ioannis num.* 8. cùm ab ipso subindè fue-
rint approbata, & ratificata, quæ idem Procuratot eius
6 numine gessit, vt liquet ex datis † io eodem *Summ. num.* 5.
7 vtique huiusmodi ratificatio fuit, vt censeantur gesta † per
ipsum principalem in causa, *l. si pupilli 6. §. item quæritur*
ff. de neg. gest. Bart. *& cæteris in l. pecuniam 9. C. eod.* quia ra-
8 tihabitio retrotrahitur, & † mandato comparatur, *c. rati*
habitationem 10. de reg. iur. in 6. l. licet 57. de iudic. l. fin. C.
ad sen. cons. Maced. C. communes §. Procurator ff. de acq. poss.
l. si quis offerente ff. de solut. Card. Caualer. *dec.* 641. *num.* 6.
9 & in his † qnæ in mandatum speciale exigunt, *l. quod si de*
speciali 27. & ibi Bald. *ff. de minor. l. fin. §. 1. quod quis iur.*
Alex. *cons.* 78. *col.* 4. *vers. nec prædictis lib.* 5. Rota coram
Burat. *dec.* 301. *n.* 8. *dec.* 792. *n.* 15. *vers. ratificatio, & in rec.*
dec. 103. *n.* 8. *par.* 5.

Neque Alphonso suffragari potest Breue, quod mihi
10 directum † à Sanctissimo D.N. obtinuit de eum absoluendo
à Censuris ob prædictos recursus incursos simul detectũ fuit
vitio obreptionis, & subreptionis laborare, quo casu di-
11 citur deficere voluntatem Papæ concedentis, † & in con-
sequens resultat nullitas illius, quæ concessam gratiam in-
ficit, *l. sed in hoc §. Pater ff. de iureiuran. l. idem Vulpian. de*
excus. tut. l. si quis obrepserit ff. de falsis, Decian. *cons.* 38.
num. 30. *lib.* 3. Gratiao. *discept. forens. cap.* 891. *n.* 7. Obre-
ptionis vitium ex hoc desumitur, quod Alphonsus in impe-
tratione Breuis narrauit huiusmodi recursus fuisse habitos
12 pro tuenda Ecclesiastica iurisdictione, † & nihilominus
ex actibus relatis *in dicto Summario Ioannis num.* 1. *& seqq.*
euidenter patet illos habuisse ne litteræ Apostolicæ execu-
tioni demandarentur, quæ sanè obreptio maxima est quasi
13 Alphonsus cautè loqueñ. † voluerit effugere deliberatam
conscientiam Pontificis forsan gratiam denegañ. vt ait
Barbat. *cons.* 55. *num.* 4. cùm id non sit tueri, sed spernere,
& illudere Ecclesiasticam iurisdictionem, cuius exercendæ
14 in Clericos † Laici sunt incapaces illisque inhibere, aut
15 alia præcepta facere non possunt, † *c. causam de rescript. c.*
Sacerdotali 11. quæst. 1. Marches. *de commiss. part.* 3. *num.* 45.
fol. 34. Rota post eumdem *dec.* 14. *num.* 2. *fol.* 51. *& dec.*
175. *num. fin. par.* 4. *tom.* 2. *rec.* vbi quod hodiè indistinctè
16 † sunt prohibiti recursus ad Iudices Laicos, etiam si ab il-
lis fuerit recursum ad coadiuuandam Ecclesijs iurisdictio-
nem.

17 Subreptio autem colligitur, † quia expressum non fuit
Pontifici quod per tales recursus Ioannes fuit expulsus à
possessione Parochialis, in qua reperiebatur atque coactus
perceptos fructus dimittere, quodque Iudex Ecclesiasticus
18 † pari modo coactus fuit parere mandatis, & decretis Iu-
dicum Laicorum ob pœnas illi indictas *d. Summ. num.* 6.
quæ omnia vbi narrata fuissent Pontifex noo concessisset,
19 vel ita de facili, † quæ propterea subreptio redditur, & non
valet, *c. licet ex litteris c. postulasse, & c. ad aures in fin. de*
rescr. l. præscriptio C. si contra ius vel vtil. public. Dec. *decis.*
542. *num.* 59. *&* 4. *& cons.* 602. *num.* 19. Crauett. *cons.* 296.
col. 4. *vers.* 2. *talis confirmatio*, Gozad. *cons.* 6. *n.* 6. *& cons.*
25. *n.* 6. Rota *dec.* 24. *n.* 4. *par.* 5. *rec.* & coram Burat. *dec.* 55.
num. 6.

Rursus Alphonso non potest Breue opitulari ad petitam
absolutionem obtinendam, nam non fuit ibi simpliciter
tributa facultas illum absoluendi, sed cum clausulis, *re-*
20 *nunciatio prius recursus*, *&c. & dummodo*, *&c.* † expo-
nentes nullum ius de nouo acquirant, quæ cùm conditio-
nem importent, & substantiam gratiæ etiam respiciant, ad
Text. *in l. à Testatore ff. de cond. & demonstrat.* & in specie

clausulæ, *renunciatio prius*, *&c.* Rota *dec.* 173. *num.* 1. *par.*
6. recent. & clausula, *dummodo*, † Paris. *de resignat. lib.* 2. 21
quæst. 6. *num.* 41. Gratian. *discept. forens. c.* 991. *à num.* 8.
vsque 14. san. mem. Greg. XV. *dec.* 311. *num.* 11. *dec.* 110.
num. 6. *par.* 5. *rec.* Vndè non est locus absolutioni, † nisi 22
prius verificatis conditionibus, nam conditio expressa, in
qna specialiter, & plenè probanda, & adhibenda est, &
alias non impleta, perindè habetur, ac si concessa non fuit,
Gratian. *dict. c.* 991. *num.* 8. *& seq.* Maot. *dec.* 343. *num.* 6.
& dict. dec. 173. *num.* 1. *par.* 5. *& in terminis fuit dictum in*
Placentina electionis Canonicorum 11. *Maij* 1640. *§. propter*
coram D. meo Decano.

De quarum conditionum, & aliarum in dicto Breui adie-
ctarum, † sine litis, & litigantium præiudicio, &c. non 23
implemeoto clarè visum fuit constare, quia Procurator qui
Breue cum illis impetrauit non docet de speciali, & suffi-
cienti maodato, prout opus esset ad prædictam absolutio-
nem flagitandam, Ioseph Ludou. *concl.* 30. *vers.* 38. † re- 24
quiritur minusque cum pariter indiuiduo mandato facta fuit
renunciatio omnibus prædictis recursibus, & actibus in
vim regiarum prouisionum gestis cum restitutione fru-
ctuum dimissorum à Ioanne, & per Alphonsum indebitè
sub sequestro positorum, aliarumque expensarum, da-
mnorum, & interesse refectione, quæ fuit causa prædicto- 25
rum recursuum, hæc enim omnia cum effectu præcedere
debent absolutioni, alias Alphonsus requirens illis non re-
stitutis, & alijs adimpletis absolutionem obtineret per indi-
rectum aliqnod ius, & commodum ex dictis recursibus ac-
quireret contra † Breuis tenorem, & mentem Pontificis, 26
qui censetur absolutionem demandasse † iuxta iurisdispost- 27
tionem, *c. causam, qua*, & ibi Felin. *num.* 5. *de rescr.* Rota
in d. Ampurien. electionis Canonicorum, *§. inde comprobatur*
coram Reuerendissimo Domino meo Decano. Adeout suffra-
gari noo possit verbalis oblatio facta, quod omnibus satis-
fiet, quia similes exhibitiones † vti inanes, & quæ aereas, 28
Rota non admittit, sed reales requiruntur, *vt in dec.* 592.
n. 3. *coram bon. mem. Merlino*, *in Ampurien. seu Ciuit-ten.*
Conuocationis ad Synodum 13. *Febr.* 1645. *§. fin. coram R.P.D.*
meo Meltio, *& in Leodien. Canonicat. S. Martini* 31. *Ian.*
1643. *§. neque coram R.P.D. meo Cerro.*

Non obstat opposita exceptio, quod etiam Ioannes re-
cursum habuit ad Iudices Laicos; nam ex actu ad hoc pro-
bañ. ab Alphonso dato in eius *Summar. num.* 30. depre-
henditur quod talis recursus non † fuit habitus ab ipso, sed 29
ab alio eius nomine, de cuius legitimo mandato procuræ
non constat, & tamen speciale requiritur cum alias num-
quam præsumatur, † quem mandatum ad delinquendum 30
habere, Rota *d. dec.* 534. *num.* 2. *&* 602. *num.* 4. *par.* 4. & co-
ram Pen. *dec.* 377. *n.* 4. *vers. sed quia aliqui repetita par.* 2. *vol.*
cons. Farin. *dec.* 212. *d. n.* 4.

Atque ita Breue non suffragari, & nisi infra mensem re-
cursus legitimè purgauerit dandam esse declaratoriam fuit
conclusum vtraque parte Informante, &c.

P. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papieñ.

Camerineñ. Bonorum.

Lunæ 22. Maij 1656.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissario competit saluianum pro immissione in bonis fideicommissarijs probatis extremis, & successio spectat ad masculos absque diminutione, quando de fœminis fuit facta mentio discretiua, & fuerunt prohibitæ etiam virtualiter detractiones.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissario pro immissione competit saluianum.*

2 *Fideicommissi existentia probatur in decisione supponenda.*

3 *Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex Instrumento diuisionis cum mentione fideicommissi.*

R 2 4 *In-*

4 *Instrumentum diuisionis probat inter ipsos diuidentes, & causam ab eis habentes.*

5 *Fœminæ exclusa censentur à fideicommisso ex discretiua mentione illarum.*

6 *Testator censetur magis se conformasse cum statuto loci, quàm cum dispositione Iuris.*

7 *Ratio non est habenda de illis, qui non sunt in causa.*

8 *Trebellianica censetur prohibita attenta clausula pleno iure.*

9 *Inuentarij omissio, & alienatio bonorum præsumi faciunt consumptionem legitimæ, & trebellianicæ & num. 10.*

11 *Identitas bonorum probatur ex conformitate confinium.*

12 *Inuentarij remissio facta à Testatore intelligitur de tutelari.*

13 *Et quoad scrupulosam redditionem rationis, ad quam tutor alias teneretur, nec operatur quoad inuentarium hæreditarium.*

DECISIO CLXXX.

DIsputatio sub die 13. Iunij 1653. dubio super manutentione, & immissione respectiuè, quam Theophilus Gisbertus, tam nomine proprio, quàm vti cessionarius Genesij eius fratris prætendebat ad possessionem bonorum fideicommissariorum q. Nicolai Aui, fuit dilata resolutio, & responsum, quod videretur de bono Iure, successiuè discusso dubio super bono Iure, fuit simpliciter dictum constare de fideicommisso d. q. Nicolai, & reseruatum, quod respectu prætensæ Immissionis particulariter videretur, proposito itaque sub hodierna die etiam dubio super d. Immissione DD. resoluerunt eam dandam esse Theophilo in bonis fideicommissarijs Nicolai pro duabus, ex tribus partibus, & huiusmodi resolutio capta fuit proponente R.P.D. Bichio, qui morte præuentus, eùm decisionem edere non potuerit in illius locum ego subrogatus illam extendi.

Ratio autem qua Domini moti fuerunt prò d. Immissione concedenda fuit, quia constat de existentia, ac purificatione fideicommissi d. Nicolai, necnon identitate bono-
1 rum, quibus concurrentibus † Immissio fideicommissatio rectè conceditur, vel ex Saluiano interdicto, vt per Rota obseruatum fuit coram Sereph. *dec.* 828. *& in rec. dec.* 244. *num.* 1. *par.* 7. *vel ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Honded. *cons.* 64. *num.* 56. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 48. *num.* 5. *& seqq.* Fusar. *de subst. q.* 611. *num.* 12. Rota coram Caual. *dec.* 204. *num.* 4. *in rec. decis.* 88. 126. 131. 151. *par.* 7. *rec.* & fuit firmatum *in Romana fideicommissi de Casalis* 19. *Decembris* 1640. §. *proemius dubij coram Reuerendiss. D. meo Decano in Mantuana fideicommissi* 29. *Aprilis* 1648. *coram Reuerendiss. Tarracinen. & in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 4. *Aprilis* 1650. *coram me in princ.*
2 Existentia fideicommissi † abundè comprobata remanet, ex pleno calamo congestis *in dec. bon. mem. Bichy sub die* 13. *Iuny* 1654. quia in præsenti disputatione venit de stylo Tribunalis supponenda, Rota coram Buratt. *dec.* 596. *lib.* 1. *in rec. dec.* 354. *num.* 3. *&* 8. *par.* 4. *& dec.* 604. *num.* 4. *par.* 5. Maximè cùm aduersus dictam decisionem petita, ac per DD. denegata fuit noua audientia.

Pariter quod Theophilus, ac Genesius eius frater sint ex descendentibus à Nicolao fideicommittente, & eorum fauore purificatum fuerit fideicommissum partes non controuertunt, & id quoque firmatum existit in prædicta decisione.

3 Quo verò ad identitatem bonorum, & ipsa remanet † iustificata, ex Instrumento diuisionis factæ inter grauatos
4 cum mentione fideicommissi, quod † probat contra ipsos diuidentes, & causam ab eis habentes, Natt. *cons.* 235. Socc. *cons.* 46. *in princ.* Peregr. *cons.* 48. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. *& in suo tract. de fideicommiss. art.* 44. *n.* 5. Fusar. *de subst. q.* 618. *n.* 17. Rota coram Coccin. *dec.* 125. *n.* 2. *&* 3. *par.* 6. coram Merlino *dec.* 294. *n.* 9.

Censuerunt autem Domini in duas ex tribus partibus concedendam esse Immissionem Theophilo, quia cùm Fuluius filius Nicolai fideicommittentis, ac hæres grauatus decesserit tribus superstitibus liberis, nempè Theophilo, Ginesio, & Carolo, fideicommissum erat in tres partes diuidendum, quarum vna spectat Theophilo nomine proprio, alia verò Iure cesso, & hæreditario Ginesij fratris.

Nihil obstante prætensione, quod ex quo tam Nicolaus fideicommittens, quàm Fuluius hæres grauatus decesserunt relictis feminis, illæ quoque sunt ad successionem admittendæ, quia contrarium, vt scilicet de illis nulla sit habenda ratio, visum fuit verius tanquam exclusis, tùm per expressam Testatoris dispositionem, qui dum tam in Institutione,
†, quàm substitutione vocauit Masculos excepto vno casu, 5
in quo vocauit etiam feminas in portionem patris, non extantibus Masculis vtique ex tali discretiua loquutione feminæ in concursu Masculorum exclusæ censentur, Ruin. *cons.* 131. *num.* 4. *lib.* 2. Surd. *cons.* 403. *n.* 11. Menoch. *cons.* 725. *n.* 7. Alex. *cons.* 52. *n.* 36. *lib.* 4. Fusar. *de subst. q.* 311. *n.* 10. 23. *&* 34. Buratt. *dec.* 721. *n.* 4. Rota *in rec. dec.* 627. *n.* 18. *par.* 2. *rec. & dec.* 366. *n.* 26. *par.* 4. *tom.* 2.

Tùm per statutum in Terra S. Genesij vigeñ. exclusiuum feminarum à successione Patris, & Aui, quo casu feminæ non veniunt in fideicommisso, † ex quo Testator 6
eum d. Statuto magis se conformare voluisse censetur, quàm cum dispositione Iuris communis, Bart. *in l. heredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebell.* Soccin. *cons.* 90. *in princ. & cons.* 51. *num.* 23. Dec. *cons.* 54. *n.* 3. *&* 4. Cephal. *cons.* 134. *num.* 14. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *& seqq.* Grat. *discept. forens. cap.* 664. *n.* 11. Peregr. *de fideicomm. art.* 25.
num. 53. Rota coram Caualer. *dec.* 125. *num.* 5. † Addito 7
etiam quod dum non probatur fœminas agnouisse hæreditatem, nec sunt in causa non est de illis habenda aliqua ratio.

Retardari neque posse visa fuit d. Immissio prætextu de-
tractionum, † nàm respectu Trebellianicæ vltra quod per 8
onus restitutione imposita à Testatore eum clausula, *pleno iure, & absque alia diminutione*, censetur illa præstita, ad tradit. per Bald. *in l. precibus n.* 44. *de Impuber & alijs substit.* Paris. *cons.* 9. *&* 10. *vol.* 3. Aciat *cons.* 66. *n.* 13. *lib.* 9. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 7. *n.* 12. *&* 16. Rota *dec.* 632. *n.* 8. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Cessat alia etiam ratione obiectum, † quæ est, vt vtra- 9
que tam legitimæ, quàm Trebellianicæ prætensa detractio consumpta remanserit in pluribus alienationibus factis per hæredes grauatos iuncta ommissione Inuentarij, vt respectu legitimè firmauit Rota *in rec. dec.* 301. *num.* 8. *&* 9. *par.* 6. *in Auximana fideicommisso* 31. *Ian.* 1642. § *nam omissis coram Illustriss. D. meo Decano, in Romana fideicommissi de Palearijs* 28. *Ianuary* 1647. *coram bon. memor. Arguelles.*
Respectu † verò Trebellianicæ dixit pariter Rota *in Æsina* 10
fideicommissi 10. *May* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro, in Aretina successiones* 6. *Iunij* 1644. *coram me, & in Romana fideicommissi* 8. *Iuny* 1648. *coram R.P.D. meo Cerro, in Aretina successiones* 6. *Iuny* 1644. *coram me, & in Romana fideicommissi* 8. *Iunij* 1648. *coram bon. mem. Arguelles* §. *Preterea.*

Neque subsistit prætensio, quod Bona alienata non sint de subiectis fideicommissu Nicolai, quia vt sint eadem desumitur ex conformitate confinium, & plurium demonstra-
tionum expressarum in Instrumento diuisionis, ex † quibus 11
resultare sufficientem Identitatis probationem, probat tex. *in l. Panonus* §. 1. *de legat.* 1. *l. fœmina de censibus*, Bartol. *in l. demonstratio falsa num.* 14. *de leg.* 1. Aymon. *cons.* 198. *n.* 1. *vers. actus etiam* Soccin. *cons.* 54. *n.* 2. *vol.* 4. Surd. *cons.* 44. *n.* 20. *& cons.* 235. *n.* 11. Rota coram Caual. *dec.* 128. *num.* 5. & fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Pancaldis* 27. *Ian.* 1648. §. *& sic firma remanet coniectura coram bon. mem. Peutingerio.*

Demum † non suffragatur, quod confectio Inuentarij 12
remissa fuit per Testatorem, quia talis remissio respicit fauorem tantum Paulæ Matris, & Tutricis respectu Inuentarij tutelaris, & scrupulosæ redditionis rationis, ad quam alias d. Paula obligata fuisset, Rota *in Romana rescissionis Transactionis* 29. *Maij* 1648. *coram Eminentissimo Card. Corrado*
§. *non enim*. Non † autem respectu Inuentarij Bonorum 13
fideicommissariorum, quod hæredes grauati conficere tenebantur, quod cùm non confecerint, & vlterius alienauerint, intrat præsumptio consumptionis ex pluribus supra adductis. Et ita vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Salisburgieñ. Iurisdictionis.

Luna 26. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Monasteria existentia intra limites alicuius Episcopatus subsunt Ordinario illius, & qui contrarium dicit, quid probandum veniat, Mappa ad probandam situationem alicuius loci, qualiter debeat esse facta, & alia circa varias probationes huius rei.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius habet intentionem fundatam exercendi suam iurisdictionem in omnibus locis sua Diœcesis.*
2 *ex Mappa facta super situ alicuius loci probatur in qua Diœcesi sit.*
3 *Locus aliquis dicitur, adesse intra limites alicuius Episcopatus dum confines eius circumdantur à limitibus illius.*
4 *Enunciatiuis pluribus, & diuersis, ac varijs temporibus emanatis danda est fides circa situationem alicuius loci.*
5 *Enunciatiua, quando sunt super centum annos, & sunt plures non parum deferendum est.*
6 *Papa assertioni deferendum est.*
7 *Concordia inter duas Ecclesias, quando est antiquissima, & obseruata, est obseruanda, & n. 8.*
9 *Mappa ad probandam situationem alicuius loci non est attendenda, quando non fuit subscripta, nec seruatis seruandis confecta.*
10 *Mappa confecta lite pendente, sine mandato Iudicis, & partis citatione non probat situationem loci.*
11 *Enunciatiua restricta ad vnum locum, non debent extendi ad diuersum.*
12 *Loca existentia in vna Diœcesi, possunt habere proprium Territorium, & Dominium.*
13 *Ita vt Ordinarius ab exercitio sua Iurisdictionis remaneat exclusus.*
14 *Monasterium aliquod quod fuerit exemptum à Iurisdictione Episcopi, qualiter dicatur probatum.*
15 *Monasterium aliquod, quod fuerit exemptum à potestate Ordinarij, id est concludenter probandum.*
16 *Ordinarius habet intentionem fundatam de iure, quo ad exercendam suam ordinariam iurisdictionem in omnibus Monasterijs sua Diœcesis.*
17 *in Ecclesijs vnitis remanet solita iurisdictio Ordinarij, & amplia, n. 18.*
19 *Monachi permanent sub iurisdictione Abbatis, & num. 20.*
21 *Verba*, indefinitè prolata, *quid importent.*
23 *Obseruantia quid operetur in transactione.*
24 *Monasterium dum adest in Diœcesi alicuius Ordinarij, ei subest, & in quibus rebus.*
25 *Ordinarius habet iurisdictionem visitandi personas exercentes curam animarum existentes in Monasterijs sua Diœcesis.*
26 *Reseruatio aliquarum qualitatum facta in concordia quid operetur, & n. 27.*
28 *Exemptio à visitatione Ordinarij non comprehenditur sub generali exemptione.*
29 *Actus facti, vigore eorum qua non habent subsistentiam, & non iuuant ad acquirendum ius.*
30 *Visitationes, quando non sunt iuridicè factæ non sunt visitationes, sed turbationes possessionis.*
31 *Quasi possessio, vt acquiratur in incorporalibus, requiritur scientia, & patientia aduersarij.*

DECISIO CLXXXI.

EX duabus decisionibus in prima huius causæ Instantia emanatis vna scilicet coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconeñ. sub die 1. Iulij 1643. & alia coram R. P. D. Verospio in illius locum subrogato sub die 16. Iunij 1653. ac ex tertia R. P. D. mei Meltij Iudicis secundæ Instantiæ die 15. Iunij anni præteriti visum fuit Dominis constare de validitate, & Iustitia sententiarum latarum super Iure visitandi Ecclesias Parochiales in Raltheñ., Chircheñ. & alijs locis Monasterio S. Lamberti annexas, & incorporatas, alijsque exercendis circa Ordinariam Iurisdictionem, ideòque esse confirmandas non obstantibus in contrarium hodie pro parte D. Abbatis deductis, cùm subsistat dd. decisionum fundamentum, quod d. Monasterium, & Ecclesiæ † tanquam sitæ, seu fundatæ in Diœcesi Salisburgeñ. illius iurisdictioni subiaceant, *c. Venerabilis 7. & cap. cum dilectus 8. de relig. Domib. cap. omnes Basilica 16. q. 7.* Roman. *cons.* 180. *num. 4. vers. habet*, Rota *dec. 69. num. 6. par. 1. dec. 47. par. 5. rec.* & coram Durano *dec. 446. vbique n. 1.*

Non obstat, quod in sententijs declaretur, & diffiniatur Monasterium S. Lamberti nullum separatum Territorium à Diœcesi Salisburgeñ. habere, & tamen ex Mappa
exhibita prætenditur † tria esse prædicti Monasterij Ter- 2
ritoria inter se distincta, & separata non vndique circumdata finibus d. Diœcesis, quo fit vt intra illos compre-
hendi non possint, eo enim casu † locus dicitur esse intus 3
Episcopatus confines, quando circumdatur limitibus illius ad Text. *in l. si fines*, vbi DD. *C. de euict.* Bald. *cons.* 312. *num. 3. vers. est enim dvplex terminus lib.* 5. Rota *dec.* 48. *num.* 7. apud Tambur. *de iur. Abb.* quoniam huiusmodi declaratio fundatur primò super pluribus enunciatiuis in diuersis scripturis, & temporibus editis, in quibus Mona-
sterium hoc in Diœcesi Salisburgeñ † situm esse enuncia- 4
tur, ex quibus cum magnam redoleat antiquitatem longè
vltrà centum annos sufficiens resultat probatio, † Mo- 5
nasterium intra illius fines extare, Bald. *in l. cum aliquis num.* 4. Salicet. *num.* 3. & Castr. *num. 6. C. de iur. delib.* Alex. *cons. 90. num. 1. & seqq. & 11. & 12. lib.* 6. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 6. num.* 21. Rota coram Penia *dec.* 498. *num.* 1. Cocc. *dec. 79. num.* 8. Duran. *dec.* 216. *num. 4. & in recent. dec. 16. num. 2. dec.* 105. *num. 12. & 261. num. 7. par. 6. secundò in Breuibus Alexandri secundi, & Honorij tertij super erectione trium Episcopatum concessis*, vbi hoc idem asseritur, quæ pariter tam antiqua Pontificum
auctoritate disponen. habentium † assertio videtur ambi- 6
guitatem tollere rem aliter se habere, prout ab eis fuit expressum, Clement. 1. *de probat.* Eugen. *cons. 54. num. 52. & 56. lib.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 893. *num. 3. & seqq. & cap.* 918. *num. 3. & 4.* Rota *dec.* 432. *num. 1. & 2. par. 1. & dec. 120. num. 6. & 191. num. 2. par. 4. rec.* & in pluribus demum Abbatuum pro tempore confessionibus,
& antiquissima † concordia inter eosdem, & Archiepis- 7
copum inita à Sede Apostolica confirmata, & per obseruantiam subsequutam approbata, ex quibus itidem
situatio Monasterij in † eadem Diœcesi verificatur, sic- 8
que iusta apparet declaratio in sententijs facta illud Territorium proprium, & separatum non constituere, vt firmatur *in d. prima dec. Reuerendiss. Tarraconen. hancque veritatem sub duobus sequentibus, & R. P. D. mei Verospij §. 1. post med. vers. siquidem.*

Ex his dicebatur prætensam Mappam super descriptione loci, quæ circumfertur ad iustificandum prædictum di-
strictum Territorium † non habere subsistentiam, & eo 9
minus, quia non fuit seruatis seruandis confecta, sed lite pendente sine Iudicis mandato, & partis citatione, quæ propterea † nihil probat. Rota *in Aprutina, seu nullius Iurisdictionis coram bon. mem. Salericea. post tractat. de manut. dec. 184. cum alijs per eumdem citatis in obseruat. 101. num. 15. & 16. & in eadem prima decis. §. penult.*

Non subsistit, quod supradictæ enunciatiuæ sint restrictę
ad † Monasterium, & ideò non debent extendi, seu refer- 11
ri ad Territoria in circuitu eiusdem, vbi positæ sunt Ecclesiæ, quamuis enim Monasterium intra fines Archiepiscopatus Salisburgeñ. existat, attamen potest habere propria
Territoria extra Diœcesim Salisburgen. † cùm incongruũ 12
non sit, quod loca existentia in vna Diœcesi habeant pro-
prium Territorium, † & Dominium, quod illi Diœcesi non 13
subiaceat, ita vt inibi ille Ordinarius ab exercitio Iurium Episcopalium remaneat exclusus, ad trad. per Abb. *in c. nimis de Iure iur.* Card. *in Clem. 2. §. 1. par. 4. de priuil.* Rolan. à Valle *cons. 33. n. 28. & 44. l. 3.* Gratian *discep. for. c. 212. n. 7. 8. & 19.* Siquidè ex d. concordia, & litteris precipuè Pauli II. &
Sixti IV. apparet † esse cõprehẽsas etiã Ecclesias in prędicto 14

Territorio constructas, dum in eis ad preces Imperatoris, & Abbatis legitur facultas, audien. confessiones fidelium, qui Monasterio, & Ecclesijs illi vnitis subsunt, cum contrarium non fuerit ab Abbate concludenter probatum, quinimò per exhibitionem scripturarum dd. enunciatiuas
15 continentium ab ipso † factam approbatum, hoc amplius controuerti non potest, sed omnia etiam enunciatiuè expressa fuere accepta, *c. cum olim de cens. l. cum precam 9. C. de liberalibus, l. publia §. fin. ff. de posit.* Greg. *decis.* 238. *n.* 5. *dec.* 249. *n.* 6. *par.* 1. *rec.*

Cessant etiam obiecta Iniustitiæ sententiarum in ea parte in qua declarant Monasterium S. Lamberti esse ordinariæ Iurisdictioni Reuerendiss. Archiepiscopi subiectum. Quia subsistente ex præmissis situatione illius intra fines
16 suæ Diœcesis † eidem Archiepiscopo vltra Iuris communis assistentiam, in quo ipse fundatam habet intentionem, quod d. Monasterium sit eius ordinariæ iurisdictioni subiectum, *cap. omnes persona 7. in fin. de priuil. in 6. cap. Zenodochijs de Relig. Domib. cap. 1. de Iudic. cum alijs supra relatis*, & per Lotther. *de re benef. lib.* 1. *q.* 21. *num.* 4. fauet supranominata concordia de anno 1420. celebrata, & anno 1493. beneplacito Apostolico munita, in qua ipsi supradicto Monasterio ordinaria iurisdictio reseruatur propterea nec illud, nec Ecclesiæ vnitæ possunt dici exemptæ,
17 sed Archiepiscopus in omnibus † in eadem concordia contentis retinet Iurisdictionem, *cap. 1. de lit. contest. in 6. l. causas C. de transact.* Rota *dec.* 86. *num.* 1. *par.* 6. *rec.* ma-
18 ximè quia fuit approbata pluribus † actibus recensitis *in d. dec. R. P. D. mei Verospij §. hanc namque obseruantiam, & in alia coram R. P. D. meo Meltio* sub dubio remissoriæ *edita 26. Iunij 1654. §. talis autem obseruantia, l. fratris, & l. non Monachis C. de transact.* Dec. *cons.* 216. *n.* 3. Purpurat. *cons.* 323. *num.* 2. cum alijs in dictis decisionibus allegatis, Andr. *dec.* 54. *num.* 16.

Neque ex eo quod in præfata transactione priuatiuè quoad Archiepiscopum reseruata fuerat Abbati Iurisdictio
19 respectu eorum, quæ † regularia instituta concernunt desumi potest exemptio à d. Ordinaria Archiepiscopi Iurisdictione, & exindè iniustitia sententiam colligi, etenim in eis, quæ ad Religiosum institutum tendunt, non intendit Archiepiscopus iurisdictionem exercere, vt in actis
20 ministerio † Procuratoris specialiter constituti declarauit, hæc enim vt fuerunt in Concordia Abbati reseruata illius Iudicio, subijciuntur ad text. *in cap. cum contingat de for. compet. cap. 1. & cap. cum persone de priuil. in 6. cap. reprehensibilis, & cap. ad nostram de appell. cap. fin. de stat. Monach.* Rota *dec.* 15. *num.* 4. 7. & 10. & *dec.* 17. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Cætera verò extra claustralem disciplinam, quæ
21 animarum curam aliosque † actus Episcopales respiciunt ad Archiepiscopum iuxta d. concordiæ tenorem pertinent, & in istis Abbas absque dicti Archiepiscopi permissione non valet se intromittere, & ita sententiæ promolgatæ tametsi
22 † Indefinitè, & generaliter loquentes de ordinaria Iurisdictione intelliguntur de omnimoda Iurisdictione ordina-
23 ria circa prædicta exceptis, & pertinentibus † ad regularem obseruantiam Abbati in transactione præseruatam, ideòque iniustæ, & excessiuæ minimè dici possunt, Dec. *cons.* 273. *col. final. in princ.* & *cons.* 336. *num.* 2. *in fin.* Rota *dec.* 457. *num.* 66. & 67. *par.* 5. *rec.* & coram Duran. *decis.* 60. *num.* 44. & *respondit decisio R. P. D. mei Meltij sub die 25. Iunij proximi præteriti §. denique*, & sequen. & nihilominus placet Dominis ad tollendam in hoc omnem controuersiam, quod in subsequenti ferenda sententia apertius exprimatur Monasterium, Ecclesias Parochiales illi anne-
24 xas esse solum subiectas ordinariæ Iurisdictioni † Reuerendissimi Archiepiscopi in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, alijsque in d. transactione contentis, non autem in his, quæ pertinent ad
25 † regularem obseruantiam, seu regulare Institutum iuxta formam supradictæ transactionis, vt in similibus terminis Rota *fieri mandauit coram Penia in decis.* 260. *in princ.*

Minus videtur obstare, quod in eadem concordia fue-
26 rit reseruatum Abbati Ius instituendi, & destituendi † quasi ab illo dependens eidem Abbati non autem Archiepiscopo competat, ex tradit. per Lotther. *de re benef. lib.* 1. *q.* 25. *num.* 26. quia cùm visitationes sint effectus Iurisdictionis, *cap. conquerente 16. de offic. ordin. cap. 1. de censur.* Federic. de Ven. *cons.* 145. *num.* 5. *vers. si verò est ordinarius*, Rota *dec.* 369. *num.* 1. *par.* 1. *rec.* & in præsenti casu iam fuit es superius deductis satis probatum ad Archiepiscopum spectare præcipuè respectu curæ animarum, † quæ integra vi- 27
gore transactionis penes ipsum residere debet eidem de consequenti competit visitatio, quamuis in concordia non fuerit de ea facta mentio, Rota *dec.* 62. *num.* 3. & *seqq.* & *dec.* 168. *per tot. par.* 1. *rec.* & *respondit tam in decisionibus Reuerendissimi Tarraconen. sub §. prædicta situatione, quàm in alijs coram R. P. D. meo Meltio sub d. die 26. Iunij 1654. §. nihil obstante, & coram me 3. Decembris proximi præteriti §. penultimo super denegatione remissoriæ emanatis.*

Simplex autem Ius instituendi, ac destituendi, quod habet Abbas vice, & nomine Archiepiscopi exercet, nullamque proindè ei Iurisdictionem, quasi † Episcopalem 28
tribuit *ad reg. qui per alium de reg. iur. in 6. nec exercitium curæ animarum*, & sic multò minus visitandi Ius, in quo nunquam censetur Episcopo illatum præiudicium etiamsi translata facultas corrigendi, & mulctandi, *cap. Pastoralis* 6. vbi Innoc. *num.* 7. & 8. *de donat.* Soccin. *de visit. lib.* 6. *q.* 14. *nu.* 16. idem Lotther. *de re benef. dicta q.* 25. *nu.* 25. *lib.* 1. Rota *decis.* 2. *de cens. in antiq.* & *dec.* 186. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.*

Nequedemum prætendi potest fuisse aliquod Ius Abbati quæsitum propter pretensas visitationes † ab ipso factas, 29
& à Nuntijs Apostolicæ Sedis approbatas, de quibus *in eius Sum. num.* 5. quia sunt potius turbationes possessionis,
† & Iurium Archiepiscopi, ex quibus quæcumque Abba- 30
tis prætensio excluditur, nec docetur de scientia Reuerendissimi Archiepiscopi cum † acquiescentia, & requiri- 31
tur ad effectum præiudicij, *l. 2. de seruit.* & à qua Felin. *in cap. de quarta num. 41. de præscript.* Ferrett. *cons.* 58. *num.* 6. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss.* 45. §. 2. *num.* 32. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 34. *cum cæteris allegatis in eadem dec. Reuerendissimi Tarraconen. §. nihil obstant visitationes.*

Et decisum vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Primogenituræ.

Veneris 26. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, quibus concurrentibus concedenda veniat immissio, & ex quo titulo. Possidens domum cum herede, si constituat primogenituram super eo, quando non obstante, quod constituens vsus sit verbo, suo nihilominus dicatur constituta primogenitura, super tota domo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario ex quo capite sit danda immissio super bonis fideicommissarijs.*
2 *Primogenitura purificatio in personam alicuius, benè docetur ex decisionibus in causa factis.*
3 *Bona aliqua, quod sint subiecta alicui primogenitura ex quo doceatur.*
4 *ad Bonorum identitatem probandam, contractus diuersi inter coheredes celebrati, multum iuuant.*
5 *Confessio Contra confitentes, & habentes causam ab eis, probat.*
6 *Identitas bonorum etiam probatur ex continuata successione de vno, in alium heredem.*
7 *Identitas bonorum probatur, si possessor sit successor illius, qui alias bona possidebat, dum de noua acquisitione non doceatur.*
8 *sub Primogenitura, si quis ponat aliquod suum Palatium licet non sit in totum, tamen quando præsumatur voluisse in totum supponere, & num.* 11. 12. 13. 14. 15.
9 *Testator supponens Primogenituræ aliquid, in quo habeat partem, & vtatur verbo,* Suo, *non censetur partem alienam, etiam Primogenitura supponere.*
10 *Verum id cessat, quando aliunde constat voluisse eam partem supponere, cum Testator possit de re heredis disponere.*

16 *Pri-*

16 *Primogenituræ ius quæsitum quis non potest præiudicare.*

17 *Hæres adeundo simpliciter hæreditatem, censetur acceptare omnia disposita à Testatore.*

18 *ex Fideicommissis particularibus non fiunt detractiones.*

19 *Hæres, dum adiuit hæreditatem sine beneficio legis, & Inuentarij, & aliqua bona alienauerit, censetur de illis, satisfecisse detractionibus.*

20 *Hæres sine beneficio legis, & Inuentarij, tenetur de suo satisfacere legatarios, quatenus bona hæreditaria non sufficiant.*

21 *Melioramenta facta in domo, quorum pleraque consistunt potius in reparationibus, & reaptationibus reficienda non sunt.*

22 *Testatorum mens, obseruanda venit.*

23 *Melioramenta, vt eximentur, debet prius constare de statu antiquo rei melioratæ.*

24 *Melioramenta sunt compensanda cum fructibus, &c.*

25 *Constitutiones multæ Pontificiæ prohibent ne bona status Ecclesiastici distrahantur in forenses.*

26 *Quæ Constitutiones, cùm non fuerint editæ ad fauorem non priuatorum, sed Cameræ Apostolicæ solus Fiscus de illis potest excipere, & n. 27.*

28 *Alciati distinctio tamquam verbalis, & non fundamentalis reijcitur.*

29 Menoch. cons. 175. num. 17. & seqq. *quo casu loquatur.*

30 *Forensis an possit succedere in bonis existentibus in statu Ecclesiastico dubium propter varias Constitutiones Pontificias, & n. 31.*

32 *Concordia inita inter partes, & maximè dum confirmata reperitur per Sedem Apostolicam benè seruanda venit.*

33 *Minoribus, an pro reditu ad concordiam detur restitutio in integrum.*

34 *Pactum resolutiuum in concordia appositum, quid operetur.*

35 *Purgatio moræ, sicut non admittitur, quando adest pactum resolutiuum sic quoque non datur restitutio in integrum.*

36 *Causa variatio, quando impediat restitutionem in integrum.*

DECISIO CLXXXII.

DOmino Ioanni Cellesio Semideæ filio vti vocato ad
primogenituram à bon. mem. Cardinali de Podijs
constitutam, censuit hodie Rota in possessionem Palatij
cum Domunculis ei contiguis positi Bononiæ in Parrochia
Sanctæ MARIÆ Magdalenæ in contrata S. Donati, nec
non bonorum existentium in loco nuncupato il Castelletto,
dandam esse immissionem, quæ docto de purificatio-
1 ne fideicommissi ad fauorem † petentis, & bonorum
identitate passim concedi solet, siue ex edicto Dini Adria-
ni, siue ex Saluiano interdicto, Gabriel. *cons.* 44. *n.* 30.
lib. 2. *alijque relati in Fanen. Bonorum* 19. *Iunij* 1648. *coram*
bo. me. Arguelles, in Interamnen. fideicommissi 11. *Martij*
1654. *coram R.P.D. meo Celsa.*

2 Purificatio † enim Primogenituræ ad fauorem Ioannis
canonizata fuit per duas decisiones *sub die* 1. *Iulij* 1654.
& 25. *Iunij* 1655. *coram me.* Identitas verò, quod nem-
pè bona petit à Cardinali viuente possessa tempore obi-
tus, & nunc à Dominicis de Montecuccolis Aduersarijs
possideantur probatur tùm ex assertione ipsius Testatoris
3 † in eius Testamento inst. deducta per Fusar. *de subst. q.* 618.
n. 30. *& per tot.* Rota *dec.* 312. *n.* 2. *par.* 7. *rec. & in Bonon. fidei-
com. de Amorinis* 18. *Maij* 1648. *coram R.P.D. meo Melsio.*
Tùm ex Instrumento concordiæ inter Christophorum Pri-
mogenitum, & fratres hæredes à Cardinali institutos inita
de anno 1560. in qua dicti fratres Christophoro tanquam
Primogenito Palatium, ac domunculas vti hæreditaria
Cardinalis cesserunt, magni namque momenti sunt ad
4 probandam † identitatem similes contractus inter hære-
des celebrati, Rota coram Merl. *dec.* 244. *num.* 12. *dec.*
299. *in princ. & inter rec. dec.* 125. *num.* 2. & 3. *par.* 6.
dec. 88. *num.* 12. *par.* 7. Tùm ex confessione Ioannis Po-
dij filij primogeniti d. Christophori emissa in Instrumen-
to venditionis factæ Marchioni Francisco Aduersariorum
5 Authori, quæ † optimè probat contra confitentes, &
habentes ab eo causam Ruin. *cons.* 128. *num.* 16. *lib.* 2.
Peregr. *de fideic. art.* 53. *num.* 36. Buratt. *dec.* 243. *num.* 7.
Rota *in Bononien. fideicommissi* 16. *Iunij* 1651. *coram R.P.D.
meo Celsa.*

Ex eodem supracitato Testamento ex Instrumento con-
cordiæ, ac venditionis patet identitas bonorum Castel-
letti, iuncta locatione de illis † facta ab ipso Cardinali, 6
sine eius Procuratore, cùmque & Palatium, & bona
Castelletti deuenerint in Christophorum, deindè in Ioan-
nem eius filium Primogenitum à quo causam habet Mar-
chio Franciscus cuius dd. Aduersarij sunt hæredes præsu-
muntur eademmet olim possessa à Testatore, Natt. *cons.*
235. *n.* 17. Card. Melin. *dec.* 374. *n.* 23. Rota *inter rec. dec.*
88. *num.* 12. 13. *par.* 7. præsertim cùm sint in eodem lo-
co, vbi possidebat Testator exinde siquidem resultat præ- 7
sumptio pro identitate, dum exaduerso non docetur de
particularibus acquisitionibus, Peregr. *de fideicomm. art.*
44. *num.* 22. Rota *decis.* 129. *num.* 2. *par.* 5. *recent. &
in Perusina bonorum* 14. *Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo
Cerro, in Bononien. fideicommissi* 5. *Decembr.* 1650.
coram R. P. D. meo Celsa, de quibus non docetur,
excepto quodam Prædiolo, de quo hodie non agi-
tur.

Nec dubitari potest quin integrum Palatium, & om-
nia bona Castelletti cadant sub Primogenitura, etsi pro
aliqua rata essent communia Alexandro Card. fratri re-
strictio enim † dispositionis ad bona, quæ erant propria 8
Testatoris, præsertim si ille vsus fuit verbo, † *suam*, vel 9
sua, iuxta text. *in l. si cum, qui meas erit ff. de leg.* 1.
Bart. *in l. seruus electione §. cum fundus num.* 3. *eod. tit.*
Aldobr. *cons.* 25. *num.* 36. *lib.* 1. Rota *in Bononien. bono-
rum* 18. *Martij* 1652. *coram Reuerendiss. D. meo Deca-
no*, non habet locum quando aliunde constat Testatorem
voluisse disponere etiam de re non propria, † sed ad hæ- 10
redem spectante, de qua potuit disponere, *l. vnum §. fa-
milia, §. sed etsi fundum, l. Imperator §. si centum, l. cum
Pater ff. leg.* a Rota *dec.* 93. *num.* 1. & 2. coram Duran. *dec.*
88. *n.* 22. *par.* 5. *rec.*

Hæc autem voluntas euidens est in casu nostro, quia
Testator hæredes Alexandri fratris, prædefuncti † à se quo- 11
que institutos absoluit à reddenda ratione bonorum ad se
spectantium, & à præfato Alexandro administratorum sub
expressa conditione, quod Christophoro ad Primogenitu-
ram vocato, alijsque successiuè Primogenitis molestiam
† aliquam super bonis, inferre non possint aliqua ratione, 12
vel causa, & signanter quia fortè prætenderent in dd. bo-
nis, vel aliqua illorum parte eumdem q. Alexandrum ha-
buisse aliquam partem, & sic voluit etiam partem, quam
desuper Alexander prætendere † posset esse subiectam 13
primogenituræ in recompensam absolutionis à redditione
rationis, vt benè ponderat, Natt. *cons.* 120. *num.* 3. *& seq.*
Peregr. *de fideic. art.* 35. *num.* 4. Fusar. *de subst. q.* 648. *num.*
8. *& seq.* quod etiam agnouerunt Alexandri hæredes, qui in
executionem præcepti huiusmodi omnia bona Castelletti, &
integrum Palatium in supra memorata concordia † anni 14
1560. renunciarunt Christophoro Primogenito, ibi, *om-
nia, & quæcumque Iura, &c.* in suprascriptis bonis omni-
bus del Castelletto, tàm emptis per dictum q. Illustriss. D.
Card. quàm eorum communem Patrem (videlicet Alexan-
drum) Palatioque magno &c. cedere &c. Cùmque Christo-
phorus in hac parte gereret negocium † Primogenituræ, 15
inhærendo precepto Testatoris censetur cessionem acceptas-
se pro se, & successoribus Cardinalis fideicommittentis,
quamuis pro se, & hæredibus fuerit, Fusar. *q.* 627. *num.* 27.
Peregr. *dec. Patauin.* 2. *num.* 9. Rota *in Bononien. bonorum*
21. *Febr.* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro.* Nihil refragante,
quod de anno 1590. Ioannes, & alij filij Christophori bona
Castelletti, tanquam bona olim Alexandri eorum Aui pa-
terni voluerint inter ipsos esse communia, quia † præiudi- 16
care non potuerunt Iuri quæsito Primogenituræ ex Testa-
mento Cardinalis, & præcedenti concordia de anno 1560.
inita inter eorum Authores, quorum hæreditatem cum adi-
uerint simpliciter ratum habere tenentur † quicquid ab illis 17
gestum fuit, Socc. iun. *cons.* 107. *num.* 56. *lib.* 3. Menoch.
cons. 89. *num.* 38. *& seqq.* Rota *decis.* 169. *num.* 1. *dec.* 265.
num. 3. *par.* 1. *rec.*

Hinc cessat prætensa detractio partium in dictis bonis
olim Alexandro competentium, pariterque cessat detra-
ctio dotis Ludouicæ in summa, pro qua Cardin. Testa-
tor se obligauit, nec non legatorum, & æris alieni Te-

ftatoris à Chriftophoro, vel eius hæredibus foluti, quia Chriftophorus hoc onus accollaoerat in fæpè memorata concordia anni 1560. per quam etiam alia bona hæreditaria Cardinalis vltra ea Primogenituræ fubiecta acquifiuerat, & cùm verfemur in fideicommiffo particulari ex illo non
18 † funt faciendæ detractiones, dum alia bona adfunt, Natt. *conf.* 199. *n.* 9. *& feq.* Peregr. *de fideic. art.* 4. *num.* 22. *&* 28. Bur. *dec.* 693. *n.* 10. *cum alijs alleg. in Rom. fideic. de Zuccaris* 4. *Febr.* 1650. §. *tertia coram Reuerendiff. D. meo Decano.* Eò minus quia cùm hæres Card. & hæredum hæres authores DD. de Montecuccolis hæreditatem adiuerint fine beneficio Inuentarij, & aliqua bona hæreditaria aliena-
19 uerint, † præfumuntur foluiffe de bonis hæreditarijs, & fatisfacti de omnibus detractionibus *ex alleg. in Perufina fideic. de Gratianis* 28. *Iunij* 1640. *coram cl. me. Cor. in Æfina fid.* 10. *Maij* 1641. *in Perufina bonor.* 14. *Iun.* 1647. *coram R.P.D.*
20 *Celfo*, teneturque † quatenus opus fit legata foluere de proprio, *l. fin.* §. *fi verò poftquam C. Iur. deliber.* Peregr. *de fideic. art.* 40. *n.* 29. Fufar. q. 541. *fub n.* 22. *alijque relati in Bonon. fideic. feu Domus* 30. *Apr.* 1646. *coram me.*
Idem refpondetur ad afferta melioramenta facta in Palatio, quorum præterea pleraque cum confiftant potius in
21 reparationibus, † & reaptationibus reficienda non funt, Marefcott. *var. refol. lib.* 2. *cap.* 109. *num.* 18. *&* 19. Rota *dec.* 607. *num.* 3. *par.* 1. *diu.* refiftentia præfertim voluntate Teftatoris, qui reaptationes, & melioramenta mandauit
22 fieri, † ex penfionibus aliarum Domorum. Vltra quod
23 nec probatur ftatus antiquus rei, & quid † impenfum, aut melioratum, vt debet Curt. iun. *conf.* 165. *num.* 20. Seraph. *dec.* 952. *num.* 2. Buratt. *dec.* 839. *num.* 11. Rota *in Romana fideicommiffi de Spiritibus* 22. *Maij* 1643. §. *& quamuis coram me*, & in omnem euentum melioramenta compen-
24 farentur cum fructibus † perceptis actori reftituendis, *l. fumptus ff. rei vendic.* Rot. *dec.* 547. *num.* 22. *par.* 5. *recent. & in Romana fideicomm. de Campagnolis* 26. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Peutingerio in dicta Bononien. fideicommiffi* 5. *Decembris* 1650. *coram R. P. D. meo Celfo.*
Non obftant Conftitutiones fel. rec. Sixti V. Clem. VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. prohibentes diftractionem bono-
25 rum Status Ecclefiæ † in forenfes, qualis eft Cellefius, nam illas tribuere facultatem teftandi ad fauorem confanguineorum, dummodò infrà biennium veniant ad habi-
26 tandum in Statu Ecclefiaftico † decifum fuit *in Ferrarien. de Pendafiis* 10. *Febr.* 1648. *coram Reuerendiffimo Archiepifcopo Tarraconen.* & cùm æditæ fuerint non in fauorem,
27 priuatorum, fed † Cameræ Apoftolicæ, folus fifcus poteft de illis excipere, Bald. *conf.* 480. *num.* 4. *lib.* 1. Ceph. *conf.* 706. *num.* 26. Riminal. *conf.* 193. *num.* 22. *lib.* 1. Surd. *conf.* 48. *numer.* 21. *& conf.* 93. *numer.* 15.
28 vbi ait, quod contraria † diftinctio Alciati eft verbalis, non autem fundamentalis, Peregr. *conf.* 19. *num.* 25. *& per tot. lib.* 5. Cyriac. *contr.* 205. *num.* 170. *& num.* 195. Rota *in Ferrarien. manut.* 14. *Iun.* 1641. *coram bon. mem. Pirouano*, quic-
29 quid dicendum effet fi forenfes † inhabilitarentur perfonaliter fauore aliorum Ciuium, in quibus terminis loquitur Menoch. *conf.* 175. *num.* 17. *& feq.* Rimin. iun. *conf.* 363. *n.* 342. *& feq.* Vel faltem quia Cellefius per fpeciale Indultum
30 Vrbani VIII. habilitatus fuit ad fuccedendum † in his bonis, donec difcutiatur, an illud fuerit reuocatum per fubfequentem Conftit. Innoc. X. ac dd. Conftit. ligetur non
31 eft interim † retardanda Immiffio, vt fuit dictum *in Fanen. feu Senogallien. bonorum fuper Immiffione* 14. *Maij* 1646. *coram R.P.D. meo Meleio.*
Tandem non obftat concordia, inter has partes aliàs
32 inita, † fuper qua nuperrimè obtenta fuit confirmatio Apoftolica, quia eam non obftare decifum fuit *fub die* 14. *Februarij proximi præteriti*, ob non obtentum beneplacitum Apoftolicum in tempore præfixo, & receffum vtriufque partis ab illa. Et licet inter Aduerfarios aliqui fint mi-
33 nores, quibus pro reditu ad concordiam competere † reftitutionem in integrum etiam fi poft eam profecuti fuiffent litem, & fuccubuerint, voluit Bart. *in l. fi ex caufa* §. *nunc videndum num.* 2. *ff. minorib.* quem fequitur Guglielm. *de* Benedict. *in cap. Raynutius, verbo mutuo itaque il* 1. *n.* 235. de *Teftam.* Neuizan. *conf.* 13. *n.* 34. Rebuff. *ad Conft. Reg. tom.* 2. *tit. de reftit. in integr. art.* 1. *gloff.* 3. *n.* 20. Cont. *de moment. poff. limit.* 5. *n.* 16. Boer. *dec.* 63. *fub n.* 6.
34 Hoc tamen non procedit quando, † vt in cafu noftro, concordia continet pactum refolutiuum in cafum non obtenti beneplaciti infra terminum præfixum; tunc enim
ficuti † non admittitur purgatio moræ, ità nec reftitutio 35
in integrum fauore minoris, Grat. *difcept.* 515. *n.* 27. Cyriac. *controu.* 240. *n.* 14. *& feqq.* vbi pluribus id comprobat Anton. *var. refol.* 61. *fub num.* 18. Bardell. *conf.* 14. *n.* 17. Caputaq. *dec.* 236. *num.* 3. *par.* 2. Rota *in Rauennaten. feu Terracinen. Decimarum* 5. *Martij* 1649. *coram R.P.D. meo Meleio.* Præfertim cùm medio tempore prædeceſſerit Laura, & Barbara, quarum fuperuiuentia, ob difcordes Dominorum fententias concordiæ caufam dederat, & fubfecuta mors Cellefio parauerit facilem victoriam; hæc enim variatio
ftatus caufæ fauore Cellefij † efficit ne res fit integra, & 36
per confequens excludit reftitutionem in integrum non fecus, ac purgationem moræ, *l. quod fi minor*, §. *non femper verf. Scæuola nofter ff. minor.* Menoch. *conf.* 100. *n.* 255. *conf.* 714. *n.* 4. Bardell. *conf.* 62. *n.* 21. Cyriac. *d. controu.* 240. *n.* 24. *& feqq.* vbi allegat concordantes.
Et ita decifum vtraque parte informante.

R. P. D. ALBERGATO.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 26. *Maij* 1656.

A R G V M E N T V M.

Exemptio à folutione Decimarum, vt dicatur validè obtenta, quid requiratur, & in dubio non cenfetur conceffa de Decimis fpiritualibus, quarum exemptio difficulter obtinetur, cùm fint de Iure Diuino inftitutæ. Nam funt cibus in domo Domini, & in recognitione dominij vniuerfalis, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Epifcopus habet intentionem fundatam fuper perceptione Decimarum pro fua portione Canonica.*
2 *Parocho debentur Decimæ de omnibus Prædijs intra limites fuæ Parochiæ exiftentibus.*
3 *A folutione Decimarum, vt quis validè dicatur exemptus derogandum eft in fpecie cap. nuper de Decim. cum fit Conciliare.*
4 *Ita vt non fufficiant derogationes generales, fed fpeciales requiruntur.*
Decimarum exemptio alicui conceffa verbis generalibus, non fuffragatur, nifi derogetur in fpecie cap. nuper de decim.
5 *Decimæ ordinariæ funt de Iure Diuino inftitutæ, & ad quid deferuiant, num. 6.*
7 *A folutione Decimarum exemptus, à quibus Decimis dicatur exemptus.*
8 *Priuilegium benè declaratur ex tenore ipfius priuilegij.*
9 *Exemptio à folutione Decimarum generaliter facta, intelligenda eft de Decimis temporalibus, & prophanis.*
10 *Verba generalia generaliter funt intelligenda, & maximè, quando aliquid eft conceffum titulo oneroſo.*
11 *Decimarum exemptio, eft materia odiofa, & ideo ftrictè intelligenda.*
12 *Priuilegia ftrictiffimè funt intelligenda in præiudicium tertij, vt quantum minimum fit, veniant intelligendum eft præiudicatum.*
13 *Exemptio à folutione Decimarum, non folet fieri nifi cum magna difficultate, & cum magna caufa.*
14 *Exemptio à folutione Decimarum quantumuis ampla, & generaliffima, non comprehendit Decimas fpirituales.*
15 *A folutione Decimarum exemptio vniuerfalis, ifta vniuerfalitas reftringitur ad Decimas temporales.*
16 *Papa concedens alicui exemptionem à folutione Decimarum, quando non dicatur voluiffe comprehendere Decimas fpirituales.*
17 *Bona non definunt effe libera, & allodialia ex onere foluendi Decimas fpirituales.*
18 *Defectus iurifdictionis non poteft allegari, dum caufa fuit commiffa, vigore Commiffionis facta fionis iactationum.*

19 Com-

19 *Commissio causa per citationem ad dicendum contra effi. citur communis.*
20 *Per Contradictas potest procedi contra obtinentem Commissionem.*
21 *Mandatum ex impensa prasumitur.*
22 *Executor ille debet exequi litteras Apostolicas, qui in eis reperitur nominatus.*
23 *Mandati fines nullo modo possunt egredi.*
24 *De Priuilegij executione aliud est si agatur, & aliud si de illius interpretatione.*
25 *Iudices claudunt, clausula sublata, & Decretum irritans.*
26 *Clausula sublata, & Decretum irritans, licet claudant as Iudici, non impediunt tamen, quin Iudex non iudicet de ijs, qua in litteris Apostolicis non continentur.*

DECISIO CLXXXII.

COntrouersiam iamdiù inter mensam Episcopalem Ferrariæ, & clari nominis Marchionem Entium Bentiuolum, super solutione Decimarum de bonis in agro Ferrariensi ab ipso ad culturam redactis excitatam, ad fauorem Eminentissimi Cardinalis Pij Ferrariæ Episcopi, & litis consortium, ipsis Decimas deberi, respondendo, hodie Domini terminarunt: Habet enim de iure fundatam
1 intentionem † non solùm Episcopus super perceptione Decimarum pro sua portione canonica in dispositione *cap. conquerente 16. §. hoc autem de offic. ordin. cap. Primo 16. qu. 7.* Rota coram Card. Seraph. *decis.* 1204. *num.* 2. Martin. And. *decis. 6. num. 10. & seq.* Caualer. *decis. 487. nu. 1. & in rec. dec. 64. num. 1. & seqq. par. 5. in alijs in Toletana Decimarum de Vescial 26. Iunij 1654. §. probata igitur coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Verùm etiam, & Parochi vnà cum ipso in causa venien-
2 tes, quibus Decimæ † debentur de omnibus prædijs intra limites suarum Parochiarum existentibus iuxtà determinationem *cap. cum contingat.* 29. vbi gloss. *in verbo, de iure communi, & cap. cum in tua 30. de Decim.* Rot. *dec. 667. nu. 3. par. 4. rec. & in Pampilonen. Decimarum de Vssurbil 1. Iulij 1648. in princip. & 1. Februarij 1649. §. iuncta etiam assistentia coram R. P. D. meo Celse, & in Leodien. Decimarum 27. Ianuarij 1651. §. an iustitia etiam, & 22. Aprilis 1652. §. incontrouertibiles, coram R. P. D. meo Meltio, & in Calaguritana Decimarum de Ocon 1. Iulij 1654. §. validitas enim, vers. altera vero, coram R. P. D. meo Cerre, & in Nouarien. Iurisdecimandi 3. Decemb. 1655. in princip. coram R. P. D. meo Zarate.*

Nec Dominis de Bentiuolis visa est suffragari exemptio dicto Marchioni Entio à san. mem. Paulo V. speciali Priuilegio concessa, continens liberationem à solutione Decimarum pro medietate bonorum Marchionis industria exsic-
3 candorum. Vel quia exemptionis priuilegium † non continet derogationem, *cap. nuper 34. de Decim.* cuius dispositio, vti Concilij Lateranensis explicitam mentionem, &
4 derogationem specialem requirit, nec subintellecta, † aut verbis generalibus concepta suffragatur, Rot. apud Mohed. *dec. 7. num. 2. de locat.* Coccin. *dec. 279. num. 6. & in recent. dec. 42. num. 10. par. 7.* & apud Modern. Perusin. *de manut. dec. 157. num. 3. & in Hispalen. Decimarum 21. Iunij 1649. §. minus releuat, coram R. P. D. meo Bichio, & in Toletana Decimarum 28. Iunij 1650. §. nec pariter, coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Cracouien. Decimarum 20. Martij 1651. §. neque ipsis Patribus, coram R. P. D. meo Verospio, & in Calaguritana Decimarum Sancti Ascensi, & Danalillo 17. Apr. 1654. §. minusque exemptionem, vers. & merito, quia nec priuilegia coram R. P. D. meo Zarate.*

Vel quia cùm Decimæ ab Eminentissimo Episcopo, & Parochis hodiè petitæ, sint ordinariæ, omninò spirituales,
5 & iure Diuino institutæ, † vt sint cibus in Domo Domini, & in recognitionem Dominij vniuersalis Dei Parochis, qua-
6 si eiusdem Dei Procuratoribus, soluantur, de istis non potest intelligi Indultum exemptionis, sed à Decimis tempo-
7 ralibus, vel extraordinarijs à Pontifice, Legato, † aut Nuncio impositis eximere solummodò dicendum est, iuxtà distinctionem Baldi, & Felin. quam in proprijs terminis sequitur Rot. coram Put. *dec. 65. in correct. lib. 3.* Seraphin. *dec. 1293. num. 6. vers. Ideo nulla verba,* Caualer. *dec. 247. num. 11.* Rota *in Toletana Decimarum 29. Nouembris 1605. coram Iusto,* apud Marchesi. *de commiss. par. 2. fol. 596. nu. 1. & in Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. §. tum quia, coram Eminentiss. Card. Corrado, & in Vercellen. Decimarum 13. Nouemb. 1645. §. hinc etiam, & 15. Ianuarij 1646. §. qua responsio, coram R. P. D. meo Cerre, & Hispalen. Decimarum de Baraona 16. Martij 1646. §. & in hanc, coram eodem, & in Casaraugustana Decimarum 12. Decembris 1650. §. quod autem, & §. & supposito, coram R. P. D. Meltio, & in Toletana Decimarum 13. Nouembris 1651. §. non obstant allegata, coram Reuerendiss. P. D. meo Pentingerio.*

Hacque exemptionis interpretatio ex Priuilegijs ipsius
tenore corroboratur, nam in eadem † oratione, & con- 8
textu, bona Marchioni concessa eximuntur *ab Inuestituris, Primogeniturus, fideicommissis, tam purificatis, quàm purificandis, necnon à quacumque hypotheca, & obligatione, ac Decimarum, & aliarum responsionum, ac recognitionum solutione, & prastatione, censibus &c. vt in Summario Eminentissimi Episcopi num. 4.* Verba autem antecedentia, & subsequentia, quæ meram temporalitatem præseferunt,
Decimas, † in medio existentes, de prophanis omninò, 9
& temporalibus intelligendas esse declarant Surd. *cons.* 282. *num.* 12. Rot. *in d. Toletana* coram Iusto apud Marchesan. *vbi supra num. 1. in fine,* Coccin. *dec. 279. num. 3. vers. quia ex structura verborum, & in dicta Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. §. tum quia, coram Eminentiss. Card. Corrado, cum concordantibus in Sarsinaten. fundi 22. Iunij 1645. §. vltima coniectura, vers. quia cum prima verba, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & ferè in terminis decis. 182. num. 12. par. 7. recent.*

Non obstat, quòd exemptionis verba sint vniuersalia, 10
& quòd priuilegium titulo oneroso concessum fuerit: Visum enim est Dominis causam onerosam sufficientem compensationem recepisse ex concessione medietatis bonorum bonificandorum facta Marchioni, cum illorum exemptione ab Inuestituris, fideicommissis, hypothecis, obligationibus &c. & à Decimis ab homine impositis, adeò vt necessarium non fuerit Priuilegium ad Decimas spirituales ex-
tendere, † resistente natura exemptionis, quæ tamquam 11
odiosa, Rot. *dec. 271. num. 6. par. 4. rec. & in d. Toletana Decimarum 20. Ianuarij 1650. §. nihilominus coram Reuerendiss. Tarraconen.* strictissimè intelligenda est, † vt mini- 12
mum sit, quantum fieri potest, tertij præiudicium, Oldrad. *cons. 268. num. 1. vers. sed in contrarium,* Gottierez *canonic. quast. cap. 21. num. 123. lib. 2.* Rot. *decis. 291. num. 9. par. 5. rec. & in Cracouien. Decimarum 9. Februar. 1645. coram R. P. D. meo Bichio.*

Stante autem defectu derogationis *dicti cap. nuper 34.* &
quod exemptio † ab huiusmodi Decimis nisi cum magna 13
difficultate, & causæ cognitione concedi solet, Rota coram Coccino *dicta decis. 279. num. 4. & dec. 214. nu. 5. vers.*
quia huiusmodi exemptio, par. 2. rec. verba quantumuis † am- 14
pla Decimas spirituales non complectuntur, Rota apud Marches. *vbi supra fol. 596. num. 1.* quia eorum vniuersalitas
restringitur ad onera temporalitatem † redolentia, qua- 15
lia erant illa, de quibus immediatè ante habita fuerat mentio, Cyriac. *contror. 313. num.* 38. Rota coram Mantic. *dec. 65. num. 5. & dec. 194. nu. 94. par. 5. recent.* Et in effectu nul-
lam aliam fuisse mentem supplicantis, † & Papæ conce- 16
dentis, quàm vt bona essent omninò allodialia, & libera, ostendunt verba Marchionis, *& in somma, che la detta metà resti in tutto allodiale, e libera,* qualia esse non desi-
nunt ex onere † Decimas spirituales soluendi, Alciat. *cons.* 17
35. nu. 5. lib. 1. Franc. Ant. Cost. *cons. 20. nu. 20.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 27. nu. 25. & seq.*

Obiectus præterea Iurisdictionis defectus resolutionem Rotalem impedire non valuit. Quia in vim specialis com-
missionis iactationis, † & iactationũ contra Episcopum tunc 18
temporis viuentem fuit pro parte Dominorũ de Bentiuolis causa in Rota commissa, *Summ. nu. 1.* qua stante commissione, sicuti Domini de Bentiuolis in Rota absolui potuissent à iactationibus, & molestijs per Episcopum illatis; ita
vigore eiusdem commissionis per citationem † ad dicen- 19
dum contra, communis effectæ, potuit iste contra illos sententiam fauorabilem reportare, Rota *in nullius de Carectis* apud Marches. *de commiss. par. 2. fol. 231. nu. 1. vers. qua ergo ratione, & decis. 254. num. 1. par. 1. diuers. & dec. 643. num. 7. par. 4. tom. 3. recent.* Addent. ad san. me. Gregor. XV. *decis. 552. num. 8.* vbi, quòd contra impetrantem
commissionem procedi potest per † contradictas, Merlin. 20
decis. 745. num. 4. & seqq. vbi, quòd potest pronuntiari tàm in pe-

in petitorio, quàm in possessorio, Dursn. *dec.* 60. *nu.* 35.
Et perperam obijcitur, Procuratorem, qui commissionem
21 obtinuit, mandato caruisse; quia † ex impensa iuliorum
15 facta ab ipso in expeditione citationis cum inhibitione,
& citatione ad dicendum contra, mandatum habuisse præ-
sumitur, Adden. ad Buratt. *decis.* 593. *num.* 16. Rota *decis.*
440. *num.* 6. *in fine par.* 2. *& dec.* 187. *nu.* 16. *par.* 6. *recent. &*
in Romana Subhastationis de Alexijs 13. *Februarij* 1647. *§. de*
possessione autem coram R. P. D. meo Cerro.

Minùs refragatur, quòd in indulto Illustrissimus Came-
22 ræ Apostolicæ Thesaurarius deputatus † fuerit illius exe-
cutor; Quemadmodum enim in eodem Indulto Decimæ
spirituales non comprehenduntur, ità nec attributa execu-
23 tori Iurisdictio circa eas versatur cum † extra fines indul-
ti egredi nullo modo possit, Alciat. *in l. Imperium* 3. *nu.* 210.
ff. de Iurisd. omn. Iudic. Bellon. *de mandat. Iurisdiction. c.* 9.
qu. 3. *num.* 14. Et cùm non agatur hodie de Priuilegij execu-
24 tione, † sed de illius interpretatione, potuit vtique Rota
de huiusmodi Decimis omninò spiritualibus, & Indulto non
contentis, iudicare, vt in simili dicimus de clausula subla-
25 ta, & decreto irritanti, quæ licet Iudici, & parti os clau-
26 dant, non impediunt † tamen, quin Iudex de ijs, quæ
in dictis litteris Apostolicis comprehensa non sunt, iudica-
re possit, Rot. *dec.* 341. *num.* 3. *par.* 1. *rec. & in Romana fi-*
deicommissi de Victorijs 16. *Ianuarij* 1653. *§. Præfatam deni-*
que coram R. P. D. Verospio.

Ex quibus, & præcipuè ob non factam in Indulto dero-
gationem, *d. cap. nuper* 34. *de decim.*

Eminentissimo Episcopo, & Parochis tantùm Informantibus, resolutum fuit Decimas deberi, Dominis de Bentiuolis pluries citatis.

R. P. D. PRIOLO.

Aquilana Cappellaniæ.

Veneris 26. *Maij* 1656.

ARGVMENTVM.

Mixtus executor, nulliter, & iniustè procedit, non verificatis eis, quę habet in commissione Iurispatronatus verificatio, quare fieri debeat coram Ordinario. Iuspatronatus non potest dici Sacerdotale, dum voluit Fundator, vt eligeretur ad illud Sacerdos.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij manutentio, quando neutri parti sit danda.*
2 *Executor Apostolicus datus ad tradendam possessionem beneficij de Iurepatronatus, nulliter, quando dicatur eam tradere.*
3 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
4 *Executor, quando est conditionalis, vt rectè exequatur, debet prius verificare conditiones.*
5 *Iurispatronatus verificatio debet fieri coram Ordinario.*
6 *Iurispatronatus verificatio quare fieri debeat coram Ordinario.*
7 *Executor Apostolicus, si debeat prius verificare Iuspatronatus coram Ordinario, an possit iuuari sententia alias lata ab eodem Ordinario super d. Iurepatronatus, & nu.* 8.
9 *Conditionis si plenè, & concludenter verificetur, actus deinde subsequutus, est inualidus.*
10 *Probatio concludens, quando est necessaria, non admittuntur præsumptiones.*
11 *Conditiones apposita à fundatore Iurispatronatus sunt seruanda.*
12 *Iurispatronatus fundator disponens, quod ad beneficium debeat eligi Sacerdos bonus, & idoneus.*
13 *Non ex hoc dicendum est, quod dictum beneficium sit Sacerdotale.*
14 *Sacerdotij appellatione, quilibet ordo Ecclesiasticus intelligitur.*
Sacerdotis appellatione, veniunt etiam Clerici inferioris Ordinis, num. 14.
15 *Obseruantia benè deseruit pro interpretatione dispositionis.*
16 *In Iudicio summarissimo possessorio non discutiuntur ea, quæ respiciunt petitorium.*
17 *Exceptio inualiditatis tituli, quando admittatur etiam in summarissimo possessorio.*

DECISIO CLXXXIV.

Mandatum de manutenendo in possessione controuersi Beneficij de Iurepatronatus pro medietate Capituli Ecclesiæ Collegiatæ, & pro altera medietate vniuersitatis Terræ Paganicæ petebant Claudius Fonella, & Franciscus Antonius de Carolis ille scilicet præsentatus à Capitulo, iste verò ab Vniuersitate, vterque immissus ab Executoribus deputatis in litteris Apostolicis super derogatione alterius medietatis vtrimque obtentis. Quare cùm dubitauerim an, & cui esset concedendum DD. hodie Con-
sulti neutri dandum esset responderunt, sed apponendum
esse † sequestrum. Quia vtriusque collitigantis possessio 1
est nulla, quo casu neutra manuteneri potest, & de stylo
Rotæ apponitur sequestrum, vt fuit dictum *in Vicen. Beneficij* 10. *Decembris* 1646. *coram Reuerendiss. P. D. meo Cerro.*

Nullitas possessionis Francisci Antonij anteriori tempore
adeptæ ex eo resultat, quia fuit capta de manu Executoris
non verificato † prius coram Ordinario Iurepatronatus, 2
prout Sanctissimus in eius prouisione expressè mandauit
clausula verificato prius coram Ordinario dicto Iurepatro-
natus ex fundatione, vel dotatione &c. quæ cùm fuerit per
ablatiuum absolutum † concepta conditionem importat, 3
atque adeò executionem gratiæ suspendit donec plenè, † & 4
concludenter huiusmodi verificatio facta fuerit, vt in spe-
cie firmauit Rota *in Aprutina, seu Asculana Iurispatronatus* 19. *Ianuarij* 1618. *coram bon. mem. Sacrato in Pistorien. seu nullius Beneficij* 18. *Decemb.* 1634. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, apud Modern. Perut. *de manut. dec.* 634. *num.* 28. *cum seq. in Landen. Cappellania* 26. *Iunij* 1641. *& in Lucana Beneficij* 16. *Iunij* 1651. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec releuat, quòd aliàs Ordinarius occasione alterius
consimilis approbauerit eumdem Patronatum, hæcque ap-
probatio fuerit exhibita coram dicto Executore. Quia hu-
iusmodi exhibitio coram † executore non suffragatur, sed 5
erat facienda coram Ordinario, coram quo denuò iustifica-
ri debebat, prout Papa in eius litteris mandauit. Ea sanè
ratione, quia cùm agatur † de materia præiudiciali Eccle- 6
siæ, ac ipsi Ordinario ob seruitutem Beneficij congruum
est, vt coram eo qualitas illius discutiatur citato Promoto-
re Fiscali, qui pro defensione libertatis assistat, atque ita
fraudibus, quæ alioquin coram alijs de facili committi pos-
sent † occurratur, itaque sententia super verificatione, 7
ea postmodum coram Executore producit, & cæteris co-
ram eo purificatis † possessio apprehenditur iuxtà praxim 8
traditam per Modern. Pisan. *in dicta Aprutina, seu Asculana Iurispatronatus* 19. *Ianuarij* 1618. *coram Sacrato, & in Landen. Cappellania* 26. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Minùs releuat præsumptio, quod Ordinarius approbas-
se censetur præcedentem † iustificationem se extraiudi- 9
cialiter informando, vt facere poterat, dùm nullus in pos-
sessione existebat: Nam quando, vt in hoc casu verificatio
pro forma est facienda, & quidem plenè, & concludenter
ex auctoritatibus supra allegatis † præsumptio nunquam 10
admittitur, sed positiua requiritur probatio, vt dixit Rota
penes Achill. *dec.* 1. *de probat. dec.* 102. *num.* 6. *par.* 1. *diuers.* coram Card. Seraph. *dec.* 1171. *num.* 2. coram san. me. Gregor. XV. *dec.* 278. *num.* 6. Buratt. *dec.* 763. *num.* 7. *& fuit dictum in Nouarien. Bonorum* 1. *Iulij* 1644. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. nec suffragatur, vers. quia talis præsumptio.*

Possessionis verò Claudij nullitas ex eo resultare visa
fuit, quia ipse in eius supplicatione narrauit Beneficium es-
se Sacerdotale, ac personalem residentiam requirere, quod
non subsistit; Nam licet fundatrix præceperit in fundatio-
ne, præsentari Sacerdotem bonum, & idoneum, qui de-
bebat deseruire in Diuinis officijs &c. *Summ. eiusdem Claudij num.* 1. Attamen † hæc verba non efficiunt Beneficium 12
Sacerdotale, neque important præcisam necessitatem resi-
dendi, sed censentur apposita demonstratiuè ad qualitatem
oneris, quod potest per substitutum † impleri nisi vlterius 13
adijciat, quod præsentandus per seipsum adimpleat, *vt ex*

decla-

declarationibus Eminentissimorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum recedendo ab opinione in decisionibus pro Claudio, allegatis antea firmauit, respondit Rota *in Regien. Beneficij 9. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Bichio, in Maceraten. Beneficij 16. Ianuar. 1640. coram bo. mem. Merlino inter eius impress. decis. 825. num. 2. & seq. per tot. & in Maceraten. Cappellaniæ 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Verospio, §. neque eidem cum seq. in quibus alia allegantur.*

Parum obstante an dispositio loquatur de Sacerdote, vel
Presbytero, vt in eisdem Decisionibus; Nam etiam appel-
14 latione Sacerdotij quilibet † ordo Ecclesiasticus intelligi-
tur, & eo nomine Clerici quoque inferiores nuncupantur,
cap. si quisquam, vbi gloss. *verb. Sacerdot.* ibique Ostien.
num. 1. Abb. *num. 2. & cæteri Canonistæ de cohabit. Cleric. & mulier. gloss. in Can. qui per pecuniam, verb. Sacerdotio 1. quæst. 1. & in cap. Gulisarius verbo Sacerdotalis 21. quæst. 4.*
Rota coram bon. mem. Merlino *decis. 685. numer. 22. & sequent.*

Sed cessat difficultas, quia ex Iuribus in Summ. Franci-
sci relatis sub num. 7. & in calce responsionis facti *num.* 1.
Constat ad hoc Beneficium fuisse aliquando præsentatos, ac
15 institutos † simplices Clericos, quæ obseruantia apprimè
deseruit pro declaratione præfatæ dispositionis ad exclusio-
nem qoalitatis Sacerdotalis, vt in specie tradunt Gonz. *ad reg. 7. glos. 5. nu. 85.* & sequitur Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 47. nu. 61.* Rota *in Lucana Cappellaniæ 17. Decembris 1593. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, apud eumdem Garz. *d. cap. 1. nu. 94. in fin. vers. & postea*, & coram Mantic. *decis. 129. num. 1. cum seq.*

Non obstat, quod huiusmodi exceptio respiciat inualidi-
16 tatem tituli, quæ in hoc summarijssimo manutentionis Iu-
dicio discuti non debet. Quia cùm titulus fuerit ab ipso pos-
17 sessore productus, & inualiditas ex ventre, & lectura † il-
lius appareat, vtique discuti etiam potest in Iudicio som-
marijssimo, atque admittitur ad retardandam manutentio-
nem, Menoch. *de retin. remed. 3. num. 683.* Modern. Perus. *de manut. obser. 42. nu. 155. cum seq.* Rota *dec. 698. nu. 3. p. 2. rec. & in Verulana Beneficij 30. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, § non obstat, quod dum Rosatus, & seq.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononieñ. de Bologoinis.

Lunæ 29. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Sententiæ tres quando sunt conformes, & quidem in substantia tunc iure optimo possunt executioni demandari: Et diluuntur nonnullæ exceptiones, quæ fuerunt oppositæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres, quando sunt conformes in substantia benè possunt executioni demandari.*
2 *Sententiæ tres, an possint dici conformes, dum in vna ex eis non fuit citata, nec nominata pars.*
3 *Sententiæ latæ in possessorio, an faciant numerum.*
4 *Sententiæ latæ ex eodem iure, & causa, iunguntur etiam si diuersa res petatur.*
5 *Sententiæ latæ in petitorio, habent in ventre possessorium.*
Sententiæ latæ in possessorio iunguntur ad num. 5.
6 *Sententiæ, vt dicantur conformes attenditur an res veniat ex eodem iure, & nu.* 7.
8 *Sententia lata contra antecessorem ligat etiam successorem.*
9 *Sententiæ, quando non possint dici conformes.*
10 *Sententiæ, quando non sunt tres, non est locus earum executioni.*
11 *Sententiarum executio facta non seruata forma Rescripti signaturæ Iustitiæ, vti nulla est reuocanda.*

DECISIO CLXXXV.

Reiecta prætensione attentatorum dubitaui an executio vltimo loco facta super altera medietate bonorum Ioannis Mariæ, & Bartholomæi esset confirmanda, vel infirmanda, & quoad bona Io: Mariæ esse confirmandam, reuocandam verò quoad bona Bartholomæi resolutum fuit.

Respectu enim bonorum Ioannis Mariæ non solùm ad-
sunt tres sententiæ conformes, vt exposcit clausula, *Com-
missionis mihi directæ*, sine præiudicio trium conformium
in eo in quo sint conformes, sed numerantur quatuor; Pri-
ma, scilicet, Auditoris generalis Bonon. secunda, Rotæ
Bonon. tertia, D. Altouiti, & quarta Rotalis *Summ. pupil-
lorum num.* 3. 6. & 8. quare propterea cùm in substantia sint
conformes, Iure optimo † potuerunt executioni deman- 1
dari, vt firmatur in decisione desuper edita *coram R. P. D.
meo Celso 27. Februar. 1654. §. nihilominus.*

Non obstat, quod primæ duæ emanauerint super vna
medietate bonorum in solo petitorio, pronunciando eue-
nisse casum fideicommissi, & latæ fuerint ad fauorem illo-
rum † de Zambeccarijs donatariorum Valerij Bolognini,
non citatis, nec nominatis Equite Palmerio, & Consorti:
Vltimæ † verò dum prodierint in possessorio super immis-
sione in possessione alterius medietatis ad fauorem Bartho-
lomæi, & Thadæi fratrum de Bologninis citatis, & ex-
pressè nominatis Palmerio, & Consort.

Quoniam sententiæ † latæ ex eodem Iure, & causa 4
iunguntur, etiam si res diuersa petatur, cum attendi de-
beat causa, ex qua ius oritur, *l. Iulian. ff. de except. rei iu-
dic.* Io: Franc. de Pont. *cons. 90. num. 10. cum seq.* Cùmque
sententiæ latæ in petitorio habeant in ventre possessorium
dicuntur conformes † cum alijs in possessorio latis, vt in 5
puncto respondit Rota *in Romana hæreditatis de Comitibus
27. Iunij 1576. coram san. mem. Clem. VIII. apud Marches.
de commiss. par. 2. fol. 231. num.* 3. Nec attenditur diuersitas
personarum, quando, vt in casu nostro omnes veniunt
ex eodem Iure, † & coniuncti sunt re, & verbis, itaut 7
per deficientiam vnius eius portio alteri accrescat, † quæ 7
ex eadem causa petitur, Couar. *pract. quæst. lib. 1. cap. 13.
sub num. 6. vers. nam, & tunc*, Menoch. *cons. 421. num. 63.
& cons. 423. num. 23.* Peregr. *de fideicom. art. 53. nu.* 41. Rota
*in recen. dec. 576. num. 6. par. 3. & in terminis in Tudertina
fideicommissi 23. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Zarate,
§. non obstat.* Satisque fuit in prioribus citare † possesso- 8
rem bonorum fideicommissariorum, vt propterea senten-
tiæ contra ipsum latæ afficiant etiam successores in eis non
nominatus, neque citatos, vt tradit Parlad. *rer. quotidian.
cap. 2. lib. 2. par. 5. §. 9. num.* 22. Molin. *de primog. lib. 4. cap. 8.
num.* 3. Rota *in Bonon. fideicommissi de Glanarinis* 18. *Maij*
1640. *coram Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Terra-
cinen. §. fin.*

Respectu verò bonorum Bartholomæi ex Iuribus relatis in *d. Summ. num.* 4. & quia duæ tantùm sententiæ apparent pro fideicommissarijs latæ vna, scilicet Rotæ Bonon. & altera Rotalis, tertia verò, quæ intermedio lata fuit per D. Altouitum † tantum abest, quod sit conformis, & faciat numerum, quod imò contraria est absoluens Palmerios, & Consort. à petitis per Bologninos super medietate bonorum hæreditariorum dicti Bartholomæi *d. Sum. nu.* 7.

Vndè cùm deficiat † numerus trium conformium ex 10
præscripto Signaturæ omninò requisitus non erat locus exe-
cutioni, quæ proindè respectu † dd. bonorum est reuo- 11
canda tanquam facta non seruata forma dicti rescripti *cap.
cum dilecta*, vbi DD. *de rescript.* cum alijs per Rota in simi-
libus terminis *decis. 599. num. 4. par. 3. & dec. 204. num. 4.
par. 5. rec.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Romana Census, seu Saluiani.

Lunæ 29. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Officium aliquod, si quis obtinuerit à magno Principe pro se, & successoribus, an iste primus acquirens possit præiudicare vocatis, & istius quæstio-

ftionis refolutio, dependet, an talis conceffio fit ex caufa onerofa, quæ ftante refponfio eft affir. matiua, & quando dicatur talis.

SVMMARIVM.

1 *Officium habens à Principe ex caufa onerofa, poteft vocatus præiudicare.*

2 *Officij conceffio facta à Principe, quando dicatur habita ex caufa onerofa.*

Regia affertioni, an ftandum fit, num. 2.

3 *Merita in conceffione officij facta à Principe, Notarij de ftylo non folent apponere.*

4 *ex Meritorum fpeciali mentione facta in conceffione alicuius gratiæ factæ à Principe, quid operetur.*

5 *Donatio omnis ob merita, & feruitia facta, connumeratur inter titulos onerofos.*

6 *pro Meritis nulla datur actio contra illum, qui fuit beneficiatus, num. 6.*

pro Meritis licet non detur actio tamen beneficiatus ex congruentis iuftitiæ debito, non autem ex condigno antidotalem fuam obligationem adimplere tenetur.

7 *Confeffio auctoris non poteft per fucceſſorem impugnari.*

8 *Lucis maioris, quod eft, trahit ad fe, quod eft lumen minus.*

9 *Titulus onerofus in donatione, quando dicatur exclufus, & num. 10.*

11 *Conceffio ex qua caufa dicenda remuneratoria.*

12 *Acquirens primus poteft præiudicare comprehenfis in inueftitura, quando acquifiuit ex titulo onerofo.*

13 *Conceffionem, qui allegat excedere caufam onerofam, ipfe hoc probare grauatur.*

14 *Benemerita, & feruitia, quando dicantur æquipollentia conceffioni facta.*

15 *Donationes Principum magnorum non debent computari ad vnguem ad merita, ficut donationes, feu conceffiones priuatorum.*

16 *Præiudicari eis non poteft quibus ius quæfitum fuit.*

17 *Confuetudo non inducitur ex his, quæ ad alium effectum fuerunt facta.*

18 *Confuetudo non inducitur ex his, quæ voluntariè, & ad maiorem cautelam fuerunt facta.*

DECISIO CLXXXVI.

FRatribus de Gauottis Agentibus ex remedio vtilis Saluiani immiffio in antecedenti inftantia pro fructibus cenfus feutor. 10000. in forte denegata fuper officio Præfecti Curforum à Marchione Iuniore de Taffis pro Sereniffimo Catholico Rege in Vrbe poffeffo; hodie decreta fuit coram me, ex ea ratione potiffimum, quod dum Antonius
1 fenior prædictum † officium ex onerofa caufa receperat eius proindè redditus in præiudicium fucceſſorum legitimè potuit cenfui hypothecare, iuxta doctr. Bald. *in l. 1. nu. 32. Cod. per quas perf. nobis acquiritur*, Guttierez *Canonic quæftion. lib. 2. cap. 5. num. 47.* Giurb. *de fucceff. feud. cap. 118. §. 1. gloff. 15. num. 24. verf. nifi debita*, Rota *in Romana dotis 22. Iunij 1646. in §. 1. cum feq. coram Eminentifs. D. Cardinal. Otthobono, & in Cefenaten. emphyteufis 23. Ianuarij in princ. & 16. Iunij 1651. in §. quibus tamen coram R. P. D. meo Albergato*, Capyc. Latr. *decif. 6. nu. 25.*

Hanc verò acquifitionem officij onerofam extitiffe fuadent militaria quamplura feruitia ab eodemmet Antonio
2 erga Regiam Maieftatem exercita, † in quorum remunerationem tum primæua conceffio Simoni, quoque dum viueret attributa tum altera in ipfius fucceſſores prorogata ex Regia affertione conuincitur emanaffe, cui debet plenè quidquid dicendum foret in priuatis in proprio cafu deferri ad Tex. *in Clem. vnic. de probat.* not. Peregr. *conf. 4. nu. 29. & 30. lib. 1.* Natt. *conf. 522. num. 21.* Dec. *conf. 25. num. 38. & 40.* Ruin. *conf. 21. num. 7. lib. 5.* Rimin. iun. *conf. 323. numer. 4. & conf. 556. num. 108.* Menoch. *conf. 1003. num. 76. & 77.* Surd. *conf. 419. nu. 66.* cum alijs latè deductis per Garz. *de Hifpanorum nobilit. glof. 2. num. 20.* Alex. *conf. 216. nu. 22. lib. 2.* Rota *in Sarfinaten. feudi 22. Iunij 1645. in §. præterea in hoc feudo coram Reuerendifs. D. meo Decano.* Præfertim
3 quia eadem potiffimum merita † pro colore conceffionis nequeunt ex ftylo Notarij appofita præfumi dum fpecialis eorumdem mentio præceffit in hæc verba: *Nos confiderantes multa grataque obfequia fingulari fide folertia, & vigilantia ab eodem nobis per compluros annos præftita primum in Bellicis expeditionibus in Africa ad Gilnas, & Tunetum oblatis, quarum in vtraque captus à Turca proprijs fumptibus fuis fe redemit, deinde in Belgio Columnellum militum Cohortium Italorum peditum agens. Denique in dicto officio gnauam, & probatam nobis operam nauans, &c.* ex qua
fpeciali propterea mentione † remuneratoria prorfus con- 4
ceffio euafit, vt notat Oldrad. *conf. 5. in fin.* Alex. *conf. 40. num. 14. lib. 4.* Iaf. *conf. 227. num. 35. cum plur. feq. & nu. 64. in fine, verf. 3. notabilius lib. 2.* Roland. *conf. 13. nu. 60. lib. 3.* Houded. *conf. 47. num. 50. lib. 1.* Menoch. *conf. 307. num. 12.* Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 4. glof. 10. par. 2. num. 24.* Rota *dec. 50. num. 7. par. 6. rec.* Onerofum titulum iuxta veriorem
DD. fententiam affumens, cùm idem propemodum † fit 5
fiue reipfa pretio mediante, fiue ex meritis comparetur, iuxt. Text. *in l. Aquilius*, & ibi gloff. *in cafus figurat. ff. de donat. l. fed & fi lege, §. confuluit, ff. de petit. hæred. & in l. fi verò, §. non remunerandi, ff. mand.* Bald. *in auth. ex teftam. num. 14. C. de collat.* Rol. *conf. 13. nu. 60. lib. 3.* Natt. *conf. 475. numer. 12. lib. 3.* Galuan. *conf. 8. num. 42.* Menoch. *conf. 309. num. 19. & de præfump. lib. 4. præfumpt. 167. nu. 32.* Clarus *fenten. lib. 4. §. donatio quæft. 3. num. 1.* ibi teftatur de communi Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæft. 5. num. 32.* Rota *in recent. d. dec. 50. num. 5. par. 6.* & coram bo. me. Merlin. *dec. 699. num. 34. & 35. in fin.* licet nulla pro meritis actio
Antonio † competeret contra Regem, cùm tamen is ex 6
congruentis iuftitiæ debito, non autem ex condigno antidotalem fuam obligationem explere teneatur, ad tex. *inc. relatum il fecondo in verbo iuxta feruitij meritum de teftam. l. fed & fi lege, §. confuluit*, vbi poft glof. *in verb. obligauerunt* notat Bart. *ff. de petit. hæred.* Menoch. *conf. 331. num. 72. & conf. 1003. eod. numer. cum feq. de præfumpt. lib. 4. præfumpt. 167. num. 33.* Bardell. *conf. 22. à num. 31. vfque ad numer. 36. lib. 1.* Decian. *conf. 25. num. 36. lib. 1.* Surd. *conf. 419. nu. 54.* Sanchez *de matrim. lib. 6. difp. 6. num. 2.* & refpondit Rota *in hac eadem caufa fub die 8. Iunij 1654. in fin. princip. coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque merita poterunt confumpta præfumi ex primæua conceffione gratiæ ad Simonis vitam officium prorogan-
tis. Vel quia ex eifdem Antonij † meritis illud in fucceſ- 7
fores, æquè tranfmittitur, quæ meritorum affertio à Marchione ex conceffionis iure fe tuente nequit impugnari, vt aduertit Aym. *conf. 217. num. 7.* Decian. *conf. 25. nu. 40. lib. 1.* Surd. *conf. 323. num. 29. & 30.* Cephal. *conf. 397. num. 61.* Socc. fen. *conf. 13. num. 5. & conf. 82. num. 3. lib. 3.* Rota coram Buratt. *decif. 243. num. 7.* & coram Pen. *dec. 364. nu. 17.* vel quia primæua gratia prorogationis nondum executa in
alteram perpetuationis tranflata fuit, quæ maioris † lucis 8
ad inftar lumen minus ad fe traxit, vt aduertit Bero. *conf. 156. num. 1. & 2. vol. 3.* Francifcus à Ponte *de poteft. Proreg. tit. 10. de diuerf. promif. rubr. de poteft. fubftitut. num. 6. & 7.* Maftrill. *de magiftrat. lib. 1. cap. 28. num. 67. cum fequent.* Lar. *allegat. Fifc. 50. num. 8.* Capyc. Latr. *decif. 26. num. 25.*
Et licet fcuta 50. mil. Regi † attributa videantur titu- 9
lum onerofum excludere ex quo valori officij nullatenus refpondent, fiue annuus redditus fcut. 14. mil. fiue eiufdem
proprietas in fcutis tercentum millibus circiter infpiciatur, 10
iuxt. doctr. Bald. *in prælud. feud. num. 11.* Socc. fen. *conf. 4. nu. 6. verf. quinimo*, Bald. *lib. 3.* cum alijs in decifionibus antecedentis inftantiæ fub die 27. *Iunij* 1653. & 8. *Iunij* 1654. *in §. vt propterea coram R. P. D. meo Bichio*, dum tamen pro finali caufa conceffionis ex tenore gratiæ fpectantur hæc merita, ibi, *Et hoc pro Conuento, & finito pretio integro, & finali pagamento venditionis eiufdem folutionis, & remunerationis dictorum feruitiorum*, pro reliqua fumma valoris in fcutis ducentum circiter quinquaginta millibus,
† conceffio remuneratoria extitiffe cenfetur, vt aduertit 11
Corn. *conf. 194. num. 2. volum. 3.* Dec. *conf. 20. num. 5.* Tiraquell. *in l. fi vnquam in verb. donatione largitus num. 79. & feqq. C. de reuoc. donat.* Sanchez *de matrim. lib. 6. difput. 6.*
num. 6. ac confequenter onerofa, † itaut fructus officij hu- 12
ius refpectu ratæ creditorum hypothecæ remanfit omninò obnoxij, vt aduertit Natt. *conf. 475. num. 5. & 11.* Surd. *decif. 290. num. 2.* Addeo. ad decif. Gregor. 529. *num. 23.* Rota coram Seraph. *decif. 559. num. 19. & dec. 741. num. 3. par. 4. tom. 3. rec.*

Hinc merita non obftante ftipendio, quod exaduerfo contenditur ab Antonio receptum ex Regia extimatione
valoris † officij æquipollere. Tum etiam ex præfumptione 13
Iuris

Iuris onus probandi contrarium in Marchionem deferentis, vt aduertit Schrader. *conf.39.num.128. & seq. lib.2.* Roland. *conf.13. num.64. lib.3.* Rota coram Seraph *decis.518. num.4.*
14 Quinimò licet concessio † eadem merita pro quarta parte
excederet lucratiuam nihilominus causam non induceret,
vt aduertit Barbos. *l.qua dotis num.60. ff. solut. matrim.* De-
cian. *conf.25. nu.78. lib.1.* Facund. *de iust. & iur. lib.4. cap.3.*
nu.6. Sanchez *de matrim. lib.6. disp.6. nu. 9.* præsertim quo-
ties magni Principis concessio, vt in proposito casu concur-
16 rat, † quæ licet meritorum valorem excedat, ex munifi-
centia Principis, cui sat est, vt ipsa respondeat nihilominus
remunerandi legem assumit, & aduertit Barbat. *in c. sedes*
num. 14. cum seqq. de rescript. Tiraquell. *in l. si vnquam in*
verb. donat. largitus num.84. cum seq. C. de reuoc. donat. Me-
noch. *de arbitr. cas. 132. num. 9. & conf. 1003. num. 63.* De-
cian. *conf.25. num.79. lib.1.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib.13.*
tit. 15. num. 35. Mascard. *de probat. conclus. 186. num. 16. &*
17. Valasc. *dec.72. num. 5. & 6.*

Denique non poterit obseruantia assensus Regij adhibiti
in obligatione officij hypothecam excludere. Præterquam
16 enim ea in præiudicium creditorum † induci non potuit,
quibus ius quæsitum fuerat super officio ex onerosa causa
recepto, vt responsum fuit in hac eadem causa sub die 8.
Iunij 1654. in §. omnemque prorsus eliminat, in fin. cor. R. P.
D. meo Bichio, desumi eadem obseruantia non poterit ex
17 præstito † consensu in erectione Primogenituræ requisito
pro excludendis detractionibus aliàs super officio admitten-
dis, vt aduertit Molin. *de primog. lib.2. cap.1. sub num.4. &*
10. cum seq. & num.25. 26. & cap.17. num. 2. neque ea alte-
17 ro ex impositione census scut. 50. mil. voluntariè, † & ad
maiorem dumtaxat cautelam adhibito, vt respondit Ro-
ta coram Andr. *dec.92. num.4. & 7.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Terracinen. Iurispatronatus.

Lunæ 22. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus dum prætenditur à persona potenti, in loco vbi adest beneficium, si non doceat de fundatione, & dotatione illud debet iustificari per immemorabilem, vnà cum præsentationibus effectum sortitis per 50. annos.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, quod competat alicui personæ potenti, quando non possit controuerti.*
2 *Iuspatronatus, quando petitur à persona potenti præsumitur quæsitum ex vsurpatione.*
3 *Iuspatronatus, quando prætenditur à persona potenti si illud non iustificet ex fundatione, & dotatione.*
4 *Tunc iustificandum est per immemorabilem possessionem, vnà cum præsentationibus, quæ spatio 50. annorum ante motam litem suum plenarium effectum sortita fuerit.*
5 *Iurispatronatus verus acquirendi titulus resultat ex instrumento fundationis, & dotationis.*
7 *Et hoc tam ex dispositione Iuris communis, quàm ex dispositione S. Concil. Trident.*
8 *Iurispatronatus probatio facta per præsentationes effectuatas per tempus immemorabile, quando dicatur iustificata.*
9 *Testes, quando probent immemorabile tempus, & num. 10.*
11 *Præsentationes ad Iuspatronatus, quod per tempus immemorabile habuerint suum effectum, quando probent, & num. 12. 13. & 14.*
13 *Testis deponens super re super qua, ipse est benè informatus magis probat.*
16 *Testes, quando probent negatiuam.*
17 *Notarius deponens de actis coram se gestis, probat.*
18 *Testes, vt bene probent immemorabile, debent deponere, quod ipsi nunquam viderint, aut senserint in contrarium.*
19 *Testes deponentes super immemorabile debent deponere per verbum,* Fiat, *& est.*
20 *Testes deponentes super immemorabile, an debeant asserere, quod maiores, qui ita dixerunt audiuerint ab antiquioribus.*
21 *Testes Vassalli an probent pro Domino.*
22 *Vassalli non prohibentur deponere pro eorum Domino, quamuis eorum fides aliquantulum minuatur.*
23 *Vasalli Testes tunc probant pro eorum Domino, quando agitur de rebus, quæ ab alijs sciri non possunt.*
Clerici sunt exempti à iurisdictione Principis temporalis, & num.24.
25 *Testes, vt probent immemorabile tempus debent deponere de visu per 40. annos.*
26 *Cursus continuus 40. annorum, sufficit ad firmandum immemorabilem.*
27 *Testes probant immemorabilem, licet per aliquod temporis interuallum fuerunt absentes.*

DECISIO CLXXXVII.

AD Canonicatum, & Prioratum in Ecclesijs Beatæ
MARIÆ, & Sancti Laurentij Sermonetæ de anno
1617. vacatos fuerunt ab Excellentissimo D. Duce Caeta-
no, vti illorum, & aliorum quinquaginta Beneficiorum
existentium in eiusdem Sermonetæ, & Bassiani terris Pa-
trono præsentati Octauianus, & Balurdus, cui præsenta-
tioni se opponente Promotore Fiscali Terracinen. præten-
dente Beneficia esse de libera collatione Episcopatus, nec
constare de Iurepatronatus, Episcopus renuit illos institue-
re; Vndè introducta prius in illius Curia lite, & postmo-
dum ad Rotam deuoluta, & bo. mem. Merlino commissa,
in eius locum subrogatus proposui dubium generale, An
constaret de bono iure D. Ducis etiam ad effectum manu-
tentionis. In cuius disputatione illud vnum fuit pro certo
habitum, nec inter partes controuersum, † quod nempè 1
ipse Dux ratione temporalis, & perpetuæ Iurisdictionis,
quam habet in locis, vbi sita sunt Beneficia connumeratur
inter personas, in quibus plerumque ex vsurpatione Iuspa- 2
tronatus † præsumitur quæsitum prout in specie Domino- 2
rum Castri aduertunt Paris. *in tract. de confident. quæst.28.*
num. 293. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 18. num. 63.* Mo-
dern. Pisan. *de Iurep. lib.11. cap.5. nu.90.* Rota coram Card.
Mantic. *dec. 89. num. 1. & in recen. dec. 197. num. 22. 27. &*
seq. par.5. & in Amerina beneficij S. Siluestri 17. Iunij 1641.
in principio coram Reuerendissimo D. meo Decano, & ideò
iuuata sancita per S. C. Trident. *in sess. 25. cap. 9. de reform.*
In his verò personis duriori probatione est adstrictus,
† vt debeat iustificare dictum Iuspatronatus mediante fun- 3
datione, vel dotatione, aut docere de immemorabili vnà
cum præsentationibus, quæ spatio annorum quinquaginta
antè motam † litem authenticis scripturis probentur con- 4
tinuatæ, & effectum sortitæ, vt sæpè definitum fuisse in
S. Congregatione Eminentissimorum DD. Cardinalium eius-
dem S. C. Trident. interpretum, & in hoc Sacr. Tribunali
decisum notant Paris. *loco supra citato sub nu. 141. vers. nunc*
uenio cum seq. Rota apud Mantic. *d. decis. 89. num. 2. & de-*
cis. 253. num. 1. & duobus seqq. coram Penia *dec. 333. num. 2.*
& 3. bo. me. Coccin. *decis. 25. num. 1.* penes Merlin. *dec. 45.*
num. 9. Duran. *dec. 413. num. 5. & in rec. d. dec. 197. nu. 62.*
& 88. & dec. 477. num. 2. 3. & 9. par. 5. & dec. 82. num. 18.
par. 7. & in d. Amerina beneficij S. Siluestri vers. & pro-
pterea.

Hoc posito, † quia non apparet de Instrumento funda- 5
tionis, vel dotationis respectu omnium, ex quo resultat
verus titulus acquirendi Iuspatronatus † non solum de 6
iure communi, *c. nobis 25. de iurepat. c. filijs vel nepotibus*
31. caus. 16. quæst. 7. Abb. *conf. 54. num. 1. lib. 1.* Gonzal. *d.*
gloss. 18. num. 32. Rota *dec. 152. num. 2. & 232. num. 3. par. 6.*
recent. sed etiam ex dispositione *Concilij in dicto cap. 9. post*
princip. in illis verbis, vt titulus Iurispatronatus sit ex fun-
datione vel dotatione, Rota *dec. 517. num. 2. par. 1. recentior.*
Restricta ad immemorabilem, & præsentationes illius pro-
batione † secundum alterum modum à præfato Concilio 7
præscriptum, hodiè Domini reijciendo ad alias disputatio-
nes plura, quæ insimul de præsentationibus deducebantur
de immemorabili constare responderunt.

Siquidem excussis, & consideratis dictis Testium exami-
natorum in *Sum.* datis, visum fuit benè probatum, † quod 8
per tempus, cuius non extat hominum memoria, occur-

renti-

rentibus vacationibus Beneficiorum, de quibus agitur, Du-
ces Caetani pro tempore consueuerint ad illa præsentare, &
ordinarij Præsentatos instituere. Ita primus Testis ætatis
annorum 57. exprimendo vacationes tam super interroga-
9 torijs, † quàm articulis, & præcipuè super tertio, & de-
cimo deponit à 40. & pluribus annis citrà Dominos de
Caetanis solitos fuisse, & de facto, dum casus vacationum
Beneficiorum euenit, nominasse Rectores, qui obtenta
ab Episcopis Terracinen. institutione illorum possessionem
10 acceperunt cum fructuum perceptione, † quodque hoc
ipsum audiuerat à suis maioribus, qui asserebant audiuisse
ab eorum Antenatis, & quod nihil viderint, vel audiue-
rint in contrarium.

Alter Testis annorum 77. pariter specificans præsentatio-
11 nes † concludit de visu per 60. & vltrà annos semper fuisse
factas à Ducibus prædictis, & Antistites, quorum nomi-
na recenset absque vlla contradictione illas admisisse, &
nominati captam in vim huiusmodi præsentationum, &
12 institutionum, † possessionem Beneficiorum vsque ad obi-
tum retinuerunt, & arctando negatiuam, quod numquam
aliquid viderit contrarium suo per d. tempus recordatu, &
maiorum suorum attestantium ipsos idem audiuisse ab alijs
senioribus.

Tertius sexagesimum septimum, & quartum septuage-
simum quintum annum agen. ambo de pluribus successi-
13 nis † nominationibus, & institutionibus à 40. 50. & 60.
respectiuè annis citrà testificantur. Attendentes itidem,
quod audiuerint à maioribus, qui ab alijs antiquioribus au-
14 diuisse † dicebant, nec extaret memoria in contrarium,
vt in tertio, & sexto articulo, ac iuxta 15. & 16. interro-
gatorium.

Quibus alij quatuor Testes concordant, omnesque ex-
15 cedunt sexagesimum quintum annum, & idem quod † à
primis dictum est asserunt, quorum vltimus diù etiam fuit
Notarius actuarius Curiæ Episcopalis Terracinen. & super
17. 19. & 23. Interrogatorijs attestatur de multis præsenta-
tionibus coram ipso à Dominis de Caetanis factis, distin-
guendo tempora, vacationes, & nomina Episcoporum, à
16 quibus absque vlla repugnantia admissæ fuerunt, & quidem
per remotionem actus à sensu, quod aliter fieri non potue-
rit, quin ipse sciuisset, & audiuisset, *gloss. in §. hinc nobis,*
Auth. *de hered. & falcid.* Bald. *in l. 1. sub num. 7. C. de bon.
possess. secundum tab.* Rota apud san. mem. Greg. XV. *decis.*
315. *num.* 5. *&* 510. *num.* 1. Cui Notario ita per ordinem de-
17 ponenti de † actis etiam à se gestis fides adhibetur, vt com-
muniter notant *Scribentes in c. quoniam contra* 11. & præci-
puè Felin. *num.* 35. *de probat.* Rota *in Lucana Iurispatrona-
tus 26. Iunij* 1619. §. *his positis*, coram bon. mem. Seleucien.
post Vitt. *de Iurepat. decis.* 26. *num.* 20. Addent. ad Buratt.
decis. 95. *in fin.* Quapropter cùm in his Testibus concur-
rant omnia requisita necessaria, quia singuli positi sunt su-
pra annos 54. deponant de visu per 40. annos, & vltra an-
18 te cœptam litem, † & de proprio auditu, & à maioribus,
qui ab alijs audiuerint, & quod nec ipsi, neque maiores
sui vnquam audiuerint, neque viderint contrarium, & de
19 publica voce, & fama per verbum, *Fuit*, & est, † satis
superque dicta immemorabilis probata dicitur iuxta glos.
in cap. 1. verbo memoria de præscript. in 6. quam Rota ser-
uat, & coram Cardin. Seraphin. *decis.* 1102. *&* 1450. *vbi
num.* 2. apud san. mem. Gregor. XV. *decis.* 196. *num.* 1. Bu-
ratt. *decis.* 673. *num.* 1. *&* 2. Coccin. *decis.* 466. *num.* 2. *&* 3.
Penia *decis.* 508. *num.* 1. *cum tribus seqq. & dec.* 56. *num.* 3. *&
sequent. par.* 7. licet opus non sit ad immemorabilem pro-
bandam, quod Testes aperiant, quod maiores à quibus au-
20 diuerunt † dixerint audiuisse à suis antiquioribus, vt ex
communi respondit Rota *in dicta decis.* 56. *num.* 8. 9. *&* 10.
par. 7. Adden. ad Gregor. XV. *in allegata decision.* 196.
littera A.

21 Non obstat contra Testes † opposita exceptio, quod sint
Vassalli Ducis, & per consequens ad eius fauorem non
22 probent, tum quia subditi † non prohibentur testimo-
nium ferre pro eorum Domino, quamuis aliquid de fide
minuatur, Bald. & Castr. *in l. eos* 4. *num.* 2. *Cod. de Testib.*
Afflict. *decis.* 304. *num.* 8. Farinac. *de Testibus quæstion.* 55.
num. 203. Rota coram Andrea *decis.* 45. *num.* 7. & maximè,
23 vbi, vt hic agitur de materia, quæ non ita † de facili po-
test ab exteris probari, vbi Felin. *nu.* 30. *de Testib.* & in his
terminis resoluit Rota *in decis.* 250. *par.* 4. *rec.* repetita post
Modern. Pisan. *de Iurepat. dec.* 10. *num.* 5. *&* 8. *& in Signina
Iurispatronatus* 11. *Martij* 1648. §. *immemorabilis denique
coram R. P. D. meo Peutingerio.* Tum quia † & cessat ob- 24
iectum; nam inter istos Testes examinatos adsunt sex Cle-
rici, qui tanquam exempti à Iurisdictione † Ducis idonei 25
reputantur, ad tradita per Dec. *in c. tertio loco* 5. *art.* 46. *de
probat. & in c. insuper* 6. *nu.* 20. *de Testib.* Farin. *eodem tract.
qu.* 60. *num.* 471. Seraphin. *dec.* 1044. *nu.* 1.

Minùs releuat, quod tertius Testis iuxta secundum
interrogatorium † asserat pluries absuisse ab oppido Bassia- 26
ni, quo casu non est attendendus, quasi probare nequeat
immemorabilem de visu per 40. annos. Etenim cùm de
tempore depositionis esset annorum 67. & absentia conti-
gerit prima vice de annis 1575. & 1576. causa studij, & sic
in vigesimo quinto suæ ætatis anno adhuc hisce duobus
annis demptis, remanet cursus continuus 40. annorum,
† qui sufficit ad firmandam immemorabilem, iuxta for- 27
mam quam ponit *glos. in d. cap. 1. de præscript. in 6.* Rota *de-
cis.* 432. *num.* 1. *in fine par.* 3. *rec.* & coram bo. me. Merlino
dec. 109. *num.* 7. Secunda verò, & tertia vice non absuit per
longum spatium, sed per paucos menses, quod tempus
† non est considerabile, nec præstat impedimentum, quo
minus possit de visu per annos 40. deponere, vt aduertit
Rota *in mox citata decis.* 432. *num.* 2. *&* 3. *par.* 3. *rec.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Auenionen. Legitimæ.

Veneris 3. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Remissoria, quando sumus in materia prophana, datur, quando adest aliqualis releuantia materię articulatę, etiam non concurrente veritatis fumo, & diluuntur nonnullę exceptiones super hac materia,

SVMMARIVM.

1 *Remissoria faciliter conceditur dum sumus in prophanis.*

2 *Remissoria conceditur in prophanis, data aliquali releuantia materia articulata.*

3 *Filius relinquens matri legitimam, si ea non est illi debita, an censeatur voluisse ei relinquere dictam legitimam.*

4 *Liberalitas excluditur à necessitate.*

5 *Remissoria non potest concedi dum testes tantùm de auditu valent deponere.*

6 *Testes de auditu probant dum sumus in antiquis supra 80. annos.*

7 *ad Testatoris voluntatem probandam non solùm admittuntur testes, & aliæ leuiores probationes, sed etiam indicia.*

ad Voluntatem testatoris probandam admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturæ, num. 7.

8 *Remissoria videtur calumniosè petita, ex quo articuli videatur imaginarij ad euertenda fundamenta decisionum.*

9 *Veritatis fumus materia articulata quando datur, remissoria conceditur.*

10 *Falsitatis præsumptio, ex quo dicatur cessare in petitione remissoriæ.*

11 *Remissoria videtur deneganda dum probationes potuerint fieri in partibus, & id fuit spretum: declara, vt num. 12. & 13.*

14 *Remissoria, vt concedatur sufficit vnius articuli releuantia.*

15 *Remissoriam Rota aliquando concedit, reseruata facultate prosequendi interea, vel non retardata exequutione.*

DECISIO CLXXXVIII.

POst decretam in hac causa * immissionem Annæ de Beau, & Francisco Mariæ Fresquier pro legato legitimæ per Franciscum de Auriettis Magdalenæ eius matri relicto Ludouicus de Bersion Dominus de Griglion Possessor bonorum Testatoris petijt remissoriam super articulis ab eo nuper exhibitis, quam Domini proposito particulari dubio dandam esse censuerunt.

Quia

1 Quia causa est prophana, † in qua data aliquali releuan-
tia materiæ articulatæ Remissoria negari † non potest
etiam non concurrente veritatis fumo, vt sæpius dixit Ro-
ta coram Puteo *dec. 212. num. 3. lib. 1. in correct.* sanct. me.
Greg. XV. *decis. 124. num. 1.* Buratt. *dec. 650. pariter num. 1.
& in Auenionen. pecuniaria 25. Iunij 1649. coram Reueren-
dissimo Tarracanen. ac sæpè in alijs.*
Releuantia visa fuit patens, quia articuli præcipuè con-
3 tinent, † quod Franciscus Testator reliquit matri legiti-
mam vti debitam, quatenus scilicet putauit teneri illam re-
linquere etsi potuisset non reliquisset hoc enim probato ex-
4 cluditur † præsumpta liberalitas, quam in dubio censetur
Testatorem exercere voluisse præsertim erga matrem, per
tex. expressum *in l. cum tale, §. causam ibi si probetur alias
legatum non fuisse, ff. de condit. & demonstr.* Bart. *in l. de-
monstratio, §. quod autem sub num. 13. vers. nisi alter, ff. eo-
dem, & in l. fin. num. 2. ff. de heredib. instit.* Gabr. *cons. 132.
qu. 2. num. 15. & sub nu. 17. vers. nimirum lib. 1.* Modern. Eu-
gubin. *controu. foren. par. 3. controu. 218. & admittitur in
omnibus huius causæ decisionibus coram R. P. D. meo Peutin-
gero, & coram me adsiis.*
5 Non obstat, quod Testes † non possunt deponere nisi
de auditu.
Quia cùm agatur de re valdè antiqua vltra annos 80.
6 probatio quamuis † de auditu rectè suffragatur ad tex. *in
l. si arbiter, ff. de prob. l. in summa,* vbi gloss. *verb. audiue-
rint, ff. de acq. pluu. arcen.* Ostien. *in cap. licet ex quadam
sub nu. 2. versic. Et idem videtur in antiq.* ibique Ioan. Andr.
num. 3. Ancharan. *num. 1. de test.* Pacian. *de probat. lib. 1.
cap. 9. num. 45.* Farinac. *de testib. qu. 69. num. 125.* Rota penes
Cardinalem Seraph. *dec. 799. num. 2.* & post Moder. Perus.
de manus. dec. 93. nu. 1. & seq.
Eòque magis, quia ad declarandam Testatoris volunta-
7 tem non solum admittuntur probationes † per testes, sed
aliæ leuiores, quinimò præsumptiones, & coniecturæ, vt
fuit dictum *in Cathacen. heredit. 28. May, & 24. Nouemb.
1649. coram R. P. D. Cerro.*
Nec subsistit obiecta suspicio calumniæ ex quo articuli
8 videantur imaginatij, & compositi † ad euertenda fun-
damenta decisionum.
Quia contrarium conuincitur ex quodam consilio Præsi-
dis Aqueñ. illius temporis, qui ex depositionibus Testium
9 nunc examinatorum (quæ articulariter deperditæ) † legiti-
mam non deberi pro veritate respondit. Vndè resultat fu-
10 mus materiæ articulatæ, qui iunctus cum † releuantia
suspicionem excludit, Cassador. *decis. 3. numer. 2. de dilat.*
Verall. *decis. 56. num. 3. in recen. dec. 593. sub num. 5. vers. &
litera par. 3. ac dec. 41. num. 40. par. 7. & in Auenionen. dila-
pidationis bonorum 7. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro,
§. Præterquod.*
Minus releuat, quod Ludouicus huiusmodi probationes
11 facere potuerit tempore, quo lis † diu in partibus, & in
Curia agitata fuit.
Quia placuit responsio, quod illas in partibus omiserit,
12 ex quo † sententiam fauorabilem ex nunc deductis ibi re-
portauit, ac proinde non egebat alia probatione in Curia
Auenioneñ. &c. semper impugnauit legitimam deberi cre-
13 dens hic quoque obtinere potuisse ex rationibus † hacte-
nus adductis, vt ponderauit Rota coram san. mem. Gre-
gor. XV. *dec. 174 num. 5. & sequenti, ac decis. 276. sub nu. 3.
vers. quia cum obtinuerit,* Add. ad Buratt. *dec. 33. sub litt. B.*
Neque momenti est prætensa irreleuantia videlicet arti-
culi continentis melioramenta facta in prædio super quo
immissio concessa fuit.
Quia (quidquid sit de hoc) in causis prophanis sufficit
14 releuantia † vnius tantum articuli, vt super omnibus re-
missoria concedatur, Rot. *dec. 177. num. 1. & dec. 315. nu. 1.
par. 6. rec.* Buratt. *dec. 392. nu. 5. & 656. nu. 4. ac sæpè in alijs.*
Cæterùm ne diutiùs, quam par sit probationes differan-
15 tur reseruarunt DD. eorum arbitrio facultatem † prose-
quendi interea, vel retardandi processum ad vlteriora, vt
seruatum fuit coram Buratt. *d. dec. 392. in fin. vers. verum,
quia in Theanen. seu nullius Abbatiæ 5. Martij 1641. coram
R. P. D. Bichio, ac in alijs.*
Atque ita conclusum fuit remissoriam esse concedendam
cum retardatione, vel sine arbitrio, &c.
Vtraque parte informante &c.

☞ *Idest sub die 30. Aprilis 1655. coram R. P. D. Priolo est
supra dec. 4. in hac eadem par. 12. recent.*

R. P. D. ALBERGATO,

Romana Census, seu Depositi.

Veneris 2. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Causa commissa etiam ex rescripto Signaturæ vtraque parte informante, in qua infra biennium nihil fuit actum licet deserta dicatur; tamen hoc procedit, vbi constat de iustitia sententię, alias est locus restitutioni in integrum, vt in casu decisionis.

SVMMARIVM.

1 *Causa commissa etiam per Signaturam vtraque parte informante si infra biennium non committatur dicitur deserta.*
2 *Decretum iniustum non transit in iudicatum.*
3 *Restitutioni in integrum est locus, quando res iudicata est iniusta.*
4 *Voluntas in praiudicium iuris tertio quæsiti est immutabilis.*
5 *Voluntas vltima derogat priori, & nu. 6.*
7 *in Alternatiuis electio est debitoris.*
8 *Dispositio secunda etiam dubia derogat primæ.*
9 *Voluntas est immutabilis in praiudicium iuris quæsiti etiam ex clausula, quorum interest obligationi Cameralis adiecta.*
10 *Clausula,* quorum interest, *in obligatione Camerali posita comprehendit solum interesse primarium non autem extrinsecum, seu secundarium.*
11 *Fideiussor, quando dicatur habere interesse principale, & quando secundarium.*
12 *de Iure tertij dari non potest.*
13 *Maximè, quando tertius est in causa, & reiecit oppositiones sibi competentes.*
14 *Cessio iurium translatiuè intelligitur facta ad effectum hypothecæ anterioris, non autem ad effectum exigendi fructus census extincti, & nu. 15.*
16 *Reseruatio personalissima extinguitur cum persona.*
17 *Verba à dispositione relata ad extinctionem important nudam administrationem.*
18 *Census lite pendente extingui potest vbi adest pactum.*
19 *Lis calumniosa habenda est, ac si mota non fuisset.*

DECISIO CLXXXIX.

POst directam Reuerendissimo Terracineñ. vsque de
anno 1646. à plena Signatura commissionem causæ
appellationis interpositę per Baccellos à decreto Rotali præ-
uijs duabus decisionibus impressis per Modern. *de oblig. Ca-
mer. dec. 191. & 267.* & post Modern. Foroliuien. *de pignor.
dec. 102. & 109.* Declarante mandatum à R. P. D. Farne-
sio contra eosdem Baccellos relaxatum pro transportatione
depositi scutor. 6000. ad sacrum Montem Pietatis esse exe-
queñ. quia ab inde citra nihil actum fuit in causa, dubitaui,
an constaret de re iudicata, seu potius de causis restitutio-
nis in integrum, & post tertium causæ propositionem par-
tibus acerrimè informantibus negatiuè, quoad primam af-
firmatiuè, quoad secundam dubij partem respondendum
Domini censuerunt. Nam lapso biennio à die appellationis
interpositæ, licet verum sit non prorogatis fatalibus sen-
tentiam, vel decretum in rem iudicatam † transire etiam- 1
si vtraque parte informante, vt in præsenti, à Signatura
fuisset admissa appellatione, dummodo tempore debito
commutatio producta non fuit, & præuia citatione ad di-
ceñ. contra communis effecta, vt fuit responsum *in Aqui-
lana iurispatronatus 4. Iunij 1646. §. Quia cum ab eo tempo-
re citra coram Eminentissimo Cerrado, & plenè in Romana
locorum Montium 3. Iunij 1650. in princ. vers. tamen quia
communiæ coram R. P. D. meo Melzio.* Nihilominus, † quia 2
prædictum decretum hodie Domini iniustum existimarunt
nullo modo potuit in iudicatum transire, Surd. *cons. 61.
num. 50. vers. Et quod salis sententia,* Rota *in Anconitana
dotis 25. Nouembris 1647. in princ. coram bo. me. Arguelles,
in Rom. fideicommissi de Marianis prima Martij 1649.*
coram

coram Reuerendiss. Tarraconen. §. *Vltra quod &c. & in Romana hæreditatis* 10. *Decembris* 1655. §. *fin. coram mem.*
3 Sed † factus est locus restitutioni in integrum ob læsionem ex illius iniustitia resultantem, Rota *decis.*50. *nu.*1. *&*
2. *par.*7. *rec. & in Beneuentana Saluiani* 24. *May in princ.*
coram R. P. D. Priolo.

4 Iniustitia decreti visa est in eo † consistere, quod Nappij non mutarunt voluntatem, & quamuis voluissent, non tamen potuissent in præiudicium iuris Baccellis acquisiti; Nam quoad primum non subsistit in facto Nappios vtriusque census impositores, qui ad effectum extinguendi primum cum Roberto dicta scuta 6000. in banco illorum de Baccellis deposuerunt, mutasse postmodum simul cum Apruch emptore voluntatem, & à d. pacto recessisse, quia ijdem Nappij vsque de anno 1631. sub die 5. Aprilis citarunt Baccellos ad deponeñ. in Monte Pietatis scuta 6000. ex secundo censu retracta, & penes ipsos depositata cum omnibus, & singulis conditionibus contentis, vt in Summario illorum de Baccellis *nu.* 3. *litt. A.* & ideò si voluerunt pecuniam in Monte Pietatis deponi cum ijsdem conditionibus, quibus apud Baccellos repetiebatur, vtique voluerunt pecuniam deponi cum onere primum censum extinguendi cum qua conditione apud Baccellos factum fuerat depositum, & sic quæcumque fuerit eorum immediatè antece-
5 dens voluntas † hæc tanquam vltima, per quam ab antecedenti instantia recessisse dicuntur, ad tradita per Rot. coram Put. *dec.* 213. *in correct. lib.* 2. & apud Modern. Perus.
6 *de manut. dec.* 531. *num.* 2. † Et cum priori incompatibilis venit attendenda, Menoch. *præsumpt.* 134. *num.* 39. *& seq. lib.* 3. Rota coram Duran. *dec.* 302. *nu.* 5. *& dec.*103. *par.*5. *recentior.*

Non obstat, quod paucos post dies subsecuta fuerit intimatio ijsdem Baccellis facta, in qua illis notificatum fuit, Apruch esse paratum nulla etiam præcedente disdicta secundum censum retrouendere; quia animaduersum fuit, quod nouissimus hic actus alternatiuè conceptus erat, quod Baccelli nempè, vel scuta 6000. in eorum banco deposita eidem Apruch soluerent, vel in Monte Pietatis deponerent cum ijsdem conditionibus in secundo instrumento census appositis, vt in Summario pro Baccellis præteritæ positionis, *num.*3. *litt. B.* ibi, seù deponeñ. dictam summam scu-
7 tor. 6000. in sacro Monte Pietatis &c. † ea huiusmodi autem alternatiua optio Baccellis debitoribus fuit attributa, vel soluendi dictam summam Apruch secundi census creditori, vel primum censum extinguendi electio sit debitoris, Surd. *cons.*225. *num.*6. *& decis.*318. *num.*3. Gratian. *discept.* 239. *num.*1. Rota *dec.*207. *num.*5. *par.*5. *recentior. & in Spoletana manutentionis* 12. *May* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio* §. . . . . . cum alijs per Modern. Luceñ. *cons.* 62. *numer.* 17. *lib.*1.

Hæcque opinio tantò magis Rotæ placuit concurrente decreto eiusdem R. P. D. Faroesij, quod summa prædicta pecuniarum in Monte Pietatis cum ijsdem conditionibus transportaretur, quod tanquam instantiæ præcedenti conforme non potest dici prouisionale, & magis demonstrat voluntatem instantium non fuisse mutatam, neque ipsos à pacto extinguendi primum censum voluisse recedere, cùm
8 etiam † sufficeret dubiam fuisse illorum intentionem, vt à priori voluntate recessisse non diceretur, ad text. *in l. non ad ea* 88. *ff. de cond. & demonstr.* Menoch. *cons.* 422. *nu.* 76. *lib.*5. Gratian. *discept.*221. *num.* 22. Bart. & Peregr. in locis citatis per Rot. coram Buratt. *dec.* 272. *num.*9.

Non mutata itaque illorum de Nappis voluntate potuerunt Baccelli primum censum extinguere iuxta conuentionem in secundo initam, & validè extinxerunt cum Airolis, & Brignolis, qui vti creditores Roberti primi per decretum D. Thesaurarij prioris huiusmodi census adiudicationem reportarunt.

Quinimò etiamsi Nappij, & Apruch mutassent voluntatem, adhuc potuissent Baccelli primum censuum extin-
9 guere, quia in præiudicium iuris ex stipulatione Notarij pro omnibus interesse habentibus in obligatione Camerali comprehensa illis quæsiti, mutatio voluntatis admitti non poterat ex traditis per Castr. *cons.* 433. *num.* 2. *ver. sed respondeo lib.* 1. in terminis fideicommissi Rota coram san. me. Greg. XV. *decis.*362. *num.*8. cum alijs relatis in prima huius causæ decisione ad fauorem illorum de Baccellis emanata sub die 13. Martij 1643. §. *quia cum coram R. P. D. meo Meltio, & in Sipontina pensionis* 8. *Iunij* 1648. §. *Tum quia, vers. quo casu depositum coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Nec releuat, quod Baccelli nullum ius haberent, ex quo contractus fuit inter tertios, Apruch nempè, & Nappios celebratus, & stipulatio contenta in obligatione Camerali,
pro † omnibus quorum interest intelligitur de habentibus 10
interesse primarium, & principale, non autem de interesse extrinseco, vt in fideiussore in specie fuit responsum per Rotam coram Duran. *dec.* 27. *nu.*12. *& seq.*

Quia cùm immediatè post † creationem census inter 11
Nappios, & Apruch celebratam coram ijsdem Notario, & testibus fideiusserint, atque etiam in alio anteriori censu cum Roberto longè ante fideiusserint, non dicuntur habere interesse secundarium, sed principale, præcipuè quia in primo censu fructus erant duriores, nec Baccelli in eo habebant releuatores, quos in secundo reportarunt, atque ita stipulatio prædicta pro omnibus quorum interest illis suffragari debet tanquam de tempore stipulationis interesse habentibus, quicquid sit si in interuallo accessissent, quo casu tanquam sine interesse sub dicta clausula non comprehenderentur, in quibus terminis loquitur *decisio* Duran. *vt eam declarando distinguit* Rota *in Romana fructuum census* 11. *Decembris* 1645. §. *Et hinc non applicatur coram R. P. D. meo Cerro impress. post Modern. Foroliuien. de pignor. dec.* 111. *num.* 8. *& in Ciuitatis Plebis Saluiani* 1. *Iulij* 1647. §. *Prout dubitan. vers. quod tamen coram R. P. D. meo Bichio*, vbi in specie fuit dictum, decisiones in hac causa Romana census, seu depositi contra Baccellos emanatas ita esse intelligendas.

Neque refragatur, quod in extinctione census Roberti primi non seruauerint Baccelli formam, & conditiones in decreto D. Thesaurarij præscriptas; quia cùm onera in decreto contenta respicerent fauorem creditorum eiusdem Roberti pro quorum securitate pecuniæ erant in tot locis
Montium reinuestiendæ, illis tacentibus, † non possunt 12
Nappij hanc exceptionem, tanquam in iure tertij consistentem opponere, Bart. *in l.* 2. *nu.* 1. *ff. de except. rei iud.* Surd. *cons.*359. *num.*13. Rot. *in Rom. Saluiani* 4. *Martij* 1644. §. *Etenim cum in instrumento coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana dotis* 31. *Ianuarij* 1652. §. *non obstat, quod Gaspar coram R. P. D. meo Bichio.* Inter creditores autem eiusdem Roberti adscribi non possunt, Surd. *cons.* 136. *num.* 29. *lib.*1. Ruin. *cons.*56. *numer.* 8. *lib.* 5. Rot. coram Merlin. *dec.*741. *nu.*9. *& dec.*623. *nu.*7. *par.*4. *rec. tom.* 3.

Rursus non obstat, quod Baccelli tenerentur in extinctione census reportare cessionem iurium translatiuè ad fa-
uorem Apruch; quia vltra, † quod hæc est exceptio de 13
iure tertij, quam Patres Præmonstratenses eiusdem Apruch donatarij in causa existentes non opponunt: imò expressè illam approbarunt, & ideò à Nappis allegari non potest ex supradictis, cùm præcedenti pacto conuentum fuisset de extinguendo primum censum pro rata scut. 6000. cessio deinde reportanda, ne manifestam contrarietatem conti-
neat, intelligenda necessariò † est de cessione translatiua 14
iurium quoad hypothecam anteriorem pro sorte, quam re-
portarunt Baccelli, non autem pro sorte, & fructibus, † qui 15
censu extincto exigi non poterant, Ant. de Amat. *resol.* 7. *num.*32. *post med.* Rot. *in Macerat. Saluiani* 26. *Iunij* 1648. §. *nec facit coram R. P. D. meo Peutingero, & in Romana fideicommissi, seu Saluiani* 26. *Nouembris* 1620. *sub* §. *nec minus vers. Quamobrem vt euitetur coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Minùs denique vrget, quod pecuniæ depositatæ starent *à dispositione di Monsignor Francesco Nappi*, sine cuius propterea consensu extinctio census fieri non poterat, quia
omisso, quod cùm huiusmodi reseruatio † disponendi tan- 16
quam personalissima per mortem eiusdem R. P. D. Francisci ante motam litem super transportatione depositi fuisset extincta, illius hæredes ea iuuari non possunt, dum non constat, ipsum tali facultate vsum fuisse, vt pluribus probat Fusar. *de substit. qu.*500. *nu.*5. cum alijs per Rot. *in Rom. fideicommissi de Incoronatis* 29. *May* 1641. §. *altera detractio coram* Reuerendiss. *Terracinen.* responsum fuit, quod non erat necessarius consensus R. P. D. de Nappis, cùm
verba † illa, *à dispositione di Monsignor Francesco Nappi*, 17
tanquam ab immediatè sequentibus restricta ad effectum extinguendi censum Roberti primi non important dominium, sed nudam administrationem ad effectum faciendæ extinctionis, vt respondit Rot. coram Cocc. *dec.*481. *nu.*2. *vers. neque releuat*, & coram Duran. *dec.* 245. *num.* 2. *vbi concordantes allegantur.*

Quod autem lite pendente non possent Baccelli censum extin-

18 extinguere † non procedit hoc casu, in quo pactum cla-
rissimum faciendi extinctionem præcesserat, ex quo con-
stabat, litem superinde motam fuisse calumniosam, quæ
19 proinde † habenda erat, ac si mora non fuisset, Rota co-
ram Reuerendiss. Vrgellen. *decis. 377. num. 3. & in Romana
fideicommissi de Marianis 10. Decembris 1646. vers. nam
fuit coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Luneñ. Sàrzaneñ. Beneficiorum.

Veneris 9. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus institutum fauore masculorum etiam adoptandorum excludit fœminas natas, & nascituras transitque in fideicommissarium de voluntate Testatoris, & succedendo in alijs bonis videtur agnitus irreuocabiliter in com. patronum.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus concurrente testatoris voluntate transit etiam in fideicommissarium.*

2 *Hæredem esse, & in hæreditate succedere paria sunt.*

3 *Adoptiuus excludens fœminas à iure patronatus intelligitur excludere siue sint natæ, siue non, num. 4.*

5 *Nominandi facultas, non expirat in primo actu, sed ad alios transmittitur.*

6 *Ordinarij consensus in fundatione iurispatronatus præsumitur ex lapsu triginta annorum cum obseruantia.*

7 *Actum approbans videtur approbare omnia illi annexa.*

8 *Iuspatronatus continetur inter iura hæreditaria.*

9 *Vocatio pro hæredibus, & successoribus quibuscunque non comprehendit extraneos vbi dispositio ad agnatos refertur.*

10 *ad Iuspatronatus admissio resultat ex admissione ad bona.*

11 *Agnitio semel facta controuerti amplius non potest.*

DECISIO CXC.

Restricta difficultate ad qualitatem præsentationis obtentę ab vtroque collitigante sub die 3. Decemb. 1655. decisum fuit esse iustificatas, & exequendas litteras Io: Promontorij, continentes narratiuam, quod præsentatus esset à maiori parte; non autem alias Ioannis Antonij Contardi impetratas sub narratiua pręsentationis medietatis patronorum, quam decisionem hodie Domini confirmarunt, quia cùm ex quinque vocibus filiorum Augustini Griffi, à quo prouenit iuspatronatus controuersum, nempè Nicolai, Ioannis Antonij, Barnabæ, Hieronymi, & Fedriani vnor Nicolai deuenerit in Franciscum filium adoptiuum, seu nominatum à Catherina filia Fedriani, voces Ioannis Antonij, Barnabæ, & Hieronymi, ex donatione ab eis facta peruenerunt ad Mariam aliam filiam eiusdem Fedriani, & subindè ad Claram, & Annam eius filias, & vxor Fedriani deuenerit in ipsius quatuor filias, nempè in dictas Catherinam, & Mariam, atque Vrachinam, quæ renunciauit suis Patruis, & Felicitam, quæ renunciauit eius sororibus, vtique dum Promontorius præsentatus fuit, tam à dicto Francisco filio adoptiuo, quàm à dicta Anna, Contardus verò à sola Clara, de consequenti sequitur iustificari Promontorium esse præsentatum à maiori parte, Contardum verò non habere præsentationem medietatis Patronorum, vt Papæ narrauit.

Non obstat, quod dictus Franciscus adoptiuus non potuisset succedere Nicolao, nisi per fideicommissum.

1 Quia vt respondetur in Decisione † Iuspatronatus transit etiam ad fideicommissarium, concurrente Testatoris voluntate, & non repugnante (prout hic) forma primæuæ acquisitionis ex authoritatibus allegatis *in Bononien. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1640. §. Præterea, & in Maioricen. Beneficij 29. Iunij 1648. §. fine ipsius coram R. P. D. meo Bichio.* Voluntas enim Testatoris in casu nostro clarissima est, quia Nicolaus, casu quo haberet filias fœminas declarauit nolle ipsas succedere in Iurepatronatus, sed quod illud vadat ad hæredem masculum, quem fratres constituissent, ibi, *E voglio, che detto Iuspatronato vadi all'herede Maschio, che constitueranno detti miei fratelli*, quæ quidem verba non possunt referri, nisi ad adoptatum, quem superiùs Testator hæredem faciendi potestatem suis fratribus concesserat, quatenus proprios filios saltem naturales non haberent, ibi, *Et in tal caso loro potranno farsi vn figliuolo maschio adottiuo, che succeda in detta heredità.* Dum enim voluit, quod adoptandus à fratribus succederet in sua hæreditate vtique subsequentia verba vocatiua ad Iuspatronatus hæredis Masculi constituendi ab eisdem fratribus de alio hærede, quam de adoptando intelligi non possunt, de
quo dumtaxat superiùs mentio facta fuit, † cùm paria 3
sint succedere in hæreditate, & esse hæredem, quia hæres dicitur, qui in vniuersa hæreditate succedit, *l. nil aliud, ff. de verb. signif. l. si hæreditas, ff. de reg. Iur.* Fusar. *de substit. qu. 341. sub nu. 22. vers. verbum enim.* Nil releuante, quod hæreditas præfata ex lectura eiusdem Testamenti deuenire non poterat ad adoptandum existentibus filiabus fœminis ipsius Testatoris, quæ vocatæ leguntur nullo eis dato substituto, quia vocantur quidem ad vniuersam hæreditatem, sed excluduntur à Iurepatronatus, ibi, *Item caso, che io non hauessi se non femine, voglio che siano heredi vniuersali delli miei beni, mà però le priuo in perpetuo del Iuspatronato delle mie Capelle &c. E voglio, che detto Iuspatronato vadi all'herede maschio, che constitueranno li miei fratelli &c.*
† Vndè sicut adoptiuus successisset in hæreditate si Testator 3
filias non procreasset, nec reliquisset, ita in contrario succedere debeat in Iurepatronatus stante enim supradicta illarum exclusione ab ipso Iurepatronatus cum institutione
adoptiui illarum † vocatio in hac parte perindè habet, ac si 4
facta non fuisset, *ad text. in l. pecuniam, ff. si cert. pet.* Rota *decis. 314. num. 3 par. 6. recent.*

Non obstat, quod Catherina, cui fa. me. Iulius V. præuia commutatione d. voluntatis facultatem concessit, vt loco d. adoptionis in d. hæreditate succederet, cum facultate nominandi vnum masculum pro futuro successore, alium priùs nominasset, nempè Paulum Æmilium; Quia cùm iste ipsæ Catherinæ prædecessisset, ideoque sequi non potuerit effectus conseruationis Iurispatronatus in familia à Testatore
enixè contemplatus, † facultas nominandi consumpta non 5
fuit in primo actu, sed potuit à Catharina fieri alia nominatio, *cap. si electio de elect. in 6.* Ruin. *cons. 24. nu. 2. vers. & alia ratione potuit lib. 2.* Surd. *cons. 264. nu. 24.* Tiraquell. *in l. Boues, §. hoc sermone limit. 1. num. 4. de verb. significat.* Grat. *discept. 58. num. 5. cum seqq.* Card. Seraph. *decis. 589. num. 8. 9. & 10.*

Nec subsistit, quod deficiat consensus Ordinarij, † quia 6
præsumitur ex lapsu 30. annorum cum obseruantia, vt præter authoritates allegatas *in dicta Decisione sub §. non obstat, quod Franciscus,* respondit Rot. *dec. 707. nu. 5. par. 1. recent.* Adden. fa. me. Greg. *decis. 420. num. 7. vers. verum iste,* quæ benè resultat, ex quo adoptiuus fuit admissus ad hæreditatem Nicolai, vt patet ex sententia Vicarij Sarzanæ, relata in hodierno Summ. Promontorij num. 1. quæ licet non faciat
expressam mentionem Iurispatronatus, † quia tamen in 7
necessarium antecedens includit adoptionis, seù nominationis approbationem videtur pariter includere approbationem translationis Iurispatronatus ex eodem titulo eiusdem Testamenti præcedentis per ea, quæ dixit Rota coram Card. Caualer. *decis. 408. nu. 6.* & alijs relatis *in Barchinonen. Iurisdictionis 4. Iulij 1646. §. si quidem in fine, & 8. Aprilis 1647. §. nec refert pariter in fine coram R. P. D. meo*
Bichio. † Maximè cùm non detur actus contrarius, quoad 8
Iuspatronatus illudque inter Iura hæreditaria regulariter contineatur, *cap. cum seculum de Iurepatronatus,* Modern. Pisan. *eod. tract. lib. 4. cap. 4. nu. 35.*

Demum, quoad voces Ioannis Antonij, Barnabæ, & Hieronymi contentas in donatione per eos facta ad fauorem Mariæ nullius est releuantiæ, quod ista excluserit Annam, instituta sola Clara in omnibus bonis, quia vt respondet decisio sub §. *Nec obstat,* Anna dictam donationem capit ex propria persona, cùm nominatim facta fuerit non ad solum fauorem Mariæ, sed specialiter etiam ad fauorem eius filiorum Masculorum, & in istorum defectu
fauore fœminarum; Nihil refragante, quod † stipulatio 9

concepra fuerit pro hæredibus, & successoribus quibuscumque cum non inducat liberam porestatem disponendi in quoscumque hæredes, nisi deficientibus agnatis expressè vocatis in quibus qualitas hæreditaria, vel non requiritur, vel satis est, quod per eos non steterit, quin fuerint hæredes ex Iuribus, & authoritatibus, ibi allegatis.

Quæ eo certiùs hodie visa fuerunt admittenda, tùm qoia ea lectura donationis apparet donantes dedisse facultatem Mariæ Donatariæ nominandi hæredem in bonis, & Iurepatronatus in casu dumtaxar, quo non haberet filios masculos, nec fœminas, ibi. *Item vogliamo, che non hauendo detta Maria nostra Nipote figli Moschio femine, che in tal caso possa nominare vn herede à suo beneplacito di tutta l'heredita nostra, tanto nè beni patrimoniali, quanto nel Iuspatronato, &c.* Vndè benè infertur, quod stantibos filijs masculis, seù fœminis, ad eos bona, & Iuspatronatus ea pro-
10 pria persona spectare debeant. † Tum etiam quia eademmet Clara Annam admisit ad medietatem bonorum prouenień. ea dd. donationibus, vt patet ex Instrumento diuisionis in dicto Summ. Promontorij num. 2. Et ideò ipsa agnouit, & fassa fuit ad eam pariter pertinere medietatem vocom ad illos spectaotes, & in eadem donatione compre-
11 hensorum qualis † agnitio, & confessio à Contardo per dictam Claram præsentato controuerti non potest *DD. in l. in Contractibus, C. de non numer. pecun.* Mohed. *decis.* 2. *num.* 3. *de confess.* bo. me. Coccio. *dec.* 152. *num.* 1.

Et ita vtraque &c.

Decisio hæc emanata sub die 3. Decembris 1655. in hac eadem causa est decisio 100. supra in hac par. 12. recentior.

R. P. D. VEROSPIO,

Romana Pecuniaria.

Veneris 9. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis probata per testes plenè probat contra confitentem præsertim quando facta est parte præsente, & dicta Testium pluribus roborantur adminiculis in Decisione enumeratis. Et ex quibus Testium singularitas tollitur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis plenè probat de Iure Canonico.*
2 *Maximè, quando est facta præsente parte.*
3 *Testes in substantia concludentes dicuntur contestes.*
4 *Testium depositiones coadiuuantur coniecturis.*
5 *Scriptura dicitur approbata per productionem.*
6 *Debitum probatur per illius oblationem creditori factam etiam in minori summa.*
7 *Scriptura contra scribentem probat.*
8 *Epistola missiua plenè probant contra scribentem.*
9 *Singularitas Testium tollitur adminiculis super substantia depositionis.*
10 *Creditor ex eadem causa mutui potest esse Testis, quando iam fuerat satisfactus.*
11 *Testis examinatus, & reproductus plenè probat contra inducentem.*
12 *Crediti liquidatio constito de illius substantia fit leuioribus probationibus.*

DECISIO CXCI.

PRolata fuetat ab A. C. Angelini fauore sententia super mutuo in scutis 2245. à Ioanne Luca contracto, pro cuius proinde credito, bis per me proposito dobio, in affirmatiuam hodie Domini sententiam inclinarunt. Illud quippè concluditur ex ipsiusmet extraiudiciali Debitoris
1 confessione duplici contestium depositione fulcita, † quæ Canonici iuris æquitate perspecta, plenè concludit *iuxt. text. in cap. si Cautio de fid. Instrum. vbi inter cæteros*, Felin. *nu.* 49. Rot. *dec.* 4. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers.* coram Greg. *decis.* 408. *nu.* 2. *& dec.* 87. *nu.* 2. *par.* 6. *rec.* & alijs relatis *iuribus in Lauretana Pradij* 22. *Aprilis* 1641. *in §. simulatio vero coram clar. mem. Bichio*, † Cùm ea maximè confessio præ- 2
sente, & acceprante Angelino Creditore prodijsse comprobetur, vt notat Felin. *in cap. olim nu.* 3. *cum seqq. de rescript.* Dec. *cons.* 146. *num.* 3. Rota coram Seraph. *dec.* 1488. *nu.* 3. & coram Vrgellen. *dec.* 188. *num.* 2.

Quæ sanè Testium depositio perperam exceptione singularitatis refellitur, licet enim alter ex ijs, nempè Tassus confessionem Ioannis Lucæ sub expresso eorum verborum contextu non referat, quo eam Cincius alter contestis enunciat, neque de Interrogatione Angelini scuta 2600. à Ioanne Luca repetentis concludat, non tamen censentur es-
se singulares † dum in substantia de Confessione Debito- 3
ris, ea ipsiusmet verbis elicita conueniunt *iuxt. text. in cap. nihil obstat de verb. signif.* Alexand. *cons.* 47. *num.* 5. *lib.* 2. Surd. *cons.* 12. *num.* 43. *&* 45. Gabr. *cons.* 42. *num.* 4. *lib.* 1. Rot. *dec.* 396. *nu.* 2. *ad med. par.* 4. *diuers.* & coram bo. me. Merlino *dec.* 340. *num.* 7. *& in Lauretana Pradij* 22. *Aprilis* 1641. *coram bo. me. Bichio, & in Anconitana Bonorum* 13. *Ianuarij* 1645. *in §. quod scuta in fin. coram R. P. D. meo Meltio*, & notat Add. ad Buratt. *dec.* 458. *num.* 80. *vers. item sufficit*. Cùm eadem maximè corroboretur, tùm ex
neglecto, † ac spreto per Doriam matrem examine, ne 4
propterea ipsius depositio Ioanni Lucę filio præiudicium aliquod posset inferre, prout id ea Puteobonelli expressa attestatione conuincitor deponentis, præterea debitum scutor. 400. à Ioanne Luca cum Angelino ex Tornel causa contractum, tùm ex notula eiusdemmet Angelini Creditoris de-
bitum præseferente in summa scutor. 1415. quæ † ex Ioan- 5
nis Lucæ productione approbata censetur, *cap. cum Venerabilis*, vbi Dec. *cons.* 201. *num.* 5. Rot. *dec.* 444. *num.* 1. *p.* 4. *diuers.* Tum denique ex depositione Castagnini mediatoris
attestantis nimirum summam † scut. 1630. licet à Ioanne 6
Luca io tot debitorum nominibus oblatam insolutum ab Angelino suisse neglectam, quod creditũ proprium in quantitate valdè maiori consistens haud æquaret. Hinc enim plosquam semiplena crediti probatio desumitur, vt aduertit Aym. *cons.* 178. *num.* 7. Rota coram Cæsare de Grassis *dec.* 2. *in fin. de empt. & vend.* coram Mant. *decis.* 6. *num.* 10. coram bo. mem. Coccino *dec.* 415. *num.* 1. Greg. *decis.* 521. *nu.* 3. *& in dec.* 113. *nu.* 1. *par.* 5. *rec.*

Plura præterea Chirographa concurrunt charactere Ioannis Lucæ conscripta, & ad Angelinum successiuè trans-
missa, † quæ cùm mutuum præseferant à scribente peti- 7
tum, contra ipsum debent proindè scribentem vrgere, *iuxt. text. in l. publ.* 26. *§. fin. ff. depos. l. si aliquid is, C. de donat.* Postquam ea maximè pecuniarum traditio ex subsequuta Francisci Blanci attestatione comprobatur, quæ præterea posset, siue ea petita pluries moratione præsumi siue ea amicitiæ vinculo inter Ioannem Lucam cum Angelino ante contracto, huius potissimè perspecta consuetudine tradendi pecuniam mutuo, etiam nulla præcedente Scriptura,
quarum proindè Epistolarum conscriptio, † cùm de Ioan- 8
nis Lucæ manu ea arata probetur debent contra ipsum plenè concludere, vt ootat Couar. *pract. quæst. cap.* 22. *num.* 7. Rota coram Seraph. *dec.* 996. *nu.* 1. coram Buratt. *dec.* 266. *num.* 4. *& decis.* 154. *num.* 1. *par.* 7. *recentior. & in Romona Affictus seu frumenti* 17. *April.* 1654. *§. Primo coram bo. me. Peutingerio.*

Hine depositio † Testium edita super confessione extra- 9
iudiciali vtpotè pluribus adminiculis fulcita singularitatis exceptione baud obstante deber admitti, vt notat Castr. *cons.* 285. *num.* 10. *ad fin. vers. item non obstat lib.* 1. Surd. *cons.* 173. *num.* 45. Rota coram Puteo *decis.* 476. *num.* 5. *&* 6. *par.* 6. *rec.* vt notant Adden. ad Buratt. *dec.* 341. *Littera A.* Licet Cincij depositio impugnetur exindè, quod ipse ex eo-
demmet Credito scuta 550. consequi debeat, † ea nam- 10
que quantitas ipsimet persoluta probatur per biennium ante subsequotum examen, adeòqoe is non poterit tanqoam inhabilis remoueri, *iuxt. text. in l. etiam*, vbi Bald. *num.* 4. *Cæterique communiter, C. de Test.* Felin. *in cap. in litteris num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 307. *num.* 4. Rot. coram Buratt. *dec.* 775. *num.* 9. *& in Hispalen. Decimarum* 12. *Ianuarij* 1646. *§. non obstat coram R. P. D. meo Cerro.*

Verumtamen licet ex his Angelini creditum in genere comprobetur, cuius tamen quantitatis ea istat idem creditum non suerunt Domini concordes. Aliqoi enim illud exindè firmarunt in scutis 511. quod in ea videlicet summa contractum pro rata scutorum 311. Ex eiusdemmet Ioannis Lucæ Epistolis comprobatur, nec non in altera rata scutorum 200. ea notula Angelini manu conscripta, ac refe-

rente

rente earumdemmet summam scutorum biscentum à Ioan-
ne Luca debitam pro residuo scutorum 400. quæ ex Tornei
Causa eidem mutuo tradiderat, de quo Testis, scilicet Pu-
teobonellus quousque depooit, eo licet notula ipsa ma-
iorem debiti præseferens, quantitatem à Ioaone Luca pro-
ducta fuerit ex ea tamen productione, non poterit omnium
earum partitarum approbatin desumi dum aliquæ ea ijs ab
eodem impugnatæ noscuntur ex depositione Bernardini de
11 Magistris Sum. Angelini num.2. † Qui cùm ab eodemmet
D. Angelino fuerit renunciatum io Testem, ac reprodu-
ctus contra ipsum plenè concludit, quicquid dici possit si
eius depositione visus non foret, vt notat Buratti *cons.89.
num.51. lib....* Honded. *cons.84. num.50. & 51. lib.* 2. Rot.
*dec.289. nu. 2. par. 1. recent. & in Bononsen. Tutelæ 1. Iulij
1615. in vlt. §. coram bon. mem. Cardin. Patritio Verospio*,
& notat Adden. ad Gregnr. *dec.*215.

Alij verò creditum reducendum esse ad scuta 1630. cen-
suerunt, quia dum Confessio Ioannis Lucæ super quanti-
tate scutorum bis mille, & sexcentum de qua primus Testis
in ordine deponit fulcita dignoscitur attestatione Castagni-
ni mediatoris concludentis oimitum Debitorum nomioa in
summa scutorum 700. sublati eaistentiæ, nec non alterum
Betti in scutis 930. à Ioanne Luca Angelinn fuisse oblata per
dissolutionem æriscum eo antecedenter contracti, vt ex
eiusdem Angelini Summar. conuincitur out. 9. In hac proin-
12 de summa minori eidem Ioanni Lucæ debet obesse. † Le-
uiores namque probationes admitti solent quoties creditum
in quantitate dumtaxat dubitationem admittat, vt notat
Surd. *cons. 4. num.* 17. Bell. iun. *cons. 93. num.9. &* 10. Rot.
decis. 636. num.6. par. 2. recent. & in Pisauren. Iocalium 22.
Iunij 1648. *coram bon. mem. Arguelles*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. C E R R O.

Leodieñ Successionis.

Lunæ 12. *Iunij* 1656.

A R G V M E N T V M:

Filij succedunt in dote materna post mortem
parentum non obstante statuto tribuente Pa-
tri dominium rerum dotalium, vt latiùs in
Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Leodij Statutum defert viro dominium bonorum dota-
lium durante matrimonio.*

2 *Verba, sine filijs, in Statuto Leodij interpretantur fa-
uore filiorum, & num.* 3.

4 *Argumentum à contrario sensu admittitur in omni lege,
& Statuto.*

5 *Potestas disponendi limitata ad tempus vitæ non ex-
tenditur ad tempus mortis. Vide etiam num. se-
quent.* 6.

7 *Dominium bonorum dotalium de iure spectat ad
virum.*

8 *Dominium mariti in bonis dotalibus eo mortuo ex-
pirat.*

9 *Dominium bonorum dotalium spectat ad filios matre præ-
defuncta.*

10 *Statutum deferens dominium bonorum dotalium viro
viuente vxore, illa mortua filijs dotalisse censetur de-
functo tamen Patre.*

D E C I S I O CXCII.

SVb die 14. Iunij 1652. coram me fuit resolutum sub testa-
mentaria dispositione Ioannis Philippi de Matthijs ve-
nire omnia bona paterna, siue aduentitia sint, siue profe-
ctitia, ac non solùm prouenientia à maioribus sui Patris,
sed etiam ab ipsomet eius Patre quomodocumque acquisi-
ta, reseruato vt particulariter videretur an sub dicta dispo-
sitione veniant bona quæsita Patri Testatoris ex dote
suæ vxoris, iuxtà consuetudinem Leodieñ. super quo ho-
die assumpta disputatione negatiuè responsum fuit.

Consuetudo enim Patriæ Leodieñ. defert quidem viro
dominium bonorum suæ vxoris, sed resolubile, quatenus

vxor decedat cum filijs ibi, † vir per matrimonium fit Pa- 1
tronus, & absolutus Dominus omniom bonorum mobi-
lium, & immobilium suæ vxoris, ac etiam omnium bo-
oorum obuentorum & acquisitorum durante matrimonio
habet potestatem disponendi de eis inter viuos, vti de re
sua propria, absque auctoritate, & consensu suæ vxoris,
& remanet illorum Patroous post mortem illius sine filijs,
hoc nisi adsint pacta, vel prouisiones in contrarium, † ver- 2
ba enim illa sine filijs adiecta sunt fauore ipsorum filiorum,
vt in terminis dictum fuit *in Leodien. Bonorum* 5. *Iulij* 1655.
coram R. P. D. meo Bichio, §. nostram auth. in fine. Itaut
propterea † filijs superexistentibus ipsis tanquam hæredi- 3
bus Matris dominium accrescat bonorum illius, non au-
tem Marito ducto argumento, tùm à contrario sensu, si
enim consuetudo post mortem vxoris facit virum Patro-
num si sine filijs decedat, ergo cùm non facit talem, si ipsa
decedat cum filijs, † quod quidem argumentum admitti- 4
tur in omni lege scripta, vel non scripta, aut particulari
statuto, vt benè in terminis firmat Aug. *cons.* 210. *num.* 4.
Rot. *in recent. decis.* 185. *num. 7. par.* 1. *& dec.* 455. *num.* 16.
par. 5. & coram Buratt. *dec.* 116. *nu.* 7.

Tum etiam à natura limitationis temporis, dum enim
consuetudo † potestatem disponendi concedit viro inter 5
viuos, eaindè assequitur hanc potestatem limitatam ad tem-
pos vitæ non extendi ad tempus mortis, vt in puncto simi-
lis consuetudinis tradit Cassan. *ad consuetudinem Burgun-
diæ rub. 4. §. 4. sub §. 2. & facit tex. in l. Pater filium, §. fun-
dum, ff. de legat.* 3. Idemque comprobant allegati per Pe-
regr. *de fideicommissis art. 4. num. 43. & 44. ad med.* & per
Fulat. *de substit. quæst. 549. nu.* 10. † Imò satis esset, quod 6
consuetudo nihil disposuisset de dominio in tempus mortis,
vt intraret ad fauorem dispositio Iuris communis, cuius vi-
gore licet Dominium bonorum dotalium durante † Ma- 7
trimonio spectet ad virum, *l. dote Ancill. C. de rei vindi-
cat.* Moriente † tamen viro vel vxore cum liberis idem 8
dominium resoluitur, *l. in rebus, C. de iur. dot.* Soccin. sen.
cons. 57. num. 1. lib. 1. cum alijs per Surd. *decis.* 211. *num.* 13.
Et spectat † ad filios Matre prædefuncta, vt tradunt Ruin. 9
cons. 187. nu. 9. lib. 2. Decian. *cons. 189. nu. 6. lib.* 2. Facchin.
controu. Iur. lib. 3. cap. 71. Galeot. *controu. Iur. lib. 2. contr. 2.
per tot.* Ant. de Amatis *var. resol. lib. 1. resol. 48. num. 3. & 4.*
Thesaur. *decis. Pedemont.* 190. *nu.* 4. Rot. *dec.* 248. *nu. 2. per
tot. par. 4. diuers.* coram bo. me. Coccino *dec.* 111. *nu.* 12. co-
ram Duran. *dec. 231. nu. 8. & sub nu. 19. & in Pisauren. Do-
nationis 8. Februarij 1647. coram Eminentiss. D. Card. Ot-
thobono, §. sed etiam vers. vbi dat exemplum*.

Idque etiam declararunt Iudices de partibus io eorum lit-
teris relatis in Summ. illarum de Donnach. num. 4. in vers.
testamur insuper dicentes existentibus filijs maritum post
mortem vxoris esse vsufructuarium eius bonorum propriè
eaistentium penes liberos, & quamuis subdant hanc pro-
prietatem consistere in quadam expectatiua, seù spe succe-
dendi, hoc tamen intelligunt ad effectum, ne liberi viuen-
te Patre de dictis bonis in eius præiudicium disponere pos-
sint, ob spem, quam habet recuperandi absolutum domi-
nium, quatenus ipsi filij si prædecederent, adeo quod inte-
rim absolutum dominium, seu quasi in suspenso, & pen-
dens à vita, & morte liberorum quibus superuiuentibus Pa-
tri cessauit huiusmodi suspensio temporalis, & dominium
fuit liberè eis acquisitum ex dispositione tam Iuris commu-
nis, quàm dictæ consuetudinis, † quæ suspendeñ. iuxta 10
dictam declarationem dominium donec Pater viuit cense-
tur illud absolutè contulisse filijs Patre prædefuncto, *l. Im-
per. ff. de postulat. d. l. Pater filium d. §. fundum, ff. de legat.* 3.
Dec. *cons. 61. sub nu.* 3. cum alijs per Surd. *dec. 75. sub num. 1.
cum seqq. & dec. 325. nu.* 2.

Et ita vtraque &c.

*Decisio hæc sub die 14. Iunij 1652. in eadem causa facta
erit infra in Miscellan.*

R. P. D. V E R O S P I O

Romana Domus.

Lunæ 22. *Iunij* 1656.

A R G V M E N T V M.

Falsitas causæ irritat contractum mulieris in Vrbe
celebratum, in quo causa specialis non autem
generalis esse debet.

S V M M A R I V M.

1 *Falsa causa irritat contractum mulieris,*
2 *Mulier pro sua dote non debet excutere bona viri alijs debitis intricata.*
3 *Mulier se obligans pro viro debet esse cauta super bonis viri de tempore contractus.*
4 *Dotalis res sine necessitate alienari non potest,*
5 *Necessitas alienationis ex causa debitorum excluditur ex dilata illorum solutione.*
6 *Causa in contractu mulieris debet esse specifica, & non generalis,*
7 *Nec sufficit etiamsi habeat in se implicitam specialitatem,*
8 *Emptor non debet esse sollicitus vt pretium conuertatur in causam specialiter expressam.*
9 *Emptor debet esse sollicitus, vt pretium rei emptæ erogetur in causam generaliter expressam.*

D E C I S I O CXCIII.

DOmus distractæ venditio, vt pretium indè retractum pro nonnullis viri negotijs necnon aliquibus eiusdem officij Societatibus dissoluendi deseruiret. Cùm maximè Hieronyma vxor super cæteris viri bonis se cautam esse dignosceret vitio nullitatis obnoxia declarata fuerat coram me 13. Maij præteriti, quam sanè nullitatem in dubij repropositione subsistere fuit hodie responsum, siquidem cautio dotis Iudici proposita pro finali causa contractus ex ipsiusmet viri decoctione à veritate aliena dignoscitur,
1 quæ † domus successiuè venditionem irritam reddidit, ac
nullam, vt requiritur Gregor. *dec.* 333. *num.* 7. & 8. *& decis.* 363.

Hanc verò causæ veritatem iustificare non poterunt bona, & credita quamplura à Ioanne Baptista viro tunc habita in quibus dotis cautio posset benè consistere dum calculus ex Gottifredi parte deductus omnia eiusdem bona pro scutis 30000. præconis voce distracta integrum æs alienum ab ipso viro in scut. 340000. & vltrà contractum nullatenus æquauit, neque subsistit, quod creditum anterius valorem scut. 23000. non excesserit, itaut in reliqua summa scut. videlicet 7000. & vltrà vxor pro suo credito scut. citeiter 4000. cauta consisteret, præterquam enim ex facto corruit obiectio dum constat Tassum, & Pallauicinum anteriores ipsius creditores diuersas pecuniarum summas coactas fuis-
2 se Lercarijs restituere mulieris † partes esse non debent
bona decocti intricata discutere, vt respondit Rota Ianuen. *decis.* 158. *num.* 7. Duran. *decis.* 145. *num.* 42. *& dec.* 241. *numer.* 7. *&* 8. *& in Romana Casalis Arguzzaris* 16. *Decembris* 1641. *coram Reuerendissimo Terracinen. in §. deueniendo ad quintum, & in dec.* 472. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & in Tadertina Census* 28. *Martij* 1653. *in §. neque vt dicatur constare coram R. P. D. meo Melteo.*

Hinc verò veritas causæ excluditur, vel enim vir de
3 de tempore † contractus, quo vxor saltem cauta esse debuerat super ipsius viri bonis ad tradita per Bald. *in l.* 1. *nu.* 11. *C. de condit. indebit.* Rot. *dec.* 245. *nu.* 7. *par.* 2. *recent.* & coram Gregor. *dec.* 363. Impar erat solutioni, & cautio mulieris super viri bonis vitio falsitatis dignoscitur obnoxia, vel idem poterat proprijs mediantibus bonis creditorum vexationem effugere, & de his suis tenebatur creditoribus res-
4 pondere † fundi huius alienatione posthabita ad quam
nulla necessitate vrgente non poterat deueniri iuxtà notata per Bart. *in l. si extimatis in fine, ff. solut. matrimon.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 36. Rot. post Pacific. de Saluian. *dec.*
5 30. *nu.* 3. *& dec.* 629. *nu.* 2. *par.* 2. *rec.* † Cùm maximè aliena-
tionis necessitas excludatur in casu proposito ex dilata solutione scut. 700. emptori ad sex menses attributa, intra quod tempus iudicialis debitorum exactio contingere poterat ad tradita per Bart. *in l.* 1. *ff. qui pot. in pignor. habeantur*, Crat. *in l. si ya. qui pro tempore num.* 137. *vers.* 5. *fallit, ff. de vsacap.* Rota coram Gregor. *dec.* 227. *num.* 14.

Neque subsistere visa fuit altera causa obligationis, quod pro reparandis nonnullis viri negotijs eiusdemq; societatibus officij dissoluendis venditio processerit: Cùm enim debuis-
6 set causa omninò specifica † concurrere hæc tanquam
nimis vaga inefficax recensentur ex dispositione Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. specificam requirentis, vt notat Pic. *ad idem Statut. gloss.* 22. *num.* 4. & respondet Rota coram Merlin. *dec.* 714. *num.* 35. *& in Romana Domunculorum* 10. *Februarij, &* 26. *Iunij* 1648. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in dec.* 370. *nu.* 15. *&* 16. *par.* 4. *tom.* 3. *rec. cum alijs in præterita decis. deductis in* 1. *Paragrapho.*

Non vrget, † quod plura contra virum mandata fuis- 7
sent expedita, in quibus causa illa generalis potuerit verificari; Licet enim causæ veritas indè possit desumi non tamen dispositio Statuti insinuationem causæ specificæ requirentis dici poterit adimpleta. Cùm maximè pretium integram venditæ domus non probetur in dissolutionem debitorum erogatum pro scutis nempè 1000. census fuerat antecedenter impositus pro reliquis verò scutis 700. dilata solutio.

Et licet † emptoris partes esse non debeant, vt pretium 8
rei venditæ in causam expressam conuertatur admitti tamen posset præfata conclusio si specialis causa expressa foret, in quibus terminis loquitur Rota coram Canal. *dec.* 482.
num. 3. & penes Cenc. *de Censib. dec.* 45. *num.* 6. *&* 9. † Se- 9
cus verò si generalis causa concurrat contra dispositionem Statuti specificam optantis; hoc quippè casu versio pretij in causam necessariam pro subsistentia alienationis videtur debuisse concludi, vel saltem admitti non poterit in casu proposito, ex quo apparet de contrario in expressam scilicet causam pretium nullatenus fuisse conuersum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Reatina Fideicommissi.

Luna 12. *Iunij* 1636.

A R G V M E N T V M.

Nepotibus, & pronepotibus stantibus, patruo mortuo succedunt nepotes exclusis pronepotibus. Substitutio vulgaris anomala quid operetur vigore representationis. Testator censetur voluisse conformare cum iure communi.

S V M M A R I V M.

1 *Successio datur nepotibus, exclusis pronepotibus.*
2 *Proximitas grauati, non autem grauantis attenditur de iure communi.*
3 *Substitutio vulgaris anomala operatur, vt nepos subintret in locum patrui demortui.*
4 *Substitutio vulgaris anomala quid operetur, maximè stante fideicommissaria substitutione communibus verbis concepta.*
5 *Inclusus in vno casu, in alijs censetur exclusus.*
6 *Filius in locum patris demortui, an intret in successionibus.*
7 *Testator censetur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis, maximè stantibus coniecturis.*
8 *Vocati ad fideicommissum iure ab intestato succedere qualiter debeant cùm tunc cesset ius repræsentationis.*
9 *Rota dec.* 198. *tom.* 2. *par.* 4. *rec. declaratur.*
10 *Patrui nomen, nomen propatrui videtur etiam includere, sed id alienum à veritate est, & declara, vt num.* 11.
11 *Fideicommissum, quando ad normam alterius fideicommissi factum fuit, attenditur ius illius antiqui.*

D E C I S I O CXCIV.

VIncentius de Vecchiarellis perpetuo inter filios, ac suos descendentes fideicommisso instituto, præceperat, vt ad normam fideicommissi Bartholomæi patris illud censeretur ordinatum; itaut iuxtà successionem ibidem ab intestato præscriptam, proximitas grauati, non autem grauantis, debuisset attendi; cùm verò Pompeius Vincentij filios R. P. D. Odoardo cum fratribus eiusdem nepotibus pro dimidia, pro altera verò Bartholomæo, cæterisque ex Vincentio iuniore pronepotibus sibi institutis hæredibus decessisset, super bono iure partium in prædictis fideicommissis, etiam ad manutentionis effectum. Dubium hodiè proposui fauore Reuerendiss. P. D. Odoardi, ac fratrum à DD. resolutum dispositioni Testatoris iuxta expres-

expressè præcipientis ordinem successionis ab intestato ser-
1 uari, ex quaijsdem vti † nepotibus vltimi grauati, pro-
nepotibus posthabitis, successio deferri debet ad text. *in §. si igitur defunctus, & §. si verò neque fratres, auth. de hered. ab intest. venien.* Bart. *in auth. post fratres, C. de suis, & legitim. & cons. 293. lib. 2.* Paris. *cons. 40. numer. 30. lib. 2.* Decian. *cons. 1. num. 363. & num. 371. lib. 1.* Alex. *cons. 44. num. 19. vol. 5.* Peregr. *de fideicomm. art. 21. nu. 8.*: cùm maximè perspecta quoque voluntate Testatoris, grauati proximitas, non autem grauantis inspici debeat, quæ iuri con-
2 formis † esse censetur, *iuxta textum in l. pronuntiatio, §. familia,* vbi Alciat. *num. 26. ff. de verb. signif.* Soccin. sen. *in l. si cognati nu. 10. ff. de reb. dub.* not. Mart. *de success. leg. p. 1. qu. 12. art. 1. nu. 3.* Decian *cons. 24. nu. 14. lib. 2.* Soccin. iun. *cons. 126. nu. 22. lib. 5.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. qu. 24. nu. 33.* & respondit Rota *dec. 22. num. 1. par. 1. diuers. & in dec. 460. num. 3. par. 1. & dec. 109. num. 9. par. 5. recentior.* & coram Buratto *dec. 749. nu. 6. & in Amerina fideicommissi 26. Nouembris 1644. in §. cum enim, coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono.*

Hinc non vrget obiectio, quod Bartholomæus, & fratres vigore vulgaris Anomalæ locum Vincentij patris assumant, ac ex ea proinde pares in gradu redacti æquè cum
3 patruis valeant † ad successionem concurrere, vt aduertit Odd. *cons. 39. nu. 58. cum seqq.* Menoch. *cons. 124. nu. 78. vers. sexto accedit,* Giouagn. *consil. 26. nu. 6. lib. 1.* Peregr. *de fideicomm. art. 15. num. 4. & 5.* Rota *in Tusculana fideicommissi 24. Maij 1626. coram bon. mem. Coccino,* penes
4 Merlin. *de legitim. dec. 96. nu. 5. & 6.* Quæ † vulgaris Anomala per aditionem primi hæredis nullatenus expirauit, sed adhuc vigere censetur in pronepotibus substitutis, qui eiusdem virtute vulgaris in locum patris non valentis adire subrogantur, necnon vigore fideicommissariæ substitutionis communibus verbis conceptæ pro patruo succedont, vt aduertit Giouagn. *d. cons. 6. num. 6. vers. autem alia vulgaris,* Berou *cons. 51. nu. 5.* Odd. *d. cons. 39. nu. 59. & 60.* Surd. *cons. 347. nu. 16.* Aym. *cons. 283. num. 1.* & in similibus terminis respondit Rota coram Seraph. *decis. 145. numer. 3. cum seqq.*

Cùm enim Testator prædictam vocationem declarans
5 in successione † ascendentis dumtaxat, ac patrui subingressum filij admiserit, in alijs casibus ipsum esclusisse censetur; Sequendo etiam in hoc iuris dispositionem, ingres-
6 sum filio in locum patris † solum in successionibus prædictis permittentis, de qua in §. *si igitur defunctus il secondo in fine, vers. nulli alia auth. de hered. ab intest. ven.* Angel. *in §. reliquum num. 5. & 6. instit. de hered. deferunt* Menoch. *præsumpt. 95. num. 13. lib. 1. cum pluribus seqq.* Port. *cons. 121. nu. 5. & 11.* Peregr. *de fideicomm. art. 21. nu. 8. & 22.* Fusar. *de substit. qu. 485. nu. 106. & seq.* Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 9. nu. 4.* Crass. *in §. fideicomm. qu. 11. nu. 5.* Rota *dec. 48. num. 16. par. 6. rec.* cui sanè dispositioni Testatorem adhæsisse conuincitur ex dicta declaratione sæpius repetita, vt successio deberet, ac si ab intestato contingeret regulari.

Non etiam obstare visum fuit, quod pronepotum con-
7 cursus vnà cum † patruis ex propria dumtaxat vocatione in vim prædictæ vulgaris Anomalæ deducatur, non autem ex iure repræsentationis ex iuribus supra relatis. Dum enim vocati ad fideicommissum iure successionis ab intestato vti
8 debent, † in qua ingressus solummodò admittitur, quoties de aui, ac patrui successione tractetur in cæteris successionibus interdictus esse videtur, siue ex vulgari Anomala, siue iure repræsentationis, siue ex alia quacumque dispositione Testatoris deducatur. Nec vrget proinde in
9 contrarium † allegata *dec. 198. par. 4. tom. 2. recentior.* quæ est eadem supracitata post Merlin. *de legit. dec. 96.* cum clara voluntate Testatoris destituatur subingressum excludentis.

Neque poterit vrgere, quod nomen patrui, propatrui
10 quoque nomen † videatur includere; Id namque à veritate alienum esse dignoscitur in casu proposito, quo subingressus in successione ascendentis, ac patrui à iure concessus,
11 in propatrui † aliorumque vlterioris gradus successione denegatur, *vt in dicto §. si igitur, vers. nulli alia auth. de hered. ab intest. ven.*

Hinc verò bonum ius R. P. D. Odoardi, ac fratrum benè desumitur, quorum legitimè apprehensa possessio eisdem manutentionem attribuit in bonis Bartholomæi, atque Vincentij, cuius sanè fideicommissum ad normam testa-
12 menti paterni † conceptum eodem proinde debet iure metiri, vt notat Alex. *cons. 81. nu. 6. lib. 6.* Dec. *cons. 262. nu. 1. & cons. 497. in princ.* Soccin. iun. *cons. 75. num. 9. lib. 3.* cum alijs relatis per Pereg. *de fideicomm. art. 16. num. 114. & art. 33. num. 61.* Fusar. *de substit. qu. 503. nu. 21.* Mastrill. *dec. 90. num. 1. cum seqq.* Rota coram Penia *dec. 486. nu. 7.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO

Romana Dotis.

Lunæ 22. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Hic agitur, an fructus dotales gaudeant priuilegio dotis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non potest facere declarationem præiudicialem fideicommissario, & nu. 2.*
3 *Dotis nomen potest referri tam sorti, quàm fructibus.*
4 *Fructibus dotalibus idem priuilegium debetur, quod sorti, & num. 5.*
6 *Quid quid esset dicendum si sumus in fructibus debitis officio Iudicis.*
7 *Solutio facta, vt cedat in causam fructuum declaratur ex obseruantia.*
7 *Creditor de suo credito satisfactus, præsumitur dimisisse bona, super quibus erat immissus.*
9 *Locatio probat possessionem aduersus locatorem.*
10 *Inhibitio probat possessionem inhibentis super rebus inhibitis.*
11 *Obligatio Cameralis non vulneratur, quando Iudex reuocat tantum decretum.*
12 *Fructus dotales præsumuntur consumpti pro alimentis filiorum in domo patris.*
13 *Assertio non attenditur, dum contrarium constat aliunde.*

DECISIO CXCV.

Mandatum in scutis 7. mil. duabus decisionibus conformibus decretum fauore Victoriç pro scutis 5500. relaxandum fore sine præiudicio residui, fuit hodie sancitum. Cùm enim ipsa spatio 18. mensium in vim sententiæ Card. Cæsij, atque Blanchetti Castra Praxedis, atque Pij Tertij possederit annui fructus indè retracti in scutis circiter 900. Marchionis perspecto calculo creditum sortis extenuarunt in vim sententiæ præcipientis ea fructibus Castri illud extinguî, † ita ut declaratio Pompei hæredis grauati 1
postmodum subsecuta, vt in causa fructuum, non autem sortis cederet prædicta solutio in præiudicium Marchionis ad fideicommissum successiuè vocati nullatenus suffragetur, vt probat Menoch. *cons. 207. nu. 1. cum seqq.* Peregrin. *cons. 53. nu. 7. lib. 5. & de fideicom. art. 53. nu. 65.* Franc. *dec. 656. nu. 8.* Grat. *discept. forens. 224. nu. 61. vers. inde talis declaratio,* Rot. *in Romana Casalis 13. Iunij 1634. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Febr. 1650. in §. ideoque coram Reuerendiss. D. meo Decano,* † cuius intererat, vt redditus Castrorum sortem dotis, 2
alias ex bonorum proprietate persoluen. extinguerent, quidquid dici possit de fructibus dotalibus ea redditibus dumtaxat fideicommissi exigendis, vt responsum fuit coram Seraph. *decis. 481. num. 12. cum seqq. & in Romana dotis 23. Iunij 1645. §. Quæ quidem actio coram Eminentiss. Domino Card. Otthobono, & dec. 617. nu. 7. & 8. p. 4. tom. 3. recent. & in Auenionen. pecuniaria 4. Decembris 1647. in vltimo, §. coram Rev. P. Domino meo Meltio.*

Neque extinctionem crediti in scut. 5500. potuit operari exacta quantitas scut. 1512. à Procuratore Victoriæ. Ea siquidem pecuniarum exactio, quæ pro dote in Sac. Monte Pietatis depositæ fuerant, necnon in eamdem causam dotis à Victoria receptæ, dignosci nequierit, in quam causam cesserit; in creditum videlicet sortis, vel fructuum pro quibus mandatum quoque fuerat expeditum. Nomen quippe dotis vtrumque sortis scilicet, & fructuum est continere perapertum, iux. doctrinam Bart. *in l. item veniunt, §. item non solum nu. 2. ff. de pet. hered. in decisionibus editis in hac causa coram me plenè comprobatam,* † quibus proin- 4
dè fructibus iuris dispositione perspecta in dubio debet

attribui eadem solutio, *vt in l. 1. C. de solut. & in l. in his,*
§. Imperas, vbi communiter DD. *ff. eod. tract. ff. eod. tract.*
Grat. *cap. 224. num. 35.* Rota *in Beneuentana Dotis 15. Iunij*
1650. §. non obstat circa fin. coram R. P. D. meo Celso, &
ab Ascanio de Maximis Emptore Roccæ Siccæ depositum
proueniret, cuius interesse videretur sortem potius extin-
guere quàm fructus, quia dum pretium Castri creditori-
5 bus anterioribus persolui debuerat, † eadem ratio respectu
sortis militabat, quæ vrgebat pro fructibus, qui ex partium
conuentione debiti prioritatis priuilegio adinstar eiusdem
6 sortis fruebantur, † quicquid dici possit in fructibus debi-
tis officio Iudicis ob moram non factæ solutionis, *ad text.*
in l. huius, ff. qui pot. in pign. hab. & dist. Cardin. Mantic. *de*
tacit. lib. 17. tit. 46. num. 9. Felician. *de censib. lib. 1. cap. 5.*
num. 18. Rota *in Romana fructuum Dotis 10. Iunij 1648. in*
§. Instantia vers. pro quibus fructibus & 5. Iulij 1649. in §. ne-
que coram R. P. D. meo Peutingero.

Cui sanè intellectui adstipulatur obseruantia successiua
siue ea sententia Cardinalium siue ex parte Pompei petita,
fuerat enim à Cardinale successiuè concessa immissio Vi-
ctoriæ pro integra sorte dotis scutor. scilicet 10. mil. reser-
uato enim Iure agendi pro fructibus tunc temporis non
exactis, cùm tamen pro scutis dumtaxat 8488. foret ei-
dem concessa si in creditum sortis exacta summa scut. 1512.
cessisset. Pompeius verò post domum extimati valoris scut.
3000. habitam in causam dotis obligatione Comitissæ Oli-
uæ Socrus scut. 7000. attribuit Victoriæ, quæ integros fru-
ctus exegit pro eadem rata, quousque loca montium scut.
7 scilicet 7000. eidem assignata fuere. † Hinc enim præce-
dentis exactionis obseruantia desumitur, vt in causa fru-
ctuum cesserit prædicta solutio, *iuxt. text. in l. cum de re*
inuers. in fin. ff. de vsur. Rot. *in Romana pecuniaria 18. Iu-*
nij 1648. §. præterea visa fuere coram Eminentiss. D. Card.
8 *Corrade.* Alias enim ex maxima Pompei vecordia contin-
geret cum locis montium vxoris noua solutio fructuum do-
tis postquam eadem extincta fuerat.

Hinc cessat obiectio, quod Victoria 8. scilicet annorum
spatio Castra possiderit. Postquam enim de anno 1599.
creditum dotale scut. 10. mil. nedum in domo, sed in loco-
rum montium traditione cum subsequuta eorundem pos-
sessione recepit, donec ab anterioribus Creditoribus euicta
fuerint, vrget proinde præsumptio restitutionis Castrorum
pro qua poterat de Iure compelli, *iuxt. text. in l. 1. & in l.*
pignoris ac l. vlt. C. de pign. action. Cùm maximè locatio-
num Instrumenta concurrant super Castrorum fructibus
9 stipulata à Pompeo de anno 1605. & seq. † Ex quibus ne-
dum possessio in præiudicium locatoris arguitur, vt aduer-
tit Menoch. *cons. 701. num. 4. & 5. & de retinen. poss. rem. 3.*
num. 571. Mascard. *de probat. conclus.* 1181. *num. 17.* Rota
coram Caual. *dec. 48. num. 5.* cum aliis per Adden. *ad decis.*
10 Greg. 6. *num. 14.* Sed etiam † Inhibitio Victoriæ non expe-
dita de anno 1608. à Pompeo procurata dignoscitur, vt à
vexationibus creditorum ipsius Castra redderentur Im-
munia.

Et licet executio vigore mandati pro sorte, & fructibus
relaxati postmodum reuocata fuerit, non inde tamen ex-
cluditur subsequentis exactionis adscriptio in causam fru-
ctuum. Reuocatio enim processit, ex quo Castrum di-
stractum fuerat in Ascanium pro dissolutione æris alieni, &
potissimè Victoriæ, quæ ad ipsius deliberationem nullate-
nus poterat deuenire, dum per oblationem crediti sibi pro-
11 uisum fuerat, & proinde ei obesse non potuerit † dum
substantia crediti exindè vulnus non accipit, vt respondit
Rota penes Zacch. *de oblig. Cam. dec. 95. num. 7.*

Denique non vrget, quod fructus illiquidi forent iuxta
decis. Gregor. 462. & 250. dum ibi negatur à fratribus facta
solutio; siquidem ibidem non agitur de fructibus dumta-
xat pro rata scut. 1000. Gaetano Victoriæ viro persoluta,
12 qui † post ipsius obitum cum alimentis in paterna domo re-
ceptis ad filiorum vtilitatem compensati fuere, adeoque
13 dum realis exactio aliunde comprobata desumitur, † ex
proinde assertio incidenter emissa nullatenus attendi debet,
vt consuluit Gabr. *cons. 38. num. 17. & cons. 126. nu. 26. lib. 1.*
Rota coram Seraph. *dec. 299. num. 12. & in Mutinen. Em-*
phyteusi 28. Maij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ita mandatum pro scutis 5500. dumtaxat pro nunc re-
laxandum fore Rota decreuit reseruato Iure agendi pro
reliqua summa. Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Neapolitana Pecuniaria.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis vulnerata per sententiam non habet amplius executionem paratam, donec per tres conformes sententia vulnerans fuerit vulnerata, etiam si causa commissa fuerit cum facultatibus A. C. quia hæc clausula intelligitur prout de Iure.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra substantiam instrumenti vulnerat obligationem Cameralem.*

2 *Sententia denegans executionem, sed non tangens substantiam instrumenti non vulnerat obligationem Cameralem.*

3 *Sententia vulnerans obligationem Cameralem vulneranda est per tres conformes ad hoc vt executioni sit locus.*

4 *Via executiua per vnicam sententiam vulneratur.*

5 *Decisio Buratti 329. explicatur in quibus casibus intelligenda sit, & nu. 6. 7. & 8.*

9 *Causa commissa in Rota cum facultatibus A. C. proceditur executiuè.*

10 *Clausula,* cum facultatibus A. C. *restringitur per aliam clausulam existentem in commissione quatenus executioni sit locus.*

11 *Via executiua vulnerata non proceditur ad executionem.*

12 *Sententia nulla aut iniusta non vulnerat obligationem Cameralem.*

13 *Nullitas ex defectu monitorij sanatur per sanationem terminorum substantialium.*

14 *Index appellationis debet solùm confirmare, vel infirmare sententiam.*

15 *Iudex secundæ instantiæ cognita iniustitia causæ valet pronunciare super meritis.*

16 *Nullitas, aut iniustitia sententiæ ad hoc, vt non vulneret obligationem Cameralem debet esse clarissima, & num. 17.*

18 *Et id constare debet ex eisdem actis.*

19 *Obligatio Cameralis vulneratur, etiam ex sententia nulla.*

20 *Obligatio facta ab Ecclesia sine solemnitatibus tenet.*

21 *Emptio facta ab Ecclesia, quæ ex ea remansit læsa non substinetur.*

22 *Ecclesiæ bona generaliter hypothecari possunt.*

23 *Beneplacito Apostolico opus est in subhastatione bonorum Ecclesiæ, & nu. 24.*

25 *Beneplacitum Apostolicum debet interuenire, vel in obligatione, vel in distractione bonorum Ecclesiæ.*

26 *Læsio infra dimidiam prodest Ecclesiæ ad effectum annullandi contractum sine beneplacito factum, & num. 28. & 29.*

27 *Læsio intra dimidiam tamquam requirens altiorem indaginem, non retardat executionem.*

30 *Executio super fructibus fieri non potest vbi res temporaliter possidetur.*

31 *Monachi claustrales non possunt obligare fructus futuros in præiudicium successorum.*

32 *Fructus recompensatiui debentur iuxta perceptionem habitam ex fundo, & num. 33. & 34.*

35 *Ecclesia in emptione læsa infra dimidiam pretij non tenetur ad fructus recompensatiuos, nisi fuerint versi in illius vtilitatem.*

36 *Obligatione Camerali per sententiam vulnerata, mandatum non est relaxandum.*

DECISIO CXCVI.

Commissa mihi cum facultatibus A. C. per Signaturam Causa appellationis ab illius sententia reuocatoria mandati executiui relaxati à Reuerendiss. Nuntio Neapolitano

litano contra PP. Carthusianos ad Instantiam Iosephi Mot-
ta Beneficiati Cappellæ S. Claræ Cessionarij cuiusdam fru-
ietti pro fructibus compensatiuis prouenien. ea quibusdam
Terris dd. Patribus venditis. Dubitaui An mandatum ef-
set relaxandum in quo Domini bis eadem Causa proposita
tandem negatiuè responderunt ea ea ratione, quod A. C.
Iudex appellationis per diffinitiuam sententiam non solum
declarauit nullum, & inualidum mandatum verum, &
contractum emptionis rescindendum, & annullandum
fore Patres Carthusianos à petitis absoluendo, & dicto Io-
sepho Motta silentium perpetuum imponendo, † & dein-
dè sententia tanquam particulariter, & immediatè lata
contra substantiam Instrumenti vulnerauit obligationem
Cameralem, & viam executiuam ex tradit. per Gonzal.
ad reg.8. Cancell. glos.6. nu.202. & 235. Nat. discept. forens.
c.667. n.21. c.673. n.42. cap. 696. n. 2. Zacch. de oblig. Cam.
q.37. nu. 23. & seqq. Scac. de appell. l.3. cap. 2. qu. 17. limit. 9.
num.58. vers. subextende, Marescott. var. lib. 2. cap. 135. nu.
37. Anton. Amat. var. resol. lib. 2. resol. 101. nu. 24. & seqq.
Giurb. decis. 100. num. 34. Rota decis. 45. num. 1. decis. 58.
num.2. decis. 74. num. 7. dec. 76. num. 2. & dec. 95. nu. 1. post
Zacch. de oblig. Cam. & nouissimè in Firmana Pecuniaria 3.
Aprilis 1655. coram R. P. D. Meltio, & in Romana Pecu-
niaria 5. Iulij eiusdem anni in princ. coram R. P. D. Benila-
qua; & in terminis de absolutoria lata contra obligationem
Cameralem, & de vulneratione in prima, seu secunda,
aut vlteriori instantia, tradit Gratian. discept. 531. sub n. 69.
vers. quibus decisionibus, Cenc. de cens. qu. 85. nu. 15. Zacch.
de oblig. Cam. d. qu. 58. nu. 35. & post eumdem Rot. dec. 78.
nu.4. cum alijs allegat. per Modern. Cortonen. in prax. iud.
2 par. 1. c. 8. nu. 217. & 221. litteraliter procedat, † quando
sententia denegans exequutionem non tangit vires Instru-
menti, sed ex alia causa emanauit, vtpotè quia de solu-
tione constabat, vel persona Actoris non fuit legitimata,
aut processus non benè fulminatus, vt distinguit Gonz. ad
reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 235. cum seqq. Parld. rer. quotid.
cap. fin. 1. par. 15. in fin. Grat. discept. 103. à num. 6. Hogruus
allegat. 4. num. 50. Amat. vbi supra nu. 16. qui Rotæ decisio-
nes plures refert d. Merl. Cortonen. vbi supra à num. 216.
Zacc. d. qu. 37. Et sic intelligenda est decis. Buratt. 329. nu. 6.
3 vbi Adden. Quæquidem † existente vulneratione viæ exe-
cutiuæ non est locus quousque sententia vulnerans per alias
tres conformes vulneretur, Gonzal. d. glos. 6. nu. 202. Scac.
de appellat. d. qu. 17. limitat. 9. sub num. 58. vers. subextende,
Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 236. num. 3. & decis.
256. num. 3. & 4. & in recen. decis. 533. num. 3. par. 3. coram
Buratt. dec. 37. num. 5. & coram bon. mem. Coccino dict.
decis. 78. in fin. & alijs alleg. in d. Romana Pecuniaria §. si
quidem coram R. P. D. meo Benilaqua, licet è conuerso præ-
4 dictæ † tres sententiæ non requirantur in casu, de quo
agitur, vt vulnerata censeatur via executiua, quamuis
contrarium videatur probari, ex d. decis. Buratt. Nam hæc
5 decisio † intelligenda est casu, quo exequutio fuit præser-
uata vigore Constitutionis Pij V. in Parochialibus propter
periculum Animarum, vt animaduertit Gonzal. ibidem al-
6 legat. à num. 299. † Et hoc locum habet in qualibet alia
præseruatione apposita in Constitutione appellationis per
clausulam, sine præiudicio, vt per Marchesi. de commiss. p. 2.
7 cap. 4. nu. 59. Aut † moderatione inhibitionis, quoad sus-
pensiuum à Iudice facta, vt declarat Grat. discept. 667.
numer. 20. & 21. Zacch. de oblig. Cam. d. quæst. 37. num. 34.
8 Et † vlterius prædicta decisio accipienda casu quo manda-
tum fuit exequutum, secus verò in præsenti, in quo non-
dum fuit exequutioni demandatum, vt distinguit Pontan.
in tract. de alim. cap. 19. in fin. num. 7. Gratian. decis. Mar-
chiæ 74. num. 8. & sentire videtur Gonzal. d. glos. 6. à nu. 163.
& præcipuè num. 588. vers. primo, & nu. 208. & 211. vers. 6.
& num. 232.
Nec releuat, quod causa fuit in Rota commissa cum fa-
9 cultatibus A. C. † quarum vigore solet relaxari mandatum
in vim obligationis Cameralis, Rota dec. 161. nu. 1. p. 6. rec.
& in Bonon. Censas, seu executionis 24. Nouemb. 1651. §. 1.
in fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano. Nam prædicta
10 clausula restringitur per aliam in Communicatione reposi-
ta scilicet quatenùs illi sit locus, quæ intelligitur, prout de
iure, vt declarauit Rota in d. decis. 28. num. 3. par. 2. rec. &
post Zacch. de obligat. Cam. dec. 76. num. 5. vers. nec clausu-
la, & dec. 93. nu. 13. & 14. penes Modern. Perus. de subhast.
11 Quapropter † cùm de Iure executiuè procedi nequeat,
quando via executiua est vulnerata dd. facultates non suf-
fragantur per Zacch. de oblig. Cam. d. qu. 36. num. 32. & post
eumdem Rota decis. 45. num. 4. & dicta decis. 28. num. 3.
par. 2. rec.
Præterea nec Superioribus aduersatur limitatio illa tra-
dita per DD. † quod sententia nulla, aut iniusta non vul- 12
nerat obligationem Cameralem, quam obseruauit Zacch.
de oblig. Cam. d. qu. 27. à nu. 35. qui dissidentes decisiones in
concordia adducit Clamat. de resol. 81. num. 27. Modern.
Cortonen. d. par. 1. cap. 8. num. 222. Rota d. dec. 78. num. 3.
coram bo. me. Coccino, & dec. 301. num. 6. par. 2. recentior.
† Quoniam nullitas hic deducta ex defectu Monitorij sana- 13
ta fuit ex seruatione terminorum substantialium, in quibus
continetur citatio ad libellandum, & respondit Rota co-
ram Seraph. decis. 1451. num. 4. & coram bo. me. Durano
decis. 457. nu. 1. minusque est attendenda alia nullitas obie-
cta, quod scilicet † A. C. tenebantur tantum confirmare, 14
vel infirmare mandatum procedens, non verò absoluere Pa-
tres Carthusianos ab impetitis, quia cùm † Iudex secundæ 15
Instantiæ cognoscit iustitiam causa vtique super meritis pro-
nunciare valet, Rota coram Achill. de Grass. decis. 16. n. 2.
de rescript. & in Romana Pecuniaria 13. Martij 1645. co-
ram Eminentiss. Corrado. Præterquam † quod ad effectum, 16
vt sententia dicatur nulla, aut iniusta, taliter quod nul-
litas, aut iniustitia sit adeò notoria, vt nullo velamine of-
fuscari valeat, & præter superius alleg. respondit Rota
d. decis. 78. num. 27. cum seqq. coram Coccin. & in d. Roma-
na Pecuniaria, §. non obstat coram R. P. D. Benilaqua, de
nullitate autem † seù iniustitia notoriè constare ad hunc ef- 17
fectum tunc dicitur, quando super ea adest declaratio per
aliam sententiam in iudicatum transactam, vt ex Gonzal.
d. glos. 6. n. 222. & 236. Grat. discept. 365. nu. 48. & firmauit
Rota in d. Romana Pecuniaria, §. non obstat coram R. P. D.
meo Benilaqua. Vel † saltim ex eisdem actis, vt alijs deci- 18
sionibus relatis voluit Zacch. d. qu. 37. num. 37. in fin. Quo-
rum vtrumque defecit in præsenti, & semper viget ratio
æqualitatis seruandæ, † quod scilicet sicut licuit actori ap- 19
pellare pariter, & Reo licet propterquam adhoc ex senten-
tia nulla vulnerari obligationem Cameralem, firmauit Rota
dicta dec. 78. num. 5. coram Coccin.
De iniustitia verò sententiæ A. C. nec etiam vllo modo,
apparet quinimò contrarium conuincitur ex Testibus datis
in Sum. PP. Carthusian. deponen. num. 7. Terras de quibus
agitur de sui natura fuisse, & esse malæ qualitatis taliter, vt
vix reddatur fructus sufficientes ad solutionem expensa-
rum, ex quibus eliduntur Testes Actoris declarantes id ac-
cidisse ex eo, quod Domini non curarunt, quod foueæ ex-
purgarentur ad effectum aquæ deuiandæ, vnde colligitur
quod licet † Emptio ad fauorem Ecclesiæ, & sine solemni- 20
tatibus celebrata subsisteret, nec caderet sub prohibitione,
cap. nulli de reb. Eccles. alien. vel non, & Extrauag. ambi-
tiosè eod. tit. arg. Tex. in princ. Inst. de authorit. Turr. l. Iu-
liana, §. si quis in Pupillo, ff. de act. Empt. plur. relat. Cro-
mentill. glos. 7. lib. 4. tit. 5. nu. 8. cum seqq. & in specie Arias
de Men. lib. 3. var. c. 24. à nu. 9. cum seq. Tamen † cùm aga- 21
tur de Emptione d. Ecclesiæ damnosa, & præiudiciali nul-
latenus substineri debet tam inspecto Iure Ciuili, vt in auth.
C. de Sacr. Eccles. §. Ecclesia, & latius in corpor. vnde Sum.
in §. sicut damnosos auth. de non alien. quam inspecto iure Ca-
nonico de quo in cap. 1. vers. sicut autem 10. qu. 8. & tradit. ibi
Turrecremat. nu. 5. vers. sicut autem steriles, Præposit. num. 1.
Gemin. num. 2. Tiraq. de priuil. pia causa Priuil. 88. vers. 4.
maximè, cum in dicta emptione defecisset beneplacitum
Apostolicum quo deficiente † quamuis bona Ecclesiæ hy- 22
pothecari, & obligari generaliter possint non obstante pro-
hibitione, d. extrauag. ambitios. vt tenent plures relat. à Bar-
bos. in d. cap. null. n. 5. & firmauit Rota penes Modern. Fo-
roliu. de pignor. dec. 97. nu. 1. Nihilo † magis excepta hypo- 23
theca, & obligatione generali deueniri potest ad distractio-
nem, & subhastationem bonorum Ecclesiæ sine beneplaci-
to Apostolico, vt resoluit Moder. Carpen. contron. 105. nu.
16. & cons. 183. à n. 115. lib. 2. Quia † sic daretur casus con- 24
tra dispositionem d. extrauag. prohibentis distrahi bona Ec-
clesiæ sine beneplacito Apostolico, vt considerauit Rota in
dicta decis. 97. num. 5. post Modern. Foroliu. de pignor. vbi
contrarijs omninò satisfit, quod quidem beneplacitum
saltem † semel debet interuenire, vt ab initio obligationis, 25
vt de tempore distractionis ex alleg. nouissimè per Moder.
Hisp. in labirinth. Credit. par. 1. cap. 1. §. 1. num. 17. cum seqq.
Rota in dicta decis. 97. num. 18. apud Modern. Foroliu. de
pignor.

Ex quo etiam deducitur læsio ex parte Monasterij, quæ
26 licet esse † intra dimidium Ecclesiæ suffragaretur, vt tradit Abb. *in d. cap. cum dilectis vers. item satis est de empt. & vend.* Franc. *dec.* 248. *num.* 6. & licet regulariter tanquam
27 requirens † altiorem indaginem non retardasset executionem, Rota coram san. me. Greg. XV. *decis.* 120. *nu.* 16. *decis.* 139. *num.* 14. penes Zacch. *& obligat. Camer.* Attamen
27 non obijcitur ad † effectum præscindendi actum validum, sed ad effectum ostenden. nullitatem ex defectu beneplaciti
29 Apostolici, vtpote contrahentium, † qui Monacos successores, nec etiam obligare potuerunt absque debitis solemnitatibus, vt respondit Rota post Modern. Foroliu. *de pignor. d. dec.* 97. *num.* 91. *cum seq.*

Quapropter executio super fructibus, qui possunt obli-
30 gari prætendi nequit † cum id procedere casu quo possessores Titulares perpetuò existerunt, qui possent de fructibus in sui præiudicium quomodolibet disponere secus verò dicendum de Monachis Claustralibus, & commendatarijs
31 temporalibus, qui fructus † futuros in præiudicium successorum obligari non valeant, Gemin. *cons.* 17. Alex. *consil.* 14. *num.* 3. *& seqq. lib.* 1. Rota *dec.* 805. *& nu.* 3. *&* 4. *p.* 1. *diuers. & dec.* 607. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 788. *num. etiam* 2. *par.* 2. *recen.*

Nec vrget, quod pro fructibus recompensatiuis promissis concusrant Patres Carthusiani pro quibus iusta videatur petitio cum æquitas non patiatur, quod Patres bona retineant, & nullos inde fructus persoluant contra dispositio-
32 nem, *l. curabit Cod. de act. empt.* Quia † responsum fuit prædictos Patres non teneri reficere omnes fructus promissos, sed tantum illos, quos perceperunt, cum in fructibus recompensatiuis ita obseruetur, ex tradit. per Alex. *in cons.* 64. *num.* 4. *lib.* 1. Grat. *discept.* 716. *nu.* 1. *& discept.* 911. *num.* 12. Fontanell. *decis.* 92. *nu.* 25. Castalet. *decis.* 98. *nu* 3. Mangil. *de euict. quæst.* 548. *num.* 17. Rota *dec.* 474. *num.* 1. *&*
33 *decis.* 457. *nu.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* alias † non committeret vsuram, vt aduertit Cagnol. *in d. l. curabit num.* 88. & ibi Barbos. *num.* 16. Lotard. *de vsur. quæst.* 27. *num.* 8. quoties
34 agitur † de fructibus debitis ex æquitate, *dicta l. curabit*, illi debere iuxtà veritatem non autem iuxtà opinionem, & taxam legalem, *auth. præterea, Cod. de Sacros. Eccles.* vt respondit Rota coram Seraph. *dec.* 480. *num.* 4. *& in Romana Iuris redimen.* 12. *Decemb.* 1635 *coram bo. me. Verospien.* & ad hunc modum ij, & calculatio, & prædicti fructus erunt restituendi dummamen in vtilitatem d. Monasterij constat fuisse conuersos, ex tradit. per Cremosil. *d. glos.* 7. *num.* 4. *tit.* 5. *par.* 5. *à num.* 2. *cum seqq. mod.* Carpen. *d. controu.* 133. *per tot.*

Colligitur etiam, quod pro pretio d. venditionis non debet relaxari mandatum cum ipsum non petatur, & fuit vul-
36 nerata vis executiua ex illa ratione, † ac pro fructibus recompensat uisse relaxare, vt respondit Rota *dec.* 43. post Zacch. *de oblig. Cam. num.* 4. *& dec.* 65. *num.* 8.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Interamnen. fideicommissi.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius vigore compendiosæ admittitur ad successionem quandocumque casus euenit in quo consideratur conditio grauati, & talis successio vocatis debetur etiam per ius accrescendi, nec retardatur per exceptionem altiorem indaginem requirentes, quando proceditur per viam immissionis in possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Verba, quandocumque sine filijs decesserit comprehendit omne tempus, & omnem casum quibus institutus heres non sit.*
2 *Verbum*, succedo, *est commune.*
3 *Substitutio compendiosa concepta per verbum commune, aperit fideicommissum vocatis.*
4 *Conditio, si sine filijs, filijs existentibus deficit.*
5 *Conditio, si sine filijs, non facit cessare fideicommissum fauore vocatorum, quando filij prædecesserunt.*
6 *Conditio hæredis grauati attenditur non autem gradus caducati.*
7 *Coniunctio realis, & verbalis parit ius accrescendi ante, & post quæsitam portionem.*
8 *Coniunctio ad qualem effectum sufficit, quod sit verbalis, & non realiter disiuncta in totum, & numer.* 9.
10 *Clausula*, Constituti, *nihil operatur aduersus tertium.*
11 *Possessio fideicommittentis est probanda per agentem ex fideicommisso.*
12 *Fideicommissario probare sufficit bona petita fuisse in hæreditate Testatoris.*
13 *Hæres beneficiatus tenetur stare facto defuncti quousque suppetunt vires hæreditariæ.*
14 *Inuentarij beneficium præseruat hæredem à damno, non autem ei parat lucrum.*
15 *Mulier ad tollendam turpis quæstus suspicionem præsumitur acquisiuisse in administratione bonorum filij.*
16 *Exceptio l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor. non admittitur in iudicio possessorio immissionis.*
17 *Mulier præsumitur acquisiuisse ex proprijs bonis, quæ ab ipsa possidebantur.*
18 *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor. præsumptio cessat vbi constat mulierem bona possidere.*
19 *Appropriationis pecuniarum præsumptio tollitur in tutore, quando exindè debita hæreditaria extinxit.*
20 *Mulier de dote præsumitur satisfacta quousque non reddit rationem.*
21 *Hæreditas præsumitur soluendo, & sufficiens omnibus illius oneribus.*
22 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, etiam Cameralis.*
24 *Inuentarij omissio non tollit hæredi, quin possit retinere bona fideicommissaria pro debito soluto.*
25 *Hæredem omittentem inuentarium Lex fingit satisfactum ex bonis hæreditarijs.*
26 *Inuentarij omissio reddit inutiles actiones hæredis aduersus bona fideicommissaria.*
27 *Tutor præsumitur confecisse libros tutelares.*
28 *Tutelares libri extare præsumuntur penes hæredes tutoris.*
29 *Fideicommissarij non possunt cogi ad reddendam rationem administrationis tutelaris, quando libri sunt penes hæredem.*
30 *Actio redditionis rationis aduersus tutores durat per 30. annos.*
31 *Redditio rationis administrationis tutelaris desumitur ex pluribus coniecturis in decisione enumeratis.*
32 *Fructus hæreditatis præsumuntur expensi pro familia alimentis, & in redditione rationis veniunt computandi.*
33 *Tutor quænam bona in redditione rationis, restituere tenetur.*
34 *Mobilia ex longæuo tempore præsumuntur consumpta.*
35 *Animalia mortua præsumuntur ex longi temporis cursu.*
36 *Protestatio facta in confectione inuentarij, quod bona non apponenda habeantur pro omissis, præseruat hæredem ab omni præiudicio.*
37 *Exceptiones turbidæ reijciuntur in Iudicio immissionis.*
38 *Exceptio retentionis redditur illiquida ex perceptione fructuum facta de tempore motæ litis.*

DECISIO CXCVII.

Resolutum fuit sub die 26. Ianuarij 1654. coram me fratribus de Paradisis esse dandam immissionem super certis bonis fideicommisso Fabiæ suppositis, nec obstare detractiones per Claram ream conuentam oppositas, quę resolutio iterum in disputatione deducta Domini in ea persliterunt. Nam fideicommissum clarè patet ex eo, quod Anastasio hærede vniuersali à Testatrice instituto, quandocumque sine filijs decedenti fuerunt pro rata scutorum 600. substituti fratres de Paradisis, in remanente verò bonorum quantitate Felicita d. Anastasij soror, & in hac in casu obitus eiusdem Felicitæ pariter quandocumque absque filijs

filijs deberent ijdem fratres fuccedere. Vndè de exiftentia
fideicommiffi dubitari non poteft, quia verba quando-
cumque, & fine filijs in vtraque fubftitutione adiecta aper-
1 tè indicant compendiofam fubftitutionem, † vt de dictio-
ne quandocumque quæ eius eft naturæ, vt compræhen-
dat omne tempus, & quemcumque cafum, quo inftitu-
tus hæres non fit Bart. in l. Centurio 15. num. 17. ff. de vulg.
& pupill. Calcan. conf. 1006. num. 7. Neuizz. conf. 53. n. 3.
Decian. conf. 1. num. 98. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 34.
in princ. & de verbis, fi fine filijs, idem Bart. poft Aym. in
d. l. Centur. col. 1. verf. ad 1. Neuizz. in citat. conf. 53. n. 2.
Decian. conf. 572. in princip. Riminald. fen. conf. 106. nu. 5.
lib. 1. Gratian. difcept. forenf. cap. 417. num. 1. Rot. dec.
656. num. 2. par. 4. rec. Compendiofa autem fubftitutio,
2 vbi præfertim, vt hic eft concepta per verbum † fuccedat,
quod eft commune cap. Raynuntius ib. de Teftam. l. gene-
raliter §. cum autem C. de inft. & fubft. continet vulgarem,
Bart. in eadem l. centurio num. 32. Caftrenf. conf. 152. n. 2.
lib. 1. Trentacinq. conf. 2. alijque adductis in præterita decif.
§. quod ad exiftentiam. Cumque cafus vulgaris fubftitu-
tionis euenerit ob prædeceffum Felicitæ Aoaftafio fine
3 filijs defuncto, vt Teftatrix † confiderauit apertum eft
fideicommiffum ad fauorem fratrum de Paradifis, vt bona
fideicommiffaria confequantur, l. fin. C. de edict. Diu. Adr.
Tollen. l. filium quam habente 24. C. fam. hercifcun. Cra-
uett. conf. 283. n. 1. verf. fed præmiffis, Rot. d. dec. 656. n. 2.
in fin. par. 4. rec.

Nec dicatur locum non effe præfatæ fratrum de Para-
difis fubftitutioni, ea quo vocati fuerunt ad totam hære-
ditatem, cafu quo Felicita fubftituta Anaftafio decederet
fine filijs, & tamen illa obijt relicta vnica filia Elifabetha
4 ouocupata, † per cuius exiftentiam deficit conditio, fi
fine filijs, quæ, etiam in cafo vulgaris fubftitutionis debet
adimpleri, l. non eft fine liberis 148. ff. de verb. fignif. l. Pater
Seuerinam 100. §. ita fideicommiffo ff. de cond. & demonftr.
l. 1. C. de condit. inftit. Bart. in l. Centurio num. 32. de vulg.
& pupill. Quia cum fubftitutio Felicitæ remanferit caduca-
sa obeius prædeceffum non habetur in confideratione
conditio appofita fequenti gradui fi illa deceffèrit fine fi-
lijs talis enim conditio fuit appofita præfuppofito cafu quo
Felicita admitteretur ad fubftitutionem; ea autem non
5 admiffa fubintrant in illius † locum Paradifi per compen-
diofam continentem fub fe vulgarem, & fideicommiffa-
riam fubftituti nullo habito refpectu quod Felicita reliquè-
rit filiam deindè defunctam, vt dixit text. in l. quamdiu
68. verf. is autem, & ibi Bart. comm. approbatus ff. de acquir.
hered. Caftrenf. d. conf. 152. num. 4. lib. 1. Soccin. iun. conf.
101. num. 14. lib. 1. conf. 185. num. 46. & 47. lib. 2. Crauett.
conf. 283. num. 1. verf. hoc præfuppofito, Guidop. decif. 550.
Thef. dec. 86. per tot. Modern. Mantuan. cent. 269. num. 35.
& feq. Debet quidem conditio verificari, fed illa quæ eft
appofita gradui, cui fucceditor hoc eft hæredis grauati,
non autem quæ eft adiecta gradui caducato, nempè pri-
mi fubftituti qui prædeceffit, nam ex vulgari fi defecit
primus gradus refpectu Felicitæ non defecit in perfona
fratrum de Paradifis, qui hoc cafu fuccedunt hæredi gra-
6 uato, cum conditio tantum † attendatur per quem defer-
tur fucceffio, Surd. conf. 229. n. 10. & optimè ratiocinatur
Rota coram Duran. decif. 339. n. 74. cum feq. & firmans alij
alleg. in dec. 8. non obftat quod Felicita.

Non obftat, quod faltem refpectu tertiæ partis quæ
fpectabat ad Paulum vnum ex tribus fratribus non com-
petat immiffio dum ille prædeceffit Anaftafio hære-
di grauato, penes quem Claræ colligantis auctorem ea-
dem tertia pars libera remanfit. Quoniam exiftimatum
fuit, quod potius ea ea, accreuit portionibus aliorum
fubftitutorum fuperuiuentium. Ex particula enim Tefta-
7 menti exhibita conftat illos re, † & verbis effe coniunctos
qua reali, & verbali coniunctione habet locus ius accre-
fcendi, antè, & poft quæfitam portionem, l. cum triplici
ff. de verb. fignific. tract. & Bald. in l. §. interdum ff. de vfu-
fruct. accrefc. iun. eidem Bart. in l. re coniunctis 87. num. 16.
de leg. 3. Menoch. de præfumpt. lib. 4. præfumpt. 159. num. 18.
8 Vazguez. de fucceff. lib. 1. cap. 10. num. 128. † quamuis fat
effet ad ius accrefcendum fubftitutos tantummodo verbis
fuiffe coniunctos, & re non totaliter disiunctos, l. 1. §.
vbi autem C. de caduc. Toll. l. fi duobus §. fin. ff. de leg. 1. Bart.
in d. l. re coniunctis num. 23. Cephal. conf. 123. num. 2. lib. 1.
Soccin. iun. conf. 139. num. 20. & 25. lib. 1. Gratian. difcept.
807. num. 24. & feqq. Peregr. de fideicommiffis art. 9. num. 9.

Rota diuerf. dec. 106. per tot. par. 4. coram Per. dec. 61. n. 1.
& in Romana fideicommiffi de Marianis 27. Iunij 1650. co-
ram Reuerendiffimo Tarracon. quapropter † fuperexiften- 9
tes fratres taliter in dicto Paulo coniuncti ad omnia bona
in fideicommiffo compræhenfa debent admitti non obftan-
te, quod pro dicta Pauli portione per illius mortem antè
grauatum effectum fuerit caducum, ad l. ftatam 82. ff. de
acquir. vel omitten. hered. Bart. & cæteri in l. Marcel-
lus 3. §. quidam ff. de Trebell. & in terminis Soccin.
fen. confil. 94. ad finem verf. fed quia mihi narratur,
lib. 4.

Nec retardari poteft immiffio fub prætextu, quod non
probetur bona remanfiffe in hæreditate Fabiæ Teftatricis
tempore fuæ mortis, & poft eam deueniffe ad Claram,
modo ad illa demittenda conuenta, quæ prætendit bona
pro fuis dotibus retinere, † ideò aduerfus eam vti tertiam 10
nihil operatur claufula Conftituti, adiecta in Inftrumen-
tis acquifitionum à dicta Fabia factarum ea cumulatis per
Modern. de manuten. obferu. 20. num. 32. quæ fideicom-
mittentis † poffeffio tanquam fundamentum intentionis 11
agentium ex fideicommiffo eft plenè probanda, l. fin. C. de
edict. D. Adr. Toll. Alex. conf. 82. num. 15. lib. 2. Caftrenf.
conf. 454. n. 1. lib. 1. Roland. à Valle conf. 28. num. 2. lib. 1.
& conf. 46. fub num. 6. lib. 3. Mant. dec. 33. num. 9. Duran.
dec. 201. num. 1. fiquidem, vt refpondet prima §. firmatis
igitur, & feq. vtrumque iuftificatur ex dd. emptionum
documentis claufula, Conftituti habentibus ex affertione
Fabiæ in Teftamento, & ex depofitionibus Teftium datis
in die decifionis, ac inuentario de bonis hæreditarijs Ana-
ftafij eiufdem Fabiæ hæredis ab ipfa Clara confecto, quæ
omnia benè concludunt bona in hæreditate fideicommif-
fi fuiffe, & fuffragantur ad obtinendam immiffionem cum
non fubfiftat Claram effe bonorum tertiam poffeditricem
aliquo fingulari titulo, fed hæredem Anaftafij † hæredis 12
dictæ Fabiæ, quo cafu fufficit apparere bona petita fuiffe
in hæreditate Teftatricis, cuius turpitudinem allegando
non debet hæres dicere bona ab illa poffeffa fuiffe aliena,
Bald. conf. 46. num. 10. lib. 3. Burfatt. conf. 268. num. 4. Ma-
gon. dec. Florent. 37. num. 2. plurefque alij relati per Mo-
dern. de fubftit. loquentem de hærede hæredis in quæft. 616. n. 4.
Et quamuis Clara hæreditatem Anaftafij adiuerit cum benef.
leg. & inuent. adhuc † tamen illius factum contrauertere 13
nequit donec rationem reddat de omnibus Inuentariatis,
& quoufque fuppetant vires hæreditariæ, Bart. in l. cum
vir. 42. fub num. 14. verf. fed fi fuit inuentarium ff. de vfucap.
Gabr. conf. 125. num. 112. lib. 1. Rota dec. 61. num. 4. verf.
nec obftat, & dec. 256. num. 5. par. 2. rec. Adden. ad Gregor.
dec. 418. num. 15. & in Bononien. fideicommiffi de Rubeis 24.
Martij 1610. §. nec obftat cum feq. coram R. P. D. meo Celfo.
Nam inuentarij † beneficium inuentum fuit, vt hæredem 14
à damno præferuet, non autem vt ille bona lucretur, quæ
tenetur vocatis reftituere, l. fin. §. licentia C. de iur. deli-
ber. Cephal. conf. 392. num. 36. Surd. dec. 30. num. 13. & 19.
Mant. dec. 226. num. 4. Rota dec. 535. num. 3. part. 5. rec.
& in Romana Cambij 24. Martij 1653. §. final. coram Me.

Minus officit ad impediendam immiffionem repetita ex-
ceptio, quod bona controuerfa per Fabiam empta, & fi-
deicommiffo fuppofita præfumantur acquifita ex effectibus
Paridis filij † quos ipfa adminiftrauit, ad tollendam turpis 15
quæftus fufpicionem l. Quint. Mutius 52. & l. etiam ff. de
donat. inter vir. & vxor. Quia præterquod † exceptio dedu- 16
cta ea præfumptione d. legis iuxtà magis communem opi-
nionem in hoc iudicio non admittitur l. fin. C. quorum bo-
norum Soccin. fen. conf. 131. num. 6. Menoch. de præfumpt.
lib. 3. præfumpt. 51. num. 44. Rota coram Duran. dec. 197.
num. 6. & 393. num. 7. repetita in §. 1. recen. in fine, in diui-
fione de anno 1586. fequuta inter filios, & fratres Octauij
d. Fabiæ viri, fuit eidem quoque reftituta dos fcut. mille,
& loco pecuniarum tot Cenfus affignati, ex quorum fru-
ctibus ad confiderabilem annuam fummam afcendentibus,
ac forte principali à pluribus illorum impofitionibus fucceſ-
fiuè redempta, † potuit Fabia hæc bona acquirere, & in 17
alios Cenfus reinueftire, cum ipfa haberet alimenta necef-
faria, ex fubftantia dicti mariti prædefuncti, à quo in Te-
ftamento hæres vfufructuaria omnium bonorum fuerat re-
licta iuxta confuetudinem Bulgari gloff. magna in auth. hoc
locum C. fi fecundò nupfer. Bart. & cæteri in l. Titia 35. ff. de
leg. 2. Gozad. conf. 47. num. 1. & in conf. 99. num. 8. Mantic.
de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 1. & feq. Boer. dec.
594. num. 4. Et hinc non intrat Regula, l. Quint. Mutius,
quæ

quæ tota fundata in præsumptione, & dubio, quod mu-
18 lier acquieſcerit ex bonis viri, & ex adminiſtratis, † ſed
quando apparet, vndè quæſiuit, puta, quia aliundè bona
habebat, vt in præſenti caſu ceſſat d. legis diſpoſitio, vt
præter allegatos in deciſione §. non vrget eſt gloſ. in cap. ſi
manifeſtè 21. verb. probantur 12. q. 1. Bald. conſ. 67. n. 1. lib. 5.
Aymon. conſ. 61. num. 7. Gerard. de Terra ſancta ſingul. 99.
num. 3. Boer. dec. 81. num. 2. Rota coram bon. mem. Merlin.
dec. 495. num. 4.

Non mouet, quod dicitur dolum à Fabia fuiſse com-
miſſum in adminiſtratione bonorum Paridis, & aliorum
filiorum dum declarationem factam in Inſtrumento Cen-
ſus ſcut. 100. ab vxore Stephanutij impoſiti, illumque
pro rata ſcutorum 60. ad prædictos filios tanquam ex pro-
prijs pecunijs emptum ſpectare, tacuit in retrouenditione
quam poſtea de eo vnà cum fructibus eidem Stephanutio fe-
cit. Quia nullibi apparet has pecunias ſibi Fabiá appropriaſ-
ſe, quinimò cùm eſſet filiorum tutrix, vt paulò poſt di-
ctam retrouenditionem ad computorum dotis Turiæ
19 vnius ex prædictis ſuis filijs † ſcuta 300. ſoluerit in extin-
ctionem huiuſmodi debiti pecunias erogaſſe cenſetur,
omniſque excluditur fraus, l. actione, & 161. Bart. ff. de
tutel. & rat. diſtrahen. & in l. tres tutores ff. de adminiſtr.
tutor. qua tamen perſpicuis indicijs probari deberet, l. quoties
§. 1. ff. de probat. l. dolum C. de dolo.

Neque putarunt Domini conſtare de aliquo credito li-
quido Claræ ad hoc vt valeat oppoſitæ retentionis exce-
20 ptione ſe tueri ab hac petita immiſſione, † etenim de ſuo
dotali, quod pro rata ſcut. 1500. ſolummodò dicebatur in-
ſtificatum, & ad cuius reſtitutionem Fabia inſimul cum
Paridie ſe obligauit præſumitur ſatisfacta ex retentione
omnium bonorum ipſiuſmet Paridis, & perſonalis debi-
toris, & Anaſtaſij eius filij, & hæredis etiamſi inuenta-
rium confecerit donec de omnibus inuentariatis integram
21 † rationem reddat ob præſumptionem, quod hæreditas ſit
ſoluendo, & ſufficiens omnibus oneribus illius, vt dixit
Rota dec. 696. num. 1. par. 3. dec. 535. num. 1. & ſeq. par. 5.
in recent. in Romana Cenſus 6. Martij 1645. §. dantur etiam
coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Tiburtina redditionis
rationis 3. Ian. 1642. §. tamen cum appareat coram R. P. D.
22 meo Meltio, qua igitur ſatisfactione † attenta non iuua-
tur Claræ, Fabiam ad ſui fauorem pro dictæ dotis reſtitu-
23 tione in forma Cameræ ſe obligaſse, cum ſolutionis † ex-
ceptio omnem dirimat actionem, l. ſoluendo ff. de negot. geſt.
l. ſolutionis ff. de ſolut. Surd. dec. 113. num. 2. & paſſim
admittitur contra obligationem Cameralem, Grat. diſcept.
forenſ. cap. 140. num. 3. Zacch. de oblig. Camer. quæſtion. 17.
num. 3. Rota coram bo. mem. Coccin. dec. 8. 58. & 162.
vbi num. 1. Mantic. dec. 240. num. 5.

Alterum, & ſecundum creditum ſcut. 200. quod præten-
ditur reſultare ex totidem ſumma per Paridem Anaſtaſij
patrem ſoluta Viceutino Fabiæ creditori non videtur detra-
hendum ex bonis fideicommiſſarijs, quia Anaſtaſius omi-
ſit conficere inuentarium de illius bonis hæreditarijs, quæ
24 omiſſio licet non tollat, quin hæres † poſſit retinere con-
tra fideicommiſſarium vniuerſalem, quod defunctus ſibi
debebat, vt voluit Paulo de Caſtro in l. ita tamen 27. §. ſi
25 ex Trebelliano ff. ad Trebell. Soccin. ſen. conſ. 44. lib. 3. †
Attamen tali caſu lex fingit in hæreditate defuncti extitiſse
bona, cum quibus potuit ſatisfieri de credito ſuo, eiuſque
contrariæ aſsertioni non ſtatur, ſed per talem aditionem
26 † ſine beneficio legis, & inuentarij confuſæ remanent
actiones, vt experiri non valeant pro d. crediti conſequutio-
ne §. hinc nobis auth. de hæredit. & falcid. l. fin. §. ſi verò C.
de iur. deliber. Bald. in l. cum à matre 14. num. 5. C. de rei
vendic. Gratian. diſcept. for. cap. 570. num. 19 & ſeqq. Gio-
uagn. conſ. 29. in fin. verſ. quamuis lib. 2. Rot. coram Card.
Caual. dec. 246. num. 28. & 164. num. 3. par. 7. & in Ciuita-
tis Vetula dotis 27. Febr. 25. April. 1643. coram R. P. D.
meo Cerro, & in Romana fideicommiſſi de Palatijs 18. Iunij
1647. in princ. coram R. P. D. meo Arguelles.

Poſtremò ad firmandum aliud creditum non vrget oppo-
ſita exceptio non redditæ rationis bonorum Paridis admi-
niſtratorum à Fabia ab anno 1584. vſq; ad 1604. conſiſten-
tium in mobili baſe ſe mouentibus, & in certa quantitate
olei, & vini, & diuerſis creditis pro quibus Clara retentio-
nem quoque opponit. Quia vltrà quod animaduerſum in
primis fuit, quod huius adminiſtrationis redditio rationis
27 haberi nequit, niſi exhibitis tutelaribus libris, † quæ Fabia
prout tenebatur ratione ſuſceptæ tutelæ præſumitur con-
feciſſe l. 1. §. officio ff. de tutel. par. 3. cap. 1. numer. 31. & 54.
& nunc penes † Claram hæredem Anaſtaſij hæredis Fabiæ 28
adminiſtratricis extare, non autem à fideicommiſſarijs te-
neri, Aretin. conſ. 20. num. 1. verſ. defunctus ergo, Caual.
deciſ. 545. n. 1. qui propterea ad † redditionem rationis 29
compelli non poſſunt, nec eam Clara petere, niſi priua
omnes libros neceſſarios exhibeat, Rota coram Seraph. deciſ.
1224. num. 1. Caual. d. dec. 545. num. 2. & fuit dictum in
Peruſina fideicommiſſi de Rodulphis 26. Ianuarij 1654. coram
R. P. D. meo Cerro, quodque poſt terminatam de dicto an-
no 1604. adminiſtrationem, contra Fabiam quæ ſuperuixit
vſque ad 1623. nec vnquam poſtea ab Anaſtaſio, qui de-
ceſſit de an. 1650. fuit petita ratio prædictæ † adminiſtra- 30
tionis. Vndè ex taciturnitate tam longiſſimi temporis, vltrà
30. annos, quo durat actio contra tutores illiuſque hære-
des ad reddendam rationem tutelæ, l. 3. §. hoc autem ff. de
negot. geſt. l. tutores C. arbit. tutel. l. neque C. quibus non obſtat
long. temp. præſcript. DD. in l. maximè 30. ff. de adminiſtr.
tut. Rolan. à Valle conſ. 29. num. 15. lib. 1. iuncta coniun-
ctione † ſanguinis, & præſumptione ſæpius calculatæ ratio- 31
nis reſultatæ ex Cenſuum emptionibus ſolutione debito-
rum, & alijs à Fabia geſtis, vt infrà oritur efficax conie-
ctura redditæ rationis ad l. procula de probat. Paul. de Caſtr.
conſ. 126. num. 2. verſ. tollitur lib. 1. Simon. de Præt. conſ.
112. nu. 6. Cephal. conſ. 240. n. 8. Dec. conſ. 266. num. 5.
Gramat. deciſ. 103. ſub nu. 29. Reſponſum fuit, ex prædi-
ctis bonis in inuentario deſcriptis eſſe prius duas partes de-
trahendas ſpectantes ad Annibalem, & Ioannem Verterium
Pardij, & aliorum filiorum Fabiæ partuæ inſimul tempore
illius confectionis viuentes, quibus portionibus demptis
tertia pars elicitur etiam admiſſo calculo per alteram partem
facto vix ad ſcuta 333. aſcendens, & ſeptem dolea circiter
vini dictis filijs tangentis cenſetur pro rata erogata in vſum,
& ſubſtentationem illorum, † quia fructus hæredis impendi 32
præſumuntur pro familiæ alimentis, & in redditione ratio-
nis veniunt computandi, Peregr. de fideicomm. art. 35. num.
32. Et reſiduum illis deductis in expenſis funeris alijſque do-
meſticis egeſtatibus in Cenſibus ad fauorem Pupillorum
emptis, & in ſolutione dotis Turiæ, eorumdem ſororis de
quibus omnibus habenda eſt quoque ratio in computo ſu-
ceptæ † adminiſtrationis, quia præſumuntur factæ ex ef-
fectibus hæreditatijs, Rota apud Merlin. dec. 713. num. 7.
cum alijs in præterita deciſ. allegatis §. tertia exceptio, & in
Romana redditionis rationis 5. Iunij 1651. §. eodem modo co-
ram R. P. D. meo Peuting.

Mobilia verò in eodem Inuentario deſcripta cum illa vſu
conſumantur † ſufficit, quod ex tam longæua temporis 34
diuturnitate veriſimiliter ſint perempta, Bart. in l. quod ad
præſens, Muritreg. lib. 12. Peregr. de fideicom. art. 10. num.
40 Gratian. diſcept. for. cap. 215. num. 18. & 19. Cyriac.
controu. 204. numer. 7. Duran. deciſ. 212. numer. 12. ſicuti
tanti temporis † curſu animalia demortua præſumuntur, ex
quo naturaliter viuere non potuerit, Corn. conſ. 186. numer.
1. in fin. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 629. num. 25. Marcus
Muta deciſ. 75. n. 12.

Credita tandem ibidem adnotata vti hæreditaria Octauij
nedum non conſtat ad manus Fabiæ perueniſse, & illa exi-
giſse, vt opus eſt ad finem, vt de illis ratio reddi debeat,
cùm tutor non teneatur, niſi de actualiter perceptis iuxta
conſ. Bart. 239. per totum, & præſertim in fine, Rota in Fer-
rarien. Domus 17. Maij 1651. coram R. P. D. meo Meltio,
§. neque refragatur in fin. & in Romana redditionis rationis
23. Ianuarij 1654. §. liberatio in fine, coram R. P. D.
Peutingerio. Verùm ex diuiſionibus, & alijs datis in ho-
dierno Sum. fratrum de Paradiſis deprælienditur illa ſpe-
ctare ad Anibalem tantum ſola igitur deſcriptio in Inuenta-
rio facta non facit hæreditaria Octauij, † ſed erronea fuit, & 36
ſtante proteſtatione, quod ſi quæ bona non erant apponen-
da, ibi habeantur pro non deſcriptis, & deſcribens ab om-
ni præiudicio præſeruatur l. 1. §. hæc ſtipulatio, vbi Angel. nu.
24. ff. ſi vi pluſquam Rota deciſ. 187. num. 9. par. 3. recent. in
Bonon. de Berois 18. Februarij 1641. §. hinc patet coram R. P.
D. meo Salamanteno, & in Romana fideicomm. de Nicolinis
24. Aprilis 1651. §. non obſtat, coram R. P. D. meo Cerro.

Quibus ſtantibus non poteſt Clara bona hæreditaria Fa-
biæ retinere cum prætenſa credita, vel non ſubſiſtant,
nec de illis ſunt deducenda, vel quatenus aliqua remane-
ret difficultas ſat eſt Paradiſis fideicommiſſarijs dubiam red-
dere † illius intentionem, quia in hoc Iudicio immiſſionis
non admittuntur exceptiones turbidæ, & diſcuſſionem,
ſeu

seu altiorem indaginem requirentes, DD. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Grat. *discept.* 734. *num.* 13. *feud. decis.* 64. *in fin.* Rota *decis.* 379. *num.* 20. *&* 524. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 2. *&* 3. *& decis.* 275. *num.* 1. *par.* 5. *recent.* & coram Buratt. *decis.* 738. *num.* 14. Præsertim, quia à die motæ litis
18 vsque nunc dd. bonorum fideicommissariorum percepit, cum quibus, vel extincta, vbi illiquida, adeò remanent prædicta credita, vt non competat dicta retentio, Rota coram Duran. *dec.* 113. *num.* 7. & coram bon. mem. Merl. *dec.* 312. *num.* 5. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Reatina Castrorum.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Alimenta & sumptus litis sunt arbitrio Iudicis præstanda, constito de paupertate, & bono iure, quæ probantur per sententias, decisiones Rotales, & per depositiones testium etiam de publica voce & fama. Nec admittitur exceptio periurij, vbi præsertim contractus impugnatur ex capite non implementi, vel concurrit probabilis causa excusationis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis debent præstari constito de paupertate, & bono iure.*
2 *Præsumptio boni Iuris resultat ex sententia Rotali.*
3 *Quod procedit etiam si à sententia fuerit appellatum.*
4 *Decisiones Rotales inducunt boni iuris præsumptionem.*
5 *Paupertas probatur per testes.*
6 *Paupertas probatur per communem reputationem.*
7 *Quantitas pro alimentis, & sumptibus litis remittitur arbitrio Iudicis.*
8 *Periurus est reijciendus à limine iudicij.*
9 *Periurij exceptio opposita sententiam non releuat.*
10 *Periurus non dicitur qui impugnat contractum ex capite non implementi.*
11 *Iura experienda veniunt, dum casus purificatus est.*
12 *Periurus reijcitur ab actione super qua iurauit.*
13 *Transactio ratificatur per solutionem.*
14 *Ratificatio tacita non sufficit pro implemento promissorum.*
15 *Credulitas iusta excusat à periurio.*
16 *Causa qualibet etiam leuis excusat à periurio.*
17 *Dolus requiritur ad incurrendum periurium.*
18 *Expensa in litibus verisimiliter fiunt.*
19 *Alimentorum subministrationis tempus est attendendum.*

DECISIO CXCVIII.

TAncredi Materio, qui in possessionem quinque ex duodecim partibus Castrorum, de quibus agitur dandam esse Immissionem sententia Rotali pronunciatum fuit, & deinde Ægidianam non intrare declaratum, alimenta, & sumptus litis hodie Domini dixerunt à Thoma
1 pariter de Materijs esse subministranda, † cum de præsumptione boni Iuris, & paupertate illius copulatiuè necessaria sufficienter constare visum fuit, Decian. *cons.* 69. *num.* 2. *lib.* 2. Couar. *pract. quæst. cap.* 6. *sub num.* 7. Gratian. *discept.* 55. *n.* 49. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 110. *n.* 8. *&* q. 120. *n.* 3. *& seqq.* Adden. ad san. mem. Greg. XV. *dec.* 189. *n.* 7. Rot. coram Buratt. *dec.* 557. *num.* 6. *vbi annot. num.* 28. *par.* 4. *to.* 3. *& in Anconitana Alimentorum 4. Iunij* 1646. *in princ. coram bon. mem. Arguelles.*
2 Boni Iuris præsumptio † ex sententia Rotali prædicta ad eius fauorem emanata resultat ad tradita per Rot. *dec.* 250. *num.* 2. *par.* 1. *recent. & in Romana Bonorum seu vsufructus* 19. *Ianuar.* 1652. *coram R. P. D. meo Zarate*, quod procedit quamuis per appellationem ab Aduersario interpositam 3
suspensa remanserit, Rota coram Card. Caual. *decis.* 554. *num.* 2. Buratt. *dec.* 206. *n.* 7. *cum concordantibus in Fauen. Dotis* 10. *Nouembris* 1642. *§. præsumptio boni iuris coram R. P. D. meo Cerro*, Concurrentibus præcipuè decisionibus 4
in secunda instantia coram me æditis, quæ pariter boni iuris præsumptionem inducunt, Rot. *dec.* 30. *num.* 3. *par.* 7. *cum alijs in dicta Anconitana Alimentorum §. præsumptio etiam & Romana bonorum vbi supra*. Paupertas autem ipsius probatur per Testes nuper examinatos, qui bene extremam ipsius paupertatem concludunt, ipsumque nihil omnino possidere, & dietim ex alimentis à Monialibus Turris Speculorum illi transmissis viuere. † Per testes autem paupertatem probari receptissimum est, Rot. *dec.* 495. *num.* 4. 5
par. 3. *& dec.* 617. *num.* 7. *par.* 4. *recent. tom.* 3. & coram Buratt. *d. dec.* 265. *num.* 26. *vers. de paupertate.* † Et ad 6
hunc effectum communis reputatio de qua deponunt ipsi sufficeret, Rot. coram Seraph. *dec.* 51. *& dec.* 58. *vtrobique n.* 1. *& in Toletana Matrimonij prima Februarij* 1649. *coram Eminentiss. Card. Corrado.*

Quantitatem verò alimentorum, & sumptus litis taxarunt Domini in scutis 20. menstruis, quia habito respectu ad bona, quæ Tancredi debita fuerunt declarata ad necessitatem alimentandi, & ad expensas in lite hac Rotali in summa non exigua necessarias ad hanc vsque quantitatem arbitrium attendere placuit. Cum in huiusmodi materia 7
quantitas, vt plurimum Iudicis arbitrio remittatur, ad text. *in l.* 2. *ff. vbi pupill. educ. deb.* Menoch. *de arbitr. cons.* 169. *num.* 1. *& seqq.* Molin. *de primog. Hispan. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 17. *vers. ipse tamen inquit*, Rota coram Merlin. *decis.* 7. *n.* 7. *& in Romana alimentorum prima Aprilis* 1639. *§. quantitate aut coram bon. mem. Peronano, & in Romana Matrimonij prima Iulij* 1603. *§. vltimo vers. pro qua taxanda coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat, quod Tancredes transactionem à se celebratam pro cassa, & resoluta habere velle iurauerit, & illius vigore nulla præcedente absolutione immissionem petierit, vnde tanquam † periurus à limine Iudicij repellendus est Rota coram Coccin. *decis.* 264. *nu.* 2. *& decis.* 5. *nu.* 1. 8
par. 2. *rec.* Quia vlita quod hæc exceptio periurij † post sententiam apposita non releuat, & remissa censetur. Cum 9
ante diffinitiuam apponenda sit. Lossred. *cons.* 12. *num.* 34. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 174. *num.* 12. *in princ.* Rota *post* 2. *volum. cons.* Farin. *decis.* 284. *nu.* 1. *in fin.* responsum fuit, quod cum transactio à die celebrationis ipsius deberet infra mensem cum dimidio à Marco Antonio Attilio, & Hieronymo ratificari, & tamen non fuerit subsequuta ratificatio, nisi longè post, vt ex protestatione Tancredis data in Summario Thomæ, & fratrum nu. 2. † impugnan- 10
do à principio transactionem Tancredes ex capite non implementi in tempore conuento non dicitur in periurium incidisse, neque absolutio à iuramento requirebatur, ad tradita per Crauett. *cons.* 227. *nu.* 16. Cornel. *cons.* 11. *num.* 7. *lib.* 7.

Præterea animaduersum fuit, quod Tancredes neque suam portionem Castrorum, neque hodie alimenta petit vigore transactionis, quam pro cassa habere iurauerit, sed ex iuribus in eadem reseruatis in casu mortis Patruorum sine filijs suas rationes prosequitur. Quia postquam † casus 11
mortis in ea consideratus euenit, vtique Tancredi iura in eum casum sibi præseruata in iudicium deducere licuit, Rota *in hac Reatina Castrorum* 27. *Februarij* 1651. *in princ. coram R. P. D. meo Decano, & motiuo transactionis respondendo* 31. *huius anni* 1656. *§. nec denique refragatur coram me*, & circumscripta petitione alimentorum etiam si in illa sine vero præiudicio Tancredes fuisset periurus, illi tamen hæc exceptio opponi non posset, cum periurium à Iudicio solummodo repellat, quoad actiones illas † super quibus 12
iuramentum fuit interpositum, non autem quoad alias Roman. *sing.* 499. *num.* 2. Seraph. *de priuil. iuram. d. priuil.* 174. *num.* 16. *in fin. vers. secundo limita*, Farin. *de falsit. & simulat. quæst.* 160. *numer.* 184. Rota *decis.* 97. *num.* 10. *par.* 2. *diuers.*

Nec releuat transactionem à Hieronymo satis fuisse ratificatam † per solutionem scutorum bis mille à Tancredo 13
acceptatam declarauit, Rota *in hac causa sub die* 3. *Iulij* 1655. *§. fin. coram Reuerendissimo Domin. meo Decano.* Sequuta autem ratificatio transactionis ab illa non potuit Tancredes sine periurio recedere. Nam eadem adaptatur responsio, quod serotina est huiusmodi exceptio, & vlterius

14 tius probabiliter credere potuit Tancredes, † quod tacita hæc ratificatio transactionis pro implemento promissionis non sufficeret, cùm pactum de expressa ratificatione intra
15 limites certi temporis facienda loqueretur, † credulitas autem ista iustam præbet causam excusandi à periurio Tancredem, cùm omnis interpretatio somenda sit ad euitandum
16 periurium, à quo quælibet causa † quantumuis leuis excusat, ad effectum ne à limine Iudicij quis repellatur, Bertaz. *in L. si quis maior* 41. *num.* 33. *& seqq. cum num.* 47. *C. de transact.* Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 221. *num.* 4. *& seqq.*
17 Vbi † quod ad effectum incurrendi periurium dolus, & perfidia est necessaria, Surd. *decis.* 58. *num.* 4. Rota apud Pacif. de Saluiano *dec.* 157. *num.* 5. *& dec.* 367. *num.* 7. *par.* 4. *recentior.*

Minus officit, quod Tancredes vltra scuta 4100. habuerit etiam ex castro nuncupato Collesegato multa animalia & bona ingentis valoris. Quia omisso quod pro monacandis sororibus, pars ipsorum impensa fuit, & in hac
18 † lite pars non modica verisimiliter consumpta esse potuit, dixerunt Domini sufficere, quod nunc in statu paupertatis
19 extremæ reperiatur, † cum tempus petitionis alimentorum in eorum subministratione sit attendendum, vt notissimum est & firmant authoritates in princ. alleg.

Et ita scuta 20. menstrua Tancredi esse ab Aduersario soluenda vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO,

Cęsenateñ. seu Sarsinateñ. Laudemiorum.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Priuilegium reale, quando est concessum à Principe alicui communitati, res ipsas priuilegiatas afficit, & ad quoscumque transeunt dictæ res, & latè declaratur, quando priuilegium sit reale.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia concessa rebus dicuntur realia, ideoque transeunt ad omnes, ad quos transeunt dictæ res.*
2 *Priuilegia concessa Ciuitati, transeunt etiam ad eiusdem Ciuitatis Comitatino, & Forenses.*
3 *Constitutio, quando est realis, res ipsas afficit, à quocumque possideantur siue à Ciue, siue ab extero.*
4 *Priuilegij natura an sit realis, vel personalis, attenditur mens concedentis.*
5 *Abusus, corruptela, & grauamina, in aliqua materia si irrepserant, dum tolluntur per Principem, generaliter dicuntur auulsa.*
6 *Æquitatis, & Iustitiæ ratio postulat, quod nemo indebitè grauetur, vltra quam par est.*
7 *Priuilegium semper extenditur ad omnes, quando ratio, ob quam fuit concessum, est generalis.*
8 *Priuilegij finis, dum respicit res earumque vsum, & in eas res dirigitur, priuilegium est reale.*
9 *Priuilegij verba ponderanda sunt ad cognoscendum, an sit reale, vel personale.*
10 *Verba priuilegij, quando dicantur realia, & non personalia ad effectum, vt priuilegia dicantur realia,*
11 *Priuilegia in dubio præsumuntur realia.*
12 *Priuilegium in dubio præsumitur reale, dum fuit concessum à supremo Principe.*
13 *Priuilegium concessum Vniuersitati præsumitur reale,*
Vniuersitas nunquam moritur, n. 13.
14 *Ciuitas verum patrimonium in quibus priuilegijs consistant.*
15 *Ciuium appellatione veniunt etiam Comitatini, & in quibus priuilegijs, & materijs id veniat intelligendum.*
16 *Comitatini considerantur, vti membra Ciuitatis.*
17 *Priuilegium concessum Ciuitati, ob personarum fidelitatem comprehendit etiam Comitatinos.*
18 *Priuilegium reale concessum Ciuitati, non desinit esse tale, licet adsint aliqua verba personalitatem denotantia.*
19 *de Principis voluntate quando constat, quod voluerit concedere priuilegium reale, tunc verba personalia non immutant naturam priuilegij.*
20 *Verba personalia, in priuilegijs realibus, dicuntur stare demonstratiuè, & non taxatiuè posita.*
21 *Priuilegium reale non desinit esse tale, licet in eo aliquando fiat mentio personarum, quia talis mentio facta demonstratiuè, non autem taxatiuè censetur, & num.* 22.
23 *Substantia, & effectus priuilegij dum respicit bona, & possessiones, sine dubio dicendum est reale.*
24 *Priuilegium aliud est, si sit concessum certis personis particularibus specificatis, vt persona indiuidua. Et aliud est, si fuerit datum singulis de tali corpore, ob qualitatem communem cum alijs.*
25 *Priuilegium, quando fuit concessum Ciuibus, vti partibus integralibus communitatis, non quia personæ sint singulares, priuilegium reale est.*
26 *Priuilegium concessum potius ratione ordinis, quàm quod acquirens, sit Andreas, vel Ioannes dicitur reale.*
27 *Principum priuilegia latè quidem contra ipsum concedentem interpretantur, in præiudicium vero tertij strictissimè sunt interpretanda.*
28 *Priuilegij toto tenore considerato, si appareat concessionem fuisse factam ad fauorem possidentium, est reale.*
30 *Priuilegium concessum Ciuitati, quando æqualiter non solùm Ciuibus, sed etiam forensibus censeatur concessum.*
31 *Et hoc non per modum extensionis, sed per modum comprehensionis, & veri intellectus, & numero* 32.
33 *Priuilegium, quando concessum est contra consuetudinem iuri communi contrariam, & vt reducatur ad ius commune, latè interpretatur.*
Quod procedit etiam contra tertium.
34 *Consuetudo soluendi maius laudemium, quàm à iure communi fuit constitutum, valet.*
35 *Priuilegium, quando dicatur euacuasse quemcumque vsum in contrarium.*
36 *Consuetudo non tollitur per actus non voluntarios, & extortiuos.*
37 *Consuetudo tollitur per clausulam,* sublata, & decretum irritans.
Et sic adeo illam inficiunt, vt prohibeant, ne illa amplius incipere valeat.
38 *Communitatis personæ particulares non possunt præiudicare.*
39 *Pacta sunt seruanda.*
40 *Conuentiones inter alios factæ, nullatenus possunt præiudicare tertio.*
41 *Rota non solet sententias incidenter reuocare, & maximè si transitum fecit in iudicatum.*

DECISIO CXCIX.

FOrensibus, & Comitatinis bona in Territorio Montis Iusti possidentibus, Summorum Pontificum Priuilegia certam Laudemij solutionem præscribentia suffragari resolutio Rotalis sub die 30. Aprilis 1646. coram Reuerendiss. Terracineñ. capta declarauit, quam hodie Domini auditis iterum partibus in decisis persistendo confirmarunt. Quia ponderata concessionis causa, & mente concedentium, perpensisque ipsorum priuilegiorum verbis, & iuris attenta præsumptione, visum est priuilegia
† adeò fuisse realia, vt ad quascumque manus, & perso- 1
nas bona peruenerint, intrinsecam priuilegii qualitatem secum attulissent, vt præter adductos in decisione firmat Bart. *in l.* 1. *sub num.* 2. *vers. aut concedatur ff. de Constit. Princip.* Natt. *cons.* 627. *num.* 12. *& cons.* 649. *num.* 76. *vers. transit ad quemcumque,* Surd. *cons.* 525. *num.* 26. *vers. secus quando est realis lib.* 4. cum pluribus per Cyriacum *contr.* 141. *num.* 26. *lib.* 1. *& contr.* 297. *num.* 5. 20. *& seq. lib.* 2. Atque
ideò † Comitatinis, & forensibus suffragari potuerint, vt 2
de istis notat Bart. *in l.* 1. *num.* 24. *vers. mihi autem videtur dicendum C. de summa Trinit.* Roman. *cons.* 224. *num.* 1. Tiraquell. *de iur. primog.* q. 46. *num.* 4. vbi, quod quando

Con-

3 Constitutio est realis res ipsas afficit † à quocumque possi-
deantur, siue à Ciue, siue ab extero, Barbos. in l. quia
tale 14.n.40. in fin. vers. ea igitur ff. solut. matrim. P.Layman.
Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 4. vers. hoc casu
exteri quoque.

Et primò quidem causa finalis concessionis, & Ponti-
4 ficum mens, quæ ad † cognoscendam priuilegij naturam
potissimè attendenda sunt iuxta text. in l. omnibus 69. ff. de
regul. iur. Barbos. vbi supra num. 2. apertè demonstrant
concessionem fuisse realem, quia felic. record. Pius IV. qui
primus priuilegium indulsit præmissa narratiuâ qualitatis
bonorum, quod scilicet, ferè omnia bona emphyteutica
existant, respectum habuit non ad ipsos Ciues Cæsenat.
sed ad possessores bonorum emphyteuticorum in districtu
Cesenæ existeñ. motusque est primario, & principaliter
ad ita disponendum, ne emphyteutæ maius soluant lau-
demium, quam iuris communis censura præscribat, & ne
Dominorum auaritia indebitè vexentur, quæ quidem
5 † causa immediata exonerandi emphyteutas, tollendique
abusus corruptelas, & grauamina, quæ in hac materia
irrepserant, sicuti æquè benè Comitatinis, & forensibus
bona possidentibus adaptatur, ac Ciuibus ipsis; ita pari-
6 ter eos comprehendere debet, † cum æquitatis, & iusti-
tiæ ratio postulet, quod nemo indebitè maioris solutio-
nis, quam par sit onere pergrauetur, atque ideò quoties
ad certam causam mens Indulta concedentis habuit
7 † respectum, tale priuilegium semper ad omnes extendi-
tur, in quibus causa illa concurrit, & reale censetur, Bald.
in l. 2. num. 7. vers. si autem ratio priuilegij C. de Episc. &
Cleric. Castren. in l. maritum 13. num. 4. vers. nam extendun-
tur ad omnes ff. sol. matr. Decius in l. in omnibus 69. num. 14.
ff. de reg. iur. Natt. cons. 340. num. 18. vers. modo ista ratio,
& num. 19. Bero. cons. 105. num. 11. lib. 1. Marc. Anton.
Eugen. cons. 92. num. 19. vers. quamquidem sententiam, &
seq. & num. 23. lib. 1. Menoch. præsumpt. 103. num. 27. &
28. lib. 3. Azor. instit. moral. par. 1. cap. 22. col. 1. litt. D.
vers. quando vero priuilegium. Et dum idem Pontifex sub
excommunicationis pœna Dominis directis prohibuit, ne
pro renouationibus, & inuestituris bonorum ab emphyteu-
tis maius laudemium exigant, quam de iure communi
8 debeatur, non considerauit solos Ciues Cæsenateñ. † sin-
guli quorum non posse inuestituras, & renouationes pe-
tere, plusquam notum est, sed respexit omnes emphy-
teutas, qui ratione qualitatis bonorum renouationes, &
inuestituras petere tenentur, & sic finis priuilegij respicit
res, earumque vsum, & in eas dirigitur, proindeque
bonis immediatè priuilegium cohæret, & in personas illa
possidentes secundariò, & per accidens redundat, & pri-
uilegium reale resultat, P. Layman. d. cap. 23. num. 2. vers.
priuilegium reale, Barbos. in d. l. quia tale 14. n. 3. in fin. vers.
ac ita dicendum, & num. 4. vers. & in prædictis terminis ff.
solut. matrim. Emanuel. Roderic. quæst. regul. tom. 1. q. 7. art.
2. in princip. vers. quando autem priuilegium datur ratione ali-
cuius rei, Menoch. cons. 276. sub n. 12. vers. illud pronomen,
&c. & n. 14. & 16. lib. 3.

9 Verba pariter eiusdem † priuilegij, quæ etiam in dubio
ad hunc effectum ponderanda esse voluit, Angel Aretin.
cons. 54. num. 11. & 12. vers. ad cognoscendum, Bellon. cons.
20. sub num. 9. Rota coram Pen. dec. 93. num. 9. tanquam
ad res ipsas directa, & ad bona relationem habentia, ibi,
cum omnes ferè possessiones, & bona immobilia Ciuitatis
Cæsenaten. & illius districtus emphyteutica existant, &c.
& infra, in eisdem possessionibus, & bonis directum Domi-
nium habentes, & deindè, Emphyteutas possessionum, &
10 bonorum eorumdem, &c. dicti priuilegij † realitatem osten-
dunt, Ruin. cons. 217. num. 18. vers. quæ verba lib. 1. Dec.
cons. 262. num. 2. vers. primo quia ad hoc respond. Menoch.
d. præsumpt. 103. num. 26. lib. 3. Cyriac. d. controuers. 297.
num. 3. & 4. Et præsumptio etiam iuris pro eiusdem Indulti
11 † realitate concurrit, tùm quia in dubio tale præsumitur
priuilegium, Alex. cons. 193. num. 3. vers. quinimo d. con-
cessio lib. 2. Anchar. cons. 327. num. 2. in fin. vers. quarto ma-
gni Doctores, Menoch. cons. 905. num. 5. Tum quia à Su-
12 premo † Principe concessum, Bart. in l. fin. num. 14. vers.
& isto casu ff. de seruit. legat. Ias. in l. idem Iulianus 41. §. si
quis alicui num. 9. vers. sed si nullum ff. de legat. 1. Tiraquell.
de nobilit. cap. 37. num. 59. vers. tamen si concessio, Menoch.
d. præsumpt. 303. num. 31. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap.
10. num. 38. Tum denique quia impartitum fuit Vniuer-
13 sitati, † quæ cùm numquam mori dicatur priuilegium
eiusdem naturæ reale, & perpetuum præsumitur ad text.
in l. forma 4. §. quamquam ff. de censibus, Natt. cons. 163. n.
16. vers. secus si concedatur, Menoch. cons. 1193. num. 12.
lib. 12. Bursatt. cons. 258. num. 44. vers. quia tunc lib. 3. Va-
lenzuel. Velasq. cons. 79. num. 21. 22. & 23. vbi quod in
† talibus priuilegijs consistit verum Patrimonium Ciuitatis, 14
& cons. 81. n. 11. tom. 1.

Quod sine vlla prorsus difficultate procedit quoad Co-
mitatinos, † qui in huiusmodi priuilegijs, & fauorabilibus 15
materijs appellatione Ciuium continentur, † & tanquam 16
membra Ciuitatis considerantur, vt tradit Iacobus de
Beluis in celebri quæstione, quam se Bononiæ habuisse re-
fert in repetitione, §. illud tamen in aut. quib. mod. lib. effic.
sui, Alex. in rubr. num. 14. ff. solut. matr. Felin. in cap. cau-
sam quæ 18. sub num. 13. vers. similiter dicit, Imola de re-
script. Castrens. cons. 307. num. 2. lib. 2. Galeott. contro-
uer. lib. 2 contr. 20. num. 38. plenè Valasc. consult. 79. num. 3.
& seqq. Iacob. Ant. Maur. allegat. 36. sub num. 1. vbi in
puncto loquitur † de priuilegio Ciuitati propter hominum 17
fidelitatem concesso, Valenzuel. Velasquez dicto cons. 79.
per tot. & sub num. 79. vers. & dicit, quod hoc, & seqq.
vsque ad num. 86.

Neque fundamenta hæc debilitantur ex alijs eiusdem
indulti verbis, quæ ad Ciues ipsos Cæsenateñ. directa, plu-
riesque ad ipsos relata, & præcisam personalitatem im-
portantia probare videntur personas ipsorum Ciuium,
Finalem, & immediatam priuilegij causam fuisse, † vt 18
distinguendo relationem verborum ad res, vel personas,
tradit Crauett. cons. 239. sub num. 3. Capyc. Galeott. contr.
51. num. 5. & seq. lib. 2. & alij relati in decisione, quæ hodie
confirmata fuit sub §. non obstat. Quia constito aliundè
de voluntate † Principis (vt egregiè ibi dictum fuit) 19
quod voluerit priuilegium bonis attribuere, expressiones
illæ personalitatem redolentes non mutant naturam pri-
uilegij; non solùm † quia censentur potius stare demon- 20
stratiuè, ad ostendendum, scilicet, causam impulsiuam,
& secundariam, quàm taxatiuè, vt in terminis distinguit
Barbos. in d. l. quia tale 14. sub num. 25. vers. non obstat ter-
tia ratio ff. solut. matr. Anchar. dicto cons. 327. sub num. 4.
vers. secundo non obstat, Soccin. sen. cons. 84. num. 17. vers.
quoniam illa verba fuerunt adiecta lib. 3. & & post Bald. cons.
354. in princ. vers. nam hæc dictio lib. 1. Dec. dicto cons. 262.
num. 6. vers. secundo non obstat illud lib. 1. Gratian. discept.
876. sub num. 68. vers. nam alias priuilegium; Verùm etiam
quia expressio personarum † facta fuit per accidens, nam 21
cùm Communitas, & homines Cæsenæ supplicationem
porrexerint pro exoneratione grauaminis ratione bono-
rum illis illati, ipsis saltem demonstratiuè dirigenda erat
indulti, atque exemptionis oratio, cùm plerumque per-
sona inseratur, non vt personalis fiat concessio, † sed vt 22
demonstretur cum quo indultum factum est, vt in termi-
nis declarat Petr. de Pod. inter consilia Federic. de Sen.
cons. 68. num. 2. vers. & tunc si nomen, & per text. in l. in-
risgentium 7. §. pactorum ff. de pact. ratiocinatur Card. Mant.
de tacit. & ambig. lib. 1. cap. 7. sub num. 3. vers. sed id, &
num. 4. Rota in Rossanen. exemptionis 22. Iunij 1640. §. at
tamen vers. licet concurrat coram Reueren. Compostellano,
vbi quod quando adsunt verba apta ad inducendam rea-
litatem non tollitur qualitas ipsius realitatis per expressio-
nem personarum. Proindeque cùm substantia, † & effe- 23
ctus indulti respiciant bona, & possessiones dicitur sine
dubio reale, Ruin. cons. 157. num. 8. in fin. vers. sed si ha-
beatur relatio lib. 3. Guttierez cons. 5. num. 14. cum alijs per
Rotam dec. 23. n. 6. par. 2. diuers. quam sequitur Leon. The-
saur. forens. Eccles. cap. 27. de decim. sub num. 61. vers. quia
priuilegium respicit terras, & num. 62. & seq. vbi etiam ci-
tat Rota in Carthaginen. decimarum 10. Decembris 1578. in
principio coram Bubalo.

Præterea ad effectum, de quo agitur, valdè interesse
responsum fuit, An indultum concessum fuerit certis
† particularibus personis specificatiuè, vt tales personæ in- 24
diuiduæ sunt Petrus Andreas, &c. An verò datum fuerit
singulis de tali corpore ob qualitatem communem cum
alijs, & ratione totius reduplicatiuè, vt partes, & mem-
bra talis corporis existunt, & hoc casu, qui casus est no-
ster, cùm concessio facta fuerit Ciuibus, † vt partibus in- 25
tegralibus communitatis, non quia personæ sint singula-
res, priuilegium reale est, quamuis ad personas particula-
res directum fuerit, vt in puncto de indultis communitati
concessis declarat Castropal. oper. moral. tom. 1. tract. 3.
disp.

disp.4. de priuilegijs punct.2 §. t.n.2. Azzor. *instit. moral. lib. 5. cap. 22. q. 2. circa fin. vers. sic etiam multa tom.* 1. Suarez *de legib. lib. 8. cap. 3. sub num. 4. vers. si ergo*, Emanuel Roderic. *quæst. regul. 6 t. art. 14. col. 2. vers. secundo est notandum, & vers. ex quibus infertur tom.* 1. & in materia priuilegij ita distinguit etiam Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 10. par. 2. sub num. 62. vers. aliud vero esse, & seqq. fol. mihi 268. tom.* t. Cancer. *var. resol. part. 3. cap. 3. de priuilegijs num. 27.* & Surd. *cons. 262. sub num. 43. vers. præcipuè quia*, inquit, quod immunitas concessa potius ratione ordinis, quam quod acquirens sit Andreas, vel Ioannes dicitur realis.

Nec obstare visa est alia ratio pro Episcopo adducta, quod nempè contra ipsum tamquam tertium non possit extensio Indultorum ad forenses, & Comitatinos admitti, ea quo Principum priuilegia latè quidem contra ipsum conceden.
27 † interpretantur, in præiudicium autem tertij strictissimè iuxta distinctionem, quam post alios ponit Anchar. Regien. *quæst. familiar. 57. n. 1. lib.* 2. Surd. *cons. 140. num. 73. & 74.* Giurb. *decis. Sicil. 203. sub num. 7. vers. maximè in tertij præiudicium, & sub n. 8.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. t. sub n. 4. vers. insuper quando*, & admisit etiam Rota *in Ferrarien. Decim. 26. Maij huius anni 1656. sub §. non obstat, quod in fine coram me.*

Nam placuit responsio, quod considerato toto priuilegij tenore apparet concessionem fuisse factam ad fauorem
28 † possidentium bona emphyteutica nulla habita per Pontificem distinctione qualitatis, an possessores essent exteri, vel ciues, ibi, *Nos igitur cupientes eorumdem emphyteutarum indemnitati consulere, &c.* semperque ostendit enixam
29 voluntatem eximendi soluentes laudemia, & † petentes renouationes inuestiturarum ab illis grauaminibus, quæ illis per Dominos directos inferri intellexerat, ibi, *Nihilominus cum nonnulli auaritia ducti emphyteutas possessionum, & bonorum eorumdem varijs modis vexare, &c.* & ideò cùm
30 hæc ratio, vt dictum est, conueniat æqualiter non solum Ciuibus, sed etiam Comitatinis, & forensibus isti dicuntur, sub indulto venire, non per viam extensionis, sed per modum comprehensionis, & veri intellectus Constitutionis, Abb. *in cap. ac si Clerici 4. §. de adulterijs sub num. 8. vers. quia tunc non fit extensio de iudic.* plenè Surd. *cons. 277. n. 27. lib.* 2. Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 26. sub n. 39.* Gratian. *discept. 920. n. 3.* Rota *dec. 575. num. 4. par. 1. diuers.* & coram Merlin. *dec. 437. num. 16.* Excluditurque prætensa hæc
31 extensio ex eo quod ipsorum Ciuium interesse † principaliter exposcit Comitatinos, & forenses sub eodem indulto comprehendi, quia quando in eos bona alienari contigerit, longè meliorem inuenient conditionem, si de cætero emptores ad solutionem Laudemij extraordinariam non tenebuntur, prout è contra onus huiusmodi in ipsomet Ciues redundaret, & quia tantò minus, pro pretio bonorum reciperent, quantum esset onus supradictæ solutionis, vt in subiecta materia aduertit Dec. *cons. 48. n. 5. vers. quarto ista conclusio lib.* t. & per text. *in l. si venditor 6. ff. de serui expost.* Bald. *cons. 31. sub n. 2. vers. casu non videtur lib.* 1. Bursatt. *cons. 452. n. 16. lib.* 4. Menoch. *cons. 136. num. 13. lib.* 2. Et in omnem euentum etiamsi posset extensiua hæc interpretatio appellari adhuc contra Episcopum esset admitten-
33 da, quia quando priuilegium concessum † est contra decretum, vel consuetudinem iuri communi contrariam, & per illud ad ius commune reducimur latissima etiam contra tertium fit interpretatio, *glos. est singularis in cap. statutum 3. in verbo numerandum de preben. in 6.* Dec. *in cap. cum ordinem 6. n. 13. vers. secus si deroget de rescript.* Felin. *in d. cap. causamque 18. sub num. 11. vers. prima declaratio eodem titulo, & egregiè cons. 6. n. 8. & 9.* Syluan. *cons. 66. num. 19.* Mandell. Alb. *cons. 183. n. 9. vers. & multo magis*, Panzirol. *cons. 2. num. 19.* Menoch. *cons. 450. num. 18. lib. 6.* Guttier. *canon. quæst. cap. 21. num. 124. vers. quod quidem priuilegium lib. 2.* cùm alijs per Modern. Monach. Vallumbros. *de iur. Abbat. disp. 16. q. 5. n. 7.*

Minus suffragatur Episcopo iterùm obiecta cõsuetudo sol-
34 uendi † maius laudemiũ, quam fuerit à iure cõmuni definitũ. Quia ante indultũ Pij IV. de an. 1564. emanatũ nullo modo probata fuit, cum exhibitæ solummodo fuerint exactiones quædam per viginti annos circiter continuatæ, quæ quidem,
35 & omnia alius contra ius vsus per verba † amplissima indulti censentur sublatæ, vt in hac causa *Casenaten.* indultorum aduertit Rota coram Buratt. *dec. 831. n. 7. & 8.* vbi quod ad hunc effectum immemorabilis requireretur, *dec. 31. num. 2. & dec. 66. num. 8. & 13. par. 7. rec.* Tempore verò sequenti, nec pariter probata fuit, cùm solutiones fuerint extortæ, & per actus huiusmodi extortiuos nullo modo indu- 36
ci potest consuetudo, Abb. *cons. 96. sub num. 2. in fin. par. 2.* Castrens. *cons. 402. sub num. 4. vers. non enim potuit introduci lib.* 1. Gratian. *discept. 210. num. 25. lib.* 2. nec probari potuit obstan. clausula sublata, † & decreto irritanti, quæ om- 37
nem consuetudinem adeò inficiunt, & illius principijs obstant, vt nec nasci quidem, aut vllo modo incipere potuerit Gonz. *ad reg. 8. gloss. 7. num. 12.* Rota *dec. 373. num. 8. par. 5. rec. & in Aretina vnionis 8. Martij 1652. sub §. 1. vers. sed adempta coram R. P. D. meo Verospio.* Et solutiones per aliquos particulares factæ nihil releuant, † cùm huiusmodi 38
indulto fauore communitatis introducto particulares personæ renunciare, aut præiudicare non possint, in terminis Buratt. *vbi supra n.* t. Rot. *dec. 319. n. 19. par. 6. rec.* & apud Modern. *Perusin. de manut. dec. 321. n. 39.*

Nec releuat denique, quod indultum de quo agitur non deroget pactis sicque obseruanda † sit conuentio inter Epis- 39
copum Sarsinæ, & consilium Generale Comitatus Bobij inita de soluendis in certa maiori quantitate Laudemijs, quia nunquam iustificatum fuit, quod Terra Montis Iusti de cuius comprehensione sub priuilegijs disputatur sit membrum Comitatus Bobij, & propterea conuentio illa tanquam res inter alios gesta, † tertio præiudicare non potest, 40
Rota *in Licien. Bonorum 15. Ianuarij 1652. §. minusque coram Eminentissimo Card. Otthobono.* Imò contrarium apparet ex decisionibus in hac causa æditis sub *die 10. Iunij 1642. & 23. Iunij 1643. coram eodem Reuerendiss. Tarracinen.* in quibus responsum fuit omnibus rationibus in contrarium adductis, quæ propterea iuxta stylum huius Sacri Tribunalis incidenter reuocandæ non sunt, & maximè postquam † sen- 41
tentia earum vigore lata transitum fecit in iudicatum, sed in disputatione dubij diuersi supponenda veniunt, vt tradit Rot. coram Buratt. *dec. 596. num. 1. & in Bononien. dotis, seu pecuniaria 17. Iunij 1647. coram Reuerendiss. D. meo Decano impressa in addition. ad Modern. Perusin. de subhastat. dec. 209. num. 1. & in Casenaten. bonorum 28. Aprilis 1653. §. Esto quod coram me.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Luna 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Decretum Iudicis interpositum in contractu mulieris ex falsa causa, vel partim vera, & partim falsa corruit in totum.

SVMMARIVM.

1 *Causa in contractu mulieris Iudici expressa in parte falsa facit corruere totum contractum, & num. 2. & 13.*

3 *Decretum Iudicis cadens super causa partim vera, & partim falsa corruit in totum.*

4 *Confessioni creditoris statur in minori quantitate.*

5 *Fructus recompensatiui non debentur quando ex fundo vendito nulli fuerunt percepti fructus.*

6 *Creditor dans pecunias ad societatem officij, non tenetur esse sollicitus de versione in causam expressam.*

7 *Mulier contrahens ad validitatem contractus sufficit, quod recipiat pecunias in causam expressam.*

8 *Causa falsa Iudici expressa facit corruere contractum mulieris.*

9 *Causa in contractu mulieris est præcisè insinuanda Iudici alias contractus est nullus, & num. 10. & 12.*

11 *Pecunias dans ad effectum cessionis iurium debet esse sollicitus de versione in causam expressam.*

DE-

DECISIO CC.

SOcietati scutor. 2. mil. super officijs Cursoratuum
Pauli Desiderij, & Caroli Naue ad fauorem Iosephi
Ghislerij contractæ accesserunt vti principales, & insoli-
dum Franciscus Cattulus, & Dionota eius vxor, contra
ipsam non esse exequenda mandata A. C. pro solutione
sortis, & fructuum relaxata; fuit sub die 25. Iunij 1655.
resolutum. Hodie Iosepho iterùm super eisdem audito,
Domini prædictam resolutionem approbarunt, quia sub-
sistit motiuum defectus, & minus in totum veræ causæ
1 obligationis dictæ mulieris iudici expressæ, quæ † ex dis-
positione statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. reddit contractum
vnà cum decreto per eumdem Iudicem interposito nullum,
& inualidum, *l. & sic Præses vbi gloss. & DD. C. de præd.*
minor. l. cum verò §. proinde C. de fideicom. libert. Simoncell.
de decret. lib. 5. tit. 1. n. 21. & seq. Modern. Mantuan. *con-*
trou. 257. num. 13. Rot. *post Cen. de cens. dec. 26. n. 3. & 4.*

Euidens apparet prædictæ causæ defectus, quia in ipso
obligationis Instrumento exposita fuit causa æris alieni d.
Cattuli in summa scutor. 2. mil. ad effectum illa soluendi
Marchioni Theodolo pro paghis decursis, & non solutis
pretij Tenutæ nuncupatæ, la Mooragna, ab eodem em-
ptæ, de cuius tamen tanti debiti veritate non docetur.
Quinimò ex ipsiusmet Marchionis confessione emissa in
mandato procuræ in dicto Instrumento societatis officij in-
2 serto constat, tunc temporis fuisse creditorem in scutis
1800. dumtaxat ibi: *Io infrascritto constituisco mio Procu-*
ratore il Signor Gio. Guerrini à pigliar in pagamento dal Si-
gnor Francesco Cattoli à conto delli sc. 1800. che mi deue vn'
officio di Giannizerato, &c. Ex quibus assequimur causam
asserti æris alieni, ad minus respectu quantitatis scutorum
2. mil. esse falsam, & insubsistentem, ex quo fit, vt in to-
tum vitietur contractus societatis ipsaque Dianoræ pro-
3 missio, † & decretum ratione indiuiduitatis, in tali narra-
tiua partim vera, & partim falsa fundatam, *l. si non for-*
tem 16. §. si centum ff. de condit. indeb. l. si quis aliam 46. ff.
de solut. Soccin. iun. *cons. 129. num. 59. lib. 1.* Scaccia *de sent.*
& re iudic. gloss. 14. q. 32. num. 25. cum alijs per Cyriac. *in d.*
controu. 257. num. 15. & seq. & in præterita decis. allegat.
§. certi iuris est.

Nec in facto visum fuit subsistere, quod Marchio tunc
temporis esset etiam creditor fructuum recompensatiuo-
rum in alijs scutis 115. quia vltra quod id penitus exclu-
ditur ex contraria illius assertione, qui in supradicto pro-
curæ mandato declarauit non esse dicti Cattuli creditorem
nisi scut. 1800. cuius confessio est attendenda, cùm nulla
4 maior, † melior dari possit probatio ad constituendum
creditum in hac minori quantitate per ipsum petita, *l. cum*
te 5. C. de tr. insalt. l. generaliter 13. C. de non numerat. pecun.
cap. per tuam 10. extra de probat. Non potuisse aliquos fru-
ctus recompensatiuos Marchionem prætendere, apparet
ex eo, quod per pactum adiectum in venditione Tenutæ
sub die 6. Maij 1645. stipulata pro pretio per duos Peritos
communiter eligendos æstimando conuentum fuit, quod
ad fructus recompensatiuos Cattulus teneretur de residuo
pretij in alijs statutis paghis exbursandis post solutionem
primæ paghæ facien. sequuta vindemia illius anni, quod
est iuri communi conforme, quia eo ipso, quod venditio
non nisi post vindemiam sortiri debebat effectum, & à Mar-
chione venditore fuerunt percepti fructus in dicta Tenuta,
seu vinea eodem anno recollecti eum ad æstimationem
prædictam partes inter se absque Peritorum interuentu
fuit positum in instrumento, etiam de intentione Marchio-
nis, qui pro residuo dictæ primæ paghæ egit contra Cat-
tulum coram Consulibus Agriculturæ die 7. eiusdem men-
sis, vtique de mense Martij sequentis quo fuit inita socie-
tas, aliqui fructus recompensatiui non erant decursi, nec
Cattulus fructus perceperat, & sic cessabat ratio, *l. Cura-*
5 *bit, C. de verb. sempt.* Eo quod ille † retinuerit rem, & pre-
tium cum venditoris iactura, Cagnol. *in d. l. curabit. n. 16.*
Aymon. *cons. 105. n. 11.* Rota coram san. mem. Greg. XV.
decis. 347. num. 5. & in recen. dec. 564. eodem num. 1. & dec.
13. num. 16. par. 5.

Nec obstat, quod Iosepho sufficiat causam obligationis
Dianoræ fuisse veram, nec vltrò debuit esse sollicitus,
quod pecuniæ ad societatem officij datæ verterentur in
hanc expressam causam, *l. idola in fin. C. de nouat. l. fin. ff.*
de euict. l. sed si ego, l. si mulieri, & l. bona fide ff. ad Vel-
leian. Greg. *dec. 511. num. 9.* & ibi Adden. *num. 33.* Card.
Caual. *decis. 482. num. 3.* Quoniam falsitas causæ hic non
consideratur in ordine ad versionem pecuniæ ad quem effe-
ctum pro sustinenda obligatione sat est, † quod recipiens 7
fateatur eas in illam causam recepisse etiam si mentiendo
in aliam erogasset, iuxta auctoritates superiùs allegatas,
& alijs relatis probat Gratian. *discept. forens. cap. 9. 52.*
num. 8. Sed in † ordine ad falsam narratiuam Iudici fa- 8
ctam, quod Cattulus ad finem satisfaciendi Marchioni de
paghis maturatis positus erat in necessitate accipiendi ad
societatem officij præfata scuta 2. mil. quod certè alienum
est à veritate, quia demptis scutis 2. mil. antecedenter illi
solutis debitum ascendebat ad dicta sc. 1800. & pro † hac, 9
& non maiori summa vrgere poterat necessitas, quæ erat
præcisè Iudici insinuanda ad validitatem obligationis, &
decreti desuper interpositi † aliàs enim posita falsitate ex- 10
pressionis quoad scuta 200. omnia remanent ipso iure nul-
la, ac si mulier societati non accessisset, & decretum non
fuisset interpositum, ad text. *in l. magis puto §. item Prætor*
ff. de reb. eorum, & dixit Rot. coram bon. mem. Merl. *in dec.*
540. & 575. & post Cenc. *de cens. dec. 370. num. 3. & 9. in cæ-*
teris in alia dec. allegat.

Præterquamquod regula, quod non pertineat ad pecu-
nias dantem inquirere, an illæ in causam enuntiatam con-
uertantur, sed sufficiat si tempore stipulationis contractus,
qui illas recipit id asserat, vt probatum est, non visa fuit
applicabilis præsenti casui; nam ad computum solutionis
scutor. 2. mil. societatis officij Io. Gislerius assignauit offi-
cium Iannizeratus valoratum in scutis 1800. cum hoc,
quod traderetur Marchioni in diminutionem sui crediti, &
vt acquireret Iurium cessionem, & non aliàs, vt legitur in
instrumento, vnde † totum huiusmodi officij pretium de- 11
bebat cedere in d. Marchionis satisfactionem, & in hoc
opus erat Ghislerium esse sollicitum, dum voluit cessionem
iurium Marchioni competentium reportare, Bart. *in l. Ci-*
uitas 27. num. 8. ff. si cert. pet. Bald. *in auth. hoc ius n. 7.*
C. de sacros. Eccles. Soccin. sen. *cons. 15. num. 22. lib. 1.* Grat.
discept. forens. cap. 45. num. 22. lib. 1. Grat. *discept. forens.*
cap. 45. num. 22. Rot. coram Card. Seraph. *dec. 338. n. 7.*
san. mem. Gregor. XV. *d. decis. 511. num. 12. vers. Rur-*
sus, Bart. *& num. 14. vers. eodem modo respondetur repet.*
in prima par. recen. dec. 301. Cùmque Franciscus, & Dia-
nota coniuges incontinenti dictum officium Procuratori
Marchionis, qui stipulationi Instrumenti interfuit tradi-
derint pro pretio currenti, quod non excedebat sc. 1620.
vt fuit in alia decisione probatum, † & decretum Iudicis 12
emanauerit pro integra summa scut. 180. quæ defi-
ciunt, sicque absolutè corruit in omnibus, ex rationibus
in *d. decis. citatis.*

Et quod magis est cum prædictis scutis bis mille ad so-
cietatem officij susceptis totum hoc Marchionis creditum
haud fuit extinctum, nam ex illis Ghislerius scuta 1000.
sibi retinuit pro fructibus primi semestris, & totidem sum-
ma liberè ad manus Cattuli, & vxoris peruenit contra ex-
pressam narratiuam factam iudici, quod integra Marchio-
ni debebantur, qui adhuc pro pagarum maturatarum resi-
duo extabat creditor scut. 189. deficientium in pretio officij,
pro quibus poterat agere contra Franciscum, illumque car-
cerari facere. Ex quibus † detegitur causam expressam sem- 13
per in parte fuisse falsam, & in consequens corruit contra-
ctus non obstante decreto interposito, Bart. *in l. damus 52.*
ff. de cond. indeb. in princ. & n. 3. Modern. *de cens. in supra-*
cit. q. 15. sub n. 20. vers. quod in tantum, & dec. 373. n. 1.
cum relat. in alia dec. §. nec facit.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pensionis.

Veneris 22. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Beneficium grauari non potest Pensione vltra valorem medietatis reddituum, quod probandum venit de tempore translationis ante, & post spatium 10. annorum per Testes coarctantes negatiuam, nec ideò attenditur confessio Titularis facta in litteris suæ prouisionis.

SVM-

S V M M A R I V M.

Translatio Pensionis excedentis medietatem valoris beneficij à Constitutione Vrbana prohibetur.
2 *Translationis Pensionis annullatio sapit materiam obiectiuam.*
3 *Valor fructuum Canonicatus probandus est per decennium, dum agitur de annullanda translatione Pensionis.*
4 *Introitus Canonicatus sunt calculandi per quinque annos ante, & per quinque annos post translationem Pensionis.*
5 *Tempus debet percutere translationem, & non reseruationem.*
6 *Valor decennalis beneficij probatur per Testes negatiuam coarctantes, & n. 9. 10.*
7 *Sensus quomodo ab actu remoueatur in coarctatione negatiua.*
8 *Libri Capitulares legaliter tenti probant valorem Canonicatus.*
11 *Confessio facta ad alium finem non praeiudicat.*
12 *Confessio facta erroneè non praeiudicat.*
13 *Tempus translationis Pensionis attenditur ad effectum annullationis, vel reductionis.*
14 *Pensio nulliter imposita ob excessum medietatis non conualidatur licet aliæ Pensiones, deinde vacauerint.*

DECISIO CCI.

PEnsionem annuam scut. 50. monetæ auri de Came-
ra super Canonicatu Sancti Laurentij in Damaso ad
fauorem Antonij Ghiselli authoritate Apostolica reseruatam
ipse eoim priuilegij conclauistis à san. mem. Gregor.
X V. concessi in Ioannem Carolum, & Franciscum eius
filios sine vlla diminutione transtulerat, orta deindè super
solutionem Pensionis inter translatarios, & Iacobum Magnanum
Modernum Canonicatus possessorem Controuersia,
Franciscus Immissionem in quasi possessionem exigendi
suam portionem ab A. Cam. obtinuit. Causa appellationis
R. P. D. meo Peutingerio commissa in eius locum
ob aduersam illius valitudinem subrogatus, dubitaui an
translatio Pensionis sustineatur, & in sola summa scut.
25. monetæ sustineri resolutum fuit, quia cùm huiusmodi
Canonicatus alijs tribus Pensionibus ante translationem
grauatus reperiretur intrat Bulla fel. rec. Vrbani VIII.
inter eius impress. in ordine la 20. §. 2. Bullar. nou. tom. 4.
1 † Prohibens translationem Pensionum vltra medietatem
fructuum valoris Beneficij, atque eam irritans taliter vt non
sustineatur nisi in ea portione, quæ fructuum medietatem
non excedit, vt in puncto de hac Bulla loquendo tradunt
Lotther. *de re benef. lib. 1. quæst. 36. num. 127.* Rot. *in Aleriensen. Pensionis 7. Iunij* 1634. *coram clar. mem. Card. Hieronymo Verospio, & in Camerinen. Pensionis* 12. *May* 1642.
§. mois potissimum, & 7. Iulij eiusdem anni in princ. coram Reuerendiss. Tarraconen. & etiam ante Bullam Vrbani tenuerat
Rot. coram Mantic. *dec.* 173. *num.* 1. Buratt. *dec.*
12. *n.* 16. vbi Adden. *Litt. F.* & post Zacch. *de oblig. Cameralis dec.* 138. *n.* 6. *&* 7.

Licet autem probatio valoris fructuum Canonicatus
non videretur in præsenti esse materia purè, & simpliciter
obiectiua, ex quo eam deducit Magnanus impugnando
gratiam reseruationis Pensionis, vt illius nullitatem
obtineat, sed solum eam ad effectum reducendi Pensionem
ad limites Vrbani Constitutionis de qua supra, quod
cum æqui principaliter contineat Ius dantis naturam obie-
2 ctiuam propriè non sapit. † Nihilominus quia agitur de
annullanda translatione Pensionis, & de priuando translatarium
Iure illi quæsito propter debilitatem materiæ obiectum
aliquo modo sapientis, voluerunt Domini valorem
3 fructuum Canonicatus per integrum decennium à Iacobo,
vt par erat iustificari, Rota coram san. mem. Greg. XV.
dec. 353. *num.* 7. *& seqq.* vbi Adden. *num.* 18. *in ipsissimet terminis Constitutionis Vrbanæ coram R. P. D. meo Bichio, & in Alerien. Pensionis 1. Iulij* 1647. *§. hac autem Dominis coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Probauit itaque Magnanus, quod valor Canonicatus
4 non excedit scuta 400. annua monetæ † calculando introitus
quinque annorum præcedentium translationem,
& aliorum quinque sequentium iuxta verum modum probandi
valorem fructuum ad effectum obtinendi reductionem
Pensionis, Achill. de Graff. *dec.* 24. *num.* 1. vbi de communi
stylo Rotæ *tit. de probat.* Mandos. *reg.* 22. *de omnibus quæst.* 5. *num.* 2. cum alijs per Rot. coram Penia
decis. 574. *num.* 4. Et ratio † est, quia huiusmodi decen- 5
nium non debet percutere tempus illud, quo facta fuit reseruatio,
sed tempus translationis Pensionis ad quod habuit
respectum Vrbana Constitutio Beneficiorum exonerationem
præferens, vt fuit responsum in terminis *in d. Camerinen. Pensionis 2. May §. non obstat quod valor, &
7. Iulij* 1642. *§. valorem autem cum seqq. coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Valorem verò decennalem non excedere scuta 400. annua
monetæ iustificauit Iacobus per † Testes, qui optimè 6
informati tanquam de facto proprio deponentes cum sint
Canonici eiusdem Ecclesiæ, & Beneficiati, † licet sensum 7
ab actu non remoueant, quod nempè valor non potuisset
excedere quin ipsi scirent, † benè tamen probant negati- 8
uam non excessus coarctatam, Felin. *in cap.* 3. *loco* 5. *num.*
5. *vers. ad quod etiam de probat.* Lotther. *de re benefic. lib.* 1.
cap. 43. *num.* 27. in terminis Pensionis Rot. *in d. Alerien. Pensionis 7. Iunij* 1642. *§. quibus sic stantibus coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Maioricen. Celebrationis Missarum
28. Iunij* 1652. *§. quod etiam demonstrant coram R. P. D. meo Bichio*, † stante præcipuè quod Testes prædicti se referunt 9
ad libros Capituli eiusdem Ecclesiæ in quibus omnes redditus
beneficiorum describi probant, qui quidem libri de ordine
Dominorum meorum mihi à Iacobo exhibiti fuerunt,
& à Perito inspecti compertum est paritas fructuum huiusmodi
Canonicatus integri decennij de tempore translationis
summam scutor. 400. non excedere, † libri autem Ca- 10
pitulares à persona legali, & ad id deputata conscripti, plenè
probant Hector. Felic. *alleg.* 16. *num.* 7. *par.* 3. Feder. de
Sen. & Mandos. alleg. per Grat. *discept.* 640. *num.* 7. Modern.
Patauin. *de script. priu. lib.* 5. *cap.* 2. *substit. de lib. Capituli vers. præterea probat etiam fol. mihi* 270. Rot. *in Placentina Nullitatis Professionis* 31. *Martij* 1656. *§. Quod autem coram me.*

Non obstat, quod Magnanus in litteris suæ prouisionis
redditus Canonicatus scuta 400. longè excedere confessus
fuerit. † Quia vltra quod hæc expressio ad alium finem 11
emanata non debet nocere ad effectum de quo agitur responsum
fuit, quod cùm ex legitimis probationibus † hodie 12
factis constet valorem non excedere scuta 400. expressio illa
in supplicationibus facta tanquam erronea non attenditur,
nec præiudicare potuit, Anchar. *cons.* 291. *num.* 3. plenè Rot.
dec. 159. *num.* 19. *par.* 5. *recent. & coram Reuerendiss. Tarraconen. in d. Camerinen. Pensionis* 12. *May* 1642. *§. fin. vers. vnde confessio erronea.*

Non releuat, quod translatione iam facta aliæ Pensiones
vacauerint, & Canonicatus remanserit exoneratus. † Nam 13
ad effectum annullandi, vel reducendi Pensionem translatam,
& cognoscendi an medietatem fructuum excedat, attendendum
est, vt supradictum fuit præcisum tempus translationis,
quo tempore si translatio, habito ad fructus respectu
in totum, vel in partem nulla reperiatur † per subsequen- 14
tes aliarum Pensionum vacationes conualidari non potest,
in puncto Rot. *in sæpè citata Camerinen. Pensionis* 12. *May
§. minus obstat, quod per mortem, & 7. Iulij* 1642. *§. Nec pariter obstat coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo Papiensi.

Romana Census.

Veneris 22. Iunij 1656.

A R G V M E N T V M.

Census vt validè per Procuratorem dicatur dissolutus, quid requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Solutione omnis actio tollitur.*
2 *Procurator ad emendum censum constitutus, non est idoneus ad illum extinguendum.*
3 *Procurator non debet excedere fines mandati.*

4 *Pro-*

4 *Procurator ad exigendum fructus census non potest illum extinguere, & nu. 5. & 7.*
6 *Verba mandati Procura solent strictè interpretari.*
8 *Solutio sortis census fieri potest ei cum quo initus fuit census.*
9 *Quod maximè procedit quando Patronus Census est absens.*
10 *Verba immediatè adiecta recipiunt interpretationem à precedentibus.*
11 *Mandatum habens ad factum dicitur habere etiam ad dependentia ab illo.*
12 *Antecedentia cui sunt commissa, censentur commissa etiam subsequentia.*
13 *Verba* cedendi, & transferendi, *adiecta in mandato Procura important etiam Census retrouenditionem.*
14 *Procurator cum libera omnia potest, quæ principalis.*
15 *Procurator cum libera facere potest ea, quæ requirunt speciale mandatum.*
16 *Procura mandatum cum libera restringitur ad præmissa, nec extenditur ad diuersa.*
17 *Verba in Scriptura debent semper aliquid operari.*
18 *Clausula*, occasione præmissorum, *stat ampliatiuè, demonstrat causam remotissimam.*
19 *Et stante tali clausula mandatum Procura non censetur restrictum.*
20 *Clausula*, cum libera, *repetita in mandato Procura operatur vt Procurator eo magis gerere possit ea, quæ principalis posset.*
21 *Clausula,* quatenus, *importat casum prorsus diuersum.*
22 *Procurator cum libera excedens fines mandati censetur id facere ex particulari instructione principalis sibi transmissa.*
23 *Procurator ad extinguendum censum cum vno debitore, dicitur habere mandatum ad extinguendum etiam cum alio debitore.*
Præsertim stante clausula, transeat in eaemplum, *dicto num. 23.*
24 *Factum censetur approbatum ab eo cuius nomine gestum est, vbi scit, & non contradicit.*
25 *Sors principalis Census recipi potest etiam sine disdicta.*
26 *Disdicta inuenta est fauore emptoris Census, vt infra bimestre inueniat occasionem reinuestimenti.*
27 *Procurator potest remittere disdictam in Censu.*
28 *Disdicta licèt sit de forma Bullæ Pij V. de Censibus, tamen non est de forma substantiali Census.*

DECISIO CCII.

VEnerabilis Domus Professa Soc. Iesu de Vrbe sub die 3. Augusti 1647. per acta Trotti Not. A. C. mediante persona R. P. D. Augustini Oldouini Procuratoris imposuit annuum perpetuum Censum scut. 150. auri in auro stamparum quem sic impositum vendidit D. Io: Andreæ Gentili absenti, ac in Ciuitate Genoæ Commoranti, ac pro eo D. Paulo Hieronymo Mambillæ eius Procuratori pro pretio sc. 4000. similium auri stamparum sub pacto illo quandocumque redimendi, præuia tamen intimatione disdictæ per duos menses ante facienda iuxtà formam Bullæ Pij V. sa. me. illiusque fructus soluere promisit eidem Paulo Hieronymo Mambillæ, vel alteri eius legitimo Procuratori sub obligatione Camerali, vt in Summar. d. Domus Professæ num. 3. Quæ fructus integræ persoluit eidem Mambillæ, nec vllo vnquam tempore tractatum fuit cum Gentili eius Principali.

Quia autem eadem Domus Professa inuenit pecunias ab alijs beneuolis personis sub vsuris minus rigorosis prædictus Census præuia extraiudiciali denunciatione disdictæ de anno 1651. sub die 21. Augusti fuit extinctus per integram solutionem tam fructuum, quàm sortis principalis factam eidem Mambillę, qui in Instrumento huius extinctionis de nouo fassus fuit se Procuratorem ipsius Gentilis, vti talis fecit finalem quietantiam ad fauorem eiusdem Domus Professæ, vt in eius Summ. sub numer. 5.

Post hæc verò ad Instantiam D. Gentilis per acta alterius Notarij productum fuit coram R. P. D. Baranzono Instrumentum impositionis Census, cuius fructus de nouo fuerunt petiti; Vndè ab eo contra eamdem Domum Professam relaxatum fuit mandatum pro fructibus. Commissa autem appellationis Causa Rotæ dubitatum fuit, an dictum mandatum esset exequendum, & negatiuè per DD. fuit responsum.

Quia cùm constet de extinctione d. Census, & omnium
fructuum satisfactione per solutionem factam sub die 12.
Augusti 1651. intrat satis vulgata Iuris conclusio, † quod 2
solutione eius, quod debetur extinguitur omne debitum,
& obligatio, & cessat quæcumque actio, iuxtà §. 1. *Instit.
quib. mod. toll. obligat.* gloss. *fin. in l. cum plures, ff. de eod.
l. 1. & 2. ff. quibus mod. pign. vel hyp. solu. l. nulla, C. de solut.
l. pro eo, ff. eod.* Surd. *decis.* 308. *nu.* 9. Rot. coram Pen.
decis. 327. *num.* 2. & coram Merlin. *decis.* 463. *num.* 14. &
decis. 565. *num.* 1.

Non obstat, † quod pretij solutio de necessitate non 2
inferat Census extinctionem, vt Rota firmauit coram
Merlin. *decis.* 463. *num.* 15. Et quod in hoc casu solutio dicatur
facta Paulo Hieronymo Mambillæ non habenti à suo
Principali sufficiens mandatum pro extinctione huiusmodi
census, qui propterea non potuit excedere fines sui mandati,
† cum per ipsum illi diligenter essent custodiendi, ad 3
text. *in l. diligenter ff. mand. cap. qui ad agend. de Procurat.
cap. per tuas de Arbitr.* Rot. *decis.* 82. *num.* 1. *par.* 6. *recent.*
Cùm præsertim tale mandatum esset restrictum ad certum,
& determinatum actum, † nempè ad exactionem fructuum
dicti Census, extrà quam d. Procurator quidquam non potuit
facere, nec Gentilem suum Principalem in alio obligare,
l. 3. §. vlt. l. potest, & ibi gloss. *ff. mandat. l. si Procurator,*
& ibi gloss. *verb. potuit*, vbi Bald. & Alex. *C. de Procurat.*
Rot. *decis.* 26. *num.* 30. & *decis.* 79. *nu.* 1. *par.* 6. *recent.*
Sicque per huiusmodi extinctionem cum dicto Mambilla
nulliter, & inualidè præsupponatur, † quod Domus Profes- 5
sa, quæ soluit nequaquam liberata remanserit ab eius obligatione,
iuxt. Text. *in l. prætorea, & l. si quis pro eo, ff.
mandat.* Becc. *cons.* 83. *num.* 18. *ad fin. lib.* 3. Eòque magis,
quia verba mandati strictam accipere solent interpretatio- 6
nem, *cap. qui ad agendum de Procurat. lib.* 6. Rot. *decis.* 13.
num. 2. *eod. tit. in nouis*, Roman. *cons.* 330. *num.* 6. & *seqq.*
Vant. *tit. de nullit. ex defectu Mandati*, † proindè iudican- 6
dum veniat, ac si Mambilla nullum prorsus mandatum habuisset
respectu huiusmodi Census extinctionis secundum
doctrinam Bald. quam cæteri DD. sequuntur *in l. licet C. de
procurat.* & notat etiam Abb. *in cap. constitutus num.* 2. *eod.
tit. de Procurat.*

Hæc enim non applicantur huic casui, quia in Instrumento
impositionis d. Census, quod Mambilla stipulatus fuit fauore
Gentilis, clarè, & expressè conuentum fuisse apparet,
quod solutio fieret vel Gentili, vel eidem Mambillæ eius Procuratori,
vel alteri legitimo constituto Procuratori, vt in eodem
Summario Domus Professæ num. 2. † Quapropter 8
cùm solutio facta fuerit personæ in Instrumento nominatæ,
& cùm qua Contractus iam fuerat initus, ea omnino suffragari
debet soluenti, ad tradita per Surd. *decis.* 229. *sub num.*
8. & *seq.* Rot. coram Caual. *decis.* 345. *num.* 2. Add. ad Buratt.
decis. 2. *num.* 18. vbi applicatur hæc conclusio, etiamsi
soluens sciat pecuniam ad alium spectare, & *decis.* 174. *nu.*
2. & *seqq. inter impress.* post Cenc. *de Censib.* qui alios cumulat
in eodem suo tractatu quæst. 67. *sub num.* 51. † Idque 9
præsertim stante absentia Gentilis; Vndè eo magis censendum
est PP. intellexisse, quod solutio fieri deberet, vel Mambillæ,
vel alteri legitimo Procuratori, ad tradita per Castr.
cons. 20. *num.* 3. *vers. tamen in casu nostro lib.* 2. Soccin. sen.
cons. 150. *num.* 17. *lib.* 2. & Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 10. *n.*
34. *vers. sed Paulus.*

Nec refragatur, quod d. Conuentio respiciat solum modò
fructuum solutionem. Quia ex verbis immediatè subsequentibus
PP. dictæ Domus Professæ data fuit facultas, vt
non obstante quauis longissimi temporis præscriptione possent
redimere, & recuperare supradictum Censum scut. 180.
auri stamparum pro eodem met pretio scut 4000. similium,
† quæ sanè verba vti immediatè adiecta recipiunt suam de- 10
clarationem ab antecedentibus, itaut intelligenda veniant
cum eadem persona, cum qua contractus iam fuerat initus,
Alex. *cons.* 90. *col. fin. vol.* 3. Afflict. *decis.* 375. *num.* 1. Rot. *in
Romana Domus* 26. *Iunij* 1619. *coram sa. me. Innoc. X.* † Ha- 11
bens enim mandatum ad aliquod factum dicitur etiam habere
ad illud quod est annexum, & dependens, Castr. *in l. ad
rem mobilem ff. de procurat.* Rimin. Iun. *cons.* 11. *nu.* 89. &
seq. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 15. *nu.* 30: Rot. coram Seraph.
decis. 1146. *n.* 2. *decis.* 670. *n.* 1. *diuers.* † Et cui committuntur
antecedentia censentur commissa etiam subsequentia,
Butr. *cons.* 34. *n.* 2. Rot. corã bo. me. Coc. *dec.* 470. *n.* 3. Prædicta-

que interpretatio, eo facilius est admittenda, cùm in
13 mandato Procuræ fuerint addita illa verba † *cedendi, & transferendi Iura, & actiones*, quæ vel similia aliàs Rota censuit importare facultatem etiam retrouendendi censum, *vt in decisione 186. sub num. 2. inter impress.* post Cenc. *de Censib.* Concurruntque etiam aliæ clausulæ generales, quæ iuxta solitam Notariorum extensionem important, & Mambilla Procurator posset omnia, & singula facere, quæ constituens facere poterat, etiamsi talia essent, quæ require-
14 rent speciale mandatum, † & ideò censetur illi demandata facultas absq; vlla restrictione, sed cum libera administratione, Bart. *in l. Procurator cui n. 30. ff. de procur.* Seraph. *de priuileg. Iuram. priu. 30. num. 11. vers. quinimo*, Afflict. *decis. 305. num. 4.* Mantic. *decis. 11. num. 2. & decis. 182. nu. 3.* post Cenc. *de Censib.*

Nec vllo pacto huiusmodi clausulę veniunt restringendæ ad solam fructuum, seù redditum exactionem; Quia dum vigore sui mandati Mambilla facere poterat, ea omnia quæ facere potuisset ipsemet constituens, & quæ spe-
15 ciale mandatum exigebant † dicitur mandatum cum libera, Gemin. *cons. 129. num. 6. & seqq. vers. Item est*, Alex. *cons. 43. in princ. lib. 2. & cons. 133. num. 10. lib. 6.* Crauett. *cons. 924. sub num. 9.* Vndè benè potuit Procurator retrouendere Censum cum sit venditio necessaria Rot. post Cenc. *de Censib. decis. 186. sub num. 2. & in rec. decis. 374. num. 23. par. 5.*

16 Et licet † mandatum cum libera restringatur ad species præmissas, & non possit operari circa diuersas, tamen non restringitur per hoc libera facultas quin circa res præmissas possit ea omnia, quæ possit Principalis, licet non possit circa alias res diuersas à rebus in mandato contentis, vt declarat Bart. *in l. 58. Procurator num. 2. ff. de Procur. & in l. qui Romæ 122. §. Callimacus num. 1. & 2. ff. de verb. oblig.* Seraph. *decis. 238. num. 4.* Merlin. *decis. 17. n. 19.*

At magis vrgere visum fuit, quòd à Gentile secundum mandatum factum fuit in personam eiusdem Mambillæ rogat. sub die 24. Septembris 1650. duraturum per triennium, & tamen adhuc non expirauerat primum iam datum sub die 10. Aprilis 1649. quod pariter per triennium factum fuerat, & quia dictum secundum mandatum nedum refert ad verbum primum, sed in secunda illius parte valdè ampliatur vtique pernecesse dicendum venit, quod Principalis non voluerit stare in solis terminis primi, sed intellexerit aliquid vlterius addere, & concedere; Nam
17 alias dicta pars † subsequens redderetur vana, & superflua contra Iuris regulas, cùm verba semper debeant aliquid operari, *cap. si Papa de Priuileg. in 6. cap. legebatur*, & ibi gloss. *verb. aduentus de maiorit. & obed. l. si quando ff. de legat. 1. l. cum antiquitas in princ. C. de Testam.* Rot. coram Pen. *decis. 167. num. 6.* Et hoc argumentum in mandatis signanter validum esse firmauit etiam Rot. coram Seraph. *decis. 1144. n. 7. & seqq.*

Et hoc comprobatur etiam quia postquam Mambillæ Procuratori data fuit facultas exigendi fructus Census locorum Montium, officiorum, & similium, addita fuerunt hæc præcisa verba. Et quatenus pro prædictis, & occasione prædictorum contingat pecunias deponi in aliquo Banco, possit illas Mambilla exigere. Vndè cùm PP. Domus Professæ soluerunt actualiter summam prædictam scut. 4000. pro sorte principali Census mediante sacro Monte depositorum non potest dici, quod Mambillæ non licuerit illa exigere quietare, ac debitores liberare; Quia clausula illa *occasione prædictorum* stat ampliatiuè ad præcedentia, & demonstrat causam, etiam remotissimam, ad text. *in l. labeo ff. de Iur. Iuran. l. fin. §. sed cùm in secunda, Cod. de furtis*, Bald. *cons. 119. num. 9. lib. 2.* Angel. Aret. *cons. 87. num. 54. & seqq.* Castrens. *cons. 333. num. 1. lib. 1.* Ruin. *cons. 184. num. 2. l. 1.* Barbos. qui alios plures cumulat *diction. 236. num. 3. & seqq.* Rot. *decis. 8. num. 9. & par. 2. diuers. & in recent. decis. 744. n. 57. par. 4. tom. 3.*

19 Et operatur † vt restringi non possit mandatum ad formaliter expressa, sed extendit ad ea quæ proueniunt occasione expressorum etiam remotè, Rot. *decis. 8. dd. n. 9. & 10. par. 2. diuers.* concordat Coccin. *decis. 359. num. 5. vers. nec restringuntur, & num. 6.*

Accedit, quod in postrema parte secundi mandati repetita etiam fuit clausula † *cum libera*, quæ aliquid operari debet, nec stare potest superfluè ex supra allegatis. Vndè concludendum est, vt vigore illius Mambilla potuerit ea omnia peragere, quæ potuisset facere ipsemet principalis siue Dominus Census, etiamsi requireret mandatum speciale, Beroi. *cons. 23. num. 16. & seqq. vol. 3.* Rot. coram Seraph. *decis. 358. num. 1. & 2 decis. 186. nu. 2. inter impress.* post Cenc. *de cens. & signanter decis. 274. num. 23. par. 5. recent.* vbi data facultate, cùm libera potest Procurator exigere sortem, & Censum retrouendere liberando Debitorem, vt post gloss. *vltim. in l. non abstulit 4.* tenet ibid. Petr. Iacob. Butrigar. Io. Fab. Bald. & Angel. *Cod. de nouat.*

Ponderarunt quoque Domini, quod in eadem postrema parte secundi mandati voluit Dominus Census ampliare facultatem Procuratoris, ac ponere casum diuersum, à iam expresso præcipiente solum exactionem redditum, & fructuum stante clausula illa, *quatenus autem* † quæ vt comprehendat casum prorsus diuersum, declarat Bart. *in l. si Procurator filium num. 5. ff. de legat. 3.* Ias. *in l. 1. num. 5. ff. de acquir. hæred.* Roland. *cons. 71. num. 14. lib. 2.* Menoch. *cons. 201. num. 34.* cum alijs congestis per Barbos. *diction. 97. sub n. 7.*

Omittendum neque est, quod Gentilis nunquam fuit conquestus de huiusmodi extinctione, nisi post secutam decoctionem Mambillæ, qui cum semper fuerit vir summæ probitatis, & ingenuitatis, est plusquam inuerisimile, quod fines sui mandati excedere voluerit, illo abutendo, sed potiùs credendum est, † quod omnia fecerit ex particulari instructione, quàm negociantes transmittere solent Procuratoribus cum mandatis: Quæ sanè circumstantia iuncta cum alijs, vt leuis non sit momenti, benè ponderat Seraph. *decis. 1124. in fin.* & faciunt tradita per Rot. Genuen. *decis. 8. num. 5.*

Hoc autem vt intellexerit etiam ipsemet Gentilis ex eo colligitur, quia cùm Mambilla à PP. Sancti Pauli de Vrbe facta fuisset disdicta alterius Census de ea certioratus Gentilis non solum non contradixit, sed illam habuit pro benè factam, atque approbauit, vt constat ex eius Epistola
data in Summar. Domus Professæ num. 6. Ex hac † igitur 23
declarationem mandatum est eodem modo intelligendum pro Patribus Societatis Iesu, præsertim cùm in eadem Epistola dicatur hoc transire posse in exemplum etiam respectu
aliorum. † Quando enim quis scit aliquid fieri ab aliquo 24
nomine suo vel de re sua, si statim atque scit non contradicit protestando censetur approbare tanquam benè, & rectè factum, ad text. *in l. fin. ff. quod cum eo*, & declarat Oldrad. *cons. 199. num. 3.* Alex. *cons. 88. nu. 12. lib. 4.* Menoch. *cons. 203. num. 33.* Surd. *decis. 209. num. 8.* Rot. *decis. 132. n. 13. vers. ad quartam par. 2. diuers. & coram* Pen. *decis. 244. num. 3*

Demum non obstat, quod prætendatur nulla extinctio d. Census ex eo quod non præcesserit illius disdicta iuxtà formam Constitutionis san. mem. Pij V. Quia cùm retrouenditio sit actus necessarius potest quis agnoscendo bo-
nam fidem recipere pecunias † sine disdicta, etiam ge- 25
rendo negocium alienum, vt firmauit Rot. coram Buratt. *decis. 526. num. 2. & seqq.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi, seu Saluiani 26. Nouembris 1650. coram Re-*
uerendiss. D. meo Decano, §. quemadmodum. † Et ratio est, 26
quia disdicta inducta fuit fauore Emptoris, vt intra illud bimestre prouidere possit de nouo inuestimento pecuniarum, vt dixit Rot. coram Seraph. *decis. 1413. n. 2.* & Mo-
lin. *de Iust. & Iur. q. 391. clausul. 10.* † Ideò potuit Mam- 27
billa nomine Gentilis remittere huiusmodi disdictam, sine denunciationem illaque omissa pecuniam recipere, & Censum extinguere, vt per Boccac. *de Cens. par. 2. num.*
94. Seraph. *d. decis. 143. qui sub num. 3.* Explicat, † quod 28
licet disdicta sit de forma, non tamen dicitur de forma substantiali, & sic talis forma seruari potest per æquipollens, & qui effectualiter soluit pinguius adimpleuisse videtur.

Et ità vtraque &c.

R.P.

R. P. D. MELTIO.

Posteà Episcopo Papien.

Auenioneñ. Saluiani.

Veneris 22. Iuny 1656.

ARGVMENTVM.

Sententiæ executio vt impediatur per exceptionem melioramentorum, tria sunt necessariò probanda, scilicet, quod melioramenta fuerunt facta: Quid fuit impensum; Et qualis fuerit status antiquus rei, & quando ista non dicantur probata.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executio, vt impediatur per exceptionem meliorarmentorum, quid sit necesse probare.*
2 *Peritus illud tantum validè æstimabit, quod subÿcitur eius oculis, non autem de præterito.*
3 *Quod procedit etiam si ageretur de re Ecclesiæ, vel inter Ecclesiasticos.*
4 *De statu antiquo rei meliorata Peritus debet deponere, vti testis, non autem vti Peritus.*
5 *Testes de credulitate non admittuntur in materia probationis melioramentorum.*
6 *Testes de proprio iudicio deponentes non admittuntur in probandis melioramentis.*
7 *De melioramentorum refectione dum tractatur plenè, & concludenter est probandum, vt res tam impensa, quàm meliorata fuerit.*
8 *Melioramenta deducta ex plantatione arborum, an sint reficienda.*
9 *Melioramenta super reparationibus factis in bonis, vt Testes probent quid requiratur.*
10 *Testes vt probent quantitatem melioramentorum qualiter deponere debeant.*
11 *Quantitas modica non habetur in consideratione in refectione melioramentorum.*
Melioramenta illa non iuuant quo ad eorum refectionem, dum non sunt perpetuo in re duratura, num. 11.
12 *Melioramenta prouenientia ex temporis beneficio, dum valorem non augent, non sunt habenda in consideratione.*
13 *Peritorum peritia circa statum antiquum rei meliorata ab eis non visa, frustratoria est.*
14 *Status antiquus in reficiendis melioramentis, quando fortius sit probandus, & n. 15.*
16 *Melioramenta non resultant ex probatione valoris materia, & cementorum, & qualiter veniant probanda, & num. 17.*
18 *Impensum omne, non dicitur melioratum.*
19 *In bonis melioratis, potest esse, quod multum fuerit impensum, & nihil melioratum.*
20 *Fabricantes pro sua voluntate, & appetitu, non dicuntur rem meliorare.*
21 *Expensa voluptuaria, non veniunt reficienda.*
22 *Expensa facta in aliquo Castro, dum non auxerunt illius pretium, non sunt habenda in consideratione.*

DECISIO CCIII.

POstquam D. Franciscus della Roque Henrij pro consecutione sui crediti scutorum 400. auri præuijs pluribus Decisionibus obtinuerat sententiam fauorabilem in Saluiano à R. P. D. Bichio, per quam concessa illi fuit Immissio in possessione Castri de Roas, illiusque pertinentiarum, ac Iurium quorumcumque cum onere tamen reficiendi melioramenta, facta priùs illorum liquidatione ab huiusmodi sententia appellauit Hector Bellus, qui tunc temporis d. Castrom possidebat, & causa commissa R. P. D. meo Verospio cum clausula *constito de re iudicata*, vel potiùs de causis restitutionis in integrum sub die 21. Maij 1654 resolutum fuit constare de re iudicata, non autem de dictis causis; Vndè ad formam huius resolutionis causa expedita fuit.

Verùm quia denuò adita fuit Signatura ea rescripsit cum clausula alteri, qui ad legiomam, & hoc sub prætextu, quod constaret de melioramentis in genere, & cum huiusmodi commissio mihi directa fuerit D. Lucretia

Gromelles hæres dicti Hectoris Belli obtinuit remissoriam
ad effectum probandi melioramenta. Vndè delato re-
missoriali processu ad Vrbem, ac illo in actis producto du-
bitatum fuit an sit proceden. ad legitimam executionem,
& Domini affirmatiuè responderunt, quia exceptio me-
liorameotorum oon impedit executionem seotentiæ nisi da-
ta illorum iustificatione, pro qua tria † necessaria probari 1
debent, nempè quænam melioramenta fuerint facta quid
fuerit impensum, & qualis fuerit status antiquus rerum,
Rota *decis.* 88. *num.* 28. *par.* 7. *recent.* & fuit resolutum *in*
Romana Domus, seu Appartamenti 17. Decembris 1635. co-
ram Reuerendiss. D. meo Decano §. non obstat, quod dicatur,
& in Tiburtina Spolij 21. Maij 1635. coram bon. mem. Coc-
cino, vbi aliæ allegantur.

Probationes autem factæ per eandem Lucretiam de
prædictis melioramentis tam per Gabrielem Bellum Pa-
trem Hectoris, qui fuit Emptor Castri Roas, quam per
eundem Hectorem factis nullius visæ fuerunt releuantiæ,
nam pro illis data fuerunt depositiones nonnullorum Te-
stium, ac duæ relationes Peritorum. Vna scilicet, quæ
continet æstimationem bonorum rusticalium, & meliora-
mentorum, & in illis factorum; Altera verò respicit
ædificia in eodem Castro facta; Quo autem ad dictam
relationem, quia dicti Periti firmant statum, ac valorem
antiquum dictorum bonorum rusticalium in certa sum-
ma, ea quo de illis habuerunt relationem ab hominibus
senibus non potuerunt probè æstimare etiam si dicant ha-
buisse respectum ad tempus præteritum, nam † Peritus 2
illud tantummodo æstimare potest, quod subijcitur eius
oculis, non autem de præterito, iuxt. text. *in l. si volun-*
tati, C. eod. tit. de rescind. vend. & in l. precia rerum num.
3. *in fin. C. ad leg. falcid.* cum alijs relatis per Cyriac. *con-*
trou. 61. *num.* 4. Rota *in dicta Romana Domus, seu Appar-*
tamenti 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio, &
decis. 532. *nu.* 15. *par.* 5. *recent. tom.* 2. Quod procedit † 3
etiam si ageretur de re Ecclesiastica, vel inter personas Ec-
clesiasticas, *cap. ad aures*, vbi gloss. *in verb. tunc, de reb.*
Eccl. non alien. Et de statu antiquo deponere non valet, nisi
† vt Testis, non autem tamquam Peritus, vt firmauit Rot.
decis. 4. rec. tom. 2.

Nihilque probatum apparet de expensis factis, & de eo
quod melioratum fuit, & tamen expensæ probari conclu-
denter debent, nec iudicari possunt, neque in hac † ma- 5
teria admittuntur Testes de credulitate, & de proprio eo-
rum iudicio deponentes, Rot. *in recent. decis.* 650. *num.* 2.
& decis. 206. *num.* 1. *par.* 4.

Respectu verò melioramentorum de illis, neque doce-
tur, & vt tam impensum, quàm melioratum, plenè, &
concludenter, † dum agitur de refectione melioramen- 6
torum, declarat Felin. *in cap. cum causa num.* 18. *vers. Et*
si expedit de re iudic. Abb. *in cap.* 1. *num.* 4. *de restit. in in-*
tegrum, Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 70. *& seqq.*
Rot. coram Seraph. *decis.* 116. *num.* 2. *&* 3. *par.* 7. &
coram Merlin. *decis.* 546. *nu.* 1. *&* 2. *& decis.* 796. *n.* 9.

Melioramenta verò deducta ex plantatione arborum, ac
reparationibus factis in bonis, de quibus † agitur, neque 7
visa fuerunt reficienda iuxt. text. *in l. diuortio, §. Impendia,*
ff. solut. matrim. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *numer.* 113.
Maximè cùm Testes super illis deponentes non specificent
summam impensam, ac meliorationem factam, & vlterius
licèt dicant fuisse plantatas multas arbores per Gabrielem
Bellum, tamen cum referant, quod in eis adest aliqua pars,
† nihil concludunt, dum non deponunt quanta sit ista pars, 8
cùm esse possit, quod sit modica † eoque magis habita non 9
fuerunt in consideratione, tamquam in perpetuo, & conti-
nuò in re duratura, vt firmauit Rot. *in ead. decis.* 650. 10
num. 5. *par.* 2. *recent.* Inseruiunt enim † pro vberiori, & com- 11
modiori fructuum perceptione, & boni Patres familias pas-
sim in rebus suis illa facere consueuerunt, Rot. *decis.* 512.
num. 6. *par.* 2. *diuers.* coram Duran. *decis.* 88. *nu.* 10. & co-
ram Merlin. *decis.* 118 *num.* 15.

Alia autem melioramenta à Peritis ponderata vti resul-
tantia ex temporis beneficio, neque valorem bonorum au-
gere † possunt, cùm de istis nulla soleat haberi ratio, Rot. 12
decis. 206. *sub nu.* 6. *par.* 4. *recent.* fuit resolutum *in Imolen.*
Saluiani 18. Aprilis 1636. coram Card. Macchianello, §. nec
aliquid releuare.

Respectu verò ædificiorum in dicto Castro de Roas fa-
ctorum pariter non constat de melioramentis, quæ reficien-
da veniant. Quia licet Periti referant statum antiquum fuisse

13 valoris † scut. 356. in hoc nihil probant, cùm illum non
viderint, prout est necessarium, *vt præter supra allegata*
dixit Rota *in Auximana fideicommissi* 28. *Ianuary* 1641. §.
minus obstat titulus coram Reuerendiss. D. meo Decano, &
decis. 173. *num.* 24. post Modern. Foroliuien. *de pignor.* Ac-
cedente præsertim, quod à tempore dicti status antiqui
14 † vsque ad tempus eorum relationis, quæ fuit de
anno præterito intercesserunt ferè anni 50. & vltra, cum
dicta mutatio prætendatur facta de anno 1599. aut 1600.
& vlterius quoniam illi ad probandum valorem dd. ædifi-
15 ciorum se regulant ab impensa, quæ potuit fieri † in illis
tam respectu materiæ, & cementorum, quàm mercedis
fabrorum, quas in totum postquam de singulis distinctè
retulerunt dicunt ascendere ad scuta 1229. quibus addita
summa valoris antiquæ fabricæ scutorum 150. iudicant
hodie dicta ædificia esse valoris scutorum 1379. nihil pro-
16 bant, † quia iste non est modus probandi melioramenta,
siquidem illa non resultant ex probatione valoris materiæ,
17 & cementorum, sed est necessarium † probare quantum
propter expensas, & melioramenta communiter possit
vendi, vel locari, vt sæpiùs dixit Rota *in Romana Domus*
24. *Nouembris* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, §.
eoque minus., & *in Romana fideicommissi de Spiritibus* 12.
Decembris 1644. §. *quid enim fuerit impensum*, & *in Roma-
na melioramentorum* 16. *Iunij* 1654. *prope fin.* §. *cum agatur
18 coram R. P. D. meo Bichio*: & ratio est, quia † non omne
impensum includit melioratum, vt tradunt Garz. *de
expens. ac melioram. cap. vlt. in princ. vers. atque in primis
notandum est*, Rot. *dec.* 296. *num.* 6. & *seq.* post Perus. *de
19 manut.* vbi dicitur † potest esse, quod multum fuerit im-
20 pensum, & nihil melioramentum, vt in dies euenit † illis,
qui fabricant potiùs secundum eorum commoditatem, vel
appetitum, quam secundum communem rationem.

Testes verò examinati super statu antiquo dicti Castri
20 nihil faciunt † cum non deponant nec de valore illius,
nec quantum fuerit impensum, & quantum meliora-
tum.

Demùm fuit etiam ponderatum, quod hic agitur de
expensis, atque melioramentis non necessarijs, sed vo-
luntarijs, & voluptarijs factis in paruo Castro non haben-
21 te plusquam quindecim, † aut sexdecim habitatores in
toto illius Territorio, vt probant Testes dati in Summario
22 D. della Roque Henrij sub n. 3. Vnde † cùm ea illis aucti
non fuerint fructus dicti Castri non veniunt reficienda
obiecta melioramenta, nec aliquæ expensæ factæ ea iuri-
bus allegatis *in d. decis.* 650. *sub num.* 4. *par.* 2. *recent.* quibus
adduntur Bellon. iun. *cons.* 76. *num.* 61. Peregr. *cons.* 76. *num.*
3. 7. 9. & 10. *lib.* 4.

Et ita resolutum fuit informante tantum D. della Roque
Henrij &c.

R. P. D. PRIOLO.

Interamnen. Iurispatronatus de Castellis.

Veneris 23. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Agnatus recognosci petens in compatronum iuris-
patronatus suæ familiæ, descendentiam exordiri
sufficit ab existentibus in quasi possessione præ-
sentandi, qui licèt instituisse censeatur patrona-
tum hæreditarium. Hoc tamen cessat, vbi ex
diuturna obseruantia constat de contrario, &
enumerantur demonstrationes pro qualitate gen-
tilitia, ad quam præscribendam sufficit quadra-
genaria, dum de illius qualitate tantùm agitur,
expressiones verò cùm qualitate hæreditaria de-
clarantur ab obseruantia gentilitia.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia probationem sufficit exordiri ab ijs, qui fue-
runt in quasi possessione præsentandi, vbi non agitur de
canonizatione iurispatronatus, sed de pertinentia.*
2 *Testator in dubio præsumitur instituisse iuspatronatus hæ-
reditarium, in quo succeditur in stirpes.*
3 *Iuspatronatus præsumitur gentilitium, vbi constat de
qualitate gentilitia ex diuturna obseruantia patrono-
rum.*
4 *Præsentatio facta promiscuè à patruo, & nepote. Item
à patre, & filio arguit iuspatronatus gentilitium.*
10 *in Iurepatronatus hæreditario filij post patrem, & remo-
tiores post proximiores succedunt.*
11 *Filius viuo patre nullum ius habet in iurepatronatus hæ-
reditario.*
12 *Iuspatronatus delatum omnibus de familia est genti-
litium.*
13 *Præsentatio facta à solis masculis arguit iuspatronatus
gentilitium.*
14 *Fœminas non extitisse in familia numerosa longæuo tem-
pore est inuerisimile.*
15 *Hæreditaria qualitas in iurepatronatus gentilitio cense-
tur stare demonstratiuè, non autem taxatiuè.*
16 *Hæreditaria qualitas eliditur ex alijs demonstrationibus
qualitatis gentilitiæ.*
17 *Status vltimus beneficij attenditur.*
18 *Quadragenaria sufficit ad præscribendam qualitatē
gentilitiam, vbi non agitur de substantia, sed de per-
tinentia iurispatronatus.*
19 *Donatio antecessoris non præiudicat successori, qui venit
in propria persona.*
20 *Compatronus non præsentans ob impedimentum sibi non
præiudicat.*
21 *Præsentatio vnius patroni præseruat ius, & quasi possessio-
nem alterius patroni non præsentantis.*
22 *Maximè vbi facta non fuit animo priuandi compatronos
non interuenientes.*
23 *Ius præsentandi non præscribitur sine scientia, & patien-
tia patroni, contra quem præscribi prætenditur.*
24 *Hæredis nomen appositum in libello contestationis litis
iurispatronatus gentilitij censetur stare demonstra-
tiuè.*
25 *Hæredis nomen stante obseruantia gentilitia interpreta-
tur pro hærede sanguinis.*
26 *Sententia suspensa per appellationem non afficit.*

DECISIO CCIV.

PRæsuppositâ existentia iurispatronatus, & descenden-
tia Bartholomæi à Georgio filio Andreasij Castelli, à
quo Marchio Iulius, & litis consortes illam exordiuntur
iustificata in singulis gradibus arboris communis per pu-
blica documenta Summario Bartholomæi num. 1. quæ suf-
ficit cum Andreasius fuerit in quasi possessione præsen-
tandi, opus enim non est probationem † exordiri à perso- 1
na fundatoris, vbi non agitur de canonizatione iurispa-
tronatus, vt censuit Rota *decis.* 74. *impress.* post Viuian.
de iurepatronatus, & *decis.* 349. apud san. mem. Gregor.
XV *num.* 1. ibique Add. *num.* 6.

Inerat controuersia, an iuspatronatus esset hæreditarium,
vel potiùs gentilitium, & familiare adeò, vt ad beneficium
Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Castri Paplneæ, sicuti Marchio-
ni, cæterisque consortibus ita pariter Bartholomæo ius
præsentandi competeret, quapropter posito dubio, an
constaret de illius iuspatronatus affirmatiuè resolutum
fuit.

Quamuis enim in dubio † præsumatur Testatorem in- 2
stituisse iuspatronatus hæreditarium, in quo non succedi-
tur in capita, sed in stirpes, Clem. *plures*, vbi Cardinal.
num. 1. Ancharan. *num.* 2. *de iurepatr.* Cald. *cons.* 4. Castrid.
decis. 2. *num.* 1. *vtrobique eod. tit.* cum alijs adductis per Rot.
coram Card. Seraph. *decis.* 456. *num.* 1. *dec.* 482. *num.* 7.
675. *num.* 1. 707. *num.* 8. *par.* 1. *decis.* 251. *num.* 5. *par.* 2.
& *decis.* 72. *num.* 4. *par.* 7. *rec.* & apud Buratt. *decis.* 183.
numer. 1. & 4. *decis.* 346. *numer.* 2. coram Medino.

Tamen, vbi constat de contrario ex diuturna obseruan-
tia Patronorum vehementior vrget præsumptio patrona-
tum esse gentilitium, & familiarem, ac iure sanguinis de-
scendentes in capita succedere, Franc. *in cap. vlt. num.* 1. *de
iurepatr. in* 6. Ciarlin. *contron. for. contron.* 1. *nu.* 17. Gratian.
discept. 521. *n.* 19. & *seqq.* Peregr. *cons.* 33. *n.* 21. *lib.* 1. Gabr.
cons. 196. *l.* 2. & sæpissimè dixit Rota *in Florentina Iuris-
patronatus de Ricasolis* 10. *Martij* 1603. *coram Lancell.*
relata per Viuian. *l.* 4. *c.* 1. *post n.* 71. *vers. dubium erat autem
tract. dec.* 482. *n.* 16. *par.* 2. *recent. dec.* 561. *sub n.* 8. *vers. quod
autem*, apud Merlin. *in Rauellen. beneficij* 15. *Iunij* 1643. *co-
ram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano*, §. *denique*

cum

cam alys allegatis in Piscien. beneficij 26. Nouembris 1650. coram R.P.D. meo Celso, & 21. Aprilis 1651.§. quamuis coram Reuerendiss. Tarraconen.

Obseruantia autem desumitur ex eo, quod descendentes ex hac familia de Castellis per spatium centum, & tresdecim annorum iure sanguinis in solidum iurepatronatu successerunt quoniam anno 1538. Iulius, & Georgius, ac Marcus Antonius præsentarunt Angelum Tauanum, seu resignationi factæ in personam illius consenserunt nomine proprio tanquam singuli iuxta numerum persona-
4 rum in capite non † autem iure hereditario vnam vocem in stirpes insimul constituentes; Vnde desumitur Patronatum indistinctè ad omnes de familia pertinere, Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 123.* Moder. Auenion. *resol. benefic. cap. 32. numer. 4.* notat Peregr. *d. cons. 33. numer. 23. lib. 1.* Alex. de Neun *cons. 63. numer. 2. & 3.* Rot. *decis. 251. num. 5. par. 2. recent.* & coram Buratt. *decis. 183. num. 4. & 16.*

Clarior educitur ex vacatione 1651. sequuta per resignationem eiusdem Tauani, in qua consensus successiuè præstitus fuit communiter tam ab Agabito, & Ioseph tepræsentantibus Marcum Antonium Patrem, quam à Georgio, & Iulio patruis, cuius prouisionis vota fuerunt admissa cum expressione, quod beneficium esset de Iurepatronatus domus, & familiæ de Castellis Interamnen.
5 verba enim prædicta † probant qualitatem, & naturam illius esse gentilitiam, & familiarem, ad text. *in l. pronunciatio §. familia vers. communi iure de verb. signif.* Gabr. *cons. 196. num. 10. lib. 2.* Ancharan. *consil. 152. numer. 4.* Rota *in Aquilana iurispatronatus 5. Febr. 1651. coram R.P.*
6 *D. meo Meltio*: & aliàs Agabitus, † & Ioseph nepotes tanquam duo capita vnà simul cum patruis Georgeo, & Iulio æqualiter præsentare non potuissent, sed pro vna voce, pro qua tantum eorum pater præsentauerat, d. Clement. *plures de iurepatr.* Lambert. *eodem tract. lib. 1. par. 1. 1. quæst. princ. artic. 25. num. 8. vers. 2. pro ista parte*, Rota coram Buratt. *d. decis. 183. numer. 4.* & ponderatum fuit in *Florentina de Ricasolis* apud Viuian. *vbi supra versic. quinto prædicta comprobantur ad finem.*

Eoque magis obseruantiæ inhærendum esse visum fuit, quia ex vltima præsentatione anni 1607. constat Io: Franciscum Gabrielem, & Honuphrium vna cum Io: Baptista eorum patre simul præsentasse Marcum Castellum,
7 qui adhuc † vitam degit sub simili expressione illorum verborum: *Vaca il beneficio di Santa Maria nostro iuspatronato*; prout etiam ad præsentandum eundem Marcum cum enunciatiua, *Iuspatronato di casa mia*, admissus fuit Annibal descendens ex diuerso stipite, & Columnello tam
9 nomine proprio, quàm vice, & nomine Alexandri † eius ex fratre nepotis, qui modus promiscuè præsentandi patronatui hæreditario non conuenit, in quo filij non nisi
10 gradatim † post patrem, & remotiores post proximiores succedunt, ideò cùm filius viuo patre illius hæres esse non
11 possit, nec aliquod ius sibi competat † in beneficio iurispatronatus hæreditarij satis euidens est patronatum delatum
12 fuisse omnibus de familia, & gentilitium esse, † & familiare, vt tradit Calder. *cons. 19. vers. 1. ex ordine verborum*, Rocch. de Curt. *de iurepatr. verb. competens quæst. 7. num. 19. in fin.* Gratian. *d. discept. 521. num. 23. cum alys pluribus congestis in suprarelatis decisionibus Florentina de Ricasolis coram Lancellotto, coram* Buratt. *decis. 183. sub num. 16. & seq.* ibique Add. *num. 27.* & coram Merlino *decis. 563. num. 14.* & ob eandem rationem latè firmatum fuit in Piscien. *beneficij 26. Nouembris 1650. coram R. P. D. meo Celso, confirmata 21. Aprilis 1651. coram Reuerendiss. Tarraconen. §. accedit vlterius.*

13 Coadiuuatur hoc fundamentum † ex eo, quod in omnibus præsentationibus soli descendentes masculi præsentarunt, nec vnquam extranei, aut fœminæ, cùm admodum inuerisimile videatur, quod lapsu tanti temporis ex adeò
14 numerosa † familia aliqua fœmina vnquam extiterit, ita ex hac coniectura qualitatem gentilitiam deduxit Rota *in decis. 482. num. 6. par. 1. recen.* apud Buratt. *d. decis. 183. numer. 22.* & dictum fuit *in Rauellen. beneficij 15. Iuny 1643. §. 1. ex testibus coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano, & in Piscien. Beneficij coram R. P. D. meo Celso, & Reuerendiss. Tarraconen. suprarelatis, & in Aquilana iurispatronatus 5. February 1651. coram R. P. D. meo Meltio.*

Hinc non refert, quod aliquæ præsentationes antecedentes contineant qualitatem hæreditariam, nam cum aliundè non doceatur patronatum esse hæreditarium, in quibus terminis decisiones † contrariæ loquuntur, sed imò con- 15
stat familiarem esse, & gentilitium, vel censetur apposita demonstratiuè, vt intelligatur de hæredibus sanguinis non autem taxatiuè de hæredibus bonorum, & extraneis, vt respondit Rota *d. decis. 563. numer. 20.* apud Merlin. *& in dicta Piscien. Beneficij coram R. P. D. meo Celso*, vel tanquam vnica † præsumptio, & æquiuoca eliditur ex tot, ac 16
validissimis præsumptionibus gentilitiæ qualitatis, Rota *in supracitatis decisionibus* 183. apud Buratt. & 563. apud Merlin. *vtrobique num. 23. cum alys adductis in Bononien. Beneficij 26. Februarij 1652. §. est igitur coram R.P.D. meo Albergato.*

Præsertim dum assequimur statum vltimum esse tanquam de gentilitio, non autem de hæreditario † hic attendi debet 17
iuxta determinationes, *cap. querelam de elect. cap. consultationibus de iurep. cap. olim de caus. poss. & propriet.* & iuxta resolutiones Rotæ *decis. 737. num. 3. par. 2. recent. & decis. 776. num. 11.* coram Buratt. Et obseruantia est diuturna, & longæua per continuatas præsentationes, licet cùm non agatur de substantia † iurispatronatus, sed de illius 18
qualitate dumtaxat, etiam pertinentia sola quadragenaria sufficiat, Rota *diuers. decis. 407. num. 1. par. 1. decis. 146. num. 5. & 251. num. 3. par. 2. recent. &* dictum fuit in *Lucana Iurispatronat. 28. Iuny 1628. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.*

Nec releuat donatio patronatus huiusmodi facta auctoribus Marchionis ab auo Bartholomæi, † quia cùm non 19
veniat ex iure auito tanquam illius hæres, sed ex propria persona, præfata donatio sibi non præiudicat, ad tradit per Garz. *de benefic. par. 5. cap. 9. num. 69. & sequent*: dixitque Rota *decis. 448. n. 7.* apud Peniam.

Minùs obstat, † quod nec ipse, nec pater, nec auus 20
vnquam præsentauerint, mirum enim esse non debet, cùm alter esset bannitus, alter verò litibus inuolutus, & in omnem casum vltra, quod eorum negligentia Bartholomæo nocere non † potest vti vindicanti patronatum ex iure pro- 21
prio sicuti dictum est illorum ius, & quasi possessio præseruata fuit ex præsentationibus aliorum præcipuè cùm ex illis non resultet † animus præsentantium priuandi compatro- 22
nos non interuenientes, Rocch. de Curt. *de iurepatr. verb. competentes, num. 37.* Calderin. *cons. 15. eodem titulo*, Rota *decis. 640. numer. 4. par. 2. decis. 486. num. 7. par. 4. tom. 2. & decis. 174. num. 10. par. 5. recent.* apud Pen. *decis. 661. num. 2. & 3.*

Neque repelli possunt obiecto præscriptionis cùm defi- 23
ciat eorum scientia, & patientia, ita dixit Rota *in Burgen. Abbatiæ decis. 525. à num. 1.* apud Pen. *decis. 1433. num. 5.* coram Card. Seraph. *& decis. 249. num. 3.* apud sanct. mem. Gregor.

Prout eidem Bartholomæo præiudicialis non est assertio facta in libello contestationis litis, quod iuspræsentandi sibi quoque competeret tanquam Andreæ sui Patris hæredi, quia cùm non sit simpliciter prolata, sed postquam iuspatronatus existere ab antiquissimo tempore de domo, & familia de Castellis prius fuerat facta mentio, expressio hæredis stat ibi demonstratiuè † pro hærede sangui- 24
nis, vt vltra decisiones superiùs allegatas in specie tradunt quamplures relati per Barbos. *de appellat. verb. appellat. 113. num. 12. & 20.* Iuncta obseruantia interpretatiua secundum quam ita intellectum fuisse dicendum est, etiù alias contrarius † intellectus esset de iure verior, Hon- 25
ded. *cons. 92. num. 30. lib. 1.* Surd. *cons. 297. numer. 8.* Add. ad san. mem. Gregor. *decis. 184. eodem numero*, Rota coram Buratto *decis. 944. num. 6.* & dictum fuit in *S. Seuerini decimarum 28. Iuny 1647. §. nihil obstat coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Denique Marchio, & litis consortes iuuari non possunt 26
sententia Ordinarij lata contra Bartholomæum tanquam suspensa per interpositam appellationem, & pendente causa in Rota super illius validitate, & iustitia Rota apud Merlin. *decis. 316. numer. 5.* & passim in alijs.

Atque ita vtraque parte informante decisum fuit coram bon. mem. Bichin, qui morte præuentus, cum tali munere fungi nequiuerit. Ego in eius locum subrogatus explicui.

Causa ista fuit in Rota proposita coram bon. mem. Bichis die 9. Iunij 1656. & dilata resolutio tandem die

23. eiusdem mensis, & anni reproposita, & vtraque parte acriter informante prodijt decisio, qua ob mortem dicti R. P. D. Bichy fuit extensa ab R. P. D. Priolo, coram quo 18. Iunij 1660. denuò causa reproposita alia emanauit.

R. P. D. Z A R A T E.

Beneuentana Cononicatus.

Veneris 22. Iunij 1656.

A R G V M E N T V M.

Attentata, quando sunt indubitabilia, prout est, quando possessio fuit capta intra terminum datum ad appellandum, imo post interpositam appellationem, tunc omnino veniunt reuocanda.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio illa est attentata, quæ fuit capta intra tempus datum ad appellandum.*
2 *Attentata est illa possessio, quæ capta fuit post interpositam appellationem.*
3 *Sententia lata ab executore mixto est appellabilis.*
Executor dicitur mixtus, si deputatus reperiatur, cum clausula, remoto, num. 3.
4 *Executor mixtus tenetur assumere partes Iudicis, & ideò ab eius sententia datur appellatio.*
5 *Littera Apostolica non possunt notari vitio attentatorum.*
Pontifex non attentat, num. 5.
6 *Papa præest iuri positiuo.*
7 *Papa licèt non attentet, pars tamen dicitur attentare, si capiat possessionem vigore eius litterarum, dum fuit appellatum ab aduersario à sententia immissionis.*
9 *Attentata dum redduntur indubitabilia, sine dubio veniunt reuocanda.*
9 *Attentata quidem sunt reuocanda, dum adest rescriptum signaturæ, cum facultate reuocandi attentata.*
10 *de Possessione alicuius ex instrumento adepta possessionis potest doceri.*
11 *Exclusio in necessariam consequentiam præsupponit præcedentem inclusionem.*

D E C I S I O CCV.

RESponderunt Domini constare de attentatis commissis à Carolo Crescentio, & manutentionem dandam esse Nicolao Antonio Zambetto: Attentata sunt clara, quia Carolus adeptus fuit possessionem controuersi Cano-
1 nicatus † nedum intra terminum ad appellandum, at præ-
2 terea post interpositam à dicto Nicolao † Antonio appellationem à sententia executoria, *tot. tit. ff. & C. nou. appell. pend. cap. non solùm in princ. de appell. in 6.* Rota *decis. 411. n. 2. par. 4. tom. 2. rec.*

Nec dubitari posset, an causa esset appellabilis, cùm
3 executor esset † mixtus in vim clausulæ amoto, ideòque cùm teneretur assumere partes Iudicis, gloss. *in Clementina vnica verbo, reperierint de offic. deleg.* Rota *in Treuer. Cappella 1. Martij 1652. §. nec dicatur coram me*. Ab
4 eius sententia † dabatur appellatio, Rota coram Mant. *decis. 324. sub numer. 3.* & apud Pen. *decis. 893. numer. 3.* & coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 91. n. 3.*

Neque excluduntur attentata per possessionem captam à Carolo in executionem litterarum Apostolicarum,
5 quamuis enim hæ attentatorum † vitio notari nequeant, ex quo Pontifex non attentat, cùm præsit iure quæsi-
6 to positiuo, † *cap. proposuit §. licet autem de concess. preb.* Rota *in Bituntina iurispatronatus 26. Februarij 1646. §. non obstat coram bon. mem. Arguelles*, non tamen tollunt, quin Carolus attentauerit, intra terminum ad appellandum, imò post interpositam appellationem † à dicta sententia executoris (vt dictum est) apprehendit possessionem, vt aliàs distinguendo Rota cor. Merlino *dec. 852. num. 5.*

Cùm igitur ex supradictis indubitabilia reddantur attentata, † illa sunt reuocanda, & quidem per viam ma- 8
nutentionis, quæ danda est Nicolao Antonio, cùm ipse nunquam se habuerit pro spoliato, ex concessa per Modet. Perus. *obser. 10. numer. 82.* Et eo magis, quia signatura rescripsit cum facultate reuocandi in primis attentata, & manutenendi Nicolaum Antonium.

De possessione autem prædicti Nicolai Antonij constare
† visum est ex Instrumento adeptæ possessionis vigore 10
mandati Rotalis, Rota *decis. 62. num. 113. par. 2. diuers. decis. 210. n. 1.* post Modet. Perus. *de manut. & in Anconitana officiorum, seu nullitatis concordiæ 4. Decembris 1647. §. 3. dabatur, coram bo. mem. Arguelles.* Nec non etiam ex † sententia per dictum Carolum obtenta, in qua reperitur clausula, *Exclusio*, & reiecto Nicolao Antonio Zambetto, quæ in necessarium quoddam antecedens præsupponit illius possessionem, *arg. l. manumissionis ff. de iust. & iur. l. decem ff. de verb. oblig.* Rota coram Buratt. *decis. 160. num. 1.* vbi Add. & penes Merlin. *decis. 410. num. 3.*

Et ita vnica, &c.

R. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo Papien.

Rauennaten. Pecuniaria.

Mercurij 22. Iunij 1656.

A R G V M E N T V M.

Error calculi intrat vbi in eo apposita fuit partita non apponenda, & compensatio de liquido ad illiquidum non admittitur.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas sententiæ apparet ex reuolutione processus.*
2 *Calculus vitiatur ex partita indebitè apposita.*
3 *Consensus deficit posito errore.*
4 *Errans dicitur dissentire.*
5 *Obligatio sine consensu non substinetur.*
6 *Obligatio sine consensu non tenet etiamsi adesset iuramentum*
7 *Dispositio dum refertur ad vnam causam, non est alia inuestiganda.*
8 *Dispositio de vna causa non refertur ad aliam, præsertim vbi alia causa excluditur, vel dubia redditur.*
9 *Computa sunt iustificanda ex omnibus libris, & redditur ratio.*
10 *Error concludentissimè probandus est.*
11 *Error excluditur data possibilitate in contrarium.*
12 *Coniectura errorem excludentes enumerantur.*
13 *Error in facto proprio non est tollerabilis.*
14 *Res iudicata repellit omnes oppositiones.*
15 *Compensatio non admittitur cum credito dubio.*
16 *Clausula generales restringuntur à particularibus præcedentibus.*

D E C I S I O CCVI.

SEntentiam Rotalem, qua condemnantur DD. Comites de Ginannis ad restituendum scut. 750. Ioanni Baptistæ Caneuario, detractis, atque compensatis fauore eorumque de Ginannis summis in sententia D. V. Legati Rauennaten. contentis, hodiè tanquam validam, & iustam confirmandam esse Domini censuerunt.

Validitas non controuertitur, & satis ea probatur ex
reuolutione processus, ex quo apparet seruata † fuisse om- 1
nia de Iure seruanda, Rota *in Nazarena, seu Montis Viridis Beneficij 24. Aprilis 1651. coram Reuerendissimo Domino Decano in princ. in Bononien. Pecuniaria 9. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Verospio §. eius enim validitas, & in Leodien. Dominiorum 21. Iun. 1649. coram Em. Domino Cardin. Corrado, & alibi passim.*

Iustitia etiam incontrouertibilis redditur ex errore calculi firmato in decisione emanata in hac causa coram R. P. D. meo Verospio *sub 1. Decembris 1613.* Etenim vt ibi rectè animaduertitur, cùm in Instrumento solidationis computorum initæ de anno 1641. inter DD. de Ginannis, & Caneuarium, iste creatus fuerit debitor occasione affictus Aromatariæ in scutia bis mille quingentia pro annis sexdecim mensibus octo, & diebus 21. ad rationem scut.

scut. 150. pro qnolibet anno, & tamen re vera si ad eius debitum calculandus non esset nisi affictus vndecim annnrum, ex quo ab an. 1624. vsque ad 1629. & sic pro antecedenti quinquennio d. Aromathariam retinuerat non titulo locationis, sed eam sociali nomine administrauerat
2 rat † vtique error clarus, & patens pro d. quinquennio detegitur, *l. pro ætate §. vlt. ff. de interrog. action. l. vti post diuisionem, C. de iuris, & facti ignor.* Crauett. *cons.* 157. *num.* 8. Cephal. *cons.* 126. *num.* 2. *vol.* 4. Rota coram Duran. *decis.* 120. *num.* 23. & per coosequens ad dd. scutor. 750. restitutionem cùm tantùm importet affictus d. quinquennij, iustè condemnati fuerunr dicti Gioanni.
3 Nam posito † errote deficit consensus, *l. si per errorem ff. de iurisdic. omn. iudic. l. nihil consensui in fin. 3. de reg. iur.*
4 Dec. *cons.* 318. *n.* 14. Crauett. *cons.* 157. *num.* 14. † Imò errans dissentire magis dicitur, qoam consentire, Bald. *in l. fassum, vers. & scias quod aliud est ignorantia, C. de furtis,* Surd. *decis.* 114. *numer.* 20. *vers. & ratio est*, Rota coram Gregor. XV. *decis.* 179. *num.* 5. coram Seraph. *dec.* 391. *num.* 4. *& decis.* 456. *numer.* 3. *part.* 1. *diuers.* sine cnnsensu
5 autem † obligatin subsistere nnn potest, *inst. de obligat. ex*
6 *consens. in princ. l. consensu ff. de action. & obligat.* † & si illa iuramentn vallata fuerit, Grat. *discep. cap.* 324. *num.* 114. *vers. tamen aliud est in erorre.*

Neque huiusmodi error saluari potest sub prætextu, quod Caneuarius vltra causam affictus debitor etiam remaneret occasione medietatis nnminum debitorum primi quioquennij societatis illi cessorum per Ginannos de annn 1629. qoin Instrumentum solidatinnis in qun Caneuatius constituitur debitor in dicta summa scntor. 2500. habet expressam causam affictus, ibi, *Per l'affitti decorsi d'anni 16. mesi 8.*
7 *e giorni due*, † & ita non est quærendum de alia causa, dum dispositio ad illam expressè restringitur, *l. cum pater §. dulcissimes ff. de legat. 2. l. cum tale pactum ff. de cond. & demonstr. l. age cum Gimin. C. de transact.* Rota *in Rauennaten. concordia* 1. *Iuly* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio.* Idque procedit ponderando, quod dicta solidatin onn babet vt à Ginannis malè supponitur relatione ad Instrumentum cessionis nominum debitorum annl 1629. sed ad illudrngatum de anno 1624. ab Alberto Gamba Nntario Rauennæ.

Vlterius buiusmodi prætensa causa nominum debitorum prorsus elidunt, vel saltem dubiam reddunt quietantiæ solutionum factarum per Caneuarium dd. de Ginnanis, & quæ data fuerunt in eius *Summ. nu.* 9. *&* 10. Et hoc
8 sufficit, vt debitum † Caneuarij bolc dubiæ causæ adscribi non possit ex firmatis in *decisione huius causa emanata coram R. P. D. meo Verospio, §. neque sustineri potuit.*

Nec etiam subsistens visa fuit alia prætensio, quam habent dd. de Ginannis compensandi, scilicet errorem calculi quoad pensinnes affictuum, eum alin quæ io eorum præiudicium fuisse prætendunt, dum crearunt creditorem Caueuarium pro pretin rerum quas ipsi ab Adriano Marhasia diuersis temporibus babuerunt in summa scut. 2500. cùm tamen vt colligitur ex libris eiusdem Aromathariæ constet, quod valor dd. rerum non ascendat ad scuta 1729. Pro respnnsione enim ponderatnm fuit primo, quod non exhibentur omnes libri ex quibus iustificari possit solidatio inter partes facta, & stabilita in dicta summa scut. 2500.
9 computa † enim iustificari debent ex omnibus libris, oon autem ex vno solum, cùm id quod in vno deficit, possit in alin esse adnotatum, vt dixit Rnta *in Romana, seu Nepesina tutela* 23. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro sub §. demum non obstat confirma* 8. *Iunij* 1646. *coram eodem.* Secundn creditum Camerarij non fuit restrictum ad solum pretium rerum Arnmathariæ, cum prn illis simpliciter creditor bonę quantitatis ennnrietur absque expressione illius snmmæ, sed comprænhendit etiam alias causas, ibi, *Per occasione d'essersi seruiti à detta Spocieria, & ogn'altra summa, che possi pretaudere da essi per qualsiuoglia causa dependente.* Et ita excluditur quicumque prætensus error, qui
10 tamen † concludentissimè probandus esset, Menoch. *cons.* 401. *numero* 41. *lib.* 5. Rota *decis.* 436. *num.* 1. *par.* 2. *diu. in*
11 *recent. decis.* 128. *part.* 6. *decis.* 161. *num.* 24. *par.* 7. † & quidem per probationes necessarias, & concludentes, adeò vt data possibilitate in contrarium non dicatur cnnstare de errore, & in debito, *l. neque natales, C. de probat.* Rota *in recent. decis.* 38. *numer.* 2. *& decis.* 592. *n.* 27. *in fine part.* 5. *decis.* 128. *num.* 13. *par.* 6.

Maximè concurrentibus pluribus circumstantijs, nempè longa quiesceotia, raciturnitate partis, multiplicitate actuum, qoietantijs, alijsque pluribus † in decisione hu- 12
ius causæ ponderatis, quæ omnia prætensum etrnrem excludunt, *l. si mulier la 2. C. ad Velleian.* Paris. *cons.* 9. *numer.* 27. *lib.* 3. Rota *in recent. decis.* 87. *numer.* 4. *par.* 5. *& dicta decis.* 261. *nnmero* 25. *par.* 7. Multò magis in facto ptnptio, in quo error non est tollerabilis, *l. non est ferendus vbi DD. de transact.* Rnta *decis.* 3. *numer.* 25. *par.* 7. Et demum in hac parte obstat Ginannis † sententia, & res 14
iudicata, quæ illos repellit ab buiusmodi oppositione per Textum *in lib.* 1. *C. de re iudicata, & in lib.* 1. *C. quando prouocare non est necesse, l. res iudicata ff. de regul. iuris*, Rota *decis.* 551. *numero* 1. *parte* 4. *diuers.*

Ea his itaque cùm nedum non cnnstet de certissima buius prætensi erroris probatinne, imò potius ille eacluditur, vel saltem dubius omninò redditur non potest admitti cnmpensatio erroris liquidi † in decisione iam firmati, 15
atque resultantis ex lectura Instrumenti snlidationis computnrum cum huiusmodi illiquidn dubio, & incertn, *l. fin. C. de compensat.* Rota post Zacch. *de obligat. Cam. decis.* 268. *num.* 4. Seraph. *decision.* 1445. *num.* 4. *& in rec. decis.* 187. *nu.* 4. *par.* 8.

Denique oon nbstanr, quæ de generalitate traosactionis, siue snlidatinois dicuntur. Nam generalitas restriogitur ad causas in ea expressas, vndè esto quod clausulæ generales aptæ essent comprænhendere † quodcumque nego- 16
tium, quandn solidatin tantum fit occasione aliquarum rerum particularium, ac io ea exprimitur certa causa, clausulæ quæ sequuntur, quamnis generales recipiunt limitationem, & restrictionem ex causis præcedeotibus iuata *Tex. in l. si de certa C. de transact.* Surd. *cons.* 418. *numer.* 11. Cancer. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 15. *cum alijs allegatis in Neapolitana fructuum* 6. *February* 1652. *coram me, §. quod autem allegata extinctio crediti.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Pnsteà Episcopo Papień.

Maioriceń. Canonicatus.

Luna 12. *Iunij* 1656.

ARGVMENTVM.

Materia, quando est releuans, & datur sufficiens fumus, tunc facilè remissoriæ petitio admittitur, quod procedit etiamsi essemus in beneficialibus, verùm tunc de stylo Rotæ apponitur sequestrum, & fit obligatio de stando vnicæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur, si materia sit releuans, & datur sufficiens fumus.*
2 *Quod procedit etiamsi essemus in beneficialibus.*
3 *Episcopus vigore consuetudinis potest habere votum qualificatum in omnibus negotijs.*
4 *Itaut in paritate votorum pars illa, quæ pro se habet votum Episcopi, prævalere debet alteri pari.*
5 *Text. in cap. penult. in §. fin. de elect. in 6. quid disponat, & num.* 6. *&* 7.
8 *Fumus sufficiens, ad effectum probationis, vt concedatur remissoria, qualis iustificatio sufficiat.*
Itaut admittantur etiam Testes nulliter examinati n. 8.
9 *Remissoria non conceditur quando aliquid probari potest per scripturas, & quatenus id sit verum n.* 10.
11 *Remissoria non conceditur ad probandum id cuius contrarium iam probatum est per scripturas, & num.* 13. *&* 15.
12 *Probatio declaratoria, non solet denegari.*
13 *Remissoria petitio, vt admittatur, quid sufficiat.*
14 *in Beneficialibus non conceditur de stylo Rotæ, nisi apposito sequestro, & facta obligatione de stando vnica sententia, &c.*
16 *in Beneficialibus non agitur de re quæ sit in bonis nostris, sed cuius administratio nobis commissa fuit, & ideo lites beneficiales celeri expiditione terminandæ sunt.*

DECISIO CCVII.

VErtente lite in hoc S. Rot. Auditorio inter Io: Togores, & Didacum Desclapes super Canonicatu Maioricen. resolutum fuit 27. Martij præteriti gratiam Apostolicam Ioannis exequen. esse, eo, quia in omnibus iustificata appareat, & signanter in ea parte narratiuæ, quod Franciscus Oleza esset à maiori parte Capituli præsentatus, verùm cùm contrarium prætendat Didacus, & ad id proban. remissoriam petierit disputato hodiè super hoc particulari dubio Domini illam conceden. esse censuerunt.

1 Constat enim de † releuantia materiæ articulatæ, daturque de ea sufficiens fumus, quibus concurrentibus remis-
2 soria concedi solet, † non obstante, quod de causa beneficiali agatur, Caputaque *decis.* 57. & 60. *par.* 3. Caual. *decis.* 271. *num.* 1. Rota *in Meleuitana Commenda* 14. *Ianuarij*, & 22. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio*, & *in alia Meleuitana Commenda de Vanors* 14. *Febr.* 1650. *coram R. P. D. meo Cerro*.

Releuantia satis euidens visa fuit, quia in primo articulo ponitur, quod secundum consuetudinem vigentem in
3 Ecclesia Maioricen. Episcopus † in omnibus negotijs Capitularibus habeat votum qualificatum. Itaut in paritate
4 votorum suum præponderet, concludique † faciat pro maiori parte, non secus ac si duplex votum ipse haberet. In secundo verò articulatur, quod Decanus, & Canonicus Alemannus, cùm essent impediti causa aduersæ valetudi-
5 nis, non dederunt votum suum in scriptis † ante scrutinium contra formam Text. *in cap. penultimo* §. *fin. de elect. in 6. prout decisio firmat sub* §. *neque vllius releuantiæ*, sed simplicem facultatem concesserunt Canonico Surede, vt
6 eorum vota in actu scrutinij proferret, † quod in Iure permissum est, ex hac namque futura probatione resultabit, quod tria vota, quæ dicta decisio reijcit, nempè illud Epi-
7 scopi ob non probatam prætensam consuetudinem, † & alia duo cum præsupposito non seruatæ formæ *d. cap.* 1. §. *fin. de elect. in 6.* erunt fauore Didaci superadden. & ita releuantia est manifesta.

Non deficit etenim fumus, quia de prætensa præponderantia voti Episcopalis dantur plures attestationes, quas licet Rota dixerit irreleuantes ad plenam probationem,
8 nihilominus ad effectum † præstandi fumum satis superque sufficiunt, cùm ad hunc effectum etiam Testes nulliter examinati admittantur, Caputaq. *decis.* 32. *num.* 2. *par.* 2. Cassad. *dec.* 3. *numer.* 2. *de dilat.* Rota coram fa. me. Greg. XV. *decis.* 562. *num.* 4. *in recent. dec.* 113. *num.* 1. *decis.* 166. *num.* 1. *par.* 2. *cum alijs allegatis in dicta Meleuitana Commenda* 14. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio*, §. *articulata siquidem in fin.* & *in Meleuitana Commenda de Vanors* 14. *Februarij* 1660. *coram R. P. D. meo Cerro* §. *fumus*, & *prius in Terulen. Statutorum* 27. *Iunij* 1644. *coram Eminentissimo Cardinali Otthobono*.

Neque vllius impedimenti visum fuit, quod respectu primi articuli obijciebatur, vt cum probatio d. præponderantiæ voti Episcopi haberi possit ex actibus Capitolaribus, qui redigi solent in scriptis, ideò non fit ad eam
9 proban. per Testes † conceden. remissoria, Rota *decis.* 10. *num.* 2. *vers. præterea de offic. deleg. in nou. dec.* 46. *de test. in antiq.* & *alibi passim*, quia ex electionibus in libris Capitularibus descriptis, & quæ dantur in *Summario Ioannis nu.* 3. quidem de resolutione capta à Capitulo pro maiori parte: Verùm cùm ibi numerus votorum, non enunciatur à quibus dignosci possit, An votum Episcopi fuerit cæteris magis qualificatum; & in paritate præponderauerit concludique fecerit pro maiori parte vtique ad huiusmodi præ-
10 tensam † voti præponderantiam proban. necessario visa fuit admittenda probatio per Testes, cùm aliter haberi non possit, Rota penes Marr. Andr. *decis.* 38. *num.* 3. & *seq. coram Caual. dec.* 252. cum alijs cumulatis per Add. ad Greg. XV. *dec.* 233. *nu.* 3.

Non etiam denegan. esse remissoriam existimarunt Domini propter exceptionem contra secundum articulum datam, quod, scilicet, ex Instrumento electionis appareat Decanum, & Canonicum Alemanum præstitisse eorum
11 vota in scriptis † ante scrutinium, & propterea non sit danda remissoria ad proban. id, cuius contrarium per scripturas constat pro responsione enim ponderatum fuit, quod quicquid sit, An re vera dicti Decanus, &
12 Alemanus eorum † vota in scriptis dederint prout Iosor-mantes pro Ioanne ex pluribus deductis id probare conati fuerunt, vel potius constituerint Procuratorem Suredem, qui eorum nomine votaret in actu scrutinij ad effectum, de quo agitur, satis esse visum fuit, quod verba
† in Instrumento electionis apposita, ibi, *Votum suum præstiterunt Canonico Surede, nempè Decanus in scriptis*, & 13
Alemanus verbo, &c. sint æquiuoca, ita vt importare possint tam schedolam actualis voti tunc præstiti, quàm simplicem communicationem, & mandatum illud deinde præstandi eorum nomine in actu futuri † scrutinij; probatio 14
enim declaratoria non denegatur Rota coram Caualer. *dec.* 368. *ante numer.* 1. *vers. non enim dicebam*, & *in d. Meleuitana Commenda* 14. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio*, *vers. articulata siquidem*, satisque est assumptas probationes † verisimiliter posse modo aliquo suffraga- 15
ri, vt sit indulgen. remissoria, Mantic. *decis.* 312. *num.* 10. Caual. *decis.* 232. *num.* 2. Rota *in Hispalen. Decimarum* 18. *Iunij* 1647. *vers. vltim. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, & *in eadem Meleuitana Commenda* 14. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio*, §. *neque releuantia*.

Huiusmodi tamen remissoria, ex quo versamur in prima Instantia, & quia de causa Beneficiali agitur non alio
pacto conceden. esse existimatum fuit, † quam apposito 16
sequestro, & facta obligatione de stando vnicæ iuxta stylum huius Sac. Tribunalis, de quo respectu sequestri testatur Caputaq. *decis.* 152. *num.* 2. *par.* 3. & respectu obligationis de stando vnicæ firmat Rota coram Put. *decis.* 297. *numer.* 4. *lib.* 2. coram Seraph. *decis.* 555. *num.* 3. & *in rec. decis.* 585. *numer.* 5. vbi dicitur, quod ratio huius styli fuit ad tollen. calumniam, nam cùm in beneficialibus agatur de re, quæ non est in bonis nostris, sed cuius nobis tantum commissa fuit administratio; causæ huiusmodi celeri indigent expeditione.

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 27. Martij 1655. coram eodem R. P. D. Meltio, est supra in hac parte 12. decisio 156.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papien.

Meleuitana decursus Aquarum.

Luna 30. *Iunij* 1656.

ARGVMENTVM.

Dominus fundi superioris non potest diuertere aquam defluentem per opus manufactum in fundum inferiorem, quia tunc dicitur defluere iure seruitutis, & non facultatis.

SVMMARIVM.

1 *Aquæ cursum per opus manufactum Dominus fundi superioris in præiudicium Domini fundi inferioris non potest diuertere.*
2 *circa Cursum Aquæ tria sunt consideranda.*
3 *Aquæductus antiqua consuetudo vim habet tituli.*
4 *Aqua diuerti non potest à cursu consueto.*
5 *Dominus aquæ fundi superioris potest diuertere aquam quolibet in præiudicium Domini fundi inferioris.*
6 *Et quando conclusio vadit hic.*
7 *Aqua dum trahitur per opus manufactum traducitur iure seruitutis.*
8 *Aqua dum trahitur iure seruitutis diuerti non potest.*
9 *Testes examinati formiter, ac sui dicti rationem reddentes probant.*
10 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, & mortui ante repetitionem habentur pro ritè examinatis.*
11 *Testium depositio morte confirmata remanet.*
12 *Opus manufactum ad effectum seruitutis stare debet in fundo superiori.*
13 *Negatiua coarctatio quomodo esse debeat.*
14 *Testes affirmatiuè deponentes præferuntur testibus negatiuè deponentibus.*
15 *Quadragenaria cum titulo, & bona fide requiritur ad præscribendam seruitutem contra Ecclesiam.*
16 *Titulus, vel longæua possessio sufficit ad præscriben-* dam

bendam seruitutem continuam contra Ecclesiam.
17 *Quadragenaria præsumi facit titulum, & bonam fidem.*
18 *Expurgatio aquaductus per fundum alienum arguit scientiam, & permissionem Domini fundi.*
19 *Expurgatio aquaductus probat Ius constitute seruitutis.*
20 *Arguit actum factum fuisse iure proprio, non autem iure facultatis.*
21 *Immemorabilis probanda est cum requisitis glossa in c. 1. de præscriptionibus in 6.*
22 *Immemorabilis quid importet, & num. 23. etiam in seruitute aquæ ducendæ, & num. 24.*
25 *Scientia, & negligentia colonorum non præiudicat Domino fundi.*
26 *Coloni precario possident.*
27 *Actio spolij durat per 30. annos.*
28 *Fides mala impedit præscriptionem.*
29 *Seruitus continuata in parte dicitur retenta in totum.*
30 *Vtilitati publicæ non est consulendum in præiudicium priuati.*

DECISIO CCVIII.

IN Episcopali Prædio Talescof nuncupato oritur Aqua Fontis, qui dicitur Talaurenti defluens opere manufacto per Terreoum feudi della Tabaria confinantis cum d. Prædio Episcopali, huiusmodi aquam cum Episcopus Callares moderni Reuerendissimi Episcopi Melitens. antecessor anno 1627. absente tunc Domino feudi à solito cursu diuertisset Eminentissimus D. Magnus Magister, qui d. feudum anno 1650. acquisiuit, animaduertens aquæ diuersionem resultare in magnum eius feudi præiudicium ex quo amplius non poterant, prout antea irrigari Agri, & hortalitia illam ad pristinum statum reducendam esse prætendere cœpit. Vnde commissa Causa in Rota dubitatum fuit, An Reuerendiss. Episcopo licuerit aquam ducere in præiudicium fundi inferioris, & non licuisse DD. responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum aqua, iam longo
tempore scilicet per 20. annos, & vt aliqui ex Testibus
examinatis pro parte Eminentissimi D. Magni Magistri
deponunt per quadraginta, & ab immemorabili tempore per canale, seu aquæductum fabricatum in fundo supe-
1 riori defluxerit per fundum inferiorem, † vtique non potuit in istius præiudicium antiquus aquæ cursus vlla nouatione turbari, ac in aliam partem diuerti ab Episcopo
Domino fundi superioris, & propterea aqua in pristinum
statum reducenda venit, *l. hoc Iure §. ductus aquæ ff. de aqu. quotidian. & æstiu. l. si quis diuturno ff. si seruit. vendic. l. fin. ff. de aqu. plu. arcen. l. si manifestè C. de seruit. & aqu. l. vsum aquæ, C. de aquaduct. lib.* 11. Bald. *cons.* 241. *num.* 2. *lib.* 2. Paris. *consil.* 129. *num.* 10. *vers. eò magis vol.* 4. Berou. *cons.*
2 144. *n.* 39. *vers. quarto pondere vol.* 3. vbi † quod circa cursum aquæ tria sunt regulariter considerandæ pactum natura
& vetustas, latè Surdum *consil.* 447. *num.* 10. & 11. vbi quod
3 † in aquæductu antiqua consuetudo est seruanda, cum habeat vim tituli, & priuilegij, Iason. *consil.* 150. *num.* 10. *lib.* 2.
4 Ceph. *consil.* 96. *num.* 2. vbi † quod à cursu consueto aqua diuerti non potest, idem firmat Cephal. *de seruit. Vrban. Præd. d. cap.* 69. *de aquaduct. n.* 3. *vers. sed pone*, & Cyriac. *controu.* 311. *num.* 3.

Neque obstat, vt ex eo quod controuersa aqua erum-
5 pit in proprio fundo Episcopi potuerit † etiam ab eo in aliam partem ad sui libitum diuerti, etiamsi per aliquod
longum tempus defluxerit in fundum inferiorem ad Tex. *in l. si meo fundo ff. de aqu. plu. arc.* Quia ttita, ac in Iure communiter recepta est distinctio solita afferri d. textui, vt
6 nempè ille procedat, † quando aqua suo naturali cursu
fluit secus autem si per opus manufactum, ita Bartol. *in l. 1. §. sed etsi in princip. ff. ad l. Aquil.* & conferunt etiam Tex. *in l. cui fundum ff. quemadmodum seruit. amitt. & in l. Neratius*, & ibi gloss. *verb. tollere ff. de aqu. plu. arc.* Calcar. *consil.* 56. *numer.* 9. Becc. *consil.* 202. *numer.* 24. Crauett. *de antiqu. temp. par.* 4. §. *circa præmissa numer.* 40. Ratio autem d. distinctionis est, quia vbi aqua non naturaliter, sed
7 artificioso opere manufacto decurrit tunc censendum † est
Dominum fundi superioris permisisse cursum aquæ in fundum inferiorem non Iure facultatis, sed seruitutis acqui-
8 sitæ ministerio hominis ex dicto opere manufacto, & † consequenter illicita omninò redditur diuersio aquæ à solito
cursu in præiudicium fundi inferioris, cui d. Seruitus acquisita fuit, Castrens. *consil.* 447. *num.* 12. Bursatt. *cons.* 37. *num.* 1. *cum seqq. & consil.* 235. *num.* 54. *& consil.* 267. *num.* 38. Menoch. *cons.* 447. *cons.* 42. *vers. qui hoc intellexerunt*, Petr. Bib. *cons.* 238. *num.* 33. *& sequent.* Morott. *cons.* 8. *num.* 3. *ad med.* Bellam. *cons.* 7. *num.* 3. Cepoll. *de seruit. rust. præd. cap.* 4. *de seruit. aquaduct. num.* 56. *cum duob. seqq.* Gabr. *de præscript. conclus.* 10. *numer.* 14. Cyriac. *contron.* 311. *num.* 2. *vers. Primo quia*, Viuian. *decis.* 411. *num.* 17. *post med. nu.* 22. Rot. *diuers. decis.* 174. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. decis.* 32. *num.* 17. *&* 8. *& decis.* 425. *num.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *& in Mediolanen. bonorum* 17. *May* 1630. *coram Coccino*, & confirmatum etiam fuit *in decis. in hac causa emissa super remissoria sub* 28. *Iun.* 1651. *coram Reuerendissimo Tarraconen. §. releuantia ad med. vers. nihilominus.*

Quod autem controuersa aqua non naturali cursu defluxerit ad fundum della Tabaria, sed per opus manufactum in prædio superiori ipsius Episcopi probatur ex dictis Testium examinatorum pro parte Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Magni Magistri, qui deponunt, quod subtus roccam d. Prædij Talescof confinantis cum Prædio della Tabaria, extat antiquus Curriculus in saxo per lapicidas incisus, nec non etiam antiquus aquæductus pariter manufactus subtus Curriculum perueniens vsque
ad Fontem Talaurenti, qui dictam aquam recipit, eamque ducit ad Terrenum fuodi Inferioris, ac terminat in
cratera in eodem Prædio constructa ad vsum animalium,
& agrorum, † huiusmodi namque Testes cum sint nu- 9
mero plures formiter mediante Remissoria examinati,
ac suorum dictorum optimam rationem reddant, vtique benè, ac concludenter probant *l. solam*, & ibi glos. *C. de testib.* Baldus *in l. Presbyteri num.* 14 *vers. quidam perijt, C. de Episcop. & Cleric.* Rota *decis.* 189. *num.* 2. *& decis.* 272. *num.* 3. *cum seqq. par.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Beanien. Pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1650. *coram Eminentiss. Card. Othobono §.* 2. *ad med.* Tantòque magis cum defluxu eiusdem aquæ per d. Canale, seu aquæductum spatio longissimi
temporis deponant alij Testes, quia † licèt examinati ad 10
perpetuam rei memoriam, tamen ex quo repeti non potuerunt stante illorum prædecessu haberi debent pro ritè, & validè examinatis, Surdus *decis.* 103. *per tot.* Rota coram Gregor. XV. *decis.* 434. coram Buratt. *decis.* 434. *num.*
4. *& decis.* 530. *num.* 3. & illorum † depositio morte confir- 11
mata remansit, ad Tex. *in l. fin. vers. sin autem, C. de Testib.* Rota *in Romana Depositi* 15. *Decembris* 1645. *coram Eminentiss. Corrado, & in Romana nullitatis matrimonij* 19. *Ianuar.* 1646. §. *non obstat, quod onus coram bo. me. Arguelles.*

Non obstat ad effectum præsumendi ex opere manufacto, aquam Iure seruitutis decurrisse in fundum inferio-
rem quod requiratur, vt † dictum opus constructum fuerit 12
in fundo, contra quem seruitus prætendatur aliàs laborerium nil releuet, cùm ea hoc non tollatur libertas, quam de Iure Dominus habet vtendi pro suo arbitrio aqua in suo fundo scaturiente. Obiectum enim huiusmodi cessat ex facto concludenter probato per Testes formiter examinatos, & præcisè affirmantes opus constructum fuisse in ipso prędio Episcopi, ibi, *Ho visto, che nell'articolato loco chiamato Talescof Predio Episcopale vi è stato, & al presente v'è vna Caua, o sia mina cauata à forza d'huomo con picconi nella rocca viua.*

Pari facilitate visa fuit tolli alia prætensio, quod d. Caua facta fuerit non ad recipiendam aquam, sed potiùs ad effectum illam explorandi, ac quærendi sub terra. Istud enim est diuinare, & contrarium colligitur ex eisdem Testibus deponentibus opus constructum fuisse, *per cercare, e raccorre l'acqua.*

Non etiam aduersantur depositiones Testium examinatorum pro parte Reuerendiss. Episcopi in ea parte, in qua licèt, & ipsi admittant d. opus manufactum, per illud tamen aquam in modica quantitate deuenisse di-
cunt. Primò † enim dicti Testes non coarctant negati- 13
uam, quod nempè d. aqua non potuerit defluere in maiori quantitate quin ipsi scirent, prout ad probandam negatiuam requiritur *in §. hoc interdicto, ff. de itiner. actuq. priuat.* Rota coram Gregor. XV. *decis.* 510. *num.* 1. *&* 2. eorum dicta restringuntur ad tempus recens, & post factam diuersionem ab ipso Episcopo, dum deponunt quod aqua defluebat in modica quantitate, eo quia Curriculus erat repletus. Repletio enim facta fuit ab ipso Episcopo,
de

de tempore quo aquam à solito cursu diuertit. Præterea
cùm Testes examinati pro parte Eminentissimi Domi-
ni Magni Magistri depooant defluxu huius controuersæ
aquæ per Canale manufactum, & ita de affirmatiua
24 † semper in dubio præferendi sunt Testibus Episcopi depo-
neñ de negatiua gloss. *in l. diem præferre §. si plures verbo*
consenserunt ff. de recept. arbitr. Bald. *in l. actor. numer. 2. C. de*
probat. Alex. *consil. 169. num. 5. lib. 5.* Gabr. *de testib. conclus. 4.*
numer. 1. Rota *decis. 42. numer. 5. par. 7. rec.* & in puncto be-
nè Bursatt. *consil. 267. numer. 13. ad fin. & seq. & numer. 29.*
vbi inter cætera ponderat rationem verisimilitudinis,
quæ huic casui benè applicatur cum vt dictum est, extet
Cloaca antiquissima in saxo incisa sub fundo Episcopatus,
quam non est verisimile fuisse alia ratione constructam,
quam producenda aqua.

25 Minusque refragatur, † quod ad effectum præscribendi
seruitutem contra Ecclesiam cursus 40. annorum cum ti-
tulo, & bona fide requiratur. Quia quid sit, an ex eo quod
versamur in seruitute aquæ continuò fluentis, quæ proin-
dè continua dicitur titulus requiratur, vel potiùs longæ-
ua possessio sufficiat, ad tradit. per Butr. *in cap. si diligenti*
num. 17. post med. vers. ratio autem de præscriptis par. 4. quæst.
2. num. 2. limit. 2. Becc. *consil. 202. num. 18.* Rimin. Iun. *consil.*
86. num. 11. Rauden. *var. resol. cap. 68. sub num. 65.* vbi quod
26 antiquus † decursus, & vsus in aquis deseruit loco tituli,
Calcan. *consil. 56. sub num. 7. & 9.* firmans consuetudinem,
& aquæ decursum per longum tempus continuatum per
opus manufactum de per se, & absque alio mysterio, seu ti-
tulo, habere vim inductæ seruitutis.

Tollitur in proposito casu omnis difficultas, quia Testes
examinati pro parte Eminentissimi D. Magni Magistri de-
ponuot de continuo vsu, & cursu d. aquę per annos quadra-
17 ginta, ex † cuius proindè tēporis lapsu titulus, & bona fides
præsumitur, ad tradita in his terminis per Alex. *consil. 69.*
per tot. lib. 5. l. 1. §. denique in fin. & l. 2. & l. fin. ff. de aqu. pluu.
arc. l. hoc Iure §. ductus ff. de aqu. quotid. & æstiu. cap. 1. de
præscript. in fin. Bursatt. *cons. 144. num. 32. lib. 3.* Concur-
rente maximè quod vt ex eisdem Testibus habetur Cana-
lis, seù aquæductus, per quem controuersa aqua decur-
rit fuit expurgatus ab auctoribus d. Eminentiss. D. Magni
Magistri D. fundi inferioris, Iste namque actus in alieno
solo gestus non solùm claram scientiam Episcopi Domini
18 fundi Superioris indicat, † ex quo nimis inuerisimile red-
ditur quod homines alienum fundum ingredi, & aquæ-
ductum expurgare ausi fuerunt sine ipsius Domini licen-
tia, & permissu, vt in his terminis ponderat Bursatt. *d.*
consil. 398. num. 3. cum seqq. vbi vlterius firmat introdu-
ctionem, siuè deriuationem aquæ in fundo inferiori ma-
nufacto habere præsumptionem, quod fuerit facta ex
19 mutuo consensu, vel conuentione. † Verùm etiam Ius
constitutæ seruitutis probat, nam actus expurgationis,
siuè cauationis in alieno solo reputatur ex illis qui non
20 Iure facultatis, aut familiaritatis arceri solent, sed † ex
ijs, qui Iure proprio fiunt, Bart. Castr. & alij *in l. seruitus*
C. de seruit. & aqua, Menoch. *de retinenda possess. remed. 5.*
num. 11. Bursatt. *cons. 41. num. 54.* Borgon. *decis. 23. num.*
113. par. 2. cum alijs alleg. per Modern. Lucao. *consil. 97.*
num. 25. vers. probatum insuper est.

Accedit vlterius pro maiori comprobatione præscriptæ
seruitutis, quod aliqui ex Testibus deponunt aquam flu-
21 xisse per opus manufactum vsque † ab immemorabili
tempore, & cum requisitis per gloss. *in cap. 1. de præscript.*
22 *in 6.* Immemorabilis autem certum est, quod vim † tituli
concessionis, & priuilegij habet, *cap. super quibusdam §.*
Præterea de verb. sign. cap. 1. de præscript. in 6. l. hoc Iure §.
23 *ductus aquæ ff. aq. quot. & æstiu.* † potestque illius vigore al-
legari melior titulus de mundo, Rota *in Placentina, seu*
Abulen. decimarum 18. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Pen-*
24 *tingerio §. 1. ad med. vers. & sic,* & in † terminis seruitu-
tis aquæducendæ Calcan. *d. cons. 56. num. 8.* Morutt. *d. cons.*
8. num. 4. Surd. *d. cons. 447. num. 11. ad fin.* Berou. *cons. 194.*
num. 32.

Non obstat, quod quatenus, & d. seruitus legitimè præ-
scripta fuisset, nihilominus ex quo ab anno 1626. Aqua
diuersa fuit indè censeatur illa amissa, & acquisita liber-
tas per non vsum 20. annorum vsque ad tempus motæ
litis.

Primò enim respondetur, quod feudum tunc erat pos-
sessum à forense degente in Regno Siciliæ, & per Prio-
25 rem erat locatum Colonis † quorum scientia, & negligen-
tia ad effectum amittendi seruitutem per non vsum nihil
releuat, sed requiritur scientia, & patientia Domini, Balb.
de præscript. in secunda par. 4. partis principalis q. 1. num. 12.
vers. & nota, & ratio est, † quia Coloni precario possi- 26
dent, & ita si negligunt vsum, & fluitionem aquæ non
præiudicant Domino absenti, Barbat. *consil. 9. num. 12.*
vers. item posito.

Secundò, quia dum agebatur de seruitute continua, &
in esse deducta ducendi aquam per aquæductum constru-
ctum in fundo Episcopi intus Roccam vbi est Fons, & de
tali seruitute Episcopus certam, & indubitatam scien-
tiam habuit non solum ex longo cursu temporis, sed
etiam quia vt dictum fuit accesserunt homines ad pur-
gandum d. Canale vtique Episcopus præscribere non po-
tuit, vel quia † aquam de facto diuertendo spoliasse dici- 27
tur, & actio spolij durat 30. annis, nec minori spatio præ-
scribitur, Mohed. *decis. 3. de rest. spoliat.* Rota *in recent.*
decis. 307. num. 3. par. 1. & in terminis Bursat. *d. cons. 87.*
num. 31. vers. Præterea, vel propter malam fidem, dum
solitum cursum aquæ defluentis Iure seruitutis per fun-
dum Tabria malitiosè diuertit, nam, & hoc certum † est, 28
quod præscriptionem impediuit, iux. Tex. *in cap. dudum*
de decimis, Surd. *cons. 276. num. 18. & 21.* Honded. *cons. 82.*
num. 39. & seqq. lib. 1. Rota coram Merlin. *decis. 585. n. 15.*

Præterea omnes Testes etiam illi examinati pro parte
Reuerendissimi Episcopi deponunt semper aquam deflu-
xisse per Canale etiam post diuersionem factam de anno
1627 licet in modica quantitate, attenta repletione fa-
cta, vel longo tempore secuta, & hoc sufficit vt seruitus
non amissa, sed continuata intelligatur, † quia in reti- 29
nenda, & conseruanda seruitute iam in esse deducta suffi-
cit vsus etiam in aliqua parte, vt benè in his terminis fir-
mat Crauet. *cons. 124. num. 5.* & est etiam Tex. *in l. vna est*
via ff. de seruit. rustic. præd. & l. si is qui vsumfructum ff. de
vsufruct. Bursat. *cons. 267. num. 30.*

Denique non releuat, quod diuersio aquæ à solito cursu
redundet in publicam vtilitatem, & commodum Eccle-
siæ, † quia non est consulendum publico in præiudicium 30
priuati habentis fundum inferiorem, & seruitutem acti-
uam ducendi aquam, *l. vnic. §. vlt. C. de caduc. toll.* Castr.
cons. 25. num. 1. in fin. lib. 2. Capad. *dec. Lusitan. 119. per tot.*
par. 1. & firmauit Rota *in Bononien. Iuris macinandi 1. Fe-*
bruarij 1638. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Firmana Iurispatronatus.

In Rota memorialium.

Lunæ 26. Nouembris 1657.

ARGVMENTVM.

Sequestrum officio Iudicis relaxatum cessante causa, ob quam fuit concessum, venit reuocandum: Contrarium tamen est in eo, quod conceditur vigore Clementinæ ad compescendos.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum venit reuocandum cessante causa, ob quam fuit concessum, quod amplia, & declara vsque ad num. 9.*
10 *Rescripta Signaturæ sunt intelligenda prout de Iure.*
11 *Rescriptum Principis, & commissiones à iure interpetrantur.*
12 *Patronus potest concurrere cum alijs patronis in sui ipsius præsentationem.*
13 *Præsentandi semetipsum animus excluditur ex facto.*
14 *Relatio congrua est facienda ad euitandam contrarietatem.*
15 *Animus desumi potest ex opinione etiam erronea.*

DECISIO CCIX.

QVia Vitalis post demandatam mihi à Rota ante ferias generales huius causæ expeditionem prætendebat non solum bonum Ius ipsius per duas decisiones comprobatum

batum in ſententia canonizari , ſed etiam Sequeſtrum ab
Epiſcopo Recanaten in ſecunda inſtantia appoſitum reuo-
cari , cùm de huiuſmodi Sequeſtro nulla fuiſſet in reſolu-
tionibus rotalibus habita mentio (imò in principio ordi-
natum , quod firmo remanente Sequeſtro , videretur de
bono Iure) nolui niſi prius etiam ſuper hoc Domini inter-
loquuti fuiſſent ad cauſæ expeditionem deuenire , quam
hodie Domini pro audiendis memorialibus cauſarum poſt
inſignem Vrbis calamitatem prima vice congregati quoad
vtrumque caput mihi iniunxerunt . Nam conſtito per præ-
dictas deciſiones de bono Iure eiuſdem Vitalis , cùm ceſ-
ſat cauſa , ob quam Sequeſtri continuatio à Rota permiſ-
1 ſa fuit † omnis æquitas poſtulat , vt non aliter expectato
fine litis contrario Iudicis officio idem Sequeſtrum remo-
ueatur , ad Texr. *in l. quod iuſſit* 14. *ff. de re iud.* vbi Iaſ.
num. 12. Mat. Mur. *deciſ. Sicil.* 24. *num.* 12. *verſ. adeò opera-
ta fuit illa deciſio , & verſ. ſtante quod demonſtrauerat* , Ro-
ta *deciſ.* 511. *num.* 2. *verſ. ita hodie ſublato par.* 3. *recent.* &
in Apulana Capellania 25. *Febr.* 1630. *coram bo. me. Dura-
no apud ipſam deciſ.* 143. *num.* 4. vbi loquitur de reuocatione
Sequeſtri poſtquam per duas deciſiones de bono Iure con-
ſtabat , & in punctualibus terminis etiam poſt duas deci-
ſiones *in Pampilonen. Parochialis* 28. *Iunij* 1649. *ſub* §. 1.
*verſ. quia ob detectum bonum Ius coram bon. mem. Peutin-
gerio* , Modern. Cæſenaten. *de mod. citan. par.* 3. *formul.* 5.
in verbo ad videndum reuocari Sequeſtrum in princ. fol. mihi
122. & in ſimili caſu firmat Lancellot. *de attent. par.* 3.
cap. 28. *numer.* 151. *verſ. videtur tamen quod ſint expe-
ctanda* .
2 Non obſtat , † quod ſemel appoſitum in Beneficialibus
Sequeſtrum durare debeat vſque ad finem litis , Lotter. *de
3 re benef. lib.* 3. *q.* 11. *num.* 45. & *ſeqq.* etiamſi † in ſecunda
Inſtantia ſententiam ſibi fauorabilem prioris reuocato-
riam poſſeſſor obtineret , Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *n.* 215.
Grat. *diſcept.* 232. *num.* 18. Rota *deciſ.* 136. *num.* 2. *verſ.* &
in cauſa par. 2. *rec.*
4 Concluſio † enim illa procedit tantum in Sequeſtro vi-
5 gore Clementinæ ad compeſcendas &c. appoſito † ad
quod cum deuenire non poſſit , niſi præcedente definiti-
ua contra Poſſeſſorem in Curia prolata , Rota coram Pen.
deciſ. 57. *num.* 1. Modern. Peruſ. *de manut. obſeru.* 75. *num.*
6 46. propter præſumptionem ab ipſa reſultantem illud † re-
uocari non poteſt , niſi terminata per ſententiam in iudi-
7 catum tranſactam principali controuerſia † ſecus autem
quando , vt in caſu noſtro Iudicis officio ad Sequeſtri ap-
poſitionem proceſſum fuit , vel ob poſſeſſionis turbidita-
tem , vel propter ſuſpicionem attentatorum , vt his caſi-
8 bus ſolent ſeruare † Iudices , ne vitioſus Poſſeſſor ſaltem
præſumptiuè gaudeat commodo infectæ poſſeſſionis , Fe-
lin. *in cap. examinata* 15. *ſub num.* 10. *verſ. ſubdit hic Domi-
nus meus de Iudic.* Rota *deciſ.* 594. *num.* 2. *in fin. verſ. Ideò
attenta turbiditate par.* 3. *rec. cum alijs in Maioricen. Cano-
nicatus* 10. *Decembris* 1651. §. *neque enim verſ.* & *licet
huiuſmodi concluſio coram R.P.D. meo Meltio* , quia tunc
9 ſemper , & quandocumque conſtat de bono Iure attenta-
ta , & vitium poſſeſſionis excludente , Sequeſtrum in qua-
cumque inſtantia reuocari poteſt , vt diſtinguendo firmat
Rota coram Seraph. *deciſ.* 1335. *ſub num.* 4. *verſ. quia eſt
aduertendum* , & *num.* 5. Cocc. *deciſ.* 478. *num.* 11. *ſeqq.* &
in rec. deciſ. 333. *num.* 22. & 400. *num.* 29. & 30. *par.* 4. *tom.* 2.
Grat. *diſcept.* 114. *num.* 36. 39. *verſ. tertio illud eſt* , & *num.*
40. Modern. Cæſenaten. *d. formul.* 5. *vbi ſupra* , Rota in
Barchinonen. Beneficij impreſſ. apud Modern. Peruſ. *de
manut. deciſ.* 514. *num.* 3. & 5. & *in dicta Pampilonen. Paro-
chialis* 28. *Iunij* 1649. *ſub* §. 1. *verſ. Nam hoc Sequeſtrum co-
ram bo. me. Peutingerio* .
Nec releuat , quod Rota quoad remotionem Sequeſtri
Iuriſdictionem non habeat , ex qua Signatura cauſam in
Rota commiſit reſcribendo cum clauſula , *firmo remanen-
10 te ſequeſtro* , pro appellatione , † quia verba huiuſmodi in
commiſſione inſerta debent intelligi , prout de Iure , qua-
tenus ſcilicet Sequeſtrum vigore Clementinæ fuiſſet appo-
ſitum , & durante turbiditate Iuris litigantium , non autem
Sequeſtro , ex alia cauſa facto , & poſtquam de bono Iure
alterius partis conſtiterit cum reſcriptum Principis , & com-
11 miſſiones à Iure communi , ex cuius diſpoſitione , vt ſupra
dictum eſt in præſenti reuocandum eſſe Sequeſtrum inter-
pretationem recipiant , Aretin. *conſ.* 45. *num.* 5. Surd. *deciſ.*
175. *num.* 8. *verſ. reſcriptum ergo* , Pacian. *de probat. par.* 2.
cap. 44. *num.* 66. *verſ. hinc colligitur in iure* , Cyriac. *contr.*
387. *num.* 10. Rota apud Marcheſ. *de commiſſ. par.* 1. *fol.* 170.
ſub num. 1. *verſ. in ea autem* , & coram Merlin. *dec.* 357. *n.* 4.
Romana Nullitatis de liberationis 6. *Iunij* 1642. coram Re-
uerendiſs. Terracinen. apud Modern. Foroliuien. *de pign.
deciſ.* 59. *num.* 15.
Bonum verò Ius Vincentij inconcuſſum eſt , quia quic-
quid ſit , † quod Raymundus præſentationi de ſe factæ 12
ſuam vocem cumulare potuerit , certum eſt , quod talis
non fuit eius intentio , dum vti ſuit teſtamento Celantiæ
(in quo Iuſpatronatus actiuè in totum Antonio vti Pri-
mogenito legabatur) eidem inhærendo , & non aliàs ali-
ter , nec alio modo in proceſſu de partibus fol. 178. ad med.
quod excludit † animum ſuam vocem cumulandi , vt fuit 13
conſideratum *in vltima deciſ. huius cauſa ſub die* 9. *Iunij*
1656. §. *Non obſtat coram Me* . Et quamuis in eadem com-
paritione facta coram Capitulo Firmano Raymundus ſe
Patronatum vocauerit , & acceptauerit . Quia tamen
Teſtamento Celantiæ ita immobiliter adhærere voluit , &
faſſus fuit ad Antonium vigore Teſtamenti Ius eligendi ,
& præſentandi ſpectare , vt in proceſſu vbi ſupra ; dicen-
dum eſt , quod intellexerit ſe Patronatum non actiuè , ſed
paſſiuè tantum ſcilicet tanquam vnus de familia Raynal-
da , qui ex lege in eodem Teſtamento Celantiæ præſcripta
præſentari debuiſſet . Et acceptatio in parte intelligenda
eſt , prout pars acceptata contra diſtinguitur à parte alte-
ra præſentationis , qua idem Antonius Vincentium Vita-
lem cumulatiuè præſentauit , † non autem vni pars accepta- 14
ta ad partem alterius Compatroni relationem haberi po-
teſt , & hoc ad euitandam implicantiam eiuſdem actus , &
manifeſtam contradictionem , vt fieri debet , Grat. *diſcept.
cap.* 992. *num.* 8. Rota coram Merlin. *deciſ.* 743. *num.* 27. &
poſt Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.* 170. *num.* 18. In nihilo re-
fragante , quod Rota ex poſt facto declarauerit , quod Te-
ſtamentum Celantiæ non ſuſtinetur in parte , qua de Iure-
patronatus diſpoſuit , quia ad effectum concludendi , quod
† Raymundus actiuè ſe pro Patrono gerere noluerit ſuffi- 15
cit ipſius animus , qui ex ſola credulitate , quod Teſta-
mentum valeret , & opinione quamuis erronea , & non
vera ſufficienter elicitur , Rot. *in Sipontina Penſionis* 8.
Aprilis 1647. §. *non obſtat in fin. coram bon. mem. Peutin-
gerio* .
Et ita partibus per memorialia Informantibus decre-
ta fuit etiam quoad Sequeſtri reuocationem cauſæ expe-
ditio &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Papien Beneficij.

Luna 5. *Martij* 1657.

ARGVMENTVM.

Prouiſus Apoſtolicus præuia iuſtificatione gratiæ immiſſus in poſſeſſionem beneficij venit in illius poſſeſſione manutenendus , amoto quolibet contradictore .

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis operatur manutentionem , dum alius non poſſidet .*
2 *Iudex ſeruatis ſeruandis procedendo priuat poſſidentem ſua poſſeſſione .*
3 *Iudex iniuſtè procedendo non priuat poſſeſſione .*
4 *Caulem poſſeſſionem retinens , non dicitur ſe habere pro ſpoliato .*
5 *Obitus probatur ex libro Parochi .*
6 *Obitus probatur ex concurſu aduerſarij venientis ex eadem vacatione .*
7 *Presbyteratus probatur ex confeſſione ab Aduerſario facta in ſupplicatione , vel ex confeſſione in renunciatione litis .*
8 *Habilitas prouiſi probatur ex aſſertionibus factis in litteris prouiſionis , ſub plumbo expeditis .*
9 *Gratia iuſtificata , beneficium venit adiudicandum prouiſo .*
10 *Renunciatio litis facta apud acta reijcit renunciantem ab omni prætenſione .*
11 *Beneficium non poteſt conferri irregulari .*
12 *Ordinarius non valet conferre beneficia litigioſa .*

DECI-

DECISIO CCX.

POst secundam decisionem in hac causa editam sub die
23. Februarij 1654. * in qua fuit resolutum Ioanni
Santini à Sede Apostolica gratiosè prouiso de tribus con-
trouersis Beneficijs non obstare exceptionem irregulari-
tatis, ac rei iudicatæ per Ratallum oppositæ, dedi du-
bium. An eidem Santino danda esset manutentio, ac
respectiuè Immissio, quo hodie proposito DD. ipso tan-
tum informante censuerunt manutentionem competere
in possessione Canonicatus in Ecclesia S. Michaelis Oppidi
Lumelli, quam actualiter ministerio legitimi Procuratoris
apprehendisse sub die 17. Septembris 1648. constat ex pu-
1 blico Instrumento relati *in Summ. num.* 1. quod † ei prodest
ad effectum manutentionis, cùm tempore acquisitionis
non appareat alium possedisse, *ad l. Prædia* 48. *vbi DD.
ff. de acquir. poss.* Rot. coram Duran. *decis.* 220. *num.* 1. apud
bon. mem. Merl. *decis.* 3. 64. 303. *&* 375. *vbique num.* 1. *&
in recent. decis.* 34. *num.* 5. *& decis.* 88. *num.* 1. *par.* 7. *& in
Cusentina Canonicatus 5. Iulij 1649. in princ. coram R.P.D.
meo Meltio.*

Nec obstat, quod deinde Io: Santinus fuerit à dicta pos-
sessione eiectus, & in eam immissus Ratallus in vim de-
creti ab executione suarum litterarum Apostolicarum
2 facti, qui † ser. ser. vt præsumitur procedendo potuit pos-
sessionem readiudicare, sicque ille non Santinus debeat
manuteneri, *l. iuste possidet* 11. *ff. de acquir. poss. gl. in c. præ-
sentium 3. verb. in alia in fin. 7. quæst.* 1. Abb. *in cap. cum cau-
sa* 22. *num.* 4. *vers. secus de off. deleg.* Rot. *decis.* 27. *num.* 1.
apud Modern. *de manut.* penes Duran. *decis.* 407. *num.* 3. *&
in recent. decis.* 306. *num.* 1. *par.* 7. Quoniam executor præ-
dictus nulliter, & iniustè processit, vt latè fuit compro-
batum tam in dicta decisione 23. Februarij 1654. quàm in
antecedenti sub die 12. Maij 1657. coram me emanatis,
3 † indeque non priuauit Santinum sua possessione quo
minus veniat manutenendus, *l. clam possidere* 6. *§. qui ad
Nundinas ff. de acquir. possess. decis.* 561. *num.* 3. *& decis.* 609.
num. 1. *par.* 1. *recent.* coram fa. me. Greg. *decis.* 46. *num.* 5.
Duran. *dicta decis.* 220. *num.* 4. *& in dicta Cusentina Cano-
nicatus coram R. P. D. meo Meltio §. & licet vers. tamen
4 præsertim*, † quia nunquam habuit se pro spoliato, sed ci-
uilem possessionem semper retinuit, Put. *decis.* 250. *num.* 3.
lib. 1. *in correct.* Rot. *decis.* 147. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* Buratt.
decis. 185. *num.* 5. *&* 6. *&* 529. *num.* 7. Merlin. *decis.* 475.
num. 3.

Immissionem verò deberi responderunt ad possessionem
aliorum duorum Beneficiorum, videlicet vnius Canonica-
tus in Ecclesia Collegiata Sanctissimæ Trinitatis Papień,
de quo tanquam vacanti apud Sedem per obitum Fran-
cisci de mense Maij 1651. fuit prouisus, & perpetuæ Ca-
pellaniæ sub titulo S. Martini in Maiori Ecclesia Papień ei-
dem collatæ per mortem Io: Baptistæ in mense Iulij eius-
dem Anni Sedi Apostolicæ reseruati, cùm omnia in suppli-
catione narrata, sint iustificata.

Nam vacatio, & modus vacandi hoc erat per decessum
Francisci in Curia, & Io: Baptistæ extra vltimorum Cano-
5 nicatus, & Capellaniæ possessorum in mensibus † prædi-
ctis illorumque valor in ducat. 24. per non excessum prout
fuit Papæ expositum iustificantur ex partita mortuorum
Ecclesiæ in qua Franciscus est sepultus à Parocho extracta,
vt pluries censuit Rot. coram sa. mem. Greg. *decis.* 78. *n.* 2.
Buratt. *decis.* 11. *num.* 3. & ibi Add. Duran. *decis.* 263. *n.* 2. *&*
406. *num.* 4. *& in recent. decis.* 70. *num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 153.
6 *num.* 3. *par.* 6. † Et ex gratia Ratalli partis contrariæ, dum
venit ex eisdem vacationibus, & quarum vigore beneficia
impetrauit, Rot. *decis.* 595. *num.* 2. *par.* 3. *decis.* 499. *num.* 7.
par. 4. *tom.* 2. *rec.* Caual. *decis.* 571. *num.* 2. Cocc. *dec.* 145. *n.* 5.
Reuerendissimus Vrgellen. *decis.* 87. 234. *&* 237. *num.* 6. *&
in Cassanen. Parochialis 6. Iunij 1653. §. narrata inquam co-
ram R.P.D. meo Bichio.*

7 Presbyteratus † autem probatur pariter ex confessione
Ratalli emissa in litteris suæ prouisionis, ac in renuncia-
tione liti in actis facta, in quibus illum Presbyterum ap-
pellat, ex qua partia confessione benè deducitur probatio
Clericatus alicuius, vt dixit Rot. *in decis.* 162. *num.* 1. *par.* 7.
rec. & est melior quæ possit haberi, *l. generaliter C. de non
num. pec.*

8 Habilitas † demum ipsius Santini remanet iustificata ex
narratiua Papæ in litteris sub plumbo expeditis, vbi asserit
cum ab examinatoribus in Vrbe deputatis examinatum,
idoneum repertum fuisse, cui assertioni fidem ad hunc effe-
ctum reuerenter semper, Rot. præstitit, vt in *Colonien. Ca-
nonicatus coram bon. mem. Card. Pamphilio*, apud Garz. *de
Benef. par.* 10. *cap.* 1. *num.* 74. *vers. habilitas in recent. dec.* 613.
n. 5. *par.* 1. apud Cocc. *d. dec.* 145. *num. fin.* Buratt. *decis.* 613.
n. 6. bo. me. Merl. *decis.* 688. *num.* 6. *&* 896. *n.* 3. *& in dicta
Cassanen. Parochialis coram D. meo Bichio §. habilitatem.*
† Quibus positis, & gratia sufficienter iustificata Santino 9
concedenda est immissio, & litteris Apostolicis exequu-
tio, *c. si quando 5. de rescript. c. si Capitulo* 5. & ibi glossa,
verb. exequatur de concessione prabend. in 6. Rot. *decis.* 520.
num. vlt. par. 4. *tom.* 3. *decis.* 133. *num.* 1. *par.* 6. *& decis.* 283.
pariter num. 1. *par.* 7. & penes Merl. *d. decis.* 538. *num.* 10. *&*
688. *num.* 1.

Quæ eo certius visa sunt procedere, quia Ratallus iuri
quomodolibet super dictis Beneficijs sibi competenti re-
nunciauit, ac liti cessit, consentiendo liberè traditioni pos-
sessionis ad fauorem Santini collitigantis, *vt in dicto Summ.
num. fin.* † per quam renunciationem, & cessionem apud 10
acta factæ dicitur exclusus à quocumque iure si quod an-
tea habebat impugnandi petitam Immissionem, *l. postquam
C. de pact. cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 2.
q. 20. *n.* 150. Rot. coram Buratt. *dec.* 833. *n.* 3.

Ex ea his etiam inferebatur ad non ius Nabonæ ab Or-
dinario prouisi de Capellania controuersa, † quia collatio 11
vti fundata super irregularitate Santini ex deductis in dicta
decisione corruit, licet satis erat ad illam impediendam,
quod Capellania esset litigiosa, † nam tali casu habebat 12
Episcopus manus ligatas, ademptaque ei erat facultas con-
ferendi ex dispositione tex. *in cap.* 1. *&* 2. *vt lit. pend. in* 6.
Calder. *cons.* 1. *de Iurepatronatus*, Gonzal. *ad reg. de Mens.
§. 7. Proœmial. num.* 117. Lancell. *de attent. p.* 4. *in præfat. il-
lat.* 5. *num.* 626. Seraph. *decis.* 990. *num.* 5. *&* 6. Caual. *decis.*
333. *num.* 1. Buratt. *decis.* 927. *num.* 1. *& in recent. decis.* 212.
num. 1. *par.* 2.

Et ita decisum &c.

*Decisio ista in hac eadem emanata sub die 23. Februarij
1654. coram eodem R.P.D. Beuilaqua erit in Miscellan.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO
Leodień Canonicatus.

Mercurij 14. Martij 1657.

ARGVMENTVM.

Grauatoria super retardatione solutionis non con-
ceditur, quoties quietantia ad bonum compu-
tum interuenit.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à grauatoria pœna conceditur, quoties iussa
in omnibus expleta noscuntur.*
2 *Mandatis paruisse quomodo conuincatur.*
3 *Quietantia solutionem plenè probat.*
4 *Quietantia ad bonum computum integram satisfactio-
nem non conuincit.*
5 *Contumacia in casu retardationis solutionis Censur
coarctatur.*
6 *Attestationi eorum de Capitulo non defertur.*

DECISIO CCXI.

CApitulo Tongrensi, ac Petro de Marcellis aggraua-
toriæ pœna coram me fuerat irrogata, quod man-
datis Rotalibus, seù potius Apostolicis obtemperare ne-
glexerant, cùm verò Capitulum debito cum ossequio se
paruisse contenderet super hoc proinde paritionis articulo
per me proposito dubio eidem impertiendum esse benefi-
cium absolutionis Domini censuerunt, innixi dispositioni
Iuris † illud deferentis quoties iussa in omnibus expleta 1
noscantur, de qua per tex. *in cap. expressè de verborum si-
gnificat, & in cap. qua fronte de Appellat.* Rota coram Se-
raph. *dec.* 432. *n.* 1. coram Buratt. *decis.* 88. *in fin.* & coram
bon. mem. Merlin. *decis.* 588. *n.* 1.

Huius verò Sacri Tribunalis † mandatis se paruisse con- 2
uincitur necdum ex stallo in Choro Francisco attributo,
Marcello collitigante prius exinde remoto, sed etiam ex
portio-

portione canonicali decursa ab anno 1654. eidem assigna-
2 ta, ac mediantibus successiuè receptoribus persoluta,
3 † prout ex ipsiusmet Francisci quietantijs absolutè proban-
tibus plenè conuincitur, vt respondet Rota coram Seraph.
*decis.45. n.3. & decis.1329. num.2. & in decis.a27. num.6.
par.5. & dec.55. n.7. par.7. recent.*

Neque beneficium absolutionis poterit retardari ex
4 quietantijs ad bonum dumtaxat computum peractis, † ex
quibus proinde nequit integra mandatorum omnium solu-
tio comprobari, ad text. *in l. si pro parte ff. de .... vers.* Rota
coram Buratt. *decis.288. num.2. & in Caesaraugustana di-
stributionum, seu attentatorum 25. Maij 1646. coram R.P.
D. meo Cerro.* Contumacia quippè Capituli ex satisfactio-
ne receptoribus iterate praecepta excluditur, necnon ex
horum depositione de integra fructuum solutione testan-
5 tium, † sine qua nequit contumacia censuris coarctari,
Cap. Sacro de sentent. excom. gloss. *in cap. duo sane in verbo
videbatur 96. distinct.* Abb. *in cap. 1. num.4. de iudic.* caeteri-
que relati in decisione Merlini *199. n.1.*

Verùm cùm Receptores ipsi ad bonum dumtaxat com-
putum persoluisse noscantur, & de ipsius gremio Capituli
6 contendantur existere, † non poterit eorundem attesta-
tioni super integra fructuum solutione deferri, & Domi-
ni proinde mandarunt beneficium absolutionis Capitulo
impartiri praestita tamen per ipsum cautione legitima de
integris fructibus hucusque decursis persoluendis, quate-
nus debitor eorundem in aliqua parte extitisse noscatur,
necnon sumptibus litis ab hoc Sacro Tribunali taxandis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Pardoboneñ Dominij.

Mercurij 14. Martij 1657.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices Laicos, ad effectum, vt dicatur attentasse, & ad effectum, vt ei denegetur audientia, non requiritur probatio perfecta sicuti requiritur, vt detur declaratoria.

SVMMARIVM.

1 *Pars, quando fuit inhibita in Rota, non potest alium Iudicem adire, & maximè ad Iudices Laicos.*
Attentare dicitur pars, dum inhibita fuit in Rota, & postea adiuit alios Iudices, & maximè Laicos, n.1.
2 *Citatio, cum inhibitione Rotali debet esse personalis, ad hoc vt causet attentatorum crimen.*
3 *Executor, quando retulit se fecisse omnem diligentiam ad effectum citandi aliquem, vt personaliter citaret, quid inde inferatur.*
4 *Citari personaliter, quando quis non potest, ex eo, quia fraudolenter latitat quid inde sequatur.*
5 *Declaratoria, quando non sit locus.*
6 *Pars dum post inhibitionem Rotalem, adit Iudicem Laicum, & obtinet mandatum reuocatorium dictae inhibitionis, quid inde.*
7 *Ad Iudices Laicos attentans ire, & ad hoc obtinens mandata, sed eis non vtens, an incidat in excommunicationem.*
8 *In Excommunicationis poenam, vt quis declaretur incidisse ob recursum ad Iudices Laicos, requiritur probatio absolutissima.*
9 *Recursus ad Iudices Laicos leuioribus probationibus decernetur ad effectum denegandi audientiam.*

DECISIO CCXII.

MAuritium de Bureñ attentata commisisse, sed decla-
ratoriam non esse concedendam DD. responde-
runt, ea ratione, quoad primum quia cùm praeuia Com-
missione in hoc sacro Auditorio ad Instantiam Reueren-
dissimi Episcopi, & Capituli Paderboneñ solita citatione
cum inhibitione d. Mauritio praesentata fuerit, vtique ipse
non potuit ad alios Iudices praesertim Laicos confugere,
& multò minùs mandatum cassatorium Inhibitionis Ro-
1 talis obtinere † citra vitium attentatorum, *cap. non solùm
de Appell. in 6.* Rot. *decis.148. num.7. par.5. rec. in Romana
fideicommissi seu attentatorum 11. Februarij 1647. §. siquidem
coram bon. mem. Arguelles, & in Cracouien. Attentatorum 17. Iunij 1652. §. hac omnia in fin. coram bon. mem. Bichio.*

2 Nullius verò momenti est † citationem cum inhibitio- 2
ne non fuisse Mauritio personaliter praesentatam, vt requi-
rit, Rot. *decis.186. num.10. & in Valentina Pensionis, seu
attentatorum 8. Martij 1632. §. respondetur etiam coram Re-
uerendissimo Terracinen.* Quoniam exequutor retulit om-
nem diligentiam adhibuisse, vt citationem personaliter exe-
queretur, † vndè in eius odium ac si personaliter facta iu- 3
re optimo existimatur, *cap. quoniam frequenter,* ibique gloss.
in verb. impedit, & c. vt lit. non contest. Rot. coram Crescent.
decis. prima in fin. de except. apud Seraph. *decis.1094. num.3.
& in Caesaraugustana Paroch. de Maella 24. Februarij 1644.
§. Marchionissa verò coram R. P. D. meo Cerro,* maximè
cùm ex d. mandato cassatorio praeferente specialem, & in-
diuiduam † mentem Inhibitionis Rotalis certissima illius 4
scientia, elicitur scientia enim ad effectum de quo agitur de-
fectum personalis citationis supplet, Rot. *decis.11. de dol.
& cont. in nou. decis.151. num.6. par.2. diuers. coram Cocc. de-
cis.10. num.3. & in Leodien. Officij, seu Capellaniae 4. Maij
1654. §. quoniam coram R.P.D. meo Cerro.*

Quod verò spectat ad alterum, vt non sit locus declara-
toriae moti sunt, ex eo quod Mauritius temerario recursu 5
actu vsus non est, cùm mandatum cassatorium Inhibitio-
nis Rotalis exequutioni non demandauit nec reproduxit,
atque ideò arctissima censurarum poena de qua in Sac. Ca-
nonibus, *cap. nouerit, & cap. grauamen de sent. excomm. &
in Bulla Coenae Domini §.16.* non est plectendus, † Moder. 7
Aessinus *in prax. tit. de Declaratoria verb. sed tum scies &c.*
Rot. *in Calaguritana Beneficij de lo Cionuo 19. Februarij 1649.
§. nec demum coram R. P. D. meo Verospio cum alijs adductis
in Caesaraugustana Cathedralitatis 21. Iunij 1655. §. & qua-
tenus coram bon. mem. Bichio.*

Nec simplex fides praetensorum recursuum data *in Sum.
num.1.* satis est, vt aperiat Censurarum incursus, qui abso- 8
lutissimam requirit probationem, *cap. 1. de except. in 6.* Rot.
coram fa. me. Greg. XV. *decis.96. n.3.* penes Merl. *decis.179.
num.5. in Vlixbonen. Censurarum 15. Decembris 1633. §. prae-
terquam, quod coram R.P.D. Beuilaqua, & in dicta Caesa-
raugust. Cathedralitatis in princ. coram bon. mem. Bichio.*

Quicquid dicendum † pro deneganda noua audientia 9
cum leuiores probationes sufficiant, Rot. coram Coccin.
*decis.425. num.3. decis.83. num.4. par.7. rec. in Monopolita-
na Pensionis 17. Decembris 1646. §.2. probantur recursus in
fin. coram bon. mem. Bichio, in Calaguritana Decimarum 27.
Iunij 1653. §. etenim vers. per quam &c. coram me, & in prae-
citata Vlixbonen. Censurarum coram R.P.D. meo Beuilaqua
d. §. quia praeterquam quod &c.*

Et ita &c. vnica &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Foroliuieñ, seu iusslius Castrorum.

Mercurij 14. Martij 1657.

ARGVMENTVM.

Nominato in inuestitura feudi tunc non potest denegari immissio, quando constat de legitimatione personae, & bonorum identitate, & comprehensio est euidens. Primus acquirens an possit praeiudicare vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura Instrumentum, non abolitum, non cancellatum tribuit vocatis priuilegium immissionis iuxt. text. in l. fin. C. de Edict. Diu. Adrian. toll. & num.2.*
3 *Inuestito tunc multo magis immissio competit vigore inuestiturae, quando constat de legitimatione personarum, & bonorum identitate, & non dubitatur de comprehensione.*
4 *Inuestitis, quando non possit denegari immissio.*
5 *Acquirens primus potest de bonis acquisitis in praeiudicium vocatorum quomodolibet disponere.*
6 *Acquirentes primi in Emphyteusi, feudo &c. possunt dici omnes nominati in inuestitura, qui specialiter, &*

nomi-

nominatim fuerunt à primo acquirente expressi in Instrumento concessionis.

7 *Acquirentes primi, an illi possint dici, ex quo pro eis nominatim etiam fuit facta stipulatio.*

8 *In Inuestitura bonorum, si plures sint nominati nomine proprio censentur æqualiter contemplati. Et ipsi nomine proprio vocatis præiudicare non possunt.*

8 *Acquirens primus, an possit præiudicare vocatis, ista quæstio non admittitur, quando illi, quibus est præiudicandum, sunt expresse nominati in inuestitura.*

9 *Patris negligentia, nepotibus expresse vocatis in inuestitura præiudicare non potest.*

10 *Feudum Domino aperitur ex natura, & qualitate delicti læsæ Maiestatis, à feudatario commissi.*

11 *Ex crimine læsæ Maiestatis per Vassallum patrato, filijs illius, ac alijs descendentibus generatur præiudicium.*

12 *In Feudo ex pacto, & prouidentia, si Vassallus commiserit crimen læsæ Maiestatis, non affertur damnum fratribus, & alijs agnatis transuersalibus.*

13 *Nam post mortem exclusi ob tale delictum, admittuntur ad feudum in quo sunt vocati.*

14 *Vassallus si committat crimen læsæ Maiestatis contra Dominum, tunc melior est conditio agnatorum, quàm filiorum, & descendentium.*

15 *Vassallus si committat crimen læsæ Maiestatis contra Dominum, in primo capite, tunc in præiudicium omnium in inuestitura feudi comprehensorum Domino aperitur.*

16 *Feudum licet habitum fuit titulo oneroso solutionis, tamen primus acquirens non potest præiudicare vocatis, qui sunt nominati in ipsa concessione.*

17 *Et ratio est, quia illis æqualiter fuit ius quæsitum principaliter, & considerandum est pro quibus fuit facta concessio.*

18 *Contrahentium intentio in acquisitione feudi, emphyteusis, &c. præponderare debet præsumptioni ex solutione pecuniarum resultanti.*

Itaque non attendatur cuius sit pecunia, sed persona, in quibus Dominus consensit.

19 *Feudatario, si fuerit attributa potestas disponendi solummodo inter comprehensos in inuestitura, quid ex hoc inferatur.*

20 *Inuestitura feudi, aliud est si fuerit facta inter plures simul, & aliud quando fuit facta pluribus successiuè.*

21 *Onus, quando pluribus inuestitis, censeatur iniunctum insolidum.*

22 *Concessio Feudi quando est successiua, tunc vnius alteri delinquendo, vel aliter, præiudicare non potest.*

23 *Feudi concessio facta pluribus censetur facta pro virili.*

24 *Concessio Feudi facta pluribus pro virili, operatur vt vnus sine filijs præmortuo eius portio accrescit cæteris, nec deuoluitur ad Dominum.*

25 *Feudi inuestitura si sit Ecclesiastica non potest alterari in præiudicium Ecclesiæ.*

26 *Ad actus nullitatem euitandam, facienda est interpretatio.*

27 *Inuestitura feudi vltima censetur facta ad normam primæ.*

28 *Inuestitura Feudi, quando fuit obseruata per annos 40. & plus, præsumitur eius validitas.*

29 *Obseruantia multum attenditur in materia feudali.*

30 *Approbatio Superioris valdè operatur in materia feudali.*

31 *Inuestitura Feudi interim dum habet implicitum statum validitatis, effectum immissionis producere potest.*

32 *Exceptio turbida, tanquam requirens altiorem indaginem, non potest immissionem in feudo impedire.*

DECISIO CCXIII.

CVm Eminentiss. Card. Sacchettus, vti Abbas Ecclesiæ
S. Hilarij de Galeata Castrorum Montis Veteris, &
Sambuchetti Dominus directus, post diuturnam litem,
illa suæ mensæ à fisco relaxari obtinuisset, & Comites de
Bentiuolis eadem Castra sibi deberi contenderent; Causa
mihi commissa de communi partium consensu proposui
dubium, An DD. de Bentiuolis danda esset immissio, quod
1 ideò affirmatiuè resolutum fuit, quia † Instrumentum in-
uestituræ non abolitum, nec cancellatum, neque in vlla sui
parte vitium visibile continens, in quo ipsi sunt vocati tri-
buit priuilegium † immissionis ad instar, *l. fin. C. de Edict.* 2
Diu. Adr. toll. iuxt. text. *in cap. 1. §. inter fil. vers. defuncto, si
de feud. fuer. contr. inter Dominum, & Agnat.* Borgnin. *de-
cis. 36. n. 452. par. 3.* Surd. *cons. 571. sub num. 4. vers. & in fun-
do,* Capyc. Galeott. *contrau. 14. num. 65. lib. 1.* & plures relati
per Argel. *de acquir. possess. q. 4. art. 7. n. 188.* Rot. *dec. 204. n. 8.
& 9. par. 6. rec. & in Curien. Feudi 27. Aprilis 1648. §. assum-
pte, itaque coram bon. mem. Bichio, in Rauennaten. Bonorum
Emphyteuticorum 27. Iunij 1653. §. fin. coram R. P. D. meo
Cerro, & in Mantuana Feudi 29. Nouembr. 1655. §. 1. coram
R. P. D. meo Verospio*; Et sine difficultate in præsenti, vbi de
legitimatione personarum, † & bonorum identitate, non 3
dubitatur, & comprehensio DD. de Bentiuolis est euidens,
dum ipsi sunt filij Comitis Alexandri, qui nominatim con-
tinetur in Inuestitura pro se, † filijs, & descendentibus con- 4
cepta, quibus concurrentibus, immissio denegari non po-
test, Rota *in Farfen. Bonorum 9. Decemb. 1644. §. Et pro-
pterea coram Eminentiss. D. meo Card. Corrado,* & passim
in alijs.

Nec existimarunt DD. Eminentiss. Abbatem factum esse
legitimum contradictorem, ex asserta deuolutione secuta
ob delictum Com. Francisci, quasi quod iste tanquam pri-
mus † acquisitor potuerit de huiusmodi bonis non secùs, 5
ac de patrimonialibus in præiudicium comprehensorum,
quomodolibet disponere, ex adductis in *Casenaten. Emphy-
teusis 23. Ianuarij in principio, & 6. Iunij 1651. §. Quibus ta-
men coram me.*

Nam quomodocumque sit an fratres Co. Francisci dici
possint primi acquirentes † ex quo pro eis nominatim 6
etiam est facta stipulatio, vt voluerunt Iacobin. de S. Geor-
gio *in Inuestitura feudali in verbo dictique Vassalli num. 58.
vers. 3. limitabis,* Io. Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feu-
dor. tit. de feud. ex pacto, & prouid. nou. sub n. 17.* Rot. coram
Card. Caualer. *decis. 219. num. 8.* Reuerendiss. Eugubin. *dec.
for. Ecclesiast. 72. n. 6. lib. 2.* cum alijs per Moder. Fulgina-
ten. *de iur. emphyt. tit. de contractib. Emphyt. quæst. 24. n. 27.
vers. quia dicitur.*

Tollitur difficultas, quia ex inuestitura, & litteris Card.
Aldobrandini, de quibus infra constat Comites Alexan-
drum, & Georgium fuisse nominibus proprijs expressè vo-
catos, & æqualiter contemplatos, & ipsi propterea ha-
bent ius ab alijs omninò independens, quia nominati no-
mine proprio censentur æquè principaliter contemplati, &
ideò cessat omnis quæstio de primo acquirente, qui alijs
nomine proprio † vocatis præiudicare non potest, vt in 7
specie declarant Isernia *in tit. si Vassallus feud. priuetur n. 4.
& in tit. de alien. feudor.* Patern. *n. 11. vers. secus si nominas-
set,* vbi Adden. Marin. *de gener. feudor. sect. 2. tit. 2. num. 90.*
Loffred. *cons. 52. n. 1.* Giurb. *de success. feud. prælud. 5. num. 54.*
Cephal. *cons. 517. n. 40.* Io. Andr. *in Addit. ad Specul. tit. de
feud. §. vltim. vers. 1.* Decian. *cons. 389. n. 2. vers. quando enim
filij,* Clar. *in §. emphyt. q. 16. vers. bene verùm est,* Laderch.
cons. 1. sub num. 6. vers. & quæ vera est, Castrens. *cons. 244.
sub n. 3. post med. vers. & hoc expresse determinat, & vers. non
est ergo lib. 2.* vbi quod non admittitur ad hunc effectum.
An quis sit primus inuestitus, † sed solum an illi, quibus vult 8
præiudicare sint expressè comprehensi in Inuestitura, vel
non, Berous *cons. 77. sub n. 42. lib. 1.* Curt. Ion. *de feud. in 5.
par. princip. n. 4.* Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 28. n. 17.* Va-
lasch. *de iur. emphyt. q. 49. n. 11.* Gratian. *discept. 345. n. 5. & 7.
vers. quod procedit etiam,* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. q. 5.
n. 19.* Zuccar. *de caul. Lucens. 25. n. 2. & 8. Modern. Carpin.*
qui loquitur in specie de † fratre per nomen proprium vo- 9
cato *contr. 158. n. 1. & seqq.* Et in similibus terminis, quod
negligentia Patris nepotibus expressè vocatis præiudicare
non possit, Rot. *in Romana Dotis 18. Iunij 1649. §. Et cessat
difficultas coram R. P. D. meo Cerro, quem sequitur Perusi-
na Reintegrationis 24. May 1652. §. non obstant ponderatio-
nes coram bo. me. Peutinger.* & DD. Comites Alexandrum,
& Georgium fuisse contemplatos principaliter patet ex
Epistola ipsius Card. Aldobrandini, in qua asseritur, *Que-
sti Signori sono miei amoreuoli, & i Bentiuogli in particola-
re,* & infrà: *mi sarà piacere di consentire à nome mio, come
Commendatario à questa vendita, e di concedere à Bentiuo-
gli la noua Inuestitura, vt in Summ. D. Card. n. 1.*

Non obstat, quod saltem ex natura, & qualitate delicti
læsæ Maiestatis à Com. Francisco commissi † feudum Do- 10
mino fuerit apertum, vt pluribus probat Schrader. *de feud.
par. 9. cap. 8. n. 18.* Quia vltrà quod eadem ratio prohibitiua
præin-

præiudicij æquè militat in crimine læsæ Maiestatis, ac in
alijs cùm fiet à parte rei independenter à voluntate delin-
quentis; Responsum fuit, quod quicquid sit de præiudicio,
quod ea crimine læsæ maiestatis per Vassallum patrato fi-
lijs illius, ac alijs descendentibus generatur, certum est,
11 quod † in feudis ea pacto, & prouidentia (vt in præsenti)
ad hæredes extraneos non transitorijs per tale delictum
12 non affertur detrimentum fratribus, & alijs agnatis trans-
uersalibus, quin post mortem delinquentis possint, & de-
13 beant excluso Domino ad feudi successionem † admitti,
iuxtà distinctionem Bald. *in l. placait 42. sub n. 1. vers. con-*
sidera, aut Fellonia, Cod. de liber. caus. Iser. *in d. tit. quasi*
Vassallus feudo priuetur num. 7. vers. eo hoc videtur verius, &
in d. tit. qua sit prima causa benef. ammitten. n. 49. in fin. &
num. 50. & ibi Afflict. *§. Denique num. 4.* Frecc. *de suo feud.*
lib. 3. Authorit. 29. sub n. 1. Marin. *de gener. feud. par. 2. tit. 2.*
n. 88. Vulter. *de feud. cap. 11. n. 147.* Crauett. *cons. 49. n. 13.*
vers. secundo in quæst. Vrsill. ad Afflict. *decis. 28. n. 21.* Curr.
Iun. *de feud. in 5. par. num. 5.* Menoch. *cons. 304. n. 34. & 35.*
lib. 4. & cons. 534. n. 11. & 12. lib. 6. vbi quod hoc casu melior
14 † est conditio Agnatorum, quàm filij, *& cons. 816. n. 34. &*
seqq. lib. 9. Loffred. *cons. 1. n. 43.* Attman. Pistor. *q. Iar. lib. 1.*
quæst. 16. num. 32. & seqq. Mart. *vot. Pisan. 97. n. 15.* vbi ex
alijs inquit ità fuisse iudicatum per Regiam Cameram Nea-
polis, quod comprobat Modern. Hispan. *de success. feud.*
par. 1. q. 7. art. 2. num. 8. & seqq. & num. 15. Et præiudicium
15 † aliorum in terminis diuersis procedit, quando scilicet qui
condemnatus esset, quia in primum caput, *leg. Iulia maie-*
statis incedisset, vt firmat Alciat. *lib. 5. respons. 132. num. 24.*
vers. idem quoque, Farinac. *de delict. & pœnis quæst. 25. n. 92.*
Rolan. à Vall. *cons. 68. n. 8. vers. & similiter, & num. 9. lib. 4.*
Gaill. *de pac. publ. lib. 2. cap. 13. n. 16.*

Hinc titulus onerosus, & quod Castra pecunijs Comitis
Francisci empta fuerint ad effectum, de quo agitur suffra-
gari non potest, nam hoc non probatur, & probatum non
releuaret, quia titulus solutionis non prodest, vbi alij pro
16 nominibus expressis sunt vocati, cùm † illis sit æquè prin-
cipaliter ius quæsitum, vt supra dictum est, & quia consi-
derandum est pro quibus empta, & respectiuè concessa
17 fuerint, † non cuius ære acquisita ex quo contrahentium
intentio præponderat præsumptioni ea solutione pecunia-
rum resultanti, & non attenditur cuius est pecunia, sed
18 † personæ in quas Dominus consensit, vt in specie ponde-
rat Galeot. *controu. 28. n. 17. lib. 1.* Capyc. Latr. *decis. 168.*
num. 45. lib. 2. Intentio autem Commendatarij recipien. om-
nes in Vassallos patet ea supradictis. Et eùm in compensa-
tionem huius oneris fuerit Com. Francisco attributa facul-
19 tas disponendi † solummodò inter comprehensos, hinc po-
tiùs arguitur denegata potestas illis quoque modo præiudi-
candi, Fontanell. *de pact. nupt. clausul. 4. glos. 9. par. 1. n. 12.*
fol. mihi 130. tom. 1. Rot. *in Viterbien. Castrorum decis. 366.*
sub n. 2. vers. & prædicta voluntas par. 4. rec. & in Romana
Census, seu Saluiani 27. Iunij 1653. §. non obstat, quod primo
requirenti coram bo. me. Bichio.

Neque applicatur obiecta distinctio hanc conclusionem
20 procedere quando plures simul secùs quando † successiuè
sunt vocati, vt in præsenti casu, quo stipulatio per Com.
Franciscum interposita, intelligen. dicitur in sensu simul-
taneæ acquisitionis exclusiuo; Quia successiua vocatio
Com. Alexandri, & Georgij excluditur ex eo quod Instru-
mentum loquitur etiam principali nomine ipsorum, *Ale-*
xandri, & Georgij, & pro eorum filijs &c. Vlterius funda-
mentum DD. de Bentiuolis non consistit in tempore voca-
tionis, sed in eo quod Comes Alexander eorum Pater æquè
principaliter, proposito nomine, & insolidum vocatus fuit,
vt constat ex supradictis, & ea datis Sum. Eminentiss. D.
Card. n. 2. *ibi, Pariterque teneantur dd. Illustriss. Conducto-*
res, & eorum quilibet teneatur, &c. petere, & accipere, cum
21 *effectu &c.* quæ verba cum † ratione oneris insolidum in-
iuncti demonstrent eos in Inuestitura fuisse insolidum vo-
catos, & post Ruin. *cons. 159. sub n. 10. vers. sicuti ergo onus*
lib. 1. Rota coram Card. Canalet. *d. decis. 219. n. 6.* Reueren-
diss. Eugub. *d. decis. 72. n. 9. lib. 1.* Anton. Amat. *resol. 84. n. 22.*
22 *par. 2.* Etiamsi successiua esset vocatio, † vnus alteri delin-
quendo, vel aliter præiudicare non potuit, Rolan. à Vall.
consil. 1. n. 54. vers. vel si Inuestitura dicat lib. 3. & cons. 15.
n. 2. vers. quia ex istis verbis lib. 4. Farinac. *d. q. 25. num. 93.* &
præter ibi adductos, Paschal. *de Virib. patr. potest. par. 4.*
cap. 5. sub n. 31. vers. secùs quando, Schrader. *de feud. par. 9.*
cap. 1. num. 7.

Maximè cùm prædictis fratribus facta fuerit concessio
donec eorum, & cuiuslibet eorum linea durabit, † quæ ver- 23
ba (licèt regulariter feudi concessio pluribus facta intelliga-
tur pro virili) operantur, vt vno sine filijs præmortuo eius
portio cæteris accrescat, † nec ad Dominum deuoluatur, 24
Menoch. *cons. 682. n. 8.* Mandos. ad Rom. *cons. 315. in ver-*
bo, feudo, Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 34. n. 28.* Ouid. de Amic.
de iur. emphyt. q. 66. num. 18. Grat. *discept. 707. num. 8. & 9.*
Ant. Amat. *de resol. 84. num. 35. lib. 2.* Rota coram Pen. *de-*
cis. 699. num. 4. & in rec. decis. 435. n. 4. & 5. par. 1. vbi quod
non est propriè ius accrescendi, sed est † potiùs quædam 25
successio ex pacto, vel Inuestitura, *& dec. 373. n. 11. & seqq.*
par. 4. tom. 2. Et Dominus directus non potest bona præten-
dere nisi deficientibus Inuestitorum lineis, qui casus non
potest dici euenisse, nisi post mortem omnium, Ruin. *consil.*
43. sub n. 11. vers. in contractibus lib. 1. Hond. *cons. 54. n. 26.*
lib. 5. Menoch. *cons. 1063. num. 4. lib. 11. de communi, & ma-*
gis vera, Grat. *discept. 272. num. 14. & seqq.* Corbul. *de caus.*
priuat. ob lineam finitam n. 89. Rota coram Seraph. *dec. 161.*
n. 1. & in Romana fideicommissi de Soricijs 22. Maij 1643.
§. præterea, & seqq. coram Reuerendiss. D. Compostella.

Nec releuat † denique, quod Inuestitura Domini de 26
Bentiuolis tamquam alterata in præiudicium Ecclesiæ, ex
admissione plurium personarum, quam in prioribus conti-
nerentur nullius sit roboris; Non solum quia ad euitandam
† nullitatem actus præsumitur, cùm prima Inuestitura con- 27
formis, Thesaur. *decis. 227. num. 14.* Bero. *cons. 77. num. 28.*
Sed etiam, quia talis apparet ex eo, quod huiusmodi Ca-
stra ab antiquissimo tempore fuerunt solita concedi plus-
quam duabus personis, vt ex Breui fel. rec. Leonis X. vsque
de anno 1518. in primo Sum. eorumdem DD. de Bentiuo-
lis. Concurrentibus præsertim alijs facti circumstantijs as-
sertione nempè Domini directi, quod † hæc vltima inue- 28
stitura erat ad normam antiquæ, ex qua non mediocris
præsumptio deducitur, vt tradit Menoch. *cons. 745. num. 10.*
obseruantia subsecuta, quæ per annos 40. & vltra durauit
quo tempore Inuestitura semper vti valida (etiam mutatis
Dominis directis) fuit obseruata, hinc namque optima in-
surgit interpretatio † in materia feudali multum conside- 29
rabilis, Brun. *cons. feud. 127. vers. quod si quartam assumemus*
lib. 2. Menoch. *331. num. 21. vers. & in claris terminis*, Rota
coram Buratt. *decis. 206. num. 27. & in Sarsinaten. feudi 22.*
Iunij 1645. §. demum obseruantia coram Reuerendiss. D. meo
Dunozetto Decano, & tandem approbatione huiusmodi
† Inuestituræ facta per Eminentiss. Card. Sacchettum eam 30
in Camera contra Fiscum producendo, Felin. *in cap. cum*
Venerabilis 6. num. 22. de except. Rota *decis. 663. sub num. 23.*
vers. & ista Breuia par. 1. rec.

Quæ omnia operantur, vt Inuestitura dicatur interim
habere implicitum † statum validitatis, vt effectum immis- 31
sionis producere possit, Rota *decis. 623. num. 9. par. 4. rec.*
tom. 2. & in istis terminis *in Fanen. seu Senogallien. bonorum*
super immissione 14. Martij 1646. §. cætera autem coram R.
P. D. meo Meltio; Vel saltem adeò turbidam reddunt nul-
litatis exceptionem, vt tanquam altiorem † indaginem re- 32
quirens petitam immissionem retardare non valeat, Gas-
par. Ant. Thesaur. *q. forens. 11. num. 6. lib. 2.* Rouit. *cons. 1.*
num. 44. lib. 1. Rota *d. decis. 204. n. 7. par. 7. rec. & in d. Fanen.*
seu Senogallien. vbi supra, & in Mediolanen. prætensæ deuolu-
tionis 11. Febr. 1650. §. Etenim certum est vers. vnde quemad-
modum coram eod. R. P. D. meo Meltio.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papien.

Toletana Manutentionis.

Lunæ 9. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Parochus, cùm habeat assistentiam Iuris exercen-
di iura sua Parochialia in omnibus locis suæ Pa-
rochiæ, & sic etiam in Ecclesijs omnibus sitis
intra eam, ideòque eidem Parocho super eis
actibus exercendis, non potest denegari manu-
tentio, maximèque his, de quibus in decisione
concurrentibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *De Licentia alicuius aliquid faciens, quid id operetur.*
2 *Actus facti de licentia alicuius non facienti, sed danti licentiam attribuendi sunt.*
3 *Licentiam dans alicui, circa aliquem actum, ex hoc magis corroboratur possessio dantis.*
4 *Manutentio quando alicui ritè, & rectè concedi possit.*
5 *Causa vniuersalis magis attenditur, quam ipsius actus, exercitium.*
6 *Parochus habet intentionem fundatam super omnibus Ecclesijs sitis intra limites sua Parochia.*
7 *Quod procedit priuatiuè quoad omnes.*
8 *Iuris assistentia plurimum operatur ad fauorem possidentis, quia sic probationes redduntur verisimiliores.*

DECISIO CCXIV.

Contendentibus Parocho Sanctorum Iusti, & Pastoris Oppidi Matriti ex vna, & PP. Sancti Dominici ex altera super Iure exercendi iura Parochialia in Hospitali cum Ecclesia nuncupato de la Passion, sito intra limites dictæ Parochiæ, & à dictis Partibus possesso, fuit primo loco disputatum dubium super manutentione, quo minimè resoluto Domini ordinarunt, vt videretur de bono Iure, eoque discusso sub die 7. Febr. 1656. fuit resolutum ad fauorem Parochi, & successiuè extensa Decisione, cùm idem Parochus in expeditione causæ peteret vnà cum sententia sibi etiam concedi mandatum de manutenendo, Patres verò Sancti Dominici illud impedire prætenderent, ex quo Rota mandauerat videri de bono Iure simpliciter, non additis verbis etiam ad effectum manutentionis. Ideò consulta super hoc Rota Domini in relationibus causarum iniunxerunt mihi, quod extensa breui decisione super manutentione, causam tam in petitorio, quàm in summarijssimo possessorio manutentionis expedirem.

Etenim vltra bonum ius in petitorio luculenter firmatũ in decisione extensa, visum etiam fuit concedi posse mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi iura
1 Parochialia in d. Ecclesia, † quia actualis quasi possessio Parochi probatur ex depositionibus Testium pro eius parte examinatorum firmantium, dictum Parochum, illiusque Ministros Sacramenta ministrasse famulis, & alijs Ministris Hospitalis, & quod si quando Rectores Hospitalis aliqua Iura Parochialia exercuerunt erga Infirmos, & pauperes in dicto Hospitali commorantes, id fecerunt de
2 licentia, & permissione Parochi, † quæ licentia operatur, vt illi actus habeantur, perindè ac si gesta fuissent ab ipsomet Parocho licentiam concedente, *cap. super his de rescript. cap. cum aliquibus, eodem tit. lib. 6. l. item eorum, §. si Decuriones, ff. quod cuiusque Vniuersit. nom.* & ita possessio-
3 nem Parochi magis confirmant, † & corroborant, ad *text. in cap. si diligent. de præscript. l. male agitur, C. de præscript. 30. annorum*, Gratian. *discept. foren. cap. 425. num. 52.* itaut
4 ritè, & rectè illi concedi possit mandatum † de manutenendo, Rota coram Durano *decis. 46. num. 4. & 5. in Mediolanen. Decimarum 14. May 1623. coram Merlino, in Beneuent. Decimarum 8. Martij 1649. coram Reuerendissimo Tarraconen. in Leodien. Decimarum 26. Iunij 1651. coram Me*, & non solùm quoad dd. actus exercitos, sed etiam quoad omnia alia Iura Parochialia ratione causæ vniuer-
5 salis, † quæ magis attenditur, quàm ipse actus, ac ipsius actus exercitium, Bald. *in repetit. l. vnica num. 24. vers. Tadic 2. de emancip. lib.* Felin. *in cap. auditis num. 19. vers. dicit*, Bald. *de præscript.* Rota *diuers. decis. 17. à num. 2. par. 2. in rec. decis. 608. num. 11. par. 2.* & fuit dictum *in Leodien. Decimarum 27. Ianuarij 1651. coram Me, §. Iustitia circa fin. vers. nam quando.*

Et eò faciliùs inclinarunt Domini pro manutentione ad fauorem Parochi, quia ipse habet assistentiam Iuris
6 pro exercitio omnium actuum in Ecclesijs † intrà limites suæ Parochiæ existentibus priuatiuè quoad omnes alios, *cap. dilectas de Capell. Monachorum, cap. statuimus, & cap. sacris 16. q. 1. cap. 1. & cap. fraternitatem de sepultur.* Rota *in Romana Iurium Parochialium 4. Iulij 1653. coram R.P.D.*
7 *meo Zarate, in princip.* quæ iuris assistentia † plurimum operatur ad fauorem possessoris, cùm probationes reddantur verisimiliores, Cephal. *cons. 9. n. 16. vol. 1.* Rota *dec. 44. num. 4. par. 4. rec.* cum alijs per Add. ad Buratt. *decis. 219. Litt. A. circa fin. vers. verum.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Luna 16. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Creditor accipiens pro sui crediti satisfactione sibi cessum nomen debitoris, & illud ad hunc effectum recepit, cùm id æquiparetur veræ solutioni, non potest amplius ad primæua iura redire, & præsertim quando debitum fuit cessum, tale quale erat.

SVMMARIVM.

1 *Debitoris nomen, quis pro satisfactione sui crediti acceptans, & recipiens, non datur ei regressus ad primæua iura.*
2 *Debitum alterius pro suo credito quis acceptando, dicitur extinctum suum creditum.*
3 *Debitor certus alicuius, quod de aliquo tempore præcisa erat, ex quo dicatur iustificatum.*
4 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
5 *Cessio debiti fundata in credito dissoluto, non potest operari extinctionem debiti.*
Sed remanet illæsa actio sua pro consecutione sui crediti.
6 *Conditio dum non est purificata nihil ponit in esse.*
7 *Compensatio per necessarium antecedens præsupponit existentiam veritatis, & liquidationem crediti.*
Prout verè, & realiter, fuisset solutum creditori.
8 *De Crediti existentia, & realitate, quando dicatur constare de aliquo tempore præcisa.*
9 *Promissio realitatis, & existentia sui crediti, quando dicatur adimpleta.*
10 *Debitum alicuius in satisfactionem sui crediti, quando quis simpliciter suscepit, & de illius qualitate faciliè, se poterat informare, sibi imputet.*
11 *Relatio operatur, vt omnes qualitates, conditiones dicantur in loco, seu scriptura vbi facta fuit facta relatio, replicata.*
12 *De Debiti realitate, quando creditor, cui fuit in sui satisfactionem illud cessum.*
Quando amplius non redarguere valeat.
13 *Creditor, eo ipso, quod iura cessa, acceptauit, extinguuntur omnes actiones ad fauorem ipsius contemplatione cedentis.*
14 *Cedens creditor, debitum tale quale est, & declarans nolle se teneri ad manutentionem eius, ad nihil tenetur.*
15 *Compensatio enim extinguit primæuam actionem non secus, ac datio in solutum, seu actualis solutio.*
16 *Dationi in solutum, æquiparatur actualis solutio ad effectum liberationis, n. 17.*

DECISIO CCXV.

Ad restitutionem pecuniarum Campionum teneri iterùm Domini responderunt inhærendo fundamentis, de quibus in decisione coram me emanata 24. Martij 1656. Certum enim est, quod Pauia intendens Campiono satisfacere, creditum scutorum 962. 1. quòd habebat cùm Eminentissimo D. Cardinali Barberino ei cessit, & in solutum dedit. Et viceuersa Campionus illud acceptando per amplissimam quietantiam de omnibus habitis, & receptis illud absoluit, & liberauit, vt ex Instrumento Concordiæ initæ 26. Aprilis 1650. Summario vtriusque partis num. 1. & 2. Vnde non potuit deinde Campionus pecunias de quibus agitur ex effectibus Pauiæ prouenientes exigere, & ad
primæuas suas actiones, & iura † redire, dum debitor præ- 1
dictus in satisfactionem sui debitoris nomen cesserat, & ipse contentus fuit acceptare, & recipere, qua acceptatione
† mediante fuit extinctum debitum vnius, & creditum al- 2
terius, *l. satisfactio 52. ff. de solut. l. solutionis 176. ff. de verb. signific.* Paris. *cons. 69. n. 16. lib. 4.* Rota *Iannen. de mercatur. decis. 4.*

dec. 4. n. 11. & in Romana sequestri 22. Decemb. 1695. §. quia quicquid & seq. coram Eminentiss. Card. Otthobono.

Quod autem D. Cardinalis tempore cessionis esset in præ-
3 dicta summa certus Pauiæ debitor † approbat ex Instrumen-
to antecedenti et, scilicet 4. Septembris 1649. Inter ipsos stipu-
lato, in quo præuia rescissione contractus subaffictus Abba-
tiæ Griptæ ferratæ per dictum Campionum sibi sublocatæ
eidem D. Cardinali Abbati, & Commeodatario effectus, no-
mioa debitorum & bona omnia ibi existentia dimisit pro sc.
1500. ad effectum vt possit satis fieri de summa scutorum
532. In quibus tunc certus creditor extabat; Reliqua autem
vsque ad summam sc. 962. d. Pauiæ restitueret, vt ex Instru-
4 mento pariter ab vtraque † parte in Sum. dato per quod ab-
unde remanet iustificatum, creditum, cùm faciat probatio-
nem probatam, *l. emancipatione* 11. *C. de fid. Instr. cap. cum dilectis 6. de donat.* Bald. *in l. interest* 21. *n. 2. C. de solut.* san. mem. Greg. XV. *dec.* 180. *n. 1.*

Nec contra subsistentiam prædicti crediti suffragari prædictum repetitum obiectum, quod inter D. Cardinalem, & Paoiam io d. Instrumeoto recessu t à subconductione Abbatiæ conuentum fuit, quod scut. 962. vel alia rata erant restitoeoda ipsi Pauiæ, quatenus creditum D. Cardinalis tunc temporis certum in præfata summa scut. 537. ad maiorem factis calculis non ascenderet. Cùmque per sententiam subinde latam declaratum fuit D. Cardinalem nihil teneri restituere Pauiæ, sed creditum esse compensandum in alijs ibi expressis, sequitur qoando cessio de illo facta Campiono vti fundata in credito resoluto non potuit operari extinctionem
5 debiti, sed illæsa remansit prima † obligatio erga Pauiam pro
satisfactione non sequuta, *l. si quis ante* 10. §. *si quis ff. de acq. poss.* Giurb. *dec.* 63. *n.* 1. & 2.

Placuit enim responsio data in decisione, quod de tempo-
6 re cessiooiscreditum non erat resolutum, † nec purificata
conditio, sed eatabat verum, reale, non eaactum, oec al-
teri cessum quale promiserat. Quod satis superque etiam
comprobatur effectus subsequutus scilicet compensatio op-
posita per D. Cardinalem, & obtenta præuia dicta senten-
7 tia A. C. nam compensatio per necessarium † antecedens
præsupponit existeotiam veritatis & liquidationis crediti, pe-
rinde ac si illud Cardinalis effectualiter Pauiæ soluisset ad
reat. *in l. debit. alias si debitor. ff. qui pot. in pignor.* Bald. *in l. cum Papinianus n. 8. C. de sent. Interloq.* Surd. *dec.* 24. *nu.* 7. Rota *dec.* 626. *n.* 7. *par. prima diuers.* & coram Duran. *dec.*
8 379. *n.* 9. Et ea hac existentia, † & realitate crediti de tem-
pore factæ assignationis illius Campiono insurgit, vt cessio
non dicatur sine effectu, & nullius momenti, sed adimpleta
9 promissio realitatis, & veritatis istius, quia ille † qui cedit
nomen satisfacit, quando illud nomeo est verum, & de iure
ipsi obligatum tempore cessionis, vt præter allegatos *in dec. §. nec visum fuit & §. seq. est text. in dict. l. inter causas 26. §. abesse ff. mandati l. 3. in fine ff. de fideiuss.* Bald. *in l. nomen* 4. *n. 2. ff. de hered. vt act. vend. gloss. in l. si plus vel minus 74. verb. exigi ff. de euict.* modern. *de vsur. q. 82. n. 41. & de cens. q. 72. n. 23.* Rota *post eumdem dec. 476. n. 1. & seq. & dec. 506. n. 4. & dec. 507. n. 25.*

Et eò libentiùs in hanc sententiam fuerunt Domini, quo-
10 niam optimè † ionotescebat Campiono qualitas crediti hu-
ius ex eo quod in Instrumento habetur expressa relatio ad il-
ludio quo D. Cardinalis se constituit debitorem Pauiæ in
dicta quantitate sc. 962. ac resolutione, quæ poterat euenire
noo attenta, illud simpliciter in sui satisfactionem recepit,
11 quæ relatio † operatur vt omnes conditiones & qualitates
censeantur speciales expressæ, & insertæ, in datiooe in so-
lutum, Bart. *in l. prima, in princ. ff. de recept.* Bald. *cons.* 212. *lib.* 5. Aymon. *cons.* 45. *n.* 4. Surd. *cons.* 200. *n.* 5. & *cons.* 288. *n.* 24. Menoch. *cons.* 1. *n.* 83. *cum alijs in alia decisione adductis §. nec facit*, quapropter non valet amplius redarguere
12 Pauiam cedentem nec regressum prætendere ad antiqua iu-
ra sub prætextu quod creditum ob præexistentem conditio-
nem, deindè purificatam euannerit eo enim ipso, quod cre-
13 ditor acceptauit Iura cessa extinguuntur † omnes actiooes
ad fauorem ipsius contemplatione cedentis, Crauett. *cons.* 166. *in fine, & cons.* 191. *n.* 3. Rot. *d. dec.* 507. *n.* 1. *apud Cenc. de cens.* Præsertim quia Pauia cautè agendo expresse decla-
14 rauit † se cedere creditum pro tale quale erat, nec ad illius
manutentionem teneri voluit, quo fit, vt ad aliud non tenea-
tur, *ex citata decisione qua reuidetur §. præterea, & seq.*

Prætensio verò Campioni, quod cessio loquatur de scutis dumtaxat 528. bai. 80. oon autem de tota summa sc. 962. non visa fuit relenans, qoia ea Instrumento cessionis deprahenditur, quod scuta 528. 80. est residuum scut. 962. quod iam fuerat compensatum cum duabus partitis ab ipso Campiono debitis, in Iudicio deductis, & super dicto nomine cesso executis, sicque cessio non est restricta ad d. ratam tan-
tum, sed continet integrum debitum Cardinalis licet pro
rata compeosatum, compensatio enim † extioguit primæ- 15
uam actionem, ooo secus ac dario in solutum, ac actualis
solutio cui æquiparatur † ad effectum liberationis, *l. si pe-* 16
culium §. vsura ff. de stat. liber. l. amplius non peti ff. rem ratam haber. Grat. *discept. foren. cap. 728. n. 7. & seq. cum concordantibus supra, & plenè allegatis in Romana Domus 17. Martij 1649. §. finali coram bo. me. Bichio.*

Ex quibus & alijs in alia † decisione adductis Domini in 17
ea persisterunt pro restitutione pecuniarum sub obligatione restitueodi potioribus, & anterioribus creditoribus exactarum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo Papiensi.

Burgeñ. Beneficij.

Luna 16. Aprilis 1657.

A R G V M E N T V M.

Beneficia sunt conferenda dignioribus; & filijs patrimonialibus habentibus qualitates requisitas à Constitutionibus Ecclesiæ, dignior in hoc casu quis dicatur.

S V M M A R I V M.

1 *Fides baptismi ætatem probat.*
2 *Patrimonialitas loci quomodo probatur.*
3 *Beneficium adiudicandum est habenti qualitates constitutionis Ecclesiæ patrimonialis.*
4 *Constitutio nihil disponens contra ius, sed tantum præter ius, potest validè ab Ordinario condi. Et quidem maximè approbante Synodo Diœcesano.*
5 *Beneficium digniori est conferendum, & multum attenditur in prælatione beneficij obtinenda, numero 6.*
7 *Ætas maior maiores bonos mores præsumere solet.*
8 *Dignior ex quibus requisitis quis reddatur.*
9 *Prælationem ad obtinendam qualitas simul iuncta multum conferunt.*
10 *Sententia euidenter iniusta non est attendenda.*
11 *Constitutionis Synodalis requisita sunt seruanda.*
12 *Termini petitio praeseruat ius, & reddit attentata quæcumque postea gesta.*

DECISIO CCXVI.

AD formam constitutionum Synodalium Burgeñ. Diœcesis, in quibus disponitur, vt Beneficia Patrimonalia cooferri debeant personis constitutis in ætate 23. annorum, ac filijs patrimonialibus, ex patre, matre, auo, auia, & his deficientibus, patrimonialibus, & proauis. Resolutum hodiè fuit controuersum Beneficium consistens in dimidia portiooe vacao. per ascensum Michaelis Gonzales ad Beneficium integræ portionis io Ecclesia Parochiali SS. Euterij, & Celidonis villæ Gutierez adiudicandum esse Ioanni Mioguez.

Quia probat non solum se agere dictam ætatem 23. annorum, vt ex fide Baptismi, quæ ætatem probat † Rota *in rec. dec. 592. n. 2. par. 1. dec. 160. n. 14. par. 6.* & in his præcisis terminis coram Duraoo *dec. 79. n. 5.* Verùm etiam clarè demonstrat, † se filium Patrimonialem existere per descendentiam ab Auis qui fuerunt incolæ dictæ villæ, per spatium decem, & amplius annorum, & traditi fuerunt sepulturæ in Ecclesia, vbi controuersum Beneficium vacauit, & hæc est forma tradita in dicta Constitutione probaodi patrimonialitatem, vt per Gonzalez *supra regula* 8. *Cancell. gloss. 9. §. 1. n. 19. vers. in Diœcesi Burgen.*

Andreas verò alter oppositor erat de tempore oppositionis ann. 20. tantum, vt ex fide illius Baptismi colligitur, & vlterius non probat suam patrimonialitatem, vel

faltem est ille in gradu remotior, vti proueniens à proauis,
& consequenter Beneficium adiudicari illi non debuit,
3 † sed Ioanni habenti qualitates à dicta Constitutione requi-
sitas, *cap. decernimus* 16. *q.* 1. *cap. illud in fin.* vbi Abb. *&*
alij de Iurepatr. Rota *dec.* 15. *num.* 1. *par.* 2. coram Duran.
dec. 79. *num.* 1. *in Calagurritana Beneficij de Bilbao* 28. *Iunij*
1651. *coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, in Bur-*
gen. de Panarno relata per Marchesan. de de commiss. par. 1.
fol. 382. *§. non obstant Testes, & in alia Burgen. Beneficij* 1. *Iu-*
lij 1650. *coram me, §. respectu verò.*

Neque de validitate dictæ Constitutionis dubitari potest,
eo quia non à Papa, sed ab Ordinario illa emanauerit,
4 † nam cùm ea nihil disponat contra ius, sed tantum præter
ius, potuit ab Ordinario validè condi, præsertim approban-
te Synodo Diœcesana, *cap. fin. vbi gloss. ex DD. de Constit.*
Calder. *cons.* 5. *num.* 2. *eodem tit.* & in puncto huius Con-
stitutionis ita sæpius respondit Rota *signanter in Burgen. Be-*
nef. 10. *Maij* 1627. *coram Durano, quæ est inter eius impres-*
sas dec. 79. *num.* 3. *&* 4. *& in alia Burgen. Benef.* 1. *Iulij* 1650.
coram me §. fin. & vltim. loco, in alia pariter Burgen. ema-
nata sub die 18. *Iunij* 1655. *coram bon. mem. Bichio, §. vali-*
ditas cum §. seq. vbi plures aliæ cumulantur decisiones, &
doctrina.

Tantò autem facilius Domini inclinarunt pro adiudica-
tione controuersi Beneficij fauore prædicti Ioannis, quia
vltrà requisita Constitutionis, quæ in ipso concurrunt, &
5 deficiunt in Andrea oppositore, † habet plures alias quali-
tates, quæ illum digniorem reddunt, *cap. statuimus de ma-*
ior. & obedient. cap. ex ore de Priuileg. cap. si forte 65. *distinct.*
cap. licet ergo 8. *quæstion.* 1.

Maiores autem qualitates, & prærogatiuæ Ioannis iusti-
ficantur primo ex eo, quod tanquam agens ætatem 26.
annorum excedit ætatem Andreæ, quæ est tantum anno-
6 rum 21. Huiusmodi autem qualitas † attenditur multum
pro prælatione obtinenda, cùm ex maiori ætate, maiores
7 etiam † boni mores præsumi soleant, vt ex Guttierez. *cons.*
2. *n.* 22. Bald. *cons.* 167. *in fin. vers. & in dubio lib.* 4. *respon-*
sum fuit in Calagurritana Beneficij de Lomberas 18. *Martij*
1652. *coram me.*

8 Est etiam dignior † Ioannes, quia cùm hic in vrbe se se
ordine S. Rotæ examini subiecerit, fuit ille simpliciter ap-
probatus. Andreas verò examinatus in partibus, fuit ha-
bilis renunciatus in Grammatica tantùm. Præterea idem
Ioannes docet se gradu Baccalaureatus insignitum, scien-
tia, & virtutibus præditum, bonis moribus ornatum, ser-
uitio Ecclesiæ vtilem, ac de tempore vacationis Beneficij in
9 Curia præsentem, † quæ singulæ qualitates, & multò ma-
gis simul iunctæ multum conferunt ad prælationem obti-
nendam, vt sæpius dictum fuit in causis *Calagurritanis, &*
præsertim in Calagurit. Benef. della Casa della Reina 27.
Mart. 1648. *coram Reu. Tarracon.*

10 Hinc etiam sequitur, † vt sententia in partibus lata su-
pèr adiudicatione Beneficij fauore Andreæ minus digni, &
11 carentis qualitatibus requisitis in Constitutione † Synodali
Burgen. sit euidenter iniusta, & consequenter non attenden-
da, Rota *in Calagurritana Benef. de Niena* 28. *April.* 1651. *§.*
fin. coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono, & in
Calagurritana Beneficij de Alesanco 8. *Martij* 1652. *coram*
R. P. D. meo Albergato.

Non obstat, quod licet dictus Ioannes se congruo tempo-
re opposuerit, mediante persona Antonij eius germani fra-
tris, tamen ex quo deindè non comparuit in concursu, nec
se examini subiecit, indè ius suum deseruisse. Quia cùm
dictus Antonius non solum se congruo tempore opposue-
rit, verùm etiam institerit assignari terminum vltramari-
num, ad effectum scilicet, vt dictus Ioannes, qui de tem-
pore vacationis Beneficij in vrbe reperiebatur posset se per-
sonaliter conferre ad locum Beneficij, ibique se subijcere
examini, vnà cum alijs oppositoribus, tali autem termino
iniustè denegatio processum fuit ad vlteriora, & prolata
sententia, per quam adiudicatum fuit Beneficium Andreæ
12 indè fit, vt per petitionem dicti † termini factam congruo
tempore, non solum præseruatum fuit ius dicti Ioannis, sed
etiam reddita sint attentata quæcumque postea gesta fue-
runt ad trad. per Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. tit. de nullit.*
n. 183. Rota *dec.* 266. *pract.* 3. *diuers.*

 Erit a per contradictas informante tantùm Ioanne, ex
quo altera pars legitimè, & personaliter in partibus intimata
comparere neglexit resolutum fuit, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Ouereñ. Parochialis.

Lunæ 16. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Ordinarius, qui Parochiales Ecclesias conferre te-
netur, quomodo earum vacationes perscruta-
re debeat, ne collatio deuoluatur ad Papam;
hinc de vacationis scientia, & ignorantia in
præsenti decisione differitur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia iustificatur ex verificatione narratorum in lit-*
teris.
2 *Confessio etiam in Beneficialibus superat omne genus pro-*
bationis.
3 *Tempus ad præsentandum in ordinarijs collatoribus cur-*
rit à die vacationis, & n. seqq. vbi vide ignorantia
crassa, & supina non excusat.
Scientia in personis, quæ ex debito officij tenentur inqui-
rere qualis esse debeat, n. 3.
4 *Tempus ad præsentandum currit etiam ignoranti, &*
quando, vide sup. n. 3. *& seq.*
5 *Ignorantia probabilis, & verisimilis excludit negli-*
gentiam collatoris, & supra numer. 3. *& cum*
seqq. vbi vide.
6 *Scientia, vel ignorantia in conferre debentibus beneficia*
quomodo considerari debeat.
7 *Scientia in collatoribus in dubio præsumitur, & allegantí*
ignorantiam incumbit onus probandi.
8 *Clausula*, Dummodò, *præseruat ius anterioris pro-*
uisi.
9 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est*
manutenibilis.
10 *Possessio præsumitur continuata non docto de inter-*
media occupatione alterius, & quomodo, vide
numeru seq.

DECISIO CCXVII.

Ecclesiam Parochialem S. Saluatoris loci de Matilla
vacantem per obitum Martini Nasuti in mense re-
seruati, impetrauit à Sede Apostolica Dominicus Balgo vti
deuolutam ob non factum ab Ordinario concursum iuxta
formam Conc. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 18. *& Constit. sa.*
me. Pij V. in ord. 33. captaque illius possessione dubitaui sub
die 15. Maij anni præteriti, an ipsi danda esset manuten-
tio, & DD. mandarunt videri de illius bono iure, quo
hodiè discusso censuerunt de eo constare, etiam ad effe-
ctum manutentionis.

Quia iustificauit omnia in eius litteris narrata, Cleri-
catum scilicet, ac originem ex Diœc. Oueteñ. eiusque
† præsentia in Curia per duos annos, & valorem obten- 1
torum ex Testibus desuper examinatis *Sum. num.* 4. qui
rectè de his omnibus deponunt, Rota coram fa. me. Greg.
decis. 78. *num.* 4. Duran. *dec.* 263. *num.* 17. *& seq. in rec. dec.*
20. *num.* 22. *par.* 6. *& in Nazaren. seu Montis Viridis Be-*
nef. 15. *Decembris* 1645. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Valuc autem Parochialis, illius vacatio in mense Mar-
tij, qui iuxta alternatiuam ab Episcopo acceptatam Apo-
stolicus est, probatur ex confessione Philippi Aduersarij
id ipsum narrantis in eius supplicatione, eodemque mo-
do iustificatur deuolutio ob negligentiam eiusdem Episco-
pi per nouem menses in faciendo concursu, vt habetur in
dicta contraria prouisione, ibi post lapsum temporis ad id
perpetuò valitura Constitutione Pij V. præfixi, &c.

Quæ sanè confessio omne genus probationis excellit, † vt 2
in his terminis dixit Rota coram bon. mem. Buratt. *dec.* 931.
num. 1. Merlin. *dec.* 159. *num.* 7. *& in Pistorien. Benef.* 19.
Aprilis 1652. *coram R. P. D. meo Celso, ac sæpe in alijs.*

Nec potest allegari ignorantia, tum quia ex testibus in
eodem *Sum. relatis num.* 5. constat de certa, ac indubi-
tata scientia, tum etiam quia quidquid sit in Patronis
præsentare debentibus communis est opinio, quod in
ordi-

ordinarijs collatoribus, quando (prout hic) vacatio coontingit de facto insimul, & de iure, nempè ob mortem beneficiati, non expectatur eorum actualis, & vera notitia,
3 sed tempus ad præsentandum † currit à die vacationis, quia cùm ex officio teneantur inquirere, & scire, ignorantia esset crassa, & supina, quæ non excusat, *Clem. vnica §. fin. vbi gloss. in verb. scire de Conceß. præbend. glos. in c. innotuit in verb. ignorantiam de elect.* Abb. *in c. quia diuersitatem sub num. 7. vers. hoc tamen limita de concess. præbend.* Bisignett. *dec. 7. num. 4. vers. & ideo Episcopus eodem tit.* Roman. *cons.* 481. *num.* 8. *& seqq.* Petr. Greg. *Tholos. syntagm. iur. par. 2. lib. 17. cap. 9. num. 31. circa fin.* Demen. *var. quæst. lib. 1. quæst. 3. num. 6. cum pluribus seqq.* Garz. *de benef. par.* 10. *cap. 2. num.* 30. Barbos. *de off. Episcopi allegat.* 126. *num.* 46. Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 24. num. 16. præsertim quia ponderatis tam geminatis d. Constitutionis verbis sub* §. 4. ibi, *à die vacationis earundem*, ac infra ibi: *à die illius vacationis &c.* quam & ratione expressa in principio eiusdem, §. *ne scilicet Parochiales* Ecclesiæ diu in suspenso maneant in maximum animarum periculum, apparet sanctionem illam principaliter conditam fuisse in fa-
4 uorem animarum, & Ecclesiarum, † quapropter tempus in ea præfixum currere debet etiam ignoranti iuxta tex. *in cap. statutum* vbi pulchrè gloss. *in verb. numerandum de præbend. in 6. & in d. Clemen. vnic. 3. fin. eod. tit.* Abb. *in d. cap. quia diuersitatem sub num. 3. vers. secus de concess. præbend.* Rebuff. *super concord. tit. de nominat. reg. §. 1. glos. à tempore vacationis, & in praxi Benefic. tit. de deuol. n. 5. vers. limitatur*, Flores de Men. *dicta q. 3. n. 30. & 39. & seqq.*

Neque aduersantur decisiones 481. *par. 1. diuers.* quæ est Card. Seraph. *dec.* 380. *n. 1. & in rec. dec. 223. n. 2. & seqq.*

Quia loquuntur, & procedunt quando constat de ignorantia probabili & verisimili, quæ verè excludat negli-
5 gentiam † Collatoris, quo casu æquum est tempus non currere nisi à die scientiæ, vt declarant Garz. *de benef. d. par. 10. cap. 2. sub n. 32. vers. tamen ignorantiam*, Lotter. *de re benef. d. lib. 2. q. 24.* Ricc. *in prax. rer. Eccles. p. 1. resol. 155. sub num. 1. vers. intellige quando ignorantia &c.* Rot. coram Card. Seraph. *d. dec.* 380. *n. 3. & seq.* & benè edocitur ex *dicta dec. 323. sub n. 3. vers. & potius par. 2. rec. vbi vacatio contigerat extra Diœcesim.*

In hoc enim statuendo Iudex plerumque considerat qualitatem Beneficij, modum vacationis, locorum distantiam, temporis prolixitatem aliasque circumstantias, & ex his omnibus arbitratur scientiam, vel ignorantiam iuxta tradita per Ioannem Andream *in cap. ex parte sub n. 2. vers. solue bonus Iudex de conceß. præbend.* Abb. *in d. cap. quia diuersitatem sub n. 7. vers. vide etiam eod. tit.* Roman. *d. cons.* 81. *n.* 4. Gramm. *dec.* 104. *n. 34. in fin. vers. & ideò cum seqq.* Garz. *de benef. dicta par. 10. cap. 2. n. 31.* Barbos. *de offic. Episcopi d. allegat. 126. num. 48.* Rot. coram Seraph. *d. dec. 380. n. 4.*

7 In dubio tamen semper scientiam † præsumitur, & alleganti ignorantiam incumbit onus probandi, vt in terminis tradunt Abb. *in d. cap. quia diuersitatem sub n. 7. vers. dic tamen de conceß. præbend.* Mascard. *de probat concl.* 879. *n.* 10. Flor. de Men. *d. quæst. 9. n. 11.* Barbos. *de off. Episc. d. allegat. 126. n. 48.*

Minus obstat prouisio Philippi obtenta cum eadem Narratiua lapsus termini prædictæ Constitutionis, aduersus quem Pontifex censetur restitutionem concessisse.

Quia cùm sit posterior nullum infert præiudicium Dominico anteriorem possessionem habenti, quæ vnà cum iure ex eo quæsito præseruata remanet per clausulam.
8 *Dummodò alteri* † in litteris Philippi appositam ex adductis per Paris. *de resignat. lib. 11. q. 7. n. 79.* Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. sub n. 179. n. 1. par. 2. rec. & in Beneuentana Canonicatus 8. Februarij 1647. coram bo. me. Bichio §. minus dici potest vers. licet secus.*

Cùm igitur ex prædictis constet de bono iure Dominici, consequens est, vt ei detur manutentio, quia de illius possessione apparet ex publico Instrumento relato in d.
9 Summar. num. 2. † quæ licet instrumentalis alio tamen tunc tempore non possidente manutenibilis est, *ad l. Prædia vbi DD. ff. de acq. poss. cum concordantibus alleg. in Hieracen. Beneficij 13. Martij præteriti coram me.* Et præsumitur continuata non docto de intermedia occupatione al-
10 terius, cum scientia & patientia ipsius, vt alijs relatis fuit dictum *in Lerdien. Canonicatus 28. Martij 1653. coram R. P. D. meo Cerro.*

Vel de negligentia decennali, † vt responsum fuit *in Romana Palatij 3. Decembris 1646. & in Romana Vineæ del Pico* 11
25. Maij 1648. coram eodem, & in d. Hieraten. Beneficij 13. Martij præteriti coram me in §. fin.

Et ita Dominico tantùm informante, &c.

R. P. D. ZARATE.

Romana, seu Auximana bonorum.

Veneris 13. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Assignatio, ad hoc vt impugnari non valeat; quomodo fieri debeat; & insinuatio pro qua summa requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ex insinuationis defectu corruit.*
2 *Insinuatio non requiritur in donatione non excedente solidos 500. & sic 150. scuta moneta.*
3 *Quietantia extante sublata remanet omnis actio, & prætensio.*
4 *Assignatio conditionata translationis effectum impedit, donec fuerit facta.*
5 *Assignatio deficiente mandato speciali non sustinetur, nec quoad acquirendum possessionem, nec quoad dominium.*

DECISIO CCXVIII.

OCcasione donationis per Phebum Rotundum Marco Antonio Morano factæ triplex resolutio in hac causa emanauit prima die 7. Iunij 1652. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in qua mandatum de manutenendo Antoniæ Theresiæ donatarij hæredi concessum fuit in possessione portionis prædij Fascatale, quam vigore mandati de associando relaxati pro scutis 1800. in computum scutor. 2000. in donatione comprehensorum ipsa cœperat. Pro alia verò portione eiusdem prædij, cuius possessionem virtute mandati executiui præuia subbastatione, & deliberatione eadem Antonia Theresia fuerat consecuta in satisfactionem fructuum dd. scutor. 1800. ascendentium ad scut. 2160. ex cap. nullitatis, & attentati prætensæ subhastationis manutentio dictæ Antoniæ Theresiæ fuit denegata, & concessa Ascanio Libertano, & Elisabethæ Rotundæ hæredibus donatoris. In secunda autem decisione coram me emanata 28. Ianuarij 1656. reformata fuit manutentio portionis prædij, pro dd. scutis 1800. in donatione contentis ex defectu insinuationis, sed quo ad alteram partem, scilicet fructuum confirmatæ ad fauorem hæredum prædicti donatoris. In tertia denique pariter coram me die 14. Iunij sequentis ædita declarata fuit superior decisio, & per DD. resolutum donationem absque insinuatione intra 500. solidos sustineri, & sic in scutis 150. monetæ. Vnde cùm super eisdem causa reproposita fuerit, & pro parte hæredum ostensum d. Antoniam Theresiam satisfactam de scut. 150. meritò DD. perstiterunt in decisis, vt scilicet sequuta satisfactione in reliquis hæredibus donatoris competat manutentio.

Nam quo ad nullitatem subhastationis proportione fructuum ipsa satis firmata remanet in decisione Reuerendissimi D. mei † Decani, sicut etiam & defectus insinua- 1
tionis, *in dec. 28. Ianuarij §. hoc autem.*

Quod verò hæc conclusio limitari debeat in summa
non † exceden. 500. solidos, & sic 150. scuta monetæ 2
probant *in d. decisione 14. Iunij tam ex iuris dispositione per text. in l. sancimus §. si quid autem, C. de donat. quam ex Vrbis Statuto lib. 1. cap. 150. vt explicant plures in d. decis. cumulati*, quibus adden. Fenz. *ad statutum num. 45. littera N. vers. sit nulla*, Grat. *discept. forens. cap. 887. num. 4. cum seqq.*

De prædicta verò quantitate, in qua sustinetur donatio d. Antoniam Theresiam satisfactam fuisse docetur ex Instrumentis nuper indicatis in summario hodierno, & apud me originaliter exhibitis, ex quibus apparet pro prædictæ quantitatis satisfactione sex salmas terræ dictæ Antoniæ Theresiæ fuisse consignatas, vt propterea omnis

3 actio illi competens extante † quietantia fuerit sublata,
nec manutentionem, nec quicquam aliud prætendere
possit ex traditis per Rimin. iun. *cons.* 489. *num.* 9. *Modern.*
Hisp. in laberint. cred. par. 1. *cap.* 18. *num. seqq.* Rota coram
san. mem. Greg. XV. *dec.* 253. *num.* 5.

4 Nec prædicta † assignatio valet impugnari ex eo, quod
facta legatur sub conditione mensurationis, quæ donec fa-
cta probetur impendit translationis effectum etiam quoad
possessionem, vt per text. *in leg. quod sæpè §. in his de con-*
trah. empt. Natt. *cons.* 263. *num.* 1. Surd. *cons.* 38. *num.* 2.
Crau. *cons.* 64. *n.* 13. Couat. *pract. quæst. cap.* 3. *num.* 6.
Afflict. *dec.* 280. *num.* 1. §. 7. *num.* 19. Quia de prædicta
mensuratione datur fides authentica coram Notario re-
cognita, & in actis exhibita pro parte Elisabethæ Ro-
tundæ hæredis donatoris ex qua de prædicta mensuratio-
ne constat quamuis non apparet prædictam mensuratio-
nem per Peritum communiter electum factam fuisse, vt
conuentio intercesserat, sed tantum per d. Elisabetham
narratum, vt ex eadem fide, & productione. Tamen
quod prædictæ sex salmæ fuerint cum effectu consignatæ,
& à dicta Antonia Theresia admissæ liquet ex Instrumento
venditionis de prædictis sex salmis per eadem met celebratæ
ad fauorem Philippi Caradoris cum enunciatiua, quod à
prædicta Elisabetha accepisset.

Nec magis impugnari debet assignatio ex defectu man-
dati ad prædictam assignationem admitten. de cuius esi-
stentia non docebatur quamuis illud in Instromento con-
5 signationis in persona cuiusdam Gentilonis † enunciate-
tur. Cum deficiente mandato speciali nullatenus assigna-
tio sustineret, nec ad aquiren. possessionem, nec ad acqui-
rendum dominium, iuxta text. *in §. ex his 6. inst. per quas*
pers. nob. acq. l. 1. *C. de acquir. poss. l. possessio quoq.* 49. *§. vlt.*
ff. eod. sit cum similibus, Bart. *in l. si is qui pro emptione* 15.
num. 10. *ff. de vsucap.* vbi Alciat. & cæteri antiquiores,
Pichard. *in d. §. ex his*, Melchior. de Valentia *illustr. iur.*
tom. 1. *tract.* 2. *cap.* 8. *à num.* 19. Quia prædictum manda-
tum per extensum denuò exhibitum fuit apud me vnà cum
instrumento dationis in solutum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Laboreriorum.

Veneris 20. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Iustissimum enim est, vti qui de ordine Domi-
ni, expendit operam, & oleum suum in re
aliena damnum non patiatur, & sic non de-
ploret suas operas. Mandatum, quando fa-
ctum non fuit per instrumentum, benè potest
probari per testes. Et aliqua deducuntur,
circa relationem Peritorum circa æstimatio-
nem laboreriorum.

SVMMARIVM.

1 *Operam impendens in aliena re, æquum est, vt damnum non patiatur, cum iniquum esset.*
2 *Mandatum si non fuerit factum per instrumentum, sufficienter probatur per testes.*
3 *Relationi facta à Peritis à partibus electis standum est.*
4 *Relationi Periti, quando omnino sit standum.*
5 *Periti relationi standum est circa eius electionem, circumscripto eius interesse.*
6 *Attestationi Periti de commissione sibi facta, standum est, donec de contrario plenè doceatur.*
7 *Periti relationi de commissione sibi facta, multo magis est standum, quando est adminiculata.*
8 *in Æstimatione Laboreriorum qualis sit stylus, & consuetudo in Vrbe, & n.* 9.
10 *ad Stylum probandum fides etiam extraiudiciales admittuntur.*
11 *Relationi peritorum standum est.*
12 *Testibus laboratoribus, dum pro mercede suorum laborum solum habent pecuniam, non adhibenda fides circa æstimationem laboreriorum.*
13 *Cohabitatio testis cum parte quando ei non detrahit fidem.*
14 *Testes, licet patiantur aliquam exceptionem, si tamen sint ad adminiculata, non detrahitur eis de fide.*
17 *ad Electionem noui Periti, quando possit deueniri, num.* 15. *&* 16.

DECISIO CCXIX.

Dominum Don Paulum Sfortiam teneri dixerunt DD.
ad soluendam mercedem operarum, & æstimationem
Laboreriorum, quam per Franciscum, & Cæsarem de Bar-
tholomeis in Domo ipsius Domini apud Sanctam Mariam
Maiorem præcedente eiusdem mandato vsque ad quantita-
tem sc. 1375. facta fuisse probantur. Cùm æquissimum sit,
vt qui pro alio oleum, & operam impendit vtriusque de- 1
bitam mercedem consequatur. *Iuxta glos. in l. si quando* 8.
verbo partem operæ, & in l. seq. ff. de oper. libert. l. Salarium
primo ff. mand. Larrea *dec. Granat.* 85. *num.* 10. Scacc.
de Commerc. & Camb. §. 1. *quæst.* 1. *sub num.* 7. *vers. vt*
enim retuli supra, Valenzuel. *cons.* 54. *num.* 8. *& seq. tom.*
1. Cyriac. *Contr.* 67. *num.* 6. Capyc. Latr. *dec.* 185. *n.* 37. *lib.* 2.

Facta enim fuisse à Bartholomeis huiusmodi Laboreria
non controuertitur, & probant testes in illorum *Summ.*
num. 4. exhibiti, & quidem de ordine, & mandato DD.
Pauli, vt ex eorundem testium depositionibus *Summ. num.*
1. iustificatur, nam mandatum † non confecto desuper In- 2
strumento etiam per testes sufficienter posse probari, tradit
glos. *in l. Maritus* 21. *C. de procur.* quam communiter re-
ceptam tradit Boer. *dec.* 281. *sub num.* 1. *vers. sed etiam pro-*
bari. Oldrad. *cons.* 254. *num.* 24. Aldobrand. *cons.* 67. *n.* 4.
lib. 1. cum alijs per Card. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 7. *tit.*
3. *num.* 26. Gratian. *decis. Marchiæ* 105. *num.* 4. *& in addit.*
num. 1. Rot. *dec.* 166. *num.* 7. *par.* 1. *recent.* Ad summam
verò prædictam scut. 1475. ascendere laboreria probat Ma-
ruscellus Peritus, qui vsque à principio de Communi Par- 3
tium consensu ad faciendam huiusmodi æstimationem ele-
ctus cum sine interesse, & de facto proprio deponat, quippe
qui tunc † vti Architectus pro parte D. Pauli ædificio con- 4
struendo præfuit eius dicto, omnino standum est, & enun-
tiatam quantitatem omnino probat Neuizan. *cons.* 94. *n.* 18.
Rota coram san. mem. Greg. *dec.* 261. *num.* 7. coram Merlin.
decis. 321. *num.* 6. *& decis.* 354. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* in
puncto Rot. *in Romana fideicommissi de Spiritibus* 12. *Decem-*
bris 1644. *§. respondit itaque vers. in relatione Petri coram*
bon. mem. Bichie cum pluribus in Eugubina Prædij 14. *Iunij*
1649. *§. difficultas enim coram R. P. D. meo Cerro impress. post*
Modern. Hispan. in Labyrinth. dec. 75. *n.* 14. *confirmata* 11.
Februarij 1650. *coram eodem §. finali.*

Nec obstare visum est, quod de electione Maruscelli, &
Commissione illi facta ad æstimandum aliunde non constat
nisi ex ipsius assertione, quia † Perito attestanti se ad Instan- 5
tiam alicuius Partis electus circumscripto eius interesse, &
de Commissione sibi facta creditur donec † de contrario 6
plenè doceatur Alex. *cons.* 88. *n.* 32. *vers. nam respondeo pri-*
mo lib. quinto, Ruin. *cons.* 105. *sub n.* 3. *vers. quod autem vol.* 4.
& cons. 65. *sub n.* 7. *vers.* 2. *qui in lib.* 5. Farinac. *de Iud. q.* 44. *n.*
3. Gabr. *de test. concl.* 1. *n.* 2. Rota *dec.* 289. *n.* 3. *par.* 4. *recent.*
n. 1. Et siue vlla difficultate in præsenti vbi eius assertio
ex alijs testium depositionibus adminiculum recipit Socc.
d. cons. 61. *in fin. lib.* 1. Farinac. *de test. q.* 63. *n.* 221. Rot. co-
ram san. mem. Greg. *dec.* 544. *sub n.* 19. Rota *in Romana*,
seu Veliternæ. Affictus 24. *Nouembris* 1653. *§. Instrumentum*
verè coram bo. me. Bichio; Ac ex Consuetudine, & stilo Vr-
bis in qua solitum est in facienda simili æstimatione stari † di- 8
cto atque assertioni Architecti, qui vt plurimum magis fa-
uere solet Domino eum præponenti quam artificibus, quan-
do non reclamant Artifices, quod solitum † ex fide à 12. Pe- 9
ritis Vrbis subscripta, & DD. exhibita probatum fuit Rota
coram Buratt. *dec.* 690. *n.* 16. Gregor. *dec.* 489. *n.* 5. *&* 6. *& in*
rec. dec. 644. *n.* 4. *vers. quia fuit dictum par.* 1. vbi quod ad
probandum stilum † fides extraiudiciales sufficiunt, *& dec.* 10
244. *n.* 14. *par.* 5. *tom.* 1. *& in proximis terminis in Melevitana*
Territerij 14. *May.* 1649. *coram Eminentissimo Otthobono §.*
Compromissum enim, & in Romana Census 28. *Aprilis* 1613. *§. Com-*
burantur coram Reuerendissimo D. meo Decano. Cumque D.
Paulus ordinauit huiusmodi laboreria Bartholomæis, & illo-
rum æstimationem Maruscello tenetur stare eorum stilo, &
adhibere fidem omnibus primo inter † eos negotiatori solet, 11
Corn. *cons.* 319. *n.* 12. *vol.* 3. Capyc. Latr. *Consult.* 21. *n.* 17. *lib.* 1.

Quia-

Qualitas præterea testium à Bartholomeis inductorum
fidem illorum non minuit quamuis enim essent eorum
laboratores dum tamen solam operarum suarum merce-
12 dem in pecunia recipiebant † ab Inducentibus non debent à
testificando repelli ex quo cum mercede cohabitatio, fa-
13 miliaritas, aut victus subministratio † non concurrit in
puncto Bald. *cons. 50. sub num. 1. ad l. cum isti lib. 2.* & post
Rot. coram Put. Marches. *de Commiss. par. 1. fol.* 1193. *nu.*
27. *vers. & ob id ipsum salarij, & talis probatio fuit ad-
missa in Romana Melioramentorum 5. Iulij 1632. in princ.
vers. Imò, & operam præstiterunt coram Reuerendissimo
D. meo Dunozet. Decano.* Quinimo cum de rebus consi-
14 stentibus in facto ipsorum deponant † Concurrentibus
adminiculis fides illorum integra est, & si aliqualem exce-
ptionem paterentur ea eorum numero omnis suppletur
defectus Mantic. *decis. 112. num. 14. & de tacit. lib. 23.
tit. 5. n. 9.* Rot. post Merlin. *de pignor. dec. 90. n. 12. & in
Bonon. frument. 21. Februarij 1656. §. affirmant vers. & in
omnem coram bo. me. Bichio.*

Minus applicatur obiectio, quod duobus Peritis ad æsti-
15 mandum electis se alter tantum refert † eius relatio non
sustineatur quia constat in laborerijs in Domo supradicta
ad Sanctam Mariam Maiorem factis Maruscellum solum
fuisse deputatum, & ideo quoad illa eius relationi, vt su-
16 pra standum est quantum verò ad alia † in diuersis domi-
bus facta quorum æstimationem ascendere ad scuta 120.
refert Mola Peritus à Bartholomeis electus in quibus non
præcessit talis Conuentio nulla capta fuit resolutio, sed D.
17 Paulo alium peritum non eligente, vel non faciente † suum
tunc electum referre poterit alius ea officio eligi, vt de
Iure fieri debet, Becc. *cons. 44. num.* 18. Rota apud Posth.
de subhast. decis. 24. num. 7.

Et ita, &c.

R. P. D. ZARATE

Interamen. Dotis.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Creditum dicitur euidens, & patens dum constat ex instrumento publico, & tanto plus obligatione Camerali vallato. Solutione eius, quod debetur, tunc extinguitur debitum, quando legitimè fuit facta solutio aliàs secus Dotis solutio, quando non dicatur legitimè facta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Creditum dicitur euidens, si constat ex instrumento publico.*
3 *Creditum tunc eo magis dicitur patenter probatum, dum constat ex instrumento obligatione Camerali Vallato.*
4 *Debitum dum extinguitur per solutionem, euanescit omnis actio.*
5 *Debitum tunc extinguitur per solutionem, quando legitimè fuit facta, alias secus.*
6 *Pecuniæ solutio, dum ex consensu partium erat eroganda in tot censibus de consensu alicuius, tunc si aliter fiat solutio non extinguit actiones, & n. 7.*
8 *Solutio, dum non fuit legitimè facta, quis tenetur ad iteratam solutionem.*
9 *Solutio dotis, quando nullius sit roboris, & non liberet soluentem.*
10 *Maritus non potest deteriorare dotem vxori, & n. 11.*
12 *Solutionis quietantia, quando reperitur duplicacata, id sapit dolum, & machinationem ad damnum alicuius.*
13 *Confessio receptionis dotis, quando præsumatur extorta in fraudem filiorum.*
14 *in Solutione dotis forma à Iudice præscripta seruanda est.*
15 *Dotes ad cuius fauorem sint soluendæ.*
16 *Mater non potest præiudicare filijs, quo ad dotem.*
17 *Mulier habet intentionem fundatam, in instrumento publico suæ constitutionis dotis.*
18 *Fructus dotales post mortem vxoris amplius non debentur, etiam extantibus libris.*
19 *Fructus dotales post mortem Vxoris amplius non debentur nec etiam loco damnorum, & interesse nisi probatis requisitis Pauli Castren.*

DECISIO CCXX.

Mandata A.C. quibus Ioannes Alexander Mazzi-
tellus fuit condemnatus ad soluendum Claræ Maz-
zitellæ ex causa residui sortis Dotis scuta quingenta, &
fructus loco damnorum, & interesse esse exequenda Do-
mini censuerunt. Illorum enim validitas elicitur † ex acto- 1
rum reuolutione, *iuxta vulgatam decis.* Caputaq. 260. *par. 2.*
Et iustitia respectu mandati ex causa residui dotis est eui-
dens, cum debitum † clarum resultet ex instrumento pu- 2
blico pactorum matrimonialium inter Io. Valentinum
Mazzitellum Patrem Claræ, & Innocentium Ciamburla-
num Patrem Gregorij Sponsi Claræ celebrato, † obligatio- 3
neque Camerali vallato, quod probationem probatam, &
manifestam facit vulg. Iuribus.

Non obstat, quod prædicta scuta 500. fuerint soluta
cum scilicet idem Io. Valentinus debitor de consimili quan-
titate depositum fecerit in Monte Pietatis Ciuitatis Inte-
ramnæ, quæ quantitas deindè inuestita fuit in quodam Cen-
su per Anibalem Castellum imposito, vt propterea ex † de- 4
biti solutione extincta fuerit omnis obligatio, §. *Instit. quib.
mod. toll. oblig. l. si rem §. omnis ff. de pign. act.* Quoniam id
verum † esset quoties legitimè solutio emanasset, vt de- 5
clarat Angel. *in d. §. 1. num. 1. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Rota
coram Merlin. *dec. 77. num. 3.* Quod vtique non contingit
in solutione per Ioannem Valentinum facta. Vigore enim
decreti A.C. dicta pecuniarum quantitas eroganda erat in
emptionem Censuum idoneorum de consensu Innocentij,
vel eo recusante cum decreto Iudicis † Ciuitatis Interamnæ 7
sub nomine, & ad commodum Claræ pro suis dotibus,
& cum peculiari conuentione, quod non possint francari,
vel extingui sine consensu dicti Innocentij, vel eo recu-
sante sine decreto dicti Iudicis Summario de Ciamburla-
nis *num. 2.* Quapropter depositum, vel necessarium in-
uestimentum à solo Ioanne Valentino factum non serua-
ta forma decreti eum † nullatenus liberarent, adeò vt ip- 8
sius hæreditas obnoxia sit reiteratæ solutioni, *vt docet glos.
in princ. Instit. quib. mod. toll. oblig. verbo omnis obligatio,*
ibique Aret. *sub num. 1.* Ger. Spin. *cons. 23. num. 20. lib. 1.*
Soccin. iun. *cons. 116. num. 6. ad med. & seqq. lib. 2.* Rota
*cum ibi adductis in Romana Fructuum Census 22. Iunij 1646.
& 30. May 1653. coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec releuat quietantia super cassatione, & annullatio-
ne dicti reinuestimenti, & etiam de scutis 1500. quam 25.
Februarij 1613. Ioannes Valentinus à Gregorio marito
Claræ consequutus est. Nam dicta quietantia, † ea qua 9
oritur prætensa extinctio nullius fuit roboris, vti proue-
niens à Marito ære alieno grauato & ad inopiam vergente,
cui quemadmodum ex decreto Iudicis à principio † solu- 10
tio dotis fieri non potuit, ita nec retrouenditio, cum per
indirectum recepisset pecuniam dotalem, quod erat ex di-
cto decreto Iudicis prohibitum, precipuè sine consensu
Claræ Vxoris, cuius insuper † iura maritus deteriorare 11
non potest text. *est expressus in l. lex Iulia, & per tot. ff. de
fund. dot. l. de dio, & l. Attilicinus ff. de pact. dotal. facit
text. in l. quoties ff. solut. matrim.* Negus. *in respons. quæst.*
326. *num.* 11. Molles. *ad consuet. Neap. par. 8. consuetud.
prima num. 1. & 2.* Præterquam, quod dicta quietantia,
quamuis reiterata, dolum † quodammodo, & machina- 12
tionem Ioannis Valentini arguit in damnum Claræ, eius-
que filiorum, quibus dos est debita cum facto supradicto
inuestimento cum Anibale Castello, statim idem Ioannes
Valentinus ad eius fauorem bonam fidem recognouerit,
declarando Censum ad eius † fauorem fuisse impositum, 13
& postmodum in cassatione, & quietantia extorserit con-
fessionem de recepto à Gregorio Genero cum assertione,
quod ipse, & eius fratres capitale Census ante stipulatio-
nem ipsis solutum, in proprios vsus conuertere intendebant
Summario Mazzitelli num. 11. Ex ipsis itaque omnimoda re-
pugnantia proficiscitur † contra dictam formam à Iudice 14
in decreto præscriptam, vt scilicet pecunia per Ioan-
nem Valentinum nomine, & ad commodum Claræ pro

V 3 eius

eius dotibus inuestiretur, vt propterea illam Gregorio, & fratribus liberè persoluere pro ipsorum vsibus minimè
15 † valuerit, vt præter authoritates supra allegaras in specie de extinctione Census tradunt Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. num. 6.* Roderic. *de annu reddit. lib. 2. q. 15. n. 89.* Grat. *discept. for. cap. 45. num. 2. 26. & 29.* Cenc. *de Cens. q. 59. n. 35. cum seqq.* Amat. *dec. March. 59. n. 13. cum seqq.* Giurb. *decis. 79. num. 45. cum seqq. ante fin. vers. sic quoque, & num. 46. cum seqq.*

Minus officit, quod Clara quietantiam in iudicio contra maritum ad inopiam vergentem produxerit, quia non
16 inde potuit sibi, suisque filijs † præiudicare, & per dictam productionem illam recognouisse eo modo, quo erat, & sic cum sua mala qualitate, non autem eam approbasse censetur, *vt responsum fuit in Romana, seu Veliterna Affictus 13. Ianuarij 1653. coram bon. mem. Bichio §. nec relevat, quod Procurator.* Præsertim quia Clara habebat suam in-
17 tentionem † fundatam in eius instrumento promissionis, constitutionis suæ dotis, vt admisit Rota *dec. 361. num. 3. par. 4. rec.*

Respectu verò mandati pro fructibus relaxati institia pariter est indubitata ex eo, quod Ioannes Valentinus ex decreto Iudicis dotem reinuestire debebat in Censibus, hoc enim casu si ipse debitor, vel nullum reinuestimentum, vel inualidum fecit Dos in eius odium habetur perindè ac si realiter, & validè reinuestita fuisset, vnde iure optimo condemnatum, cùm ipse teneretur ad fructus loco damnorum, & interesse, & ad illam præcisam rationem, quæ præcepta fuisset, si inuestimentum validè præstitisset, *vt responsum fuit in Viterbien. Dotis 26. Iunij 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Bononien. Pecuniaria de Lambertinis 3. Iunij 1647. coram bon. mem. Bichio apud Zacch. de oblig. Camer. dec. 270. num. 1. cum plurib. seqq. & plenius in dicta Romana Fructuum Census coram R. P. D. meo Cerro §. Non obstat, quod exceptis cum seq. confirmata coram bon. mem. Bichio 15. Ianuarij 1652. §. Neque promissionem.* Ex exindè cessat obiectum, quod post mor-
18 tem Vxoris † fructus dotales non debeantur stantibus etiam
19 filijs, nec minus loco damnorum, & interesse nisi † probatis requisitis, Castr. *in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco,* cum non procedat quando, vt in præsenti, dos est reinuestienda ex supradictis.

Quod autem onos inuestiendi spectaret ad Ioannem Valentinum debitorem dotis ostenditur ex ipso decreto, dum enim A. C. ipso Ioanne Valentino instante mandauit inuestien. summam ab Innocentio Creditore, & sponsæ Socero petitam in tot Censibus idoneis de consensu ipsius Innocentij, vtique declarauit inuestimentum esse faciendum ab ipsomet Ioanne Valentino debitore, non autem Innocentio creditore, qui solum consensum reinuestimento præstare tenebatur, vt latè comprobatur *in dicta Romana Fructuum Census coram R. P. D. meo Cerro §. quoniam prædicta versiculo secus autem.*

Et ita, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Quod societate dissoluta remanentia credita ab altero ex socijs exacta communiter diuidenda sint plenè in hac decisione tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Socius quicquid exigit à debitore societatis alijs socijs contribuere tenetur.*
2 *Societas solo consensu perficitur etiam nullo actu extrinseco interueniente.*
3 *Verba,* voler correre egual fortuna *in aliquo negocio, societatem important, & n. seqq.*
4 *Societatis natura est, vt omnis fortuna inter socios communicetur, & supra n. 3. & 11. seq.*
5 *Verba,* à commodo, & incommodo, & al bene, e al male, *societatem important.*
6 *Societas licet dissoluatur remanet tamen communio respectu crediti socialis.*
7 *Socius societate dissoluta posse ne exigere totam summam etiam alijs socijs debitam.*
8 *Socij quando se inuicem preposuisse dicantur pro exactione debiti socialis.*
9 *Obligatio Cameralis operatur pro omnibus interesse habentibus.*
10 *Societati natura non repugnat, quod socij inter se habeant partes inæquales.*
11 *Exactio debiti socialis ab vno facta alijs communicari debet, & n. 12. vbi amplia.*
13 *Societas dissoluitur ex actibus subsequentibus societati contrarijs.*
14 *Socij præuentio in exigendo à debitore pecuniam non impedit quominus ille alijs contribuere non teneatur.*
15 *Expensarum distributio inter plures quamdam arguit societatem.*
16 *Expensarum repetitio per vnum facta ab alijs plenè probat inter ipsos societatem fuisse contractum.*
17 *Actus vbi sunt numero plures eo magis præualent.*
18 *Æqualitas inter litigantes seruari debet.*
19 *Bona hæredis si à creditoribus testamentarijs distrahuntur fideicommissarij, & legatarij communem fortunam sortiuntur.*
Tex. in l. filius familias 117. §. 2. in fine ff. de leg. 1. *declarator n. 19. & seqq.*
22 *Societas etiam talis esse potest per quam vnus alteri portionem summa exacta communicare teneatur.*
23 *Communicatio summæ exactæ inter creditores concurrentes quando fieri debeat.*

DECISIO CCXXI.

SEntentia Rotalis condemnans Plattum, & Pisentem ad diuidendum æqualiter cum Baua quantitatem pecuniarum, quam à Platto eorum debitore exegerunt, hodie confirmata fuit, quia natura Societatis, & peculiare
pactum inter partes stipulatum exigit, † quod ea, quæ 1
à communi debitore per vnum ex Socijs exacta fuerunt, ita cæteris consocijs æqualiter contribuantur, vt omnes proportione quadam satisfactionem recipiant, vt in terminis debitoris decocti probat text. *in l. verum est 64. §. si cum tres ff. pro soc.* Castr. *in l. si vnus 28. sub num. 2. vers. tenebitur tamen quod recepit, & sub num. 4. vers. & esset restituendum ff. de pact.* Menoch. *cons. 46. num. 4. vers. primo confert Text.* Ludouici Molin. *de contract. tract. 2. disp. 413. num. 18.* plenè Anton. de Amat. *resol. 31. n. 13. par. 1. & alij deductis in prima dec. huius causæ 24. Maij 1655. in princ. vers. socius quidquid exigit coram R. P. D. meo Verospio, & 10. Decembris eiusdem anni in princ. pariter coram R. P. D. meo Celso.*

Societatem verò inter prædictos fuisse contractam, tam etiam hodie perperam negatur, quia cùm illa sit con-
tractus, † qui solo consensu perficitur etiam nullo actu 2
intrinseco interueniente, §. 1. *instit. de oblig. ex consensu* Rim. Iun. *cons. 636. num. 52. lib. 6.* Fel. *cap. de societ. cap. 1. num. 6.* plenè Rota *in Tudertina fundaci 4. Maij 1654. §. coniecturæ, vers. Societas enim, & 24. Nou. 1655. §. non enim refragari coram R. P. D. meo Melrio;* Talis partium consensus clarè deducitur ex verbis Instrumenti inter eosdem celebrati sub die 24. Aprilis 1629. vbi postquam Plattus præuio sociorum consensu totum negocium vini in se suscepit, & illis promisit certam pecuniarum quantitatem temporibus ibi conuentis soluere, additum fuit inter eosdem speciale pactum, ibi, *E vogliano detti Signori Gioseppe Baua, & Gio. Antonio Pisenti correre equal fortu-
na † in detta esattione, e negotio, perche cosi sono conuenuti;* 3
Quod necessario æquationem quandam, & societatem præsefert, vt præter adducta in alijs decisionibus tradit Vnlasch. *consult. 118. sub num. 5. vers. qosa de natura tom. 2.*
vbi quod de natura Societatis est, quod omnis † fortuna 4
prospera, & aduersa communicetur, Valenz. *cons. 89. n. 11. lib. 1.* Card. Mantic. *de tacit. & amb. lib. 6. tit. 20. n. 38.* & ex simili conuentione, ibi, *à commodo, & incommodo à
bene, e à male,* † Societatem probari tradit Gratian. *discept.* 5
547. n. 15. & 16. Modern. *Carpen. contr. for. c. 16. n. 38. lib. 1.* Rota *in Romana participationis 31. Ian. 1583. coram Bubalo,* vbi quod ista verba maximè conueniunt societati, *& in alia Romana partic. 26. Iunij 1614. §. 2. monebatur corā Vbaldo impr.*

apud

apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 509. num. 4. vers. item illa verba.

Et vera partium intentio fuit, quod in d. Instrumento prima Societas antecedenter contracta dissoluerunt, quoad Plattum, qui emendo ab alijs omnem portionem vini effectus est debitor totius pretij, tam sortis, quàm lucrorum, sed quoad Pisentem, Bauam, & eorum Socius voluerunt ipsi societatem continuare, imò eam renouate circa particularem exactionem totius quantitatis pretij à Platto debiti vsque ad integralem omnium satisfactionem, vt ex supradictis verbis colligitur, & ex natura Societatis,
6 quæ etiam si dissoluta fuisset † durabat adhuc communio, & quædam exequutio respectu crediti socialis, donec omnia ad societatem pertinentia exigerentur, & proportionabiliter diuiderentur vt supra, Rota Ian. dec. 71. num. 7. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 24. num. 34. Giurb. ad consuet. Messan. c. 1. gloss. 6. par. 1. num. 27. Capyc. consult. 73. & num. 10. tom. 1.

Nec societas excluditur ex eo quod quilibet ex Socijs esset creditor Platti pro sua portione tantum, non autem insolidum, & sic nullus ex ipsis posset agere pro tota summa, sed pro virili tantum, quod societati non videtur conuenire, nam quidquid sit in puncto iuris de potestate sociorum exigendi in solidum totam summam Socijs debi-
7 tam, quod fieri non † posset nisi à quolibet pro sua portione tantùm, quando non se inuicem proposuerunt, trad. Bart. in l. eandem 9. quæst. 7. vers. si vero talis negotiatio ff. de duob. reis, Alexan. cons. 147. num. 1. vol. 2. Valasch. consult. 143. num. 14. lib. 2. Bursatt. cons. 190. num. 10. lib. 2. Felic. de societ. cap. 30. num. 40. & seq. Certum est in facto, quod Platti, & Pisentes portionem exactam Iosepho Bauæ tenentur communicare in vim supradicti pacti, & sine scrupulo stante peculiari huius Societatis natura, quæ inita fuit super actuali exactione, ibi, di correr egual fortuna in detta esattione. Atque ideò in omnibus alijs interesset fieri solutionem ratione æqualis fortunæ per ipsos subeundæ inspecto fine Societatis, & vtilitate, quæ ex
8 actuali actione contra decoctum resultabat † se inuicem proposuisse dicuntur, & mandatum sufficiens dedisse ad hoc vt quilibet communi nomine agere, & solutionem recipere posset, gloss. in l. de pupill. 5. §. si plurium verbo vnius ff. de oper. nou. nunc. & in l. nemo ex Socijs 69. verbo alienare vers. alias satis videntur ff. pro Socijs, Rom. cons. 398. n. 1. Decian. cons. 85. num. 14. tom. 2. Rimin. iun. cons. 331. n. 11. lib. 3. Valenz. cons. 147. num. 16. lib. 2. Monter. dec. Arag. 14. num. 83. Surd. decis. 213. sub num. 1. vers. qua sententia transit, & num. 2. Magon. dec. Floren. 57. num. 40. Mod. Monicalcharen. de societ. lib. 1. cap. 50. q. 7. num. 2. vers. siquidem inspecto, Rota coram Manzanedo dec. 55. sub num. 3. vers. quamobrem, & in terminis decis. 545. num. 4. & 5. vers. quia Socij par. 4. rec. tom. 2. & in Fauentina Societatis 16. Aprilis 1646. §. Socius enim coram R. P. D. meo Celso post Zacch. de oblig. Cam. dec. 193. num. 2. concurrente præser-
9 tim obligatione Camerali, † quæ operatur pro omnibus interesse habentibus, Rota dec. 77. num. 6. par. 6. recent. & in Fulginaten. Subhastationis 24. Maij 1655. §. cessasque coram me, & prius in Romana domorum de Incoronatis 18. Martij 1650. §. nam quod attinet coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Respectu autem diuisionis partium, pro certo habitum
10 fuit non repugnare natura Societatis, quod Socij † in ea habeant partes discretas, & inæquales, vt in terminis exactionis aduertit Bero. cons. 161. num. 24. lib. 1. vbi probat, quod in contractu societatis non solùm tenet æqualis partium diuisio, sed etiam in conuentionem deduci potest, quod in Capitali vnus ex socijs maiorem, minoremque portionem habeat Franc. Mar. decis. 887. num. 9. par. 1. P. Laym. Theolog. moral. lib. 9. tract. 4. cap. 20. de contract. §. sequitur in definitione vers. quamuis autem fol. 357. Azor. instit. mor. par. 3. lib. 9. cap. 4. Colum. 2. litt. B. fol. 696. sed ex disgregatione, & inæqualitate partium non infertur ad diuisionem actionis pro exactione competentis, quæ vt dictum est in vim pacti erat communis, quamuis partes
11 fuerint diuersæ, † atque ideò exactum pro exequutione communicandum erat, aliàs æqualis non esset fortuna contrahentium, l. cum duobus 52. §. quidam, l. si id quod 59. §. item Celsus ff. pro Soc. Alex. cons. 131. sub num. 8. vers. & quando damnum lib. 2. vbi Apostill. in litt. A. notat, quod exactio nominum fit periculo societatis, Decian. d. cons. 85. num. 20. lib. 2. & in puncto Sociorum habentium partes inæquales, quando maior pars fuit ab vno † exacta, quod teneatur alijs communicare, Vinc. de Franc. dec. 635. in princ. n. 4. & 6. vers. prædictis tamen, & per tot.

Non obstant actus contrarij Societati, & obseruantia subsequuta ex quo post decoctionem Platti separatim duo mandata distincta fuerunt contra eum pro consequutione crediti distincti, & inæqualis obtenta, vnum scilicet à Baua, alterum verò ab ipsis Platto, & Pisente, vnde referebant informantes pro istis, quod vel nulla aderat socie-
tas, vel mutuo partium consensu dissoluta † fuit ex actibus 13
subsequentibus societati contrarijs ad tex. in l. vtique 65. ff. pro Socijs, ibi itaque cum separatim Socij agere reperitur, sine dubio ius societatis dissoluitur, & tradunt DD. adducti per Mod. Vrbinaten. de fratrib. par. 2. cap. 36. num. 29.

Quia vltra quod ex ipsa serie actorum constat, quod talis duplicata mandatorum relaxatio facta fuit personaliter pro interesse Notariorum, qui ab vtroque integras expensas reportare voluerunt, cùm omnes actus antecedentes, & signanter præcedens petitio sub vna tantum citatione ad instantiam vtriusque facta fuerit, prout etiam eodem modo præstitum iuramentum de calumnia actum contra fideiussores de repræsentando, & sententia Rotalis cum subsequenti mandato à bon. mem. Motmanno obtenta, vt in Summ. Baua num. 3. & seqq. aduertebant Domini ex hoc non tolli quin exacta quantitas sit diuidenda, quia cum creditum Sociorum esset certum, tam respectu sortis principalis, quàm lucri promissi, talis diuisio respectu relaxationis mandati non importat necessariò diuisionem exactionis, ex quo etiam præuentio in exigendo à debitore
pecuniam non constituit meliorem exigentis † conditio- 14
nem, ad hoc vt alijs contribuere non teneatur, iux. text. in d. l. verum est 64. §. si cum tres, ibique DD. ff. pro Soc. Iason. in l. inter eos 19. num. 5. vers. si autem non debetur ff. de re iud. Surd. d. cons. 46. num. 4. & fuit dictum in alia decisione 10. Decemb. 1655. coram R. P. D. meo Celso §. hinc parum relenat.

Et eò magis afferta obseruantia destruitur ex quo ipsemet Pisentes, vnus ex illis qui societatem negat, medietatem expensarum factarum pro relaxatione mandatorum, de quibus supra, & pro alijs actibus communi nomine factis repetijt à Baua, vt in eius Sum. n. 9. quam distributionem
expensarum † inter plures considerauit Rota in Florentina 15
Iurispatronatus de Ricasolis 10. Martij 1603. §. quarto ex distributione coram Card. Lancellotto apud Modern. Pisan. de Iurepatronatus lib. 4. cap. 1. sub n. 71. vnde tantùm abest, quod obseruantia societatis destructiua subsistat, quod imò cùm agatur de obseruantia interpretatiua ad effectum scilicet cognoscendi, An ex dictis verbis, di correre egual fortuna, &c. partes intellexerint exequutionem, & Societa-
tem contrahere satis † inducta dicitur per supradictam re- 16
petitionem expensarum, Rota in eadem Florentina Iurispatronatus de Ricasolis 11. Febr. 1604. §. non obstat quartum coram eodem Card. Lancellotto impress. vbi supra lib. 4. cap. 1. num. 71. fol. 172. Buratt. dec. 647. num. 12. vers. & in his terminis, & in Tarraconen. Vnionis 26. Februarij 1646. §. his accedit obseruantia coram Eminentissimo Ottbobono, quod
sine difficultate procedit, quando actus sunt † numero 17
plures Alex. cons. 5. num. 7. & seq. lib. 5. Rota dec. 295 num. 2. versic. & est regulare par. 3. & dec. 14. num. 5. par. 7. rec.

Nec releuat, quod Baua separatim egerit in Tribunali A. C. contra Caccionum debitorem Platti sui debitoris, solummodo pro summa contenta in eius mandato, nam cùm ratione interesse Notariorum necessarium fuerit summam diuidere, & dum mandata suscipere non poterat Baua pro maiori quantitate, quam in eius mandato contineretur exequutionem petere, nam concurrente præsertim aliorum consensu, qui iam erant satisfacti, aliæ verò actiones, quæ factæ dicuntur ab eodem Baua, & Socijs non communicatæ visæ sunt Dominis non probari, quia consistunt in partitis transmissionis ad Nundinas pro cambijs, quæ non sunt pecuniæ receptæ in contanti, nec veræ, & effectiuæ solutiones, & constitutiones debiti contra Plattum communem debitorem ex mandato, Domini omnem æquitatem sequuti, dixerunt, quod quatenus per veras probationes iustificetur fuisse exactam à Baua maiorem quantitatem, quam ab alijs, adstringi poterit ad diuisionem proportionabiliter eodem iure quo Platti, & Pi-
sentes ad contributionem coguntur, & seruetur à Iudice † in- 18
ter litigantes æqualitas, Rota in Fulginaten. Subhastationis

19. Ianuarij 1656. §. visum est coram me, & prius in Romana Census, seu depositi 26. Ianuarij 1646. §. primo quoad sufficientem coram R. P. D. meo Meltio, & in Maioricen. Parochialis 10. Decembris 1650. §. *& sicut coram R. P. D. meo Celse.*

Argumentum verò deductum ex text. *in l. filius famil.* 117. §. *dictis il secondo in fin. ff. de legat.* 1. vbi dicitur, quod si bona hæredis à creditoribus testamentarijs distrahantur
19 † fideicommissarijs communem eum legatarijs fortunam
sortiuntur, inter quos tamen constat nullam adesse Societatem, tollitur, ex eo quod, omisso an in themate illius textus propter damnum communiter contingens ex venditione bonorum supradicti possint lato quodam modo, & per accidens Socij appellari saltem societate,
20 † quam societatem incidentem vocat, Felin. *de Soc. in prohem. num.* 28. in casu ibi proposito, non constat quod Legatarij, & vocati ad fideicommissum communem for-
21 tunam ea proposito & voluntariè sequantur, † sed potiùs coactè videntur ob æs alienum Testatoris in eandem fortunam incidisse, vt colligitur *ex gloss. ibi in verbo fideicommissarij versic. & dicit communem*, vbi quod in hoc consistit communis fortuna, quod legatarijs cæteris nihil debetur, quando superet æs alienum, & sic deficiente subiecto Societatis, & consensu partium substantialiter requisito Socij appellati non possunt, in præsenti autem è conuerso per pactum expressum dispositiuè, & ea professu voluerunt isti communem fortunam subire, & propterea quicquid sit quod consideratis casibus, qui ex fortunæ varietate occurrere potuissent, Societas hæc etiam incidens dici posset, habito tamen respectu ad exactio-
22 nem, † talis est Societas per quam vnus alteri portionem summæ exactæ communicare tenetur; Menoch. *dicto consil.* 64. *num.* 4. *&* 5. *vers. rursus dicimus* Neguf. *de pign.* 2. *memb.* 5. *par. num.* 38. *vers. & ex prædictis etiam*, Vinc. de Franc. *dicta decis.* 635. *num.* 3. *in fin. vers. & notissimè dicebatur, & num.* 6. *vers. prædictis non obstantibus per tot.*

Et tamen ex abundanti vnus Dominorum addebat, quod etiam si essemus extra terminos Societatis adhuc tamen quando concurrunt duo Creditores ex eodem titulo, & contractu venientes, & pares in tempore, & hypo-
23 theca, prout in præsenti, † facienda est inter eos pro rata quantitatis exactæ communicatio, Gloss. *in l. si es iure* 20. *verbo priuilegijs, versic. si autem pretenderet ff. qui potiores in pign. habean.* Gutr. *qu. cm.* 10. *num.* 15. *lib.* 5. Cassan. *in Catal. glor. Mund. par.* 12. *consider.* 99. *limit.* 13. & alij relati à Gaspare Anton. Thesaur. *quæst. Forens. lib.* 2. *cap.* 16. *sub. num.* 13. *vers. & quamuis iste casu, & lib.* 3. *q.* 106. *n.* 5. Anton. de Amat. *d. resol.* 31. *n.* 13. *vers. qua non minus par.* 1.

Cætera ex aduerso deducta, & signanter, quod pactum, *di correr egual fortuna*, sit restrictum ad pretium ex vino venali redigendum fuerunt optimè sublata in alijs decisionibus, quarum responsiones Dominis placuerunt.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana de Millinis.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Qui Religionem ingreditur facta prius renunciatione in casum, quod professionem emittat, si post professionem supprimatur Religio bona iam Renunciatario quæsita non recuperat.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus egrediens è Religione quando, & quæ bona per eum antea renunciata recuperet.*

2 *Dispensatio Apostolica non retrotrahitur in præiudicium tertij, & iuris iam quæsiti.*

Papa non præsumitur tertio præiudicare voluisse, eiusque iuri quæsito, n. 2.

3 *Religiosus exiens è Religione ante emissam professionem bona etiam renuntiata recuperat.*

4 *Renuncians intuitu Religionis si nunquam fuit Religionem ingressus bona recuperat.*

5 *Renunciatio corruit annullata professione, & quando, vide num.* 6.

7 *Renuncians cum conditione recuperandi in omnem euentum egressus semper bona recuperat, si egrediatur.*

8 *Renunciatio sub conditione professionis, professione secuta remanet pura.*

9 *Causa duæ si æquè principaliter in renunciatione apponantur, quando ex vna tantum renunciatio substineatur.*

DECISIO CCXXII.

D. Io: Celsus Millinus anno 1614. sunt verba præcisa renunciationis: *Diuino spiritu ductus, & desiderans Altissimo famulari, & sic aliquam religionem claustralem ingredi, & habitum suscipere, ibique diuina fauente clementia persistere, & professionem emittere, aduertensque familiarum nobilitate cum facultatibus coniunctam in sua honorifice statu diutius conseruari cessit, renunciauit, & irreuocabiliter donauit inter viuos sex suis germanis fratribus portionem ipsi competentem in bonis paternis, maternis, ac fraternis omniaque bona, ac iura quorumcumque ascendentium, & collateralium consanguineorum, seu affinium hactenus, siue cum testamento, siue ab intestato defunctorum eidem de præsenti competentia, aut in futurum vigore cuiuscumque fideicommissi nondum purificati competitura*; addita declaratione, quod qualibet ex dictis duabus causis sufficiens esset pro validitate huiusmodi renunciationis, atque iuncta conditione, quod ipsa renunciatio suum sortiretur effectum, quatenus ipse in aliqua religione claustrali habitum susciperet, & professionem emitteret. Successiuè ingressus fuit religionem Clericorum Regularium S. Laurentij in Lucina, & post ibi emissam solemnem professionem anno 1615. cum successiua permanentia per annos 23. de licentia Sacræ Congregationis Regularium transiuit ad Congregationem Boni Iesus Rauennatensis. Cùmque huiusmodi Congregatio à fel. rec. Innocentio X. anno 1651. suppressa fuerit, ideò regressus ad seculum introduxit coram A. C. Areosto Iudicium reintegrationis ad bona renunciata, & per sententiam succubuit, vnde delata mihi causa appellationis dubitaui, an ipsi esset danda petita reintegratio, & negatiuè responsum fuit.

Inconfesso enim est apud partes, quod bona renunciata, quæ nunc Iudicio reintegrationis petuntur post emissam professionem, & ante egressum è Religione iam quæsita erant fratribus renunciatarijs ob prædecessum parentum, & purificationem fideicommissorum: Bona enim tertio quæsita non recuperat egrediens è Religione facto Papæ, vel ex simili dispensatione, aut prouisione Aposto-
lica, † licet secus sit quoad alia nondum quæsita, sed post 1
egressum de futuro quærenda, vt optimè declarat Bart. *in tract. minoric. lib.* 4. *distinct.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. *per tot.* Bald. *in Auth. ingressi num.* 64. *vers. si tamen Papa, C. de sacros. Eccles.* Syluest. *in summa verbo religio quæst.* 10. *num.* 10. *post med. vers. Et confirmatur ista decisio cum alijs per* Rot. coram bon. mem. Buratt. *dec.* 510. *per tot. repetitur in decis.* 576. *in eodem volum.* Adden. *ad eamdem decis.* 756. *num.* 26. *& in proximis terminis*, ita conciliat DD. inter se contrarios Barbos. *de iur. Eccles. Vniuers. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 242.
Dispensatio enim Apostolica non retrotrahitur in præiudi-
cium tertij † cui non censetur Papa voluisse præiudica- 2
re, & ius iam sibi quæsitum auferre, vt pluribus relatis responsum fuit in *d. dec.* bo. me. Buratt. 510. *seu* 576. *n.* 5. *&* 6.
Authores verò in contrarium allegatos, vel loquuntur 3
in exeunte à Religione ante emissam professionem, vt Dec. *cons.* 86. *num.* 5. *vers. Et ista donatio*, Menoch. *de arbitr. cas.* 436. *num.* 6. *&* 7. Gratian. *discept.* 96. *num.* 1. *cum seqq.*
Vel in eo, qui nunquam Religionem ingressus fuit, vt 4
Soccin. sen. *cons.* 333. *num.* 3. *lib.* 2. Surd. *cons.* 445. *num.* 36.
Aut si professio † annulletur, Honded. *cons.* 73. *n.* 10. *&* 11. 5
lib. 2. Nauar. *pract. quæst. par.* 2. *quæst.* 72. *num.* 1. *& per tot.*
quod verum esse, quando professio † est nulla ignaro profi- 6
tente declarat, Sanch. *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 25. *cum seqq.* Aut demum quando adest expressa conditio reuocandi, & redeundi ad bona † in omni casu exitus è Religio- 7
ne, vt firmat Natt. *cons.* 180. *n.* 1. *& per tot.* & in his terminis

loqui-

loquitur Rot. *in Bononien. successionis de Zanis 17. May 1641. coram bon. mem. Bichio*, vbi aderat espressa conditio, quod valeret renuociatio quateous ingrederetur Religionem, & in ea maoeret siue professus, siue non, quia si è dicta Religione egrederetur, & habitum dimitteret, intendebat omnia, & singula esse infecta; similis eoim conditio sic qualificata oon legitur in controuersa renunciatione, sed simpliciter ibi: *Ea conditione &c. quod huiusmodi cessio, renunciatio &c. suum sortiatur effectum, & locum habeat quatenus ipse D. Celsus in aliqua Religione claustrali habitum suscipiat, & professionem emittat*, quæ cum fuerit purificata per professionem emissam in Religione Clerico-
8 rum Regularium anno 1615. renunciatio remaosit pura, *l. potior vers. cum enim semel, ff. qui pot. in pig. habeantur cum concord.* allegatis coram bo. me. Merlin. *dec. 178. nu. 12. & dec. 762. num. 1.*

Quæ certius procedunt in proposito, quò causa renunciationis non fuit solus ingressus in Religionem, sed etiam æquè principaliter, & independenter agnationis conseruatio sub explicita declaratione, vt supra dictom est, quod quælibet ex supradictis causis esset sufficiens ad substineñ. renunciationem; Vnde esto, quod cessauerit causa Religionis (quæ tamen respectu iam quæsitorum nullatenus
9 cessauit ex prædictis) † nihilominus sufficeret causa conseruationis agnationis, vt pluribus adductis respondit Rot. coram bon. mem. Merlin. *dec. 229. num. 15.* & coram Eminentiss. Card. Otthobono *dec. 10. nu. 45. & 46.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papieñ.

Toletana Decimarum.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Decimæ cùm aliæ sint de iure humano, aliæ de iure diuino, earum exigendi quasi possessio quomodo probetur contra successores, maximè exemptos; Priuilegia exemptorum specialiter loqui debent, & derogere *cap. Nuper de decim.*

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium solet aliquid remittere de rigore iuris.*
2 *Arbitrium regulatur à iure.*
3 *Maximè, quando datur in commissione emanata à Signatura Iustitia.*
4 *Signatura iustitia non facit rescripta gratiosa, & aberrantia ab ordine iuris.*
5 *Appellatio suspensiua non admittitur à sententia, seu decreto condemnante ad solutionem decimarum.*
6 *Appellatio non datur à tributis, nec à decimis.*
7 *Sententia validitas ex reuolutione processus apparet.*
8 *Decimarum exactio probatur ab existentia bonorum intra limites Ecclesia, qua decimari solet.*
9 *Etiamsi agatur contra Religiosos.*
10 *Decimas exigendi quasi possessio sufficit ad fundandam intentionem pro illarum exactione.*
11 *Decimarum exactio contra antiquos possessores, suffragatur contra successores.*
12 *Decimas exigendi possessio ex mutatione persona non ammittitur.*
13 *Priuilegia debent in forma probanti exhiberi.*
14 *Priuilegia exemptiua debent continere specificam derogationem, cap. nuper de decim. nu. 20.*
15 *Et non sufficiunt clausula generales.*
16 *Priuilegia simpliciter loquentia de decimis intelliguntur de extraordinarijs.*
17 *de Ordinarijs verò debet fieri specialis mentio.*
Decima alia sunt de iure humano, alia diuino, num 16. & 17.
18 *Commissio non potest extendi ad ea, qua specificam mentionem requirebant.*
19 *Exemptio est à iure communi exorbitans, & tertio praiudicialis.*
20 *Cap. nuper de decim. Conciliarem dispositionem continet.*
21 *Decimas non soluendi possessio ex petitione, & denegata solutione probatur.*
Et acquiescentia saltem per 10. annos.
22 *Testes quomodo concludant negatiuam solutionis.*
23 *Possessio particularis exigendi praefertur cuicumque possessioni generali exemptiua.*
24 *Paupertas, vt liberet à solutione, debet esse talis, vt cogat fame perire.*

DECISIO CCXXIII.

Decimas, quas Catherina de Salazar Ioannes de Vega, alijque semper soluerant ex quibusdam prædijs per eos possessis in Territosio Oppidi de Arganda Toletanæ diæcesis, cùm soluere recusarent Fratres Augustiniani Discalceati moderni dd. prædiorum possessores fuit propterea contra eos de anno 1640. motum iudicium coram Iudice decimarum Arebiepiscopatus Toletani, & ad fauorem Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi, Parochi, aliorumque participantinm pro solutione pronunciatum, iotroducta postmodum appellationis causa coram Reuerendissimo Hispaniarum Nuncio, ipse moderatus fuit iobibitionem ex quo agebatur de causa decimarum sui natura inappellabili, sed non acquiescentibus adhuc dictis Fratribus Discalceatis additaque Signatura Iustitiæ cum ab ea obtinuerint causam committi in Rota cùm clausula sine retardatione decimarum arbitrio Rotæ ad formam huius rescripti, dubium hodie proposui, An arbitrium pro retardatione intret, & Domini negatiuè resoluerunt.

Fundamentum resolutionis fuit, † quia arbitsium licet 1
soleat aliquid remittere de rigore iuris, Rota coram san.
mem. Greg. XV. *dec. 189. & 161.* Add. *num. 8. in recen. dec.*
450. num. 1. dec. 284. num. 5. par. 2. Regulatur † nihilominus 2
à iure, Batr. *in Extrauagant. ad reprimen. in verb. videbitur*
num. 8. Cæsar de Grass. *dec. 8. num. 1. de sent. & re iud.* Rot.
in recent. dec. 365. nu. 1. par. 1. dec. 698. num. 1. par. 2. in Bononien. Parochialis 24. Aprilis 1651. coram me in princ. Eoque magis quando prout hic, † arbitrium legitur datum 3
io commissione emanata à Signatura iustitiæ, † quæ non 4
facit rescripta gratiosa, & aberrantia ab ordine iuris, vt
firmauit Rota *dec. 558. nu. 1. in fin. par. 1. recen.*

De iure autem est, vt à sententia, seu decreto condemnante ad solutionem decimarum appellatio † suspensiua 5
non admittatur, *cap. ex multiplici, & cap. tua nobis de dec. 7.*
q. 3. & hanc doctrinam ex his iuribus sequitur, Specul. *tit. de*
appell. §. in quibus causis, & ex quibus causis appell. poss. sub
num. 4. arguens, quod sicuti non appellatur à Tributis ita 6
nec à decimis, *l. abstinendi, & l. fin. C. quorum appell. non recip.* Rebuff. *tract. de decim. quaest. vlt. num. 21.* Modern. Mediolaneo. *eod. tit. cap. 8. num. 58.* & firmauit Rota *in Cæsaraugustana decimarum 12. Decembris 1650. coram me in princip.*

Neque solutio decimarum retardari posse videtur prætextu alicuius nullitatis, vel iniustitiæ decreti, † validitas 7
siquidem apparet ex reuolutione processus, ex quo constat de omnibus requisitis, *iuxt. decis.* Caputaq. 260.
par. 2.

Iustitia verò, & ipsa clarè resultat eo ipso, quod probatum estat bona, quæ decimari prætenduntur existere intra limites parochialis Ecclesiæ de Arganda. Tunc namque satis de iure fundatam dicuntur habere intentionem tam
Archiepiscopus, quàm Rector, alijque participantes † pro 8
exactione decimarum ex dictis bonis, *ad tex. in cap. cenquerente de off. Ord. cap. cum in sua, & cap. cum contingat de decimis*, ibi Io. Andr. & alij, Rebuff. *de decimis quaest. 7. num. 11.* Rota coram Caual. *dec. 487. num. 1.* coram sa. me. Greg. XV. *dec. 449. num. 1. in Vrbinaten. decimar.* coram san. mem. Innocentio X. *dec. 95. num. 1.* post Tamb. *de iur.*
Abb. Vbi hæc conclusio procedit † etiam si agatur contra 9
religiosos, *in Toletana decimarum 15. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Celso, in d. Cæsaraugustana decimarum 12. Decembris 1650. coram me in princ. & in Calagurritana decimarum Sancti Ascensi 17. Aprilis 1654. §. atque coram R. P. D. Zarate.*

Magis vrgere videtur, quod dicta iuris assistentia robur, & fomentum recipit ex quasi possessione, in qua Dominus Archiepiscopus, Rector, alijque participantes reperiuntur
tur exigendi † controuersas decimas, huiusmodi namque 10

quasi

quasi possessio ex quo non versamur in concursu alterius
contendentis de pertinentia decimarum de per se sufficit ad
fundandam intentionem pro illarum exactione, vt resoluit
Rota *dec.* 889. *num.* 4. *& dec.* 1387. *num.* 6. coram Seraphin.
dec. 46. *num.* 5. coram Dutan. *& dec.* 38. *num.* 2. coram Coccinn.

Neque obstat, quod testes deponant tantum de solutione decimarum facta ab antecessoribus, non autem à fratri-
11 bus, † quia quasi possessio huiusmodi acquisita contra antiquos possessores, & Dominos benè suffragatur etiam contra ipsos fratres in eisdem bonis successores, vt in terminis decimarum Rot. *in recent. dec.* 341. *num.* 1. *par.* 1. *dec.* 189. *num.* 3. *par.* 2. Et ratio est, quia in hac materia ius metitur
12 ex parte actoris, † & ita ex mutatione personæ contra quam possidetur, non remittitur possessio, vt benè Rota *in Toletana decimar.* 15. *Iun.* 1648. *coram R. P. D. meo Celso*, *& in Hispalen. decimarum* 25. *Iunij* 1649. *coram bo. me. Bichio*, §. 1. *&* 2.

Neque ad hunc effectum visum fuit suffragari posse fratribus quædam asserta priuilegia Apostolica exemptiua à solutione decimarum respectu illorum prædiorum, quæ proprijs manibus, vel sumptibus ab ipsis coluntur, quia omis-
13 so, † quod nec minus illa exhibentur in forma probanti,
14 adhuc cum contineant specificam † derogationem dispositioni Concilij generalis de quo in *cap. Nuper de decimis*, non sunt illa attendenda iuxta opinionem quam Rota passim tenuit, vt pluribus decisionibus relatis dictum fuit in *Hispalen. decimarum* 27. *Iunij* 1644. *coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, *in dicta Vrbinaten. Decimarum* 25. *Iunij* 1618. *coram san. mem. Innocentio X. in recent. dec.* 42. *num.* 10. *& dec.* 103. *nu.* 2. *par.* 7. *& in Vercellen. decimar.* 13.
15 *Nouembr.* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro*, vbi † quod ad hunc effectum ne minus sufficiant clausulæ generales, sed specialis requiratur derogatio, Cocc. *dec.* 229. *num.* 6. *& in rec. dec.* 229. *nu.* 2. *par.* 2. *rec.*

16 Præterea cùm dicta † priuilegia loquantur de decimis simpliciter intelligenda sunt de decimis extraordinarijs debitis iure humano, scilicet ex impositione Pontificis legato-
17 rum, & similium, † cùm autem de ordinarijs debitis iure diuino, ad quem effectum requiritur, vt specialis de illis mentio fiat, Put. *dec.* 65. *lib.* 3. Caual. *dec.* 247. *nu.* 11. Cocc. *decis.* 279. *num.* 3. Seraph. *dec.* 605. *& dec.* 1293. *num.* 6. *vers. Ideo nulla verba*, *latè in Hispalen. decimarum* 27. *Iunij* 1644. *coram Reuerendiss. Corrado*, §. *in proposito cum seqq. in d. Vercellen. decimar.* 13. *Nouembr.* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *hunc etiam*, *& in sæpius allegata Cæsaraugustana decimar.* 12. *Nouemb.* 1650. *coram me*, §. *ac supposito*, *vbi plures aliæ cumulantur decisiones*.

Non etiam releuat, quod priuilegia aliorum Mendicantium fuerunt huic quoque Religioni communicata, quia omisso, An Mendicantes gaudeant priuilegio exemptionis
18 à solutione decimarum diuinarum, † adhuc cùm in commissione non legatur facta specifica mentio dictæ exem-
19 ptionis non potest fieri ad eam extensio, † quia tanquam exorbitans à iure communi, & tertio præiudicialis speciali expressione indigebat, Tambur. *de iur. Abb. tit.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 18. *num.* 34. *& seqq.* Canal. *dec.* 243. *num.* 10. *vers. tandem*, Rota *in recen. dec.* 214. *nu.* 5. *par.* 2. *dec.* 240. *nu.* 8.
20 *par.* 4. Et cùm † expressa derogatione, *cap. nuper. de decim.* tanquam continentis dispositionem Conciliorum, vt in his terminis dixit Rot. *in Hispalen. decimarum* 25. *Iunij* 1649. *coram bon. mem. Bichio*, §. *minus releuat*, *& in Toletana decimarum* 28. *Ianuar.* 1650. *coram Reuerendiss. Tarracinen. & in d. Vrbinaten. decimarum* post Tambur. *decis.* 95. *num.* 4.

Minus Fratribus suffragatur, vt ex eo, quod post acquisita bona non soluerunt ex illis decimas, inde videantur constituti in quasi possessione libertatis non soluendi, nam
21 ad hunc effectum † non sufficit decimas non fuisse solutas nisi, & copulatiuè probetur, quod decimatores illas petierint, & fratres denegauerint solutionem, ac tali denegatione decimatores acquieuerint saltem per 10. annos, vt tenet Modern. Perus. *de manut. obseru.* 10. *num.* 100. *cum seqq. & obseru.* 58. *num.* 13. *& seqq.* Rot. *in Hispalen. decimarum* 19. *Iunij* 1648. §. *nec releuat coram me*, *&* 25. *Iunij* 1649. §. *dici verò non potest coram bon. mem. Bichio*, *& in d. Toletana decimar.* 28. *Ianuarij* 1650. *coram Reuerendiss. Terracinen.* §. *Nec refert*.

Nihilque facit, quod Testes examinati ad instantiam fratrum deponant eos in dicto oppido de Arganda Decimas non persoluisse, & indè prætendatur eos esse immunes,
quia dicti † Testes non concludunt negatiuam solutionis 22
per remissionem actus à sensu deponendo, quod solutio non potuisset fieri, quin ipsi vidissent, Rota *in Hispalen. Decimarum* 15. *Febr.* 1647. *coram me*, §. *quia naturam*, *& in dicta Vercellen. Decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *minus*.

Vlterius admissa etiam probatione generalis possessionis dicti Ordinis non soluendi Decimas in dicto Oppido, adhuc cùm per Testes examinatos ad instantiam Parochi, & aliorũ participantium probata existat eorum particularis possessio exigendi Decimas de controuersis bonis, vtique hæc par-
ticularis possessio semper præferenda venit cuicumque alte- 23
ri possessioni generali exemptiuæ, vt in puncto dixit Rot. coram Seraph. *dec.* 1380. *num.* 1. *vers. his tamen non obstant*, *& in dicta Toletana Decimarum* 15. *Iunij* 1648. §. 1. *& possessio verò vniuersalis coram R. P. D. meo Celso*.

Denique non obstat allegata paupertas fratrum pro prætensa exemptione à solutione controuersarum Decimarum,
quia vt ad hunc effectum † paupertas suffragari posset de- 24
beret probari talis, & tanta, vt si per ipsos Decimæ soluerentur coacti essent fame perire, Io. And. *in cap. cum homines*, *vers. persoluant*, & ibi Abb. *num.* 5. & alijs de Decimis Rebuff. *eod. tract. qu.* 5. *num.* 14. *& seqq.* Rot. *inter impress.* post Tamb. *de iur. Abb. dicta dec.* 95. *num.* 7. *& in Vercellen. Decimarum* 15. *Ianuarij* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro*.

Ex ità Informantibus tantùm Reuerendissimo Archiepiscopo, Parocho, alijsque de dictis Decimis participantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Firmana Parochialis.

Veneris 4. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus laicale ex multiplicatis, & effectuatis præsentationibus probatur etiam in Ecclesia regulari per cuius secularizationem non extinguitur, nisi indiuidua mentio fiat, cùm non præsumatur Papam velle præiudicare Patronis.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus vsurpationis præsumptio non cadit in familijs priuatis.*
2 *Sac. Concil. Trid. nihil innouauit in Iurepatronatus familiæ priuatæ.*
3 *Iuspatronatus ex quadragenaria possessione præsentandi cum fama, & adminiculis probatur.*
4 *Præsentationes per centum annos effectum sortita iustificant Iuspatronatus tanquam ex dotatione, & fundatione.*
5 *Præsentationes successiuæ, & frequentes iustificatæ quadragenariam concludunt.*
6 *Fama ex Testium depositionibus probatur.*
7 *Adminicula plura beneficij qualitatem probant.*
8 *Enunciatiuæ sufficiunt ad fauorem Patroni.*
9 *Papa in dubio non intendit præiudicare Patronis Laicis.*
10 *Prouisiones Apostolicæ non mutant anteriorem statum beneficij.*
11 *Clausula (dummodo dispositio ad nos pro hac vice pertineat) Iuspatronatus præseruat, & totam gratiam restringit.*
12 *Sententia antiqua pro verificatione Iurispatronatus plurimum deferendum est.*
13 *Ordinarij non solent de facili pronunciare pro Iurepatronatus.*
14 *Citationem ex lapsu 86. annorum præsumitur præcessisse.*
15 *Citari sufficit interesse habentem, & contra quem directa fuit petitio.*
16 *Permutatio cum assensu Patronorum non interrumpit præsentandi possessionem.*
17 *Iuspatronatus laico in Ecclesiis regularibus absque priuilegio Apostolico non acquiritur.*

18 *Quod*

18 *Quod intelligitur de Ecclesiis principalibus, non autem ab illis dependentibus.*
19 *Ecclesiæ secularizatio regularitatis tantum statum, & qualitatem mutat.*
20 *Iuspatronatus per Ecclesiæ secularizationem non tollitur, nisi expresse declaretur.*
21 *Et præseruatum remanet, nisi de eo fiat specialiter, & indiuidua mentio.*

DECISIO CCXXIV.

FVit de Parochiali Ecclesia SS. Quirici, & Iacobi Castri
Lapadone per obitum Marsilij vacata vti de Beneficio
libero ab Ordinario per concursum prouisus Io: Baptista,
quem excludere prætendens Bonifacius ad eam præsentatus
ab Adamis, & Moronis, eo quod esset de illorum Iurepa-
tronatus obtinuit Causam in Rota committi, & dari du-
bium an de eo constaret, quo hodie per me proposito DD.
affirmatiuè responderunt, ea nimirum ratione, quia cùm
1 agatur † de familijs priuatis, in quibus non cadit vsurpa-
tionis præsumptio Iurispatronatus non exigit exactio-
2 rem probationem, quàm de iure requiret ante † Sac.
Concil. Trid. quarum respectu nihil innouauit, *sess. 24. c. 9.
de reformat.* Propterea illa verba aliasue secundum Iuris dis-
positionem &c. vt pluries dixit Rot. *& signanter decis.* 331.
nu. 1. par. 2. diuers. & in recent. dec. 360. & 674. vbique nu. 2.
coram Card. Caual. *dec. 560. num. 1.* Buratt. *dec. 142. num. 6.*
3 Ideò statur ordinariæ probationi, † quæ concluditur ex
quadragenaria possessione præsentandi cum fama, & ad-
miniculis cum illius haben. ex Bald. *in l. cum super eo de re
iud.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. num. 83.* Cassad. *dec. 2. nu. 4.
de probat.* Buratt. *dec. 142. num. 16. & in Bonon. Iurispatro-
natus de Butringarijs 16. Martij 1643. §. & in omnem euen-
tum coram bo. me. Bichio.*
4 Aut per multiplicatas † præsentationes spatio centum
annorum effectum sortitas, ex quibus resultat titulus Iu-
rispatronatus ex dotatione, & fundatione, quam de illis
non sit facta mentio, iuxt. Cons. Feder. de Sen. 234. *vers.
ad propositum,* & coram Card. Seraphin. *decis. 1141. num.* 1.
Card. Caualer. *dec. 560. num. 2.* Andr. *in eadem dec. 2 a. nu. 3.*
Buratt. *in dec. 142. num. 3. & in recent. dec. 164. num. 2. par. 8.
in Pistorien. Parochialis* 10. *May* 1641. §. 2. *probasse coram
bon. mem. Card. Verospio Iuniore in d. Bononien. Iurispatro-
natus de Butrigarijs in princip. & in Aretina Plebania 6. Fe-
bruarij* 1654. §. *præmisso coram Reuerendiss. P. Domino meo
Cerro.*
Huiusmodi quadragenaria imò centenaria possessio de-
sumebatur in præsenti ex publicis documentis præsentatio-
num, sumendo omissis antiquioribus initium ab anno
1606. vsque in præsenti non vacante tunc dicta Parochiali
ad nominationem Patronorum fuit admissus quidam Io:
Philippus Moriacus Abbatiæ S. Crucis, per cuius obitum
paulò post secutum, vt pariter à Patronis nominatus suc-
cesserit Antonius Brunus fuit præuia præsentatione proui-
sus Antonius Euangelista, & anno 1637. occasione similis
resignationis per eundem factæ fuit eorum nominatione
institutus alter Euangelista, quo de anno 1657. defuncto
præsentatus extitit à Patronis, & institutus vsque ad septi-
5 mum, † quæ quidem successiuæ, & frequentes præsenta-
tiones, & per totum dictum tempus factæ, vndequaque
concluditur quadragenaria, & ex ipso probantur effectua-
tæ, quod per obitum, vel cessionem, cuius fuit alter præ-
sentatus, & institutus *iuxta cons.* Oldrad. 229. passim à Ro-
ta receptum, & canonizatum, Comitul. *dec. 60. num. 9.* Se-
raph. *dec. 294. num. 1.* Buratt. *in citat. dec. 142. nu. 6. & 172.
num. 5. & in Balneoregien. Iurispatronatus 11. May 1650.
coram Eminentiss. D. Cardin. Otthobono.*
6 Nec fama pluribus adminiculis facta fulcita † deest,
ex enim benè probatur ex Testibus Anno 1570. examinatis
specificè deponentibus hanc Parochialem pluries eorum
tempore vacasse, & semper ad præsentationem illorum de
Adamis, & Moronis admissos Rectores, qui tanquam ta-
les donec vixerint, vel resignauerint pacificè possederunt,
& hoc idem à maioribus suis audiuisse subdunt, vt in *Sum.
num. 3.* Rot. *dec. 224. num. 4. par. 1. recent.* Buratt. *decis. 172.
num. 20.* & coram Merlin. *decis. 4. num. 4. & decis. 407. num.
11. & 12.*
Adminicula autem hic dantur, & quidem vrgentia, quo-
rum primum desumitur ex antiquissima præsentatione per
Procuratorem ad hoc specialiter constitutum facta de anno
1438. vt in Summ. Bonifacij num. 1. Alterum ex prædictis
omnibus Institutionibus ab Anno 1506. citra sequutis cum
expressione, quod hæc Parochialis esset de Iurepatronatus
familiarum de Adamis, & Moronis, tertium ex litteris
Apostolicis in gratia reualidatoria obtenta per Prouisum de
Anno 1571. promulgata Canonizatoria prædicti Iurispa-
tronatus de qua infra, † quæ omnia obtinent plusquam 7
vim famæ ad probandam qualitatem beneficij ad fauorem
dd. familiarum cum sufficiant † enunciatiuæ Aret. *in cap.
cum causam nu. 26.* vbi Felin. *num. 4. de probat.* Paris. *cons. 33.
num. 7. lib. 1.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. num. 21.* Lotter. *de
re benef. lib. 2. qu. 13. nu.* 141. Rota coram Achill. de Grassis
dec. 7. nu. 8. de Iurep. Merlin. *dec. 148. sub num. 1. & dec. 101.
num. 7. par. 6. rec.*
Non obstat, quod de anno 1570. Parochialis fuit vti de
libera collata Antonio de Meis, & hanc postremam col-
lationem esse attendendam ad elidendum Iurispatrona-
tus iustificationem, & centenariam interruptionem.
Quia cùm † Papa in dubio non intendebat præiudi- 9
care Patronis laicis id exprimat. Ideò † prouisiones Apo- 10
stolicæ non mutant naturam, nec anteriorem statum Be-
neficij ex Calderin. *dec. 26. de Præbend.* Dec. *cons. 126. sub
num. 4.* Seraph. *dec. 799. num. 3. dec. 1273. num. 2. dec. 1301,
& 1364. nu. 4.* vel concurrant actus positiui in contrarium,
puta quia Patroni præsentare tentauerint, & fuerint reie-
cti iuxta monitum Gemin. *in cap. cum te num. 9. de Præben.
in 6.* Rot. *dec. 109. num. 8. par. 2. diuers.* & coram Duran.
*dec. 74. nu. 57. & in d. Aretin. Plebania, §. non obstat coram
R. P. D. meo Cerro.*
In proposito autem vtrumque deficit, nam Papa nedum
expressit, quod liberè conferebat in Patronorum præiudi-
cium, sed potius colligitur oppositum, ex quo in litteris
adiecta fuit † clausula dummodò dispositio ad nos pro hac 11
vice pertineat, qua mediante censetur Iuspatronatus præ-
seruatum, nec voluisse quatenus Parochialis non esset suæ
liberæ collationis, ad quam clausula prædicta totam gra-
tiam restringit, Rot. coram Seraph. *dec. 755. nu. 1.* Buratt.
dec. 150. in fin. in rec. dec. 777. nu. 6. par. 8. Adden. ad Greg.
dec. 414. Litt. A. C.
Multò minùs affirmari potest, quod Patroni præsentare
volentes fuerint reiecti, quin imò cùm Antonius Aposto-
licus esset familiaris de Vrbino, tunc temporis Abbatiæ
Auellanæ, & huius Ecclesiæ Commendatarij curauit idem
Cardinalis primo illum à Patronis præsentari, sicut paulò
post fecerunt, vt apparebat ex datis in Summ. Bonifacij
num. 7. & postea ad præseruan. Patronatus Iura ad eorun-
dem Patronorum petitionem causam verificationis illius
commisit Gubernatori Ciuitatis Lauretanæ, qui ser. ser-
uan. exhibitis antecedentibus præsentationibus, & Institu-
tionibus, & Testibus supra relatis formiter examinatis per
diffinitiuam sententiam pronunciauit Ius præsentandi ad
controuersiam Parochialem ad prænominatos Adamos per-
tinere, cui tam antiquæ sententiæ per Commissarium spe- 13
cialiter à Cardinali Commendatario deputatum latè pluri-
mum deferendum est pro verificatione, & confirmatione
Iurispatronatus, † quia Ordinarij non solent de facili pro- 13
nunciare in Patronatu, cùm præiudicent eorum collationi,
Rip. *respons. 1. & 7. de caus. possess. & propriet.* Rot. *dec. 10.
de Iurepatr.* Caual. *dec. 378. nu. 7. & in dicta Bonon. Iurispa-
tronatus de Butringarijs coram bon. me. Bichio, §. mortuo de
Anno, & in Bonon. Iurispatronatus 1. July 1654. §. præser-
tim coram R. P. D. Celso.*
Non afficit, quod dicatur non constare in prædicto Iudi-
cio fuisse citatum Procuratorem Fiscalem Archiepiscopatus
Firmi, & proindè sententiam super Patronatu lata sit
nulla, nec attendenda, † quia præter quod ex lapsu an- 14
norum 80. præsumitur in omnibus iustificata, ac præcessisse
citationem, Bald. *in cap. vnico num. 11. de Milit.* sufficit
fuisse † citatum ipsum prouisum, qui vltrò erat Vicarius 15
Archiepiscopi de cuius interesse agebatur, & contra quem 15
directa fuit petitio, *l. de vnoquoque* 47. vbi gloss. *in verb.
quem causa, ff. de re iudic.* Rot. *in Bonon. Beneficij* 31. *Mar-
tio* 1653. §. *Nec refert coram me.*
Neque pro centenariæ interruptione, & statu contrario
collatiuo fundamentum fieri posse dicebatur in permutatio-
ne ab eodem Antonio de anno 1572. facta ad fauorem do:
Antonij Gratiani, & successiua resignatione illius anno
1599. in personam Marsilij per cuius obitum euenit præsens
vacatio; Siquidem † permutatio fuit admissa assentienti- 16
bus Patronis, & pro valida resignatione, deindè gratia
perin-

perindè valere, vudè in vtraque fuit adhibitus Patronorum consensus æquipollet veræ præsentationi ad finem, vt contiuuata, non autem interrupta dicatur centeneria possessio præsentandi, Rot. coram Crescentio *dec. 2. de Iurepatronatus*, *& in d. Bomonien. Iurispatronatus coram R. P. D. meo Celsa*, *§. Prout.*

Nun vrget, quod Patroni teneantur exhibere Priuilegium Apostolicum, es quo versamur in Ecclesia Regula-
17 ri, † in qua absque tali Priuilegio in limine fundationis non acquiritur Iuspatronatus, *cap. nobis* 25. vbi gloss. *in verb. nisi obstet de Iurepat.* Rot. *in recent. dec. 29. num. 9. p. 7.*
18 quoniam † id habet locum in Ecclesijs principalibus Monasterialibus, Conuentualibus, & Collegiatis, non autem in his enim vti dependentibus ab illis rectè acquiritur Iuspatronatus laico absque vllo Priuilegio, & declarat idem *text. in d. cap. Nobis vers. secus tamen est*, *&* & sequitur Lambertin. *de Iurepatr. art. 7. lib. 1. par. 1. qu. 11. num. 4. & lib. 2. par. 1. art. 23. qu. 7. no. 3. vers. 2. membr.*

Postremò non obstat, quod versamur in Ecclesia sæcularizata, quæ saltem post sæcularizationem, & vnionem factam Collegio Germanico Abbatiæ S. Crucis Auellanæ à san. mem. Greg. XIII. de anno 1584. perdiderit statum antiquum Patronalem, & effecta liberæ collationis, quia nec ex iure communi, nec ex Bullæ sæcularizationis tenore id
19 argui posset, nec ex Iuris dispositione, † quia per sæcularizationem regulariter censetur mutatus status, & qualitas
20 regularitatis, in cæteris verò † iura tàm actiua, quàm passiua integra remanent ipsi Ecclesiæ, & Patronis nisi expressè tollantur, Innoc. *in cap. Abbate 25. in fin.* & ibi Butr. *num. 22. de verb. signif.* Oldrad. *cons. 267. nu. 1.* Gemin. *cons. 225. num. 12.* Rot. *dec. 358. num. 2. & seq. par. 5. recen.* & coram bo. me. Merlin. *dec. 547. num. 5.* Nec ex verbis Bullæ, quæ potiùs conseruant ius Patronorum, dum excipiuntur Beneficia, & alia ad Abbatem spectan. hæc autem Parochialis talis non erat, quia est distincta, & separata ab Abbatia, nec vnquam docetur à Commendatario collata, & proinde vt antea erat remansit de Iurepatronatus laicorum,
21 quorum † ius semper esset reseruatum, nisi de eis fiat specialis, & indiuidua mentio ex supra allegatis, vt notant Rebuff. *cons.* 106. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 18. num. 1. cum seq.* Rot. *dec. 631. num. 4. par. 3. & dec. 482. nu. 13. par. 4. tom. 2. recent. in Motinen. Bonorum 23. Iunij* 1642. *§. Non verum*, *versic. vndè patet coram Reuerendissimo Terracin.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Rauennaten. Successionis.

Lunæ 7. Maij 1657.

A R G V M E N T V M.

Legitima, quæ ex omnibus bonis matris detrehitur, nullo onere grauari potest, & illa non potest plus relinquere secundo viro, quàm filijs primi matrimonij Rauennæ Statut. de bonis dotalibus, extradotalibus, & parafernalibus disponens, perpenditur.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima detrahitur ex omnibus bonis, siue dotalibus, siue extradotalibus absque onere.*
2 *Legitima ex conditionibus testamentarijs non potest præiudicium inferri.*
3 *Legitima in numero sex filiorum est semis totius hæreditatis deducto ære alieno.*
4 *Filij in detractione legitimæ computantur in capita.*
5 *Dotalia bona sunt æqualiter inter filios diuidenda.*
6 *Filij non possunt in portione legitimæ fraudari.*
7 *Mater potest filios inæqualiter instituere.*
8 *Vxoris dispositio intuitu secundi viri subiacet dispositioni, l. hac Edictali, C. de secund. nupt.*
9 *Non sustinetur, sed reducitur ad æqualitatem inter filios vtriusque matrimonij.*
10 *Iuris præsumptio vti vagantis non solens attendi.*
11 *Vxoris dispositionem fuisse contemplatione secundi viri ex verbis institutionis probatur.*
12 *Vxoris institutio comprehendens filios nascituros coniugali potius, quam filiali amore motam conuincit.*
13 *Patri in bonis aduentitijs filiorum debetur vsusfructus.*
14 *Vxoris dispositionem secundi viri commodum respicere, est materia coniecturalis, & difficilis probationis.*
15 *Testamentum ad euitandam legis prohibitionem conditum nullius est roboris.*
16 *Decis. 173. & 443. coram san. memor. Gregor. declarantur.*
17 *Viri contemplatio sufficit, licet commodum dispositionis in alterum referatur.*
18 *Contemplatione, & intuitu cuius datur, illi datum videtur.*
19 *Coniectura in vltimis voluntatibus simul iuncta considerari debent.*
20 *Mater de bonis extradotalibus, & parafernalibus testari potest ex statuto Rauennæ.*
21 *Statutum Rauennæ respectu dispositionis mulierum circa filios, & virum, se conformat, l. hac Edictali, quo ad dotem.*
22 *Quo vero ad bona extradotalia, & parafernalia d. legi derogata.*

D E C I S I O CCXXV.

Exortis controuersijs inter Co. Ioannem Baptistam, & Iacobum de Vizzanis filios Elisabeth Columbæ ex primo matrimonio, ac Lodouicum, & alios tres fratres de Manzonis natos ex secundo super successione in bonis maternis illisque diuersimodè compositis à Iudice Compromissario, & ab A. Cam. tandem causa ad Rotam deuoluta, & mihi commissa dubitaui hodie an & quæ portio Vizzanis debeatur in eisdem bonis, fuitque resolutum.

Primò deberi † legitimam detrahendam ex omnibus bo- 1
nis eiusdem Elisabeth, siue dotalibus, siue extradotalibus
reiecto quouis onere, ac dilatione tàm in proprietate, quàm
in vsufructu, † qua nullum potuit eis præiudicium inferri 2
ex conditionibus, & grauaminibus in testamento appositis, *l. quoniam in prioribus*, *l. sancimus in principio*, *§. cum autem*, *& Auth. nouissima*, *C. de inoff. test. & in corpore vndè sumitur*, *& §. prohibemus*, ibique gloss. *in verb. relinquat in Auth. de trient. & semis. & §. hac autem disposuimus*, *Auth. vt cum de appellat. cognou.* Bart. *in l. vxori meæ nu. 3. ff. de vsufr. legat.* Bald. *in l. fin. sub num. 9. vers. si autem relinquit liberos*, *C. de indult. ind. toll.* Rota coram Cardin. Caualer. *dec. 256. num. 1. & seqq. in rec. dec. 579. no. 1. par. 5.* & in bis terminis responsum fuit *in Romana Successionis 18. Maij 1646. coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado*, *§. Primo deberi in Bononien. Successionis 15. Martij 1647. coram bo. me. Bichio*, *§. secundo præmittendum est*, *& in alia Bononien. Successionis 3. Martij 1651. coram R. P. D. meo Cerro*, *§. Primo quis.*

Hæc autem † portio inspecto numero sex filiorum ex 3
vtroque matrimonio susceptorum est semis totius assis hæreditatis deducto ære alieno, *§. Primo si vero vltra quatuor* Auth. *de trient. & semiss. d. Auth. nouissima*, *Cod. de inoff. testam.* de quo semisse duæ vnicæ spectant ad Vizzanos aliæ
verò quatuor ad Manzonos † cum omnes in capita com- 4
putentur pro æquali portione, vt habetur *in d. §. 1. vers. si vero vltra quatuor Auth. de trient. & semiss.* Rot. *dec. 47. sub nu. 26. vers. attamen & seqq. par. 6. rec.*

Secundò (detracta legitima omnium filiorum) † ex re- 5
siduo bonorum dotalium deberi tertiam partem Vizzanis alias verò duas partes Manzonis, *iuxt. l. cum alijs*, *§. ad maternas*, *C. de secund. nupt. §. nec illud Auth. de nupt.* Roman. *cons. 477. per tot.* Rot. *decis. 137. nu. 1. vers. cum æqualiter par. 6. recentior. & in dicta Romana successionis 18. Maij 1656. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado*, *§. Tertio dixerunt.*

Non obstat testamentaria matris dispositio, quæ licet inæqualis, vtpotè continens institutionem filiorum primi matrimonij in sola legitima, aliorum verò secundi matrimonij in omnibus bonis nihilominus substinetur, dum primi
legitima † eis debita non fuerunt fraudati per Text. *in* 6
§. illud quoque (penult.) in Auth. de nupt. Bald. *in l. hac Edictali num. 6. C. de secund. nupt.* Dec. *cons. 245. num. 1. vers. quia mater* cum alijs per Rot. coram san. me Greg. *dec. 173. num. 2. & dec. 443. num. 1.* Quia conclusio non procedit
quando huiusmodi † dispositio fuit facta intuitu, & con- 7
templatione secundi viri, nam hoc casu subiacet legi hac

Edi-

Edictali, C. de secund. nupt. Perindè ac si nominatim in
8 eum directa fuisset. † Ideòque non sustinetur, sed redu-
citur ad æqualitatem inter eosdem filios iuxtà veriorem, &
æquiorem sententiam, quam approbauit *Imperator in d. §. il-
lud quoque*, Rimin. iun. *cons.428. à num.1. & plur. seqq.* The-
saur. *decis.170. à num.4. & seqq. & num.11. vers. Verum ego,*
Franc. *dec.435. à num.1. & seqq. ac nu. 44.* Mastrill. *dec. 175.
nu.14. cum seq.* Fontanel. *de pact. nupt. concl.5. gloss.8. nu.24.*
ac tenuit Rota *in d. Romana Successionis 18. May 1646. co-
ram Eminentiss. D. Card. Corrado, §. quia dixerunt*, fuisse
autem dispositionem Elisabeth contemplatione secundi viri
9 factam † omissa Iuris præsumptione, quam vti nimis
vagam, Rota non solet attendere, vt dictum fuit penes san.
me. Gregor. *decis. 443. num. 3. & in d. Romana Successionis
coram Eminentiss. D. Card. Corrado, §. quod autem.* Vi-
10 sum fuit DD. satis probari nedum † ex verbis Institutionis
vniuersalis expressam viri commemorationem amoris erga
illum præseferentibus, ibi, *Giacomo mio figlio come col det-
to Sig. Francesco mio diletto marito &c.* vt in specie ponde-
rat Soccin. sen. *cons. 72. sub num. 11. vers. sed prædictis non
obstan. lib.3.* Surd. *dec.322. sub num. 46. vers. tamen fallit, &
seqq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.16. nu. 5.* Hodiern.
*ad l. hac Edictali qu.2. sub num.50. vers. & ratio esse potest, ac
seq.* sed etiam quia Institutio comprehendit filios nascituros,
qui cùm essent matri incogniti conuincit ipsam non amore
11 filiali, † sed coniugali motam fuisse ad illos instituendos,
vt benè aduertit Soccin. sen. *d. cons. 72. sub num.11. vers. ex
quibus lib.3.* Franc. *dec.435. num.3. & seqq.* Surd. *d. dec. 322.
sub num.47. vers. & hæc opinio cum plurib. seqq.* Mastrill. *dict.
decis.175. num. 27.* Mant. *de coniect. d. lib. 8. tit. 16. num.7.*
Hodiern. *in d. l. hac Edictali qu.1. num.41. & quæst.2. in fine.*
12 Accedit, quod non fuit prohibitus † vsusfructus de Iure
Patri debitus in bonis aduentitijs filiorum, *ex l. cum oportet,
C. de bonis quæ liber.* quod non alia ratione factum censetur,
quam ad vtilitatem eiusdem viri, vt probant Eugen. *cons.1.
n.30. vers.2. principaliter lib. 2.* Ladetch. *cons. 147. sub n.1.
vers. 1.* est Surd. *cons. 252. sub num. 33. vers. Præterea*, Ma-
strill. *dec.175. sub no. 21.* & admisit Rota *in d. Romana Suc-
cessionis 17. May 1649. coram Eminentiss. D. Card. Corra-
do, §. quinimo contemplacionem &c.* vbi respondit contra-
rijs. Ac demum hoc ipsum comprobat. Tum modus dis-
ponendi diuersimodè seruatur in donatione scutorum 1200.
filijs primi matrimonij facta ante secundas nuptias in cuius
limine mater nullum onus adiecit, ac declarauit medio Iu-
ramento eam liberalitatem exercere ex eius certa scientia,
ac libera, & spontanea voluntate, & ob amorem quo sem-
per prosequuta fuit, & tunc magis prosequebatur dd. eius
filios, in testamento autem contrarium profitendo expres-
sit dictam pecuniæ quantitatem donasse circumuentam, ac
diuersis artibus subductam, iussitque in legitimam imputa-
ri. Tum totius testamenti ad Codicillorum contextus cum
plenissima liberatione à redditione rationis, alijsque decla-
rationibus, & cautelis commodum secundi viri respicien-
13 tibus, quæ omnia in hac materia coniecturali, ac difficilis
probationis satis videntur conuincere totum testamentum
cum omnibus in eo contentis præcipuè mariti affectione, &
contemplatione conditum fuisse, ac ea forma conceptum
14 ad euitandam legis prohibitionem, quod proindè nullius est
roboris, *ex text. in d. l. hac Edictal. §. fin vero postquam, &
in §. optimè in Auth. de nupt.* & in specie concludunt Rimi-
nald. iun. *cons. 243. à nu. 31. cum seqq.* Laderch. *d. cons. 147.
sub num. 1. vers. quarto*, est Mastrill. *d. decis. 175. à num. 19.
& seqq.* Bardellon. *cons. 4. nu. 44. cum seq. per tot.* Rota *in d.
Romana Successionis 18. May 1648. coram Eminentiss. D.
Card. Corrado, §. quia contraria in fine.*
15 Nec † aduersantur decis. 137. & 443. coram san. mem.
Gregorio, quia in eo casu constabat, quod vxor tempore
conditi testamenti à secundo viro diuerterat, quodque erga
illum non erat benè affecta cuius contrarium in præsenti
casu concurrit ex prædictis.

Minus obstat, quod ex dicta dispositione nullum resul-
tet commodum secundo viro.

16 Nam (præter quod contrarium supra ostensum fuit.)
Non ideò excluditur eius personæ contemplatio, quæ suf-
ficit licet commodum dispositionis referatur in alterum, vt
probat *text. in l. fideicommissa, §. penult.* vbi plerumque au-
tem intelligendum est priuati causa hoc fecisse licet emolu-
mentum publicatio quæratur, ibique Goffred. & Fulgos. *ff.
de leg.3. & melius in l. penultim. in fine principij*, ibi facilio-
ris suspicio per filium scriptum hæredem, quamuis eman-
cipatum adeuntem liberti hæreditatem ipsum Patronum
habere, cùm omnia quæ nostra sunt liberis nostris ea voto
paremus &c. ibique gloss. *in verb. Patronum habere de bo-
nis liberi.*

Est enim regulare, quod illi † datum videtur cuius in- 17
tuitu, contemplatione & opera datur, *l. solutum, § sole-
tam, ff. de pign. act. l. si sponsus, §. generaliter, ff. de do-
nat.* Surd. *d. dec. 322. num. 51. in fine*, Mastrill. *d. dec. 175.
num. 18.* cum alijs relatis *in dicta Romana Successionis 17.
May 1649. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, §. Primo.*

Neque releuant responsiones contra singulas coniectu- 18
ras allatæ, quia ad hunc effectum non vt singulæ, sed simul
iunctæ considerari debent, vt in terminis concludunt La-
derch. *d. cons.147. sub num. 1. vers. quarta est*, Mastrill. *dict.
dec.175. sub num.19. vers. eoque magis, & seqq.* ac alij relati *in
d. Romana Successionis 14. Iunij 1647. §. quia contraria vers.
ac demum, & 17. May 1649. §. & licet coram Eminentiss.
D. Card. Corrado.*

Ex bonis † verò extradotalibus, & paraphrenalibus 19
nulla portio vltrà legitimam debetur Vizzanis, sed integrè
spectant ad Manzones vigore testamenti Materni, quod
in hac parte rectè substinetur e a statuto Rauennæ *lib.3.c.15.*
Cuius dispositio respectu horum bonorum derogat, *l. hac
Edictali*, quod fieri potest, vt dixit Rota *decis.432. num. 3.
par.1. diuers.* penes san. me. Greg. *d. dec. 173. no.7.* Burats.
dec.396. pariter nu.7. ac in alijs.

Huiusmodi autem derogatio resultat, quia statum res-
pectu † bonorum dotalium, quod vxor si testata decedat 20
relictis filijs tam vltimi, quàm secundi, vel alterius matrimo-
nij de dictis bonis quomodocumque disponere valeat dum-
modò filijs suis masculis, vel fœminis legitimam quocunque
etiam titulo relinquat, & dummodo marito suo tantum
relinquat, quantum vnus ex filijs suis masculis alterius ma-
trimonij ex eodem testamento consequetur. † Et in hac 21
parte non solum non aduersatur *l. hac Edictali*, sed cum illa
omninò se conformat, in quibus terminis ita respondit Rota
*in Rauennat. Laudi 28. Iunij 1613. coram bon. mem. Cardin.
Fabritio Verospio in rec. dec.* 123. *num.3. par. 4.* repetita apud
Merlin. *de legit. dec. 104. eod. num. 3.* Respectu verò bono-
rum extradotalium, & paraphrenalium excepta parimodo
legitima concedit vxori liberam facultatem de illis dispo-
nendi ad fauorem cuiuscumque etiam mariti nullatenus ad-
iecta illa conditione, seù limitatione, quod tantumdem ei
relinquere possit, quantum ex eodem testamento conse-
quitur vnus ex filijs alterius matrimonij: † Vnde manife- 22
sta quo ad hæc resultat repugnantia, & incompatibilitas,
& per consequens implicita dictæ legis derogatio, quæ suf-
ficit, Franc. *decis.435. nu. 24.* Molphes. *ad consuetud. Nea-
pol. par. 3. de success. ex test. qu. 12. per tot.* & admisit Rota
*in decis.432. sub num.3. vers. vel saltem par. 1. diuers. & in
d. Rauennaten. Laudi sub num. 3. vers. vel saltem par. 4. rec.
& in d. Romana Successionis 14. Iunij 1647. coram Eminen-
tiss. D. Card. Corrado, §. quia licet vers. attamen procedit,
ac in Bononien. Successionis 15. Iunij 1648. coram bo. me. Bi-
chio, §. Primo quia.*

Cæterùm ad dos scut. 3000. secundo viro promissa, &
fructus bonorum extradotalium, & paraphrenalium ab eo-
dem viro perceptis durante matrimonio calculari debeant
ad commodum hæreditatis maternæ iuxta aliud Statut. d.
Ciuit. lib.3. cap.16. Sicuti an scuta 1200. liberè donata filijs
primi matrimonij imputari debeant in eorum legitimam,
prout mater in testamento declarauit DD. dixerunt non
esse præsentis inspectionis ideò reseruarunt particulariter
videri.

Et ita resolutum fuit vtraque parte Informante &c.

P. P. D. PRIOLO.

Auenionen. Bonorum.

Lunæ 7. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

In hac Decisione Testamenti fiduciarij materia tractatur, & cùm vt dicatur tale duo copulatiuè requirantur, verba scilicet id præseferentia, & causa, vtrumque plenè dilucidatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Donatario pro augumento dotis debentur, & quantitas donata, & fructus.*
2 *Legatario prælegato competit hypotheca.*
3 *Et debentur fructus à die adita hæreditatis.*
4 *Testamentum confidentiale, vt sostineatur duo debet continere, verba id præseferentia, & causam.*
5 *Testamentum esse fiduciale, ex quibus verbis deprehendatur.*
6 *Testamenti confidentialis causa debet esse certa, & concludens.*
7 *Testatorem confidentiam coram testibus patefacere non est verisimile.*
8 *Testes exceptiones patientes, nec contestes non probant.*
9 *Confidentia per testes etiam singolares probatur.*
10 *Et hoc procedit si testamenti verba sunt dubia, & ambigua.*
11 *Testes ad inducendam ex integro nouam dispositionem, debent esse loco, tempore, ac dicto contestes.*
12 *Contractus super hæreditate facti; eius restitutioni repugnant.*
13 *Ignorantia ex articulis datis super publica voce, & fama excluditur.*
14 *Testes singulares etiam admiuiculati confessionem extraiudicialem non probant.*
15 *Confessio contraria verbis Testamenti non attenditur.*
16 *Donatio ex defectu, seù falsitate causæ finalis corruit.*
17 *Actus per se nullus non sustinetur ex adiectione causa.*
18 *Causa debet aliundè probari, quam per assertionem gerentis.*
19 *Donatio facta à persona in domo donatarij commorante præsumitur per suggestionem.*
Sicuti etiam in articulo mortis.
20 *Præsertim stantibus clausolis insolitis, ac pactis.*
21 *Vsusfructus reseruatio in moribundo vana est, & affectata.*
22 *Clausolæ insolita pro maiori cautela, & actos validitate apposita fraudis, ac doli sospicionem augent.*

DECISIO CCXXVI.

PRosequendo disputationem super reseruatis in decisione edita coram bon. mem. Dunozetto Decano sub die 9. Iunij præteriti, censuit bodie Rota constare de bono Iure Francisci, ac Ioannis Baptistæ etiam ad effectum manutentionis.

Bonum Ius Francisci resultat ex donatione scutor. 100. ei facta per Florettam de anno 1638. in contractu matrimonij inter ipsum, & aliam Florettam donatricis neptem initi,
1 cuius vigore debentur † donatario, nedum quantitas donata, sed etiam fructus illius cum donatio emanauerit pro augmento dotis pro quo fructus debentur non secus, ac ipsa dote, vt in specie probant Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 42. sub nu. 78. vers. & sicuti debitor*, Thesaur. *dec. 45. per tot.* & dixit Rota *dec. 300. num. 10. par. 6. rec. in Auenion. Pecuniaria* 10. *Decembris 1646. coram R. P. D. meo Verospio, vt in dicta decis. bon. me. Dunozetti, §. Denique.*

Ius verò Ioannis Baptistæ prouenit ex legato vineæ con-
2 trouersæ ab eadem Floretta ei relicto, † pro quo competit
3 legatario hypotheca, *ex l. 1. C. comm. de leg.* † Ac debentur etiam fructus rei legatæ, quæ erat propria Testatricis, & cuius dominium recta via potuit in legatarium transferri à die aditæ hæreditatis, ad text. *in l. Herennius la 1. ff. de vsur. l. quæsitum, ff. de acquir. rer. dom. lib. 1. C. de vsur. & fruct. rei leg.* Rota coram Penia *dec. 920. num. 2. & 4.* & apud Pacif. de Salu. *interd. dec. 159.*

Non obstat, quod hæc Vinea spectet ad hæreditatem Iacobi Maurelli senioris, qui Florettam vxorem instituit hæredem in triente sub fiducia, aut onere restituendi Iacobo Iuniori, quia de huiusmodi fiducia, vel onere non con-
4 stat, quippè ad hunc effectum † duo copulatiuè requiruntur, verba scilicet Testamenti id præseferentia, & causa ob quam Testator voluerit potiùs fiduciare, & secreto hæreditatis restitutionem committere, quam palam, ac directè in testamento inserere, vt desumitur ex Text. *in l. in fideicommiss. 3. §. cum Pollidius, ff. de vsuris, in l. quidam cum filius familias 46. ff. de hæred. instit. & in l. fecus saturninos 46. ff. ad Trebell.* in quibus vtrumque concurrebat, & notat Bald. *in d. l. in fideicommiss, §. cum Pollidius*, ibidemque Cyriac. *vers. ego duplici*, Bertaz. *consil. crim. 8. num. 8.* Honded. *cons. 51. num. 88. lib. 2.* Peregr. *de fideic. art. 3. num. 19. vers. & fiduciariam*, Cost. *Iure fisci lib. 3. tit. 19. nu. 3.* Rota coram Card. Caual. *dec. 481. num. 2.* coram Buratt. *dec. 351. num. 13. par. 4. tom. 2. & in Bononien. Iurispatronatus 4. Iulij 1646. §. 1. & in Carpentoraten. Hæreditatis 28. Iunij 1647. §. vt enim hæres fiduciarius cor. bo. me. Bichio.*

In præsenti verò neutrum concurrit non verba, quia Testator institutis hæredibus eadem Floretta in triente; Patre Maurello in alio triente, & Iacobo nepote in alio addidit, ac declarauit, vt sequitur.

Item quod dictus Iacobus Maurellus nepos erit satisfactus, & non poterit quocumque tempore, neque sui non poterunt vmquam aliquid petere, habere, neque prætendere super dictis alijs duobus tertijs dictorum bonorum, & hæreditatis quoquomodo aut pro quauis causa fuerit, esse potuerit, licet necessario hic exprimi debeat.

Quæ † verba tantum abest, quod denotent fiduciam, vel onus restituendi præseferant, quin potiùs directo illi repugnant, ac aduersantur, vt in terminis responsum fuit *in d. Carpentoraten. hæreditatis coram bon. me. Bichio, §. ac in casu nostro deficit etiam causa*, quia sicuti Testator palam, ac directè instituit eundem Iacobum in vno triente ità quoque poterat illum instituere, vel substituere in alio, de quo agitur.

Ea verò, quæ asseritur, quod Testator de hoc triente ita deposuerit, vt Floretta benè tractaretur à nepote; inepta visa fuit siue quia id poterat nepoti coniungi, ac specialiter præcipi in testamento sub aliqua pœna in casum contrauentionis, quod tutius erat, siue quia nepos certus non fuisset, quod benè tractando Florettam hæres ab illa institueretur,
in eodem triente. † Causa autem debet esse certa, & con- 6
cludens, vt benè vtrumque ponderauit Rota *in sæpè allegata Carpentoraten. Hæreditatis coram bon. mem. Bichio, §. cominos.*

Nec releuant Testes numero supra viginti de huiusmodi
fiducia deponentes, quia non merentur fidem. † Tum 7
quia non est verisimile, quod Testator coram tot Testibus patefecerit confidentiam, quam noluerit in testamento exprimere, ne Iacobo innotesceret, vt prætenditur Abb. *in cap. quia verisimile propè finem de præsumpt.* Crauett. *cons. 281. nu. 6.* Rota coram Card. Seraph. *dec. 1129. nu. 2. & post 2. vol. cons.* Farinac. *dec. 100. sub num. 13. vers. vltra quod*,
tum quia † patiuntur quamplures, & releuantes excep- 8
tiones nec sunt contestes de loco tempore, ac dicto, vt latè probatur *in decis.* Rotæ *Auenionen. in hac causa edita à nu. 74. vsque ad numerum* 28.

Non obstat, quod † ad probandam confidentiam ad- 9
mittuntur Testes etiam singulares, *iuxtà cons.* Castrens. 395. *nu. 1. post medium, vers. Isti quidem Testes lib. 2.* quem alij sequuntur.

Quia conclusio locum habet, † quando verba præce- 10
dentis dispositionis sunt dubia, non autem si (prout hic) sunt per se clara, & exclusiua confidentiæ; & ratio est, quia primo casu probatio, non tangit substantiam, sed præsefert dumtaxat declarationem dispositionis iam factæ, verbis tamen ambiguis conceptæ pro qua Testes singulares suffi-
ciunt; secundò verò casu † probatio tendit ad inducen- 11
dam ex integro nouam dispositionem renocatoriam præcedentis ad quem effectum Testes debent esse, loco, tempore, ac dicto contestes nec sufficiunt singulares, vt benè in terminis distinguunt Grat. *discept. 650. num. 24. cum plur. seqq.* Rota coram Buratt. *d. dec. 616. num. 16. in d. Carpentoraten. Hæreditatis 28. Iunij 1647. §. Vnde non vrget, & 5. Iunij 1648. §. 2. Quia testes coram bo. me. Bichio.*

Præterea eorum dicta penitùs destruuntur ex quampluribus, qui contrariam obseruantiam demonstrant, & comprobant illam vti veram hæredem, non autem fiduciariam
agnitam fuisse præcipuè enim † ex diuisione bonorum hæ- 12
reditariorum, & contractu super domo, ac Censo hæreditarijs, quæ omninò repugnant oneri restitutionis, vt in terminis aduertit Rota *in supra allegata decis. 116. num. 20.* coram Buratt. *ac in d. Carpentoraten. Hæreditatis* coram bo. me. Bichio, §. *nec autem obseruantia &c.*

Gra-

Gratisque allegatur, quod Iacobus non haberet ootitiam
huius pacti confidentialis, quia in articulis med. iuramento
ab eo productis posuit de hoc fuisse publicam vocem, & fa-
13 maio † vndè excluditur illius ignotantia, iuxta tradita à Pe-
regr. de fideicommissis actu 52. num. 104. vers. quintus, vbi fa-
mam, Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de transact. resol. 1.
num. 26. cum alijs relatis in d. Carpentoraten. Hæreditatis,
§. quoque Claudius in fine.

Minus obstat confessio extraiudicialis ab eadem Floretta
emissa super d. confidentia, nam præter quod de ea depo-
14 nunt ijdem Testes defectuosi, ac singulares, qui regulariter
noo probant confessionem eatraiudicialem, quamnis sin-
gularitas sit adminiculatiua, Alea. cons. 68. nu. 8. lib. 3. Put.
dec. 466. nu.... lib. 2. in Correct. Card. Seraph. dec. 1172. nu.
5. Buratt. dec. 117. nu. 8. & in d. Carpentoraten. Hæreditatis
28. Iunij 1647. §. Vndè, & 5. Iunij 1647. §. Vnde, & 5. Iunij
1648. §. Quia testes &c. adhuc atteodi non debet cum sit de
15 directo contraria verbis testamenti, & facto ipsius Florct-
tæ, ac Iacobi Iunioris iustificato per Instrumenta publica,
& iurata, Surd. cons. 403. nu. 67. Rota dec. 198. num. 1. & de-
cis. 283. nu. 16. par. 6. rec. ac in alijs.

16 Exclusa autem fiducia † corruit quoque donatio eidem
Iacobo facta per Florettam, tam de bonis hæreditarijs, quàm
proprijs ea defectu, seu falsitate causæ fioalis, quæ (vt ap-
paret ea illius procemio) tota versatur io dicto confidentia-
li onere, vt latè probant Guidop. dec. 632. sub num. 1. vers.
nec etiam valet cum seqq. Dec. resp. 32. nu. 33. lib. 3. Grat. di-
scept. 96. num. 26. cum plur. seqq. & discept. 558. num. 24. &
25. Cyriac. contr. 65. num. 19. & seqq. Rot. coram Buratt.
dec. 282. num. 8. & 9. in rec. dec. 20. num. 1. & 2. par. 5. & in
Romana Domuncularum 20. Febr. & 26. Iunij 1648. coram
bo. me. Dunozetto.

Nec relenant adiectæ assertiones, pro eaooeratione con-
scientiæ, ac de implemento voluntatis viri defuncti, qui tale
17 onus iniunxit: Quia † actus per se nollus non sustinetur
ea adiectione causæ, quæ reddit illum validum, nisi ea pro-
18 betur aliuodè, quam per assertionem gerentis, l. qui testa-
mentum, ff. de probat. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de le-
gat. 3. Castr. cons. 177. sub num. 2. vers. nam illa verba lib. 1.
Dec. cons. 132. nu. 2. Lancell. dec. Granat. 84. num. 16. in fine,
Rota dec. 52. nu. 5. & dec. 526. nu. 10. par. 1. rec. & in termi-
nis responsum fuit in Romana Donationis 31. Ianuarij 1648.
coram R. P. D. Verospio, §. neque banc solemnitatem.

19 Præterea dictæ assertiones † sicut ipsa donatio processe-
runt à vetula repuerascente in domo donatarij commotan-
te, ac ferè in mortis articulo instituta, quæ omnia suadent
donationem fuisse per soggestionem, vt respectiuè probant
Comitul. cons. 65. sub num. 32. vers. quod in Domo Donatarij
lib. 1. Dec. d. resp. 32. num. 13. 15. & seq. lib. 3. Mantic. de
coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6. nu. 9. Thesaur. iun. quæst. forens.
lib. 1. qu. 56. sub nu. 10. Rota coram Mantic. dec. 60. num. 6.
20 Præsertim stantibus clausulis, † & pactis insolitis in ea ap-
positis videlicet promissione eiectionis ad quam regulari-
ter donans non adstringitur palliata, ac inutili reseruatione
librar. 800. ob ingentes alienationes bonorum à dooatrice
per antea factas in ipsum donatarium ac reseruatione vsus-
21 fructus, † quæ in moribunda, vt hic vana est, ac affe-
ctata, vt latè recensetur in d. decis. Rotæ Auen. num. 176.
cum pluribus seqq.

22 Ea † quibus (vt dignoscitur) appositis pro maiori caute-
la, & actus (alioquin suspecti) validitate maior quoque in-
surgit fraudis, & doli suspicio, secundum Bald. in l. testa-
mentum tertio not. C. de Testam. Decian. d. resp. 32. nu. 64.
& seq. cum alijs per Rotam in Romana Successionis 17. Maij
1649. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, §. quini-
mo vers. multo magis.

Et ita decisum vtraque parte informante coram bo. me. Dunozetto, verùm quia ille morte præuentus hoc scriptis mandare non potuit id ergo in Causa subrogatus munus ad implere Curaui &c.

R. P. D. ZARATE.

Cæsaraugustana Sponsalium.

Veneris 11. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Matrimonij nullitas in tempore opposita est priùs discutienda, nullitas Sententiæ ex defectu citationis est insanabilis. Citationum termini in conclusione causæ quomodo computentur, hic distinctè docetur.

SVMMARIVM.

1 Matrimonij nullitas est prius examinanda.
2 Infirmat Sententiam, etiam iustam.
3 Nullitas turbida super sententiarum iustitia declaratur.
4 Sententia ex defectu citationis est nulla.
5 Sententia longo interuallo post citationem lata, vti currens legitima citatione redarguitur.
6 Citatio cum clausula, cum continuatione dierum, vltra duos, vel tres dies prorogari nequit.
7 Citationis defectus ex conclusione in causa suppletur.
8 Citationis vim habet conclusio in causa de stylo Hispania.
9 Stylus ab allegante probari debet.
19 Conclusio in causa per longum temporis spatium sententiam præcedens citationis defectum non supplet.
11 Sententia stante stylo, potest quandocunque proferri.
12 Citatio cum continuatione est vaga.
13 Stylus in conclusione causa est seruandus maximè in Hispania, & 14.
14 Iudex, parte nihil releuans adducente, potest in causa concludere.
15 Vel ex officio, si ita equum iudicauerit.
16 Citationis nullitate dubia reddita sententia sustinetur.
17 Matrimonium absque mutuo consensu non contrahitur.
18 Sponsalia mutuum consensum requirunt.
19 Matrimonij obligatio remittitur ex verbis, vt contrahat cum quo velit.
20 Sponsalia inter affines in 2. gradu inutiliter celebrantur.
21 Nec sustinentur per conditionem obtinendi dispensationem.
22 Sed dispensatione superueniente requiritur omnino nouus consensus.

DECISIO CVI.

Concurreotibus Maria Anna Vasquez, & Anna del
Pin' super obseruatione sponsalium, & prælatione
fidei præstitæ ad earum fanore per Domioicum de Alber-
nia, duæ in Partibus pro prædicta Anna emanaruot sen-
tentiæ, à quibus cum causa ad hoc Sac. Tribunal fuisset
deuoluta, dubitaui an senteotiæ essent confirmandæ,
vel infirmandæ; Et cùm pro parte Mariannæ pro declara-
tione nollitatis omoinò insisteretur operepretium fuit op-
positas † nullitates examinare ad effectum nisi nullitas 1
manifestè appareat inxta partis Instaotiam in priois sit
declarandum præsertim cùm ante discussa merita cau-
sæ, & aote seruatos terminos substaotiales fuerit opposi-
tum, vt firmauit Rot. coram Caual. dec. 203. in fin. coram
Coccin. decis. 206. num. 1. & 2. in Romana Pecuniaria 10.
Februarij 1648. coram Eminentissimo Corrado, & ea † hoc 2
infirmari debeaot sententiæ, quamuis de earum Iustitia in
progressu causæ apponere possit, Rota dec. 486. nu. 9. par. 2.
rec. in proximè allegata Romana Pecuniaria 10. Februarij
§. præter quod, & in Romana Pecuniaria 17. Martij 1648.
coram eodem Eminentissimo Corrado. Si verò † oullitates 3
sint Turbidæ super sententiarum Iustitia declaretur, vt di-
stinait Rota coram Penia dec. 27. nu. 7. coram sa. me. Greg.
dec. 131. num. 2. dec. 474. num. 11. par. 2. rec. & dec. 29. nu. 26.
coram Eminentissimo Otthobono.

In præsenti auteio nullitates, quæ opponuntur consistuut
in defectu legitimè citationis, tam in prima, quàm in se-
cunda sententia, sine qua † sententiæ substineri nequeunt, 4
iuxt. text. in Clem. sæpe de verb. signif. Clem. Pastoralis de
sentent. & re Iudicat. l. de vnoquoque, ff. eodem, Rota decis.
129. num. 1. par. 2. dec. 382. num. 5. dec. 588. num. 1. par. 4. rec.
& in Leodien. Modiorum Spelta 29. Aprilis 1641. §. nulli-
tas coram R. P. D. meo Cerro; nam quoad primam sen-
tentiam post conclusum in causa ad Instantiam vnius partis
Iudex assignauit ad audiendam sententiam ad primam cùm
continuatione dierum, & Intimatum fuit alteri parti recla-
manti,

manti, & protestanti die 8. Augusti, sententia autem pro-
lata fuit prima Septembris sequentis, & sic post 23. dies de-
creti, & Intimationis. Quod secundam verò sententiam
post conclusum ab vtraque parte, citatio emananit 18.
Augusti, & exequuta fuit 21. eiusdem sententiaque processit
die 18. Septembris, & ideò post 27. dies citationis ex quo
5 sententiæ † tanquàm latæ ex tam longo interuallo post
citationem, vti carentes legitima citatione redarguuntur,
ex allegat. per Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. in
annot. null. numer. 148. Modern. Cæsenaten. de Cit. tom. 1.
cap. 8. num. 120. & tom. 2. cap. 9. num. 495. & hoc quidem
6 procedit, quamuis prædicta † citatio concepta fuerit sub
illa clausula, cum continuatione dierum, quæ vltra duos aut
tres dies terminum prolationis protogare nequit, ex alleg.
per Modern. Cæsenaten. de citat. dicto cap. 9. nu. 491. tit. 1.
Add. san. me. Greg. decis. 72. nu. 6. Rota coram Buratt. dec.
723. decis. 191. nu. 2. & seq. in Baren. seu nullius pecuniaria
26. May 1645. coram R. P. D. meo Cerro, in Caietana Bo-
norum 3. Decemb. 1646. coram eodem in Regnen. seu Saler-
nitana Bonorum 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Meltio
in Baren. Saluiani 10. Iunij 1642. coram bon. me. Bichio, &
in Colonien. illegitimitatis 5. Iulij 1655. §. siquidem exceptio
coram R. P. D. meo Verospio.
7 Verùm his non obstantibus visum fuit prædictum † de-
fectum citationis ex conclusione in causa suppleri, quæ tam
8 primam, quàm secundam præcessit sententiam, † & de
stylo Hispaniæ habet vim citationis ex traditis per Gonza-
lez ad regul. 8. Cancell. dicta gloss. 9. §. 1. in annotat. nullita-
tis à num. 154. & plenè Modern. Cæsenaten. de citat. cap. 1.
à num. 6. vers. de stylo tamen, vbi plures tamen decisiones
allegantur Add. ad sa. me. Gregor. dec. 140. Rota dec. 617.
nu. 14. par. 2. recen. & dec. 558. par. 4. coram Caual. dec. 376.
num. 2. quem quidem stylum in Ciuitate Cæsaraugustana
admisit Rota coram san. me. Greg. dec. 457. nu. 4. dec. 576.
9 num. 5. quemadmodum stylum † vigere in loco vbi lis agi-
tur probari debet ab allegante iuxta tradita per dictum Mo-
dernum Cæsenaten. d. cap. 8. nu. 9. & seqq. & cap. 9. nu. 496.
& Add. ad san. me. Greg. d. dec. 140. num. 12. Rota coram
Seraph. dec. 78. num. 2.
10 Nec obstat, quid prædictæ † conclusiones in causa eo-
dem morbo, quo citationes laborent, cùm tam longo tem-
poris spatio scilicet 23. & 27. dierum sententias præcesse-
rint, vt ideò defectum citationis supplere nequeat, vt in
terminis conclusionis in causa tradit Modern. Cæsenaten.
dicto tract. de citat. tom. 1. cap. 6. num. 12. qui plures Rotæ
Decisiones adducit Add. ad san. mem. Gregor. d. decis. 140.
num. 15. Verius est, quod stante prædicto stylo post conclu-
11 sum potest † sententia quandocunque proferri etiam post
quatuor annos, vt firmauit Rota in Burgen. Iuris ædifican-
di 21. Iulij 1587. coram Orano, vt approbauit in d. dec. 140.
nu. 2. coram sa. me. Greg. vbi etiam allegatur Toletana Ad-
missionis fenestra 27. Iunij 1587. coram Bubalo, maximè in
12 dd. conclusionibus causæ cùm interuenerint † citationes ad
primam cùm continuatione dierum, ex qua licet vaga
13 censeatur citatio respectu dierum sequentium, † de stylo
tamen illarum partium talis conclusio substineretur, vt in di-
cta decis. 140. coram sa. me. Gregorio, & in Aurien. Dis-
membrationis 19. Martij 1597. coram Penia in impressione
Lugduni 596. nu. 6. allegata in dicta dec. 457. nu. 4. coram sa.
me. Gregor. & in dicta dec. 276. num. 2. coram Canal. vbi de
stylo Hispaniæ traditur, quod post conclusum in causa, suc-
cedit aliqua citatio licet vaga ad primam audientiam, &
quamlibet diem non feriatam, ex qua solet Rota, vt sum-
ptibus litigantium parcat sententias de partibus substinere,
quod quidem habet magnam æquitatem, cùm stante con-
clusione in causa iura partium fuerint audita, & discussa,
& sic nulla illarum grauetur, vt considerauit Gonzalez vbi
supra num. 154. Add. san. me. Greg. d. dec. 140. nu. 11. Vnde
etiam tollitur resolutio in dicta Burgen. coram Orano, non
tritatum videatur, eum alijs decisionibus sit reprobata, aut
Rota ab illa recesserit per alias posteriores decisiones, & si-
gnanter per Astoricen. Dismembrationis 29. Martij 1593.
quæ inter decisiones Peniæ non inuenitur, sed tantum Au-
rien. Dismembrationis 19. Martij 1597. superius allegata,
& in alijs exaduerso citatis, & tradit. per Modern. Cæse-
naten. dicto cap. 6. num. 12. & per Add. ad Gregor. dicta de-
cis. 140. num. 15. quia respectu prædictæ Astoricen. quatenus
extet decis. 140. coram Gregor. & dicta decisio Aurien. Pe-
niæ sunt posteriores, cæteræ autem, quæ emanarunt in
cæteris partibus extra Hispaniæ Regna, non sunt atten-
dendæ, & licet illa Vbaldi Toletana Decimarum prima Iunij
1616. modernior sit, & emanata in causa Hispaniæ, non
constat, quod in ea vltra conclusionem in causa emana-
nerit etiam citatio quamuis vaga, iuxta prædictas decisio-
nes coram san. mem. Greg. & coram Penia prout in præsenti
accidit.

Neque impugnari potest conclusio in causa primæ sen-
tentiæ ex eo, quod in ea tantum parte altera contradicen-
te concluserit, quia vt apparet ex actis terminus fuit assi-
gnatus ad concluden. die secunda Augusti, & die sequen-
ti accusata fuit contumacia alterius partis, & Instantia fa-
cta pro conclusione, & à Iudice, habitum fuit pro conclu-
sio, † & Iudex facere potest, quando pars satisfacit, aut 14
nihil releuans adducit, iuxta stylum, quem refert practi-
cus Regni Aragoniæ, Molin. in praxi in tit. processus Ciui-
lis, & Ordinarius pag. 28. col. 2. vel quando Iudex instante
parte, etiam altera inuita, & reclamante, vel † ex offi- 15
cio æquum Iudicauerit, ex tradit per Modern. Cæsenaten.
dicto cap. 17. num. 165. Amat. resol. 71. nu. 22. & 30. & alle-
gati per Riccard. in manuduct. ad prax. par. 1. præcept. 11.
§. 11. num. 1. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 35. nu. 4. cum seq.
& citat. per Rouer. class. 6. disput. 27. num. 7. & 6. Add. ad
sa. me. Gregor. dec. 140. num. 13. coram Seraph. decis. 830.
num. 70. Gratisque dicitur decretum Iudicis pro conclusione
defecisse, cùm expressè tam in prima, quàm in secunda
sententia in actis legatur.

Exclusa igitur nullitate, vel saltem † dubia reddita Iu- 16
stitia sententiarum nullam patitur controuersiam, quate-
nus ei declaratum fuerit, nullum Ius competere Mariannæ
ad Impedien. Matrimonium Dominico cum Anna contra-
hen. ex causa Sponsalium antecedentium cum dicta Ma-
rianna Initorum † cùm non constiterit de mutuo consen- 18
su inter istos prout etiam † in sponsalibus requiritur per 18
text. in l. 1. ff. de sponsal. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 5.
num. 1. Molin. de rit. nupt. lib. 1. comparit. prima num. 25. in
princ. Basil. Pons. de matrim. lib. 12. cap. 1. num. 4. Quinimò
de expresso dissensu eiusdem Mariannæ docetur nam ex
Testibus datis in Summ. dicta Marianna nu. 5. probatur ip-
sam Dominico dixisse, † vt contraheret cùm qua vellet, 19
ex quo ad illius fauorem remissa censetur obligatio, iuxta
tradit. per dictum Basil. Pont. de sponsal. lib. 12. cap. 9. nu. 1.
& cap. 14. nu. 1. Sanchez dicto tract. disput. 52. nu. 4.

Quæ nec etiam inter eos consistere poterant, nam vt con-
stat ex dictæ Mariannę confessione nu. 3. & 6. articulo emis-
sa, & ex Testibus ad illius Instantiam examinatis in Summ.
Anna num. 4. illi erant affines in secundo gradu, vt proin-
dè sponsalia † inter eos inutiliter celebrarentur, per text. 20
in cap. non debet de consanguinit. & affinit. Sanchez de ma-
trim. disput..... nu. 3. Basil. Pont. lib. 7. cap. 33. lib. 1. Rota co-
ram Seraph. dec. 1156. adeout nec † interim substinerentur 21
per conditionem obtinendi à Summo Pontifice dispensatio-
nem ex tradit. à Gutierez Can. quæst. lib. 1. cap. 22. num. 18.
& seqq. Sanchez de matrim. lib. 5. disput. 5. num. 4. Basil.
Pont. lib. 3. cap. 15. num. 1. & 6. lib. 12. cap. 7. num. 1. Boss.
d. tract. de matrim. cap. 10. & num. 308. & num. 322. & seqq.
& reprobata aliorum sententia firmauit Rota coram Bu-
ratt. dec. 203. nu. 5. & seqq. & dec. 603. par. 5. nu. 2. recen. &
& plenè coram sa. me. Greg. dec. 410. vbi Add. Luculenter
in Hispalen. Sponsalium 6. Martij 1637. coram bon. me. Cec-
cino, sed dispensatione † superueniente omninò requiri- 22
tur nouus consensus ex pluribus alleg. per Boss. vbi proximè
Barbos. in dicto cap. non debet de Consanguinit. & Affinitat.
Rota d. dec. 410. coram sa. me. Greg. de qua quidem condi-
tione obtinendi dispensationem, aut de consequutione il-
lius, vel de consensu nouo superueniente minimè osten-
sum fuit, atque ideò confirmandas esse sententias, vel po-
tius Iustas declarandas DD. censuerunt vtraque parte au-
dita &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Domus.

Luna 14. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Appellationem non prosequens ei renunciasse cen-
setur. Pretium rei nulliter alienatæ à quo resti-
tui debeat. Cedula, seù ordo ad consignandum
vim solutionis non habet, nisi sequuta reali so-
lutione maximè si pecuniæ sunt reinuestiendæ.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Appellantes pro responsione, & Apostolis non reddentes causam censentur renuntiasse.*
2 *Et constare de re iudicata.*
3 *Sententia, vt transitum faciat in iudicatum, debet de illius validitate, & iustitia constare.*
4 *Sententia validitas ex processu iustificatur.*
5 *Iustitia verè ex decisione.*
6 *Alienatio ob non seruatas solemnitates, & ex defectu causa non sustinetur.*
7 *Nullitate contractus stante, res iudicata venit exequenda.*
8 *Contractum infringere volens pretium restituere tenetur.*
9 *Mulier ad recuperationem rei nulliter distracta agens que casu pretium restituere non teneatur, & n.16.*
10 *Mulier, vel minor contractum ex capite læsionis, vel simili rescindens pretium restituere debet.*
11 *Cedula vim solutionis habet, & debitoris liberationem importat.*
12 *Declara si est subscripta ab eo cui est directa.*
13 *Ordo simplex ad exigendum non habet solutionis effectum, nisi sequuta reali solutione.*
14 *Solutionem librorum partita demonstrant.*
15 *Pecunia in diuersam causam erogata veram solutionem non importans, & n.17.*
16 *Mulier non locupletata, pretium ex contractus nullitate, restituere non tenetur.*
17 *Dos reinuestienda non potest ad alium vsum conuerti.*
18 *Emptor tenetur pensiones vnà cum domo nulliter empta restituere.*

D E C I S I O   CCXXVIII.

IVxta Commissionis Rescriptum dato Dubio An esset
exequenda Sententia per me lata super nullitate ven-
ditionis Domus de qua agitur olim à Cleria ad fauorem
Balduccij factæ Domini affirmatiuè responderunt; Nam
post interpositam appellationem, & præfixum terminum
1 Iuris triginta dierum † Appellantes ampliùs pro responsio-
ne, & Apostolis non redierunt nec causam alteri commit-
ti curarunt, vt constat ex reuolutione processus, quæ suf-
ficienter probat negatiuam, *l. Titia testatores* 36. & ibi no-
tat Bart. *ff. de legat. primo*, Corn. *cons.* 141. *num.* 5. *lib.* 3. Dec.
cons. 483. *n.* 4. *&* 6. Rot. coram Cardinale Mantica *decis.* 16.
num. 2. *& decis.* 34. *num. fin.* sa. me. Gregor. XV. *decis.* 416. *n.* 8.
Caualer. *decis.* 35. *num.* 2. *& decis.* 85. *num.* 6. *& decis.* 210.
num. 9. *par.* 6. *recent.* & coram bon. mem. Merlino *decis.* 687.
2 *num.* 2. Vnde censentur appellationi renunciasse, † & con-
stare de re Iudicata, *cap. ab eo de appellat. in* 6. Clement.
quamuis 2. *§. verum, & similiter eodem titulo,* Bart. *in l.* 1. *n.* 3.
vers. quæro quid si Iudex, ff. de libell. admiss. Vestr. *in sua pra-
xi iudiciali lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 24. Burart. *decis.* 556. *&* 743. *vbique
num.* 1. & ibi Adden. *& in recent. decis.* 590. *n.* 1. *par.* 5. *in Bo-
nonien. fideicommissi, seu Domus* 30. *Aprilis* 1646. *§. nam cer-
ti coram bon. mem. Bichio, & in Spoletana Bonorum* 28. *Iu-
nij* 1649. *coram R. P. D. meo Cerro, §. quoniam ab huius-
modi.*

Maximè quia non dubitatur de illius validitate, & iu-
3 stitia, quæ sunt necessaria ad hoc vt † sententia faciat tran-
situm in iudicatum, Cæsar. de Grass. *decis.* 10. *n.* 11. *de sent.
& re iud.* Rot. coram Card. Seraph. *decis.* 1123. *n.* 5. *&* 6. Du-
ran. *decis* 94. *n.* 2. *& in recent. decis.* 4. *num.* 6. *par.* 3. *decis.* 176.
n. 3. *par.* 5. *& decis.* 60. *n.* 4. *par.* 6.

4 Validitas † colligitur ex eodem Processu vbi iustificantur
omnia requisita, de quibus per Caputaquen. *decis.* 260. *par.* 2.
5 † Iustitia verò apparet, *ex decisione coram me edita vltima*
6 *Maij* 1655. firmatum fuit alienationem Domus ex capite
nullitatis ob non seruatas in contractibus mulierum solem-
nitates per Statutum Vrbis requisitas, & ex defectu causæ
7 non substineri, quibus concurrentibus † res iudicata venit
exequenda non secùs, ac si ab initio appellatum non esset,
l. 1. *C. de Iudic. l.* 2. *C. de exequut. rei iudicat. cap. cum sit Roma-
na* 5. *de appellat.* Rot. *diuers. decis.* 144. *n.* 2. *par.* 2. *& dec.* 233.
num. 5. *par.* 7. *rec.* Buratt. *decis.* 885. *num.* 1. & coram bo. me.
Merlino *decis.* 27. *n.* 3.

Nec sententiæ exequutio retardari posse videbatur ex-
8 ceptione restitutionis pretij soluti ad quam † tenetur ille,
qui vult contractum infringere, Quia vbicunque impugna-
tur Contractus, & agitur † vt hic a muliere ad recuperatio- 9
nem rei nulliter distractæ ipsa non debet pretium restitue-
re nisi ille in quem facta est alienatio concludenter probet
illud versum fuisse in vtilitatem illius, & effectum locuple-
tiorem, vt sunt *Text. in l. Prædios* 10. *& in l. si prædium vbi
scribentes C. de prædijs, & alijs reb. minor.* Dec. *cons.* 60. *sub
num.* 2. Roland. à Valle *cons.* 7. *num.* 28. *lib.* 3. Rot. *in recent.
decis.* 678. *num.* 7. *par.* 1. Duran. loquens in terminis contra-
ctus gesti cum muliere maiori *decis.* 405. *num.* 13. & de con-
tractu minoris apud Buratt. *decis.* 814. *num.* 1. *cum tribus se-
quent.* Andrea *decis.* 33. *num.* 11. Contraria autem proce-
dunt, quando † mulier vel minor validè contraxerunt, & 10
vellent contractum rescindere ex capite læsionis, vel simi-
li, vt distinxit Glos. *in dicta l. prædios in verbo constituit.* Si-
moncell. *de decret. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Grat. *discept. forens.
cap.* 576. *n.* 37. *&* 38. Rot. apud eundem Vrgellen. *decis.* 18.
n. 29. *&* 30. & post Statil. Pacific. de Saluian. *decis.* 289. *n.* 5.
& 6. *vbi quod ita fuit sæpè decisum.*

De huiusmodi autem requisita versione in præsenti haud
apparere visum fuit; Nam duæ in actu celebrationis Instru-
menti venditionis Domus ad computum pretij conuenti
allegantur factæ solutiones Camilln Cleriæ Venditricis vi-
rn prn Dote per eam illi debita; Altera scutorum 2000. me-
diante ordine directo Capserio S. Montis Pietatis Vrbis,
Altera verò scutorum 600. manualiter eidem solutorum,
sed neutra prædictam versionem. Imò prout nec effecti-
uam solutionem concludit. Quia licet † cedula habeat vim 11
solutionis, ac debitoris tradentis liberationem importet per
dictum Bartoli *in l. si solutionis* 39. *ff. de solut.* Maur. *in tract.
de solut. cap.* 2. *§.* 8. Rota coram Puteo *decis.* 159. *lib.* 1. *in cor-
rect.* Mantic. *decis.* 85. *num.* 5. apud Modern. *de Cens. decis.*
103. *num.* 7. *& decis.* 270. *num.* 3. post Pacific. de Saluian. *in-
terdict.* † Id tantum locum habet in eo casu, quo ille cui est 12
directa præuia subscriptione attestat, quod pecuniæ in Ce-
dula contentæ penes ipsum sunt depositatæ, & ad creditum
recipientis relatæ, vt declarauit Rota *in Interamnen. Cen-
sus* 27. *Ianuarij* 1623. *coram bon. mem. Pirouano penes eun-
dem*, Cenc. *de Cens. decis.* 435. *ante numerum primum*, & in
alijs relatis ab Adden. ad Sanctissimum Gregor. XV. *in de-
cis.* 346. *num.* 19. *vers. hoc tantum fuit declaratum*, secùs ve-
rò vbi, vt in contingenti facti serie consignatus ordo impor-
tans simplex mandatum ad exigendum, qui cùm possit per
tradentem mediante nouo reuocari, vel præuentiua exa-
ctione deludi, illa ordinis traditio, † & acceptatio non ha- 13
bent effectum solutionis, nec causant liberationem nisi se-
quuta reali pecuniarum solutione, *ad Tex. in l. acceptam* 19.
in fin. C. de vsur. Bald. *cons.* 104. *sub n.* 1. *vers. non istud lib.* 1.
Adden. ad Greg. *dicta decis.* 347. *n.* 19. Rot. coram Card. Ca-
ual. *dec.* 155. *n.* 2. *in Romana Saluiani* 31. *Ianuarij* 1646. *§. non
obstat eadem cum seqq. coram R. P. D. meo Verospio, & in Li-
cien. Census* 18. *Maij* 1654. *§. præ alijs verò, &* 17. *Maij* 1655.
§. posterioris verè coram R. P. D. meo Priolo.

Quam actualem † solutionem non fuisse Camillo fa-
ctam, & ordinem prædictum sine effectu remansisse aper-
tè demonstrant partitæ librorum eiusdem S. Montis Pieta-
tis relatæ *in Summ. Cleriæ num.* 1. ex quibus deprehendi-
tur eademmet die 22. Decembris 1626. qua fuit facta ven-
ditio, & traditus ordo pro dictarum pecuniarum exbur-
satione ipsum Balduccium mandantem illas exigisse ab eo-
dem Sac. Monte, & proindè nec Camillus tenetur ordi-
nem restituere mandanti, dum pecunia fuit ab eodem
exacta.

Imò quatenus re vera pecuniæ ad manus Camilli viri
peruenissent, non inde remaneret probata versio. Nam
cum illæ † solui deberent in certam causam expressam in 15
Instrumento venditionis, ac quietantiæ per d. Camillum
ad fauorem Cleriæ vxoris factæ, hoc est Dotis, & non fue-
rint pro illius securitate reinuestitæ sicuti fieri debuisse ad
formam Capitulorum matrimonialium, *vt firmatur in d.
decis. sub die* 31. *Maij* 1655. *coram me in causa emanata §. non
subsistit*, sed æris alieni extinctionem, mobilium expigno-
rationem aut aliam, & diuersam causam ad mulierem mi-
nimè spectantem implicatæ, vt pariter d. decisio respondet,
vtique affirmari non potest illam fuisse cum dd. pecunijs
locupletatam, nec † in consequens ad illarum restitutio- 16
nem teneri stante nullitate Instrumenti ex defectu solem-
nitatum proueniente, vt præter supra citatos tenent Natt.
cons. 631. *num.* 5. Cephal. *cons.* 207. *num.* 53. Mastrill. *decis.* 13.
num. 32. Rot. *in Camerinen. Spolij prima Iulij* 1647. *§. cum*

onim, & §. quod verò Creditum coram Eminentissimo Cardinali Otthobono.

Ex eadem prorsus ratione dictum fuit Cleriam neque teneri ad restitutionem scutorum 600. quæ in contanti in dicto Instrumento asseritur præfato Camillo soluta, dum
17 hæc quoque † quantitas erat deponenda ad effectum reinuestiendi pro Dote dictæ Cleriæ illiusque fundo dotali, alias enim non resultat locupletatio, sed excluditur eo ipso, quod illæ deuenerunt ad viri manus, Honded. *cons.45. num.32. lib.1.* Dec. *cons.209. num.2. & 3.* Crauett. *cons.41. num.1. & 2.* Natt. *cons.552. num.3. & 6.* Gratian. *discept. forens. cap.577. num.34. & cap.879. num.11.* Afflict. *decis.209. n.1.* Osasch. *decis.44. num.5.* Rot. *decis.1.* post Pic. *ad statutum Vrbis sub num.5.*

Nihil tandem refert, quod Emptor Domus accollauerit in se duos Census in totum scutorum 1200. in sorte per Cleriam super ea impositos ad fauorem Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenæ illiusque fructus soluerit pro quibus saltim competit retentio, siquidem pro scutis 747. & sic in maiori quantitate fuerunt ab ipsa Cleria de proprijs pecunijs satisfactæ pro remanenti autem summa demptis prædictis per dictum Emptorem solut. non potest retentio
18 prætendi, quia † Emptor, & eius nomine Creditores Domum possiderunt à dicta die emptionis vsque ad annum 1653. ac ingentes pensiones receperunt longè superantes dd. fructus, quæ pensiones tamquam perceptæ ex re nulliter alienata, veniunt cum Domo restituendæ, *l. Patri pro filio 28. §. item ex diuerso, ff. de minor. d.l. si prædium Cod. de præd. min. l. si contra 2. C. si quis ignor. rem min.* Socc. *cons.22. num.17. lib.1.* Neuizan. *cons.85. num.13.* Roland. *consil.72. num. fin. lib.4.* cum alijs quos citat Surd. *in decis.45. num.9.* Gratian. *discept. forens. cap.45. n.29. & seqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo Papieñ.

Romana Donationis.

Die 14. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Patre filio intuitu certi, ac determinati matrimonij, quæ comprehendat filios vti filios, & quæ vti hæredes hic magistraliter, & pro communi declaratur, & cùm materia sit facti, & coniecturalis nonnulla pro eius intelligentia ponderantur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio à Patre filio facta specificè occasione certi, ac determinati matrimonij acquiritur vxori, & filijs.*
2 *Inserta in ipsomet instrumento dotali, dicitur correspectiua ad dotem.*
3 *Et respicit vxoris fauorem, cùm alias tantam dotem non dedisset.*
4 *Vxori interest habere virum diuitem, qui possit ei pinguiora alimenta præstare, & honorificentius tractare.*
5 *Quod procedit etiamsi de ea nulla facta fuerit mentio.*
6 *Donatio pro certo, ac determinato matrimonio acquiritur filijs ex d. matrimonio natis.*
7 *Et ipsis non vti hæredibus patris, sed vti filijs ex propria eorum persona contemplatis.*
8 *Ea ratione principaliter, ne bona data à viro donatario ad libitum distrahantur.*
9 *Donatio ab Auo proueniens descendentium vtilitatem respicit, & num.30.*
Affectio in descendentes fertur, & num.9.
10 *Filiorum expressa mentio in donatione facta acquiri ius ipsis vti filijs verior, & communior est opinio.*
11 *A qua vti receptiori non est in iudicando, & consulendo recedendum.*
12 *Et ex hac circunstantia expressionis filiorum conciliatur opinio contraria.*
13 *Causa finalis, & non impulsiua in donatione inspicitur.*
14 *Causa finalis est matrimonium in donatione, & aliæ in eam influunt.*
Maximè in matrimonio contrahendo cum certa, ac expressa persona, & num.16.
15 *Filiorum fauor in priori parte donationis expressus, prævalet expressioni affectionis erga patrem posteriori loco factæ.*
17 *Donantis, & Donatarij declarationi standum est etiam ex interuallo facta pro præcedentis actus interpretatione.*
18 *Tantò magis si est donatario præiudicialis, & facta tempore non suspecto.*
19 *Donandi certa voluntate expressa, cætera circunstantiæ cessant.*
20 *Donatio, quæ legitimam excedit potest cum onere transmittendi recipi.*
21 *Legitimæ onus sustinetur, quando illud est vtile.*
22 *Donatio quæ dicatur facta filijs vti filijs, & quæ vti filijs, & hæredibus, asserta tamen distinctio verbalis appellatur.*
23 *Donatio acceptata pro filijs præsupponit præcedentem donantis promissionem fauore filiorum.*
24 *Donantis mens, & voluntas ex coniecturis desumitur, an comprehendat filios, vti filios, num.25.*
26 *Eius voluntas attenditur, & non acquirendi modus num.6.*
27 *Dotis augumentum correspectiuum donationi respicit fauorem filiorum ex eodem matrimonio suscipiendorum.*
28 *Donatio, quæ fit ab ascendente pro certo matrimonio respicit prolem ex eodem nascituram.*
29 *Maximè si pater est filiusfamilias.*
30 *Facta ab Auo tam nepotem, quàm filios ex sanguinis affectione comprehendit, & num.9.*
31 *Filij vti filij, & non vti hæredes considerantur, nisi tales nominentur.*
32 *Dictio,* Suis, *restringit stipulationem ad filios vti filios.*
33 *Donator eius donationis verba dubia potest aliquo modo declarare.*
34 *Clausula cæterata posita post verba pro se,* filijs nascituris, & suis, *quomodo extendantur.*
35 *Clausulæ cæteratæ extensio ea est admittenda, quæ est menti contrahentium conformis.*
36 *Discretiuus loquendi modus contrahentium mentem demonstrat.*
37 *Pater iuri quæsito filijs præiudicare non potest.*
38 *Bona fundacalia aliarum mercium subrogationem recipere possunt.*
39 *Donatio, quæ comprehendat filios, necne, plenè declaratur, & distinguitur.*
Et quod hæc sit quæstio magis facti, quàm iuris.
40 *Donatio per retrodonationem reuersa ad Auum, nepotes alimenta, & fœminæ dotem consequi possunt.*
41 *Quod non procedit contra creditores.*
42 *Donationi in præiudicium vxoris, & filiorum vlla conditio addi potest.*
43 *Dos intuitu certi matrimonij constituta non acquiritur filijs nisi vti hæredibus.*
Datur patri pro matrimonij oneribus sustinendis, n.43.
44 *Donatio stipulata pro eisdem filijs, ipsis ius quæritur.*

DECISIO CCXXIX.

FRancifcus Laschettus Annam Felicem eius filiam prius nuptam Gaspari Paulonio cum dote scut. 5000. eo mortuo despondit cum dote scut. 10. mil. Gaspari Iordano filio Guidi Mercatoris fundaci ad Turrim Sanguineam, qui viceuersa contemplatione dicti Matrimonij cum d. Dote contrahendi vltrà spem vniuersalis successionis Bonorum, quæ post obitum dicti Laschetti sperabatur prout euentus docuit, obtulit donare vt cum effectu actualiter donauit dicto Gaspari eius filio præsenti, & acceptanti pro se, & filijs nascituris &c. irreuocabiliter, & inter viuos scuta 22. mil. monetæ per ipsum Gasparem, & suos &c. super quibuscumque ipsius Guidi rebus, & bonis post eius mortem exigen. reseruato tantum illorum vsufructum, donec naturaliter vixisset, & hanc donationem facere declarauit intuitu, & contemplatione d. matrimonii, vt supra contrahendi, & ob maximum amorem, & beneuo-

neuulcotiam, quibus eumdem Gasparem prosequebatur ratione personalis seruitij, quod ab eo præstabatur in negotio fundacali, necnon pro omni, & toto eo quod dictus Gaspar prætendere potuisset etiam ratione legitimæ.

Idem deindè Guidus adhuc viuens assignauit negotium fundaci vnà cum omnibus eius iuribus tunc æstimatum in scutis 28. mil. ex quibus 22. mil. cedere voluit in satisfactionem prædictæ donationis eidem Gaspari filio factæ, qui Gaspar in tali negociatione spacio longi temporis etiam post obitum Patris continuauit; sed cùm vltimo loco debitis valdè præssus foro cesserit; Creditores in causa discussionis introducta coram A. C. vigore specialis commissionis Sanctissimi cœperunt prætendere ex dicta Donatione vt supra facta per Guidum Gaspari acceptanti pro se, & filijs non fuisse ius quæsitum præfatæ Annæ Felici Vxori, nec minus eius filijs vti filijs, sed vti hæredibus, & per consequens non posse ex ea impediri quin satisfactionem in dictis mercibus fundacalibus consequi possent; Orta itaque super hoc controuersia emanauit sententia A. C. per quam fuit declaratum filios Gaspari comprehendi in dicta donatione vti filios, & ratione illius inuestiendos esse omnes effectus fundaci, & illius nomina Debitorum, fructus verò viuente Gaspare spectare ad Creditores.

Ab huiusmodi sententia fuit pro vtraque Parte nempè Creditorum, & filiorum, ac dictæ Annæ interposita appellatio, causaque ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, dubitaui an Donatio Guidi suffragetur Vxori, & filiis, & DD. dubio pluries proposito, eoque maturè discusso, hodie tan-
1 dem omnibus DD. votantibus † Donationem suffragari responderunt.

Fundamentum resolutionis fuit, quia Donatio facta per Guidum Gaspari non fuit generalis pro matrimonio contrahendo, sed specifica, scilicet occasione certi atque determinati matrimonij contrahendi cum certa Persona, nempè cum d. Anna Felice Laschetta, quæ quidem donatio fuit inserta in ipsomet Instrumento Dotali, quo casu illa dicitur
2 correspectiua † ad dotem, & effectus vnicus contractus, & cum ipsa dote confusus, Bald. in l. secunda, & l. petens C. de pact. Dec. consil. 414. n. 14. vers. ita pariter, Natt. cons. 609. num. 3. & seqq. volum. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 4. num. 12. vers. præterea notandum, Grat. discept forens. cap. 297. num. 5. vers. maximè, & cap. 984. num. 24. Fontanel. de pact. nuptial. glos. 9. par. 1. claus. 4. num. 32. & seqq. vers. fortificatur, Castil. decis. 51. num. 8. & decis. 106. n. 7. & seqq. Guidopap. decis. 145. num. 2. ad med. vers. licet enim, Monterent. decis. 10. num. 7. & firmauit sæpius Rota, & signanter coram Buratt. decis. 861. litt. A. coram Durano decis. 40. num. 27. in recent. decis. 127. num. 13. par. 6. & decis. 493. num. 10. & seqq. par. 8. & in Lauretana Donationis 20. Febr. 1642. coram bo. mem. Card. Verospio, & in Romana Restitutionis Dotis 30. Maij 1653. coram R. P. D. meo Bonilaqua §. & in hanc.

Hinc sequitur vt ex d. Donatione sic concepta fuerit ius irreuocabile quæsitum non solum d. Annæ Felici Vxori, cuius etiam fauorem, & commodum illa respicit, cum
3 alias tantam † dotem non dedisset, d. l. petens, & ibi Bald. C. de pact. Aym. cons. 985. n. 88. Bombin. cons. 61. Bec. cons. 20. num. 9. & seq. lib. 1. Fontanel. de pact. nuptial. d. claus. 4. glos. 9. par. 1. num. 5. Giorb. ad consuetudinem Messanen. par. 1. cap. 1. glos. 1. num. 14. Molin. de rit. nuptiar. lib. 2. q. 6. num. 106. Et Vxori valde interest habere virum diuitem, qui possit ei
4 pinguiora Alimenta † præstare, ac honorificentius eam tractare, Menoch. cons. 261. num. 15. & num. 37. vers. non obstat secundum, & cons. 944. num. 74. vers. item donatio sic facta, Rouir. cons. 15. num. 8. lib. 2. Marcian. cons. 33. num. 4. lib. 1. & cons. 41. num. 17. & 19. Vbi firmat interesse Vxoris habere
5 † locum etiamsi de ea nulla facta fuerit mentio, Modern. Lucan. cons. 7. num. 14. lib. 1. Grat. discept. forens. cap. 984. num. 24. cum seqq. & præsertim sub num. 39. vers. verum in casu, Castil. quotidianar. controu. lib. 5. secund. par. cap. 119. num. 28. Mastril. decis. 212. num. 13. Rota coram Durano dicta decis. 40. num. 30. coram Merlin. decis. 515. num. 5. & in
6 rec. decis. 114. num. 1. par. 7. Verùm † etiam filijs ex d. matrimonio natis, Bald. in l. si Præses vers. nota bene Cod. de donatione, Thesaurus q. forens. cap. 2. n. 3. lib. 4. Sanch. de matr. lib. 3. disp. 32. num. 2. & 3. vers. quia quantumcumque, Fontanel. decis. 55. num. 8. Rot. in d. Lauretana Donationis 20. Febr. 1641. coram bo. me. Card. Verospio, & in Romana dimissionis 10. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro §. Immo nec alia, dictumque ius quæsitum illis dicitur non mediante
persona Patris, & ita tanquam illius hæredibus, † sed vti 7
filijs ex propria eorum persona contemplatis, Lex vectigali, vbi Bald. & Castrens. & alij, ff. de pignor. l. si res la 3. ff. quib. mod. pignus, vel hypotheca soluatur, Bertrand. cons. 166. colum. 2. vol. 3. Franc. à Pont. cons. 25. per tot. & præsertim sub n. 6. Mastril. d. decis. 211. num. 3. & dec. 301. num. 2. Et ratio, qua omnes mouentur est, quia in huiusmodi donationibus fieri solitis contemplatione certi matrimonij respicitur potissimum ad filios nascituros, quibus non diceretur satis consultum si ad libitum Sponsi primi Donatarij Bona donata
† distrahi possent, Larat. cons. 9. num. 6. Cassan. cons. 53. n. 55. 8
Bombin. d. cons. 61. num. 16. Anton. de Amat. resol. 30. num. 7. Lanat. consil. 89. per tot. & præsertim sub num. 1. Cutel. de donatione inter Patr. & fil. tract. 1. discept. 3. par. 6. Modern. Lusitan. voto decisiuo 14. num. 6. vsque ad fin. vbi reijcit contraria, Stayban. Iun. resolut. 22. per tot. & signanter sub num. 2. & seqq. & resolut. 45. sub num. 33. & seq. Fontanel. decis. 55. num. 13. Andreol. controu. 127. n. 4. Rota in rec. d. decis. 127. à n. 6. cum seq. par. 6.

Eoque faciliùs visa fuit recipi posse hæc opinio in proposito casu, tum quia donatio, de qua agitur facta fuit non ab extraneo, sed ab Auo, cuius affectio eum secundum naturalem rationem æqualiter in omnes descendentes feratur, ita omnibus † eum consulere voluisse dicendum est, 9
Cutel. de donat. contempl. matrim. to. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 25. num. 13. putans in tali casu rem esse extra omne dubium, Castil. d. decis. 106. num. 7. & seqq. Rota dicta dec. 127. num. 4. par. 6.

Tum quia in eadem donatione legitur facta expressa mentio filiorum quo etiam casu, vt ex ea dicatur ius quæ-
situm filijs vti filijs verior, ac communior est opinio † quam 10
tuentur Natt. cons. 466. n. 5. vers. Nam præfatus, Bertrand. cons. 176. num. 4. vers. sed his non obstantibus lib. 3. Anton. de Amat. d. resolut. 30. num. 7. & seqq. Et ab ea tamquam veriori, ac receptiori non esse in iudicando, atque † consulendo 11
recedendum firmat Cutel. de donat. contemplat. matrim. d. tom. 2. tract. 2. discurs. 2. special. 25. à num. 8. vsque ad fin. Montan. de Regal. tit. de Regal. offic. num. 28. Merol. in Theolog. moral. tom. 3. disp. 6. cap. 8. num. 898. Castil. d. decis. 106. à n. 6. vsque ad 16. & ex hac circumstantia scilicet expressio-
nis filiorum in donatione † conciliari contrarias opiniones 12
dixit Rota in Romana fideicomm. de Incoronatis 5. Martij 1640. coram bo. me. Pirovano §. secundus est casus in Pisauren. Donationis 8. Februarij 1647. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono §. Et quamquam, & in d. Romana Restitutionis Dotis 30. Maij 1653. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. Quod eo magis, & in Romana seu Nepesina Restitutionis in integrum 4. Iunij 1655. coram R. P. D. meo Cerro §. Adducebatur.

Neque obstat, quod dicta Donatio facta fuerit non solum ex causa matrimonij, sed etiam ob maximum amorem, & assiduos labores per Gasparem præstitos in exercitio fundaci, ac in rem, & Personam Patris, & hæc causa cum prætendatur finalis, & respiciat solam personam Gasparis, ideò quo ad eius filios donatio censeri debeat tanquam quid profectitium, nec ad eos deferri possit; nisi vti hæredes Patris; Quia expressio illa amoris, & seruitij facta per modum affectionis, & commendationis filij non fuit causa finalis, sed impulsiua tantùm; potissima autem, ac finalis Causa fuit contractus matrimonij, nam ista fuit prima in ordine, ac principaliter considerata, & ea mouit animum Guidi ad donandum, qui alias non donasset, nisi tale matrimonium secutum fuisset, pro vt nec etiam Pater Annæ Felicis Sponsæ eius filiæ Dotem in d. summa scut. 10. mil. vl-
tra spem futuræ † successionis constituisset, Natt. cons. 149. 13
num. 8. Becc. cons. 20. num. 30. cum duobus seqq. Surd. cons. 196. num. 1. vers. Certè si quis hanc facti seriem intueatur cum seqq. & numer. 14. vbi quod prima causa magis in causatum influit quam secunda, & sub num. 15. in terminis firmat causam finalem esse matrimonium, & quod omnes aliæ causæ expressè subalternantur huic primæ, ita
vt nihil possint aliæ operari, nisi quatenus † ab ea influa- 14
tur, Bomb. cons. 15. num. 17. in fin. Mart. vot. 215. num. 31. Larr. decis. Granaten. 33. num. 55. 65. & 67. Castill. d. decis. 106. num. 11. & 12. Modern. Lucan. cons. 36. num. 16. cum seqq. num. 2. vbi quod fauor familiæ, & filiorum expressus in priori parte donationis habetur pro causa principali, & præualet expressioni affectionis erga Parentem posteriori loco factæ; Et regulariter vbi versamur
in donatione facta contemplatione matrimonij non in 15
genere contrahendi, sed cum certa, & expressa persona, vt

16 tunc matrimonium censeatur † causa finalis Donationis
tenent communiter DD. & præ aliis Becc. d.cons.20. num.9.
& seqq. Molin. de rit. nuptiar. lib.3. q.6. num.72. vers. verius
tamen mihi videtur, Manic. de tacit. & ambig. lib.13. tit.4.
num.11. vers. sed hæc sententia, latè Modern. Lucan. cons.7.
num.12. cum pluribus sequentibus, & cum hac distinctione
transeunt etiam Surd. d.cons.196. num.11. Roland. cons.44.
num.10. cum quatuor seqq. lib.4. Menoch. cons.261. num. pariter
10. cum seqq. Natta cons.609. num.3. Peregr. cons.78. n.6.
vers. Nam Illustrissima lib.3. Marcian. cons.33. num.2. in fin.
lib.1. & cons.41. n.6. cum seq. Gratian. discept. forens. cap.924.
n.21. Stayban. Iunior. resolut.22. n.17. & 18. & resol.45. n.28.
cum duobus seq. Andreol. controu.155. num.8. plenè Fontanel.
de pact. nuptial. claus.4. glos.1. num.16. & 17. Cutel. de donat.
contempl. matrim. tom.2. tract.2. Monac. decis. Aragonen.
10. num.11. cum seqq. Rota d.decis.127. num.12. par.6.
recent.

Incontrouertibile id quoque redditur ex eo quod cum
Gaspar fuisset à Guido eius Patre Procurator specialiter
constitutus ad d. donationem insinuandam, eam deinde
insinuando nullam aliam causam Iudici expressit præter
contemplationem matrimonij pro vt etiam hæc sola expressa
fuit in subsecuto Instrumento consignationis fundaci factæ
in executionem præfatæ donationis. Vnde hinc certum
redditur finalem causam Donationis aliam non fuisse,
quam dictum matrimonium, & huiusmodi declarationi
licet ex interuallo factæ à Donante, & à Donatario omninò
standum est pro interpretatione præcedentis actus,
17 † quatenus etiam dubius ille posset, Alex. cons.56. col.5. lib.5.
Bald. cons.405. lib.5. Aym. cons.234. n.4. Rota in rec. dec.238.
num.5. & coram Seraph. decis.837. n.14. & in Pisauren. Donationis
3. Ianuarij 1648. §. Quæ certiora redduntur coram
Eminentiss. D. Card. Otthobono. Maximè cùm dicta declaratio
sit præiudicialis Gaspari Donatario tanquam ei adimens
facultatem disponendi de bonis donatis, & facta fuerit
tempore non suspecto, nempè ante contracta per eum
18 debita, immò antequam † conciperet in mente illa contrahere,
Aretin. cons.36. num.4. vers. secundò dico, Ruin. cons.76.
num.14. lib.5.

Hinc de facili respondetur decisioni Butatti 863. num.9.
vbi firmatur casam matrimonij tunc censeri finalem vbi
nulla alia causa expressa reperitur; Quia conclusio huiusmodi
limitatur quando prout hic ex facti circumstantijs superius
ponderatis, & præsertim ea supradicta declaratione
19 certa desumitur voluntas donandi principaliter † contemplatione
matrimonij.

Non etiam refragatur, quod donatio de qua agitur facta
etiam fuerit in recompensationem legitimæ Gaspari filio
debitæ, quæ cùm non recipiat onus neque grauamen, ideò
non sit præsumendum d. Gaspatem voluisse donationem
recipere cum onere eam transmittendi filijs vti filijs; Quia
respondetur dictam donationem valdè excedere legitimam
Gasparis, atque ita vtilius illi fuisse eam acceptare cum di-
20 cto onere, † & onus sic acceptatum benè sustinetur, ad tradita
per Pignatel. controu. forens. lib.2. cap.34. num.3. Molin.
de Hispan. primog. lib.2. cap.3. num.7. & 36. Hodierna in additio
ad Surd. decis.322. sub n.43. Modern. Lusitan. vot.14.
n.13. Rota in Romana fideicomm. de Ceuolis 16. Maij 1642.
coram Reu. D. Salamantino §. vnde colligitur.

Vlliùs releuantiæ neque visum fuit vt ea eo quod Gaspar
donationem acceptauerit pro se, & filijs, inde videatur
eum acquisiuisse filijs vti hæredibus secundum distinctionem
recipi solitam per plures DD. ad effectum dignoscendi
an donatio acquiratur filijs vti filijs, vel potius, vti hæredibus,
quæ est vt si donatio facta fuerit Patri, & filijs, tali
casu filij censeantur proprio nomine contemplati, capiantque
Donationem ex prouisione Donatoris; Si verò donatio
facta fuerit Patri stipulanti pro se, & filijs, tunc filij desumant
eorum vocationem non ea prouidentia Donatoris,
sed Patris Donatarij, & per consequens ad eam non admit-
21 tantur † nisi vtramque habeant qualitatem scilicet filiationis,
& hæreditariam, vt probant Dec. cons.215. num.4. & 5.
vers. vbi concludit, Soccin. Iun. cons.88. n.5. in fin. cum seqq.
lib.2. Ludouic. Bellon. cons.45. num.2. & 3. Medices cons.142.
num.1. & seq. Latat. cons.9. Rot. modern. Neapolitan. respons.
64. num.2. volum.1. Surd. decis.324. num.6. Fontanel. de
pact. nuptial. claus.4. glos.9. par.1. num.10. Capyc. Galeott.
lib.1. controuers.57. n.18. Rota in Auenionen. fideicom. 4. Februarij
1647. §. Hæc autem, & 26. Iunij eiusdem anni §. Horum
tamen coram R. P. D. meo Verospio, & in Florentina
Donationis, seu Separationis bonorum 2. Octobris 1650. coram
bo. me. Peutingerio.

Huiusmodi enim distinctionem vltra quod Surd. d. decis.
22 324. num.8. verbalem appellat ex ea ratione, quia stipulatio
requirit verba tam Interrogantis, quàm Respondentis atque
ita quotiescumque Pater stipulatur pro filijs, præsupponi
debet quod pariformis Donantis interrogatio præcesserit
fauore filiorum, quam rationem refert, & approbat ibidem
Hodier. n.17. & 18. Bertrand. cons.176. n.4. lib.3. Adhoc
nec minus illa præsenti casui applicabilis visa fuit, tum quia
Pater non stipulatus fuit, sed acceptauit donationem pro filijs,
quæ acceptatio præsupponit præcedentem donantis
23 promissionem fauore † eorumdem filiorum, vt distinguendo
firmat Petr. de Ognat. de contract. tom.1. disp.3. sect.3. sub
n.66. & 67. vers. Acceptatio verò.

Tùm & fortiùs, quia dicta distinctio cessat quando ex coniecturis
apparet mentem, & voluntatem Donantis fuisse,
vt & filii essent condonatatij Patris, tunc enim siue donatio
directa fuerit Patri, & filijs, siue Patri stipulanti pro se,
24 & filiis, vtroque modo ius filiis acquiritur, † & admittit
etiam Surd. dec.322. n.19. & ibi Hodiern. n.10. in fin. vers.
Nec obstant supradicta distinctiones, & ea coniecturis pende-
25 re † resolutionem huius articuli firmat Medic. d. cons.142.
n.6. Modern. Lucan. d.cons.36. n.19. lib.2. Molin. de ritu nuptiar.
lib.3. q.15. n.54. Castil. d.dec.106. n.8. Rota in d. Romana
fideicom. de Incoronatis 5. Martij 1640. coram bo. me. Pironano
§. secundus est casus, & in rec. d.decis.127. n.8. par.6.
& in d. Romana Restitutionis Dotis 30. Maij 1653. §. Quod
eo magis coram R. P. D. meo Beuilaqua; Idque summa ratione,
quia in hac materia potiùs voluntas donantis attendi-
26 tur, quàm quo ordine Pater filijs † acquirat, vel qua mente
eis stipuletur, vt dicit Stayban. resol.22. n.14. & 15.

Coniecturæ autem in proposita facti specie plures concurrunt,
& quidem vrgentes, quæ omnes suadent Donantis
intentionem fuisse quod, & filij in donatione iure proprio
comprehenderentur.

Prima est, quod vt etiam superiùs ponderatum fuit hic
agitur de donatione non solum facta contemplatione certi
matrimonij, sed in ipsomet contractu dotalitio adiecta
correspectiuè ad promissionem, quam Pater Annæ Felicis
Sponsæ fecit de dote sc.10. mil. & sic in longè maiori quantitate
dotis in primo matrimonio constitutæ scut.5. mil. Tale
namque augmentum Laschettus Pater Sponsæ non fecisset
nisi correspectiuè ad donationem faciendam per Guidum
nedum fauore Gasparis, sed etiam eius filiorum ex d.
matrimonio suscipiendorum, cùm, & illis potissimum con-
27 sulere † voluisse dicendum sit, Paris. cons.4. n.10. volum.4.
Capyc. Galeott. contr.57. n.17. lib.1. Et regulare est, quod in
donatione, quæ fit ab Ascendente contemplatione certi ma-
28 trimonij † semper habeatur ratio Prolis nasciturae ex d. matrimonio,
Amat. consil.68. num.24. & seqq. Fontanel. dec.55.
num.8. Rota in pluries allegat. decis.127. num.4. par.6. rec. Ex
hoc fortiùs procedit in præsenti casu, in quo Gaspar erat filius
familias, nilue possidebat, eiusque Pater habebat alios
filios, vnde eo magis censendum est Donantem voluisse
præcauere de donatione pro filiis nascituris, vt isti possent
29 habere bona ex persona † propria, vt tradit Bertrand. cons.
176. n.4. vers. & verisimilem, quem in his terminis sequitur
Rot. d.decis.117. n.10. & 11. par.7. rec.

Vrget etiam alia non leuis coniectura ex eo elicita, quod
non versamur in donatione facta ab extraneo, qui solam
personam Donatarij respexisse censetur, sed in donatione
facta ab Auo contemplatione certi matrimonij cuius verisimilis
affectio, cùm non minus vigeat erga Nepotes, quàm
erga filium, ita omnes æqualiter fuisse contemplatus ea ea-
30 dem sanguinis affectione † firmant Capyc. Galeott. controu.
57. n.18. lib.1. Anell. Amat. cons.68. num.24. Cutel. citat. special.
25. num.26. vers. Item ipse, & dixit Rota in d. Florentina
Donationis seu Separationis Bonorum coram bon. mem. Peutingerio,
§. Eo magis quia.

Accedit etiam, quod in Instrumento Donationis nunquam
legitur facta mentio de hæredibus, & successoribus
prout communiter fieri solet quando filij considerantur,
31 vt tales, † vt aduertit idem Surd. d.decis.322. num.21. vers.
tertia est coniectura, Molin. de ritu nuptiar. lib.3. quæst.15.
num.43. vers. Cæterum. Immò nec fuit simpliciter facta
mentio de filiis, sed addito pronomine suis, ex quo magis
32 restringi stipulationem ad filios vti filios † tenet Bertran.
d.cons.176. num.4. vers. Et pro eo quod obijcitur lib.3. Cancer.
var. resol. lib.1. cap.8. n.106. cum seq.

Omnium

Omnium autem potissima, ac vrgentissima coniectura illa est, quæ resultat ex propria Gasparis confessione emissa, vt superius dictum fuit in subsequenti instrumento insinuationis ibi, Guidus *contemplatione dicti matrimonij donauit ipsi Gaspari, & filijs nascituris scuta* 2200. Hæc enim tam clara confessio tollit quamcumque prætensionem, quod in d. donatione contemplata fuerit sola persona Gasparis, & vt idem Gaspar stipulatus fuerit pro filijs vti hæredibus, cùm potiùs contrarium ea tali confessione desumatur, & quoties cumque res etiam non est clara, sed dubia, ac dependet ea coniectura ta mente contrahentium, vt admit-
33 tatur huiusmodi declaratio † in his terminis ponderat Capyc. Galeot. *dicta contr.57. n.23. vers. quod autem*, & dixit Rota *in Bonon. Successionis 4. May 1646. §. qua opinio, & 17. Iunij 1647. §. coniectura contraria coram bon. mem. Buchio*, vbi declaratur, quod licèt donator non possit donationem iam in esse deductam, ac perfectam alterare potest nihilominus verba aliquo modo dubia declarare.

Neque coniecturæ ponderatæ ab informantibus pro Creditoribus pro exclusione propriæ contemplationis filiorum visæ fuerunt alicuius releuantiæ.

Non prima deducta ex clausula cæterata, ibi, Gaspari *præsenti, & acceptanti pro se, & filijs nascituris &c.* & ibi, *per ipsum D. Gasparem, & suos &c.* Quidquid enim dicendum esset, vbi clausula illa cæterata apposita reperiretur im-
34 mediatè † post verbũ illud *pro se*, in quibus terminis loquuntur *decis.707. num.10. par.1. recent. & 483. num.8. par.4. to.2. & in Romana Dotis 30. May 1644. coram bon. mem. Pentingerio*; contrarium est firmandum in proposito casu, in quo cum dd. clausulæ appositæ reperiantur, vna post verbum *nascituris*, & altera post verbum *suos*. Prima extendi posse visa fuit pro filijs masculis, & fœminis ex eodem matrimonio nascituris. Secunda verò intelligitur de eisdem filijs sic nascituris, de quibus proximè immediatè antecedenter facta fuerat expressa mentio; Et hæc extensio cum sit conformis menti contrahentium, ac subiectæ materiæ est admittenda non autem alia, & maximè illa comprehensiua quorumcumque hæredum tanquam insolita,
35 † & repugnans menti Donatoris, Castren. *cons.172. n.1. vol.2.* Surd. *cons.350. num.29.* Grat. *cons.90. num.125. lib.1.* Buratt. *decis.120. num.9.* & ibi Adden. *Litt.C. & decis.399. num.8.*

Non etiam restagatur secunda coniectura elicita, ex eo quod in subsecuto Instrumento consignationis fundaci pro satisfactione Donationis, Guidus illud tradiderit Gaspari acceptanti etiam pro hæredibus, & successoribus quibuscumque; Hæc namque coniectura tollitur ex facto animaduertendo, quod acceptatio non fuit facta simpliciter pro filijs, & hæredibus, sed pro se, & filijs ad formam Donationis, ac deindè pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, ex quo sequitur, vt cùm Donatio esset scut. 2200. tantum, merces autem iuxtà æstimationem factam ascenderent ad scut. 2800. Acceptatio facta per Gasparum modo supradicto intelligenda sit discretiuè, & singula singulis congruè referendo, scilicet respectu dictorum sc. 2200. pro se, & filijs ad formam Donationis, pro residuo verò nempè sc. 6000. etiam pro hæredibus, & successoribus; Iste autem discretiuus modus, quo contrahentes vsi fuerunt in huiusmodi Instrumento magis arguit donationem ex intentione partium fuisse factam Gaspari, ac filijs, vti filiis, nam aliàs si huiusmodi intentionem non habuissent acceptatio vnico verbo fieri potuisset pro se, & hæredibus abs-
36 que dicta discretiua, † vt in his terminis considerant Molphes. *cons.2. num.28.* Surd. *d. decis.322. n.22. vers. Quarta est coniectura.*

Eiusdem irreleuantiæ est quoque tertia coniectura posita in eo quod donatio facta fuerit etiam intuitu meritorum, vnde debeat considerari tanquam quid profectitium à Patre, quia vltrà responsionem superiùs datam in refellendo huiusmodi obiecto, additur quod etiam merita compensari possunt cum donatione transitoria ad Nepotes tanquam Condonatarios, & ex propria eorum persona descendentes ex visceribus filij contemplatos.

Alia coniectura desumpta ex qualitate mercium fundacalium, vt scilicet valdè inuerisimile reddatur, quod Guidus voluerit in dictis mercibus, quæ seruando seruari non possunt contemplari filios, vti filios nullum habet fundamentum, & corruit ex facto; Siquidem Guidus non donauit sc. 22. mil. in bonis fundacalibus, sed in pecunia ibi sc. 2200. monetæ; Vndè licet posteà Gaspar receperit tot bona fundacalia, non indè potuit præiudicare filijs; quibus ex præcedenti donatione fuerat antea ius quæsitum † in pe. 37
cunia, Rota *decis.221. n.2. to.2. par.4. rec.* Vltrà quod etiam bona fundacalia potuissent recipere subrogationem mercium distrahendarum † ad commodum filiorum donata- 38
riorum, *l. cum Tabernam 34. ff. de pign. vbi gloss. in princ.* Natta *cons.184. num.3. & 4.* Put. *decis.289. in princ. lib.2.* Rota penes Pacific. de Saluian. *decis.126. n.7.* coram Martin. Andr. *decis.80. n.8.*

Denique nullam contrariam coniecturam facit, quod Gaspar in Instrumento traditionis fundaci promiserit seruare omnia in eo contenta, ac soluere donatori singulis annis scuta 600. obligando hæredes, & successores. Quia non indè sequitur aliqua alteratio, seu immutatio formæ donationis quæsitæ filijs vti filijs. Cùm enim hæc donatio facta fuisset præuia reseruatione vsusfructus viuente Donatore, & nihilominus ipse non expectata eius morte assignauerit d. sc. 22. mil. donata in tot mercibus fundacalibus tam quoad proprietatem, quàm quoad vtilia; Iustum fuit eidem Donatori d. annua scut. 600. promittere, ac pro illorum solutione se suosque hæredes, atque successores obligare, cùm alias ad id minimè tenerentur filij ad quos beneficium Donationis verisimiliter non erat perueniturum nisi defuncto Donatore quo tempore expiratus fuisset vsusfructus sibi reseruatus, & interim à Gaspare assecutus.

Ex his sequitur DD. allegatos pro parte Creditorum non applicari præsenti casui, vel quia illi loquuntur extra casum certi, ac determinati matrimonij, † vt Decian. *cons.* 39
216. num.5. & 6. Alciat. *cons.7. num. final. lib. 8.* Marta *cons.38. num.1. & seq.* Molin. *de ritu nupt. lib.3. q.15. à n.29. cum seqq.* Rot. coram Merlin. *decis.392. num.3.* Vel quando in donatione nulla est facta mentio filiorum, in quibus terminis loquitur Rot. coram Buratt. *decis.861. num.1. & decis.924.* Vel vbi non interuenit stipulatio pro filiis, *vt in dicta Romana fideicommissi de Incoronatis coram bon. mem. Pirouano, & Pisauren. Donationis coram Eminentissimo D. Card. Otthobono*, vel si interuenit stipulatio pro filiis, facta illa etiam fuit pro hæredibus, & successoribus; qui est casus *decis. in Auenionen. fideicommissi 4. February 1647. & 26. Iunij eiusdem anni coram R.P.D. meo Verospio.* Certum autem est, quod nullus Doctor loquitur in casu, in quo adsunt coniecturæ suadentes contemplationem Donantis erga Prolem ex eodem matrimonio nascituram; Immò quod tunc ius filijs ex propria eorum persona, acquiratur, tenent ipsimet Surd. Fontanell. Capyc. Galeott. *alijque allegat.* pro parte Creditorum, necnon Rot. idem firmauit coram Merlio. *decis.392. num.2.* Vbi quod tota hæc quæstio facti magis, nempè voluntatis ipsius donantis, quam iuris est.

Demum neque subsistit, quod admisso, vt dici posset, ius quæsitum filijs, vti filijs adhuc tale ius nil aliud operetur nisi irreuocabilitatem Donationis, & illius reuersionem ad Donantem excludat, sed non impediat quo minus Pater possit de bonis donatis in illorum præiudicium disponere in hypothecando Creditoribus; Quidquid enim sit de hac opinione vbi Pater donat Sponso contemplatione certi matrimonij nulla facta mentione filiorum, cessat obiectum quando de filiis facta est specialis mentio, & ex coniecturis apparet Auum donasse, & Patrem primum Donatarium donationem recepisse pro filiis, vti fillis, nam tunc ius speciale illis quæritur, & proindè siue alienentur bona donata in eundem Donatorem siue in alium semper resultat idem effectus, quod fiat contra causam finalem ipsius Donationis, cùm in vtroque casu bona dissipentur; Immò deteriùs esset, quod Pater posset vendere, & hypothecare, quàm retrodonare, siquidem per retrodonationem bona redirent ad Auum, ex cuius bonis Nepotes possent consequi Ali-
menta, & Dotem pro fœminis, *ad text. in l. si quis à liberis,* 40
ff. de liber. agnoscen. & in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Aretin. *cons.12. num.11.* Ruin. *cons.94. num.7. lib.1.* quod ius non competeret contra creditores si bona ad illos deuenirent,
& ita etiam tradit Sanchez *de matrim. lib.6. disp.32. n.1. &* 41
seqq. Vbi quod nec minùs adijci possit conditio aliqua, per
quam aliquo modo deterior reddatur conditio Vxoris, & 42
filiorum, Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.1. gloss.8. par.1. n.7. & 76. & his relatis*, Rot. *decis.44. num.10. par.6. rec.* coram Merlin. *decis.515. num.5.*

Hinc etiam patet non applicari argumentum ductum à Dote ad huiusmodi donationem, vt scilicet quemadmodum dos quæ datur contemplatione certi matrimonij non

43 acquiritur filijs vti filijs, sed vti hæredibus, *l.liberis, ff.de donat.ante nupt.* ita etiam dicendum sit de controuersa donatione; Diuersa enim ratio militat inter vtrumque casum, nam dos datur Patri pro substinendis oneribus matrimonij nulla facta mentione filiorum nec Patre pro eis stipulante;
44 At hic facta fuit mentio filiorum, † & donatio fuit stipulata pro eisdem filiis quibus proindè fuit ius quæsitum, Amat. *d.resol.*30.*n.*8. Et in his terminis latè dixit Rot. *d.decis.*127. *par.*6. *& in Romana seu Nepesina Restitutionis in integrum 4.Iunij 1655. coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita vtraque Parte Informante resolutum fuit &c.

REVERENDISS. P. D. CAROLO CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Melenitana Donationis.

Lunæ 14. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Donatio facta sponso, vel sponsæ occasione, & contemplatione matrimonij, non parum controuertitur an talis donatio etiam extendatur ad filios alterius matrimonij. Verùm negatiua opinio sine difficultate transit, dum donatio est facta viro, & vxori, eorumque filijs, & descendentibus, natis ex illo matrimonio legitimis, & naturalibus fuit facta.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta sponso, vel sponsa nulla facta mentione filiorum, sed pro se, suisque hæredibus.*
2 *Censetur acquisita pro omnibus filijs, cuiusque matrimonij.*
3 *Donatio facta sponso, & sponsa, eorumque filijs, & descendentibus.*
4 *Tunc censetur facta filijs tantum illius matrimonij, quamuis non sint hæredes.*
5 *Filiorum mentio facta in donatione coniugibus in dubio non censetur facta connexiuè, sed discretiuè, num.6.*
7 *Donatio facta ab vno ex coniugibus, respectu alterius coniugis, censetur facta pro filijs ipsius matrimonij tantum.*
8 *Coniux superstes transeundo ad secunda vota, dicitur contristare animam prædefuncti coniugis.*
9 *Donatio facta alicui ex coniugibus, pro se suisque hæredibus quibuscumque cum clausula,* ad habendum, &c. *quis in ea censeantur vocati.*
10 *Donatio facta pro certo, & determinato matrimonio, & vinculata fuit pro sponso, & sponsa.*
11 *Atque pro filijs eorum, cùm arctissima prohibitione alienationis, quid importet, & n.12.*
13 *Ratificatio, & approbatio idem operatur, ac si factum ipsum ab ipso approbante fuisset in esse deductum.*
14 *Donatio facta ab aliquo ex coniugibus alteri coniugi, non comprehendit filios alterius matrimonij.*
15 *Et deducuntur multa coniectura, ex quibus comprobatur dicta opinio, & n.16.17. & 18.*
19 *Donatio facta sponso, & sponsa, quando non possit comprehendere, nisi filios præsentis matrimonij.*
20 *Conditio posita in donatione facta sponso, & sponsa, quod bona non communicentur cum filijs diuersi matrimonij, quid denotet.*
21 *Rationis, & determinationis vnitas, quidnam operetur.*
22 *Substitutio facta sub conditione, si hæres decesserit ab intestato absque aliqua dispositione.*
Euanescit dicta conditio, quando hæres testatur, & num.22.
23 *Coniuges vnius matrimonij absonum est, quod voluerint disponere de filijs alterius matrimonij.*
24 *Donatio facta sponso, & sponsa, quando restringatur tantum pro filijs primi matrimonij.*
25 *Pacta censentur inter se correspectiua.*
26 *Instrumentum recipit interpretationem, & intelligentiam ab alio, in eodem Instrumento inserto.*
27 *Dictio,* Item, *congrua repetitione, repetit omnes præcedentes qualitates.*
28 *Donatio facta sponso, & sponsa, censetur correspectiua ad dotem, si in eodem Instrumento dotalitio fuit facta.*
29 *Dictio,* è conuerso, *quid importet.*
30 *Correspectiuitas vnius matrimonij, quando non possit extendi ad diuersum.*
31 *Donatio ratione correspectiuitatis, venit restringenda ad terminos ipsius.*
32 *Dos scutorum 3650. de anno 1590. erat valdè insignis.*
33 *Emphyteusis recepta pro viro, & vxore pro se, & eorum filijs, sicuti hoc casu d. emphyteusis resoluitur in singularitates, quæ est principalis dispositio.*
34 *Ita etiam possunt resolui accidentaria.*
35 *Ad diuersa non fit illatio.*
36 Fontanell. de pact. nupt.claus.4. gloss.9.par.1.num.26. *declaratur.*
37 *Donatio facta sponso, & sponsa, cum conditione, vt filij eorum, sint legitimi & naturales, ista conditio non potest dici superflua.*
38 *Argumentum euitandæ superfluitatis est admodum debile.*
Quia multa dicuntur ad maiorem explicationem.
39 *Donationem expressè quando quis ratificasse dicatur.*
40 *Coniuges regulariter eueniente casu dissolutionis matrimonij odio solent prosequi filios ex alio matrimonio procreandos.*
41 *Contextu vnico, & eodem quæ facta sunt diuerso iure censeri non debent.*
42 *In Patruo non intrat æqualis affectio erga filios fratris, sicuti est affectio patris erga eos.*
43 *Donatio regulanda est secundum voluntatem donantis, & num.44.*
45 *Bona æquum est, vt redeant ad suum principium, iuxtà dispositionem eorum Domini.*
46 *Bonorum confusio est euitanda, maximè stante super loco consuetudine.*
47 *Dictio,* vt supra, *importat repetitionem.*
48 *Iudex iniustè procedendo, non priuat possessorem sua possessione, dummodò non habuerit se pro spoliato.*

DECISIO CCXXX.

Decisio coram me emanata 12. Decembris 1653. super bono Iure Ioannis Vincentii Galeæ, & filiorum etiam ad effectum manutentionis, ad nouam disputationis trutinam reuocata post tertiam propositionem, hodiè confirmata fuit, quia Donatio bonorum, de quibus agitur suffragatur dumtaxat filiis primi, non autem secundi matrimonii.

Recepta enim est distinctio, quod si Donatio fiat † spon- 1
so, vel sponsæ nulla facta mentione filiorum, sed pro se, & hæredibus quibuscunque cum clausula *ad habendum*, & quicquid perpetuo sibi suisque hæredibus placuerit faciendum, † censetur æqualiter acquisita pro omnibus fi- 2
liis ex quocunque matrimonio procreandis, in quibus concurrat dicta qualitas hæreditaria, *vt punctualiter decisum fuit in Pisauren. Donationis 8. Februarij 1647. & 31. Ianuarij 1648. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono inter eius impress. decis.99. & decis.123.per tot.* Si verò facta sit viro, & mulieri, eorumque † filiis, & descendentibus, 3
hoc casu acquisita dicitur solis filiis natis ex illo matrimonio inter virum, & mulierem contracto, quamuis † non 4
sint illorum hæredes, & non aliis, *vt in his terminis præter allegatos in Decisione sub §. Attamen firmant distinguendo,* Rimin. Iun. *cons.295. num.42. & cons.569. num.37. &* 38. Bertrand. *cons.234. num.6. & seqq. lib.2.* Simon. de Præt. *cons.56. num.13. lib.1.* Cald. *de Iur.empt.lib.2. q.15. num.28.* Gramm. *decis.233. n.2. cum seqq.* Larr. *decis. Granaten. 33. n.24.* Idemque admisit Rota *in dicta 1.decis. Eminentiss. D. Cardinalis Otthoboni num.10.*

Et pariter recepta est alia distinctio, quod si mentio fi-
liorum † fiat à Tertio respectu aliquorum coniugum, tunc 5
in dubio non censetur facta connexiuè, vt liberos † tan- 6
tum communes respiciat, sed discretiuè, vt comprehendat filios ex quocumque matrimonio; Sed si fiat ab vno ex coniugibus respectu alterius coniugis procul dubio
cooce-

7 connexiuè facta dicitur † de solis liberis communibus, ex
quo non est verisimile, quod de filijs alterius matrimonij
8 cogitauerit propter iniuriam, qua per secundas † nuptias
anima coniugis prædefuncti affecta censetur, vt notat Cald.
vbi supr. d.q.15. num.8. & distinguendo, Cancer. *var.resol.
par.3.tit.de pact.cap.7. a.104. & seq.*

Casus autem præsentis controuersiæ non cadit sub primo, sed sub secundo membro prædictarum distinctionum; Nam Donatio de qua agitur, vt firmatur in præcedenti decisione non fuit facta alteri ex coniugibus pro
9 se, suisque hæredibus placuerit facien. *iuxtà casum dd. Decisionum Pisauren.* Sed contemplatione certi matrimonij
10 facta, & vinculata fuit pro sponso, & sponsa, † eorumque filijs, & descendentibus in perpetuum, cùm arctissima prohibitione alienationis vltra legitimam, *& sic iuxtà terminos Consiliorum*, Rim.Ian. *ac aliorum DD. tam in dicta prima Decisione, quàm supra allegatorum*. Cùmque
11 dicta † donatio explicitè facta fuerit pro omnibus, & quibuscunque Iuribus Io: Antonio sponso competentibus, & competituris, tam iure successionis paternæ, & maternæ,
12 quàm pro omni eo, quod † donans ei debebat ex causa administrationis Tutelæ factæ de bonis suis, *vt deducitur in dicta decisione, §.quod fortius*. Istamque Donationem, cum omnibus in eius Instrumento contentis dictus Io: Antonius sponsus expressè ratificauerit, & approbauerit *præsens*
13 *Summ. Io. Vincenty num.2.* Vtique † perinde habetur, ac si donatio immediatè ab ipso facta fuisset, ex Theorica Baldi *in l.si liqueat num.2. C.de inoff. donat. quam approbauit, Rot.in Romana de Millsais 15. Decembris 1645.coram me, §.Quibus non obstat in fine, vers. quicquid secus*. Et consequenter sumus in nominatione filiorum ad vno ex co-
14 niugibus facta respectu † alterius coniugis, quæ solos liberos communes, non autem filios alterius matrimonij comprehendit, vt optimè probant Calder. & Cancer. *supra allegati*.

Comprobantur præfata ex pactis in eadem Donatione
15 adiectis. Primò enim † conuentum fuit, quòd omnia, & singula acquirenda per dictum sponsum, & sponsam constante, & durante præsenti eorum matrimonio essent, & esse deberent omnium, & singulorum suorum filiorum vtriusque sexus, Nepotum, & pronepotum. Secundò con-
16 uenerunt, vt dictum est, † & super quo versatur tota difficultas huius causæ, quod omnia, & singula bona donata, & donata vinculata essent, tam dictæ sponsæ, quàm eidem sponso, eorumque filijs, & descendentibus in perpetuum cum dicta arctissima prohibitione alienationis.
17 Et tertio conuentum † extitit, quod in casu decessus dd. sponsorum sine filijs legitimis, & naturalibus de eorum corporibus legitimè Descendentibus, vel cum filijs, & dicti filij morerentur in maiori, vel minori ætate quandocumque sine filijs legitimis, & naturalibus de eorum cor-
18 poribus † legitime descendentibus ab intestato, & absque vlla dispositione. Tali casu bona sponsæ reuerterentur ad Alexandrum eius Patrem si in humanis fuerit, sin minus ad illius filios, & descendentes. Bona verò sponsi reuerterentur ad Donantem si viuus fuerit, alioquin ad Margaritam ipsius sponsi sororem illiusque filios, & descendentes.

Hinc enim sicut primum, & tertium pactum, non comprehendunt filios secundi, sed restringuntur ad filios primi matrimonij, vt respectu primi pacti ostendunt tam
19 † verba illa, ibi, *Præsenti eorum matrimonio, & ibi suorum filiorum*, quæ non possunt intelligi de alio matrimonio, nec de alijs filijs, quàm de illo, quod tunc conclusum fuerat inter Agatucciam, & Io: Antonium, ac de ipsorum communibus liberis, *vt probant DD. supra allegati*, quàm congrua ponderatio conuentionis acquirendi bona constante illo matrimonio fauore suorum filio-
20 rum, quæ non extenditur ad filios secundi † matrimonij cum isti viceuersa non grauentur communicare filijs primi bona acquirenda constante secundo; Et respectu tertij pacti clarè demonstrant conditio decessus sponsorum sine filijs, quæ cum respectu primi decedentis intelligi non possit de filijs alieni matrimonij, sed tantum illius, quod soluebatur per obitum primi Coniugis; Ita similiter de
21 ijsdem intelligi debet, quo † ad alterum Coniugem superuiuentem ob vnitatem rationis, & determinationis, *ad regulam textus in l. Iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* Card. Seraph. *decis.*1438. *num.*10. Exclusio substitutorum, quæ non resultat, nisi ex filijs communibus vtriusque coniu-
gis, vt notant Barbat. *in l.cum acutissimi num.*381. *Cod. de fideicomm.* quem refert, & sequitur Odd. *de compend. par.6. quæst.2. par.2. art.6. & vltimo, sub num.2. vers. limitatur autem singulariter*, Cyriac. *controu.497.num.9.* Fusar. *de substit. quæst.411. num.2.* Et demum substitutio facta filijs
sub duplici conditione, † quod decederent sine descenden- 22
tibus, & ab intestato sine vlla dispositione, cùm enim ipsi testando, & disponendo excluderent substitutos, Peregrin. *cons.41. num.10. & 11. lib.3.* Balsarin Marchet. *inter consil.* Fusar. *consil.79.n.15.* idem Fusar. *de substit.q.437.sub n.*252. Absonum est, quod contrahentes, & Coniuges voluerint
hanc † facultatem concedere etiam filijs alterius matri- 23
monij.

Ita pari modo secundum pactum intermedium ad eos-
dem filios primi matrimonij restringi † debet, vt in termi- 24
nis arguit Cald. *de Iur. Emph. dicto lib.2. dicta q.15. d. n.28.*
vers. Quatenus resolutio. Pacta † enim censentur inter se 25
correspectiua, *l.fundi partem ff.de contrah.empt.* Buratt. *de-
cis.336. num.7.* Imò vnum recipit intelligentiam, † & de- 26
clarationem ab alio in eodem Instrumento adiecto, *l.qui filiabus, ff.de legat.1.* Surd. *consil.375.n.28. & cons.426.n.21.* Card. Mantic. *de coniect.vltim.vol.lib.6.tit.13.n.10.* Præsertim vbicunque (prout hic) posita sunt per dictionem *Item*,
quæ † vbi congrua repetitio fieri potest easdem qualitates 27
reperit in præcedenti expressas, *l.Item ff. de procurat. & l. Item eorum, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* cùm cæteris allegatis per Barbos. *dict.185.n.1. cum seqq.*

Valdè etiam vrgere visum fuit Argumentum primæ Decisionis, *§.Idque clarius* desumptum ex correspectiuitate huius Donationis ad Insignem dotem scutorum 3650. Agatucciæ sponsæ ab Alexandro eius Patre constitutam.
Huiusmodi enim † correspectiuitas resultat, siue ex quo 28
præfata Donatio facta fuit in ipso contractu Dotalitio, vt dixit Rota *in recent. decis.127. num.13. par.6.* Siuè etiam
ex Dictione, *E conuerso*, qua † incepta legitur Rota *de- 29
cis.405. ante num.1. par.4. diuers.* Atque arguit, quod principaliter donatum fuerit contemplatione vxoris, cùm
eius Pater tantam Dotem ei non dedisset, † immò nec 30
matrimonio consensisset, nisi correspectiuè subsequeretur præfata Donatio, vt tradunt Natta *cons.609. num.3. versic. & præsertim*, Menoch. *cons.723. num.14.* & alij ibi
allegati. Cùmque propterea † talis correspectiuitas in 31
alio matrimonio considerari non possit restringit effectum ipsius Donationis ad solos filios ex illo progenitos, aliosque excludit; Præfatam autem Dotem fuisse insi-
gnem Anno 1599. pro Adulescente † occasione studio- 32
rum Romæ commorante probant adducta per Surd. *decis. 61. num.9.* comprobata per Rota coram Cardin. Caualer. *decis.260. num.4.*

Non obstat Bald. *in authent. Qui rem num.7. C.de sacros. Eccles.* Loquitur enim in Emphyteusi recepta à Viro, &
Vxore pro se, & eorum filijs, † firmans proindè, quod si- 33
cuti principale dispositum; Id est ipsa emphyteusis resoluitur in singularitates; Ita etiam resolui debeant acciden-
talia, † nempè mentio filiorum, vt tam in parte Viri, quàm 34
in parte vxoris intelligatur, de quibuscunque filijs ipsorum, inter omnes eadem Emphyteusis sit diuidenda. At vbicunque, vel ratione materiæ, vel ex coniecturata mente contrahentium elicita ex verbis, & pactis ipsius Instrumenti,
† atque ex alijs efficacibus coniecturis res indiuidua est, 35
tunc filijs communibus, non autem alterius matrimonij debet adiudicari, vt ea mente eiusdem Baldi etiam in materia Emphyteusis ita respondet Cald. *vbi sup. lib.3. cap.13. num.57.* Idemque in effectu probat Cancer. *pariter vbi supra par.3. d.cap.7. n.113.*

Non obstat Fontanell. *de pact.nupt. claus.4. gloss.9. par.1. sub num.36. vers. Idem quod supra*. Quia loquitur in casu,
quo filijs addita fuerant verba † de legitimo, & carnali ma- 36
trimonio procreatis, quæ nisi comprehenderent filios secundi forent omninò superflua cum iam Coniuges coniuncti essent verò, & carnali matrimonio; Ideò non applicatur casui nostro, quo tempore Donationis matrimonium non erat contractum, sed solum contracta erant spon-
salia per verba de futuro: Vndè † licèt pactum reuersi- 37
uum conceptum fuerit sub conditione, quod filij sponsorum essent legitimi, & naturales de ipsorum corporibus legitimè descendentes huiusmodi tamen conditio non fuit superflua prout erat in casu Fontanellæ, cùm censeatur addita ad effectum excludendi filios, quos medio tempore inter sponsalia, & consumationem matrimonij

38 illicito forsan modò habere poterant; † Vltrà quod Argu-
mentum vitandæ superfluitatis esse admodum debile cùm
sæpè multa dicantur ad maiorem explicationem respondit
Rot. *in rec.decis.249.n.20.& 21.par.7.*

Declaratio autem à Patruo facta, quod donabat pro
omnibus, & quibuscunque Iuribus Io: Antonio compe-
tentibus, & competituris tam iure successionis paternæ,
& maternæ, quàm pro omni eo, quòd ipse illi debebat ea
causa administrationis Tutelæ factæ de bonis suis, hodie
visa fuit retorqueri, quia cùm Io: Aotonius hanc dona-
39 tionem expressè ratificauerit † ipse censetur donasse dum
cootinebat eius bona propria, *vt supra probatum fuit sub*
§.Casus autem, & sic intellexisse tantum de filijs commu-
nibus propter odium, quo regulariter coniuges euenien-
40 te casu dissolutionis matrimonij prosequi † solent filios
ex alio matrimonio suscipiendos, vt probant Cald. &
Cancer. *superius alleg. §.Et pariter*. Parum releuante,
qood Patruus ibidem etiam propriam portionem donaue-
rit; Quia præter quod oon coostat quanta esset, & an ve-
rè bona ibidem expressa excederent eius debitum, & suc-
cessionem paternam, & maternam Io: Aotonij, cùm facta
41 fuerit vnico contextu, non potest diuerso iure censeri,
l.eum, qui ades, ff.de vsucap. Surd.*consil.534.ante num.19.*
versic. & eadem. Neque io ipso Patruo intrat præsumptio
42 æqualia † affectioois erga filios Donatarij, tam primi, quàm
secundi, & vlterioris matrimonij. Quia regulanda est, tam
43 cum voluntate Dotantis, † cuius contemplatione, & cor-
respectiuè fuit facta Donatio. Quàm cùm voluntate ipsius
sponsi, qui in eadem dispositione principaliter (vt dictum
44 est) bona propria donauit, † quorum proindè voluntas,
& intentio ad solos filios illius matrimonij restringitur, *ex*
Iuribus supra allegatis.

Denique non refert, quod distincta fuerint bona dona-
ta à dotalibus, quia noo fuit facta huiusmodi distinctio in
casum fideicommissi filijs extantibus, sed solum in easum
45 reuersionis ijs oon extantibus, † quo casu æquum erat,
vt bona redirent ad suum principium, & vnicuique re-
stitueretur sua portio; Vinculatio autem io casum fidei-
commissi[illegible] sponsi, & sponso diuisim facta fuit ad
46 euitandam confusionem † bonorum ex consuetudine
Meltiæ, de qua meminit Rota coram bon. mem. Merli-
no, *decis.347.num.3.vers. Neque dici potest*, & cui partes
voluerunt se coosormare contrahendo more Romano-
rum, vt declararunt io principio, & propterea in dicta
vinculatione dixerunt *diuisim, vt supra*, repetendo exin-
47 dè dictam præcedentem † declarationem in principio fa-
ctam, quæ quidem repetitio ea præfata dictione, *vt supra*
congruè resultat, *l.Item quæritur, §.Item Iulianus, ff.loca-*
ti, cum alijs relatis per Barbos. *dict.441.n.1.*

Constito itaque de bono iure Io: Vincentij, ac filiorum
qui causam habent ab Agatuccia Iuniore filia dicti primi
matrimonij ipsis pariter competit manutentio tam in pos-
sessionem medietatis Territorij, & Viridarij Tal Puales
contentæ io dicta Donatione, quàm in possessionem 25.
ruminatarum clausuræ Ta Pons adiudicatarum Io: Anto-
nio Perdicomato collitiganti, & causam habenti à filia
secundi matrimonij pro fructibus bonorum donatorum
à dicto Io: Vincentio perceptis, & qui percipi potue-
48 runt, † cùm Iudex iniustè procedendo ex prædictis eos
non priuauerit sua anteriori possessione manutenibili,
dum non habuerunt se pro spoliatis, *vt præter allegata in*
in fine dictæ Decisionis respondit, Rota coram san.me.Greg.
decis.535. num.1. ibique Add. *n.2. in rec. decis.330. num.7.*
par.6. & in Romana Bonorum 19. Ianuary 1643. in principio
coram Reuerendissimo Terracinen.

Et ita vtraque &c.

Decisio hac emanata in hac eadem Causa sub die 13. De-
cembris 1653. coram eodem Reuerendissimo Decano erit in-
fra in Miscellan.

R. P. D. M E L T I O.

Romana Pecuniaria.

Veneris 18. Maij 1657.

A R G V M E N T V M.

Solutio cum reportatione quietantiæ omnem tol-
lit obligationem, maximè confessione extraiu-
diciali corroborata, & præsumptionibus, Iudex
appellationis succedit in locum Iudicis à quo,
cuius sententia in parte excessiua in totum red-
ditur nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Quietantia quotquot sunt, tot solutiones probant.*
2 *Exceptio solutionis, & quietantia respectu soluti quam-*
cumque obligationem tollit.
3 *Epistola non probat in fauorem scribentis.*
4 *Epistola reproducta ad fundandam intentionem plenam*
fidem facit.
5 *Ex productione scriptura confessio irretractabilis effi-*
citur.
6 *Epistola non potest pro parte acceptari, & pro parte re-*
probari. Et contrarium quo casu.
7 *Attestationes simplices nullum gradum probationis fa-*
ciunt, & præsertim famulorum.
8 *Taciturnitas longa solutionem præsumit.*
9 *In solutionum materia illud semper attenditur, quod est*
verisimile.
10 *In appellationis gradu agitur tantum de confirmatione,*
vel infirmatione sententia.
11 *Iudex appellationis succedit in locum Iudicis à quo.*
12 *Adeò quod non potest pronunciare nisi super meritis pri-*
ma causa.
13 *Iudex appellationis habet iurisdictionem circa ea, qua*
vertuntur in prima instantia tantum.
14 *Iudicis qualitas ex monitorio, & prosequutis digno-*
scitur.
15 *Sententia condemnans in certa summa, virtute illius*
aliud peti non potest.
16 *Sententia vnica verborum structura lata dicitur indi-*
uidua.
17 *Cuius ratione pro alia summa sustineri non potest.*
18 *Sententia in aliqua parte excessiua in totum redditur*
nulla.
19 *In indiuiduis in maiori summa non inest minor.*
20 *Vtile per inutile vitiatur.*

D E C I S I O C C X X X I.

FVit condemnatus D. Comes Aogelus Ferrettus per
sententiam A.C. vti hæres q.Fabritij Ferretti eius Pa-
trui ad restituendum sc.1000. eum expressione, quod essent
pro residuo scut.1500. quæ prætendebatur mutuata vsque
de anno 1639.d.Fabritio à D.Paulo Ludouico Riualdo. Ab
huiusmodi sententia interposita appellatione per ipsum
Comitem Angelum, eaque commissa in Rota, emanauit
sententia primæ confirmatoria, cui noo acquiescente eo-
dem Comite Angelo, obtinuit de nouo mihi Causam com-
mitti. Vndè dubitatum fuit; An sententia Rotalis sit con-
firmanda, vel infirmanda, & DD. pro infirmatione res-
ponderunt.

Fuerunt enim repertæ diuersæ solutiones per ipsum Fa-
britium factæ ipsi Riualdo, nec non aliæ de eius ordine io
summa scut.1221. ba.20. quorum exhibitæ apparent quie-
tantiæ, quæ † quotquot sunt, tot solutiones probant, *l.quin-* 1
quaginta in fin. ff.de probat. l.si is qui ducenta in princip. ff. de
reb.dub. l.cum centum, ff.de adimend. legat.gloss. in l.ne casu,
C.de discuss.lib.10. † Vndè exceptio satisfactionis, & quie- 2
tantiæ respectu soluti tollit quamcumque obligationem de-
bitoris, *iuxt. vulg. text. in §.1. Instit. quib. mod. tollit. oblig.*
l.1.& 2.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.solu. l.solutiones, ff.de so-
lut.l.4.§.soluisse ff. de iudic. Rot. coram Seraph. *dec.814.n.1.*
coram Penia *dec.327.n.2.* & coram Merlin.*dec.463.n.14.de-*
cis.565.n.1. & decis.714.n.1. & fuit resolutum in Sipontina
Pensionis 8. Aprilis 1647. & in Calaritana Pensionum 23.
Febr.1654. coram bo.me. Peuting. & alibi passim.

Coadiu-

Coadiuuantur d. quietantiæ ea epistola scripta per ipsum
Fabritium Ferrettum R. P. D. Riualdo fratri eiusdem Pauli
Ludouici sub die 13. Maij 1648. quæ datur in Summ. Comi-
tis Angeli sub num. 4. cum in ea scribens fateatur se illius
3 debitorem, sed in modica scutorum summa, & licet † ea
non probet in fauorem scribentis, cùm tamen fuerit ab eo-
4 dem Riualdo † producta ad fundandam suam intentionem
plenam fidem facit, quia ex tali productione confessio ir-
5 retractabilis efficitur propter expressam approbationem,
quæ ex illo actu oritur, ad text. *in cap. cum Venerabilis de exception.* Surd. latissimè comprobans *decis. 267. num. 1.* Ro-
ta *de fid. Instrument. in nou. decis. 2. & decis. 499. num. 11.
par. 4. recent. tom. 2.* Nec talis Epistola potest pro parte
6 acceptari, & pro parte reprobari, cùm non contineat fa-
ctum separatum, nec habeat contra se Iuris præsumptio-
nem, iuxtà Bart. Theor. *in l. Aurelius §. Item quæsitum nu.
1. & seqq. ff. de liber. legat.* Surd. *decis. 258. numer. 4.* Rota
*decis. 158. num. 5. par. 2. decis. 434. pariter num. 5. par. 5. rec.
& firmatum etiam fuit in Rom. Domus 17. Martij 1649. §.
Neutrum tamen coram bon. memor. Bichio.*

Non obstat, quod idem Riualdus prætendat mutuasse
etiam ipsi Fabritio alias pecunias in summa scutorum 450.
quæ præsupponuntur illi soluta breui manu per quemdam
Franciscum Firmanum famulum ipsius Riualdi: Quia de
huiusmodi pecunijs, siue alio asserto mutuo nulla fuit per
DD. habita ratio, cùm de eo alibi non constet, quàm ex
sola attestatione ipsius Firmani, regulariter enim simplices
7 † attestationes nullum gradum probationis faciunt, ad
Text. *in l. Instrumenta, l. rationes, & l. exemplo Cod. de
probat.* Rota *decis. 115. num. 15. decis. 161. num. 10. par. 5.
& decis. 89. num. 9. par. 7. recent.* & coram Eminentiss. D.
Card. Otthobono *decis. 58. num. 36.* Eòque magis, quia
8 aduersus d. attestationem valdè vrget † contraria præsum-
ptio desumpta ea longa taciturnitate ipsius Riualdi cum in
in prioribus Instantijs, nec iudicialiter, nec extraiudicia-
liter huiusmodi quantitas fuerit vnquam ab eo deducta,
sed solummodò fuerint petitæ pecuniæ, quæ depositatæ
fuerant nomine ipsius in S. Monte Pietatis, vt constat ex
monitorio, & sententia A. C. d. Summ. Comitis Angeli
num. 1. & 2. redditur enim valdè inuerisimile, quod Ri-
ualdus, qui petijt prædictam summam in S. Monte Pieta-
tis depositatam, non petijsset etiam hanc aliam partitam
scutor. 450. quatenus de illa creditor verè, & realiter ex-
9 titisset, in materia autem † solutionum illud semper valdè
attendi solet, quod est verisimile, iuxt. Text. *in l. si ex plu-
ribus la 2. ff. de solut.* Corn. *cons. 295. num. 2. lib. 3.* Gratian.
discept. forens. cap. 224. num. 95. Et in omnem casum suffi-
cit, quod de hoc mutuo scutorum 450. nulla appareat fa-
cta petitio in monitorio, nec illud fuerit contentum in sen-
10 tentijs, † vt de eo agendum non sit in gradu appellationis,
vbi agitur dumtaxat de confirmatione, vel infirmatione
11 sententiæ latæ, † & Iudex appellationis succedit in locum
Iudicis à quo; quoniam in appellatione est quædam sub-
rogatio, secundum Bald. *in l. penult. num. 6. vers. Quæro
ab interlocutoria in fin. Cod. quorum appellat. non recip.* Bellam.
12 *decis. 41. §. si Papa in fin.* Et adeò † succedit Iudici à quo vt
non possit cognoscere nisi de eo, quod ille cognouit, &
ideò habet pronunciare super meritis primæ causæ ad tra-
dita per Bart. *in l. 1. in fin. sub num. 3. Cod. si aduers. liber.*
13 Et ratio est, quia † Iudex Causæ appellationis habet Iuris-
dictionem per deuolutionem circa ea, quæ vertuntur in
prima instantia tantum, non autem super alijs, Afflict.
decis. 15. §. fuit lata sub num. 3. Put. *decis. 184. num. 4. & 5.
l. 2.* cum alijs latè deductis per Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2.
quæst. 11. sub num. 30. & 36. vers. Ergo neque potest mutari;*
14 Iudicij † enim qualitas dignoscitur ex monitorio, & ex
iam prosecutis, Rota coram san. memor. Gregor. XV.
decis. 335. num. 16.

Nihilque facit, quod respectu summæ scutorum 1550. in
qua ab initio Riualdus fuit creditor Ferretti, detractis dictis
scutis 1221. 20. iam solutis, adhuc ipse creditor remanet in
scutis 328. 80. Vndè pro hac summa saltè prætendatur, quod
15 dicta † sententia condemnat Comitem Angelum Ferrettum
in summa scutorum 1000. tantum, & pro residuo, quo fit,
vt virtute illius aliud peti non possit, etiamsi plus deberetur,
l. si pluribus 89. in princip. vbi gloss. *in verb. reliquum ff. de
solution.* Castr. *in l. 2. in fin. C. de hered. instit.* cum alijs
latè deductis per Gratian. *discept. forens. cap. 3. num. 2.
& seqq.*
16 Accedit, quod cùm dicta † sententia lata pro scutis 1000.
emanauerit sub vnica petitione, ac per vnicum capitulum,
nec non vnica verborum structura, dicitur indiuidua; vn-
dè ratione indiuiduitatis non potest substineri pro aliqua alia 17
summa debita, Put. *decis. 315. num. 1. & 2. lib. 1.* Rota co-
ram Millino *decis. 221. num. 2.* & coram Greg. XV. *decis.
198. per totam,* & ibi Add. & coram Buratto *decis. 286. nu. 5.*
Vndè sufficit, quod fuerit † excessiua in aliqua parte, vt in 18
totum nulla reddatur ratione indiuiduitatis; & ratio est,
quia † in indiuiduis in maiori summa non inest minor, 19
† & vtile per inutile vitiatur, iuxtà dictam decis. Putei 315. 20
num. 1. & 2. lib. 1. quam passim Rota *sequitur, vt in decis.
221. num. 2. & seqq. par. 2. diuers. & decis. 333. sub num. 3.
par. 2. recentior.* & fuit dictum *in Perusina Societatis* 20.
Maij 1624. coram Vbaldo.

Et ità vtraque Parte Informante fuit resolutum &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Cambij.

Lunæ 18. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Minoris obligatio absque proximiorum interuentu non sustinetur, eorum existentia, & interuentus possibilitas quomodo probetur, & eius obligationis causa debet esse omninò specifica, & releuans.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias minor absque proximiorum interuentu pro patre fideiubere non potest.*
2 *Proximiores linea materna in defectum paternæ pro validitate contractus minorum adhiberi debent.*
3 *Minori asserenti cum iuramento non habere proximiores consanguineos non creditur.*
Iuramentum in contractu minoris non seruata Statuti forma, vti dolo, & metu extortum nullius est momenti num. 3.
4 *Consanguinitas proximior ex instrumentis probatur.*
Et ad eam probandam inditia, & coniectura admitti solent.
5 *Præsentia quomodo comprobatur.*
6 *Testis vnicus adiunctis adminiculis existentiam alicuius probat.*
7 *Proximiorum accidentalis carentia in contractu minoris non est sufficiens causa, vt remotiores in gradu adhiberi possint.*
Maximè si contractus dilatio non est nociua.
8 *Minoris obligatio cum narratiua indigentiæ domus reparandi, vti generalis, & vaga non sustinetur.*
Pro eius validitate ex Statuto Vrbis causam specificam continere debet num. 8.
9 *Minoris obligatio ex causa imminentis carcerationis patris statutarijs solemnitatibus roborata sustinetur.*
10 *Contractus continuatiuè expeditus vnicus reputatur.*
11 *Instrumentum idem neque prius, neque posterius continere valet.*

DECISIO CCXXXII.

PRo cambio in scutis 1000. à Iacobo Philonardo cum
Cauallarino contracto, Marius eiusdem Iacobi filius
tunc minor, fideiusserat, necnon coram A. C. ad ipsius so-
lutionem adstrictus, successiuè succubuerat. Ad huius
proindè instantiam, super validitate obligationis commu-
sa mihi causa, dubium hodiè proposui, resolutum, negati-
uè. Licet enim obligatio hæc decreto Iudicis, nec non Pom-
pei Columnæ, ac Petri Vincentij Caualerij proximiorum
interuentu munita fuerit, attamen dum R. P. D. Cincius,
in gradu Caualerio proximior, poterat interesse contractui,
Marij proindè obligatio, † huius assensu destituta, tan- 1
quam nulla debet omninò corruere ex dispositione Statuti
Vrbis *lib. 1. cap. 113. & c. 151.* notat Aym. *cons. 80. num.
14.* Rota coram Greg. *dec. 406. n. 6.* Dum in hoc potissimè
contractu, respiciente fauorem patris, posthabito Caua-
lerio, & consequenter Franciscus Columna, Marij Auun-
cu-

2 culus † debuerat adhiberi, vt aduertit Pic. *ad idem stat. c.*
151. gloss. 17. num. 1. Rot. coram Verall. *dec. 205. in princ.*
part. 5. & in Romana success. de Comitibus 23. Iunij 1642. in
§. defectus autem coram Reuerendiss. D. meo Decano, non
obstante, quod idemmet Marius, se orbatum proximiori-
bus consanguineis, qui possent interuenire contractui, præ-
stito Sacramento, firmauerit; Postquam enim statuti for-
ma expleta non fuit, ex ipsius dispositione, iuramentum
3 vti metu, † & dolo extortum, inefficax reputatur, vt no-
tat Ruin. *cons. 95. num. 8. vers. nec obstat lib. 5.* Rota *decis.*
54. num. 2. part. 2. rec. & coram bo. me. Vrgellen. *dec. 18.*
n. 1. & 2. & in Romana Societ. officij 1. Iulij 1649. coram
Eminentissimo D. Cardin. Otthobono inter impressas decis. 16.
num 5. cum seq.

Consanguinitas verò proximior R. P. D. Cincij perpe-
ram impugnatur, dum ipse in quarto dumtaxat, Caualle-
rius verò in quinto gradu coniunctus existit, vt plura com-
probant instrumenta ex parte Marij exhibita, quæ Fran-
ciscum pariter ipsius Auunculum extitisse commemorant,
ac plenum probationis gradum in proposito casu consti-
4 tuunt, quo indicia, † & coniecturæ solent admitti, vt no-
tat Aret. *cons. 37. num. 1. vers. venio igitur*, Gemin. *cons. 27.*
num. 8. & respondit Rota *dec. 331. num. 14. par. 6. recen.*
& in Romana success. de Comitibus 23. Iunij 1642. in §. nam
quod coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Quod autem hi potuerint interesse contractui, compro-
bat existentia ipsorum tunc temporis in Vrbe, ea quippe
R. P. D. Cincij ex iurisdictione eadem die contractus adsti-
pulati 15. Februarij 1648. per ipsum, vti Locumtenentem
5 D. Card. Vicarij exercita, † comprobatur; quæ præser-
tim ipsius omninò præsefert, vt dixit Felin. *in cap. tenor ru.*
3. fallentia 2. de re iudic. Ruin. *cons. 154. num. 11. lib. 5.* Me-
noch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 19. num. 6.* & in his ter-
minis respondit Rota coram Gregor. XV. *decis. 484. per*
totum.

Existentia verò Columnæ ex ipsius depositione conuinci-
tur, quod in mense Februarij nunquam ab Vrbe discesserit.
Tum ex eiusdem interuentu in Choro Basilicæ Lateranen.
subsequenti die post celebratum immediatè contractum,
tum denique ex depositione alterius testis, de certa, scien-
tia testantis, eumdemmet Canonicum toto tempore
mensis Februarij Romæ degisse, qui licet vnicus, admi-
niculis tamen superiùs ponderatis perspectis, sufficientem
6 probationis gradum poterit constituere, † vt in proximis
terminis responsum fuit in *Romana testamenti 22. Martij*
1656. coram R. P. D. meo Cerro in §. identitas.

Hinc, postquam proximiores in gradu assensum pote-
rant naturaliter præstare in contractu, accidentalis eorum-
dem habilitas, siue carentia impedimenti non debuerat à
Mario comprobari: Quinimò licet eadem die contractus
aliquo impedimento detenti forent, non tamen remotio-
res in gradu poterant adhiberi, sed stipulatio, ex quo im-
pedimentum longo temporis cursu durare non poterat, in
7 sequentem omninò † diem debuerat differri, vt recedendo
à decisione contraria responsum fuit in *decis. 713. per tot. par.*
2. rec. & in Rom. successionis de Comitibus 23. Iunij 1642. in
§. quod potuerint coram Reuerendiss. D. meo Decano, & no-
tant Adden. ad decis. Gregor. *dec. 406. n. 19. vers. aduerten-*
dum tamen est.

Animaduertebant præterea Domini, quod causa obliga-
tionis Marij Iudici proposita, ad nonnullas paternæ domus
indigentias reparandas, vaga nimis, ac generalis extite-
rit, & consequenter inepta, ac nullius penè roboris repu-
tatur ex dispositione Stat. Vrbis causam omninò specificam
pro validitate obligationis exquirentis, vt notat Pic. *ad*
idem statutum in adducto cap. 151. gloss. 22. num. 4. Rota
coram bon. me. Merlino *decis. 714. num. 35. cum seq.* &
alijs relati iuribus responsum fuit in *Rom. Domus 14. Ian.*
1656. in princ. coram me.

Neque vrgere visa fuit imminens carceratio patris, eli-
cita ea promissa fideiussione filij sub obligatione Camerali,
9 ea qua obligatio minoris, quoties † solemnitatibus statu-
tarijs roborata fuerit, substinetur iuxta Text. *in l. 1.* vbi
gloss. *in verbo fideiussor C. de fil. fam. min.* Rota *decis. 145.*
nu. 3. par. 4. rec. & in Anconit. pecuniaria 31. Martij 1653.
in §. iniustitia quoque, & 15. Maij 1654. in §. de validitate
autem coram R. P. D. meo Zarate. Siquidem vrgere posset
obiectio, in separato quoties instrumento, ac penitus di-
stincto, Marius se fideiussorio nomine obligasset, secus ve-
rò dum testes vnica dumtaxat vice, & in fine instrumenti
noscuntur adhibiti; Tunc enim contractus vnicus reputa-
tur, ex quo connexus existit, † & continuatiuè fuit expe- 10
ditus, vt responsum fuit in *Romana seu Albanen. diuisionis*
1. Februarij 1649. in §. neque obstat cum tribus seqq. coram
R. P. D. meo Cerro, & in Leodien. Canonicatus 7. Februarij
1646. coram me in §. nec poterit. Licet fideiussionis promis-
sio præcesserit, † cùm in eodem instrumento priùs neque 11
posteriùs valeat assignari, ad Text. *in l. iurisgentium §. quini-*
mo ff. de pact. Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 5. num. 1.*
vers. ideoque ambo actus, Rota coram bo. mem. Merlino
decis. 792. num. 21.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Firmana Fideicommissi.

Veneris 18. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Derogatio fideicommissi quando subreptitia, vel obreptitia dicatur, & concessa cum qualitate, seu conditione multiplici, an eo non facto sit nulla, ac nullius roboris & momenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super mero possessorio inter laicos, & super re laicali non recipit appellationem suspensiuam.*

2 *Obreptio resultat ex taciturnitate qualitatis per quam vel Pontifex gratiam denegasset, vel difficiliùs concessisset, & n. 3.*

4 *Fideicommissa distincta, & separata à Testatore facta diuersa præsumuntur.*

5 *Clausula*, Quorum tenores, *quando non suffragetur.*

6 *Verba*, Certam tamen notitiam de præmissis non habentes, *quam expressionem inducant.*

7 *Facultas alienandi concessa sub qualitate non existentia bonorum liberorum corruit data existentia crediti etiam inexigibilis.*

Credita litigiosa, & intricata sunt pretio æstimabilia, & alicuius valoris, num. 7.

8 *Derogatio fideicommissi sub conditione multiplici peccat in forma non facto multiplico.*

Dilationem ad soluendum pretium in præiudicium fideicommissariorum concedere non potest hæres grauatus num. 8.

9 *Dilatio non conuenta, gratis deindè concessa pretium anteà stabilitum diminuit.*

10 *Multiplicum ex derogatione fideicommissi faciendum, statim facta venditione, & incontinenti fieri debet.*

11 *Facultas vendendi bona fideicommissi intelligitur præsente pecunia, non autem habita fide de pretio, & supra num. 8.*

12 *Verba*, Pro iusto, & rationabili pretio, *quid operentur.*

13 *Melioramenta compensantur cum fructibus lite pendente perceptis.*

14 *Stabilia valutantur ad rationem quinque pro centenario.*

15 *Melioramentis in genere probatis, & præfixo termino ad liquidandum succurritur per cautionem de reficiendo secuta meliori liquidatione.*

16 *Plantatio malorum dicitur impensa voluptuaria.*

Melioramenta quæ fructus non augerunt, dicuntur voluptuaria, num. 16.

17 *Tituli discussio incidenter facta ad elidendam exceptionem rei, non operatur veram mixturam.*

Ægidianam non excludit titulus incidenter discussus ad elidendam exceptionem rei, num. 17.

18 *Sententia lata per capita separata operatur, vt pars appellabilis non retardet partem inappellabilem.*

DECISIO CCXXXIII.

CEnsuerunt DD. esse locum Aegidianæ, quia sententia Rotalis concedens immissionem fratribus de Vicis in possessionem bonorum fideicommissariorum, de quibus agitur, lata fuit in mero possessorio ex remed. *l. fin. C. de Edict.*

Edict. D. Hadr. toll. inter personas laicas contendentes de 1 re laicali, quibus concurrentibus intrat prædictæ † Constitutionis dispositione denegans appellationem ab huiusmodi sententijs, vt pluries respondit Rot. *& in specie in Ariminen. fideicommissi* 10. *Junij* 1641. *coram bo. me. Hieronymo Card. Verospio, & 7. Aprilis* 1642. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, ac in Bonon. fideicomm. de Rubeis* 16. *Martij* 1648. *coram eodem Reu. D. meo Decano.*

Nec subsistit prætensum grauamen deductum, tum ea quo Lipponi rei conuenti fiur legitimi contradictores ad impediendam immissionem actoribus tanquam possidentes bona controuersa titulo emptionis cum derogatione fideicommissi, ac licentia Apostolica, tum ea denegata illis retentione pro melioramentis.

Nam quoad titulum responsio patet ex decisionibus editis coram bo. me. Peutingerio *sub diebus* 31. *Ian. &* 20. *Junij* 1653. ex quibus constat illum esse omninò inualidum. Quippè derogatio cuius vigore venditio facta fuit non solum est obreptitia, ac subreptitia, sed etiam inefficax ratione formæ non seruatæ.

Obreptio, ac subreptio resultant.

Primum, quia Franciscus venditor in impetratione prædictæ derogationis tacuit bona vendita esse subiecta particulari, seu strictiori fideicommisso sub prohibitione nedum alienationis, & delicti, sed cuiuscumque detractionis, etiam legitimæ, tanquam acquisita per Testatorem ex pecunia proprio labore parta in studio legali, quæ proindè voluit denominari Possessionem Iustinianam; Hinc enim resultat particularis affectio, ac magis optata 2 illorum conseruatio, † de quibus si Pontifex certior factus fuisset, vel licentiam illam distrahendi denegasset, vel difficiliùs concessisset, vt in specie respondit Rota *in Bonon. fideicom. de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *§. quarto quia, & 5. Aprilis* 1647. *§. quarto additur, & seqq. coram Eminentissimo D. Card. Corrado, ac alijs relatis in vtraque decis. huius causa coram bon. mem. Peutingerio.*

Non obstat, quod huiusmodi expressio non erat necessaria, cum vniuersale fideicommissum esset expiratum, nullaque superessent bona in eo comprehensa, tum quia ius non stat in duratione, vel expiratione fideicommissi vniuersalis, aut in existentia, aut non existentia bonorum, 3 sed in taciturnitate qualitatis particularis, † cuius expressio ob peculiares circumstantias verisimiliter retraxisset Pontificem à concessione, vel difficiliorem ad gratiam reddidisset, etiam quod vniuersale fuisset expiratum, nec adessent alia bona illi obnoxia, vt fuit dictum in supra allegata *Bononien. fideicommissi de Rubeis* 5. *Aprilis* 1647. *coram Emin. D. Card. Corrado, §. quia Prædium vers. præterquam alia &c. & in d. prima decis. bo. me. Peutingeri §. minus subsistit.*

Tum quia Testator in eodem Testamento tria constituit fideicommissa. Primum in bonis controuersis per eum proprio labore acquisitis quod hinc strictiùs appellatur, secundum in alijs bonis stabilibus, laxioris tamen vinculo adstrictis, quod legitur in versic. *& eodem modo, &c.* Tertium vniuersale in bonis mobilibus, iuribus, & actionibus in vers. *In omnibus autem, &c.* Vndè quidquid sit an hoc vltimum vniuersale fuisset expiratum, & an bona illi obnoxia superessent necne, sanè durabant secundum particulare minus strictum comprehendens 16. corpora stabilium, cum quibus poterat prouideri necessitati hæredis, vt benè aduertit secunda decisio bo. me. Peutingerij §. *subreptitia in fin.*

Gratisque replicatur, quod inter primum & secundum fideicommissum particulare nulla possit constitui differentia, cùm prohibitiones in primo comprehensæ fuerint repetitæ etiam in secundo, ibi, *Et eodem modo forma, Et eisdem conditionibus in omnibus, & per omnia, &c.*

Quia verba prædicta non possunt referri ad prohibitionem legitimæ quam Testator in primo, seu strictiori fideicommisso voluit posse detrahi super alijs bonis in secundo fideicommisso comprehensis, licet sub ijsdem conditionibus ordinato, vt claris verbis legitur, ibi, *Nec possint dicta bona cedi, permutari, vel pignorari, vel hypothecari, &c. ratione etiam legitimæ, vel Trebellianicæ, cùm adhuc vltra prædicta supersint multa alia bona in hæreditate mea prædicta, & alia infra ponam sub ijsdem conditionibus, quæ transcendunt legitimam filiorum meorum d. Summ. num.* 1. *sub litt. A.* Et alias superflua fuisset distinctio facta per Testatorem inter primum, & secundum fideicommissum, ac separatio bonorum vtrique subiectorum, † si alterum 4 ab altero diuersum constituere non sensisset, vt ponderauit Rota *in Rauennaten. Saluiani* 26. *Maij* 1634. *coram Reuer. Terracinen. in recent. decis.* 541. *sub n.* 13. *vers. denique, & Testator cum seq. par.* 5. *rec. tom.* 2.

Nec refert, quod super dd. bonis strictiori fideicommisso subiectis admiserit detractiones Dotium. Quia huiusmodi admissio (vltra quod est collata in remotissimum tempus, quando scilicet, bona prædicta in defectum omnium descendentium masculorum deuenirent ad fœminas descendentes, & proximiores stipite) non immutat qualitatem fideicommissi, nec eneruat specialem Testatoris affectionem supra ponderatam, quæ erat necessariò exprimenda, vt dictum est. Minus releuat clausula, *Quorum tenores, &c.* in litteris derogationis inserta, quæ operatur, ac si totus tenor fideicommissi de verbo ad verbum fuisset expressus, † siuè quia clausula, *non suffragatur*, quando, prout hic specialis expressio requiritur, Dec. *cons.* 142. *sub num.* 7. *vers. non obstat, cum seq.* Rot. coram Card. Seraph. *decis.* 981. *num.* 8. *& in rec. dec.* 128. *num.* 5. *part.* 2. *ac decis.* 40. *num.* 7. *& seq. par.* 4. siue quia virtus illius eliditur ex verbis immediatè sequentibus, ibi, *Certam tamen de præmissis notitiam non habentes*, quæ maiorem expressionem, † quam ibi narratam excludunt Rota *d. decis.* 40. *n.* 4. *part.* 4. *& in dicta Bononien. de Rubeis* 5. *Aprilis* 1657. *coram Emin. Card. Corrado, §. nec aduersantur, vers. hoc magis, &c.*

Secunda, quia Franciscus narrauit non habere bona libera, ex quibus posset debita persoluere, ac proprijs necessitatibus occurrere, & nihilominus constat, quod eo tempore habebat creditum Dotis maternæ in summa notabili *d. Sum. num.* 5. Nihil obstante, quod esset litigiosum, ac intricatum, nedum quia contrarium conuincit subsequuta eius exactio eodem *Sum. num.* 6. Sed etiam quia narrari debebat cum suis qualitatibus, vt Papa de eo qualecumque esset notitiam haberet cum res etiam intricatæ † ac litigio- 7 sæ sint pretio æstimabiles, & alicuius valoris, vt in proprijs terminis dixit Rota *in Romana Dotis* 2. *Martij* 1636. *coram Reu. D. meo Decano, in rec. dec.* 24. *sub nu.* 21. *vers. non obstat quod Marius consequent.*

Defectus verò formæ in eo consistit, quia Pontifex in dicta licentia mandauit pretium pro rata scut. 2000. erogari in satisfactionem creditorum, alia verò mille inuestiri in locis Montium non vacabilibus de Vrbe pro multiplico, ac reintegratione fideicommissi ad commodum vocatorum. † At Franciscus non solum dicta scuta 1000. non recepit, 8 nec inuestiuit, sed emptori dilationem ad septennium concessit, quod vtique facere non poterat in præiudicium fideicommissariorum iuxta trad. per Bald. *in l. Ciuile* 12. *num.* 3. *& 5.* ibique Salycet. *num.* 4. *C. de rei vindic.* Bart. *in l. à D. Pio §. sed emptor sub num.* 2. *vers. sed istud cum seqq. ff. de re iud.* Felin. *in cap. cum olim il* 1. *num.* 5. *de off. deleg.* Gratian. *discept. for. cap.* 329. *num.* 43. Rot. coram Card. Canal. *decis.* 18. *sub num.* 3. *vers. tamen, & seqq. & in Romana Bonus* 17. *Martij* 1649. *coram bo. me. Bichio §. seruata pariter in fine.*

Nec vrget responsio, quod ex hac dilatione melior effecta fuit conditio venditoris, cum alioquin emptor tantundem non soluisset in pecunia numerata.

Quia res aliter se habet, nam venditio fuit facta pro pretio æstimando, † æstimatio autem nullo habito respectu 9 ad dilationem, quæ proindè gratis concessa pretium conuentum diminuit, iuxt. text. *in l. si Prædio in fin. ibi idemque æstimandum est si dies longior pretij soluendi data fuerit, &c. ff. de in diem addict.* Bart. *in d. l. à D. Pio, §. sed & si emptor sub num.* 2. *vers. vendere rem ff. de re iud.* Bald. *in d. l. in ciuile numer.* 9. *C. de rei vendic.* Gratian. *d. discept.* 329. *n.* 43.

Minus releuat, quod Papa non iniunxerit statim fieri inuestimentum, atque concesserit facultatem vendendi in vna, aut pluribus vicibus pro iusto, & reperabili pretio; Quia præceptum de inuestiendo † incontinenti post factam 10 venditionem inesse subintelligitur propter indemnitatem vocatorum, ad effectum, vt citiùs fideicommissum reintegratum remaneat, vt plenè firmatum fuit in dd. *Bononien. fideicommissi de Rubeis* 2. *Martij* 1643. *&* 27. *Januarij* 1644. *coram bon. me. Peutingerio, ac* 30. *Maij* 1646. *coram Eminentiss. Cardin. Corrado, §. secundo quia, &c.*

Facultas verò vendendi in vna, aut pluribus vicibus intel-

11 telligenda est semper pecunia præsente, & absque † dila-
tione nb adiectam conditionem inuestimenti ea auctorita-
tibus supra allegatis, alijsque relatis in dicta *Romana Domus*
coram bo. me. Bichio, §. seruata pariter, vers. cumque prace-
perit vendi ab certum effectum, &c.
12 Et verba, † *Pro iusto, & reperibili pretio, &c.* requirunt
copulatiuè iustitiam, ac diligentiam pro illo reperiendo,
quæ hic non apparet, nec fieri potuisse conuincit breuitas
temporis, quod intercessit à die habitæ licentiæ vendendi ab
executore ad diem contractus triduo potest celebrari, vt
ponderatum fuit in secunda decisione bo. me. Peutinge-
rij *§. fin.*

Quin verò ad melinramenta grauamen pariter excluditur
ea alia particulari decisione coram eodem bo. me. Peutin-
gerin emissa *die 15. Maij* 1654. nam respectu illorum,
13 quæ probata fuerunt, iustè pronunciatum † fuit esse com-
pensanda cum fructibus in maiori quantitate à reis con-
uentis lite pendente perceptis, vt dixit Rota *dec. 650. nu.*
6. par. 2. & dec. 547. num. 22. part. 5. recent. coram Buratt.
dec. 834. sub num. 12. vers. nec talia, in Bonon. Primogeni-
tura 26. Maij 1646. coram bo. me. Bichio §. idem respondetur
in fin. & in Rom. Domus 14. carrentis cor. R. P. D. meo Be-
uilaq. §. vlt. lis enim mota fuit mense Octobris 1648. nec priùs
à Vicis capta possessio vigore sententiæ Rotalis, quam die 2.
Decembris 1654. Vndè fructus bonorum, de quibus agitur
valoris scut. 3000. medio tempore à Lipponis per 6. annos
14 percepti ad rationem quinque pro centenario iuxta † præ-
sumpt. gloss. *in auth. perpetua, verb. iusta C. de sacros. Ec-*
cles. ascendunt ad scuta noningenta circiter, & sic longè
excedunt d. melioramenta valoris scut. 300. vt contendunt
Vici, vel ad summum 600. vt prætendunt Lipponi.

Respectu verò aliorum, quæ probata fuerunt in genere
iuxta prædictam decisionem bon. me. Peutingerij satis con-
sultum fuit per cautionem præstitam ante adeptam posses-
sionem de illis reficiendis sequuta meliori liquidatione,
15 dum præfixo termino † ad liquidandum in specie, & exa-
minatis Testibus præuia remissoria concludenter probatum
non fuit quid impensum, & quid melinratum, vt restitui
posset quod nullus erat, prout in hac materia seruatur iuxt.
decis. Puteo. 261. *lib. 2. in correct.* cum alijs latissimè allegatis
in Bonon. fideicomm. de Vizzanis 7. Iuny 1647. coram bon.
me. Bichio, §. melioramentorum verò. Plantatio autem mul-
16 torum malorum † tanquam voluptuaria non est habenda
in consideratione præsertim cum adhuc non fuerit iustifi-
catum fructus augere, iuxta Text. *in l. volupt. vbi gloss.*
verb. exornat. ff. de impens. in reb. Dot. fact. l. impensa in fin.
ff. de verb. sign. Rota *d. dec. 650. n. 4. par. 2. rec.* & coram
Buratt. *d. dec. 884. num. 12.* ac sæpè in alijs.

Cæterum ad obiectum Iudicij mixturam eductam ex dis-
cussione tituli, ac prædictæ derogationis, & ex complexio-
ne melioramentorum in eadem sententia fuit responsum,
17 quod discussio tituli † tanquam incidenter facta ad eliden-
dam exceptionem reorum non operatur talem mixturam,
quæ excludat Aegidianam, vt dixit Rot. apud Pacif. *de*
Salu. *interd. dec. 144. num. 8 dec. 229. num. 4. ac decis.* 243.
num. 2. ac in dict. Bonon. fideicommissi de Rubeis 16. Marty
1648. *coram Rener. D. meo Decano in fine*, melioramenta
autem complectuntur quidem in eadem sententia, sed in
18 capitulo separato, quod operatur vt pars † appellabilis non
trahat secum partem inappellabilem qualis est immissio in
primo capite concessa, iuxta distinctionem, quam sequu-
ta est Rot. *in dec. 305. sub num. 12. vers. quatenus verò ea-*
dem sententia cum seq. par. 6. rec. & in Viterb. fideicommissi,
seu attentatorum 13. May 1634. coram R. P. D. meo Cerro,
in qua alia allegantur.

Et ita decisum vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. BEVILAQVA,

Romana Monasterij.

Veneris 18. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Alienari non possunt bona Ecclesiastica absque re-
quisitis solemnitatibus etiam de vno Monaste-
rio in aliud, quoties adest præiudicium Mona-
sterij, & Fratrum in eo viuentium, & citatio
contra illos quando dicatur legitimè executa, &
alia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex requisitis iuxta decis. 260. par. 2. Capit. constat.*

2 *Citatio ad sententiam pro re concernente interesse Monachorum, alijs capitulariter congregatis est præsentanda.*

3 *Citatio sufficit facta ad ostium Monasterij, quoties in principio litis Monitorium fuit personaliter contra Monachos executum.*

4 *Citatio in Tribunali A. C. domi executa valida, & legitima est.*

5 *Citationes in causis commissarijs debent personaliter exequi, vt sententia sustineantur.*

6 *Sportula, si via executiua, & summariè proceditur in Tribunali A. C. non debentur.*

7 *Iudex delegatus, non procedit absque particulari commissione.*

8 *Decretum irritans omnia aliter gesta radicitus inficit.*

9 *Clausula,* Sublata, *claudit as parti, vt non possit contrarium probare.*

10 *& Iudici aufert facultatem aliter iudicandi.*

11 *Alienatio bonorum Ecclesiæ non potest fieri, nisi præcedente causa necessaria, euidenti vtilitate, & Apostolico beneplacito.*

12 *Etiamsi alienatio fiat in aliam Ecclesiam.*

13 *in Alienatione rerum Ecclesiæ non statur assertioni partium, quibus in hoc non creditur.*

14 *Alienatio est prohibita ex contractu venditionis, multò magis erit in causa donationis.*

15 *Donatio magis præiudicat, quàm venditio.*

16 *Alienatio cum clausula,* Dummodò accedat consensus, &c. *eo non interueniente, non sustinetur.*

17 *Beneplacitum Apostolicum absque consensu eius cuius correspectiuitate conceditur, emanatum, nullius est roboris.*

18 *Alienatio per quam non abdicatur dominium Religionis, sed commutatur de vno Conuentu ad alium, non requirit solemnitates.*

19 *Secus verò si præiudicium infertur Conuentui, & Fratribus commorantibus.*

20 *Beneplacitum Apostolicum requiritur etiam in diuisione bonorum Monasterij.*

21 *Constitutiones Ordinis Cisterciensis circa bonorum dispositionem, in quibus casibus loquantur.*

22 *Alienationis bonorum Ecclesiasticorum causa debet esse clara, & euidens.*

DECISIO CCXXXIV.

ECclesiam, & Monasterium Sanctorum Viti, & Ber-
nardi in Monte Viminali de Vrbe, quòd Sixtus fel.
rec. Papa V. cum omnibus adiacentibus donauit, & in per-
petuò concessit Ordini Cisterciensi, illiusque Præposito, &
Capitulo generali de nouo anno 1624. Procurator genera-
lis præuia beneplaciti Apostolici reseruatione Congregatio-
ni Romanæ eiusdem Ordinis antecedenter institutæ cessit,
vniuit, & irreuocabiliter donauit, à qua cessione cum pro
parte moderni Procuratoris generalis totiusque Ordinis
fuerit reclamatum, & iudicium in Tribunali A. C. intro-
ductum ille sententiam reintegrationis tulit, quam vti va-
lidam, & iustam Rota confirmandam censuit.

De validitate † constat ex reuolutione processus conti- 1
nentis omnia substantialia, videlicet Iudicis iurisdictionem,
mandatum procuræ, citationes, & alia necessaria, quæ ad di-
ctam validitatem requiruntur iuxta decis. Caput. 260. *par.*
2. passim canonizatam, *vt in decis. 589. num. 1. par. 1. re-*
cent.

Non subsistit defectus citationis ad sententiam ex eo de-
ductus, quod fuerit ad ostium Monasterij executa, dimis-
sa ibi copia, & tamen cùm agatur de re † concernente 2
interesse Monachorum totius Congregationis illis capitu-
lariter congregatis erat præsentanda, gloss. communiter
recepta *in cap. si capitulo verbo factam de concess. præbend. in*
6. Rota *recent. dec. 624. nu. 5. par....* & etiam Gregor. *decis.*
584. *num.* 2. quoniam fuit † iam in principio motæ litis, & 3
Iudicij reintegrationis personaliter contra prædictos Mo-
nachos esequutum monitorium, quo casu sufficit, deindè
citatio facta domi ob difficultatem citandi capitulariter

Bart.

Bart. *in l. præter ait 4. num. 4.* & ibi Alex. *num. 18. ff. de*
damno infect. Put. *decis. 271. lib. 2. in correctis*, Coccin. *de-*
4 *cis. 216. num. 23.* † Maximè in Tribunali A. C. coram quo
passim seruatur quod validæ, & legitimæ sint citationes,
quæ domi exequuntur, Gratian. *discept. forens. cap. 946.*
num. 17. & 18. Rota *in recent. dec. 644. num. 5. in fine part.*
1. cum alijs relatis per Modern. *Casanaten. de citat. cap. 7.*
num. 229. & cap. 11. n. 341.

Nec dicatur A. C. processisse tanquam Iudicem Com-
5 missarium † non vti ordinarium in causis enim Commissa-
rijs citationes debent exequi personaliter alias sententiæ
non substinentur, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.*
83. & seq. Rot. *in Romana prætensarum expensarum coram*
Litta apud Marches. *de commiss. part. 3. fol. 96. & in re-*
cent. dec. 495. nu. 3. par. 3. Quia id ea alio desumi non po-
6 test † quam ea solutione sportularum Iudici facta, quę in
Tribunali A. C. non debentur si via executiua, & summa-
riè proceditur ex Bald. *in auth. generaliter num. 2. vers. ad-*
de quod in sententijs C. de Episcop. & Cleric. notat Marches.
par. 1. fol. 801. num. 123. Huiusmodi tamen solutio non de-
7 notat Iudicem fuisse delegatum, † ad quem effectum de-
bet præcedere particularis commissio, vt ratiocinatur Mar-
ches. *vbi sup. n. 124.*

Iustitia autem depræhenditur, ex quo concedit reinte-
grationem Procuratori generali, & toti Ordini Cistercien-
si ad istud Monasterium in vim præfatæ donationis à san.
mem. Sixto V. factæ ad finem, vt Monachi Peregrini, &
ad Vrbem accedentes pro occurrentibus Religionis nego-
tijs, & domicilio carentes per hospitia non sine d. Ordi-
nis dedecore vagari cogantur, vt ex litteris desuper ex-
8 peditis, & munitis decreto † irritanti, quod radicitus in-
ficit aliter gesta *c. si eo tempore 45. de elect. in 6.* Gratian. *di-*
scept. 517. numer. 19. Cassad. *decis. 1. num. 2. de restit.*
9 *spoliat.* & clausula, † *Sublata*, per quam irritantur actus
gesti, & vlterius clauditur os parti, vt non possit admitti
ad contrarium probandum, vt dixit Card. Seraph. *decis.*
10 *1251. num. 10.* † Iudici verò aufert facultatem aliter iudi-
candi, Put. *decis. 50. num. 5. lib. 1.* Rot. *dec. 180.*
num. 1. part. 2. recent. & coram bon. me. Merlin. *dec. 525.*
num. 3. & 4.

Non obstat posterior donatio, & vnio quam Procura-
11 tor generalis † de hoc Monasterio fecit Congregationi Ro-
manæ. Etenim pro valida bonorum Ecclesiæ alienatione
debet constare ad eam fuisse deuentum ex aliqua necessa-
ria causa, & euidenti vtilitate vnà cum solemnitatibus,
nempè beneplacito Apostolico per Text. *in extrauag. am-*
bitiosa de reb. Eccl. non alien. cap. 1. eodem tit. cap. qua in
Ecclesiarum, 7. vbi Bero. *numer. 29. & seqq. de constit.* Co-
uar. *var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2.* Dec. *cons. 142. num.*
4. Seraph. *decis. 508. num. 1. & dec. 277. num. 1. par. 4.*
tom. 2. & decis. 252. numer. 23. part. 2. recent. Duran. *dec.*
459. num. 2. & 3. Merlin. *decis. 756. num. 12.* Idque etiam
12 seruari debet, † vbi fit alienatio in aliam Ecclesiam iuxta
dispositionem *d. cap. 1. de reb. Eccl. non alien.* Nauarr. *de*
spol. Cleric. §. 3. in 7. notab. col. 3. in prin. vers. sed pro con-
traria parte, Rebuff. *in cap. sine exceptione 12. quæst. 2.*
num. 66. Gratian. *cap. 517. num. 9.* Seraphin. *dec. 196. nu.*
2. Rot. *in rec. decis. 277. n. 7. cum seq. par. 4. tom. 2. & dec.*
571. n. 7. par. 5.

Hic autem de præmissis nedum à Congregatione Ro-
mana in quam facta est alienatio non probatur per plenas,
13 & legitimas probationes, vt debet cum † non stetur as-
sertioni partium quibus in hoc non creditur, Eugen.
cons. 47. num. 58. cum seqq. Crot. *cons. 70. num. 16.* Gratian.
discept. forens. cap. 624. num. 23. Rota *dec. 716. num. 1. &*
752. num. 3. part. 1. diuers. & decis. 94. numer. 44. & seqq.
par. 7. recent. Verùm causa excluditur eo ipso quod Pro-
curator generalis priuatiuè quoad omnes alios Monachos
Religionis Monasterium illis ad certum determinatum fi-
nem à Papa concessum, & donatum concessit, & donauit
dictæ particulari Congregationi. In donatione enim cau-
sa, & vtilitas exigita considerari non potest, quia si est
prohibita venditio rerum Ecclesiæ, quamuis non sentiat
14 † ex illo totum incommodum recipiendo pretium multò
magis interdicta censetur donatio per quam plus præiudi-
catur Ecclesiæ, vt aduertit Redoan. *de reb. Eccles. non*
alien. par. 1. num. 11. Decian. *consil. 174. num. 1. in fin.*
Grat. *d. cap. 517. n. 10.*

Beneplacitum verò Apostolicum pariter de Iure requi-
situm, & specialiter reseruatum desumi non potest ex con-
firmatione à sa. me. Vrbano VIII. facta tam huiusmodi
donationis, quam concordiæ inter ordinem Cistercien-
sem, & PP. Societatis Iesu initæ. † Quandoquidem 16
legitur adiecta clausula, *Dummodo*, Abbatis, & Capituli
generalis accedat consensus quem dum non docetur inter-
uenisse nulla, & pro non facta remanet donatio ex defectu
Sedis † Apostolicæ assensus, qui dicitur deficere statim ac 17
non constat adhibitum fuisse consensum Generalis, & Ca-
pituli sub cuius conditione, & correspectiuitate emanauit
confirmatio Crauett. *cons. 461. num. 29. in fin.* Rota *decis.*
435. num. 2. par. 3. dec. 277. num. 12. par. 4. tom. 2. dec. 5. n.
9. par. 7. rec.

Neque releuat, quod non obstante defectu beneplaciti
Apostolici substineatur donatio, quasi illud sit in eo casu
necessarium, quo bona Ecclesiæ alienantur in fauorem Ec-
clesię exteræ, quæ non sit de corpore Religionis ad quam
pertinent bona distracta, secus autem quando vt hic alie-
natio † fit Ecclesiæ eiusdem Religionis per quam non abdi- 18
catur dominium ab ipsa Religione, sed simpliciter com-
mutatur vsus de vno Conuentu ad alium, remanente
semper dominio penes Religionem ipsam & Prælatum. In
isto enim casu non esse necessarias solemnitates tenet Tam-
burin. *de iur. Abbat. tom. 3. disput. 153. par. 2. num. 19.*
Quia quicquid † sit vbi bona non sunt Ecclesiæ acquisita, 19
& tradita ad certum finem nullumque ex alienatione, &
applicatione fit præiuditium Conuentui, & Patribus ibi
commorantibus, in quibus terminis videtur loqui Tam-
bur. *loc. cit.* in proposito autem iuxta formam litterarum
Sixti V. hoc Monasterium concessum, & donatum fuit
loco hospitij Monachorum totius Ordinis Cisterciensis
ad Vrbem venientium, vndè illis penitus exclusis non
valuit Congregationi, & Patribus in ea separatim viuen-
tibus, & ad alium effectum donari contra mentem, & in-
tentionem Papæ concedentis, qui periculo, & scandalis
obuiare volens de huiusmodi habitatione eosdem prouidit
sine cuius proindè beneplacito Procurator non potuit ita
disponere cum illud requiratur † etiam tunc quo fit diuisio 20
bonorum Monasterij inter Abbatem, & Conuentum, vt
dixit Nauar. *cons. 9. & 10. de rebus Eccles. non alien.* quam
secuta fuit Rota coram Reuerend. Vtgellen. *decis. 455. sub*
nu. 6. confirmata coram b. m. Buccabella 4. *Dec. 1634. in*
recen. decis. 561. nu. 8. & 9. par. 5.

Et ex his quoque patet nullam vim fieri posse ad substi-
neñ. donationem in facultatibus per Summos Pontifices
Ioannem XXII. & Innocentium VIII. Præposito Genera-
li totius Ordinis concessis disponendi de Monasterijs illa
vni, vel alteri ad libitum vniendi quoniam loquitur † de 22
dispositione, & applicatione fructuum Monasterio pau-
peri, & redditus necessarios non habenti ad substentatio-
nem Monachorum. Casus verò præsentis quęstionis est
valdè diuersus cum à Procuratore generali deuentum fuit
ad vnionem, & alienationem huius Monasterij, & Eccle-
siæ fauore Congregationis Romanæ illiusque Præsidis, vt
Religiosi ibi residentes studijs incumberent, quæ non est
causa in Constitutionibus considerata, nec à Canonibus
approbata pro valida bonorum Ecclesiasticorum aliena-
tione, † quæ debet esse clara, & euidens non autem tur- 22
bida, itaut conditio Ecclesiæ patenter fiat melior, vt per
Abb. *in cap. ad Aures n. 4. de reb. Eccl. non alien.* Rot. apud
Cæsar. de Grass. *dec. 4. n. 7. eodem tit. & diuers. dec. 65. nu. 4.*
20. & 23. & dec. 367. n. 5. & 7. par. 5. rec.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Donationis, seu Eleemosynæ.

Die 22. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Donatio condictionalis existente condictione dici-
tur pura, & condictio adimpleri potest per æqui-
pollens etiam diuersum, quando ex ea resultat
idem effectus.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Donatio condictionalis conditione existente dicitur pura.*
2 *Condictio adimpleri potest per æquipollens etiam diuersum, dum resultat idem effectus, & num. 3.*
4 *Commissione vtens illam amplius impugnare non potest, & num. 5. & 6.*
7 *Sententia, quod sit definitiua, ex illius verbis dignoscitur.*
8 *Sententia definitiua imponit finem liti.*
9 *Constitutiones Apostolicæ pro datis, & receptis non comprehendunt data pro eleemosyna.*
10 *Fides Testium post discussionem causæ dicitur mendicata, & nihil probat, & num. 11.*

D E C I S I O CCXXXV.

A Patribus S. Mariæ supra Mineruam Io: Mariæ Ca-
stellani hæredibus Archiconfraternitatis S. Antonij
de Padua in Ecclesia SS. XII. Apostolorum existenti sol-
uenda esse scuta duo millia Domini non dubitarunt, quia
Donatio ab eodem Castellano Carceribus mancipato fa-
bricæ Cappellæ d. S. Antonij conscripta erat sub conditio-
ne, *che in euento sia commessa l'appellatione della causa, per
la quale mi trouo carcerato ad vn Giudice competente, e non
sospetto, intendo di fare si come faccio donatione di scudi 500.
moneta per titolo d'elemosina alla fabrica &c. & in caso che
Io resti assoluto dal Giudice da deputarsi, dono alla medesi-
ma fabrica altri scudi 1500. &c.* qua per commissionem
causæ appellationis intra mensem præfixum Iudici non
suspecto, & subsequutam absolutionem purificata factus
1 est locus † stipulationi, & solutioni pecuniarum, perinde
acsi ab initio pura fuisset donatio, Gabr. *cons.* 141 *sub nu.
2. & seq.* Rota coram Merlin. *decis.* 762. *nu.* 1. Duran. *dec.*
212. *num.* 12. & post Modern. *de obligat. Camer. decis.*
160. *num.* 2. *cum alijs in Romana Cambij 9. Dec.* 1650. §. 1.
*vers. vnde adimpleta coram Reuerendiss. Tarraconen. con-
firmata 8. Martij 1652. §. quare sine merito coram R. P. D.
meo Cerro.*

Non obstat, quod non fuerit signata commissio propria
Castellani, vt ipse voluerat, ibi; *Se sarà segnata la com-
missione dell'appellatione da me interposta,* & infrà, *non
verrà segnata la mia commissione &c.* atque ideò ad purifi-
cationem conditionis non sufficiat, quod commissio pro
Fisco porrecta signata fuerit.

Quia omisso, quod in commissione Fisci præinserta
fuit commissio eiusdem Castellani ex quo verè dici potest,
quod subscripta etiam fuerit commissio præinserta, re-
spondebant DD. quod ex tenore donationis cognoscitur ni-
hil aliud spectare donantem, quam quod causa Iudici non
2 suspecto committeretur, qui † quidem effectus cum per
commissionem Fisci superuenerit, conditio etiamsi per æqui-
polleos satis purificata dicitur, Soccin. Iun. *cons.* 106. *num.*
13. *lib.* 1. Rimin. Iunior. *cons.* 37. *num.* 21. Surd. *cons.* 37.
num. 31. Peregrin. *de fideic. art.* 11. *num.* 46. Altobrand.
cons. 81. *num.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 43. *num.* 10.
Rota coram Buratt. *decis.* 910. *num.* 2. *vers. & quatenus,*
Duran. *decis.* 286. *num.* 2. *& in Romana Census, seu De-
positi 8. Martij* 1641. §. *Nec dicatur coram Reuerendiss. D.
meo Dunozetto Decano, & in Tiburtina hæreditatis 9. De-
cembris* 1644. §. *præterea vers. Nam etiam in conditionibus
coram R. P. D. meo Bichio,* vbi quod dispositio facta in
certum casum consideratum respectu alicuius effectus, qua-
tenus casus ille non euenerit, sed alius per quem produca-
tur idem effectus, dispositio trahitur ad casum illum con-
siderata voluntate disponentis, Modern. Lucens. *cons.* 76.
num. 48. *& 74. lib.* 1.

Nec releuat, quod in commissione ad Instantiam Fisci si-
gnata adessent clausulæ Castellano præiudiciales, quæ in
3 propria commissione non reperiebantur, † nam conditio-
nes illæ non merita causæ, sed solum ordinem Iudiciorum
respiciebant, & cùm præiudicium ex illis resultans non
percuteret finem à Ioanne Maria primario, & principa-
liter optatum, nempe auocationem causæ à Iudicibus su-
spectis, & eiusdem commissionem alijs non suspectis, non
est habendum in consideratione, Cancer. *var. resol. cap.* 14.
num. 12. *& seqq. l.* 1. & cum eo Rota *in Amerina bonorum 2.
Iunij 1645. coram Reuerendiss. Tarraconen.* post Modern.
de pignor. decis. 97. *nu.* 5. Concurrente præcipuè quod idem
Castellanus de huiusmodi commissione Fisci quamuis quali-
ficata conquestus etiam fuit, † sed immò illo adhæsit, atque 4
ea vsus est illam iudicialiter repetendo *Sum. Archicon-
fraternitatis n.* 6. & illius vigore petitam absolutionem obti-
nuit quo fit, vt verè dici possit propriam commissionem fuis-
se signatam cum ex † adhæsione, atque vsu Fisci commissio- 5
nem fecerit propriam, Adden. *in cap.* 1. *de mut. dec.* Dec. *in
cap. personas n.* 45. *de appellat.* Rota *eodem tit. decis.* 47. *num.*
1. *& seqq. in antiq.* & coram Coccin. *dec.* 292. *nu.* 2. *vers. vel
ipse postmodum, & in Auellina Vnionis 23. Iunij 1597. coram
Giptio* apud Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 145. *nu.* 2. *vers præ-
sertim si Monachi.*

Et licet Castellanus commissione Fisci intra mensem vsus
non fuerit visum tamen est Dominis sufficere, quod intra
tempus à lege donationis requisitum commissio signata
fuerit, qua deinde quandocumque vti poterat cum conditio
non vsum, sed Signaturam commissionis respiceret, † & 6
nimis durum esset, quod vsus commissionis approbationem
præseferens contrarium effectum operaretur contra Text.
in l. legata inutiliter 14. *ff. de alimentis legatis,* Menoch.
cons. 155. *num.* 30. & in specie Rota coram Buratto *decis.*
54. *num.* 12.

Minus subsistit, quod sententia à Castellano obtenta non
fuerit definitiua contrarium enim in ipsius contextu cogno-
scitur dum in ea Iudex vsus est verbis, *Dicimus, sententia-
mus, ac diffinimus pronunciamus malè fuisse iudicatum, be-
neque per d. D. Io. Mariam appellatum, & propterea senten-
tiam promulgatam infirmandam, & reuocandam fore, & esse,
prout infirmamus, & reuocamus &c. & eosdem Io. Mariam
&c. absoluendos, & liberandos esse prout absoluimus, & li-
beramus &c. Curia, & Fisco super prædictis perpetuum silen-
tium imponimus, vt in Summ. Patruum num.* 6. † ex verbis 7
autem sententiam fuisse diffinitiuam cognoscitur, Rota
decis. 251. *nu.* 16. *par.* 4. *to.* 2. *rec.* atque † ex effectu dum 8
finem causæ iuxta propriæ sententiæ diffinitiuæ naturam
imponit, Bart. *in l. cum Titia* 18. *sub num.* 4. *vers. quædam
est absolutoria ff. de accusationibus,* Bald. *cons.* 431. *n.* 1. *vers.
secundo dico lib.* 1. vbi in puncto quod sententia in qua Iu-
dex pronunciauit malè iudicatum, & benè appellatum est
diffinitiuà, Grat. *discept.* 348. *num.* 16.

Rursus non obstant Summ. Pontificum Constitutiones
de datis, & promissis pro obtinendis à Sede Apostolica gra-
tijs, † quia hunc casum non comprehendunt, in quo agitur 9
de eleemosina facta Sancto pro obtinenda liberatione à peri-
culo ex forma, & substantia Voti.

Neque vrget denique fides pro partibus exhibita, & à
Procuratore Ioannis Mariæ facta continens intentionem
Castellani Donatoris fuisse quod præuia excarceratione, &
sine deposito nouus Iudex deputaretur, tùm quia illa potius
comprobat intentionem Archiconfraternitatis dum in fine
illius legitur, quod Castellanus ita consultus Fisci commis-
sionem acceptauit, † tum quia etiam tanquam nimis men- 10
dicata, & post causam pluries discussam in replicationibus
exhibita † simplex, & extraiudicialis nullam fidem facit, Ro- 11
ta cor. Seraph. *decis.* 106. *num.* 3. Buratt. *decis.* 458. *num.* 1.
Duran. *decis.* 137. *& in Calaguritana Beneficij de Ocon. 6.
Febr.* 1654. §. *Minus iustificatur coram R. P. D. meo Bevila-
qua, & in Reatina Castrorum 31. Ian. huius anni* 1656. §. *de
excessu vers. fides autem coram Me.*

Et ita scuta duo millia deberi vtraque parte informante
resolutum est.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census, seu Saluiani.

Veneris 25. Maij 1657.

A R G V M E N T V M.

Saluianum, quod datur vbi de creditor cum hypo-
theca, & possessione debitoris, reique conuenti
docetur, locum habere debet possessione prædi-
cta etiam per simplicem locationem cum perce-
ptione pensionum probata.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio cum perceptione pensionis contra quoscunque probat possessionem, & num. seq.*

2 *Pos-*

2 *Possessio praesertim in antiquis probatur ex locatione cum perceptione pensionis.*
3 *Praelegata quando veniant in restitutionem fideicommissi, & num. seq.*
4 *Fideicommissum quando super tota haereditate censeatur constitutum, & quando non.*
5 *Fideicommissum an etiam praelegata comprehendat.*
6 *Exceptio requirens altiorem indaginem reijcitur à iudicio Saluiani.*
7 *Retentio non datur pro creditis illiquidis.*

DECISIO CCXXXVI.

IMmissio super tribus corporibus alias petita à Priordijs tanquam creditoribus q. Martini Coronae illisque denegata ex deductis in decisione coram Me ædita 5 *Maij* 1655. iterùm hodie petita fuit super domo ad Sanctum Marcum vti creditoribus q. Anastasij Patris d. Martini, & concedendam esse Domini responderunt, quia iustificantur omnia extrema in Iudicio Saluiani necessaria.

Primum extremum crediti cum hypotheca iustificatum ex publico Instrumento impositionis Census sub die 27. Martij 1607. cum obligatione insolidum d. Anastasij, & tertium recentis possessionis Petri Pauli de Rosis rei conuenti comprobatum ex substentatione litis non controuertebatur: possessio Anastasij de tempore, vel post obligationem pro secundo extremo requisita, quae tamen visa fuit concludenter probata ex Instrumento locationis d. Domus
1 ab ipso facta anno 1603. cum perceptione pensionis, † quae
illius possessionem iustificat contra quoscumque, iux. gloss. *in l. qui vniversas §. quod per Colonum ff. de acquir. possess.* ibique Bart. *num.* 1. Rota coram Card. Caual. *decis.* 5. *num.* 1. *& decis.* 391. *num.* 3. coram san.mem. Gregor. *decis.* 500. *n.* 2. *& in Romana Palatij* 3. *Decembris* 1646. *coram Me §.*
2 *quoniam.* Praesertim in antiquis † vt pluribus allegatis
dictum fuit *in Aaximana fideicommissi* 13. *Ianuarij* 1640. *coram Reuerendiss. Decano, §. quo vero cum seqq.* iuncto, & alio Instrumento locationis peractae anno 1609. licet sine perceptione deseruit saltim pro maiori corroboratione.

Nec turbat si dicatur, quod d. Domus sit subiecta fideicommisso q. Simonis Coronae purificato ad fauorem Sulpitiae Annae Mariae de Rosis Sororis, & auctricis d. Petri Pauli rei conuenti, quia praelegata fuerat à d. Testatore Francisco, & Melchiori cohaeredibus, ac filijs d. Anastasij, qui subinde ex causa ingressus in Religionem amplissimam fecerant renunciationem ad fauorem eiusdem Anastasij eorum Patris, & quamuis regulariter praelegata haeredibus
3 relicta ante fideicommissum veniant † in restitutione ipsius
fideicommissi subsequentis constituti, iuxta sententiam glossae communiter recept. *in l. Marcellus §. quidam liberis ff. ad Trebell.* Id tamen non procedit quando in substitutione dictum fuit Saluis, vel exceptis legatis, vt legitur in Testamento Simonis, ibi, *In omnibus autem ipsius Testatoris bonis mobilibus, & immobilibus &c. vbique existentibus &c. exceptis supradictis vsufructu, & alijs vt supra haeredes suos vniversales fecit, & ore proprio nominauit Martinum, Melchiorum, Paulum, & Franciscum ipsius Testatoris nepotes ex d. Anastasio fratre, ac omnes filios masculos d. Anastasij nascituros exceptis supradictis vsufructu &c. & alijs vt supra &c. voluitque, & mandauit, vt bona praefacta sint vniversalis institutionis relicta, & in quibus praefati eius nepotes instituti sunt semper perpetuo, & in infinitum permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & agnatione de*
4 *Coronis &c.* Hoc enim casu super residuo tantum † haere-
ditatis fideicommissum dicitur constitutum, vt monuit Bart. *in d. l. Marcellus d. §. quid liberis num.* 11. *ff. ad Trebellian.* Socc. Iun. *cons.* 89. *num.* 10. *lib.* 4. Surd. *consil.* 253. *n.* 6. *vers. quibus tamen non obstan. cum seq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 7. *num.* 13. *&* 36. Thesaur. Iun. *qu. forens. lib.* 1. *qu.* 14. *ante num.* 15. *vers. quo fit vt inter caeteros*, cum alijs allegatis per Fusar. *de substit. q.* 650. *num.* 48. praesertim vbi prout hic
5 sub fideicommisso continentur aliae personae, † quae in
praelegato non compraehenduntur, vt in terminis respondit Rota *in Viterbien. Castrorum* 9. *Dec.* 1620. *&* 24. *May* 1621. *coram bo. me. Coccino in recent. decis.* 418. *n.* 5. *vers. secundo fuit responsum cum seqq. & decis.* 421. *n.* 26. *cum duob. seqq. par.* 5.

Nec obstat, quod Franciscus, & Melchior nunquam acquisiuerint istud praelegatum, cum non assumpserint nomen Testatoris nec inhabitauerint d. Domum; prout disponitur in Testamento, ideoque Domus controuersa veniat sub restitutione fideicommissi, ex quo praelegatum valde dubium sit, an d. onus assumendi nomen, & inhabitandi adiectum fuerit per viam conditionis, vel per viam
modi, hanc exceptionem † vti requirentem altiorem in- 6
daginem reiecerunt ab hoc Iudicio Saluiani, prout aliam similem exceptionem reiecit Rot. *in recent. decis.* 387. *num.* 7. *& decis.* 579. *n.* 7. *par.* 1. *& in Anemonen. Saluiani* 8. *Martij* 1652. *coram bo. me. Bichio §. Hac eadem responsio.*

Nec releuat retentio pro praetensis creditis obiecta, & firmata in d. decisione praecedenti, quia vt ibi legitur dd. credita pro maiori parte sunt contrahentium super quibus emanauit calculus de ordine Rotae extraiudicialiter factus, & quae iustificantur contra Anastasium sunt posteriora signanter annua praestatio relicta, & respectiuè promissa Francisco. Et licet contra Anastasium duo alia credita opponantur, quae anteriora sunt, alterum scilicet census sortis principalis scut. 200. impositi anno 1604. & cessi Mariae Proidae auctricis rei conuenti translatiuè, & non extinctiuè, & alterum ex causa reintegrationis fideicommissi ob alienationem alterius domus valoris scut. 600. factam ab Anastasio. Nihilominus quia Petrus Paulus siue eius authores perceperunt fructus omnium bonorum dicti fideicommissi, quae spectabant ad Anastasium vti renunciatarium, & donatarium dd. Francisci, & Melchioris eius filiorum vsque ad ipsorum mortem naturalem, vt firmatum fuit coram bo.me. Merlin. *decis.* 645. *num.* 9. Vtique ex eis, vel satisfacta remanserunt, vel dicta credita redduntur adeò illiquida,
† vt pro illis nullo modo competat allegata retentio, vt alijs 7
adductis respondit Rot. *in Senogallien. Saluiani* 7. *Febr.* 1653. *coram bo.me. Bichio §. Tum quia ob fructus.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 5. *Maij* 1655. *coram eodem Reuerendiss. D. Cerro Decano est supra in hac eadem par.* 12. *recentiorum decisio* 5.

R. P. D. VEROSPIO.

Mantuana Feudi.

Lunae 25. *Maij* 1657.

ARGVMENTVM.

Natura feudi, quod improprium vocant, plenè in hac decisione declaratur, ad inclusionem in illo foeminarum proximiorum, exclusis masculis remotioribus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum improprium defertur foeminis proximioribus exclusis remotioribus masculis.*
2 *Foemina cum masculis aequaliter verè succedunt in feudo improprio, & n.* 4. *&* 8.
3 *Feudum improprium dicitur, quod nullum ab inuestitis exigit seruitium personale.*
Feudum concedens ea quae sibi non reseruauit remisisse censetur, num. 3.
4 *Feudum improprium aequè masculos, ac foeminas admittit, & num.* 2.
5 *Feudum siue mediante pecunia, siue ex meritis reipsa comparetur, paria sunt.*
6 *Merita propter quae feudum conceditur, illius valorem praesumuntur aequare.*
7 *Foemina in inuestitura concessa pro masculis, & foeminis, quando ad illam possint aspirare, & num. seqq.*
9 *Feudum pro meritis concessum admittit aequè masculos, ac foeminas, & allodiale dicitur, & sup. n.* 5. *& seqq.*
10 *Feudum de sui natura improprium non remanet esse tale ex iniuncta prohibitione alienationis.*
11 *Feudum propter iuramentum fidelitatis dicitur verum, & rectum feudum, sed vide n. seq.*
12 *Iuramentum adiectum feudo improprio, aequè per masculos, ac foeminas expleri potest.*
13 *Feudum quando dicatur transitorium ad extraneos, & alienabile.*
14 *Clausula* saluo iure feudi, *quid operetur.*
15 *Feudum concessum pro masculis, ac foeminis, quousque foeminas admittat.*

16 *Di-*

16 *Dictio in infinitum operatur inclusionem cuiuscumque gradus.*
17 *Feudum Ecclesiasticum non subiacet statuto laicali.*
18 *Contrahentes præsumuntur se cum statuto conformasse.*
19 *Obseruantia in feudis etiam attenditur.*
20 *Alienandi facultas in feudo concessa ad quos extendatur.*

DECISIO CCXXXVII.

DEcreta fuerat Immissio coram me Marchionissæ
Franciscæ Aloysij Gonzagæ Germanæ Sorori, ac ip-
siusex testamento hæredi, in portione feudi vulgò *Curia
Pody*, quàm idemmet Aloysius dum viueret possidebat ex-
cluso exindè Marchione Iulio Cæsare fratre patrueli tan-
quam in gradu remotiori, super quo sanè articulo bis per
me repropositio dubio, in decisis hodie DD. perstiterunt,
dispositioni iuris innixi præcipientis nimirum feudum hoc
1 sanè improprium fœminis proximioribus† in concursu ma-
sculorum remotiorum in gradu deferri, vt notat Angel.
cons. 311. *num.* 4. Menoch. *cons.* 65. *num.* 16. Morot. *cons.* 19.
num. 7. Rot. *in Brixien. Feudi* 1. *Iulij* 1592. *in princ. coram
Card. Pamphilio.* Quinimmò masculis in pari gradu ex-
2 tantibus cum fœminis † hos æqualiter posse cum masculis
ad feudum penitùs improprium aspirare iuxt. Theor. Bald.
in l. quoties num. 5. *C. de suis & legit.* Parif. *cons.* 4. *num.* 14.
cum seqq. lib. 1. Roman. *cons.* 361. *num.* 12. cum alijs in præ-
terita Decisione relatis.

Huius verò feudi penitus improprij naturam suadet ipsa-
met concessio nullum ab inuestitis seruitium exquirens
3 personale, † omnia hinc enim a concedente specialiter non
reseruata remissa censentur iuxt. text. *in cap. verum*, vbi no-
tat Innoc. *num.* 2. *de for. compet.* Oldrad. *cons.* 134. *num.* 2.
Parif. *cons.* 13. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 361. *num.* 34. Rot. coram
Seraph. *decis.* 1105. *n.* 9. & notat Add. ad Buratt. *decis.* 106.
num. 18. ac feudum franci prorsus, ac improprij naturam
4 assumpsit fœminas † non secus ac masculos admittens,
iuxt. text. *in c. ficus minus in extrauag. de feud. & benef.*
quem refert, & sequitur Menoch. *cons.* 65. *num.* 16. Ro-
man. *cons.* 367. *n.* 12. *vers. secundo fallit cons.* Ruin. *cons.* 18.
num. 17. *lib.* 1. Grat. *discept. forens. cap.* 736. *num.* 73. Franc.
decis. 7. *num.* 1. *&* 2. Rot. coram Caual. *decis.* 172. *num.* 3. *&*
decis. 214. *num.* 8. *par.* 7. *rec.* Cùm maximè illud ex titulo one-
roso quæsitum fuisse præsumatur, dum pro causa concessio-
nis, tum agerum refectio sumptibus Marchionis, vt Ec-
clesiæ bona ab aquarum illuuione præseruarentur immunia
spectata fuit, prout ex ipsomet concessionis Instrumento
conuincitur, quo Episcopus expensas dumtaxat pro defen-
sione feudi à Marchione forsan peragendas promisit resti-
tuere, tum seruitia quam pluria ab inuestito eiusque ma-
ioribus erga Episcopos antecessores, necnon Episcopalem
mensam exercita, quæ in specie recensita titulum onero-
5 sum proindè constituunt, † cùm idem propemodum sit,
siue mediante pecunia, siue ex meritis res ipsa excompare-
tur, iuxt. text. *in l. Aquilius*, vbi gloss. notat in figurat.
Casus *ff. de donat. l. si vero §. non remunerandi ff. mandati*,
Natt. *cons.* 475. *num.* 12. *lib.* 3. Galuan. *cons.* 8. *num.* 41. Me-
noch. *cons.* 309. *num.* 19. Rota coram bon. me. Merlin. *decis.*
699. *num.* 34. *&* 35. *in fin.* & alijs relatis iuribus responsum
fuit *in Romana Census, seu Saluiani* 29. *Maij* 1656. *in §.
Hanc vero post med. coram me*. Quæ sanè merita iuris dispo-
6 sitione perspecta, † donec contrarium exaduerso probatur
feudi fauorem præsumunt æquasse, vt notat Schrad. *cons.*
39. *num.* 128. *cum seqq. lib.* 2. Rolan. *cons.* 13. *num.* 64. *lib.* 3.
Rot. coram Seraph. *decis.* 518. *num.* 4. *& in adducta Roma-
na Census* 29. *Maij* 1656. *in §. hinc merita coram me*, vbi
quod nec eadem merita à Marchione Iulio Cæsare ex ea-
dem Inuestitura agente poterunt impugnari.

Hinc vrgere non poterit, quod in Inuestitura concepta
7 pro masculis, ac fœminis, ac hæ † masculis dumtaxat ex-
tinctis ad feudum valeant aspirare, iuxt. text. *in cap.* 1. §.
quin etiam tit. de feud. tit. Episc. vel Abb. Peregr. *cons.* 25.
num. 9. *lib.* 1. Parif. *cons.* 12. *num.* 33. *vers. & probatur etiam
lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 140. *num.* 2. Clar. *in §. feud. q.* 37. Rot.
in Paduana Feudi 26. *Ianu.* 1604. *in §. & facit regula coram
Card. Lancellottu.*

Non enim Marchionissa feudi improprietatem dumtaxat
deducit ex concessione recepta pro masculis, & fœminis,
sed ex successiua remissione seruitij personalis, cuius vi-
rtute feudum redactum improprium † fœminis existentibus
in pari gradu cum masculis debet æqualiter deferri, vt no-
tat Roman. *cons.* 367. *num.* 12. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 65.
num. 16. *& alij supra relati in princ. Decisionis*, concessione
præsertim inspecta ex oneroso titulo, ac pro meritorum com-
satione recepta, quæ à recti feudi natura ex sola concedentis
liberalitate prodeuntis, recessum operatur † adeout inter allo- 9
dialia bona adscriptum debeat proinde censeri, ac fœminas,
& extraneos quoscumque hæredes, non secus ac masculos
admitteret, iuxt. text. *in cap.* 1. *quemadm. feud. ad fil. pertin.*
not. Ias. *cons.* 3. *n.* 3. *lib.* 1. Thob. Non. *cons.* 1. *n.* 37. Surd. *cons.*
140. *n.* 42. Gratian. *discep. forens. cap.* 736. *nu.* 79. *&* 80. *cum
seqq.* Rot. *in Sarsinaten. Feudi* 22. *Iunij*, §. *præterea in hoc
feudu, &* 18. *April.* 1645. §. *ex quibus verbis coram Reueren-
diss. D. meu Decanu*, licet in subsequentis postmodum inue-
stituris alienationis prohibitio apposita fuerit † ipsius nam- 10
que ratio nulla haberi debet postquam dignoscitur in prima
concessione prohibita, in cuius confirmationem potius, quam
derogationem subsequentes peracta censeutur, vt aduertit
Signor. *cons.* 60. *n.* 1. Buratt. *cons.* 150. *num.* 5. *in fin. vers.
hinc dico*, Menoch. *cons.* 148. *num.* 32. Rot. *decis.* 41. *num.*
5. *vers. non obstant par.* 1. *diuers.*

Neque Iuramentum fidelitatis in concessionis instrumen-
to adiectum poterit vrgere, quippè† quod personale ser- 11
uitium regulariter exquirens feudum rectum videatur con-
stituere, vt notat Schrad. *in tract. de feud. par.* 1. *cap.* 2. *num.*
37. Illud enim feudo omninò improprio cohærens tanquam
accessorium ipsius naturam immutare non poterit, † adeò- 12
que simplicem dumtaxat fidelitatem per fœminam æquè, ac
masculum præstan non autem personale seruitium includit,
vt notat Parif. *cons.* 12. *num.* 29. 30. *&* 33. *& cons.* 23. *nu.* 33.
& 34. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 151. *num.* 20. *cum pluribus seqq.*
Menoch. *cons.* 65. *num.* 31. *&* 33. Rot. *decis.* 41. *num.* 2. *part.*
5. *diuers. & in Asten. Feudi* 5. *Decembr.* 1628. *coram Rubeo*,
& notat Add. ad decis. Buratt. 206. *n.* 28. *vers. hoc vltimum.*

Præterea dum in Instrumenti dispositiua non solum clau-
sula ad habendum adiecta fuit, sed etiam inuestito, necnon
ipsius hæredibus omnimoda alienandi facultas (Episcopo
† licet reluctante) expressè dignoscitur attributa, feudum 13
francum penitus euasit, cum eius exindè distractio in fœ-
minas æquè, ac hæredes extraneos permissa censeatur. à iu-
re, vt notat Gabr. *cons.* 83. *nu.* 7. *&* 8. *lib.* 1. Gratian. *discept.
forens. cap.* 736. *num.* 75. Rot. coram Seraph. *decis.* 1105. *n.*
1. & coram Buratt. *decis.* 87. *num.* 4. *& in additione Brixien.
Feudi* 1. *Iulij* 1592. §. *Accedit quod illud coram Card. Pam-
philio*, licet clausula *saluo prædicti Feudi*, ibidem adiecta
fuerit, ea quippè restrictionem assumit ex dictione illa *præ-
dicta*, adeoque dum feudum in antecedenti concessionis
parte existit improprium poterit clausula † prædicta feudo 14
dumtaxat improprio congruentia iure præseruare, non au-
tem factionem antecedenter super alienatione attributam
coercere ad tradita per Bald. *in prælud. feud. num.* 27. Natt.
cons. 404. *num.* 20. Peregr. *cons.* 19. *num.* 21. *lib.* 1. Menoch.
cons. 378. *n.* 43. Decian. *cons.* 24. *n.* 98. Camm. *decis.* 66. *n.* 7.

Non vrget, quod feudum existens in aliqua sui parte
dumtaxat improprium cęteris in partibus proprij feudi na-
turam retineat, vt notat Surd. *cons.* 501. *num.* 14. Rot. pe-
nes Merlin. *de legit. decis.* 67. *num.* 18. Posset equidem obie-
ctio admitti quoties impropriatio accidentalia, seù feudi
naturalia respiceret, quæ ipsimet feudo inhærent, vtpotè
fidelitas, Canonis solutio, atque caducitas, † in quibus 15
terminis auctoritates in contrarium adductę procedunt,
& successiuè distinxit Rot. *in Sarsinaten. Feudi* 22. *Iunij*
1945. *in §. nec releuat responsio coram Reuerendiss. D. meo
Decano*. Secus verò si sit in proprio casu ex eiusdem aliena-
tione permissa in extraneos substantia in omnibus alterata
fuerit, tunc enim idemmet feudum legibus feudorum am-
plius subiacere non debet, sed inter allodialia recensetur,
vt notat Bald. *in cap.* 1. §. *feudum ex leg. num.* 2. *&* 6. *si de
feud. contr. fuer. inter Dom. & agnat.* Aym. *cons.* 256. *nu.*
4. Marr. *cons.* 154. *num.* 16. *&* 17. *cum seqq.* Rot. *in ad-
ducta Brixien. Feud. coram Card. Pamphilio*. Quinimmò
vt feudum improprij naturam assumat satis esse censetur † 16
si pro maiori parte eiusdem natura alterata fuerit, vt aduertit
Bero. *cons.* 65. *n.* 76. *l.* 1. *& pluribus rel. iuribus responsum fuit in
add. Sarsinaten. Feudi* 23. *Iunij* 1645. *in §. nec releuat respon-
sio coram D. meo Decano.*

Neque potest Marchionissa à feudi consecutione repelli,
vel quia idemmet feudum iurisdictione præpolleat, vel quia
in concessione pro masculis, ac fœminis recepta † fœ- 17
mi-

minæ primi dumtaxat gradus includantur, vt aduertit Schrad. *de feud. par. 7. cap. 4. nu. 43. & 44.* Iurisdictio enim ex libello pro obtinendæ subinuestiendi facultate ad Laudemia exigendi à Marchionissa porrecto, nullatenus continecitur, quinimò ex coelectis per Episcopum, ac Serenissimum Mantuæ Ducem Iudicibus Commissarijs pro causis in controuerso feudo existentibus decidendis penitùs remouetur, cùm tamen eadem deputatio ab inuestitis expleta foret, quoties annexam iurisdictionem obtineret, obiecta verò restrictio ad fœminas primi gradus feudo penitùs improprio masculos, ac fœminas simultaneè admittenti omninò repugnat, postquam maximè prædicta concessio sub vnica oratione vtriusque sexus fauore concepta dignoscitur
18 sub dictione *in infinitum*, † quæ extensionem ad masculos, & fœminas cuiuscumque gradus operator, vt aduertit Gabr. *conf. 96. nu. 35. & 36. lib. 1.* Castrens. *conf. 197. nu. 1. ante fin lib. 2.* Ri nin. iun. *conf. 556. num. 18.* Rotæ *in Romana Fideicommissi 24. Martij 1653. in §. Neque ex antiquiori coram me.*

Non etiam vrget, quod licet sub Mantuano statuto fœ-
19 minarum propter masculos exclusio † feudum hoc ratione Dominij Ecclesiastici nullatenus includatur, vt notat Dec. *in cap. S. Maria nu. 218. de Const.* Ruin. *conf. 185. nu. 8. lib. 2.* Rot. *in Rauennaten. Hereditatis 5. Iunij 1648. in §. tamen coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono*, eius nihi-
20 lominus dispositioni conformis voluntas † contrahentium extitisse præsumatur, vt respondit Rota coram bon. mem. Merlin. *dec. 447. num. 17.* Siquidem obiecta præsumptio ex Instrumenti lectura feudum præseferentis improprium penitùs arcetur ad quod fœminæ in gradu pares vna cum masculis simultaneè debent admitti, in totum verò si ijdem in gradu remotiores esse noscantur concurrente potissimum obseruantia fauore fœminarum elicita, tum ex admissione Giliolæ Nepotis Aloysij primi inuestiti ad portionem feudi Patri delatam, masculis remotioribus indè exclusis, tùm ex portione prædicti feudi post illius consecutionem à Polisena distractæ, tum denique ex donatione portionis controuersæ per Margheritam à viro cum effectu receptæ. Hinc enim non ex alijs actibus in præterita decisione relatis ob-
21 seruantia † cuiuscumque dubitationis prorsus exclusiua consurgit, vt notat Surd. *conf. 105. n. 13. cum seqq.* Rosental. *de feud. cap. 2. concl. 63. nu. 2.* Rot. coram Buratt. *decis. 206. nu. 22. & 23. & in Sarsinaten. Feudi 22. Iunij 1645. in §. demum obseruantia coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Denique non vrget in contrarium allegata Decisio *in Mantuana Dotis 10. Iunij 1637. coram bo. me. Coccino*, in qua feudum controuersum asseritur patronati vel mixti naturam assumere, non obstante clausula, *ad habendum*, in Instrumento concessionis adiecta, tùm alienationem dum-
22 taxat inter comprehensos præseferat, † siquidem attributa ibi facultas omnimodè disponendi de feudo restrictionem ad solos comprehensos in inuestitura, nullatenus admittit, sed ad extraneos extenditur, iuxt. veriorem DD. sententiam, de qua per Grat. *contron. 736. nu. 75.* & alios superius relatos *in §. Præterea.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Segobien. Beneficij.

Veneris 25. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Regula de Triennali non habet locum stante turbatiua, quæ probari potest etiam per Testes.

SVMMARIVM.

1 *Triennalis possessor beneficij non potest turbari in sua possessione.*
2 *Possessionis signum est perceptio fructuum.*
3 *Regula de Triennali non habet locum vbi totum triennium non effluxit.*
4 *Litteræ missiuæ probant contra scribentem.*
5 *Lis probari potest etiam per Testes, & nu. 6.*
7 *Turbatiui actus non faciunt currere triennium ad effectum regulæ.*

8 *Regula de Triennali requirit titulum coloratum.*
9 *Nuncius Hispaniarum confert solum beneficia 24. ducat. non excedentia.*
10 *Possessio dicitur valida, quando capta fuit à Procuratore ad id specialiter deputato.*
11 *Collatio beneficij vacantis in mense reseruato spectat ad Rom. Pontificem.*

DECISIO CCXXXVIII.

DVplici ratione decisum fuit die 25. Iunij 1655. coram me non constare de bono Iure Gregorij de Rioffrio, vt deberet manuteneri in possessione controuersi beneficij sibi à san. mem. Innocentio X. de mense Martij 1651. collati per obitum Pauli in mense Maij 1642. & ob non expeditas litteras Apostolicas per Raymundum Rainerium, qui illud priùs à Sede Apostolica impetrauerat; Altera quod Ioannes de Moragodoi, per cuius mortem de dicto anno 1651. secutum fuit ab Ordinario Legonien. de eo prouisus Petrus Muiutz collitigans in vim antecedentis prouisionis ab Hispaniarum Nuncio habitæ pacificè Beneficium retinuit per nouem ferè annos. † Ideò intrabat ad eius fa- 1
uorem regula de triennali, vt nec à prouisis Apostolicis posset in sua possessione turbari in quouis Iudicio tam petitorio, quàm possessorio, Rota coram Buratt. *dec. 209. nu. 9. dec. 249. num. 12. & dec. 280. num. 2. & in Vercellen. Parochialis 20. Maij 1650. coram Eminentiss. Card. Otthobono, §. fin.* Altera quod possessio beneficij eius nomine à Procuratore ad id mandatum sufficiens non habente, ei suffragari non poterat pro manutentione.

Cæterùm in hac causæ repropositione duæ hæc decisionis fundamenta ex facto melius iustificato visa sunt remoueri; Vnde ab ea DD. recesserunt. Primùm enim & præcipuum deductum ex triennali possessione litium extinctiua super beneficijs in controuersiam positis ex eo cessare apparet, quia tametsi Ioannes possessionem beneficij accepit die 16. Iunij 1642. ante tamen expletum triennium superuenerant molestiæ Raymundi, qui de dicto beneficio à Sede Apostolica prouisus die 15. Aprilis 1645. in possessionem fuit immissus, vt ex Instrumento dato in Summ. num. 1. & successiuè fructus etiam ab administratore redituum eiusdem beneficij recepit. † Quod magis confirmat possessio- 2
nem adeptam, ex quo nulla certior regula veræ possessionis dari potest, quàm illa quæ ex fructuum consecutione desumitur, *l. Titia 48. ff. de solut.* Gomez. *in reg. de annal. quæst. 47. num. 1. & 2.* Rota *diuers. dec. 167. num. 4. par. 4. & in recen. decis. 508. num. 1. par. 2.* ex quo fit, vt nulla vsque tunc potuit considerari præscriptio triennalis, † quæ non 3
habet locum quotiescumque totum triennium pacificæ possessionis non fuerit vsque ad vltimum momentum, Rebuff. *de Pacif. possess. num. 302.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 53. num. 19.* Rota *decis. 551. num. 15. recent. & in Burgen. Beneficiorum 26. Iunij 1651. §. Prætensis vero coram R. P. D. meo Celso.*

Ab Anno autem 1645. Ioannem fuisse in possessione vexatum, & continuatas molestias vsque ad annum 1649. constabat tum ex litteris missiuis illius ad Gregorium de anno 1648. scriptis per duos Testes recognitis, in quibus de lite per sex annos agitata inter ipsum, & Raymundum cum fructuum sequestratione eum certiorando rogat, vt alloqueretur cum dicto Raymundo pro amicabili compositione, cum promissione etiam certæ annuæ pensionis, quatenus iura sibi cedere vellet, vt ex illarum lectura † in Sum. 4
num. 4. quæ benè probant contra ipsum scribentem, *l. publia, §. fin. ff. deposit. l. cum de indebito, ff. de probat. l. si aliquod per Epistolam C. de donat.* Rot. *dec. 20. num. 19. par. 6. rec.* Tum † ex duobus Testibus formiter examinatis, qui 5
concordiam prædictam de ipsius Ioannis mandato per litteras, & oretenus habito tractasse deponunt, & nihil concludere potuisse asserunt, vt in dicto Summ. num. 5. & 6. qui duo Testes in omni materia sufficientes, *l. vbi numerus, ff. de Testam. cap. in omni negotio, & cap. licet eod. tit.* tamquam mediatores concordiæ per Ioannem petitæ ad remouenda obstacula, & molestationes super beneficij illius possessione illatas † satis probant, cùm deponant per secu- 6
tum tractatum, & super re in qua nullum interesse, nec commodum sentiunt, Bart. *in l. in omnibus num. 7. Cod. de Testib.* Buratt. *decis. 774. numer. 4. & 844. numer. 6. & 14.*

Pro quarum molestiarum verificatione in Testium,

Y &lit-

& litterarum corroboratione constat ex processu de seque-
stro, siue inhibitione ad Instantiam Raymundi obtenta su-
per fructibus beneficij de repetitis instantijs per Ioannem
factis pro illius reuocatione, ac cautionibus datis, dum
fructus fuerunt ei soluti pro illarum restitutione, attentis
prædictis molestijs à Raymundo illatis, necnon de Iudicio
anno 1651. super manutentione coram Vicario Segobien.
moto.

Hinc cessant firmata in decisione §. aduertebant Domini,
quod ab anno 1645. quo Raymundus possessionem appre-
hendit, nedum simplea, sed duplea triennalis intercesse-
rat, vsque ad annum 1651. quo decessit, quia non cessa-
runt actus turbatiui, quibus mediantibus nunquam fuit in
7 pacifica possessione percipiendi fructus; † qui sufficiunt, vt
non sit locus regulæ de triennali, Rip. *in rubric. num. 39. de
caus. possess. & propriet.* Lotter. *de re benef. lib. 2. d. quæst. 53.
num. 28.* Cassad. *dec. 6. num. 7. super regul.* Buratt. *decis. 185.
nu. 5. & dec. 699. nu. 1.*

8 Præterea † non potuit Ioannes triennali possessione se
tueri, quia illa requirit saltem titulum coloratum possessio-
nis, Gomez. *ad reg. de trien. qu. 5.* Cassad. *decis. 7. nu. 2. su-
per reg.* Caputaquen. *dec. 349. num. 3. par. 2.* Crescent. *dec. 4.
de caus. possess. & propriet.* & Pen. *dec. 366. num. 8.* cum alijs
adductis *in dicta Burgen. Beneficiorum coram R. P. D. meo
Celso, §. Immo,* quem ipse non habebat vigore collationis
sibi a Reuerendissimo Nuntio factæ, quia inualidè contulit
beneficium, dum illius valor excedit 24. ducat. aureos de
Camera, vt deponunt Testes aliàs dati, & fassus fuit idem
9 Ioannes, qui ob id pro compositione instabat, † facultas
enim Reuerendissimi Hispaniarum Nuntij est restricta, &
limitata ad beneficia non excedentia valorem 24. ducat. &
requirit, quod de hoc ipsi constet fides dignorum testimo-
nio antequam prouideat, vt admittit contraria decisio,
§. non obstat, & præter ibi citatos notat Car. *de benef. par. 5.
cap. 3. nu. 90 & 91.* vbi quod aliàs nullę sunt prouisiones, Ro-
ta *dec. 512. nu. 3. par. 3. recen.* coram bo. mem. Merlino *dec.
157. num. 12. & dec. 785. num. 1. & in Pampilonen. benef. de
Esparsa 30. May 1655. §. vacatio coram D. Card. Otthobono.*

Quo verò ad secundam rationem illa pariter cessat per
exhibitionem nouissimè factam publici documenti mandati
procuratæ specialiter ad capiendam huius beneficij possessio-
nem, & generaliter aliorum quorumcunque beneficiorum
in personam Gabrielis de Luredo facti, qui facultate in
mandato sibi attributa vtendo dictam possessionem adeptus
fuit, vt in hodierno *Sum. nu. 8.* sicque de illius validitate du-
10 bitari † non potest, *l. 1. §. per Procuratorem, ff. de acquir.
poss.* Canonistæ *in c. accedens de preben.* cum cæteris in dicta
decisione adductis tradit Pen. *dec. 25. nu. 5. & duob. seq.* Co-
mitul. *dec. 47. per tot.*

Exclusò igitur ea prædictis Ioanne insurgit, quod bene-
ficium tanquam vacatum per obitum Pauli Sanchez in
11 mense Maij Sedi Apostolicæ reseruato † spectabat ad Ro-
mani Pontificis dispositionem, Rota coram Penia *dec. 501.
nu. 3. & 4. a quo illud obtineat,* Greg. & cùm de cætero eius
prouisionem Apostolicam iustificet, Domini a prædicta de-
cisione recedentes, concluserunt constare de illius bono iu-
re etiam ad effectum manutentionis, ipso tantùm infor-
mante, &c.

*Decisio in hac eadem causa emanata sub die 25. Iunij 1655.
coram eodem R. P. D. Beuilaqua, est supra in hac eadem
par. 12. dec. 84.*

R. P. D. Z A R A T E.

Perusina fideicommissi de Rodulphis.

Lunæ 28. Iunij 1657.

A R G V M E N T V M.

Nouatio fit tantùm verbis specialibus, non au-
tem generalibus, quæ reducuntur semper ad
causam expressam, quando salua ratione re-
cti sermonis id fieri potest: reliqua vide vt in
Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Verba extendunt contractum vltra expressa.*
2 *Fideicommissarijs asserentibus pecunias fuisse redactas
ex capitali bonorum fideicommissi probandum est.*
3 *Verba generalia non inducunt nouationem.*
4 *Generalitas verborum semper reducitur ad causam ex-
pressam.*
5 *Generalitas verborum tunc trahitur ad non expressa,
quando salua ratione recti sermonis non potest restrin-
gi ad causam expressam.*
6 *Conclusio proxima declaratur.*
7 *Mobilia spatio longi temporis præsumuntur con-
sumpta.*
8 *Iocalia, & argenta non dicuntur vsu consumi.*
9 *Pecunia licet dicantur mobilia, semper sunt resti-
tuenda.*
10 *Vestimenta, & suppellectilia, quæ vsu consumuntur, sunt
restituenda.*
11 *Testator non potest remittere vsufructuario cautionem
de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & nu. 12.*
13 *Tutori inuentarium remitti potest.*
14 *Verba proœmialia demonstrant intentionem pacisten-
tium.*
15 *Melioramenta sunt concludenter probanda.*
16 *Sumptus exigui præsumi faciunt argumentum.*

D E C I S I O CCXXXIX.

Concessa nona audientia aduersus Decisionem coram
me emanatam 4. Febr. anni præteriti, impugnata fue-
runt duo præcipuè fundamenta, quibus resolutio niteba-
tur. Et primo pactum diuidendi proportionabiliter bona
reperienda inter transigentes appositum in secunda concor-
dia, vigore cuius, dictum fuit relaxandum esse manda-
tum; prætenditur sublatum per subsequentem transactio-
nem factam inter easdem partes de anno 1632. *Quæ cùm
contineat remissionem, & finalem refutationem, quietan-
tiam, & absolutionem generalem de omni, & toto quod Do-
mini de Rodulphis ab eadem Iulia herede, petere, prætende-
re, & consequi possent ex causa, & occasione hereditatis præ-
dictæ D. Iulij Cæsaris, & eius filiorum, ac prædictæ D. Euro-
pæ, &c.* Ita verba non posse restringi ad illam vnciam, quæ
de tempore transactionis erat in lite, contenditur, sed com-
prehendere omnem aliam prætensionem etiam super bonis
Iulij Cæsaris, & eius filiorum, ac per consequens remisisse
d. pactum de diuidendo quidquid posteà reperiretur, † cùm 1
partes voluerint transactionem extendere vltra expressa, &
cogitata, vt ex verbis Instrumenti iam relatis in prima de-
cisione, & probat Hond. *cons. 49. nu. 30. & seqq. lib. 1.* Cy-
riac. *controuers. 128. nu. 50. & seq.*

Alterum verò fundamentum in eo consistens, quod
summa, de qua agitur, prouenit ex capitali bonorum Iu-
lij Cæsaris fideicommittentis, non autem ex fructibus ad Eu-
ropam spectantibus, pariter impugnatur ex eo, quod illi de
Rodulphis non probent assumptum, cum illis † incumbat 2
intentionis fundamentum probare, scilicet, huiusmodi pe-
cunias ex capitalibus prouenisse, iuxta tradita per Surd. *cons.
95. nu. 14.* Rota coram Mantic. *dec. 258. nu. 6.*

Verùm hæc non adeò visa fuerunt releuantia, vt Domi-
nos à prædicta resolutione demouerent. Siquidem adhuc
vigere existimarunt rationem in antecedenti decisione
consideratam, nempè quod pactum in prædicta concordia
appositum de tempore secunda non erat litigiosum, & per
consequens verba quantumuis ampla non fuerunt apta ad
inducendam illius † nouationem, quod solùm poterat ope- 3
rari capi essa nouatio, aut incompatibilitas primæ cum se-
cunda transactione, vt firmauit Rota *in S. Seuerini pecu-
niaria 4. Iulij 1655. §. non vrget coram me.* Vndè generalitas
illa, & amplitudo verborum dumtaxat restringitur ad rem 4
litigiosam, vel quæ in controuersiam cadere poterat, &
ad causam in ea expressam, vt per Rotam coram Caual.
*dec. 97. nu. 9. & seq. & in Neapolitana fructuum 6. Februar.
1650. coram R. P. D. meo Melzio,* cum alijs in præcedenti
decisione allegatis.

Præterquam generalitas, amplitudo, & geminatio ver- 5
borum tunc comprehendit alia bona, & iura non litigiosa,
quando, salua ratione recti sermonis non possunt restringi
ad causam expressam, vt loquuntur DD. pro Terulis alle-
gati, & alij plures cumulati à Castill. *lib. 4. controu. cap. 41.
nu. 71. & cap. 42. à princip.* Secus verò quando † ea restri- 6
ctione non læditur sensus verborum, prout non læditur in
præsenti referendo amplitudinem verborũ ad prætensionea
tantùm, quas habebant Rodulphi super bonis fideicommissa-
rijs, ac super bonis filiorum illius, non autem ad pactum
cla-

clarissimum appositum in prima transactione de diuiden-
do proportionabiliter quidquid posteà fuisset repertum,
quod quidem pactum nullam patiebatur difficultaté, nec in
litem erat deductum, vt proindè secunda transactio ad il-
lud non sit porrigenda, vt prætet allegatos tradit Gabr.
comm. conclus. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 4. Eugen. *cons.*
13. *à nu.* 2. *tom.* 1. Menoch. *cons*, 496. *& num.* 54. Surd. *cons.*
246. & 431. Hond. *cons.* 49. *per tot. lib.* 1. Alex. Trentacinq.
var. resolut. lib. 3. *sub tit. de transact. resol.* 2. *per tot.* Man-
tic. *de tacit. & ambig. lib.* 26. *tit.* 6. *à num.* 12. Surd. *dec.* 217.
per tot. & præcipuè à num. 6. Afflict. *dec.* 145. *nu.* 4.

Nec amplius obstare visa fuit obiectio, quod admissa præ-
dicta intelligentia sequeretur, quod Rodulphi pro præten-
sione, quam habebant super vncia valutata in scutis 1500.
consequuturi essent scuta 1800. Nam omisso, quod præ-
tendebatur per dictam vnciam ascendere ad scuta 2248.
placnit responsio in antecedenti decisione reddita, scilicet,
excessum, si quis adest vsque ad scut. 300. sustineri propter
renunciationem à Rodulphis factam de prætensione, quam
habebant super suis portionibus mobilium, fideicommisso
subiectorum, quæ post mortem Europæ illis erant resti-
7 tuenda, † non obstante obiecta consumptione mobilium
spatio 50. ann. iuxta tradita per Cyriac. *controu.* 204. *num.* 7.
Rota *in Interamnen. fideicomm.* 19. *Iunij* 1656. *coram R. P.*
8 *D. meo Beuilaqua*. Nam respectu argenti, † & iocalium le-
gatorum consumptio nequit induci, cùm hæc vsu non con-
sumantur, & ideò proculdubio veniunt in restitutione, vt
per Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 197. *num.* 2. Pe-
regr. *de fideic. art.* 5. *nu.* 43. *in fine*, Rota coram san. mem.
Gregor. XV. *dec.* 258. vbi Add. *num.* 4. Respectu verò mo-
9 bilium, quæ vsu consumuntur, vt sunt pecuniæ, † istæ
omninò post mortem Europæ restituendæ venirent, cùm
earum vsusfructus in abusu, & consumptione consistant,
& ideò sine cautione non præstentur vsufructuario, vt per
Tex. *in §. constituitur* 2. *inst. de vsufruct.* 2. *ff. de vsufr. ear.*
10 *rer.* Vestimenta autem, supellectilia, † & alia, quæ vsu
minuuntur, aut teruntur post mortem restituenda, prout
extabunt, & super omnibus cautio à principio interponi
debet se boni viri arbitratu vsurum, cuius cautionis remis-
sio per Testatorem facta plus Iuris Europæ tribuere nequit,
11 cùm nec per Testatorem † vsufructuario cautio ista remit-
ti possit, per Text. *in l.* 2. *Cod. de vsufruct. cum similibus*, vbi
Bart. & antiquiores Castill. *de vsufr. cap.* 15. *num.* 13. *&* 31.
Galuan. *eodem tract.* 20. *per tot.* Donell. *lib.* 10 *comm. cap.* 4.
12 vbi Osuald. *litt. E.* Sicut nec etiam Testator † vsufructua-
rio remittere potest confectionem Inuentarij, vt per Text.
in l. 1. *§. rectè* 4. *ff. vsusfructuar. quemad. cau.* Rolan. *cons.* 42.
13 *num.* 15. *vol.* 1. † quidquid sit in Tutore ex traditis per Bart.
in l. nemo post 55. *ff. de leg.* 1. Clarius *in §. Testamentum qu.*
66. *vers. quoad tertium, & vers. sed hoc quidem*, Couar. *var.*
resol. 54. *nu.* 4.

Ex quo pariter cessat replicatio, vt admisso, quod tran-
sactio, quæ occasione prædictæ vnciæ fuit celebrata, com-
prehenderet mobilia nulla differentiæ ratio assignari valeat,
cur in prima transactione pactum præcedens conferendi
non sit deductum. Nam hæc difficultas ex verbis proœ-
mialibus secundæ transactionis omninò tollitur, quæ so-
lummodò ad mobilia, & vnciam referuntur, ibi, *Cum sit*
quod Testator reliquerit quinque suos filios, & Europa ipsius
vxori reliquerit ratam vnam cum filijs eiusdem hæreditatis,
quæ post obitum Europæ eadem rata deuenire debeat, &c.
Hinc est, quod Domini de Rodulphis volentes se concordare
cum Iulia, &c. super dicta rata, & parte bonorum hæredita-
riorum, &c. peruenta ad manus Europæ tam stabilium, quàm
mobilium, &c. cùm possit dubitari, &c. hinc est, quod partes de-
uenerunt ad præsentem concordiam, &c. Et indicant mentem
14 transigentium fuisse solummodò † de istis se concordandi,
cùm verba in proœmio apposita demonstrent qualis fuerit
intentio paciscentium, & totam conuentionem afficiant,
Rota coram Buratt. *dec.* 543. *nu.* 11. *& plenè in Romana pe-*
cuniaria, seu Apothecarum 8. *Iunij* 1659. *coram bo. me. Bi-*
chio, §. subdiderunt.

Nec releuat, quod ex parte illorum de Terulis remissa
fuerint Rodulphis melioramenta, quæ in prima transactio-
ne Europa sibi reseruauerat. Tum quia melioramenta per
modum prætensionis tantum ab eadem Europa fuerunt
enunciata absque approbatione illorum de Rodulphis, ideò
15 prius concludenter debent iustificari ex plenè deductis *in*
Romana fideicommissi de Spiritib. 22. *Maij* 1643. *coram bo.*
me. Bichio. Tum quia per dicta remissio poterit deseruire
pro compensatione renunciationis mobilium, & cessionis
maioris quantitatis vnciæ tunc forsan debitæ, aut in futu-
rum augendæ.

Denique & cessare visa fuit replicatio aduersus secundum
motiuum præcedentis decisionis, in qua firmatum fuit sum-
mam, de qua agitur prouenire ex capitali Census Iulij Cæ-
saris, non autem ex fructibus, quia prædicta obiectio
pluries sublata fuit in decisionibus R. P. D. mei Cerri, &
in præcedenti decisione, vbi ostenditur, quod hæc summa
extracta fuit ex capitalibus, vt in receptta per Europam
facta Baratillo depositario iuxta præceptum Testatoris dis-
ponentis, quod capitalia penes tertium deponerentur, &
attenta † inuerisimilitudine, quod ex fructibus exiguis, 16
quibus honesta familia ali debeant modico tempore ingens
summa aceruari potuerit, & quod Europa, quæ ad id non
teneretur, voluerit eos inuestire, vt ponderatur in præce-
denti decisione in §. *pariterque cum seqq.*

Et ita vtraque &c.

Decisio hac in hac eadem causa emanata sub die 4. *Februa-*
rij 1656. *coram eodem Zarate, est supra in hac eadem causa*
par. 12. *dec.* 122.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Calaguritana Beneficij de Ondategni.

Luna 28. *Maij* 1657.

ARGVMENTVM.

Digniorem in Beneficij concursu, tam vigore Cle.
ment. Coust. quem de Iure esse præeligendum
hìc firmatur, etiam in casu oppositoris non be-
neficiati, & quando hoc procedat:

SVMMARIVM.

1 *Constitutionis Clementinæ qualitates requisitas habenti adiudicandum est beneficium.*
2 *Dignior in Beneficij concursu est præferendus.*
3 *Dignior ex ætatis, & Sacerdotij qualitatibus est præeligendus.*
4 *Dignitas lite pendente adepta non suffragatur.*
5 *Sacerdotalis dignitas, quem digniorem reddit.*
6 *Beneficiatus maioribus qualitatibus decoratus, etiam non beneficiato præfertur.*
7 *Secus si qualitates sint pares, vel inferiores.*
8 *vel Beneficij redditus sint sufficientes.*
9 *Præsentatio, & institutio, appellatione pendente facta, non attenduntur.*
10 *Beneficium appellatione pendente S. Rota digniori confert.*
11 *Appellationem ab alio coppositore interpositam prosequi potest ad causam pro suo interesse admissus.*
12 *Lis non dicitur extincta nisi per sententiam, & rem iudicatam.*
13 *Beneficij assecutionem leuis diffamationis probatio impedit.*
14 *Diffamationem præcedere debet inquisitio, & denunciatio, aliàs est calumniosa.*

DECISIO CCXL.

EX quatuor oppositoribus in concursu ad dimidiam por-
tionem simplicis Beneficij vacante in Ecclesia de On-
dategni Calaguritanæ Diœcesis, tres nempè Io. Fernan-
dez, Io. Ortiz de Lauza, & Thomas Martinez de Onda-
tegni ab examinatoribus Synodalibus approbati fuerunt
etiam ad Curata; quartus verò, nempè Paulus Ortiz re-
probatus, qui tam à dicta relatione, quàm à subsecuta
institutione per Ordinarium peracta ad præsentationem
beneficiatorum fauore Io: Fernandez appellationem inter-
ponit, illamque simpliciter Rotæ committi obtinuit. Cùm-
que hodiè inter dictos Io: Fernandez, & Thomam Mar-
tinez æqualiter approbatos dubitari contigerit, cui con-
trouersum Beneficium esset adiudicandum, ad fauorem
Thomæ prodijt resolutio, † quia vltra qualitates per Consti- 1
tutionem Clementinam requisitas, quæ in vtroque con-
currunt † ex alijs ipse visus fuit dignior, & sic in concursu 2

præferendus, vt alijs allegatis responsum fuit in *Calaguritana Beneficij de Alessanco 14. Februarij 1653. §. Iustitia vero, coram Reuerendiss. D. Archiepiscopo Tarraconen. & in Calaguritana Beneficij de Ocon 6. Februarij 1654.*

Etenim est ætate senior, vt expressè admittitur ab Informantibus pro Ioanne, & erat Sacerdos tempore vacationis Beneficij controuersi sequutæ mense Aprilis 1650. vt patet ex litteris suæ promotionis ad Sacrum Presbyteratus ordinem sub die 6. April. 1647. eius primo *Summ. nu. 7.* Ioannes verò tunc temporis erat simplex Clericus, & talem esse etiam hodiè ab informantibus pro Thoma contenditur; Istas enim duas qualitates pro prælatione ponderauit Rota alijs allegatis *in Calaguritana beneficij de Murillo 14. Februarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato, §. Iustitia autem.*

Non obstat, quod Ioannes sit Baccalaureus, tum quia
4 hujusmodi † gradus ab eo assumptus fuit 21. April. 1654.
& sic post quadriennium à dicta vacatione, & lite pendente, tum quia non attenditur in concursu Sacerdotis, cùm
5 qualitas † Sacerdotalis reddat quem digniorem, vt benè
in terminis responsum fuit *in d. Calaguritana beneficij della Casa de la Reina 27. Martij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen. §. denique nulla ad hunc effectum.*

Nec obstat, quod Thomas habeat aliud medium beneficium in Ecclesijs inuicem vnitis Ciuitatis de victoria, Io:
6 Franciscus verò aliud beneficium non habeat, † quia tunc
non beneficiatos præfertur beneficiato, quando ijsdem qualitatibus est decoratus, vt dictum fuit *in Calaguritana beneficij SS. Iacobi, & Andreæ 9. Maij 1653. coram R. P. D.*
7 *meo Verospio, §. secundus pariter,* secus † si eiusqualitates, prout hìc sint impares, & inferiores, Rota *in Calaguritana beneficij de Ocon 14. Martij 1653. coram Reuerendiss. D. meo Decano sub §. 1. & quod iustificatur,* quod benefi-
8 cium † obtentum habet redditus sufficientes pro congrua
substentatione, aliàs secus, vt responsum fuit *in Calaguritana beneficij de Haro eadem die 14. Martij 1653. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, §. fin.*

Nec refert, quod Ioannes fuerit præsentatus à Benefi-
9 ciatis, & obtinuerit institutionem ab Ordinario, † quia
cùm laborent vitio attentatorum ob appellationem statim interpositam à Paulo Ortiz reprobato, & Rotæ simpliciter commissam non attenduntur pro obtinenda prælatione, quamuis agatur inter approbatos ad curam, sed intrat arbitrium Rotæ, coram qua pendet causa appellationis, quæ
10 loco † beneficiatorum, & ordinarij confert Beneficium
digniori, vt respondit Rota *in Calaguritana beneficij de Zerbera 26. Februarij 1652. coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano, §. non obstat, quod Didacus.*

Et quamuis d. Paulus appellans post commissam causam
11 nil amplius egerit, † attamen Thomas præuio decreto ad
illam admissus fuit stante suo interesse resultante ex eius oppositione, qui propterea prosequi potest appellationem ab alio coopposittore interpositam, Rota *in Calaguritana beneficij de Logrono 20. Nouembris 1651. coram Reuerendiss. P. D. meo Verospio, §. eidem in Calaguritana beneficij 15. Ianuarij 1652. coram bon. me. Bichio, §. vnumrum vers. & ap-*
12 *pellationem,* nec lis † potest dici extincta per lapsum aliquorum annorum, nisi præcedat sententia declarans desertionem, & rem iudicatam, *ex deductis in Calaguritana beneficij S. Io. de Molinar. 29. Maij eiusdem anni coram Me, §. quoniam lis.*

Præterea Ioannes fuit inquisitus, & diffamatus de quodam delicto *d. Sum. Thomæ num. 10.* vnde ne in Populo oriatur causa scandali, repellendus est ab assecutione huius
13 beneficij, ad quem effectum † sufficit leuis probatio diffa-
mationis, vt dictum fuit *in Leodien. Præpositura Tongren. 19. Ian. 1650. coram Eminentiss Card. Otthobono, § præterea DD. inter eius impress. dec. 202. num. 14. cum duob. seqq.* & plenè *in Calaguritana beneficij de Bilbao 5. Iulij 1655. &*
14 *15. Maij 1656. coram bo. me. Bichio,* nisi † constaret in-
quisitionem, & denunciationem esse prorsus calumniosam, vt dictum fuit *in Meliten. Parochialis 31. Iunij 1650. coram Reuerendiss. P. D. Bichio, §. tandem non obstat, & in Burgen. Beneficij 15. Februarij 1656. coram Reuerendiss. P. D. meo Celso.*

Et ita vtraque &c.

P. P. D. PRIOLO.

Reginen. Biptheratus.

Die 28. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

In hac Decisione tractatur, quando impetrari possit secundum beneficium ob non dimissionem primi infra duos menses, & quando primum vacet ipso iure per assecutionem secundi.

SVMMARIVM.

1 *Retentione duorum beneficiorum vltra duos menses secundum vacare dicitur.*
2 *Incompatibilis resultat ex personali residentia, & seruitio in Choro.*
3 Decisio Cardin. Seraphin. 348. *declaratur, & numer. 4.*
4 *Reseruatio cessat, quando beneficium non fuit collatum à Papa, sed ab ordinario.*
6 *Conclusio præcedens declaratur.*
7 *Simplex mandatum ad resignandum non facit vacare beneficium, nisi præstito actuali consensu cum admissione.*
8 *Reseruatio conditionalis non retrotrahitur ad euitandam nullitatem.*
9 *Et multo minus in præiudicium tertij.*
10 *Resignatio facta in fraudem futuræ vacationis est nulla.*
11 *Gratia fundata in expressione speciali substinetur, etiamsi non iustificetur nec de facto, nec de iure.*
12 *Impetratio secundi beneficij datur lapso bimestre.*
13 *Bimestre in totum debet esse lapsum ad effectum impetrationis.*
14 *Beneficium primum vacat adepta possessione secundi.*
15 *Vacatio contingit vsque ab initio molestijs non superuenientis, & no. 17. & 18.*
16 *Supplicatio sola in forma dignum non consumat vacationem.*
19 *Litteras prouisionis exhibere sufficit in limine expeditionis, quod declara vt nu. 20.*

DECISIO CCXLI.

DVabus constat partibus Decisio in hac causa edita sub die 26. Maij præteriti coram Me, in prima fuit dictum Biptheratum vacasse per assecutionem alterius beneficij incompatibilis, non autem per resignationem de eo factam, à Francisco ad fauorem Bosurgi, in secunda verò prouisionem eiusdem Bosurgi substineri, licet obtentam tanquam de vacante per d. resignationem. Cùm autem hodie super eisdem reuideretur, placuit Dominis illam in vtraque parte confirmare.

Nam respectu modi vacationis constat Franciscum assequutum fuisse Canonicatum omninò incompatibilem, cum Biptheratu, qui est secunda Dignitas in eadem Ecclesia, ac vtrumque Beneficium pacificè retinuisse per duos men-
ses, & vltrà, † vnde resultat ipso iure vacatio primi, iox- 1
ta Text. *in cap. de multa,* vbi glos. *verbo post recept. de Præb. & in extrauag. execrabilis, §. si verò de incest. eod. tit.* Rot. *decis. 120. sub num. 1. vers. sed etiam par. 4. recen.* coram Buratto *dec. 102. ac decis. 473. vtrobique num. 1. in Venafren. Canonicatus 16. Ianuarij 1634. coram bo. mem. Coccino, & in Auellina Canonicatus 19. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Cerro, §. fin.*

Non obstat, quod Canonicatus non haberet Præbendam, nec fructus certos.

Nam (præter, quod habebat distributiones quotidianas)
ad inducendam incompatibilitatem sat est, † quod requi- 2
reret personalem residentiam, ac seruitium in Choro, iuxt. trad. per Lap. *alleg. 116. sub num. 2. vers. si igitur residentiam personalem,* Garz. *de benef. par. 11. cap. 5. nu. 136. in fin. in addit.* Rota *dec. 483. nu. 1. cum seq. par. 1. diuers. & in rec. dec. 140. nu. 1. & seqq. ac sub nu. 3. vers. ex qua personali residentia par. 4.* coram Pen. *dec. 305. sub nu. 2. vers. incompatibilis,*

&co-

& coram bo. me. Merlino *dec. 6. sub num. 7. vers. & consequenter, ac seqq.*

3 Nec aduersatur † *Decis.* 348. *nu.* 2. coram Card. Seraph. Quia loquitur de beneficijs simplicibus requirentibus residentiam causatiuam respectu acquisitionis fructuum, quæ
4 profectò non causat incompatibilitatem † sicuti residentia præcisa respectu tituli, vt in Canonicatu, iuxtà distinctionem Innoc. & aliorum *in cap. fin. de Cler. non resid.* de qua per Hodiern. *de benef. incompat. par.* 1. *cap.* 17. *nu.* 34. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 15. *à nu.* 20. *vers. intellige tamen vsque ad nu.* 27. Castropal. *oper. moral. tom.* 2. *disp.* 6. *punct.* 2. §. 6. *n.* 3. Rota *dec.* 489. *num.* 3. *par.* 2. *rec.*

5 Minus obstat, quod secundum † Beneficium non fuit collatum à Summo Pontifice, sed ab Episcopo, quo casu cessat reseruatio primi incompatibilis, in qua fundatur contra
6 prouisio Galatis. † Quia inclusio procedit, quando possessio secundi Beneficij, per quam inducitur vacatio primi capta fuit in mense Ordinarij non autem si (prout hic) fuit apprehensa in Mense Apostolico, nam hoc casu primum Beneficium censetur reseruatum ratione Mensis, vt per Nauarr. *cons.* 18. *n.* 3. *de praeben.* Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 15. *n.* 42.

Nec subsistere visa fuit resignatio Bithereatus facta per sex dies ante adeptam possessionem Canonicatus, nam prætermisso, quod non est resignatio, sed simplex mandatum ad resignandum *Sam. Bosurgi num.* 19. non potuit inducere va-
7 cationem, † antequam fuit per superiorem admissa, & Procurator præstiterit consensum formalem ad Tex. *in cap. admonet, & cap. fin. de renuac. & vltra alleg. in decis.* benè declarant Rebuff. *in prax. benef. tit. de resign. express. pur. &c. nu.* 11. *& sub nu.* 13. *vers. ratam eam habuerit superior*, Cost. *in tract. reintegr. distin.* 74. *nu.* 13. Castropal. *d. tom.* 2. *disput.* Rota coram Durano *dec.* 237. *nu.* 18. *& seqq.* coram Coccino *dec.* 328. *num.* 3. *& seqq.* coram Eminentiss. Cardinali Otthobono *dec.* 18. *nu.* 9. ac in alijs.

8 Neque applicantur termini retrotractionis, nam † (quicquid sit in resignatione pura, & libera) sanè in conditionali, & ad fauorem non trahitur ad actus ante admissione factus, vtpotè nonnullos, & inualidos, *l. obseruare*, §. *fin. de offic. Proconf.* & in specie tradit Cost. *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 21. *nu.* 10. *vers. exciperem resignationem &c.* Castropal. *d. disput.* 6. *punct.* 2. §. 4. *sub nu.* 5. *vers. sed hæc mihi non probantur*, & generaliter dixit Rota coram san. me. Greg. *dec.* 227. *nu.* 4. & coram bo. me. Merlino *dec.* 773. *nu.* 11. Eoque
9 minus, quia medio tempore † fuit alteri ius quæsitum ex vacatione per assecutionem incompatibilis, Surd. *cons.* 382. *nu.* 79. Cost. *cap.* 8. *cas.* 2. *num.* 11. Rota *dec.* 100. *nu.* 1. *par.* 5. *rec.* & coram Merlino *dec.* 568. *nu.* 28.

Sed cessat difficultas, quia resignatio facta dignoscitur in
10 fraudem futuræ vacationis, quæ irrita, † ac nulla decernitur *per regul.* 3. *Cancell.* nec ideò vacationem induxit, vt in specie respondit Rota coram Buratt. *dec.* 242. *sub num.* 4. *vers. quia tum consistorio*, & coram Merlino *dec.* 559. *nu.* 1.

Respectu verò validitatis prouisionis obtentæ à Bosurgio subsistit pariter fundamentum Decisionis; Quia ipse obtinuit Biptheratum non solum vti vacantem per resignationem, sed etiam per assecutionem incompatibilis, vt in eadem *Decis. probatur*, §. *dixerunt tamen DD.*

Nec obstat, quod vbi modus vacationis primo loco narratus est falsus corruat tota gratia, nec sustineri possit ex clausulis generalibus, & accessorijs. Quia Bosurgius enim vtitur clausulis generalibus, siue præmisso, siue alio quouis modo &c in quibus terminis procedunt Authoritates in contrarium adductæ iuxta primum membrum distinctionis
11 relatæ *in eadem decis.* §. *tum quia conclusio*, sed fundatur † in expressione particulari, ac speciali per assecutionem incompatibilis emissa in parte dispositiua, & alternatiuè concepta, quæ operatur, vt prouisio rectè subsistat etiam si modus vacationis per resignationem, nec de facto, nec de iure verificetur, vt in terminis respondit Rota coram Card. Seraph. *dec.* 911. *in fin.* Mantic. *dec.* 81. *num.* 4. *in Bononien. Canonicatus* 19. *Febr.* 1590. *coram Cardinali Pamphilio* apud Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 357. *num.* 2. Pen. *decis.* 613. *nu.* 2. & in fine distinguendo coram bo. me. Coccino *dec.* 139. *nu.* 9. *& dec.* 263. *sub num.* 1. *vers. neque obstat, & seqq. & in Anglonen. Archipresbyteratus* 26. *Iunij* 1654. *cor. R. P. D. meo Albergato*, §. *hinc nullius vers. non enim*, Lotter. *de re benef. lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 14.

Firma itaque prouisione Bosurgi restat videre, quis sit anterior in gratia; Nam ipse habet supplicationem signatam die 10. Iulij 1648. cum litteris expeditis, Galantes verò die 3. Iunij præcedentis absque litteris, sed cum Breue de capienda possessione nomine Cameræ (quod tamen est longè posteriùs gratia Bosurgi.)

Et quidem attenta supplicatione Galantis eius gratia apparet anterior.

Nec videbatur obstare, quod eo tempore Biptheratus non vacaret per assecutionem incompatibilis, cùm non essent elapsi duo Menses.

Quia in hac materia distinguen. est inter primum, & secundum Beneficium, vt nempè lapsus bimestris sit expectan. † pro impetratione secundi non autem primi, & ra- 12
tio differentiæ est, quia secundum vacat in pœnam retentionis primi vltra duos menses, † quæ non committitur nisi 13
illis ex toto elapsis, *iuxt. tex. in cap. de multa, ibi, etsi fortè illud retinere contendat etiam alio spoliat. &c. de praeb. & in extrauag. execrabilis*, §. *si verò deinceps eodem tit.* Rota penes Cassad. *dec.* 1. *num.* 1. *de constit.* & coram Merlino *dec.* 6. *nu.* 11. *& seqq.* in quibus terminis loquitur Gabr. *cons.* 193. *nu.* 8. *lib.* 1. *in decis. alleg.* Primum verò † vacat per assecu- 14
tionem secundi ipso iure statim adepta illius possessione, vt dictum est, & licet executio suspendatur per duos menses, ne fortè superuenientibus molestijs prouisus careat vtroque beneficio, tamen molestijs † non superuentia rata est va- 15
catio vsque ab initio captæ possessionis, & sustinetur prouisio durante bimestre obtenta per Tex. *in d. cap. de multa*, ibi, *Is quoque ad quem prioris spectat Donatio illud post receptionem alterius liberè conferat, cui meritò videris conferendum &c. de preben.* & benè explicat Cost. *cons.* 265. *sub n.* 2. *vers. sed agitur de iure impetrantis, & seqq. per tot.* Garz. *de benef. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 114. *&* 116. Castropal. *d. disput.* 6. *punct.* 3. §. 6. *tit. de vacatione ob assecutionem sub nu.* 21. *vers. Atsi absque vllo litigio*, Adden. ad Buratt. *dec.* 19. *n.* 23. *in fin.*

Verùm hæc distinctio in nihilo proficit Galanti, qui litteras non expediuit nedum, quia sola supplicatio, † quæ non 16
sit in forma gratiosa, sed commissaria cum clausula dignum (vt hic) litteris non expeditis, nec executiuis non consumat vacationem, Bellamer. *dec.* 609. *in fine*, Garz. *de benefic. par.* 4. *cap.* 2. *nu.* 17. *& cap.* 3. *nu.* 60. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *qu.* 8. *à num.* 338. *signanter nu.* 141. *& seqq.* Rota coram Cardinali Seraph. *dec.* 1146. *num.* 3. coram Merlin. *dec.* 156. *sub nu.* 2. *vers. nec huiusmodi &c. cum seq. per tot. & dec.* 538. *nu.* 11. *& in Lauden. Cappellania* 26. *Iunij* 1641. *coram R. P. Domeo Cerro*, §. *quod procedit.* Vnde † potuit Bosurgius die 20. 17
Iulij Biptheratum adhoc vacantem impetrare, & eius gratia cum expeditione litterarum remanet Anterior, ac præferenda ad Tex. *in cap. cum eas de praeb. in* 6. *cum simil.*, sed etiam † quia obstat reg. 27. Cancell. de non iudican. iuxtà 18
tenorem supplicationis, & licet de stylo Rotæ sufficiat litteras exhibere in limine expeditionis causæ, vt fuit dictum *in Conchen. Beneficij* 10. *Iunij* 1624. *coram Manzanedo*, apud Viuian. *de Iurepatr. dec.* 48. *in fine, & in Nouastren. Parochialis coram Durano inter impress. decis.* 244. *num.* 14. Adden. ad Buratt. *dec.* 247. *nu.* 6. Hoc tamen † debet intelli- 19
gi, quatenus litteræ de facili possint expediri; At quia in præsenti illarum expeditio non solùm est difficilis, sed impossibilis ob regulam 12. eiusdem Cancellariæ ideò sola supplicatio non videtur attendenda, vt benè aduertit Bellam. *d. dec.* 609. *circa med. vers. modo possibile &c.* nec excusat pendentia litis; Quia non iustificatur mota durante termino expeditionis litterarum præfixo, vt opus est.

Atque ex his conclusum fuit standum esse in decisis vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papiensi.

Angloneñ. Archipresbyteratus.

Mercurij 30. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Possessori debentur omnes fructus percepti à die motæ litis; non percepti, vel qui percipi potuerunt debentur stante protestatione.

SVMMARIVM.

1 *Fructus semper pertinent ad verum possessorem.*
2 *Fructus sunt restituendi à die motæ litis.*

2 *Fructus præbendæ iustificantur ex libris capitularibus, & num. 4.*
5 *Redditus distributionum quotidianarum probatur per testes.*
6 *Distributiones quotidianæ succedunt in locum præbendæ, quando rediguntur in massa, & num. 7.*
8 *Protestatio requiritur ad hoc vt debeantur fructus percepti, & qui percipi potuerunt.*
9 *Fructuum perceptio concluditur ex possessione.*
10 *Possessori debentur distributiones, quæ dietim percipiuntur ex seruitio personali, nec requiritur protestatio, & num. 11. & 12.*

DECISIO CCXLII.

PEr duas sententias Rotales, quæ habent vim trium attento rescripto Sanctissimi in plena Signatura gratiæ facto, quod in hac causa liceat semel tantùm appellare fuit adiudicatus Archipresbyteratus, de quo agitur ad fauorem Reu. Leonardi Antonij Zottæ, nec non fuit condemnatus D. Anibal Pasqua ad restitutionem fructuum, & expensarum pro toto eo tempore, quo in huiusmodi beneficij possessione se intruserat, & cum vigore dd. sententiarum d. Zotta acquisiuerit possessionem d. Archipresbyteratus, eo nunc agente etiam pro restitutione fructuum dubitatum fuit an fructus debeantur, & à quo tempore, & pro qua summa, & quoad primam partem dubij DD. nullam habuerunt difficultatem, vt fructus debeantur, stante quod Pasqua ad illos fuit condemnatus vti intrusus, & fructus
1 semper † pertinent ad verum possessorem, non autem ad intrusum, iuxta notata per gloss. *in cap. dudum il 2. verbo furtum*, vbi Abb. *nu. 19. de elect.* Cassador. *decis. 6. sub nu. 1. de præbend.* Rot. *in rec. dec. 103. num. 6. par. 2. & decis. 628. num. 2. par. 4. tom. 3. rec.* Hæc autem fructuum restitutio fie-
2 ri debet † à die motæ litis, cùm à tali tempore Pasqua constitutus fuerit in mala fide, ac fuerit excitatus ad inquirendum de iuribus suæ possessionis, *l. sed et si lege, §. si autem, ff. de petit. heredit, l. nemo, C. de acquir. poss. l. 3. ff. de interdict.* cum alijs alleg. per Rotam *in rec. dec. 7. sub nu. 1. par. 7. & dec. 608. num. 2. par. 4. tom. 3.* Vnde calculatis fructibus à die motæ litis nempè à die secunda Septemb. 1638. vsque ad diem dimissæ possessionis sequutæ de mense Nouemb. 1655. quo Zotta restitutus fuit ad possessionem sui beneficij, *vt in Sum. d. Zotta num. 2.* summa restituenda ascendit ad ducatos 438. comprehensis præbenda, massa communi, & quotidianis distributionibus.

3 Fructus † præbendæ iustificantur in duc. 8. ex libris Capituli, qui plenè, ac concludenter probant, Cæsar de Grass. *dec. 5. nu. 5. de restit. spoliat.* Martin. And. *dec. 12. nu. 2.* Rota *diuers. dec. 623. nu. 1. p. 1.* & cor. Merl. *dec. 154. nu. 4.* & fuit resolutum *in Romana Iurium Parochialium 4. Decemb. 1651. sub §. maximè coram R. P. D. meo Celso, & in Volaterana Beneficij* 13. *Aprilis* 1643. *§. quod coram Reuerendiss. Com-*
4 *posellano*, † itaut non sit necessaria amplius alia liquidatio, Duran. *dec. 133. num. 12.*

5 Quo verò † ad distributiones quotidianas, cùm ex nonnullis illarum constituatur massa communis ad effectum illas diuidendi, quoad certum, & præfixum tempus, ac illæ reddant duc. 20. pro quolibet anno, vt probant Testes prædicti, & benè informati, qui reddunt rationem fructuum dictorum, *vt in eodem Summ. Zotta num. 3.* illis venit præstanda omninò fides, ex traditis per Bartol. *in l. 1. num. 17. & seq. ff. si cert. pet.* Felio. *in cap. cum causam nu. 5. vers. tertio declara de testib.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 24. nu. 11. & seqq.* Rota *in Calaguritana Beneficij 2. Decembris 1652. §. vt constat coram bo. me. Bichio.*

6 Et quotiescumque † distributiones quotidianæ rediguntur in massa pro illis distribuendis singulariter certis temporibus cuilibet, vt illæ succedant in locum præbendæ, & ve-
niant appellatione fructuum, qui dicuntur Grossi, *iuxt. glos. fin. in vers. plus dico in cap. vnic. de Cleric. non resideat. in 6.*
7 & per consequens † contineantur in dd. fructuum condemnatione, declarat Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. proœm. nu. 159.* Rota *dec. 449. num. 1. par. 2. rec.* Pot. *dec. 373. nu. 6. & seqq. lib. 2.* Barbos. *de canon. & dignitat. cap. 21. nu. 8.* Tondut *in suis quæst. & resolut. benefic. par. 2. cap. 1. §. 9. nu. 28.*

Huiusmodi autem distributiones quotidianæ vti perceptæ à Pasqua restitui debent etiamsi nulla præcessisset protestatio Zottæ, quæ tamen facta demonstratur, *vt in dict.*
8 *Summ. Zotta num. 2. sub litt. A.* † secus tamen esset in non perceptis, & quæ percipi potuerunt, pro quibus consequendis protestatio semper requiritur, vt per Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 34. num. 2.* Rota *in Orialen. Decanatus 1. Iuly 1648. coram Eminentiss. D. Corrado.*

Nec dubitari † potest, quin Pasqua exegerit fructus, 9
& distributiones, de quibus agitur, cùm hoc optimè colligatur ex possessione, quam habuit Archipresbyteratus, nec ille doceat de alio Possessore, siuè de impedimento illi præstito, ex quo exigere minimè potuerit, Rota coram Seraph. *dec. 1245. num. 6.* Gregor. *dec. 50. num. 12.* Buratt. *dec. 173. num. 3.* Caualer. *dec. 586. nu. 1. & in Melenitana Parochialis 17. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Cerro.*

Remanent aliæ distributiones, † quæ dietim fuerunt 10
solitæ distribui pro labore, & seruitio personali, & licet quoad istas cadat aliqua controuersia inter DD. attamen, quia istæ fuerunt perceptæ, & non agitur de his, quæ percipi potuerunt, veniunt sub condemnatione fructuum, & Rota passim sequitur hanc opinionem, vt per Mohedan. *dec. 6. nu. 1. de præbend. & dec. 618. num. 1. par. 1. diuers.* Ratione autem † harum distributionum, quæ fuerunt per- 11
ceptæ, vt non requiratur nulla protestatio præter supra allegatas Doctrinas, declarat enim Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. d. § 7. proœm. nu. 161. vers. quarto limita*; Sed in omnem casum hic optimè iustificatur protestatio facta à Zotta, quod per eum non stabat, quo minùs Ecclesiæ suæ inseruiret, quæ protestatio significata fuit ipsi Pasquæ iniusto detentori, qui per eam † cum fuerit constitutus in mala fide 12
ratione istius tenetur, & condemnandus est siue emolumenta etiam prouenìant ex seruitio Personali, Lancellott. *de attent. par. 3. cap. 3. num. 31.* Tondut. *in suis quæst. & resolut. Benefic. d. par. 2. cap. 1. §. 9. num. 32.*

Et ita resolutum fuit informante tantùm R. Leonardo Antonio Zotta &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Fulginaten. Subhastationis.

Mercurij 30. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Volebat Emptor bonorum per subhastationem prætextu hypothecæ dotalis, aliorumque creditorum venditoris effugere pretij solutionem; Sed Rota mediante inuestimento ad hunc effectum faciendo illum ad pretij solutionem condemnauit.

SVMMARIVM.

1 *Emptor opponens exceptionem rei non liberæ, & quod res empta alijs est obnoxia creditoribus, pretium an exbursare teneatur.*
2 *Emptor rei per subhastationem pretium cogitur persoluere.*
3 *Emptor rem, & pretium retinere non potest.*
4 *Pretium soluere non tenetur Emptor donec res ab hypothecis liberetur, & quando sup. numer. 1. per totum.*
5 *Emens à viro, quando sub prætextu hypothecæ dotalis effugiat solutionem pretij, & supra num. 1. & per totum.*
6 *Venditor si non potest emptorem ab hypothecis liberare, quomodo eidem emptori succurratur.*
7 *Emptor timens euictionem ob æs alienum venditoris, quid facere debeat.*
8 *Bona deliberata si sint alijs creditoribus obnoxia, pretium reinuestiri debet, & quando.*
9 *Emptori succurritur mediante reinuestimento pretij, vbi bona non sunt libera ab hypothecis.*
10 *Venditione facta per viam deliberationis purè, & simpliciter super re vendita deducatur.*
Emptori succurritur mediante reinuestimento pecuniarum.
Emptor super reinuestimento suarum pecuniarum est potior cæteris creditoribus, nu. 10.

DE-

DECISIO CCLXIII.

AD retardandam solutionem pretij bonorum à Mariuccio emptorum, & consignationem depositi vtebatur ipse consilio Baldi *in l. qui relict. 3. sub num. 1. vers. &*
1 *nota tamen pauper, C. de emct.* † vbi dat cautelam Emptori, qui pretium exburfari non potest, quod contra Venditorem opponat exceptionem rei non liberè traditæ, & quod res empta pro dote Vxoris, & alijs Creditoribus obnoxia reperitur hypothecata, quam post Ripam, & Alexandrum bonam cautelam ad hunc effectum appellat Mangil. *de emict. qu. 23. nu. 19.* Surd. *conf. 36. num. 12.* & Hodierna *in addit. ad eandem dec. 253. nu. 22.* Vnde mediante tali oppositione obtenta per eumdem Mariuccium noua audientia, quoad hypothecas Mulierum, & euictionem tantum dubitaui hodie an sit standum, vel recedendum à decisis, & ad fauorem Attilij placuit Dominis recipere resolutionem in decisi persistendo, quia equum est emptorem
2 etiam Iudicis auctoritate bona subhastata possidentem † ad obseruationem contractus, & pretij solutionem compelli ad Tex. *in l. Iulian. 14. §. ex vendito, ff. de act. empt.* Carp. *ad Stat. Mediol. cap. 103. nu. 214.* Ant. de Amatis *var. resol. lib. 1. cap. 38. nu. 4.* & DD. adducti per Modernum Hispan. *in labor. Credit. par. 3. cap. 10. nu. 1.* Rota *in Beneuen.*
3 *Frumenti 21. Febr. 1656. §. fin. coram bo. me. Bichio,* † eodem tempore rem, & pretium retineat contra æquitatem, Tex. *in l. curabit 5. Cod. de act. empti,* Surd. *conf. 101. num. 9. vers. ne alias lib. 1.* Grat. *discept. 588. num. 17. vers. ne; emptor Pradij,* Modern. Bauens. *de Iud. tom. 2. lib. 1. tit. 3. dispar. 28. sub nu. 25. vers. sed etiam quia pecunia,* Rota *in Romana Pecuniaria 19. Iunij 1656. §. nec in facto coram R. P. D. Beuilaqua.*

Quod præsertim procedere in præsenti casu visum est Dominis vbi nulla imminet in limine contractus euictio, nec tale quod in iudicio, ant extra ab assertis Creditoribus excitatum fuit, quod tendat ad eumdem finem euictionis,
4 in quibus terminis loquuntur Domini, qui emptorem † à solutione pretij immunem esse contendunt donec res omninò libera habeantur, quos recenset Giurb. *decis. Sicil. 100. num. 24.* vt benè in his terminis applicat Surd. *dec. 183. num. 84. & dec. 183. num. 5. & 6. & sub num. 19. vers. tandem conclusum est,* vbi ita in Senatu Mantuano iudicatum refert post Castrens. *l. si seruus sub num. 1. vers. quinimò si non esset solutum, ff. de actionibus empti,* & idem Castr. *conf. 207. sub nu. 5. vers. per viam vera exceptionis,* Natta *consil. 267. sub num. 2. vers. 1.* quod benè Caocer. *var. resol. lib. 1. cap. 13. de empt. & vendit. sub num. 67. vers. alias si dicta lis mota non esset,* Cytiac. *contr. 373. num. 13.* Merlin. Pignatell. *contr. for. cap. 95. n. 3. vers. cum autem nulla, & nu. 11. lib. 1.*

Secundò, quia obligatio Attilij pro dote Vxoris (super qua valdè insistebant informantes pro Mariuccio) non est pura, & simplex, sed conditionalis, & non purificanda nisi euentualiter soluto tempore per mortem viri Matrimo-
5 nio † atque ideò, quia pendente conditione res non dicitur hypothecata non est in potestate Emptoris sub hoc prætextu retinere pretium, vt in puncto rei pro dote Vxoris Obligatæ, tradit Alex. *conf. 65. num. 4. & 8. & per tot. lib. 5.* Neguf. *de pign. 1. membr. quart a par. sub num. 28. vers. puto enim intelligendum,* vbi ita declarat Doct. Bald. *in d. l. quirem,* Afflict. *dec. 241. nu. 5.* Ancaran. *Regens. qu. familiar. 34. sub nu. 8. vers. quod vnic. fundamento, & sequ. vsque ad fin. lib. 4.* Cancet. *d. cap. 13. sub nu. 62.* Merlin. Pignatell. *d. contr. 45. nu. 5.* Olasch. *dec. Pedem. 24. nu. 1. & 2.*

Non obstat, quod facta consignatione pecuniæ possit dari casus, quod Mariuccius ab alijs Creditoribus exclusus sine pretio, & re empta remaneat, quia Domini eius indemnitati consulentes iam disserunt stante paupertate Attilij, ob quam forte idoneum fideiussorem euictionis non inueniet pecuniam non esse liberè consignandam, sed vel tradendum esse probato alicui Mercatori ad vtilitatem Attilij donec emptorem cautam reddiderit, vel deponendum ad effectum reinuestiendi pro securitate emptoris, & ad hoc vt res empta stet vinculata pro euictione rei sibi deliberatæ
6 cum † omnis æquitas postulent, quando venditor factum præcisè, & rem liberam præstare non potest emptorem alio modo reddi securum aduersus damnum, quod ex dd. obligationibus, & hypothecis sibi contigere poterat, voloit Cepoll. *cautela 124. n. 1. vers. præsertim ex prædictis,* quod quando Emptor timet, quod ob æs alienum Venditoris res
5 euincatur † debet nominatim facere, quod pecunia sua conuertatur in emptionem fundi, qui sit specialiter pro euictione obligatus, & admittit Alex. *d. conf. 65. num. 5. lib. 5.* Matesfeotr. *var. resolut. lib. 1. c. 90.* Grat. *dec. 54. n. 30. & in addit. n. 10.* Amat *decis. Marchi 20. n. 24.* in puncto Olasch.
d. decis. 24. nu. 14. vers. si verò nec bona, vbi † quod si bona 8
voce Preconis distracta sint hypothecis, & alijs oneribus obnoxia debent inuestiti concurrente paupertate venditoris, Cancet. *d. cap. 13. num. 64. in princ.* Hodierò. ad Surd. *dec. 165. sub nu. 5. vers. item quando sumus,* Addentes ad san. me. Gregor. XV. *dec. 195. num. 5.* Rota coram Seraph. *decis. 1275. num. 2.* & in puncto, quod ob hypothecas, & onera
in re vendita existentia † vtendum est tali cautela pro indemnitate Emptoris donec bona ab omnibus liberent, *in* 9
Eugubina pradij 14. Iunij 1649. §. prædicta indubitat. & 11. Febr. 1650. §. quod enim attinet coram R. P. D. Cerro.

Qui omnes offerunt rationem supradictam ne Emptor sine fideiussore ob paupertatem venditoris omni securitate destitutus pretium libere soluendo periculum admittendi pecuniam, & rem emptam se exponat, & quatenus conditin hæc non reperiatur in decreto deliberationis, & mandato, vt supponitur fuerat addi poterat ex æquitate huius Sacri Tribunalis, † vt clara sit identitas emptoris, qui est 10
potior omnibus Creditoribus in illo fundo de pecunia sua empta secundum opinionem Cepollæ *cautel. 124. sub nu. 1. vers. potest enim ex prædictis.*

Et ita cum hac conditione steterunt DD. in decisis vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Firmana Primogenituræ.

Mercurij 30. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Masculus ex fœmina vocatus pro conseruatione agnationis in defectum lineæ, non censetur vocatus masculus ex altera fœmina.

SVMMARIVM.

1 *Propositio, ex, demonstrat causam mediatam.*
2 *Vocatio restricta ad filios primi gradus non extenditur ad vlteriores.*
3 *Vocatio restricta ad filios ex fœminis primi gradus non comprehendit filios alterius fœminæ.*
4 *Descendentium appellatione veniunt mares, & fœminæ cuiuscunque gradus.*
5 *Conclusio proxima limitatur.*
6 *Verbum ortos licet iunctum dictioni, ex, demonstrat tempus remotissimum, & numer. 7. quod limitatur, numer. 8.*
9 *Natus ex fœmina vocata connumerari non potest inter masculos vocatos.*
10 *Masculinitatis qualitas requiritur in ingressu lineæ, dum collata fuit facultas nominandi masculum ex fœminis alicuius familiæ.*
11 *Voluntas disponentium est omninò seruanda.*
12 *Agnatio conseruatur ex masculis descendentibus ex fœminis, quando desideratur conseruatio agnationis.*
13 *Electio non potest substineri, dum caret debitis requisitis.*
14 *Masculinitatis qualitas desiderata in primogenitura repetita censetur in qualibet parte Instrumenti.*
15 *Clausula, cum infrascriptis conditionibus, restringit superiùs expressa.*
16 *Qualitas expressa post omnes substitutiones in omnibus censetur repetita.*
17 *Electio est facienda ex pluribus, qui debitis requisitis sint præditi.*

DECISIO CCLXIV.

IOannes Baptista, ac fratres de Iuliuccis in Instrumento donationis Primogenituram sub ea lege instituerant, vt vltimus ex descendentibus masculis eorum familiæ, eandem posset masculo ex fœminis Iuliuccia Primogenito in vim nominationis ad libitum voluntatis attribuere. Cùm verò Comes Marcus Antonius vltimo loco decedens Iu-

lium Cæsarem Moricum *vigore* prædictæ facultatis elege-
rit ; lis à Bonianne Vincio donatarum Amitæ filio, necnon
à Guidobaldo de Adamis ex Bernardina eorumdem sorore
procreato super nullitate nominationis instituta fuit, à qua
per appellationem ab eisdem successiuè interposita delata
mihi causa dubium hodie proposui ; An nominatio debeat
sustineri, resolutum à Dominis negatiuè innixis voluntati
Donatorum præcipientium electionem masculi descenden-
tis ea fœmina Iuliucciæ familiæ. Hinc enim masculorum
dumtaxat inclusio ex fœmina Iuliuccia immediatam origi-
1 nem trahentium desumitur, dictione illa *ex* † potissimè
perspecta, causam immediatam designante, vt aduertit Ce-
phal. *cons.* 330. *num.* 29. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 48 2. *num.* 1.
& respondit Rota *in Romana Fideicommissi de Victorijs* 20.
Martij 1651. *in §. verum in eadem matrice*, *&* 19. *Ianuarij
sequentis anni in §. quæ sanè verba coram Eminentiss. D. meo
Card. Otthobono inter ipsius impressas decis.* 244. *& dec.* 271.
& in Romana Fideicommissi de Griffonibus 10. *Maij* 1656. *in
§. Quod autem coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Necnon
verbia in prohibitione detractionum successiuè adiectia vi-
delicet : Conseruetur inter omnes masculos, qui nati sunt,
aut nascentur in infinitum ex aliqua fœmina nata, seu na-
2 scenda ex aliquo de familia de Iuliuccis, † quæ ad fi-
lios tantum primi gradus restricta ad vlteriorea non proro-
gantur, vt notat Alciat. *cons.* 2. *nu.* 12. *lib.* 8. Menoch. *cons.*
328. *num.* 4. *&* 5. Hier. Leo *decis. Valent.* 60. *num.* 49. *&* 45.
3 *lib.* 1. Neque † Iure virtute illius verbi de familia descen-
dentem ea fœmina alterius familiæ includere valent, & no-
tat Menoch. *cons.* 878. *num.* 19. *& cons.* 1229. *num.* 27. *vers.
non obstant tunc rationes*, Rota *in Bononien. Fideicommissi de
Barberijs* 5. *Decembris* 1659. *coram Eminentiss. Card. Cor-
rado*, *confirmata* 19. *Februarij* 1652. *coram bon. memor.
Bichio*.

Hinc verò Iulij Cæsaris electio Nepotis Isabellæ Primo-
genitæ ex Aurelia disponentium Amitta videtur omninò
4 corruere † licet sub descendentium appellatione tam ma-
sculi, quàm fœminæ cuiuscumque gradus regulariter con-
tineri consueuerint, vt notat Alex. *in cons.* 160. *nu.* 2. *lib.* 2.
Rolan. *cons.* 20. *nu.* 8. Ruin. *cons.* 92. *nu.* 1. *lib.* 2. Rota *in Bo-
non. Successionis* 4. *Maij* 1646. *coram bon. me. Bichio*. Hæc
5 siquidem conclusio nullatenus admittitur quoties, vt in
proposito casu ad masculos certis ea fœminis ortos fuit ab
Institutoribus habita restrictio, vt consuluit Cephal. *cons.*
330. *num.* 30. *cum seqq.* Decian. *cons.* 7. *nu.* 46. *lib.* 1. Rot. in
in Romana Fideicommissi de Griffonibus 10. *Maij* 1656. *in
fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Neque contrarium potuerit suaderi ex eo, quod ver-
6 bum illud natos † in remotissimum tempus prolatum, ne-
dum filios, sed etiam Nepotes, & Pronepotes sit includere
peraptum, licet dictio, *ex*, immediatam causam præsefe-
rens eidem adiecta fuerit, vt notat Castren. *in cons.* 164
num. 4. *lib.* 2. Rota coram bon. mem. Coccinn *dec.* 493. *nu.* 4.
& 5. *& in Interamnen. Fideicommissi* 10. *Februarij* 1642.
in §. nec releuat coram Reuerendiss. D. meo Decano, † pro-
cedere enim posset obiectio in Nepotibus, & Pronepo-
tibus descendentibus ex masculis, qui dum ex Aui, &
Proaui corpore quodammodo dicuntur prouenire, ali-
qualem eorum substantiam proinde retinent, in quibus
terminis loquuntur præcitatæ auctoritates. Non tamen
8 admittitur † quoties Nepotes, & Pronepotes ex fœminis
originem traxerint. Hi quippè de Aui, & Proaui substan-
stia nullatenus participes esse censentur, dum Matris fami-
lia posthabita, altera Patris sectantur, *iuxt. text. in l. fa-
milia* 196. *ff. de verb. significat.* Menoch. *cons.* 400. *num.* 51.
Curt. iun. *cons.* 108. *num.* 24. *in fin. & num.* 25. Quare inter
descendentes masculos ex Aurelia Progenitos Iulius Cæsar
9 connumerari non poterit cum Isabellæ † nepos existat fœ-
mineæ lineæ auctrices, iuxt. Text. *in l. pronunciatio*, *§. fa-
milia in fine*, *ff. de verb. significat.* Cephal. *cons.* 664. *nu.* 24.
Gratian. *discept. for. cap.* 901. *num.* 22. Peregr. *de fideicomm.
art.* 26. *num.* 29. *propè fin.* Rota *in Bononien. Fideicommissi
de Barberijs* 5. *Decembris* 1650. *in §. siquidem certum est
coram Eminentiss. D. Card. Corrado*.

Nec vrgere visa fuit obiectio, quod qualitas masculini-
tatis in progressu dumtaxat lineæ non autem in illius in-
gressu requiratur, quia dum disponentes masculos dumta-
xat natos ex fœmina de familia Iuliuccia nominandi facul-
10 tatem dederunt, † hæc proindè qualitas in ingressu lineæ
videtur exquiri, vt responsum fuit *in Bononien. Fideicom-
missi de Barberijs* 19. *Februarij* 1652. *in §. Quapropter cor.
bo. me. Bichio*, licet ex hoc intellectu legitimati, nec non
adoptiui, consanguineis qualitatibus hia distinctis præferri
debeant. Hi enim legitimati, & adoptiui, dum lineis à Do-
natoribus contemplatis penitus extinctis admittuntur, nul-
lum proindè consurgit absurdum si hac purificata conditio-
ne Primogenitura ad ipsos Consanguineis omninò postha-
bitis ea disponentium voluntate deferatur, quæ debet om-
ninò seruari iuxtà text. *in §. disponat auth. de nupt.* Rota co-
ram Seraph. *dec.* 1472. *num.* 1. *& in Bonon. Fideicommissi de
Barberijs* 5. *Decemb.* 1650. *in §. Deinde coram Eminentiss.
D. Card. Corrado*, *&* 19. *Febr.* 1652. *in §. quapropter ad
med. coram bo. me. Bichio*.

Et licet † contemplata ex statuentium voluntate agna- 12
tio per descendentes ex fœminis siue propinquiores, si-
ue remotiores extiterint æqualiter conseruari consueuerit
quoties masculina linea extincta fuerit, vt responsum fuit
in dicta Bononien. Fideicommissi de Barberijs 5. *Decembris*
1650. *in §. deinde non obstat coram Eminentiss. D. meo Card.
Corrado*, exindè tamen Iulij Cæsaris electio sustineri non
valet, † cùm qualitatibus à Donatoribus requisitis desti- 13
tuta fuerit, ac nullius proinde roboris reputetur, vt aduer-
tit Bald. *cons.* 473. *num.* 2. *vol.* 2. Surd. *cons.* 369. *nu.* 39. Rota
coram Buratt. *dec.* 744. *cum seqq. dec.* 379. *nu.* 7. *p.* 5. *& dec.*
241. *nu.* 20. *par.* 4. *to.* 2. *rec.*

Non etiam poterit facultas eligendi ad libitum volunta-
tis attributa suffragari, in principio enim, nec non in cal-
ce donationis ab Authoribus Primogenituræ contemplatio
filiorum masculorum primi gradus dumtaxat legitur habi-
ta, † ad quas proindè qualitates in qualibet parte Instru- 14
menti eosdem respexisse, nec non eas repetijsse censentur,
vt aduertit Bald. *in cons.* 284. *num.* 1. *vers. quod enim lib.* 4.
Dum † maximè post adiecta sequentia verba cum infrascri- 15
ptis conditionibus, ex quibus superiùs expressa qualifica-
tionem, ac restrictionem assumunt, vt aduertit Menoch.
cons. 4. *num.* 24. Surd. *cons.* 572. *nu.* 19. Rot. *dec.* 194. *nu.* 47. *&*
48. *par.* 5. *recent.* Hæc † declaratio subsequitur, quod ex- 16
pressum in vno casu censeatur in altero repetitum, quæ
post substitutiones omnes adiecta ad omnes proinde debet
æqualiter referri, vt notat Corn. *cons.* 43. *num.* 5 *vol.* 3. Me-
noch. *cons.* 334. *num.* 8. Rot. *in dicta dec.* 194. *num.* 51. *par.* 5.
recent. † Itaut dum concessa ad libitum electio inter plures 17
vocatos requisitis qualitatibus præditos restrictionem assu-
mit, alter ex ijs debuerat nominari, vt notat Molin. *de pri-
mog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 37. *&* 38. Guttier. *pract. quæst. lib.* 2.
qu. 67. *nu.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 25.
num. 20. *cum seqq.* Hier. Leo *decis. Valent.* 24. *num.* 17. *propè
fin. & num.* 18. *lib.* 1.

Ex quibus cùm Primogenitura non impugnata ex aduer-
sa ex donationis Instrumento nullatenus reuocatæ in fauo-
rem descendentium transuersalium continearur Institutam
nominationem nullatenus sustineri responsum fuit vtra-
que &c.

R. P. D. C E R R O.

Sacræ Rotæ Decano.

Firmana Domus.

Mercurij 30. *Maij* 1657.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio facta intuitu futuri ingressus in re-
ligionem non reuocatur per mortem renun-
ciatarij, quando renunciatum fuit iuri etiam
de futuro: Et talis renunciatio licet facta per
viam donationis non indiget insinuatione, &
facta in sæculo non requirit obseruationem
decreti S. Concilij.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio impedit donanti regressum ad iura renun-
ciata.*
2 *Lex Statutum attenditur in respicientibus formam, &
solemnitates contractus.*
3 *Donatio iurisiurandi non indiget insinuatione.*
4 *Donatio facta ex causa ingressus in monasterium non in-
diget insinuatione.*
5 *Renunciatio facta à nouitio debet esse iuxta formam Sa-
cri Concilij.*

6 *Re-*

6 *Renunciatio facta in sæculo intuitu futuri ingressus in religionem non facta iuxta dispositionem Concilij substinetur.*
7 *Renunciatio facta fauore donatarij iuri etiam de futuro impedit, vt mortuo donatario renuncians non possit redire ad iura renunciata, quod amplia, vt num. 8. & 9.*
10 *Substitutio in qua vocantur filij, & nepotes dicitur vulgaris, & num. 11.*

D E C I S I O CCXLV.

COnuentui S. Augustini de Firmo agenti ex persona fratris Io. Baptistæ Iorti in sæculo Vincentij nuncupati, non esse dandam Immissionem in possessionem medietatis bonorum tam Victoriæ illius Matris, quàm Io. Antonij Aui Materni hodie resolutum fuit. Quia eidem obstat amplissima donatio inter viuos ab illo facta ob ingressum in Religionem ad fauorem eiusdem Victoriæ Matris de omnibus Iuribus, & actionibus, quas, & quæ habuerat, habebat, & in futurum ei competere poterant super dote, & bonis dictæ Victoriæ ex quocumque iure, &
1 causa, † quæ propterea donanti, seu Conuentui, ex eius persona petitam Immissionem impedit, & respondit Rota *in recent. decis.* 109. *num.* 1. *& dec.* 141. *num.* 12. *par.* 5. *& in Ariminen. Successionis* 26. *Ianuarij* 1654. *coram bon. mem. Bichio in princ.*

Nec subsistit defectus solemnitatum Constitutionis Ægidianæ, & Statuti Firmani, atque insinuationis; Quoniam solemnitates concurrunt, nam donatio facta fuit cum authoritate Curatoris, interuentu proximiorum vicinorum, & decreto Iudicis ordinarij Oppidi Mollecani, vbi fuit celebratum *Summ. Io. Antonij num.* 1. qui benè potuit
2 illam authorizare, & decretum interponere, † quamuis donator esset forensis, quia in respicientibus formam contractus, & solemnitates attenditur locus vbi ipse contractus celebretur iuxta dispositionem optimè comprobatam in *Bonon. Census* 17. *Martij* 1608. *coram Card. Marquemontio apud Pic. ad Statut. Vrb. dec.* 59. *num.* 4. *&* 5. *& in Romana, seu Perusina Census* 12. *Decembris* 1644. *coram bon. mem. Bichio*, §. *Nam Statutum*.

3 Insinuatio † verò non fuit necessaria, siue quia agitur de donatione Iuris nondum quæsiti, sed quærendi, & euentualis Rota *decis.* 12. *num.* 11. *dec.* 292. *num.* 20. *dec.* 320. *num.* 8. *& dec.* 323 *num.* 5. *par.* 6. *recent. in Romana Fideicommissi de Cosciaris* 16. *Martij* 1648. *coram Eminentissimo Card. Corrado*, §. *eoque minus*, *& in Cesenaten. Bonorum* 15. *Maij* 1651. *coram R.P.D. meo Albergato*, §. *non obstat*.
4 † Siue etiam quia facta fuit ex causa ingressus in Monasterium, vt respondit Rota coram Buratt. *dec.* 461. *per tot. in Romana Donationis* 1. *Februarij* 1640. *&* 3. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiss. D. Tarraconen. in dicta Romana Fideicommissi de Cosciaris* §. *Insinuatio vero*, *& in Asculana Hæreditatis* 4. *Aprilis* 1650. *coram R.P.D. meo Celso*, §. *fin.*

5 Solemnitates † autem requisitæ per Sacr. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* sunt necessariæ tantum in renunciationibus, quæ fiunt à iam ingressis in Religionem tempore Nouitiatus intra duos Menses ante professionem,
6 non autem † in renunciationibus, vel Donationibus, quæ fiunt in sæculo ante ingressum in Religionem, prout hic, vt latè discusso articulo responsum fuit *in d. Romana Donationis* 1. *Februarij* 1640. *coram Reuerendissimo Tarraconen. & in Romana Successionis de Comitibus* 12. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, §. *& videbatur*, cum alijs pluribus congestis per Adden. *ad decis.* 586. *n.* 2. *par.* 5. *rec.*

Nec refert, quod Victoria Donataria decesserit ab intestato; Quia cùm dicta Donatio fuit facta non solum de Iuribus competentibus, sed etiam competituris. Vtique impedit quo minus hæreditas Donatariæ deueniat ad do-
7 nantem, & obstat etiam Iuri acquiren. ex noua, & superuenienti causa, vt declarat Rip. *in l. qui Romæ* §. *Duo fratres num.* 11. *ff. de verb. obligat.* Roman. *conf.* 22. *sub n.* 3. *vers. secundo probant*, Paris. *conf.* 26. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 3. Menoch. *conf.* 6. *num.* 15. Giouagn. *conf.* 91. *num.* 18. *lib.* 1. Præsertim cum Victoria alium filium masculum, nempè
8 Io. Antonium Fortem reliquerit. † Donatio enim etiam pro ipso censetur recepta, & stipulata, qui proindè certius Donantem excludit, Paris. *d. conf.* 26. *n.* 33. Franc. Aretin. *conf.* 17. *num.* 10. *vers. Item nec prohibetur*, Menoch. *d. conf.* 6. *num.* 16. optimè Couarruu. *in cap. quamuis par.* 3. §. 3. *n.* 4. *vers. Nono idem omnino*, idemque admittitur *in decis.* 4. *vers. Et præsertim vbi nulls de pact. in antiq.* Quamuis † sit 9
vterinus, & sic ex vno tantum latere coniunctus, vt in terminis resolutum fuit *in Asculana Hæreditatis* 7. *Iunij* 1649. *coram Reuerendiss. D. Tarraconen.* §. *nec refert in fine.*

Denique non subsistit, quod dicta Donatio non comprælendat bona fideicommissaria supradicti Io. Antonij Aui materni. Quia licet iste decedente Polemnio filio, sine descendentibus substituerit Victoriam filiam, & suos
filios; † hæc tamen substitutio respectu filiorum non est 10
fideicommissaria, sed vulgaris seclusis coniecturis, gloss. & DD. *in l. Gallus*, §. *quis rectè ff. de liber. & posth.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 18. *num.* 7. Fusar. *conf.* 29. *num.* 1. *& de substit. q.* 479. *per tot.* Cardin. Canaler. *dec.* 496. *num.* 4. *cum alijs allegatis in Spoletana Fideicommissi* 22. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Beuilaqua*, §. *At non censuerunt cum seqq.* Quæ per subsequutam donationem Victoriæ expira- 11
uit, *l. post aditam C. de impuber. & alijs substit.* & sic dicta bona tamquam effecta proprium ipsius Patrimonium in præfata Donatione comprælenduntur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. V E R O S P I O.

Cordubeñ. dimidiæ Portionis.

Luna 4. *Iunij* 1657.

A R G V M E N T V M.

Sanguinis impuritas non præsumitur, sed quidem puritas donec contrarium probetur per concludentes probationes præsertim quando puritas probata fuit per testes.

S V M M A R I V M.

1 *Mors probatur ex partita libri mortuorum.*
2 *Clericatus, & obitus in Curia, probatur per Testes de publica voce, & fama deponentes.*
3 *Valor beneficij pro iustificatione litterarum Apostolicarum, probatur per semiplenam probationem.*
4 *Sanguinis puritas in dubio præsumitur donec contrarium probetur.*
5 *Puritas sanguinis probatur per testes deponentes de publica voce, & fama coarctate, & n.* 6.
7 *Puritas sanguinis probatur ex substentatione officiorum, quæ non dantur impuris.*
8 *Probatio redditur dubia etiam per possibile in contrarium, & n.* 9.
10 *Testes de puritate, deponentes licet numero pauciores sunt præferendi.*
11 *Fama impuritatis, si non est constans non attenditur.*
12 *Testes reproducti contra reproducentem, plenè probant.*
13 *Testes de capitulo pro capitulo non probant.*
14 *Maximè quando habent aliquod interesse.*
15 *Testes in quibus viget præsumpta subornatio nihil probant.*
16 *Subrogatio alterius iudicis facta post latam sententiam non afficit gesta coram primo.*
17 *Citatio non est necessaria quando pars non se opponit.*
18 *Cursorem carcerari faciens, præsumi facit se nolle citari.*
19 *Examen factum sine citatione partis citari recusantis est validum.*

DECISIO CCXLVI.

COadiutoria super portione dimidia Cordubensis Ecclesiæ cum futura successione Francisco à Summo Pontifice collata ab ipso dimissa fuerat, postquam portionem alteram ex Ioannis obitu in hac eadem Ecclesia vacañ. ab Apostolica Sede receperat: Cùm verò Capitulum

Cor-

Cordubeñ. eundemmet Franciscum ad huius portionis di-
midiæ possessionem aspiran. ex obiecta sanguinis impuri-
tate conaretur arcere, post probationes hinc indè pera-
ctas super litterarum Apostolicarum exequutione, dubium
hodiè proposui, quas, vtpotè in omnibus iustificatas exe-
queñ. esse hodiè Domini responderunt. Siquidem Ioan-
nem vltimum Beneficij possessorem extra Romanam Cu-
riam de mense Maij Apostolicæ Sedi reseruato decessisse
1 ex partita † libri mortuorum formiter extracta compro-
batur, vt notat Imol. *cons.* 110. *in fin.* Mandos. *super reg.*
15. q. 10. *num.* 4. Rota *dec.* 605. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & *in*
Romana Domorum 15. *Decembris* 1649. §. & *licet ista con-*
clusio coram bon. mem. Bichio, eundem quoque Clericali
2 charactere insignitum, † nec non præsentem in Curia de
tempore obitus extitisse, ex testium formiter examina-
torum depositione, de communi reputatione testantium
plenè conuincitur, vt dixit Rota coram Verallo *dec.* 277. *n.* 8.
par. 1. & *dec.* 14. *de probat. in antiquis*, & coram Greg. *dec.*
20. *num.* 1. Valorem denique Beneficij in ducatis 80. per
non excessum certis dumtaxat fructibus æstimatis, in cu-
ius verò redditibus, ac distributionibus quotidianis excom-
putatis in ducat. 300. concludit bina Testium depositio,
3 † cùm ad hunc effectum semiplena quoque probatio suffra-
getur, vt notat Garzias *de benef. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 198. &
respondit Rota *dec.* 517. *in fin. par.* 3. *rec.* & coram Buratt.
decis. 215. *num.* 11. & *in Calagur. Præstimonij* 10. *Maij*
1649. *coram Emin. D. Card. Otthobono inter impress. dec.*
172. *num.* 8.

Neque Ecclesiæ Cordubeñ. sanctiones videntur vrgere
sanguinis puritatem in aspirantibus ad Beneficia eiusdem
Ecclesiæ exquirentes. Præterquam enim Franciscus inter
Christi fideles natale † solùm sortitus, sanguine purus
esse præsumitur, donec contrarium concludenter exad-
uerso probatur, iuxt. text. *in l. ab ea parte ff. de probat.* & *in*
cap. si eis, vbi gloss. *de consecrat. distinct.* 4. Rota coram Man-
tic. *dec.* 274. *num.* 5. & *in dec.* 167. *num.* 31. & 32. & 182. *n.*
4. *par.* 1. *rec.* coram Vigellen. *dec.* 13. *num.* 1. & coram Mer-
lin. *dec.* 368. & *in Corduben. dimidiæ portionis* 30. *Ianuar.*
1654. *in* §. *hoc tamen posito ed. coram R. P. D. meo Meltio.*
Ex plurium depositione Testium eadem puritas sanguinis
comprobatur, attestantium nimirum, Didacum de Men-
doza ac Beatricem de Figueroa filiam Didaci Garziæ de
Orbeneia coniuges, & Francisci parentes, eorumque ma-
5 iores nulla labe impuritatis infecti: † quinimò semper ab
omnibus habitos pro puris, neque non in quasi possessio-
ne puritatis sanguinis, ac illibata fama extitisse. Hinc
enim sanguinis puritas optimè concluditur, postquam
Testes scientiæ causam exindè referunt, vel quia alter ex
ijs S. Inquisitionis munus obierit, vel quia de publica
6 † voce, & fama negatiuam coarctando deponunt, iuxta
doctrinam Bartol. *in l.* 1. *num.* 101. *C. de dignitat. lib.* 11.
notat Tiraquell. *de nobil. cap.* 10. *num.* 8. Decian. *cons.* 21.
num. 35. *lib.* 1. & in his terminis Rota *dec.* 167. *num.* 49. &
dec. 182. *num.* 9. *par.* 1. & *dec.* 463. *num.* 2. *par.* 5. *rec.* coram
Mantic. *decis.* 274. *num.* 1. & *dec.* 368. *num.* 8. *coram bon.*
mem. Merlino, præsertim quia Beatricis consanguineus
7 † diuersis Confraternitatibus idemmet statutum puritatis
obtinentibus addictus fuisse conuincitur, nec non ex quo
Didacus Velloso Minister Sancti Officij post diligentias su-
per Francisci puritate adhibitas, eundem in coadiutorem
à Sanctissimo admitti obtinuit super altera dimidia portione
eandem penitus qualitatem exquirente, vt in specie ponde-
rauit Rota *decis.* 463. *num.* 7. *par.* 5. *rec.*

Hinc non releuant Testes examinati, ac referentes fami-
liam de Iaen in Cordubensi ciuitate degentem impuritatis
vitio laborare; postquam enim Francisci Parens ex altera
familia Iaen de oppido Sancti Clementis omninò illibata
8 ortum † traxisse conuincitur, huiusmodi probatio dubia,
& possibilitatem in contrarium admittens nullius roboris
reputatur, ad Text. *in l. penult.* §. *docere*, ibique Castrens. *n.* 4.
ff. ne quis cum eo, *cap. in præsentia de probat.* Rota *dec.* 64. *n.*
8. *par.* 1. *rec.* & *in Asten. Coadiutoria* 21. *Iulij* 1652. §. *hu-*
iusmodi cum seqq. & 14. *Febr.* 1653. *coram R. P. D. meo*
Celso, & in his terminis respondit Rota *dec.* 463. *n.* 2. *vers.*
quia vltra par. 1. *rec.*

Qua sanè responsione, Francisci ex latere matris impu-
ritas remouetur, licet familia Orbanexa ex testibus de publi-
ca voce, & fama deponentibus comprobetur impura, siqui-
dem ex binis Orbanezæ familiis in Cordubensi ciuitate de-
gentibus, ac nullo inter se prorsùs cognationis gradu con-
iunctis, alteram ijdemmet Testes referunt semper Chri-
sti fidem prætulisse. † Vndè cùm ex hac Francisci mater po-
tuit ortum traxisse, testium depositio tanquam æquiuoca
nullam proindè fidem meretur, licet Francisci matrem ex
altera familia impura progenitam successiuè deponant,
† in horum quippè Testium concursu examinati pro par- 10
te Francisci, licèt numero pauciores existerent, dum super
bona eiusdem fama attestantur, prælationem debent obti-
nere, vt consuluit Corn. *cons.* 176. *in fin. lib.* 4. Anchar. *cons.*
189. *num.* 7. *vers. secundo modo*, respondetur Rota coram
bo. me. Coccin. *decis.* 68. *num.* 10. *in fin.* & *decis.* 494. *num.* 12.
cum seq. par. 1. & *decis.* 277. *num.* 2. *par.* 2. & *dec.* 467. *num.* 3.
par. 5. *rec.* & coram Gregor. *decis.* 455. *num.* 3. & 4. ibique la-
tè Add. *num.* 16. referunt concordantes, cùm maximè Iuris
præsumptione fulciantur, Ruin. *cons.* 35. *n.* 16. *vers. sed esto*
millies lib. 4. Aym. *cons.* 73. *n.* 41. Rota coram Greg. *dec.* 472.
num. 3. & *decis.* 498. *n.* 16.

Hinc fama impuritatis postquam non existit constans, & 11
inconcussa, nullatenus poterit in proposito casu comproba-
ta censeri, ad *text. in l. de minore* §. *plurium*, ibique Bartol.
num. 31. *ff. de quæst.* Bald. *in l. authenticulam num.* 8. *vers. est ta-*
men verum, *Cod. de Episcop.* & *Clericis*, Rota coram Greg.
decis. 455. *num.* 6. & *in rec. decis.* 182. *num.* 5. *cum seq. par.* 1.
& *num.* 10. Quinimò ea prorsus infringitur, tum ex Testi-
bus à Francisco productis, tum ex alijs sex pro capitulo exa-
minatis, de eius puritate ex vtroque latere, atque maiorum
attestantibus, † qui postmodum à Capitulo reproducti ple- 12
num aduersus ipsum probationis gradum constituunt, vt
notat Bursatt. *cons.* 89. *num.* 11. *lib.* 1. Honded. *cons.* 84. *n.* 50.
& 51. *lib.* 2. Rota *decis.* 244. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* & *alij plures*
relati in Romana pecuniar. 9. *Iunij* 1656. *in* §. *verum tamen*
coram me.

Dum maximè plerique ex Testibus nullatenus recensen-
tur idonei, † siue quia de Capituli gremio existere noscun- 13
tur, ad *text. in cap. in litteris de Testibus*, Rota *in Leodien.*
Canonicatus 14. *Martij præteriti in fin. coram me*, siue ex
quo allecti spe remunerationis † promissæ à Thoma Teber 14
Beneficium optante deposuisse probantur, iuxta textum *in*
cap. vbi gloss. *in v. pretio ext. de testib.* Mascard. *de probat. lib.*
1. *conclus.* 454. *num.* 1. & *lib.* 3. *concl.* 1358. *num.* 1. Rota *dec.*
21. *in princ. de testib. in nou.* Quinimò † cæterorum quoque 15
Testium depositio ex præsumpta ipsorum subornatione
inefficax reputatur, *ex notat. in cap.* 8. *de reg. iur. lib.* 6. Rota
coram Verall. *dec.* 50. *num.* 6. *par.* 3. & *in Calagurritana Be-*
neficij de Cornago 27. *Aprilis* 1648. *in* §. *eoque facilius coram*
R. P. D. meo Cerro, & *in Auenionen. pecun.* 31. *Mar.* 1653.
§. *vlt. coram R. P. D. meo Zarate*.

Denique obiecta nullitas examinis testium Francisci visa
fuit in proposito casu corruere, siue eadem petatur ex omis-
sa citatione Capituli, siue ex eo quod examinati fuerint
coram Iudice Malcitano subdelegato in locum Ordinarij
Cordubeñ. exequutoris post sententiam ab ipso prolatam.
Hæc siquidem obiectio ex facto penitus remouetur, sub-
delegatio enim coram Malacitano sub die 16. Iunij 1646.
exhibita conuincitur, ac consequenter biduo antè senten-
tiam sub die 18. eiusdem mensis ab Ordinario † successiuè 16
prolatam. Hinc verò Malacitanum validè ad examen pro-
cessisse desumitur postquam ex receptatione alterius Iudi-
cis ordinarij iurisdictio penitus expirauerat, itaut potiùs
sententia ipsius Ordinarij nullitatis vitio laborare censea-
tur; citatio verò neque in † primo, neque in secundo exa- 17
mine pro iustificatione gratiæ peracto nullatenus require-
batur, dum Capitulum non sese opposuit; quinimò neque
citationis necessitas in secundo pariter examine coram Or-
dinario Malacitano vrgebat, quamuis Capitulum partes
oppositoris tunc assumpsisset, cùm etiam eiusdem manda-
to Nuncius detrusus fuerit ad Carceres, eo quod ipsi sub-
delegationis litteras † intimasset, præsumptio exindè con- 18
surgit, quod successiuè citari noller, cuius præsumptionis
virtute examen licet citatione † destitutum, validum esse 19
censetur, vt in proximis terminis notat Bald. *in l.* 2. *circa*
fin. C. quomodo, & *quando Iud.* Innocent. *in cap. ad petit.*
n. 3. *vers. si autem de accusat.* Alex. *in l. de vnoquoq. col. fin. ff.*
de re iudica. Gabr. *de citat. concl.* 1. *n.* 317.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. ZARATE.

Romana Fideicommissi de Nicolinis.

Luna 4. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Procurator excedens fines mandati non præiudicat Domino.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio pro debito soluto est nulla.*
2 *Solutione tollitur obligatio.*
3 *Procurator negligens reportare quietantiam dicitur excedere fines mandati.*
4 *Procurator debet insolutum dare rem minus damnosam, num. 5.*
6 *Assignatio facta creditori pro suo credito ob excessum redditur nulla.*
7 *Fideicommissi bona non possunt alienari pro lucro dotis.*
8 *Matri pro lucro dotis extantibus filijs debetur vsusfructus tantum.*
9 *Fructus dotales debentur ex redditibus bonorum, quando sunt sufficientes.*
10 *Contractus inobseruantia demonstrat illius ineffectuationem.*
11 *Inobseruantia secundæ assignationis arguit firmitatem primæ, amplia vt n. 12. & 13.*
14 *Protestatio addendi, & minuendi facta in confectione inuentarij preseruat heredem ab errore.*
15 *Hæres impugnare potest factum defuncti quando est nullum.*
16 *Vinculum quando est patens agi non potest de euictione, licet sit secus quando est latens.*

DECISIO CCXLVII.

EXclusis Marchione, & fratribus de Palumbaria tanquam fideicommissarijs Lucretiæ ab immissione petita in locis Montium, Casale, & Censu per sententiam R. P. D. mei Cerri ob anterius fideicommissum Hieronymi de Ceulis ad fauorem Tiberij de Ceulis purificati, commissa mihi fuit causa appellationis, & in ea sub prætextu quod prædicta d. Lucretiæ in solutionem dotis, & eius augmenti, & quarti dotalis fuissent assignata, idem Marchio obtinuit disputari dubium, An mandatum sit relaxandum, ad quod DD. negatiuè responderunt ex eo, quod cùm fuerint assignationes factæ ad fauorem Lucretiæ pro suo credito dotali quarto, & fructibus primis, die 14. Augusti 1652. in qua fratres de Ceulis, dum inter ipsos agerent de diuisione bonorum paternorum assignarunt d. Lucretiæ matri loca 30. Montium, Casale Spezza Mazza, & Census redditus scutor. 130. contra Ducem Parmæ *Summ. Tiberij num. 5.* Et hæc assignatio fuerit expressè per matrem acceptata, saltem quoad loca Montium, dicto *Sum. num. 6.* & celebrata cum onere antiquioris fideicommissi, & pro Iure tantùm quod DD. de Ceulis habebant in dd. bonis, scilicet, pro fructibus eorum vita durante tanquam fideicommissarij, vt comprobatum fuit in decisione huius causæ 28. Aprilis 1652. §. *quia huiusmodi assignatio, &c.* Altera vero assignatio de prædictis bonis, & super eodem credito de anno 1627. per Procuratorem eorumdem fratrum fieret, qui de euictione promisit, & bona assignata non subiacere fideicommisso purificato, seu purificando affirmauerit vtique per primam assignationem obligatio remansit extincta, adeò vt † secunda pro debito iam soluto nulla, 1
& inualida sit per text. *in l. elegant. 24. in princ. ff. de pignor. act. l. prædium 4. C. de euict.* Cyriac. *contron. 374. num. 12.* Rota coram Buratt. *dec. 689. num. 1. cum alijs adductis in decisione huius causæ 23. May 1653.* ea falsa causa processisse, cùm iam obligatio † per solutionem sublata fuisset iuxta 2
Ruin. *cons. 160. num. 16. lib. 1.* Menoch. *de retin. remed. primo num. 38.* Rota coram Merlin. *dec. 309. num. 5.*

Præterquam, & ipsa assignatio facta fuisset à Procuratore, qui in multis mandati fines excessit, Primo, quia ipse neglexit quietantiam reportare, prout sibi fuerat in- 3
mandato iniunctum *Sum. Tiberij num. 8. & 9.* ex quo in Procuratore contrauentio, & negligentia desumitur ex notatis per Paris. *cons. 47. num. 42. lib. 1.* Rota coram Seraph. *dec. 918. num. 2.* penes Caual. *dec. 612. num. 19.* & coram Merlino *dec. 615. num. 2.* Deindè, quia idem Procurator dedit in solutum Casale, & Censum, cùm prius tam attenta lege mandati, quàm Iuris dispositione consignare deberet 4
loca Montium, & Censum pro concurrenti quantitate debiti, & pro reliquo dictum Casale † assignare, cum regulariter prius alienari debeant res, quæ minus præiudicij in alienatione afferunt debitoribus seu fideicommissarijs per tex. 5
in l. magis puto §. non passim ff. de reb. eorum, Rota *in Roman. fideicommissi de Zuccaris 4. February 1650. vers. altera tamen coram Reuerendissimo D. meo Decano, cum alijs in prima decisione huius causæ allegatis in §. si autem d. assignatio.* Qui quidem ordo in hoc casu maximè seruari debuit, cum secunda hæc assignatio longè excedat creditum Lucretiæ, nam bona assignata ascendebant ad scut. 19. mill. Dos verò erat scutorum 4000. vt plenè ostenditur in secunda decisione huius causæ §. *propterea*, coram R. P. D. meo Cerro. Ex quo etiam nullitas deducitur † propter excessum, 6
vt firmauit *d. decis. 309. num. 6.* coram Merlino, *& in Rom. Census 26. Iuny 1647. §. penultim. vers. vnde minus coram bon. mem. Bichio.*

Nec illa substinetur † ex dotalis lucri credito scutor. 2500. 7
& fructibus decursis, cum propter huiusmodi credita proprietas bonorum fideicommissi alienari nequeat, nec Lucretiæ assignari quia † existentibus filijs dumtaxat illi competit vsusfructus attento *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 131.* Rota 8
dec. 117. num. 1. & seqq. par. 6. recent. & in Romana Saluiani 1. Iulij 1643. coram bon. mem. Peutingero, Sicut † nec etiam pro interusurijs assignatio in proprietate substinetur, cum ex præcepto Testatoris, & ex Iuris dispositione fructus non ex substantia bonorum, sed eorundem redditibus, quando isti sunt sufficientes fieri debeat, vt respondit Rot. coram Seraph. *dec. 481. n. 3. dec. 43. nu. 7. coram Eminentiss. Card. Otthobono, & in Rom. fideicommissi 7. Iun. 1652. quoad fructus coram me.* 9

Ex quibus colligitur, quod Lucretia noluit acceptare secundam assignationem, cum ex prima assignatione loca Montium vsque ad eius obitum semper retinuerit, quæ iuxta secundam assignationem, & facultatem Procuratori concessam † dimittere tenebatur, ex qua inobseruantia argui- 10
tur, & ex ea ineffectuatio secundæ assignationis infertur, Rota *dec. 703. num. 8. par. 2. & dec. 40. num. 14. coram Eminentissimo Otthobono.* † Præsumiturque Lucretiam primam 11
assignationem tamquam validam approbasse altera posthabita vti contra præceptum Testatoris nulliter peracta ex notat. à Surd. *cons. 19. num. 29.* Rota coram san. mem. Greg. XV. *dec. 204. num. 17.* vlterius acceptatio dictæ primæ assignationis deducitur ex eo quod quamuis dicta Lucretia absente facta fuisset nihilominus ipsa † illam postea 12
acceptauit, & fecit describi loca Montium contenta in dicta assignatione ad sui fauorem, ex quo prima assignatio proculdubio fuit effectum sortita, vt per Becc. *cons. 8. n. 6.* Rot. *dec. 36. num. 6. par. 4. tom. 2. rec. & dicitur in Decisione huius causæ 13. May 1633. §. quia cum Lucretia coram R. P. D. meo Cerro.*

Ex qua quidem locorum montium cum onere acceptatione etiam infertur ad acceptationem aliorum bonorum cum onere fideicommissi, † nam probata effectuatione assignationis, quoad loca montium censetur pariter probata 13
quoad omnia propter indiuiduitatem assignationis, Rot. *in Barchinonen. Iurisdictionis 10. Aprilis 1647. §. nec refert coram bon. mem. Bichio, vel alijs adductis in hac causa 23. Maij 1653. dicto §. quia cum Lucretia coram R. P. D. meo Cerro*, non obstante ratione specialitatis considerata, quod cum inter credita Lucretiæ adesset vnum in vsufructu tantum consistens, voluerit pro illo loca montium recipere cum onere, & reliqua bona liberè pro cæteris creditis. Quia cum bona assignata longè excederent creditum Lucretiæ, vt supra fuit animaduersum bona assignata quoad vsumfructum tantum existimantur.

Nec releuat, quod Fabius in Inuentario bonorum Lucretiæ omnia bona descripserit, nam prædicta descriptio respectu dumtaxat fructuum debet intelligi, qui durante vita Angeli, & Fabij ad hæreditatem Lucretiæ spectabant ex primæuæ assignationis, & proinde addita fuit protestatio, quod bona, quæ non erant describenda haberentur 14
pro non descriptis cuius virtute protestationis, quoties descri-

descriptio erronea detegitor minimè oocet, vt pluribos relatis responsum fuit *in decisione huius causa* 28. *Aprilis* 1651. *§. non obstat coram R.P.D. Cerro.*

Vndè oec etiam obest, quod d. Tiberios hæres Fabij assignationem ab eo amplexam impugnare nequeat. Quia
15 cùm assignatio vitio † nullitatis laboret Iure optimo ab hærede præsertim benefielato impugnari valet, vt tradit Osasc. *decis.* 67. *num.* a. *& seqq.* Surd. *cons.* 135. *num.* 26. Cyriac. *contron.* 312. *num.* 108. Rot. *dec.* 176. *num.* 48. *par.* 5. *recent.*

Pariterque ruit, quod dicta prima assignaoo non fuerit vera assignatio, sed quasi præambulum ad assignationem, quia ex verbis eiusdem omnino contrarium ostenditur, ibi, *Assegnano à detta Sign. Lucretia per hauerne quietanza.* Ex quibus contractus remansit omninò perfectus, vt firmatum fuit *in decisione huius causa* 23. *Maij* 1653. *coram R.P.D. meo Cerro, §. quia obiectam.*

Concluditur ergo prædictam assignationem viribus euacuati non solum contra fideicommissarios, verùm etiam
16 contra bona hæreditaria assignantium, † adeo vt Lucretiæ hæredes postquam peruocatos ad fideicommissum fuerint euicta sub prætextu euictionis agere non possit cum Lucretia non fuisset ignara grauaminis quicquid esset si eiusdem oneris conscia non extitisset ea not. à gloss. *in l. si familia* 34. *vers. Item quod C. famil. ercisc.* Bece. *cons.* 24. *n.* 34. Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 58. Cyriac. *contr.* 325. *n.* 16. *cum seqq.* Rot. *decis.* 211. *num.* 1. *cum seqq. par.* 2. *diuers.* & coram Buratt. *dec.* 89. *num.* 8.

Atque ita, &c. vtraqoe, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Reatina Castrorum.

Veneris 8. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Filiorum legitimitas ad effectum successionis probatur leuioribus probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non excludit Ægidianam, quando non constat de illius interesse, nec fuit admissus ad causam.*

2 *Clericus excludit Ægidianam constito de illius colorato interesse.*

3 *Admittens aliquem tamquam legitimum ad successionem, non potest amplius impugnare illius legitimitatem, & num. 4.*

5 *Matrimonium probatur per præsumptiones, quando non agitur principaliter de illius substantia, sed de successione.*

6 *Demonstratio falsa qualitatis personæ non nocet veritati.*

7 *Minori ad lites deputandus est curator.*

8 *Admissus ad causam non est opus citare quando non fuit interlocutum super admissione.*

9 *Citandus non est ille de cuius non iure notorio constat, & num. 10.*

11 *Filiorum natiuitatem præcedere debet matrimonium vbi filij sunt nati cum hac qualitate.*

12 *Filij nati ex coitu, vtroque iure damnato non possunt dici naturales, & n. 14.*

13 *Vir Nobilis non patitur quod eius concubina exerceat vilia domus.*

15 *Concubinatus est probandus cum qualitatibus iuris ciuilis, quando agitur de successione, non autem de matrimonio, aut legitimatione filiorum.*

16 *Filij naturales de iure communi non succedunt in feudis.*

17 *Naturales censentur exclusi quando successio reseruata fuit ex Constitutione Pontificia.*

18 *Agens pro obseruatione transactionis non tenetur restituere accepta illius contemplatione.*

19 *Instrumentum super quo ante litem fuit disceptatum non potest redargui de falso.*

DECISIO CCXLVIII.

IMpugnabatur à Thoma Angelo, & Octauio de Marerijs vltima resolutio huius causæ, nec eidem acquiescebat Tancredes illi ex capite Iniustitiæ, hic verò propter exclusioneu Ægidianæ reformandam esse contendebant, & dubio superindè proposito placuerunt DD. omnia fundamenta Decisionis, quam in vtroque capite confirmarunt,
quia quoad oppositionem † Tancredis, licet verum sit quod 1
Clericus Ægidiaoam ooo excludit, quaodo de eius interesse non constat, nec ad causam fuit admissus, vt fuit dictum *in Bononien. hæreditatis* 30. *Maij* 1653. *§. nec effectum, & 24. Ianuarij* 1654. *§. non obstat, quod dicatur coram R. P. D. meo Meltio, & prius in hac Reatina Castrorum* 13. *Maij* 1652. *§. Præterea* visum fuit de admissione ad causam Octauij Clerici ea actibus ipsius nomine gestis, de quibus vltima decisio huius causæ sub die 31. Ianuarij 1656. coram me, §. nec fuit, & interesse consistens in filiatione naturali eiusdem Octauij, & Angeli probatur, & iam ea depositionibus Testium hodie exhibitis, quæ sufficere visa sunt ad hoc, vt illorum admissio ad causam legitimam dici
potuerit eum ad hunc effectum † coostare sufficiat de in- 2
teresse apparentiæ per coloratas, & semiplenas, & tales quales probationes, Abbas *in cap. venien.* 35. *n.* 9. *de testib.* Felin. *in cap. cum semper* 17. *sub num.* 16. *de sent. & re iudic.* plenè Rota *in Romana Cambij* 28. *Iunij* 1649. *§. certum est enim, & 23. Martij* 1650. *§. siquidem coram bo. me. Arguelles, & in Romana Census* 23. *Ianuarij* 1657. *§. respectu siquidem coram R. P. D. meo Cerro.*

Iustitia autem sententiæ Reuerendiss. D. mei Decani in qua decreta fuit immissio Tancredi in quinque ex duodecim Partibos Castrorum, de quibus agitor in decisione comprobata non debilitatur per exceptionem à Thoma sæpiùs oppositum contra Tancredem, quod non probet se filium legitimum, & naturalem Francisci. Tum quia tanquam talis fuit ab eius Patruis Hieronymo, Attilio, & Marc'Antonio ad successionem eius Patris etiam in bonis feudalibus admissus, & propterea quemadmodum Patrui per dictam
admissionem legitimam Tancredis filiationem † ita appro- 3
baruot, vt non possent amplius illam negare, aut in controuersiam deducere, Gratian. *discept.* 754. *num.* 32. *& seqq.* Rota *in Rauennaten. Successionis* 2. *Martij* 1643. *§. prædictis omnibus coram Reuerendiss. Tarraconen. & prius in Romana hæreditatis de Gratianis* 1642. *§. quarta, & qua coram eodem confirmata* 28. *Maij* 1649. *§. quinta, denique coram R. P. D. meo Cerro, impress. post Modern. Hispan. in laberinth. Credit. dec.* 83. *num.* 8. Eodem † modo Thomas, 4
& litis consortes ab illis eausam habentes eam oullo modo impugnare possunt, Card. Palleot. *de nat. & spur. cap.* 22. *num.* 5. Gratian. *discept.* 653. *num.* 72. Hodiern. ad Surd. *dec.* 145. *num.* 12. Rota *in Bononien. Fideicommissi Bartholomæi de Bolognimis* 5. *Iunij* 1650. *§.* 9. *Demum coram Eminentiss. D. Cardinalis Otthobone inter eius impress. decis.* 251. *n.* 12. *&* 13.

Tum etiam quia illius legitima filiatio iustificatur ea matrimonio in facie Ecclesiæ inter ipsius Parentes seruatis Sacrosancti Concilij Tridentinii decretis contracto ex attestatione Parochi, tractatu Patris, fide notarij, commouni reputatione, & publica voce, & fama, quæ cùm de ipso matrimonij fœdere principaliter non disputetur, sed incidenter ad effectum legitimatioois vtique sufficiuot. Tunc
† præsumptiones, & coniecturæ in his terminis passim ad- 5
mittantur *iuxtà cons. Gemin.* 27. Surd. *cons.* 1. *num.* 4. *& seqq.* Marh. *vot.* 26. *num.* 7. Merlin. Pignatell. *contron.* 44. *num.* 43. *& seqq. lib.* 2. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. *decis.* 247. *num.* 4. vbi Adden. *num.* 22. *& in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bolognimis* 12. *Maij* 1645. *§. quia cum non agatur coram Reuerendiss. Terracinen. & in Colonien. Legitimationis* 13. *Ianuarij* 1653. *sub §. validitas, aut in fine, vers. quæ sane probationum & 5. Iulij* 1655. *§. Iustitia verò coram R.P.D. meo Verospie.*

Quod procedere dictum fuit, etiamsi Tancredes simpliciter ratificauerit Iostrumeotum venditionis Castri Rigatti factæ ab Attilio, & Marco Antonio in quo Lucretia, & Beatrix Sorores Tancredis filiæ naturales Francisci appellantur cum enunciatio illa à persoois suspectis procederet,
& ea tot alijs probationibus erronea detegatur, † & falsa 6
demonstratio qualitatis personæ veritati obesse non debet, vt in similibus terminis aduertit Mantic. *de tacit. lib.* 24. *tit.* 2. *num.*

num. 17. Rota coram Merlin. *dec.* 718. *num.* 13. *& in Anconitana Censuum* 30. *Ianuarij* 1654. *coram R. P. D. meo Verospio*, & quamuis dictum matrimonium in libro Parochi descriptum non fuerit, cùm enim de illo aliundè constet, & fidem faciat idemmet Parochus, qui eos in matrimo-
6 nio † coniunxit, omissio descriptionis non tollit quin aliunde probari possit matrimonium, Grat. *discept.* 468. *num.* 4. *& seqq. & alij relatim decisione, quæ hodie approbata fuit*, §. *Et licet coram me*.

Respectu verò Angeli, & Octauij non obstat, quod
7 sententia Rotalis sit nulla ea quo illis vti minoribus, † ex quo non fuit deputatus Curator, & successiuè ad actus iudiciales citatus, *iuxt. dispositionem textus in l. cum & minores* 4. *C. si aduersum rel. Iudic.* Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis.* 195. *num.* 5. *& decis.* 155. *num.* 16.

Nam omisso quod ad effectum, vt ex defectu citatio-
8 nis admissi ad causam vigore clausulæ, *constito &c.* † potuit dare de nullitate sententiæ, non videtur sufficere tacita admissio, sed potiùs necessaria superindè Iudicis præcedens Interlocutoria, ea traditis per Mandosi. *de commiss. formul.* 9. *in verb. admittat. pag.* 59. Afflict. *decis.* 166. *sub num.* 13. *vers. ad hoc respondetur* Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *de attent. lite. pend. & in prædicto num.* 205. Modern. Cortonen. *in praxi par.* 2. *cap.* 4. *num.* 111. *& seqq.*
9 † Responsum fuit, quod cum ex toto processu Causæ, & probationibus vsque tunc, & postea hinc inde factis euidenter constet eosdem Angelum, & Octauium nullum ius fouere in bonis super quibus Tancredi concessa
10 fuit Immissio, † adaptatur regula quod citandus non veniet ille cui notorium est nullum ius nullamque defensionem competere, Felin. *in cap. cum olim* 12. *sub num.* 10. *versic. non est citandus de sent. & re iudic.* & Surd. *cons.* 181. *num.* 27. *& cons.* 227. *num.* 17. vbi quod apponens defectum citationis debet aliquid adducere, vndè appareat, quod si fuisset citatus sententiam impedire aut Iudicem in contrariam opinionem trahere potuisse, Ciriac. *controu.* 151. *num.* 8. Ioseph Ludouic. *decis. Perus.* 17. *num.* 11. Rota *in Bisuntina Census* 5. *Iulij* 1649. §. *non obstat quod aiunt coram bon. mem. Arguelles*.

Nec dicti Testes ab eisdem Angelo, & Octauio super eorum prætensa filiatione naturali nuper examinati officiunt Tancredi, siue quia Attilius simul cum Marco Antonio eius fratre ratificando Instrumentum transactionis initæ cum dicto Tancrede pactum expressum apposuerunt, quod in euentuum mortis ipsorum sine filijs masculis, vel fœminis verè & propriè legitimis, atque ex vero, & legitimo matrimonio præcedenti, non autem subsequenti procreatis Tancredi licitum esset ad portionem bonorum Patris renunciatam redire, & proindè cùm probatum non fuerit, nec possit probari eos esse natos ea parentibus, inter quos legitimum matrimonium præcesserit, frustra conantur Tancredem à consecutione suæ
11 portionis arcere, † cùm filiorum natiuitatem per quos ipse excludendus erat præcedere deberet matrimonium, nec etiam subsequens sufficeret, Fusar. *de substit. q.* 409. *nu.* 61. *& seqq.* Thesaur. *decis.* 196. *num.* 3. *& seqq.* vbi Add. ita iudicatum refert Giouagnon. *cons.* 77. *num* 29. *lib.* 1. Rota *in Parmen. Status* 27. *Aprilis* 1622. §. *& quamuis, coram bo. me. Coccino, & in Romana Fideicommissi de Arionijs* 23. *Iunij* 1642. §. *sed quia coram bon. mem. Bichio*, Modern. Carpen. *contr.* 111. *num.* 8.

Siue etiam quia non probant eorum filiationem naturalem, ex quo etiamsi nati essent post mortem mariti Eufrasiæ eorum matris, adhuc tamen vel tanquam ex stupro Viduæ illato concepti naturales appellari non possent,
12 vtpotè † nati ex complexibus vtroque iure damnatis, *l.* 1. *vers. Attillicimo ff. de Concubinis* Bart. *in l. eam quam* 14. *col.* 5. *vers. sed excipiuntur Cod. de fideicomm.* Angel. *in* §. *nouissimè num.* 8. *Instit. de sen. consult. Orfician.* Panzirol. *cons.* 192. *sub num.* 1. *vers. item si quis ex stupro cum Vidua* Surd. *cons.* 487. *n.* 11. *lib.* 4. Marc. Anton. de Amat. *dec. Ferrarien.* 64. *n.* 4. 5. *&* 18. Capic. Latr. *decis.* 14. *n.* 21. *& seqq.* Vel vt geniti ex muliere extra domum quandoque retenta, vt deponit quartus Testis iuxta quartum in Summ. dictorum fratrum num. 8. Nec in schemate Concubinatus, cùm non constet quod hæc mulier esset honestæ conditionis, nec quod ab initio Attilius in vsum concubinæ eam destinauerit, neque eam modo eodem tractauerit, ac si fuisset vxor, quam vtique Attilius vir nobilis, &
Castrorum Dominus † non permisisset vilia seruitia do- 13
mus præstare, vt faciebat Eufrasia eodem Summ. num. 8. & nulla præcedente protestatione † nec dici naturales, 14
nec in vnica quidem succedere possunt, Alciat. *de præsumpt. num.* 9. *secunda præsumpt.* 7. *num.* 6. Panziroll. *d. cons.* 192. *num.* 1. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 9. *num.* 10. *& seqq.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *vers. & per consequens, & n.* 8. *& seqq.* Peregr. *de iur. fisci lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 4. Menoch. *præsumpt.* 34. *num.* 4. *lib.* 6. Rota coram Pen. *decis.* 434. *num.* 20. *& in dicta Rauennaten. Successionis* 2. *Martij* 1643. §. *prædictis omnibus vers. filio autem coram Reuerendiss. Tarraconen.* † cùm non agatur hic ad fauorem ma- 15
trimonij simpliciter, aut filiorum legitimationem, sed ad effectum successionis, quo casu indubitatum est concubinatum cum requisitis Iuris Ciuilis esse probandum, nec sufficere filios ea Parentibus solutis esse natos, vt præter adductas tradit Abb. *in cap. innotuit num.* 18. *vers. si autem matrimonium extra de elect.* quem sequitur Pacian. *de probat. dicto cap.* 5. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2.

Siue demum quia de bonis feudalibus tractatur, in quorum successione non solùm de iure communi † filij natu- 16
rales admitti non possunt, vt probat Paris. *cons.* 14. *num.* 18. *lib.* 2. Scader. *de feud. par.* 7. *cap.* 5. *num.* 20. Molin. *de Primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 48. Clarus *in* §. *feudum q.* 82. *num.* 1. Verùm etiam ex speciali rescripto san. mem. Greg. XV. in quo dum Francisco, & alijs fratribus de Marerijs fuit concessa reintegratio ad eorum bona, fuit etiam Lelio filio naturali Martij reseruata facultas succedendi in omnibus, bonis feudalibus exceptis; † ex hac 17
enim reseruatione naturales censentur ab illis exclusi, cùm propter dignitatem Pontificis reintegrantis præsumendum sit exclusos fuisse tamquam odiosos filios, qui sine peccato mortali generari non poterant, Clarus *in* §. *Emphyt. q.* 30. *num.* 1. Gamb. *decis.* 2. *num.* 1. *vers. hoc autem & seqq.* Modern. Hispan. *de success. feud. par.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *num.* 46.

Nil obstat reperita sæpiùs obiectio, quod non liceret Tancredi ad Iura in transactione reseruata re lite non restitutis scut. 4100. illius occasione receptis. Nam eadem responsione sublata fuit, quod nempè cùm Tancredes non agat ad rescissionem transactionis, sed pro obtinenda executione pacti in illius ratificatione † per Patruos adiecti, 18
non tenetur accepta restituere, vt præter Merlin. & Duran. *in vltima decis. alleg.* tradit Rota *in Perusina fideicommissi de Rodulphis* 26. *Ianuarij* 1654. *coram R. P. D. meo Cerro* §. *final.*

Non attenta replicatione, quod Instrumentum prædictum ratificationis non sit legale, sed falsum quia optimè reiecta fuit coram Reuerendiss. D. meo Decano in decis. 3. Iulij 1651. §. neque officit. Quæ quidem responsio DD. meis etiam hodie placuit, cùm numquam longè antea formiter productum fuerat, & per plures inspectiones superindè iudicatum; vndè standum esse dixerunt di- 19
cto Instrumento in publica forma ante litem motam redacto coram A. C. bis contra Patruos nihil opponentes per Tancredem producto recognito atque à Iudice, & Partibus per illius obseruantiam approbato, ex quibus omnibus vmbra, & suspicio remouetur, vt per has rationes tradunt Menoch. *præsumpt.* 20. *num.* 56. *vers. Ita etiam lib.* 5. Thomat. *decis. Maceraten.* 50. *n.* 427. Rota *dec.* 148. *num.* 9. *par.* 6. *rec. Tiburtina Castri Sancti Angeli* 26. *Iunij* 1641. §. *quarto per Instrumentum, & §. sexto ex obseruantia coram bon. mem. Peutingerio, & coram Cardinali Otthobono in Toletana Canonicatus Pœnitentiarij* 10. *Martij* 1645. §. *accedit inter eius impress. dec.* 29. *n.* 84. *& seqq.*

Et ita in decisis vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana executionis Laudi.

Veneris 8. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Reintegratio competit ratione excessus, qui probatur per demonstrationes confinium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio competit ratione excessus.*
2 *Assertioni Periti de communi partium consensu electi standum est.*
3 *Quantitas pretij demonstrat quid sit in estimatione comprehensum.*
4 *Hæreditaria esse non potest res per hæredem empta.*
5 *Hæreditariam rem esse sufficit probari fuisse possessam ab auctore.*
9 *Conclusio proxima declaratur, & n. 7. & 10.*
8 *Identitas probatur per confines.*
9 *Confinia demonstrant quid fuerit comprehensum in mensuratione.*

DECISIO CCXLIX.

IN laudo ad determinandas lites inter Angelum, & Alexandrum de Petronis super hæreditate Tiberij eorum Patrui prolato, condemnabatur Angelus ad declarandum, an vellet tria corpora hæreditaria acceptare, & non facta in termino decem dierum declaratione, eadem prædia pro certa quantitate ad Alexandrum pertinere debebant. Vnde non secuta Angeli declaratione hæredes Aleaandri mandatum de immittendo obtinerunt, quod esse exequendum postea in hoc Sacro Tribunali decisum fuit *coram Reuerendissimo decis. 210. per tot.* & successiuè super duabus ea tribus partibus prædiorum, de quibus supra executum fuit. Cùmque hodie Laurentius Alexandri successor instaret ad vlteriorem eaecutionem procedi, & Ignatius, & fratres ab Angelo causam habentes, executionem fuisse excessiuam contenderent, de ordine Dominorum meorum proposui dubium, An constet de excessu, itaut sit danda reintegratio, vel potius procedendum ad vlteriora, & primæ parti affirmatiuè responsum fuit, negatiuè verò secundæ, quia prædium Torrebagni vigore mandati executatum fuit in rubris sex cum vna quarta, & tamen non erat in hæreditate Tiberij, nisi pro quantitate duorum rubrorum cum dimidio, vnde exces-
1 sus est manifestus † ratione cuius reintegrationem competere, cùm ex eo spolium resultet, tradit Rota *in Romana Spolij apud Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 1249. & dec. 229. n. 14. par. 7. rec. Senogallien. Saluiani 29. Maij 1652. §. final. coram bo. me. Bichio.*

Prædium verò supradictum non fuisse hæreditarium Tiberij nisi pro quantitate quartarum decem probatur, tùm ex assertione Periti vigentibus controuersis ab Alexandro, & Angelo electi ad extimandum bona hæreditaria Tiberij, qui prædium Torrebagno esse quartarum decem, & valoris scutor. 75. in sua relatione expressit,
2 *vt in Summ. Ignatij num. 2.* cui propterea † tamquam de communi partium consensu electi, plena fides adhibenda est, Abb. *in cap. proposuisti 4. num. 4.* vbi Felin. *num. 5. & seqq. de probat.* Rota *in Romana fideicommissi de spiritibus 10. Decembris 1644. §. respondit itaque vers. ex relatione periti coram bo. me. Bichio cum alijs in Romana laborerior. 27. Apr. currentis anni 1657. §. facta enim coram me.* Cùm etiam quantitas terreni pretio enunciato correspondeat ad rationem scilicet scutorum 30. pro quolibet rubro,
3 † & ea quantitate pretij optimum argumentum deducit ad cognoscendum quid fuerit in extimatione comprehensione in venditione aduertunt Surd. *cons. 13. n. 17.* Grat. *disc. 703. n. 11.* Mant. *de tacit. l. 4. tit. 9. n. 11.* Rota *in Romana Domus 16. Martij 1646. §. & demum pretium coram Eminentiss. D. Card. Otthobono & in Romana pensionis Palatij 22. Iunij 1648. §. d. autem scuta coram R. P. D. meo Meltio, & in Romana Apothecarum, seu pecuniaria 25. Iunij 1655. §. necnon quia, coram bon. mem. Bichio, & in Fulginaten. subhastationis 14. Maij 1655. §. nec comprehensio, & 19. Ianuarij 1656. §. vt ex quantitate coram me.* Tùm ea eo quod constat Angelum in eodem loco, & prope eadem confinia vsque de anno 1570. aliud prædium acquisiuisse, quod operatur, vt prædium Torrebagni in totum hæreditarium Tiberij dici ne-
4 queat, cùm res per hæredem † empta auctoris hæreditaria esse non possit, Crauett. *cons. 144. n. 4.* Menoch. *cons. 213. n. 17. lib. 3.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 9. n. 19. in princ. & vers. nam quod hæres acquisiuit,* Rota *in Romana Casalis 19. Iunij 1649. §. & sic ista coram bon. mem. Arguelles.*

Nec releuat, quod identitas huius prædij satis iustificata dicatur ea ipso, quod Angelus bona in eodem loco
possedit, in quo Tiberius eius Auctor possidebat, † quia 5
tunc talia bona per Angelum possessa præsumuntur hæreditaria Tiberij, iuxta celebre consilium Fulgos. 145. sæpius in Rota canonizatum, & signanter in hac causa coram Reuerendiss. Vrgellen. *dec. 283. n. 1.*

Nam præsumptio hæc sola regulariter non admittitur,
nec iustam identitatis probationem facit, † nisi aliæ præ- 6
sumptiones, & adminicula concurrant, vt aduertit Surdus *decis. 339. sub n. 4. vers. cùm tamen sæpe* Marescott. *variar. resol. c. 12. sub n. 49. vers. attamen istorum, & vers.* vnde Rota *lib. 1.* Adden. ad san. mem. Gregor. *dec. 575. sub n. 11. vers. verum in materia,* Rota *in Bononien. fideicommissi de Rubeis 28. Maij 1607. coram Card. Lancellotto, & in recent. dec. 120. n. 17. par. 6.* vbi quod Rota simpliciter loquendo sequitur hanc sententiam, *& Bononien. fideicom. de Nascentorijs 18. Iunij 1646. §. final. & 11. Februarij 1647. §. pariter vltimo coram bo. me. Arguelles,* atque etiam vlterius quia constat, quod in eodem loco Angelus, vt suprà alia bona à Fran-
cisco Gaio acquisiuit, *vt in Summ. Ignatij num. 3.* † consti- 7
to enim de intermedijs acquisitionibus à grauato in eodem loco factis, supradicta probatio concludens esse non potest, vt tradit Surd. *d. dec. 339. n. 11. & 12. & cons. 410. sub n. 34.* Giurb. *ad consuetudin. Messanen. cap. 12. gloss. 4. n. 8.* & admittunt Peregrin. *de fideicommisso art. 44. sub n. 22. vers. nisi per successorem,* Grat. *discept. 969. sub n. 16. vers. nisi nouus titulus* Rota *dec. 42. n. 4. vers. nisi quatenus probaretur par. 5. recent. Bononien. fideicommissi de Pancaldis 23. Ian. 1649. §. 1. in fin. coram bon. mem. Peutinger. in Bononien. fideic. 5. Decembris 1650. §. identitas vero vers. nisi intermedia, & in Bononien. de Bologninis 4. Iulij 1653. §. fin. vers. dum ex aduerso coram R. P. D. meo Celso, & in Romana fideicommissi de Victorijs 13. Ian. 1653. §. cæterorum quoque, vers. adeoque heredes coram R. P. D. meo Verospio, & in Bononien. Primogen. 26. Maij 1656. §. ex eodem vers. dum ex aduerso non docetur coram bo. me. Bichio.*

Et cùm confinia in Instrumento acquisitionis expressa sint omninò eadem, & ad vnguem concordent cum confinibus in mandato de immittendo descriptis, vt in eodem *Sum. Ignatij n. 3. & 4* Identitas respectu bonorum Tiberij
tantò magis excluditur, cùm certum sit † quod ad illam iusti- 8
ficandam confinia, & demonstrationes requirantur, quæ non solùm actu non conueniant, sed nec in potentia alijs bonis adaptari valeant, Alexandr. *cons. 73. n. 8. vers. plus dice lib. 3.* Ruin. *cons. 30. n. 6. lib. 1.* Peregrin. *cons. 48. n. 1. & 3. lib. 1.* Gratian. *discept. 883. n. 2.* Rota *dec. 295. sub n. 8. vers. & tamen ad probandam identitatem par. 1. rec. cum concordant. in Fulginaten. Saluiani 1. Iulij 1643. §. deficit, coram bo. me. Bichio, & in Rom. Vinea 17. Iun. 1644. §. final. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Minus obstat, quod vsque de anno 1630. Agrimensores super hac controuersia per bon. mem. Duranum deputati retulerint prædium de quo agitur esse rubrorum sex cum vna quarta; Nam cùm huiusmodi mensuratio longè post acquisitionem Angeli facta fuerit, illa quidem probat quantitatem enunciatam in hæreditate Tiberij. Cùm ea præfata acquisitione Agrimensores excessisse euidenter demonstretur non solùm portionem Tiberij, sed etiam aliam ab Angelo emptam mensurando, dum confinia in eadem mensura specificata, nempè *li beni delli Gaij, &c.* conueniunt pariter bonis emptis, vt in Instrumento acquisitionis, ibi, iuxta
bona Stephani Gaij, & ex qualitate † confinium cognoscitur 9
quid in mensuratione, & dispositione comprehendatur, Paris. *cons. 2. n. 63. & seqq. lib. 3.* Rota post Conc. *de censib. dec. 299. n. 2. & in Romana executionis trium conformium 23. Ian. 1648. in princ. coram Reuerendiss. Tarraconen.* & in omnem
euentum, † satis semper est, quod per authenticas probatio- 10
nes constet bona per grauatum fuisse in eodem loco acquisita, ad hoc vt contendent eadem fuisse in hæreditate sui Authoris, illorum identitatem per claras, & concludentes probationes iustificare teneatur, per ea quæ adducit, Surd. *cons. 135. n. 51. lib. 1.* Valen. *cons. 110. n. 16. & seqq. tom. 2.* Rota *in d. Bononien. fideicomm. de Pancaldis 23. Ian. 1649. coram bo. me. Peutingerio.*

Et ita constare de excessu, & Ignatio, & fratribus dandam esse reintegrationem, vtraque parte informante decisum fuit, &c.

R. P. D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Camerinen. Cannonicatus,

Veneris 8. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus mixtum laicale, & Ecclesiasticum in fauorabilibus semper sequitur naturam illius qualitatis, quæ patronis est vtilior.

SVMMARIVM.

1 *Gratia narratiua est concludenter probanda.*
2 *Gratia fundata in narratiua minus vera non meretur nomen gratia.*
3 *Patroni laici habent quadrimestre ad præsentandum.*
4 *Iuspatronatus confraternitati competens dicitur Ecclesiasticum.*
5 *Locus pius habet semestre ad præsentandum.*
6 *Plebanus vocandus ad præsentandum habet vocem in præsentatione.*
7 *Iuspatronatus competens laicis, & Clericis ad excludendas reseruationes censetur laicale.*
8 *Iuspatronatus competens laicis, & Clericis ad effectum temporis præsentandi gaudet priuilegio Clericorum.*
9 *Clericorum interuentus non facit iuspatronatus Ecclesiasticum, nec mixtum.*
10 *Iuspatronatus, in quo ad præsentandum concurrit maior pars laicorum, dicitur laicale.*
11 *Qualis conclusio declaratur. & n. 13. 14. & 15.*
12 *Papa non præsumitur habere voluntatem derogandi.*
16 *Laicus infra quadrimestre potest variare ante Episcopi institutionem.*
Declara, vt n. 18. & 19.
17 *Patronus Ecclesiasticus post præsentationem non potest variare.*
20 *Communio Iurispatronatus inter laicum, & Clericum iuuat laicum, vt habeat semestre ad præsentandum*
21 *Laico Patrono non præiudicandum circa priuilegium variationis.*
22 *Qualitas fauorabilior patronis attenditur in iurepatronatus.*
23 *Patronis fauorabilius est habere maius quàm minus tempus ad præsentandum.*

DECISIO CCL.

Responsum fuerat 4. Iunij 1655. Gratiam si Neutri,
quam Barbus impetrauit, dum lis ageretur inter
ipsum, & Rastellum super controuerso Canonicatu esse in
omnibus iustificatam, aduersus quam resolutionem quia
Rastellus obtinuit denuò audiri, causa super eisdem repropositâ
DD. non putarunt ab ea recedenda, cùm nec ex
tunc deductis, neque ex ijs, quæ hodie allegabantur verificata
apponebatur narratiua per ipsum Papæ facta, neque
collationem prædicti Canonicatus fuisse ad Sedem Apostolicam
deuolutam ob negligentiam Patronorum in præsen-
1 tando, quæ tamen † vti eius gratiæ fundamentum debuit
plenè & concludenter probari, ex adductis per Barbos. *de
potest. Episc. alleg.* 58. *num.* 18. Rota coram Card. Mantic.
decis. 860. a. 1. bo. me. Coccino *decis.* 195. *num.* 2. *& in rec.*
2 *decis.* 187. *num.* 1. *par.* 2. aliàs † etiam gratia fundata in
causa minus subsistenti, & subreptitia nomen gratiæ non
meretur, & in nulla consideratione habetur, *cap. 2. & cap.
super litteris 20. de rescript.*

Deuolutionem inquam nedum Rastellus non probauit,
verùm illam penitus excludi patet, ex eo quia agitur de
Canonicatu de Iurepatronatus ad confraternitatem spectan.
quæ quamuis sit vniuersitas Laicorum, & huiusmodi
Iuspatronatus etiam laicale censendum sit, ad effectum
derogationum, & reseruationum, ne sub illis cadat, attamen
vbi vt hic prætenditur inducta deuolutio ex capite ne-
gligentiæ † præsentandi intra quatuor menses Patronis Lai- 3
cis statutos, *in cap. etiam te 22. & cap. cum propter 27. de Iurepatronat. & cap. vnic. §. verum eod. tit. num. 6.* † Iuspatro- 4
natus dicitur Ecclesiasticum, & confraternitas reputatur
locus Pius, & Religiosus, vel ad minus de foro Ecclesiastico,
† quæ propterea habet semestre, non autem quadri- 5
mestre ad præsentandum, vt in puncto sic distinguendo
tradit Garz. *de benef. in decis. allegat. par. 5. cap. primo num.*
607. & 608.

Quod certius admittendum est in hoc casu, quia negari
non potest, quin ex fundatoris præcepto ad huius Canonicatus
præsentationem licet à laico de bonis prophanis fun-
dati sit vocandus Plebanus, † quod importat, vt cum alijs 6
ius eligendi habentibus vocem suam dare debeat, vt consuluit
Abb. *in cons. 37. num. 1. lib. 1.* & inter confratres adsint
plures Clerici, qui in hucusque sequutis præsentationibus
fuerint vt cæteri ad nominandum admissi, vt constat ex
Catalogis, in quibus omnium confratrum nomina sunt
descripta ab ipsomet Rastello † exhibitis. Vndè intrat con- 7
clusio communiter recepta, quod quando Iuspatronatus
competit insimul Laicis, & Clericis, ne comprehendatur
in derogationibus, & reseruationibus in patronorum præ-
iudicium, † censetur Laicale, secus vbi expedit eisdem 8
Patronis habere semestre ad præsentandum, tunc enim
ratione mixturæ, & communionis Laici gaudent priuilegio
Clericorum, & eo casu Ecclesiasticum etiam Iuspatronatus
denominatur, vt notat gloss. *in dict. cap. vnico, §. verum,
v. Ecclesiasticus hoc titulo in 6.* Federic. de sen. *cons. 65.
nu. 2. vers. ad id quod sæpe citato loco*, Gabr. *cons. 197. lib. 1.*
Menoch. *cons.* 654. Lambertin. *de Iurepatr. art. 2. q. 1. par.
2. lib.* 2. Felin. *in tract. quando littera Apostolica noceant Patronis
n. 6. vers. nihilominus ista ampliatio*, Less. *de iust. & iur.
lib. 2. cap. 34. n. 40.* Vasquez *de benefic. cap. 2. v. 1. num.* 25.
Garz. *in simil. tract. par. 5. cap. 9. n. 209. & seqq.* Crescent.
dec. 3. n. 3. de iurepatr.

Et cum hac † distinctione tollitur etiam obiectum de- 9
nuò excitatum, quod interuentus prædictorum Clericorum
non faciat Iuspatronatum Ecclesiasticum, nec mixtum,
quatenus vocem habeant, † illa non præponderat 10
voci Laicorum, quæ cùm sit maior, & potentior eius ratione,
illud remaneat semper Laicale, ex Ancaran. *cons. 384.
num.* 4. Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 10. num.* 67. Gonzal. *ad
reg.* 8. Cancell. *glos.* 18. *num.* 15. 16. & 17. quia procedit
conclusio in obiecto † firmata etiam in terminis vt Iuspa- 11
tronatus non subiaceat derogationibus, & reseruationibus,
& ita intelligendi sunt prædicti Doctores, & alij ad id
allegati, & in specie loquuntur Gonzales *hoc loco num.* 16.
ibi vt arbitror intrabit regula nostra, Lotter. *d. q. 10. lib. 2.
num.* 68. Vndè in Papa non præsumitur † derogandi volun- 12
tas, Rota coram Card. Caual. *dec. 571. in princ.* Andreas
dec. 22. num. 6. & seqq. apud Duran. *decis. 130. in princ. &
prius in Volateran. Cappellania 7. May 1607. coram Lancel.
post Mangos. de subhast. dec. 27. num. 1. & clarius num. 5. cum
tribus seqq.* At quod tempus datum ad præsentandum velu-
ti, † vt potius sit semestre, quàm quadrimestre Patrona- 13
tus vti Ecclesiasticum iudicatur, † & non est necesse, quod 14
æqualiter vtrique competat Clerico, videlicet, & Laico,
sed sat est, quod adsit Clericus, & inæqualem partem habeat,
tunc etiam priuilegium † illi concessum præsentandi 15
intra semestre, omnibus prodest, sic in terminis firmat
Lambertin. *de Iurepatr. art. 3. q. 1. in principio par. 2. lib. 2.*
Modern. Pisan. *eodem tract. lib. 7. cap. 1. num.* 10. Barbos.
de potestate Episc. pra. 3. alleg. 72. num. 131. ad med. Leon.
de offic. Capellan. q. 4. par. 5. num. 74.

Nec obstat, quod etiam obijciebatur † Laicum posse in- 16
fra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare, &
alium simul, & successiuè cumulando eligere; † Patrono 17
autem Ecclesiastico id non licere, *Cap. quod autem, cap.
Pastoralis, & cap. cum autem de Iurepatr.* atque ideò in
odium prohibitæ † variationis vtilius sit Laico habere qua- 18
tuor, quàm sex menses ad præsentandum, præterquod
etiam vbi Iuspatronatus est commune inter Ecclesiasticum,
† & Laicum Patronos, Laicus amittit priuilegium, quod 19
autem habebat variationis, † huiusmodi etiam communio 20
iuuat quidem Laico, vt habeat semestre vt Clericus ad præ-
sentandum, † sed non infert præiudicium, nec tollit facul- 21
tatem variandi, Abb. *in cap. cùm autem 24. num. 4. de Iurepatr.*
Lambertin. *eodem tract. art. 13. qui incipit, pone duo
erant Patroni vnus Clericus, alter Laicus 7. quæst. in princ.
par. 2. lib. 2. num. 4. in fin. vers. benè verum est, & n. 5. & 6.*

per

pertotum, quem sequitur Viuian. *lib.* 10. *par.* 2. *cap.* 1. *n.* 27.
22 *& 28.* † Semper illa qualitas est attendenda, quæ est magis
fauorabilis Patronis, Rota coram Mantic. *dec.* 292. *nu.* 3.
& seqq. In hoc autem casu confratribus fauorabilior est qualitas Patronatus Ecclesiastici, & mixti, dum consequitur
23 † maiorem dilationem ad præsentandum, quàm Laicalis
quæ illi obesset, ex quo haberet locum deuolutio, & substineretur prouisio impetrata ob non factam præsentationem intra quadrimestre, quamuis intra semestre, Felin. *in d. tract. quando littera Apostolica noceant ampliat.* 6. *num.* 6. Simonett. *de reseruat. benef. q.* 9. *n.* 3. Rota coram Acchill. de Grass. *dec.* 3. *n.* 6. *& seqq. de Iurepatr. & alij cumulate in dicta dec. Card. Mantic.* 292. *n.* 3. 4. *&* 5.

Et ita vtraque, &c.

P. P. D. PRIOLO.

Aueniouen. Legitimæ.

Veneris 8. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Testatoris voluntas declaratur per duos testes etiam singulares quantumuis ad perpetuam rei memoriam examinatos quando morte præuenti vel ex facto partis repeti non potuerunt; imò, & sufficit vnicus testis, & admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturę.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per testes præualet coniecturis.*
2 *Testes præmortui ante repetitionem probant.*
3 *Testes qui facto aduersarij repete non potuerunt, probant.*
4 *Testes duo etiam singulares sufficiunt pro declaranda voluntate, quod amplia, vt n.* 5. *&* 6.
7 *Probatio præsumptiua quando admittitur reijciuntur nullitates, & exceptiones, & sola substantia attenditur.*
8 *Iurisconsulti responsum pro veritate probat, vel facit adminiculum.*
9 *Recognitio per comparationem sufficit, quando ob antiquitatem alio modo fieri non potest.*
10 *Victor in causa non eget alia probatione.*
11 *Testes de auditu in antiquis probant.*
12 *Iurisperitus optimè scit ea quæ iuris sunt, & n.* 14.
15 *Matri debetur legitima vbi testator tempore testamenti filios non habet.*

DECISIO CCLI.

LEgitimam non vti debitam; sed vti volitam Franciscum Aurictis Magdalenæ matri legasse, ideoque per natiuitatem filiæ posthumæ, legatum non esse caducatum Rota censuit sub diebus 17. Nouembr. 1653. & 30. Ianuarij 1654. coram bon. mem. Peutingerio, ac 30. Aprilis 1655. coram me. Verum concessa remissoria D. Baroni de Crillon ad probandam contrariam voluntatem Testatoris, factisque desuper probationibus, ac illis discussis DD. à decisis recesserunt.

Quia ex testibus in Summ. eiusdem Baronis relatis sub num. 3. ac Iuribus nouiter deductis constat legitimam non vt volitam, sed vt debitam fuisse relictam, nam Testator interrogatus, cur tam modicam quantitatem matri legaret, respondit, quod si potuisset, nec d. portionem reli-
1 quisset ob eius mala tractamenta, † aliasque causas à Testibus recensitas, quare concidunt coniecturæ in Decisionibus congestæ ad firmandam præsumptam liberalitatem, præualetque contraria voluntas per dd. Testes patefacta, vt in specie probat text. *in l. cum tale §. falsam causam ff. de condit. & demonstr.* Bart. *in l. demonstratio §. quod autem sub n.* 13. *vers. nisi aliter ff. eod. & in l. fin. n.* 2. *ff. de hered. instit.* Gabr. *cons.* 132. *q.* 2. *n.* 15. *& sub num.* 17. *vers. nimirum lib.* 1. Gaill. *obseruat.* 144. *sub n.* 6. *vers. & ideo lib.* 2. Modern. Eugub. *controuers. forens. par.* 3. *controuers.* 218. *num.* 27. Rota *decis.* 583. *sub numer.* 2. *vers. cum enim par.* 2. *& decis.* 474. *num.* 7. *in fin. par.* 3. *rec. & admittitur in decisione bon. mem. Peutinger.* 17. *Nouembris* 1653. *§. quia ad hunc effectum.*

Non obstat, quod tres ex quinque Testibus fuerint recepti ad perpetuam rei memoriam, alij verò duo patiantur tam in personis, quàm in dictis.

Tum quia ex illis ad perpetuam rei memoriam examinatis vnus nonagenarius morte præuentus repeti non potuit coram Iudice remissoriali, alij verò noluerunt nouo examini se subijcere culpa Aduersarij eodem *Sum. num.* 5.
& 7. ideoque haberi debent, ac si essent repetiti, † ac va- 2
lidè examinati, vt de præmortuo dixit Rota penes Mohed. *dec.* 7. *sub n.* 3. *cum seq. & in rec. dec.* 587. *n.* 4. *par.* 2. coram bon. mem. Merlin. *dec.* 32. *num.* 8. Add. ad san. mem. Greg.
dec. 434. *num.* 18. † Et de Testibus facto partis impeditis 3
Rota *dec.* 167. *num.* 54. *par.* 1. *recent.* coram Penia *dec.* 462. *n.* 5. cum alijs relatis per Gratian. *discept.* 370. *n.* 18. Tum
quia quando (prout hic, non agitur de † probanda ex in- 4
tegro voluntate, ac substantia dispositionis, sed dumtaxat de ambigua dispositione declaranda non solum exuberant duo Testes, quamuis singulares, Castr. *cons.* 395. *n.* 1. *post med. vers. isti quidem testes lib.* 2. Crauett. *cons.* 73. *n.* 33. Rota *in Aueniouen. hered.* coram Cardinali Seraph *decis.* 1302. *num.* 1. *in rec. dec.* 765. *n.* 7. *par.* 2. penes Card. Canaler. *dec.* 381. *n.* 6. *& seq.* Buratt. *dec.* 168. *n.* 22. *ac dec.* 616. *n.* 16. vbi Add. *litt. B. in Pisauren. Iocalium* 22. *Iunij* 1646. *coram bon. mem. Arguelles §. & prædictis testibus, ac in Romana bonorum seu vsusfructus* 19. *Ianuarij* 1652. *coram R. P. D. meo Zarate §. ex dispositione, vers. & quamuis, &c.* sed
vnius † etiam sufficit iuxta *cons.* Gabr. 51. *num.* 8. *lib.* 2. 5
quod secuta est Rota *in Bonon. fideicom.* 16. *Martij* 1640. *coram bon. mem. Bichio, & in Romana successionis* 21. *Iunij* 1651. *coram Reuerendissimo Compostellan. §. quoniam obiectam*
in fin. Imò solæ † præsumptiones, & coniecturæ ad- 6
mittuntur, iuxta tradita per Natt. *cons.* 363. *n.* 13. Honded. *cons.* 51. *num.* 74. *lib.* 2. Rota *in Cathacen. hereditatis* 28. *Maij* 1649. *coram R. P. D. meo Cerro, §. quia cum non deducantur.*
Quando autem admittitur † probatio præsumpti- 7
ua, & coniecturara, nullitates, & exceptiones reijciuntur, & sola substantia depositionis attenditur, vt ex Soccin. sen. *cons.* 76. *sub num.* 5. *& seq.* Cassador. *dec.* 3. *de Procur.* dixit Rota coram Merlin. *dec.* 302. *num.* 4. Præsertim quia com-
probatur ex responso † pro veritate dato à Iurisconsulto 8
Seguirano tunc Præside Aquen. ad fauorem hæredis contra matrem Testatoris, non ex fundamento quod Testes possent deponere, (vt ex aduerso supponitur) sed quia deposuerunt de prædicta voluntate à dd. nouis Testibus nonc explicata, vt apparet ex actis eo tempore gestis, ac relatis in dicto Summar. num. 1. & conuincit eiusdem responsi lectura, quod licet minus legitimè recognitum per solam com-
parationem, † quæ tamen sufficit, quando, vt in hoc casu 9
recognitio alio modo fieri non potest ob temporis antiquitatem, *§. In his verò, vers. si vero nihil,* Auth. *de instrument. cautel. & fid.* glos. *in l. Comparationes verb. ab his C. de fid. instr.* Menoch. *de arbitr. cons.* 114. *num.* 34. Rota *dec.* 199. *sub num.* 18. *vers. quamuis attinet, & sequent. par.* 5. *rec.* & coram Buratt. *dec.* 292. *num.* 18. Benè tamen seruit pro adminiculo, Bald. *cons.* 204. *n.* 7. *lib.* 3. Verall. *dec.* 234. *num.* 2. *cum seqq. par.* 1. Caual. *dec.* 142. *n.* 4. *& seq. ac sæpe in alijs.*

Nec refert, quod in moderna restauratione huius litis reus conuentus non curauerit dd. Testes examinari.

Quia illorum examen omisit dum causa in partibus age-
batur, ex quo ibi ex tunc deductis sententiam † fauorabi- 10
lem reportauit, ac proindè non egebat alia probatione, & fuit ponderatum coram san. mem. Gregor. *dec.* 174. *num.* 5. *& seq. ac dec.* 276. *sub num.* 3. *vers. quia cum obtinuerit, cum alijs relatis in dec. emissa in hac causa super remissoria* 23. *Iunij* 1650. *coram me.*

Minus releuat, quod deponant de auditu, quia cùm aga-
tur † de re valdè antiqua, Testes etiam de auditu probant 11
ad text. *in l. si arbiter ff. de prob. l. in summa,* vbi gloss. *verb. audierint ff. de aqu. pluu. arc.* Bec. *cons.* 321. *num.* 6. Rota coram Card. Seraph. *dec.* 799. *num.* 2. & coram bon. mem. Coccin. *dec.* 180. *num.* 3. *& dec.* 235. *num.* 13.

Quod verò † deponant inuerisimilia Testator Iuriscon- 12
sultus optimè sciebat legitimam non esse matri debitam filijs extantibus non subsistit.

Quia tempore Testamenti Testator filios non habebat,
† vnde legitima erat verè debita inspecto illo tempore, prout 13
inspici debet, *l. si ita legatum ff. de aur. & arg. leg.* Soccin. sen. *cons.* 6. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 97. *num.* 150. *vers.*

atta-

attamen, ac seq. & de præsumpt. lib.4. præsumpt. 40. num. 2. vers. & qua vocatio cum seq. Cardin. Mantic. *de coniectur. lib. tit. 15. n. 21.* Modern. Lucen. *cons. 78. n. 31. lib. 1.*

Postremò non officit, quod Testator in eodem Testamento de filijs cogitauerit grauando vnorem hæredem scriptam de restituenda illis hæreditate, nec tamen legatum renouauit.

Quia cùm ex prædictis constet legatum processisse ex ne-
14 cessitate, † non ex liberalitate, non erat opus illius reuocatione, quia imò fuisset imperitia in Testatore Iurisperito, qui probat, quod ex legis dispositione eo ipso caducabat per superuenientiam liberorum, vt in specie tradit Rimin. sen. *consil. 123. & seqq. lib. 1.*

Atque ita conclusum fuit vtraque parte informante, &c.

Prima decisio est supra decisio .... reliquæ erunt infrà in Miscellan.

R. P. D. BEVILAQVA.

Bononien. Primogenituræ.

Veneris 8. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Bõna hæredis posse Testatorem in sua dispositione comprehendere, & quando hoc fecisse dicatur in hac decisione colligitur; insuper plura de restitutione in integrum minori ob lucrum nullatenus concedenda, & de restitutione fructuum ante vel post motam litem in eadem decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Testator præsumitur disposuisse de suis tantum bonis, & de portione sibi tangente.*

2 *Testator potest disponere de bonis hæredis, vti de proprijs.*

3 *Testatorem disposuisse de bonis hæredis, ex quibus dignoscatur.*

4 *Sententia dicitur iusta donec contrarium concludenter non probetur.*

5 *Beneplacitum Apostolicum obtentum post tempus præfixum, quando suffragetur.*

Minori competit restitutio etiam aduersus non petitum beneplacitum Apostolicum num. 5.

6 *Mora purgari non potest vbi per moram contractam facta esset resolutio contractus.*

7 *Restitutio in integrum cessat vbi non intrat purgatio moræ.*

8 *Minor contractu resoluto frustrà petit integrum restitui, & num. seq.*

9 *Minor non datur in integrum restitutio in præiudicium alterius.*

10 *Minor restituitur ad euitandum damnum, & pœnam secus autem ad captandum lucrum.*

11 *Fructus in remedijs possessorijs, & sententijs desuper latis veniunt tantum à die motæ litis, non antea.*

Fructus quando petuntur accessoriè ad aliquod corpus veniunt solum à die motæ litis, num. 11.

12 *Fructus decursi pendente iudicio, quod indecisum remansit, non aliter debentur, nisi eodem reassumpto iudicio, & posteàquam desuper sententia pronuncietur.*

Fructus sequuntur dominium non tanquam accessorij n. 12.

13 *Fructus decursi in vita grauati, & non exacti spectant ad fideicommissarium, & quando vide etiam num. seq.*

14 *Fructus inexacti non spectant ad fideicommissarium particularem, seu legatarium.*

15 *Fructus etiam ante motam litem debentur stante mala fide recipientis.*

Fructuum institutionis obligatio statim subintrat à tempore malæ fidei, num. 15.

16 *Fructus ad lucrandum ante motam litem non requiritur bona fides, sed sufficit malam abesse.*

DECISIO CCLII.

IN prima sententiæ Rotalis parte declaratur D. Io: Podium Cellesium ad Primogenituram, de qua agitur, vocatum immitten. esse in possessionem Palatij, & aliorum bonorum ibi expressorum. In secunda verò condemnantur DD. de Montecuccolis prædictorum bonorum possessores ad restitutionem fructuum à die motæ litis perceptorum. Cùmque fuisset ab ea appellatum, & causa nobi commissam. Dubitaui, An huiusmodi sententia esset confirman. vel infirman. & DD. quoad primum caput concernens immissionem confirman. esse censuerunt, nam illius validitas non controuertebatur, & de Iustitia satis constat ex deductis in decisionibus emanatis coram bo. me. Bichio sub diebus 1. Iulij 1654. & 25. Iunij 1655. & 14. Februarij, & 26. Maij 1656.

Nec visa sunt obstare obiecta alias excitata, & denuò repetita, quod nempè fuerat concessa immissio super Palatio, & bonis Castelletti, tanquam Primogenituræ per Cardinalem Podium ordinatæ subiectis, in quibus cum partem haberet Alexander eiusdem Cardinalis frater, quo ad illã immissio non substinetur, quia non venit nec includi potest
tali Cardinalis dispositione, † vti ad ipsum non spectans, & 1
nõ sit de corpore suæ hæreditatis, & de Iure minimè censetur
voluisse eam, sed portionem sibi tangentem tantum Primogenituræ subijcere, ad Text. *in l. seruis election. 5. §. fin. & l. stichum, qui meus erit 6. ff. de legat. 1. l. sequens quæst. 70. ff. de legat. 2. l. verbis legis 120. ff. de verbor. signific.* Surd. *cons. 224. num. 6. & cons. 235. num. 15.* Peregrin. *decis. Patauin. 139. num. 4. & 5.*

Quandoquidem cessat hæc Iuris præsumptio, vbi aliundè eligitur voluntas Testatoris dispone. de bonis hæredis, quæ in præsenti ex eo apertè colligitur, quia Cardinalis hæredis Alexandri prædefuncti instituit, ac a bonorum suorum, & per d. q. Alexandrum Administratorem reddenda ratione liberauit, & absoluit, sub expressa conditione, quod nec Christophoro primo loco, neque alijs successiuè ad Primogenituram vocatis molestia aliqua posset à nemine inferri quauis ratione, & causa, & signanter, quia fortè prætenderent in dd. bonis, vel aliqua illorum partem eundem Alexandrum habuisse aliquam partem vndè dubitari nequit de intentione Cardinalis fuisse comprehendi in Primogenitura etiam ratam bonorum Alexandri & potuit,
quia licet Testatori † de bonis hæredis vti de proprijs dis- 2
ponere, *l. vnam ex familia 69. §. si item, l. cum pater 79. §. cum pater ff. de legat. 2.* Surd. *cons. 215. num. 14.* Nicol. Bellon. *cons. 9. num.* 8. Bertazzol. *cons. crimi. 5. num. 6.* Rota *decis. 19. num. 1. & decis. 89. num. 2. par. 5. recent.* Duran. *decis. 119. num.* 8. Idque magis in casu proposito, quia præfati Alexandri hæredes hanc Cardinalis dispositionem agnoscentes executionem peten. ac illius præcepto parendo
omnia prædicta bona in concordia inter † ipsos inita po- 3
suerunt, ac Christophoro Primogenito renunciarunt, vt respondet vltima *decis. bo. me. Bichij, §. nec dubitari potest, & §. sequen.*

Non vrget, quod vltra bona communia d. Primogenituræ subiecta aderant alia particularia Alexandri proprio nomine acquisita, circa quæ non valet considerari huiusmodi Cardinalis voluntas, nec militant supradicta sicque remanet iniusta sententia quatenus concedit immissionem etiam super his bonis visum fuit nullibi constare de bonis proprijs Alexandri distinctis, & separatis ab alijs in communi possessis, minusque concessam esse immissionem, ac illorum possessionem apprehensam cum Testes ad hoc iustificandum dati variè loquantur, & nihil certè concludant,
hoc ergo † concludenter non probato de iniustitia senten- 4
tiæ constare affirmari non potest, Rota *decis. 493. nu. 10. 12. & 17. part. 5. cum alijs vulgat.*

Alterum obiectum ex eo desumptum, quod diù agitata lite inter Cellesium, & fratres de Montecuccolis, & nulla capta resolutione, fuit tandem deuentum ad concordiam, cui stari debet quamuis beneplacitum Apostolicum ibi re-
seruatum † non fuit intra tempus præfixum, sed posteà 5
obtentum, dum inter transigentes adsunt minores quibus saltim competebat restitutio in integrum aduersus lapsum temporis, & negligentiam commissam in impetran. d. Sedis Apostolicæ confirmatione ex Bart. *in l. si ex caus. 10. §. nunc viden. numer. 2. ff. de minor.* faciliùs eliditur, quoniam in concordia non fuit simpliciter reseruata confirmatio, sed adiectum vlterius leginer pactum resolutiuum, & addita clausula, *Non alias, nec alio modo*, hoc est, si Statuto tempore beneplacitum non fuisset expeditum transactio nullius esset roboris, & momenti; & neutri partium propter illam in suis Iuri-

bus fieret præiudicium, perindè ac si facta non esset, quo
pacto stante resoluta fuit compositio, conualidarique non
potuit per purgationem moræ beneplacitum impetran-
do, vt factum fuit, quia non admittitur quis ad purgan-
6 dam moram, † vbi per moram contrahentium facta est
resolutio contractus, secundum Bald. *in cap. 1. in princ. quo
tempore miles.* Alex. *in l. si Insulam* 84. *num.* 43. *ff. de verb.
oblig.* Grat. *cons.* 93. *num.* 61. *lib.* 1. Marscott. *var. resol. lib.
1. cap.* 90. *n.* 1. Rota coram Puteo *decis.* 66. *lib.* 3. *& dec.* 571.
num. 3. *par.* 1. *diuers.* quando autem non intrat purgatio mo-
7 ræ cessat, † & restitutio in integrum, Rota apud Verall.
dec. 96. *per tot. part.* 3. *alijque allegati in d. decis. bo. me. Bi-
chij* §. *hoc autem*. Et ratio ea est, quia sicuti minores fru-
strà decurrent ad remedium subsidiarium restitutionis tran-
sactione non inita, ita quoque dicendum est, quando ex
8 partium voluntate † contractus remanet resolutus, non
aliter, ac si nunquam fuisset in esse deductus, *l. necessarius*
8. §. 1. *ff. de pericul. & commod. rei vendit.* Cyriac. *contr.* 240.
num. 20.

Hinc etiam sequitur, quod cum pactum in præsenti fuit
appositum in ipsius transactionis Instrumento nullum ius
potuerunt minores ex illo in bonis perfectè acquirere, sed
tantum cum dicto onere, & obligatione expediendi Apo-
stolicam confirmationem; vndè est, quod nec damnum in
se propria, neque aliquam pœnam patiuntur, sed lucrum,
quod ex illa concordia consequi poterant, quatenus dilatio-
9 nem pendente beneplacitum obtinuissent amisserunt, † &
hoc casu non datur minoribus restitutio in alterius detri-
mentum, *l. scien.* 15. *ff. ex quib. caus. minor. l. cum quidem*
17. §. *si pupillo*, & ibi Bald. *in lectur. antiq. ff. de vsur.* Ias. *in
l.* 3. §. *labeo num.* 15. *ff. de acquir. possess.* Cyriac. *d. controu.*
240. *num.* 17. Ludouic. *decis. Perusin.* 54. *num.* 8. *&* 9. Qua
distinctione constituta applicari non potest doctrina Bartol.
in d. l. si ex causa, & §. nunc scien. quia non loquitur vt mi-
10 nor restitutionis † auxilio subueniatur, quando, vt hic il-
lam petit pro lucro captando, sed ad effectum euitan. dam-
num, & pœnam ex delicto, vel culpa incursam.

Respectu verò secundi Capitis sententiæ in quo con-
demnantur fratres de Montecuccolis ad omnium, & singu-
lorum fructuum ex dd. bonis receptorum restitutionem,
Domini tria distinguebant tempora, nempè à die quo præ-
tenditur apertam fuisse Primogenituram ad fauorem Cel-
lesij per obitum Io: senioris vltimi masculi de Podijs, vs-
que ad motam litem; ab ista die vsque ad mortem Lauræ,
& Barbaræ, ex quibus causam habent dicti fratres de
Montecuccolis, & ab obitu harum mulierum vsque ad tem-
pus quidem Cellesius in vim promulgatæ sententiæ super
immissione bonorum possessionem fuit adeptus.

Quod enim attinet ad fructus perceptos à die prætensæ
purificationis Primogenituræ vsque ad motam litem hodiè
intempestiuam esse illorum petitionem dicebatur, quia in
sententia non continentur, sed præseruantur solummodò
Iura Cellesio illos petendi in alio Iudicio, quatenus de
Iure debeantur, & merito quidem, quia in interdictis, &
11 remedijs possessorijs, † & sententijs desuper latis regula-
riter non veniunt fructus antè, sed à tempore moti Iudicij
quando non petuntur de per se, & vti sors principalis, &
capitale, sed accessoriè ad aliquod corpus distinctum, & se-
paratum, vt hic Rota *decis.* 689. *par.* 3. *diuers.* coram Car-
dinali Seraphin. *decis.* 1168. *num.* 3. & in pluribus cumula-
tis in *Mediolanen. Pensionis* 19. *Ianuar.* 1635. *coram bo. me.*
Merlin. *inter eius impress. decis.* 663. *num.* 7. *repetita in* 7.
in 7. *parte rec. decis.* 3. *& in Hispalen. decim.* 10. *Dec.* 1649. *co-
ram bo. me. Bichin.*

Alios autem fructus post contestatam litem vsque decel-
serunt præfatæ mulieres, cùm quibus fuit agitata, exactos
minus nunc debitos, ac restituendos esse dictum fuit. Nam
cùm durante illarum vita fuerit pluries discussus articulus,
an per obitum d. Io: euenerit casus purificationis Primoge-
nituræ ad fauorem illarum, vel Cellesij, & non resolutus,
vt habetur in prima *Decis. bo. me. Bichij* 1. *Iul.* 1654. *in princ.
confirmata* 25. *Iunij* 1655. indè resultat, vt nec lite durante,
12 neque priusquam introducta fuit debentur fructus, † nisi
prius denuò reassumatur formalis disputatio super d. articu-
lo indeciso pendente, ac diffiniatur, apertam fuisse dictam
Primogenituram statim secuta morte Ioannis, ac Cellesio
debuisse bonorum illi suppositam proprietatem, ac domi-
nium, quod fructus sequuntur tamquam accessorij, *l. fructus,
& l. Herennium de vsur. l.* 1. *&* 2. *de pignor. act.* Gratian.
cap. 400. *n.* 4. Rota *decision.* 498. *n.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Neque dicatur, quod fructus à Cellesio modo prætensi
erant decursi, sed non exacti in vita grauatorum, quo cir-
ca spectant ad ipsum Primogenitum, † cui restituen. esse 13
hæreditatem firmant decisiones, & in sententia declaratur
iuxta Text. *in l. postulans.* 44. §. *sed & in huiusmodi ff. ad
Trebellian. l. deducta* 58. §. *qui post tempus eodem tit.* Vinc.
Franc. *decis.* 13. *num.* 5. *&* 6. Rota *decis.* 458. *per tot.* apud
Cenc. *de Cens.* quia preterquam quod contrariam sententiam
in legatario, & fideicommisso † particulari tenuit Rota co- 14
ram Card. Mantic. *decis.* 14. *per tot. relatus in Cataçen. here-
ditatis* 28. *Aprilis* 1653. *coram R. P. D. meo Cerro* §. *fin.*
quæstionem hanc non intrare in hac facti specie fuit animad-
uersum, ex quo fructus fuerunt percepti ab ipsis fratribus
de Montecuccolis causam habentibus à mulieribus vigore
antecedentis concordiæ, & cessionis.

Minus valet asserere, quod vbi concurrit mala fides re-
cipientis fructus restituendi sunt antè motam litem exacti, † 15
& à die quo mala fides superuenit, à quo tempore illicò ori-
tur restitutionis obligatio, *l. qui bona fide Cod. de acquir. rer.
dom.* Rota in citata *dec.* 3. *num.* 23. *&* 24. *part.* 7. *recent.* Quia
de mala fide, quæ iustificari debet hic ex iam deductis non
constat extantibus enim Laura, & Barbara non fuit deci-
sum bona ad Cellesium pertinere, quapropter illa eos suos
fecerunt ad lucran. fructus ante motam litem non requiritur
bona fides, neque titulus, † sed sufficit malam abesse, & ti-
tulum putatiuum, vel nullum quoque adesse, *l. sed etsi l.* 28. 16
§. *scire, & ibi communiter DD. ff. de petit. hæredit.* Dec.
cons. 95. *nu.* 15. *cum cæteris adductis in dicta decis.* 3. *n.* 4. *&*
5. *par.* 7.

Conclusum itaque fuit per DD. sententiam Rotalem in
hac parte declarantes, & respectiuè reformantes Cellesio
deberi tantum fructus à die obitus mulierum decursus vs-
que ad tempus adeptæ vigore illius possessionis bonorum;
pro alijs verò anteà maturitatis, & ab illis receptis esse insti-
tuendam particularem disputationem vtraque parte Infor-
mante, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Toletana Decimarum de Capilla.

Veneris 18. *Iunij* 1657.

A R G V M E N T V M.

Decimarum solutio cum principaliter debeatur Parocho, quoniam ipse in eis habeat principale interesse; Ideòque si contra eas fuit lata sententia, & ipse non fuit citatus nulla erit. Et quid si Archiepiscopus præstiterit patrocinium suum dictæ causæ decimarum.

S V M M A R I V M.

1 *Lis extinguitur per rem iudicatam, & relaxationem exe-
cutorialium.*
2 *Decimæ debentur illi Ecclesiæ Parochiali intra cuius li-
mites, sunt illa sita.*
3 *Decimarum quarta debetur Episcopo per ipsum Parochum
exhibenda.*
4 *Decimas defendere spectat ad Parochum cum eius princi-
pale interesse spectat ad eum.*
5 *Sententia lata super decimis, non obstat Parocho, dum
ad eam non fuit citatus.*
6 *Citatio, quando fuit coarctata ad certam, & determina-
tam personam non potest extendi ad diuersam.*
7 *Tertius, qui venit ad causam, prout in prima, in statu,
& terminis acta iam facta illum non afficiunt.*
*Sententia lata contra eum, qui non habet principale in-
teresse in causa, & nec quidem fuit citatus, illud ha-
bens, est nulla num.* 5.
8 *Decimarum actualis possessio non solum ex testibus, sed
etiam ex ipsis locationibus decimarum, & earum re-
partitionibus, & similibus, n.* 9.
10 *Sententia nullatenus afficit non citatum.*
11 *Scientia præsumpta non habet vim citationis.*
12 *Scientia, vt habeat vim citationis, quid requiratur.*
13 *Sententia lata contra possidentem est penitus nulla & eum
non afficit, dum non fuit citatus ad eam.*
14 *Ignorantiæ clypeo perperam se ille defendit, dum id in-
quirere tenebatur.*

Pos-

Possessor semper est citandus, vt ei dicatur praeiudicatum, n. 14.
15 *Parocho non citato, non potest ei praeiudicari in decimis, & quid si in hoc casu assistat Episcopus.*
16 *Causa ab aliquo, quando non possit dici defensa.*
17 *Sententia non obest non citato.*
18 *Renunciasse liti, quando quis non possit dici.*
19 *Decisio coram* Pamphil. Sen. penes Garz. de Benefic. pat. 3. cap. 3. n. 147. *declaratur.*
20 *Litigiosi vitium, quando non possit intrare.*

DECISIO CCLIII.

EDitis fauore Ecclesiarum Oppidi, & Status de Capilla contra D. Ducem de Beiar pro decimarum exactione sententijs, iure tamen Reuerendiss. Archiepiscopo Tolerano super portione sibi competente reseruato, ijsque in iudicatum successiuè transactis, eiusdem Ducis filius in vim nouae commissionis tanquam in prima expeditae praefatas decimas ex immemorabili sibi per sententiam adiudicari obtinnit, à qua cum ex defectu citationis Parochi se immunes esse contenderent, dubium bis proinde proposui. *An acta contra Archiepiscopum gesta Parochos afficiant; itaut in statu, & terminis, seu potius tanquam in prima ad causam admitti debeant, fauore Rectorum hodie in omnibus resolutum.*

Cùm enim ex testibus vigore remissoriae formiter examinatis, necnon librorum partitis quibus Baptismata, matrimonia, ac Testamenta recensentur alijsque scripturis comprobetur Reuerendissimum Archiepiscopum Parochias limitibus distinxisse, necnon ipsas de mense Aprilis anni 1591. Parochis in titulum praeuio concursu detulisse ex-
1 peditis, † ac executis prius executorialibus super iudicato, ac lite super decimis consequenter extincta, vt voluit Franc. *in cap. 2. num. 5. vt lit. pend. lib. 6.* Rota coram Put. *decis.* 302. *& dec.* 308. *n. 2. lib. 2.* & not. Adden. *ad decis.* Buratt.
2 927. *num.* 33. Eaedemmet decimae † intrà Parochiarum limites constitutae debent proinde ad Parochos pertinere ad text. *in cap. cum contingat, & in cap. in tua in fine de decimis*, Rot. coram Put. *decis.* 361. *n.* 1. *lib.* 1. *& in Pampilonen. Decimarum de Vsurbil 1. Febraarij 1649. in §. iuncta etiam assistentia, & in Toletana Decimarum de Vercial 26. Iunij 1654. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Craconien. dismembrationis Decimarum 3. Ianij 1650. in princ. coram Me.*
3 Quarta dumtaxat excepta † Archiepiscopo per ipsosmet Parochos exhibenda, vt notat gloss. *in cap. conquerente, in verbo decimationum de offic. ordin.* Rota coram Seraph. *decis.* 1449. *n.* 5. *&* 6. & coram bo. me. Vrgell. *decis.* 320. *n.* 7. *& in decis.* 122. *n.* 5. *&* 8. *par.* 5. *rec.*

Ex his verò dum Parochi Curas in titulum obtinuerant,
4 primaeuum eorum † interesse consurgit in causa, cuius proindè defensio ad ipsos omnino spectabat, vt notat *Innocentius in cap. cum Venerabilis num. 2. post med. vers. si autem non haberet de relig. domib.* quem refert, & sequitur Abb. *in cap. cum deputati num. 9. in fine, & n.* 12. Io: Andr. &, Imol. *num.* 4. Felin. *num. 6. de Iudic.* Rota coram Achill. *decis.* 11. *num.* 3. *& 4. de sententia, & re iud.* & coram Comitoli. *decis.* 133. *num.* 12. *& 19. cum seqq.* Itaut contra Ar-
5 chiepiscopum edita sententia Parochis † non citatis obstare non debeat, vt notat Innoc. *in cap. auditis n. 2. vers. alij dicunt* Imol. *num.* 7. Abb. *num.* 19. Bellam. *num. 26. de praescript.* & respondit Rota coram Verall. *decis.* 25. *num. 2. par.* 3. coram Mellino *decis.* 345. *num.* 2. *& 4. cum seqq. & decis.* 302. *num. 6. par. 6. recent.* Praesertim quia contra Archiepiscopum
6 citationes conuincuntur executae † quacumque Ecclesiarum mentione postbabita, quarum fauore ab diudicatio quoque praecesserat, vt notat Signorol. *cons.* 69. *num.* 8. & responsum fuit *in Romana Reintegrationis de Sancto Petro* 14. *Ianuarij* 1650. *coram Eminentiss. D. meo Card. Otthobono inter eius impress. decis.* 201. *n.* 10.

Propterea ijdemmet Parochi ex iure proprio à collitigan-
7 tibus independente aspirantes, † debet tanquam in prima nulla habita ratione actorum, atque sententiae, ad causam admitti, vt notat Io. Andr. *in cap. 2. num.* 1. ibique Gemin. *n. 9. vt lit. pend. lib.* 6. Rota coram Seraph. *decis.* 906. *nu.* 1. *vers. quod tamen*, & coram Millino *decis.* 325. *n. 3. cum seqq. & in Senogallien. Bonorum* 30. *Maij* 1649. *in §. licet enim coram R. P. D. meo Cerro, & in Calaguritana Beneficij de Alesanco* 5. *Maij* 1653. in fine coram R. P. D. meo Beuilaqua, & notat Add. *ad decis. Greg.* 259. *num.* 3. Dum

praesertim decimarum perceptio ante litem à moderno Duce institutam ab anno 1591. vsque in praesentem diem proprio iure per ipsos habita conuincitur non solum ex Testibus, † sed etiam ex locationibus decimarum, necnon ipsa- 8
rum partitionibus vulgò in illis partibus, copias, nommatis, ac originaliter in actis exhibitis, quibus tertia omnium decimarum portio de anno 1591. Parochis assignata probatur, tum ex quictantijs, tum denique † ex vestuariorum 9
libris Ecclesiae Toleranae, necnon subsidij, & excusati totius Archiepiscopatus, exhibitis in *Summ. num.* 11. *vsque ad* 20. cuius proinde virtute possessionis sententia contra Archiepiscopum edita ex defectu citationis † ipsos nullate- 10
nus afficit, iuxt. text. *in cap. Episcopus de praebend. lib.* 6. vbi gloss. *notat. in verbo te non vocato, l. si deserta praedia Cod. si propter public. pensitat.* ibique notat Bald. *in princ.* Surd. *cons.* 189. *num.* 46. Ruin. *cons.* 62. *nu.* 24. *lib.* 5. Alex. *cons.* 5. *n.* 5. *lib.* 1. Giurb. *decis.* 93. *n.* 2. *&* 6. Ostasch. *decis. Pedemonc.* 65. *num.* 4. Rota coram Buratt. *decis.* 133. *num.* 9. *& decis.* 185. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* vbi ampliatur praefata conclusio etiamsi iniustè possideant.

Neque praesumpta in Parochis † scientia litis inter Du- 11
cem, atque Archiepiscopum vertentis vim citationis poterit obtinere. Praeterquam enim ipsa debuisset † cum om- 12
nibus suis qualitatibus innotescere, itaut in genere comprobata nullatenus suffragetur iuxt. gloss. *in cap. concertationi verbo sciuerit de appell. lib.* 6. notat Alex. *cons.* 114. *n.* 4. *lib.* 1. Laderch. *cons.* 180. *in fin.* Surd. *cons.* 189. *nu.* 49. Lancel. *de attent. cap.* 12. *ampliat.* 14. *num.* 16. Ostasc. *decis. Pedemonc.* 176. *n.* 4. Eiusdem virtus excluditur in casu proposito, quo contra tertios possidentes † proprio iure tractatur, qui li- 13
cet litis Conscij à sententia sine ipsorum citatione prolata redduntur immunes, vt notat Innoc. *in cap. quamuis num.* 3. *de re Iudic.* Alex. *in l. saepè num.* 117. *cum seqq. vers. quaero aliquis ff. eod. tit.* Butr. *in cap. cum super nu.* 16. *in fin. eod. tit.* Couarr. *pract. quaest. lib. vnic. cap.* 16. *num.* 2. Scacc. *de appell. quaest.* 17. *limit.* 6. *membr.* 6. *num.* 6. 54. *&* 57. Fontanell. *de pact. napt. claus.* 6. *glos.* 1. *par.* 3. *num.* 3. *cum seq.* Laderch. *cons.* 180. *ante med. vers. & alias rationes*, Rota coram Put. *decis.* 11. *num.* 11. *lib.* 1. *& decis.* 151. *lib.* 2. *in correctic*, & Achill. *decis. 6. de sent. & re iud.* Adeout ipsemet Dux, neque se possit sub † ignorantiae clypeo tueri, dum exquirere tenebatur quisnam decimarum possessor existeret, vt aduertit Bart. *cons.* 91. *num.* 5. *vers. praeterea lib.* 1. Socc. Sen. *cons.* 13. *num.* 5. *lib.* 4. Alex. *cons.* 5. *num.* 2. *l.* 2. Ruin. *cons.* 62. *nu.* 24. *lib.* 2. Rota *decis.* 284. *n.* 17. *par.* 5. *recent.*

Neque citationis necessitas ex assumpto per Archiepiscopum causae patrocinio remouetur, perindè ac si nullo alio defensionis clypeo Parochi possent † iura propria tueri; vr- 15
geret enim obiectio, quoties ius Ducis, vel ex confessione Partis innotesceret, vel ex re iudicata constaret, vt dixit Rota *in Maceraten. Hereditatis* 27. *Maij* 1641. *coram bo. me. Peruano.* Secus verò dum ex sententijs in iudicatum successiuè transactis, quibus Dux obnoxius extabat, illud penitus excludebatur; quinimò nec causa reputatur omni auxilio † ab Archiepiscopo defensa, dum eiusdem Pro- 16
curator appellationis prosecutionem à sententia bon. mem. Andreae neglexit, quae in iudicatum proinde prolapsa fuit, vt respondit, Rota coram Comitol. *decis.* 133. *num.* 15. *cum seqq.* Qua negligentia perspecta sententia Parochis non citatis nullatenus † debet obesse, vt in hac eadem causa ad fauorem D. Ducis respondit Rot. *decis.* 17. *n.* 4. *vers. Praesertim par.* 3. *recent.*

Et licet à bon. mem. Duce Seniore commissio restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam de mense Februarij anni 1591. impetrata probetur, Parochiarum tamen erectio licet de mense Aprilis eiusdem anni subsecuta fuerit, nullatenus vitio litis pendentiae remansit obnoxia; Ea namque commissio litem respectu moderni Ducis, qui ea vsus non fuit, nullatenus induxit, vt in his ferè terminis respondit Rota coram Gregor. *decis.* 396. *num.* 2. *cum seqq.* Quinimò huic per Patrem antecedenter impetratae idem Modernus Dux ipsius filius censetur † renunciasse, dum alte- 18
ram tanquam in prima curauit expediri, vt respondit Rota coram Cassad. *decis.* 5. *num.* 4. *vt lit. pend.* & coram Achill. *decis.* 8. *eod. tit.* coram Buratt. *dec.* 307. *num.* 4. ibique not. Add. *sub lit. B.* & not. Gambar. *de offic. legat. lib.* 3. *num.* 465.

Denique non vrget in contrarium allegata † *decis. Pam-* 19
philij Senioris penes Garz. de Benefic. par. 3. c. 3. n. 147. in fin. in qua de mense Februarij anni 1592. decimae controuersae à Pa-

Fabritium reſtrictiuè de ſua ſola familia , *effectiua intelle-*
xiſſe , non verò latè de tranſuerſali , & contentiua , quia
8 teſtator non vocando ſimpliciter † *agnationem* , *ſed addi-*
to pronomine , ipſius , *tunc intelligitur* de deſcendentibus
tantum non verò de tranſuerſalibus cogitaſſe poſt alios Me-
noch. *d. conſ.* 343. *ſub n.* 1. *verſ. ſexto comprobatur* , *& nu.*
21. *lib.* 3. *& præſumpt.* 88. *ſub num.* 11. *verſ. & traditionem*
hanc l. 4. Ruin. *d. conſ.* 153. *ſub n.* 10. *verſ. vnde, & in caſu no-*
ſtro lib. 2. Giouagn. *d. conſ.* 36. *num.* 29. *lib.* 1. Peregr. *conſ.*
57. *n.* 8. *& per tot. lib.* 5. *& deciſ.* 134. *n.* 5. Fuſar. *conſ.* 169.
n. 37. Grat. *diſcept.* 645. *n.* 5. Rot. coram Coccin. *deciſ.* 294.
n. 10. *& d. deciſ.* 300. *ſub n.* 21. *verſ. & ad hoc ponderabatur*,
par. 1. *dec.* 707. *n.* 2. *par.* 2. *& deciſ.* 479. *n.* 6. *par.* 5. *& dec.* 15. *n.*
21. *par.* 7. *recent. Romana fideicommiſſi de Marianis* 16. *Mar-*
tij 1643. §. *reſpectu verò coram Reuerendiſs. D. meo Dunozet-*
to Decano , *& in proximis terminis in Macerat. fideicommiſſi*
26. *Maij* 1650. *in princ. & §. ratio euidens eſt* , *& ſeqq. coram*
Eminentiſs. D. Card. Otthobono inter eius impreſſ. deciſ. 217.
num. 2. *& ſeqq.*

Secundò, quia poſtquam Teſtator ſuprascriptam ratio-
nem expreſſit declarando immediatè , qualis eſſet eius in-
tentio caſu quo tale committeretur delictum à vocatis pro
quo bona fiſco eſſent applicanda delinquentem hæreditate
priuauit , iubens , quod portio quæ ad ipſum pertineret ad
alios filios, & deſcendentes ex eis non delinquentes deue-
niret : Quemadmodum enim in caſu delicti clara eſt vo-
luntas Teſtatoris ſolos deſcendentes, non verò tranſuerſales
ſubſtituendi, ità in caſu mortis, & alienationis ſolos filios,
& deſcendentes, qui familiæ effectiuæ nomine continen-
9 tur ſubſtituiſſe dicendum eſt , † ex quo vna pars Teſtamen-
ti aliam declarat *l. ſi ſeruus plurium* 53. §. *fin. ff. de leg.* 1. Cra-
uett. *conſ.* 62. *num.* 11. Surd. *conſ.* 455. *num.* 10. Rot. coram
Buratt. *deciſ.* 705. *n.* 1. *in proprijs terminis deciſ.* 707. *num.* 3.
verſ. Vnde ſicut par. 2. *rec. & in Romana Cenſus* 18. *Iunij*
1655. §. *idque pro cæteris coram R. P. D. meo Cerro* . Quod
10 procedit etiamſi regulariter ſubſtitutio in caſu delicti † non
ſoleat declarare fideicommiſſum in caſu obitus , quia ſaltem
pro excluſione tranſuerſalium, & lineæ contentiuæ argu-
mentum hinc deduci poteſt, dum Teſtator in caſu delicti eos
non nominauit , vt ponderauit Menoch. *conſ.* 233. *n.* 13. Fu-
ſar. *conſ.* 18. *n.* 7. *in fin.* Rot. *d. deciſ.* 707. *n.* 3. *par.* 2. *rec.*

Nec contrarium deciſum fuit coram Card. Caualer.
deciſ. 481. Nam ibi non firmatur, quod ex ſimili prohibitio-
ne facta per Teſtatorem filijs ſuis , & deſcendentibus ma-
ſculis ſuperaddita ratione , vt bona perpetuò in eius agna-
tione conſeruarentur inductum cenſeatur fideicommiſſum
etiam fauore Agnatorum tranſuerſalium , & familiæ con-
tentiuæ , vt in præſenti caſu prætendunt fratres de Monte
11 Sperellis , † ſed ibi reſolutum fuit tantummodo , quod fi-
deicommiſſum comprehendebat ſolos deſcendentes familiæ
effectiuæ , nempè filios vnius ex filijs , qui fuerat hæres in-
ſtitutus à Teſtatore , vt conſtat *ex illius lectura in princ. &*
n. 7. *& fuit in ſpecie ità declarata in d. Beneuentana Hæredi-*
tatis 19. *Iunij* 1656. §. *minus deciſio* 481. *coram R.P. D. meo*
Celſo .

Ratio autem euitandæ ſuperfluitatis ob quam ſub nomi-
12 ne agnationis † contineri etiam tranſuerſales contende-
bant Informantes pro Monte Sperellis, in præſenti caſu non
vrget quia vltra , quod tale argumentum alijs non concur-
rentibus valdè infirmum reputari ſolet , poteſt talis vocatio ,
vel reciprocum fideicommiſſum in priori parte non expreſ-
ſum inter ipſos deſcendentes inducere , vel fideicommiſſum
extendere in infinitum ad omnes deſcendentes in parte
antecedenti ad vulgarem reſtricta non vocatos Venturin.
conſ. 2. *n.* 436. Rot. *d. deciſ.* 300. *ſub n.* 24. *par.* 2. *rec.*

Conſtito ex defectu fideicommiſſi tranſuerſalis de bono
Iure Hieronymi illi debetur manutentio, quia anterior eius
13 poſſeſſio probatur per confeſſionem partis aduerſæ † in
prima Inſtantia Immiſſionem petentis, Menoch. *de recuper.*
remed. 2. *n.* 215. *& ſeqq.* Rot. coram Burat. *deciſ.* 160. *n.* 4. *&*
deciſ. 561. *n.* 2. *par.* 2. *rec. Tudertina Fundaci* 4. *Maij* 1654.
§. *verum etiam* , *&* 24. *Nouemb.* 1655. *in princ. verſ. tum ex*
confeſſionem coram R.P. D. meo Meltio, *& in Vercellen. ma-*
nutentionis 28. *Iunij* 1655. §. *illorum ſiquidem verſ. ſufficitq.*
pro obtinenda coram bo. me. Bichio . Non obſtante ſententia
Gubernatoris Peruſiæ contra eundem Hieronymum lata,
15 † dum ille ex ſupradictis iniuſtè proceſſit , hic verò ſe pro
ſpoliato non habuit , Rota coram Merlin. *deciſ.* 151. *nu.* 4.
Romana Manutentionis 18. *Februarij* 1656. §. *nec obſtat, verſ.*
2 *cui propterea coram me* , *& prius Romana Saluiati* 1. *Iulij*
1647. §. *nec refert coram Eminentiſs. D. Card. Otthobono Be-*
neuentana Manutentionis 19. *Iunij* 1649. *coram bo. me. Peu-*
tingerio , *& in Mediolanen. Prætenſa deuolutionis* 11. *Febr.*
1650. §. *probat ille verſ. adeout ratione iſtius confeſsata coram*
R.P.D. meo Meltio .

Et ità vtraque parte audita reſolutum fuit &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien̄ Bonorum de Graſſis.

Mercurii 13. *Iunii* 1657.

ARGVMENTVM.

Quæ probare teneatur fideicommiſſarius, vt immiſ-
ſionem hæredi valeat impedire hic licet breuiter
non tamen minus doctè, quàm eruditè diſſeritur.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio conceditur hæredi habenti pro ſe teſtamentum non abolitum , neque cancellatum* .
2 *Fideicommiſſarius ad impediendam immiſſionem hæredi tria copulatiuè probare tenetur* , *& quæ* .
3 *Fideicommiſſum non dicitur incontinenti probatum ſi vocatio non eſt litteralis, ſed à coniecturis* , *& per interpretationem deducitur* .
4 *Fideicommiſſarius tenetur capere poſſeſſionem de manu hæredis* , *vel à Iudice citato hærede* .
5 *Poſſeſſio capta contra formam ſtatuti dicitur vitioſa* .
6 *Clauſula* , citrà præiudicium iurium, *quid operetur* .

DECISIO CCLV.

PEr obitum Iulij de Graſſis ſequutum anno 1632. orta
controuerſia inter q. Lactantium Iuniorem , & Scipio-
nem pariter de Graſſis ſuper bonis ſuppoſitis tribus fidei-
commiſſis olim conſtitutis à Petro anno 1570. ab Antonio
anno 1573. & ab Archangelo anno 1602. ſub die 24. Mar-
tij eiuſdem anni 1632. præuia tranſactione Scipio dimiſit,
& relaxauit Lactantio ex cauſa prædictorum fideicommiſ-
ſorum poſſeſſionem Tornaturarum 326. in communi Qua-
dernæ Comitatus Bononiæ, alteram Tornaturarum 220.
in communi Villæ Fontanæ in loco detto Beccadiuello præ-
diolum Tornaturarum 16. cum Domo in d. communi Vil-
læ fontanæ in loco detto al Chiù , & aliud Tornaturarum
5. in communi Pizzani in loco detto al Monte delle Formi-
che, atque perſoluit eidem Lactantio libras mille pro omni,
& toto eo quod pro aduentu conditionis dd. fideicommiſſa-
riorum Lactantius prætendere, aut conſequi poſſet ſuper bo-
nis, & hæreditatibus dd. fideicommittentium ſaluis tamen,
& reſeruatis ad fauorem vtriuſque caſibus, & ſubſtitutioni-
bus ordinatis in eorum Teſtamentis , vt in proceſſu de par-
tibus fol. 84.

Obijt Lactantius 13. Martij 1651. condito Teſtamento,
in quo inſtituta hærede vſufructuaria Gentile de Armis eius
vxore hæredem proprietatium ſibi ſcripſit Cæſarem de
Graſſis d. proceſſu fol. 5. qui die 25. Febr. 1652. ex primo de-
creto tenutam accepit omnium bonorum à Lactantio poſ-
ſeſſorum tempore eius mortis, & ſignanter illorum , quæ
in d. tranſactione ex dd. fideicommiſſis illi relaxata fuerant
d. proceſſu fol. 40. & ſubinde 10. Nouemb. 1653. ab Audi-
tore Generali Bononiæ ſententiam obtinuit , in qua pro-
nunciatum fuit immittendum fore, & eſſe vti hæredem La-
ctantij in poſſeſſionem bonorum, de quibus d. tenutam acce-
perat eodem proceſſu fol. 239. quę in gradu appellationis
coram A. C. Arioſto confirmata fuit . Cùmque in tertia
inſtantia coram Me dubitatum fuerit an immiſſio ſit reuo-
canda, negatiua prodijt reſolutio, quia cùm exhibuerit Te-
ſtamentum Lactantij non abolitum nec cancellatum † 1
iure optimo immiſſionem obtinuit ſuper omnibus bonis in
illius hæreditate repertis iuxtà diſpoſitionem *l. final. Cod.*
de edict. Diu. Adrian. tollend. ſemper à Rota approba-
tam.

Neque Scipio eſt legitimus Contradictor ad illam im-
pedien vti veniens, ex præfatis fideicommiſſis ; Quia ad
iſtum effectum tria copulatiuè requiruntur, nempè quod
fideicommiſſarius doceat incontinenti de Iure ſuo,

quod nihil sit detrahendum , & quod possideat sine vitio,
2 † vt notat Bart. *in d. l. finali n. 22.* & comprobauit Rota *decis. 103. num. 1. par. 1. diuers. in rec. decis. 94. num. 5. par. 5. in Bononien. bonorum 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. nec ad eam in Meleuitana Territorij* 10. *Maij* 1649. §. *final. & in Bononien. Bonorum de Testinis* 15. *Decembris eiusdem anni §. neque hanc immissionem coram Eminentiss. Card. Otthobono inter eius impress. decis. 176. n. 20. & dec. 198. n. 3. & 4.*

In casu proposito excepto secundo requisito , cum nullæ prætendantur detractiones à Cæsare, & excepto fideicommisso Archangeli, cuius respectu controuertitur dumtaxat identitas bonorum, non autem vocatio Scipionis primum , & tertium requisitum prorsus deficiunt ; Nam quoad fideicommissa Petri , & Antonij cum Scipio in illis non sit nominatim vocatus , sed vocationem a coniectu-
3 ris,& per interpretationem deducat Ius suum † non dicitur incontinenti probatum, sed requirit altiorem indaginem discutiendam citato legitimo hærede grauati, vt in terminis allegatis concordantibus respondit Rota *in Bononien. fideicommissi de Barbettis* 19. *Iunij* 1654. *coram bo. me. Rebibio §. facilius*, possessio verò à Scipione apprehensa Cæsare non citato est vitiosa , tam inspecto Iure communi disponente fideicommissarium teneri illam apprehendere de
4 manu hæredis, † vel authoritate Iudicis illo legitimè citato , vt responsum fuit coram sa. me. Greg. *dec.* 206. *n.* 1 *cum cæteris allegatis in d. Bononien. Bonorum* 3. *Apr.* 1645. §. 1. 24. *Ian.* 1646. *in princ. &* 31. *eiusdem §. vltimo coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quàm attento *Statuto Bononiæ lib. 2. Rubric. quod nullus occupat possessionem rei hæreditariæ §. statuimus*, disponente quod nulli alio ; quàm hæredi liceat mortuo possessore sub quouis quæsito colore occupare, vel ingredi bona etiam authoritate Iudicis ob resistentiam
5 enim huius statuti eo certius † possessio aliter capta censetur vitiosa, vt responsum fuit *in Bononien. manutentionis* 19. *Iunij* 1647. §. *secundo quia possessionem , &* 26. *Iunij §. siquidem , &* 4. *Decembris* 1648. §. *Ineuitabilis enim , & in d. Bononiensis fideicommissi de Barchetis §. neq; ad impediendum coram bon. mem. Bicho* , vbi plenè probatur statuentes omninò voluisse interdicere ingressum etiam venientibus ex fideicommissis maiorum.

Nihil obstante Instrumento inter ipsos Cæsarem , & Scipionem anno 1651. celebrato , quia continet dationem insolutum prædij Castenasij hæreditarij Lattantij , ac prorsus diuersi à bonis controuersis pro libr. 5630. in quibus Scipio asserebat se creditorem d. hæreditatis occasione quarundam alienationum. Atque vlterius habet clausulam , *citrà præiudicium quorumcumque iurium*, ipsi Cæsari eiusque filijs , & descedentibus quomodolibet competentibus , &
6 competiturorum , quæ operatur , † vt ipsorum Iura ab eis nullatenus abdicata fuerint , sed penes ipsos illæsa remanserint, vt dixit Rota *in Romana Domus, & Census* 16. *Iunij* 1606. *coram Cardinali Sacrato apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 230. n. 4. vers. sed Instrumento continet in Ariminen. Castrorum* 14. *Febr.* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano §. eoque minus vers. quam etiam Clausula, & in Calagurritana Distributionum* 7. *Iunij* 1649. *coram Me §. quia*. Et ità vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Toletana Archipresbyteratus.

Mercurij 13. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Resignationis beneficij gratia signata à Papa, sub aliqua conditione, si deficiat conditio , remanet inualida, & ius non dicitur abdicatum à resignante , & quando dicatur abdicatum , itaut beneficium vacet per obitum ; Papa , quando non dicatur sanasse crimen Simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apostolica circa admissionem resignationis beneficij facta in forma dignum quid importet.*
2 *Resignatio beneficij admissa sub conditione, ea non purificata, non intrat, declara, vt num. 3. & 4.*
5 *Beneficium per resignationem , quando vacare dicatur.*
6 *Resignatio beneficij est nulla, non secuta illius publicatione in tempore statuto.*
7 *Beneficij resignationis publicatio, quod in tempore non fuerit facta ex quo probari possit.*
8 *Publicationis defectus , reddit nullam resignationem beneficij.*
9 *Beneficij collatio , quando non infringatur per resignationem.*
10 *Prorogatio temporis publicationis resignationis beneficij non reddit resignationem validam.*
Dum in tempore prorogato non fuit facta dicta publicatio.
11 *Beneficij resignationis publicatio facta post mortem resignantis an valeat .*
12 *Papa vt dicatur sanasse aliquem defectum, debet de eo esse certioratus.*
13 *Gratia dicitur subreptitia dum non fuit narratum id , quod Principem reddidisset difficilem ad concedendam gratiam.*
14 *Gratia prorogationis resignationis beneficij, ne reddatur subreptitia , quid requiratur.*
15 *Latis mentio an sit facienda Papæ , in gratia prorogationis publicationis resignationis beneficij.*
16 *Principi sunt narranda omnia, quæ possunt eum reddere difficiliorem ad concedendam gratiam .*
Gratiæ subreptio aliud est si proueniat ex vna causa & aliud si ob aliam.
17 Decis. in causa Maioricen. Parochialitatis 1. Iulij 1643. coram bo. mem. Compostellano , *quo casu loquatur, & num. 18.*
19 *Resignatio beneficij corruit constito de Simonia inter Resignantem , & Resignatarium.*
Itaque legitimè potest beneficium à tertio consequi numer. 19.
20 *in Resignatione beneficij pactum appositum , quod daretur cedula Bancharia pro solutione pensionis , imo si fuit factum depositum actuale , an id sapiat simoniam, & num. 21.*
22 *Resignatio beneficij nulla omninò redditur , probata simonia , & perinde ac si facta non fuisset .*
23 *Simoniæ labes tollitur per reseruationem Beneplaciti Apostolici.*
24 *Simoniæ labes non tollitur per Beneplacitum Apostolicum , quando pacta fuerunt posita in executionem antea.*
25 *Et id non fuit narratum Papæ , sed fuit expressum solum, vti simplex conuentio.*
26 *Restitutio, quando fuit minimè realis non attenditur.*
27 *Papa, quid requiratur , vt dicatur sanasse labem simoniæ.*
28 *Simonia, quando non dicatur per Papam sublata.*
29 *Papa non purgat simoniam , dum non intelligit omnia pacta , & sic claris verbis non fuit narrata.*
30 *Simonia ad effectum priuandi aliquem beneficio , quod iam possidet requiritur plena , & concludens probatio.*
31 *Simoniæ labes , quando euitari non possit , & num. 32. 33. & 30.*
34 *Resignatio beneficij , quando non possit dici valida.*
35 *Testes deponentes relatiuè ad id , quod non fuit iustificatum, imo contrarium constat , non probant.*
36 *Resignatio beneficij , quando à vitio simoniæ non possit saluari.*

DECISIO CCLVI.

FRancisci de Ontiueros à Gaspare controuersi Archipresbyteratus de Quesada resignationem obtinentis, & Petri de Lossada post mortem Resignantis ab Eminentiss. D. Cardinale Sandoual Archiepiscopo Toletano prouisi (quorum vterque manutentionem sibi deberi contendebat) voluerunt Domini de bono iure videre ; Et causa supereo bis proposita , ad fauorem Petri emanauit hodie resolutio ; Non quidem ex eo quod Gratia Apostolica Francisci in forma Dignum, † concepta , contineat clausu- 1
lam conditionalem , *si idoneum esse reperreris* , ante cuius purificationem non fuerit ius à resignante abdicatum , & Beneficium per obitum , non † autem per 2
resi-

resignationem vacare dicatur iuxtà *decis.* 539. *num.* 3. *&*
*seq.par.*4.*tom.*3. *& decis.*92.*num.*13.*& seqq. par.*6.*rec.*
Nam placuit distinctio, quod hoc tunc demum proce-
deret, quando Prouisi Apostolici idoneitas esset impossibi-
3 lis probationis, ex quo re vera † habilis ipse non esset, vel
alia de causa Resignatio effectum suum sortiri non posset,
vt loquuntur Doctores exaduersos adducti, & præcitatæ
decisiones. Secus autem quando habilitas Resignatarij, vt
in præsenti probari potest, tunc enim cùm à principio de
tempore prouisionis, in rerum natura verè repetiatur, li-
4 cet à † nobis cognita non sit, sed ab Executore Apostolico
per subsequens examen patefacienda veniat, hinc fit, quod
per illam clausulam sola executio, non autem substantia
Gratiæ conditionalis effecta, iusà Resignante omninò ab-
5 dicat, & secura Idoneitatis relatione, † Beneficium per re-
signationem vacare censetur, Gabr. *cons.* 186.*n.*3. *&* 9.*lib.*1.
Lotter. *de re benefic. l.* 3. *q.*14. *à n.* 51. *vsque ad* 72. Rota *in
Burgen. Canonicatus apud Marches. de commiss. par.* 1. *fol.*
358.*n.*4.*&* 5. in puncto *in Maioricen. Parochialis prima
Iulij* 1643. *§. perinde ac si, coram Reuerendissimo Compostel-
lano, & in Calaritana Canonicatus* 20. *Nouembris* 1647.*co-
ram bo.me. Pentingerio §. nam respondetur.*
Sed quia idem Franciscus Resignationem infra debitum
6 tempus non † publicauit, iuxta Constitutionem fel. rec.
Gregorij XIII. impress. *in Bullar. nouo tom.* 2. *Constit.* 85.
vt apparet ex eo quod supplicatio signata fuit sub die 5.
7 Septembris 1650. expeditæ verò fuerunt litteræ † die 8. Iu-
lij 1651. & sic post nouem menses in dicta Constitutione
taxatos, vt hoc modo probari negatiuam non factæ pu-
blicationis in tempore admisit, Rota coram fa. mem. Greg.
XV. *decis.* 210. *num.*4. *vers. vel si expedimus litteras. & in
Leodien. Archidiaconatus* 1. *Iulij* 1652. *§. Modus in fin. co-
ram R. P. D. meo Cerro.* Ob cuius publicationis defectum
8 dixerunt Domini resignationem fuisse † nullam, atque illa
Franciscum iuuari non posse, nec ex ea beneficium acqui-
siuisse prætendere iuxta tradita per Flamin. Paris. *de resi-
gnat. lib.* 11. *q.* 7. *n.* 1. *& per tot.* Less. *de Inst. & Iur. lib.* 2. *c.*
35. *num.* 194. *vers. nono si Resignatio,* Modern. *Pisan. de Iure-
patr. lib.* 13. *cap.* 10. *n.* 80. *& seq.* Rota *d. decis.* 539. *n.* 15. *par.*
4. *tom.* 3. *& decis.* 132. *num.* 12. *& seq. par.* 5. *rec. & in dicta
Maioricen. Parochialis §. Prout non facit, Colonien. Canonic.*
17. *Iunij* 1647. *§. Quia cum, & §. Nihilque refert coram R.
P. D. meo Meltio, Compostellana Parochialis* 21. *Febr.*
1650. *§. secundo quia idem Resignatarius coram Reuerendiss.
D. meo Decano, & in Viterbien. beneficior.* 23. *Iunij* 1653.
coram R. P. D. meo Celso, §. Nec onus; Atque ideò Archi-
presbyteratum spectare ad Petrum de Lossada ab Eminen-
tissimo D. Archiepiscopo prouisum, cuius collatio per an-
9 tecedentem resignationem nullam, † & inualidam instin-
gi, aut impediri non potuit, Paris. *de resignat. l.* 8. *q.* 7. *n.* 141.
vers. & absurdum videretur, Rota *in Nicien. Canonicatus* 24.
Nouemb. 1650. *coram Reuerendiss. D. meo Decano §. quia
cum vers. neque ideò dictam collationem.*
Neque habita fuit in consideratione prorogatio tempo-
10 ris à Francisco ad publicandam resignationem † obtenta:
prout sufficere, si intrà tempus prorogatum fiat publicatio,
voluit Rota *decis.* 63. *num.* 12. *par.* 6. *recent. Beneuentana Ca-
nonicatus* 8. *Febr.* 1647. *coram bo. me. Bichio §. Tandem
constat, & in Compostellana Parochialis prima Iulij* 1648.
*coram Eminentissimo D. Card. Otthobono §. defectus publi-
cationis.*
Quia facta fuit iam defuncto resignante, cuius obitum
11 tantum abest, quod Pontifici narrauerit Franciscus, vt
necessarium erat per ea, quæ tradit Paris. *de resignat. lib.*
11. *q.* 7. *num.* 68. *&* 78. quod imò illi suppositum fuit, de
12 tempore gratiæ restitutoriæ Resignantem adhuc † viuere
ex quo prorogatio omninò nulla, & subreptitia peni-
tus effecta fuit, cùm certum sit quod Pontifex, cognito
13 Resignantis † obitu, gratiam difficiliùs concessisset, Rota
coram Mantic. *decis.* 214. *num.* 2. *& in recent. decis.* 496.
num. 2. *par.* 5. in terminis *in Mediolanen. Canonicatus* 17.
Iunij 1641. *§. Praterea resignatio coram bo. me. Cardinali
Panzirolo, Cæsaraugustana Beneficij de Linares* 10. *Febr.*
1645. *§. non itaque coram bo. me. Bichio impress. post P. Dian.
resol. moral. tom.* 8. *fol.* 355. *Mediolanen. sustentationis libri*
27. *Iunij* 1647. *§. non obstat decretum coram Reuerendiss.
Terracinen.*
Non obstat, quod tunc demum obtinens prorogationem
14 temporis ad publicandum debeat litis † mentionem facere,
quando de defectu publicationis à parte aduersa iudicialitèr
oppositum fuit: secus autem è contra, quia tunc ob ius Par-
ti non quæsitum, taciturnitas litis, † prorogationem sub- 15
reptitiam non efficit iuxta distinctionem quam amplexa est
Rota *in Beneuentana Canonicatus* 8. *Februarij, &* 27. *Maij*
1647. *coram bo. me. Bichio.*
In casu enim longè diuerso nos versari responsum fuit,
quia hic † subreptionis vitium ex litis taciturnitate non desu- 16
mitur; sed ex omissione narratiuæ obitus Resignantis, &
collationis ab Ordinario factæ, quæ omni casu Pontifici ex-
primenda erant, † cuius contrarium non fuit resolutum in
allegata *Maioricen. Parochialis* 1. *Iulij* 1643. *coram Reueren-
diss. Compostellano,* cùm etiam ex positione illius causæ satis
constet, mortem Resignantis secutam † ante prorogationem 18
temporis ad publicandum Summo Pontifici narratam.
Ex alio prætereà capite aduertebant Domini, quod corruit
Resignatio, & per consequens constat de bono iure Petri,
quia nempè inter Resignantem, † & Franciscum Resigna- 19
tarium Simoniaci tractatus præcesserant, ad realitatem po- 19
steà redacti. Nam in mandato procuræ à Resignante expres-
sè cautum fuerat, quod sibi annua pensio 300. scutorum re-
seruaretur, pro quorum † solutione Resignatarius non so- 20
lum cedulam banchariam pro sex subsequentibus annis præ-
staret, sed etiam actuale depositum scutorum 4763. in Cu-
ria Martiti fieret, vt sibi propria authoritate aduenientibus
Pensionum † terminis satisfacere posset, quod pactum ma- 21
nifestam simoniam præsefert, Suarez. *de Relig. to.* 1. *l.* 4. *c.*
35. *n.* 23. *vers. neque in hoc,* Less. *de Inst. & Iur. l.* 2. *c.* 35. *dubit.*
25. *n.* 93. Lotter. *de re benef. l.* 1. *q.* 39. *n.* 58. Qua stante re-
signatio Beneficij nulla † omninò reddita fuit, eodem modo 22
ac si facta non fuisset Rebuff. *in prax. tit. de Simoniac. re-
nunciat. n.* 1. Paris. *de resignat. l.* 14. *q.* 1. *n.* 1. *& seqq.* Azor. *In-
stit. moral. par.* 2. *l.* 7. *c.* 27. *in princ.* Modern. Pisan. *de Iure-
patr. lib.* 13. *c.* 10. *n.* 90.
Nec euitari potest Simoniæ labes sub duplici prætextu,
primo quod ad hæc pacta deuentum † fuit cum reseruatio- 23
ne beneplaciti Apostolici, vt ad hunc effectum sufficere
tradunt supracitati Doctores, & Farinac. *consil.* 75. *sub
n.* 19. *vers. quibus stantibus l.* 1. Quia cùm antequam Bene-
placitum obtineretur, & eodem die facti mandati deuentum
fuerit ad executionem pactorum per actuale depositum, † 24
(quod postea factum narratum non fuit Pontifici Maximo,
sed expressa simplex conuentio de deponendo) eo ipso com-
missa fuit Simonia per executionem illicitæ † conuentionis
ante obtentum beneplacitum Summi Pontificis, Nauar. *con-
sil.* 27. *n.* 2. *de Simon.* Paris. *de confid. q.* 40. *n.* 52. Sanchez. *con-
sil. moral. l.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 39. *num.* 2. *& seqq.* Lotter. *de re be-
nefic. l.* 3. *q.* 29. *nu.* 177. Rota coram Card. Seraph. *decis.* 247.
n. 3. *vers. non obstante reseruatione,* & coram Penia *decis.*
440. *n.* 6. *&* 7. *secund. impress. Venet.*
Secundò, quod postquam Pontifex beneplacitum dene-
gauit depositum fuerit restitutum; Nam præterquamquod
realis restitutio, nunquam † facta fuit, nisi post mortem 26
Resignantis, cuius vita durante, depositum semper apud
Depositarium remansit ad fauorem Resignantis, vt ex par-
tita libri Mercatoris apparet; Responsum fuit, quod essen-
tia Simoniæ in præsenti casu non consistit, in eo quod per
Partes factum fuit, postquam Sanctissimo supplicationem
porrexerunt, sed in eo quod † pactum illicitum executum 27
fuit antequam Pontifex Maximus à Partibus adiretur, vt
tradunt dicti Doctores, & in fortioribus terminis Less.
de Iust. & iur. lib. 2. *cap.* 35. *dubit.* 15. *num.* 92. *vers. si enim ab-
solutè concluderent.* Quæ quidem Simonia per subsequen-
tem aditionem Pontificis tolli † non potuit: dum ipsi nar- 28
ratum non fuit depositum fuisse effectuatum, & Sanctissi-
mi Patris authoritas Simoniam non purgat, vbi ille † om- 29
nia pacta non intelligit, & quando claris verbis omnia non
exponuntur, Lotter. *de re benefic. l.* 3. *q.* 29. *n.* 179. Rota coram
Verall. *decis.* 203. *n.* 1. *& decis.* 204. *per tot. par.* 1.
Quæ ratio eo faciliùs per Dominos amplexa fuit, quia
non agitur hic de priuatione Beneficij per Franciscum
Resignatarium iam obtenti, sed solummodò de ipso ab
illius consecutione repellendo in concursu Prouisi ab or-
dinario, in quibus terminis plena, & concludens simoniæ
iustificatio non exigitur, sed ex † præsumptionibus, ad- 30
miniculis, & signis moraliter simoniam probantibus de-
ducta sufficit quicquid in primo casu dicendum esset, vt di-
stinguendo firmat Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 35. *num.*
19. Io: Aloys. Ric. *decis. Cur. Archiep. Neapol. par.* 3. *dec.* 62.
num. 5. 6. *& seq.* Adden. ad Buratt. *decis.* 445. *n.* 15. Rot. coram
Card. Seraphin. *decis.* 916. *num.* 3. *& seqq. & plenè in Ca-*

lagurstana Beneficij de Bilbao 5. Iulij 1655. §. hac tamen, & 25. Maij 1656. in princip. coram bo.me. Bichio.

Et licet Gaspar de Velasco Resignans nouum mandatum
31 fecerit † ad resignandum cum conditionibus Sanctissimo heneuisis, & cum prædicta cedula bancharia per sex annos à Pontifice admissa, in illo tamen explicitè data fuit facultas resignandi cum qualitatibus pactis, & conditionibus in priori mandato contentis, vt in *Sum. hodierna Positionis Petri num. 6.* vnde fit vt cum pluræque ex illis conditionibus
32 † in originali supplicatione fuissent à Pontifice deletæ Simonia etiam ex hoc capite fuerit commissa ex traditis per Parisi. *de resignat. lib. 6. qu. 2. num. 73. & qu. 40. num. 49.* Et vlteriùs eo Procuratores vsi non fuerunt, quia imò lit-
33 teras Apostolicas ad fauorem Francisci in vim † prioris mandati expediuerunt, & propterea per secundùm sine effectu resignatio conualidari non potuit: Vigore autem primi Procurator, non admissis per Sanctissimum condi-
34 tionibus à Gaspare præscriptis, validè † resignare non potuit, Paris. *de resignat. lib. 9. q. 17. num. 35. & seqq.* Rota *decis. 82. num. 1. par. 6. rec. & in dicta Mediolanen. Canonicatus 17. Iunij 1641. §. quod autem per assertam resignationem, coram bon. mem. Cardinale Panzirolo.*

Testes denique pro parte Francisci examinati deponentes Resignantem, & Resignatarium à Priore deposito recessisse, & aliud ad formam mentis Sanctissimi pro sex annis factum fuisse, non obstant. Quia vltrà quod eorum scientia deducitur ex quo interuenerunt in actu secundi mandati ad resignandum, quod vt supra continet conditiones in priori descriptas, & executum non fuit, cum depo-
35 nant relatiuè † ad cedulam secundi depositi, de qua nulla hucusque exhibita fuit iustificatio (sed de contrario constat ex alia effectum sortita) nihil probant Rota *decis. 237. num. 4. par. 1. rec.* & coram Buratt. *decis. 600. num. 8.* Cùm sem-
36 per præmissa subsistant de deposito effectum sortito † antequam facultas obtineretur à Summo Pontifice, & de continuatione conditionum prioris mandati, in quibus Simoniam consistere dictum est.

Et ita ex duplici capite resolutum fuit constare de bono iure Petri, vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Tarraconen. Præcentoriæ.

Mercurij 13. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Regula quarta Cancellariæ cum reseruet quæcumque beneficia quomodocumque vacantia per obitum familiaris Cardinalis, eorum familiaritas ex quibus probetur.

Regula secunda Cancellariæ reseruatoria beneficiorum Sede Episcopali vacante, quo casu non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium obtinenti tribus necessarijs probatis conceditur immissio.*
2 *Clericatus ex litteris Apostolicis, etiam in forma gratiosa, iustificatur.*
3 *Et ex Testium depositionibus.*
4 *Obitus per testes, & Parochi fidem ex mortuorum libro extractam, probatur, & num. 5.*
Etiam ad effectum reseruationis.
6 *Reseruatio beneficij ex Cardinalis familiaritate resultat.*
7 *Regula quarta Cancell. reseruata beneficia familiaritatis Cardinalis, quamuis ob mortem, vel alias à seruitio recesserit.*
8 *Familiaritatis probatio debet esse concludens.*
9 *Et talis dicitur, quæ secundum casus contingentiam occurrit.*
10 *Familiaritas ex assertione consanguinei Cardinalis, vel aliter qualificata persona probatur, & numer. 13.*
11 *Familiaritas ex mente, & dente contrahitur.*
12 *Attestationi personæ grauis multum defertur.*
14 *Testium depositio adminiculata plenè probat, etiamsi exceptiones patiatur.*
15 *Episcopale Sede vacante beneficia, quomodocumque vacantia sunt Papæ reseruata vigore reg. 2. Cancellar.*
17 *Beneficia in Ecclesia Cathedrali vacantia de iure communi Episcopus, & Capitulum simul prouident, & eo defuncto Capitulum tantùm.*
18 *Beneficia, vigore alternatiuæ inter Episcopum, & Capitulum, eo defuncto, fiunt liberæ collationis.*
19 *Episcopum beneficia conferendi potestatem pertinere absque consortio testibus probatur.*
20 *Decis. Rot. in Tarraconen. Canonicatus coram Sacrat. apud Marches. declaratur.*
21 *Reseruationem alteram sufficit verificare pro gratia iustificatione.*
22 *Narratiuam sufficit non esse omnino falsam.*
23 *Clausula, Siue præmisso, vel, & effectus.*

DECISIO CCLVII.

IOanni Torres prouiso Apostolico de Præcentoria in Ecclesia Tarraconen. de mense Martij 1652. vacante per obitum Michaelis Berenguer, & successiuè in illius Iure gratiosè subrogato dixerunt Domini, dandam esse immissionem, † quia probat illa tria necessaria, scilicet proprium 1
Clericatum, obitum Michaelis in possessione Præcentoriæ, & reseruationem, quibus concurrentibus immissio non denegatur, Garz. *ad reg. 8. §. 7. probemus alii n. 117.* Marescott. *var. resol. cap. 1. num. 55. lib. 2.* Mohed. *dec. 11. lit. pend.* Rota coram Seraph. *dec. 1426. num. 1.* Caual. *dec. 450. & 458.* san.mem. Greg. XV. *dec. 103.* Buratt. *dec. 407. & in recen. dec. 154. & dec. 700. par. 1. vbique num. 1.*

Clericatus d. Ioannis rectè iustificatur ex litteris Apostolicis in forma † gratiosa expeditis, quæ non solent per da- 2
tariam concedi, nisi constito de Clericatu prouisi, Ferret. *cons. 386. num. 1.* Rota coram Achil. de Grassi. *dec. vnica super reg. de Munar. in Segobien. Parochialis 13. Ian. 1603. coram bo. me. Cardinali Pamphilio apud Merl. dec. 896. num. 3. & in Melenitana beneficij 31. Ianuar. 1653. §. Clericatus coram R. P. D. meo Albergato,* innixis Testibus † de fama, 3
& communis deputatione super eo deponentibus, sa. me. Greg. XV. *dec. 20. n. 1. dec. 103. nu. 7. & dec. 394. n. 2.* Buratt. *dec. 407. n. 7.*

De obitu Michaelis in possessione constat, tam ex Testibus † formiter examinatis de probata voce, & fama de- 4
ponentibus, quam probationem, vt in hac materia sufficientem admittit Rota, vt videre est coram Buratt. *d. dec. 407.* Caual. *dec. 559. num. 1. & in rec. decis. 252. in fin. & dec. 509. num. 4. par. 2. & dec. 225. num. 16. par. 7.* quam ex fide † Parochi extracta ex libro mortuorum in quo fuit de- 5
scriptus tamquam Præcentor. Rota apud Vrgellen. *decis. 406. num. 4.*

Reseruatio tandem duplici capite insurgebat, Primò, quia † Michael Berenguer, tempore quo Præcentoriam 6
controuersam obtinuit erat familiaris, & continuus commensalis bo. me. Aloysij Cardinalis Caetani, † ex qua fami- 7
liaritate resultat reseruatio illius vigore regulæ tertiæ Cancellariæ, hodiè quartæ per quam inter alia expressè reseruantur beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, quamuis ab ipsa familiaritate ob mortem illorum, vel alias recesserint, vt declarant glossatores adducti per Caroc. *ad reg. 8. gloss. 51. n. 62.* Lotth. *de re ben. lib. 2. quæst. 31. num. 71.* Rota coram Gregor. *dec. 106. num. 4. & decision. 53. n. 1. part. 6. recent.*

Probatio familiaritatis, † quæ ad effectum inducendi re- 8
seruationem debet esse concludens, vt dicunt Sarnien. *in reg. de benef. vac. per obitum famil. Card. dec. 13. num. 6. vers. & id declaratur,* Simonet. *de reseru. dec. 36. num. 5. aliique relati in dec. 584. num. 1. part. 1. rec.* Non tamen adeò strictá, quin plena, & concludens dicatur illa, quæ occur-
rit † secundum casus contingentiam, vt fuit dictum in Hispalen. Archidiaconatus 20. Feb. 1606. coram Iusto, & penes Buratt. *dec. 255. num. 4.* Add. ad Gregor. *dec. 166. litt. A. vers. licet,* sufficiens visa fuit † in præsenti illa desumpta ex publica, & iurata attestatione Excellentissimi D. Ducis Caetani eiusdem prædefuncti germani fratris, vbi testificatur de particulari seruitio per dictum Berenguer præstito eidem Cardinali, & ea parte Cardinalis de subministratione partis, hoc est panis, ac habitatione, sicuti cæteris familiaribus assignata, & sic de ea familiaritate, & commensalitate, † quæ ea mente, & dente contrahitur, *DD. in c. fin. de verb. signif. in 6.* Rota *dec. 184. n. 3.* Add. ad Greg. *sa. cit. dec. 166. vers. probatur autè.* Hisce enim † grauibus personis,

nis, vt eſt Dominus Dux multum deferendum in eo, quod afferunt dixit *Text. in l.1. ff. de officio Præfecti Prætor.* Bart. *in l.ambitioſa num.27. & in tot. ff.de dec. ab ord.facti*, Ruin. *conſ.69. ſub num.1. verſ. contrarium, & conſ.165. num.1. & 16.lib.1.* Rota coram Coccin. *deciſ.19. num.1. & 2. & in Melitana Commenda 19. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Vereſpio, §.collationem, & DD. viſa fuit*, & in terminis
13 ad † effectum probandi familiaritatem dixit Rota *in Auenionen. Archidiaconatus 17.Febr.1617. & in Romana Legati 26. Ian.1622.* coram Buratt. *dec.228. & 593. num.6. & 7. inter eius impreſſ.*

Quæ atteſtatio eo magis includit familiaritatem dum
14 concurrunt adminicula, quæ optimè deſumuntur, † & reſultant ex pluribus Teſtibus de eadem familiaritate deponentibus, quamuis aliquas poſſent pati exceptiones, Buratt. *d. deciſ.228. num.13. & ſeq. deciſ.320. n.7. & 8. & deciſ.709. per tot. num.ibid.* Add. *litt. A. & in Romana Teſtamenti 22. Martij 1656. coram R.P.D. meo Cerro.*

Alterum reſeruationis caput deducebatur ex eo, quod tempore obitus Berenguer vacabat Sedes Epiſcopalis Ter-
15 raconen. vndè collatio † Præcentoriæ ſpectabat ad Sedem Apoſtolicam ex regula ſecunda Cancel. ibi enim Papa reſeruat beneficia quomodocumque poſt obitum, & aliorum vacauerint, vt prædictis regulæ verbis notat Lotth. *de re ben. lib.2. q.34. n.5. & ſeq.*

Quod autem Sedes Epiſcopalis tunc temporis eſſet vacans benè concludunt Teſtes pro parte Ioannis dati in *Summ. num.6.* & fides obitus ipſius Berenguer ibidem *num.*
16 *vlt.* ex qua reſultat † probatio in mente etiam ad effectum reſeruationis, Rebuff. *in tract. de Decimis quæſt.2. num.10.* & Rota *deciſ.700. n.4. par.1. rec.* Buratt. *deciſ.11. n.2. & 161.* latè Add. *lit.C.*

Non obſtat, quod obijcitur collationem Præcentoriæ ad
17 Sedem Apoſtolicam non ſpectaſſe, † & quod de iure communi prouiſio beneficiorum in Eccleſia Cathedrali vacan. pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, ideò eo defuncto prouidet Capitulum non obſtante regula reſeruatoria excipiente beneficia, quorum diſpoſitio eſt communis cum alio, in illis verbis, non tamen ad collationem cum alijs, aut etiam ad alterius præſentationem pertinentia, *Cap.1. ne Sede vac. in 6. cap. cum in illis 16. §. ſi vero de præbend. in 6.* Garz. *de benefic. par.1. cap.1. num.236.* Rota coram Card. Mell. *deciſ.173. 199. & 184. vbique num.1. & 2.* Quoniam non procedit concluſio, quando inter collato-
18 res fuit aliter conuentum, & inita concordia † alternis vicibus conferendi, cuius vigore beneficium fit liberè collationis, qui eſt in ſummo tempore vacationis, vt in puncto reſpondit Rota *in deciſ. 359. num.1. verſ. contrarium par.5. diu.*

In propoſito autem adeſſe conuentionem inter Epiſcopum, & Capitulum, quod collatio trium dignitatum in hac Eccleſia exiſten. nempè Præcentoriæ, Prioratus, & Sa-
19 criſtæ ad ſolum Epiſcopum † pertineat in menſibus ordinarijs ius conferendi proprietas, & poteſtas ſit illi abſque conſortio ſolidata concludenter probat ex quatuor Teſtibus in eodem *Summ.* Ioannis relatis *num.7.* & in præciſis terminis optimè comprobatur per Rotam *in d. dec.359. ſub num.1. verſ. verùm quia, & antè num.4. verſ. obſeruant. par.4. diu. & diſtinxit in Montis Alti 15. Decembris 1645. coram bon. me. Bichio, §. & additur.*

Quicquid eſſet dicendum, vbi eſſet diuiſum tantum exercitium ad euitandas diſſentiones, quæ poſſunt oriri inter plures ius inſtituen. habentes, quaſi tunc per obitum vnius deficiat exercitium. Diuiſio, & collatio remanet communis, vt non comprehendatur in reſeruatione *d. c.1. ne Sede vac. in 6.* Gonzal. *ad reg.8. gloſ.45. §.3. num.34. & 44. alijque qui poſſunt adduci.*

20 Cui nec contradicit † Rota in Tarraconen. Canonicatus 12. Nouembris 1607. coram Sacrato apud Marcheſ. *par.1. fol.343.* quia loquitur de Canonicatibus, non autem de tribus dignitatibus, quarum reſpectu adeſſe dd. particulares conuentiones, & concordiam affirmant præteriti Teſtes, & articulo diſcuſſo firmauit Rota *in d. deciſ.359. par.4. diu.*

Non ſubſiſtit, quod gratia Ioannis ſit reſtricta ad reſeruationem ratione Sedis Epiſcopalis vacan. per regulam ſecundam, nec ſe extendat ad aliam reſeruationem ex cauſa familiaritatis vigore regulæ quartæ, quia contrarium apertè legitur in ſupplicatione ibi per obitum Michaelis Berenguer illius vltimi poſſeſſoris, ac bon. mem. Aloyſij S.R.E. Cardinalis Caetani nuncupati familiaris, & continui commenſalis extra Romanam Curiam de menſe Martij 1652. Sede Epiſcopali Tarraconen. vacante defuncti, &c. ex quibus incontrouertibilis eſſe dicebatur vtraque reſerua-
tio, licet Ioanni ſufficiat alteram ex illis iuſtificare, Rota 21
coram Seraph. *deciſ.911. in fin.* Mant. *deciſ.81. num.4.* Buratt. *dec.11. num.3. & in alijs allegatis in Reginen. Bipthera-tus 13. Martij 1656. coram R.P.D. meo Priolo ſub §. quia concluſio*, vltrà quod ſatis eſſet, quod modus diſpoſitiuè nar-
ratus de facto iuſtificetur, † nec ſit omninò falſus, vt alius 22
modus vacationis capi poſſit ex clauſula generali, *Siue præ-
miſſo*, &c. Garz. *de ben. par.11. cap.1. num.35.* Lotther. *de re* 23
benef. lib.3. quæſt.8. num.61. Rota coram ſan. me. Greg. XV. *deciſ.37. num.10. & in rec. deciſ.309. num.2. par.2. cum concord. allegatis in Ebrodunen. Prioratus 1. Iunij 1654. coram R.P.D. meo Albergate §. vlt.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Poſtea Epiſcopo Papien.

Romana reſidui Dotis.

Mercurij 13. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Dos in certa quantitate promiſſa, licet deindè ſequatur declaratio per quam illa reducitur, integra tamen debetur, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Dotis promiſſio contra formam Sixtinæ Conſtitutionis facta tamen ſub reſeruatione beneplaciti Papæ, etiam à principio habet implicitam validitatem.*
Beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum ſi ſequatur dat perfectionem contractui, num.1. & 2. vbi vid.
2 *Beneplacitum Apoſtolicum incipit non à die data, ſed à die celebrati contractus, & num.ſeq.*
3 *Præiudicium tertij vbi non adeſt beneplacitum Apoſtolicum retrotrahitur.*
4 *Pœnitentiæ locus eſſe non poteſt donec ſequatur beneplacitum Apoſtolicum in contractu reſeruatum.*
Actio ex contractu facto ſub reſeruatione beneplaciti Apoſtolici exerceri nequit, quouſque beneplacitum non ſequatur num.4.
5 *Declaratio patris de dote filiæ conſtituenda quando ſufficiat.*
6 *Declaratio ſecundo loco facta nullius eſt roboris, ſi deindè alius contrarius emanauerit.*
7 *Inſtrumentum, eaque in eo contenta dicuntur per illius vſum approbata.*
8 *Obligatio præcedens per poſteriores actus incompatibiles reuocata, nullius eſt momenti.*
9 *Hæres beneficiatus ſi eſt creditor, poteſt effugere compenſationem eius ad quod hæreditario nomine teneretur.*

DECISIO CCLVIII.

DVas Deciſiones in hac cauſa emanatas, vnam ſub 8. Iunij 1643. & alteram ſub 8. pariter Iunij 1654. in quibus reſolutum fuit dotem conſtitutam per Octauium Coſtam Aureliæ eius filiæ in ſcutis 16. mil. 000 potuiſſe per ſubſequentem apocam ex interuallo factam à parentibus coniugum reduci ad quantitatem ſcutorum 14. mil. duplici fundamento euertere conabatur Philippus Coſta hæres dicti Octauij, nempè quia dicta dotis promiſſio in ſumma ſcut. 16. mil. tamquam nimis exceſſiua, & contra formam Conſtitutionis Sixtinæ moderatoriæ dotium non fuerit obligatoria, imò ipſo Iure nulla, & conſequenter antè obtentum beneplacitum Apoſtolicum licita fuerit illius modificatio. Secundò, quod admiſſo etiam, vt valida fuerit conſtitutio dotis in dicta ſumma ſcut. 16. mil. eaque reduci non potuerit, nihilominus ex quo Mauritius actor in præſenti iudicio eſt hæres Ioannis Baptiſtæ Ani, qui promiſit ſub obligatione Camerali, quod Aurelia, & Carolus coniuges non petijſſent hoc ſupplementum ſcutorum 2. mil. nec vnquam ex hac cauſa moleſtaſſent Octauium Coſtam

dotis

dotis promissorem, eiusque successores, ideò Mauritio obstet exceptio *l. vindicantem ff. de euict.* concessa itaque per DD. super istis duabus excitatis difficultatibus noua audientia, illisque hodie ad trutinam reuocatis, adbuc in alias decisis persistendum esse censuerunt.

Respectu enim primæ deductæ ex prætensa inualiditate Constitutionis dotis tamquam contra formam à Sixtina Constitutione permissam eam prorsùs corruere visa fuit, quia promissio, seu Constitutio dotis in d. summa scutorum 16. mil. non fuit purè, ac simpliciter facta, sed sub expressa reseruatione beneplaciti Apostolici, seu derogationis dictæ Sixtinæ Constitutioni cum clausula, *Non alias, aliter, nec alio modo*, & ita obligatio non fuit, vt prætendit Costa
1 à principio nulla, sed habuit implicitum Statum † validitatis, adeò vt superuenientiam beneplaciti Apostolici statim suam receperit perfectionem, *gloss. in l. necessario §. quod si pendente vers. si ita res ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. si quis vina ff. eod. tit.* Bald. & Salicet. *in l. 2. C. quando licet ab emptione discedere*, Dec. *in l. pecuniam 36. num. 4. in 2. notab. ff. si cert. pet.* Surd. *cons. 30. num. 9. lib. 1.* Parisius *cons. 1. num. 130. lib. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 26. n. 17.*
2 *cum seqq.* Et quidem non ex nunc à die, scilicet, † obtenti beneplaciti, sed ex tunc à die nempè celebrati contractus, Bart. *in l. Modestinus 76. in princ. in 2. notab. ff. de solutionib.* Mandel. *cons. 4. num. 5. in fine, & num. 51.* quod maximè procedit sine difficultate, quando prout hic, agitur non de
3 † præiudicio tertij, sed ipsorum contrahentium solummodo, *Cap. inter dilectos de fid. instrum.* Afflict. *decis. 286. n. 2. & decis. 135. n. 12.* Grat. *discept. forens. cap. 314. num. 13. & dixit Rota in Romana Cambiorum 4. Iunij 1644. coram Reuerendissimo D. meo Terracinen.*

Neque obstat, quod inter dotis constitutionem, & obtentum beneplacitum Apostolicum intercesserit medio tempore apoca parentum per quam fuit declaratum dotem re vera fuisse scut. 14. mil. tantùm, qua stante declaratione prætenditur fuisse quæsitum tale ius Octauio dotanti, vt non possit in eius præiudicium fieri retrotractio subsecuti beneplaciti Apostolici.

Etenim pro irreleuantia huius obiecti ponderatum fuit, quod ex Constitutione dotis primo loco facta in dicta summa scut. 16. mil. fuit coniugibus ius irreuocabile quæsitum, itaut non potuerint deinde parentes in illorum præiudicium dotem minuere esto, quod beneplacitum Apostolicum, sine quo dos in dicta quantitate substinere non poterat reseruatum quidem, sed adhuc obtentum minimè fuisset, quia defectus dicti beneplaciti operabatur quidem, vt obligatio donec illud superuenisset, esset inefficax quoad
4 exercitium actionis, † sed non ad effectum, vt pœnitentiæ locum esse posset, Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 26. num. 17. & 18.* & benè confert *Text. in auth. sed quamuis, C. de rei vxoria actione*, vbi, quod ad hunc effectum suffi-
5 cit sola declaratio partis de certa dotis † quantitate constituenda, Dec. *cons. 35. num. 12. 14. & seqq.* Paschal *de patria potestate par. 1. cap. 4. num. 34. & seqq.* Rota *in rec. decis. 199. num. 6. par. 6.*

Accedit præterea, quod ijdem parentes, qui dictam apocam firmarunt in precibus deinde porrectis Pontifici pro obtinendo beneplacito Apostolico, & respectiuè pro habenda derogatione Constitutionis Sixtinæ quantitatem dotis in eadem summa scut. 16. mil. exposuerunt inserentes vlteriùs tenorem contentorum in Instrumento dotali, ex quo apparet, quod parentes intellexerunt, ac voluerunt
6 primam dotis Constitutionem in omnibus approbare, † & declarationem secundo loco factam non attendere, Dec. *cons. 63. sub num. 4. vers. non obstare, & num. 6. vers. nec obstat*, Vtsil. ad Afflict. *decis. 335. num. 8.* à Ponte *decis. 6. n. 4.* Rota coram Mantic. *decis. 57. num. 7.* & coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 267. n. 9.* idque magis dum eædem partes dicto breui cum Instrumento in illo inserto pluries vsæ fue-
7 runt, ex quo pariter oritur † confessio, & approbatio omnium in eo contentorum, Rota coram Caualerio *decis. 26. n. 4.* coram Greg. *decis. 238. num. 15. & in recent. decis. 242. num. 3. par. 2.*

Hinc resultat etiam responsio ad aliud principale obiectum quo præcedentes resolutiones in hac causa captæ potissimum impugnabantur. Nam si partes non obstante dicta apoca declarationis voluerunt persistere in eadem voluntate quoad quantitatem primo loco constitutam, & declaratam frustrà obijcitur, quod Ioannes Baptista de Aste promiserit liberare Octauium Costam, eiusque successores à molestijs, quæ inferri potuissent occasione dictorum scutorum 2. mil. quia dicta apoca non est habenda † in 8
consideratione tamquam virtualiter reuocata per posteriores actus cum illa incompatibiles, *l. sed & posteriores ff. de legib. l. cum in plures, §. locator horrei, ff. locat. l. 1. in fine ff. de stipular. seru. l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, l. pacta nouissima Cod. eod. tit.* Surd. *decis. 195. num. 7. & cons. 359. num. 34.* Rota *in recent. decis. 593. num. 2. & 3. part. 4. recent.*

Præterea alia etiam ratione tueri se posse visus fuit Mauritius ab huiusmodi obiecto, & est, quod cùm sit hæres beneficiatus Ioannis Baptistæ potest ille tanquam hæres etiam Aureliæ matris declarari creditor Octauij dotantis, reiecta compensatione † eius quod alio titulo, & ex alterius 9
persona, scilicet nomine hæreditario Ioannis Baptistæ Aui debetur, Bald. *in l. eius num. 3. C. de compensat.* Grass. *de except. cap. 16. num. 54.* Modern. Lucan. *cons. 59. num. 29.* Grat. *discept. forensium cap. 948. num. 1. & seqq. & fuit firmatum in secunda decisione huius causæ emanata sub 8. Iunij 1654. coram me, §. fin.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Valentina Pontificalium.

Lunæ 15. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Pontificalia, & ornamenta Episcopi ad cultum Diuinum inseruientia, post eius obitum vigore Pianæ Constitutionis ad Ecclesiam spectant, & quæ ad Diuinum, & quæ ad profanum cultum dicantur destinata, hìc declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Pontificalia vigore Constit. Pij V. post obitum Antistitum spectant ad Ecclesias, quibus ipsi præsidebant.*
2 *Constitutionum Apostolicarum allegare contrarium, vel non vsum non præsumitur.*
3 *Clausula,* Sublata, ac decretum irritans, *contrariam obseruantiam infringit.*
4 *Constitutio Pij V. intelligitur de ornamentis, ac bonis ad cultum Diuinum, & non de profanis, & ad conuiuia destinatis.*
5 *Ornamentorum accidentalis vsus infectis, & functionibus solemnioribus, non concludit eorum destinationem ad cultum Diuinum.*
6 *Vsus ad cuius effectum fuit principaliter res parata attenditur.*
7 *Causa facti, & non factum inspicitur.*
8 *Text. in l. final. §. vxori de aur. & argent. legat. declaratur.*
9 *Cultui Diuino res destinata in profanum vsum non possunt conuerti.*
10 *Ornamenta quæ, & quomodo dignoscantur ad cultum Diuinum, & profanum destinata.*
11 *Ornamenta, & bona ad cultum Diuinum ordinata pignorari, & obligari non possunt.*

DECISIO CCLIX.

PRætendente Capitulo Valentino Pontificalia, quibus bon. mem. Archiepisc. Aliaga tum in publicis, tum in priuatis functionibus vtebatur, dum eidem Ecclesiæ præsidebat, institutum in partibus Iudicium pro illorum consecutione coram sub-Collectore Cameræ Apostolicæ, causaque per appellationem ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, dubitaui, An, & quæ bona debeantur, & per DD. responsum fuit, deberi bona inferiùs exprimenda.

Ratio resolutionis primæ partis educta fuit ex Constitutione san. mem. Pij V. in ordine 42. Bullar. nou. tom. 2. qua cauetur † Pontificalia per obitum Antistitum spectare ad 1
Ecclesias, quibus ipse præficiebant, nec comprehendi sub quibusuis facultatibus testandi, & alias disponendi eis concessis, vt legitur ibi.

Hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia, & singu-

& singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, & Gradualia, ac Cantus firmi, & Musica aliique quomodolibet nuncupati libri, & alia res sacra etiam auri, & argenti, ac quecumque alio bona per quoscumque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, &c. ad vsum, & cultum Diuinum, etiam in eorum priuatis adibus, & Capellis, vel Oratorijs destinata tempore eorum obitus ex Testamento, vel ab intestato relicta sub quibusuis facultatibus testandi, & alias disponendi minimè comprehendentur, nec sub appellatione spoliorum, sed ad singulas Ecclesias, in quibus resederint, aut quibus prafuerint, siue qua alias obtinuerint omnino spectent, & pertineant.

Nec subsistit, quod d. Constitutio non comprehendat Regnum Valentiæ, &c.

Quia exceptuatio in ea non legitur, quatenus verò ar-
2 guitur ex inobseruantia illius in eodem Regno, † hoc est idem ac allegare, non vsum vel contrarium vsum, quod non permittitur aduersus Constitutiones Apostolicas, vt respondit Rota coram Buratt. *decis.795. num.3.* vbi Adden. *num.9.* coram Caualer. *decis.77. num.3.& seq.dec.85.num.1. cum seq. ac decis.91. num.9.* ac coram bon.mem. Merlin. *de-*
3 *cis.814. num.4. & seq.* stante præsertim clausula, † *Sublata, ac decreto irritanti*, ex quibus contraria quæuis obseruantia infringitur, Buratt. *d. decis.795. num.2. in fine*, Merlin. *decis.637. num.15. & d.decis.14. num.6.*

4 Quo verò ad secundam † partem DD. dixerunt deberi illa ornamenta aliaque bona ad cultum Diuinum destinata, quæ seruabantur sub custodia Cappellani Vestiarij maioris, adnotata in *Sum.executorum num.2.* non autem ea quæ existebant penes prægustatorem vulgò, *Credentiere*, descripta in eodem *Sum. num.3.4. & 5.* quæ ad conuiuia, aliosque profanos vsus erant parata, quia de illis, non de istis loquitur eadem Constitutio, vt obscurè habetur ex verbis suprà relatis, ibi, *Omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, etiam auri, & argenti, & quecumque alia bona ad cultum Diuinum, &c. destinata.*

Non obstat, quod Archiepiscopus eis quoque vti consueuerit in functionibus Ecclesiasticis.

5 Quia vsus † huiusmodi, vtporè accidentalis ad maiorem, scilicet, ornatum, ac agendos solemniores dies festiuos non concludit destinationem ad cultum Diuinum, nec proindè comprehensionem in dicta Constitutione, vt in specie firmant Nauar. *de spol.Cleric. §.8. sub num.4. versic.qua ratione*, Hieron. Mainat. *de spol.seu fruct. inescat. num.326. inter tractat. de spol.* Azor. *institut. moral. part.2. lib.8. cap.3. quæst.7. in fine, vers.non item*, Bonac. *de contract. tom.2. disp.3. quæst.vlt. puncto 2. §.3. num.8.* Carolus Marant. *controu.iur. par.2. respons.15.per tot.* Ricciar. *in prax.resol.425. num.3. par.3.* Io.Bapt. Scort. *de Sociot. Iesu in select. Summ. Pontific. Constit. Epith.98. theor.242. in fine, vers.licet ne-*
6 *que.* † Ad hunc enim effectum debet attendi, ad quod res principaliter fuit parata, non ad quod secundatiò, & ex euidenti conuincitur, vt respondit *S.C. in l.ex facto 35. §. rer.Italicar. ff.de hæred.instit.* Bart. *in lege quamuis 28. n.1.ff. de aur. & argent. legat.* Roman. *cons.5. num.3.* nec factum
7 ipsum, † sed causa facti inspicitur, quæ fuit vt res ipsæ in vsus profanos non in Diuinos extarent, *l.verum 40. ff. de furt.glos.in cap. & si Christus verb. ex causa de iur.iur.in cap. vniuersitatis 24.in verb.subesset de sententijs excommun.& in c.intelligentia verb.ex causis de verb.signif.* Crauett.*cons.201. num.25.cons.253. num.2. & cons.319. num.7.* Marant. *d. rescript.15. num.7. & seq.*

8 Neque aduersatur † *Text. in l.fin. §.vxori, ff. de aur. & argent.legat.* vbi dicitur in legato rerum balnearium etiam argentum festiuis diebus vsitatum contineri, quia in eo textu supponitur argentum esse balneare, ratio dubitandi fuit, quia duplicis erat speciei aliud quotidianum, ibi, *Quæsitum est, an, & id argentum quo diebus festinis in balneo consueuit vti legato cedatur, &c.* hinc verò negatur bona esse ad cultum Diuinum destinata.

Grauisque asseritur, quod fuerint generaliter parata ad vsum Diuinum, secundariò autem ad vsum profanum,
9 † tum quia res ad cultum Diuinum destinatæ non possunt in profanos vsus conuerti, & in specie aduertit Scort. *in select. Summ.Pontif. constitut. de Epith.93. theorem 242.post med. versic.solum enim significat.*

10 Tum quia contrarium † conuincitur ex frequentiori vsu in profanis, & ex qualitate loci in quo seruabantur, ac persona custodis, prorsùs distinctis, ac separatis à loco, & custode rerum destinatarum ad cultum Diuinum, *d.Summario num.5.* Hinc enim apparet quo animo fuerint principaliter parata, qui in destinatione potissimùm est attenden. ad *Text. in d.l.ex facto 35.§.rerum Italicarum, ff.de hæred. instit.* Rota coram Card.Seraph. *dec.594. num.22.* Marant. *d. respons.15. n.9. par.2.*

Cessatque difficultas, quia ex Testibus in eodem *Summ.* relatis sub *num.6.* constat bona prædicta pluries fuisse oppignorata pro indigentijs domus Archiepiscopi † ob quam sa- 11
nè causam obliquari non potuissent, si ad cultum Diuinum fuissent destinatæ iuxta *Text. in cap.12. quæst.1.& in concordantibus alleg.* per Rodoan.*de reb.Eccles.non alien.in rubric. de caus.pietat. fol.mihi 137.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Beneficiatus S.Petri.

Veneris 15. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Fructuum restitutione agitur, & præcipuè Beneficij, quod ea debetur à die motæ litis, quotiescunque illi fuerunt à violento possessore percepti, imò etiam ipsæ distributiones quotidianæ, constito, quod legitimè prouisus ad interessendum, & inseruiendum fuit impeditus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus à die mota litis exacti sunt restituendi.*
2 *Commissio in Rota cum citatione addicendam contra habetur loco libelli.*
3 *Fructus in iudicio interdicti retinenda possessionis à die eius introductionis reficiuntur.*
4 *Et hoc procedit in omnibus interdictis.*
5 *Fructuum liquidatio in possessorijs, sumi debet à die contestata litis.*
6 *Possessor violentus fructus restituit perceptos etiam ante motam litem.*
7 *Spolium ex citationis defectu committitur.*
8 *Iudiciale à violento non differt dum iniustè, & nulliter fuit processum.*
8 *Æquiparatur spolio commisso à priuato.*
10 *Maxime si processum fuit ad partis instantiam.*
11 *Possessio in vim prouisionis Apostolica motu proprio tradita capta, sufficit etiam absque partis citatione.*
12 *Clausula*, A moto exindè quolibet detentore, *fuit executorem de mero mixtum.*
13 *Quicquid sit si possessio est vacans.*
14 *Distributiones quotidiana interessentibus dantur ratione actualis seruitij.*
15 *Residere impeditus sibi imputare non debet negligentia.*
16 *Impedimentum iacturam impedito inferre non debet cum impedientis locupletatione.*
17 *Impedimento ex partis culpa proueniente fructus non sunt restituendi.*
18 *Distributiones quotidiana fructuum appellatione non veniunt.*
19 *Fructus beneficij in solis distributionibus consistentes debent restitui.*
20 *Distributiones etiam quotidianas restituere tenetur vitiosos acceptator.*
21 *Fructus in mandato de manutenendo prius restituuntur, etiam non facta de illis mentione, & num.24.*
22 *Manuteneri petens fructus quoque petijsse censetur.*
23 *Clausula*, Sine præiudicio mandati de manutenendo, *etiam fructus comprehendit.*
25 *Fructus non consumpti, licet à bona fidei possessore percepti semper restituuntur.*
26 *Liber Capituli, & illius depositarij fructuum perceptionem, & quantitatem probat.*
27 *Ex Quietantia recepti certitudo deducitur.*
28 *Pensio est onus reale, & sequitur fructus à quocumque percipiantur.*

DECISIO CCLX.

COncesso præuijs duabus Decisionibus Antonio Rotæ
mandato de manutenendo in possessione contro-
uersi Beneficiatus sibi ab Eminentissimo D.Cardinali Ar-
chipresbytero collati, ac executioni demandato, institit
subindè Antonius fructus per Io.Bernardinum Frisonum
prouisum Apostolicum perceptos sibi restitui, ad quem ef-
fectum dedi dubium, An, & qui fructus deberentur, &
omnes receptos, ac penes depositarium existentes deberi,
fuit per Dominos resolutum.

Qui tempore exactionum distinguentes in primis abs-
1 que vllo dubio † consueuerunt restituenda esse scuta 347.
69.4. post motam litem exacta, quæ cœpta fuit die 27.
Aprilis 1654. vt constat ex commissione causæ cum cita-
2 tione partis ad dicen. † contra illam mihi directa, quæ in
Rota est loco libelli, Felin. *in cap.ad audientiam el 2.n.12.
post med. vers.quod non sit opus de rescript.* Acchill. de Grass.
decis.1.num.6.de iudic. Rota *in Bononien. bonorum 26. Fe-
bruarij* 1649. *§.fieri autem debet coram Eminentissimo D.
Cardinali Otthobono.* Nam cùm ab Antonio antiquo pos-
sessore intentatum fuerit interdictum retinendæ possessio-
3 nis, & petitum mandatum de manutenendo, † ab ipsa
introducti Iudicij, & petitionis die fructus veniunt resti-
4 tuendi, † iuxta naturam interdictorum, *l.3. ff. de in-
terdict.* & notat Faber. *in §. retinenda num.14. vers. item
fructus instit. eodem tit.* Rota coram Cardinale Seraph. *de-
cision.* 835. Caualer. *decision.* 499. Buratt. *decis.*184. *in re-
cens. decis.*666.*par.*2. & apud Modern. *de manut.decis.*317.
*vbique num.*1.

Posteà verò deueniendo ad fructus ante motam litem
habitos ad scuta 89. 21. 1. ascendentes idem putarunt,
5 † quia licet in remedijs possessorijs initium liquidationis
fructuum sumi debeat à die litis contestatæ, *l.certum Cod.
de rei vendic. l.2. C. de fructibus, & lit. expens. l. sed & si
l.28. §.si stante, vbi glos.* & Bart. *ff. de pet. hered.* Gratian.
*discept. forens. cap.*206. *num.*14. Caputaquen. *decis.*27. *n.*1.
*part.*2. san. mem. Gregor. *decis.*74. *num.*1. Seraph. *d. decis.*
835. *num.*2. *& in recent. decis.*740. *num.*3. *par.*4. *tom.*3. At-
tamen regula fallit, & fieri solet condemnatio ad fructus
etiam ante introductam litem, vbi fuit commissum spo-
lium, cùm vi expulsiua, violenta, & attentata. Tunc
6 enim possessor, † qui fructus recepit dicitur constitutus
in mala fide, vt nullo modo valeat illos lucrari, sed de-
bentur primo possessori expulso ab initio, & violenta
eiectione, *l. si qui in puteum* 11. *§. quod ait Prætor, ff.quod
vi, aut clam, l.1.§.ex die ff. de vi, & vi armata,* gloss. &
Bart. *in d. l.3. ff. de interdict.* Gratian. *d. cap.*206. *num.*15.
Rota coram Coccino *decision.*439. *num.*1. *& in recent. de-
cision.* 187. *num.* 17. *part.* 7. & post Modern. *de subhast.
decis.*96. *num.* 2. *& decis.*100. *num.*4. *& seq. & in Romana
Domorum* 26. *Iunij* 1646. *§. non autem coram bon. mem. Bi-
chio, & in Romana Domorum in Burgo* 12. *Nouembris* 1649.
*§.... coram D. Card. Otthobono §.neque obstat, quod ver-
semur.*

Et in hoc casu nos versari ex eo apertè constare diceba-
tur, quia Io.Bernardinus assequutus fuit possessionem Be-
neficiatus de manu exequutorum, Antonio illius possesso-
re nullatenus citato, quod nunquam fuit controuersum,
& constabat ex ipsa possessione data in *Summario dicti An-
7 tonij n.*3. ob cuius citationis defectum proculdubio † com-
missum fuit spolium, *l.final. Cod. si per vim vel alio modo,
cap.licet Episcopus* 28. *de præben. in* 6. san.mem. Greg.XV.
*decis.*46. *num.*7. *decis.*105. *num.*5. *&* 6. *& decis.*500. *num.*5.
Buratt. *decis.*731. *num.*3. *& in rec. decis.*584. *num.* 2. *& seqq.*
8 *part.*2. quod quantumuis Iudiciale à violento, † tamen
non differt, dum nulliter, & iniustè processit parte non
audita, ad *Text. in l.memineris* 6. *C.vnde vi, cap.ex insinua-
tione* 43. *de procurat.* Felin. *in cap.dilectus* 26. *el* 1.*sub num.*1.
de rescript. & in cap. cum causa 22. *num.* 2. *&* 3. *de offic. de-
leg.* Abb. *in cap.conquerente* 7.*num.*8. *de restitut.spoliat.* Surd.
*cons.*189. *num.*30. Gratian. *discept.*734. *num.*6. Rot. coram
Card.Caualerio *decis.*539.*num.*1. *& in rec. decis.*224.*num.*5.
*vers.& ideò quamuis par.*2. *& decis.*117. *num.*2. *&* 3. *par.*4.
9 *tom.*... Et æquiparatur spolio non minus, † ac si fuisset
commissum à priuato, qui carens iurisdictione possessorem
deiecisset, *gloss. in cap.in summa* 3.*quæst.*1. Abb. *in d.cap.con-
querente*, & ibi B. o *num.*7. Roland. à Valle *cons.*6. *num.*12.
*lib.*2. Surd. *d. cons.*189. *num.*30. Menoch. *de recuper. possess.
remed.*8. *num.*8. Rota *decis.*278. *num.fin.par.*5.*recent.* † Ma- 10
xime, quia non processerunt ex se, sed ad ipsius Frisoni in-
stantiam, vndè fit, vt ipse, non illi dicantur spoliasse, Dec.
*cons.*125. *num.*3. Gratian. *in citata discept.*734. *n.*11. Benin-
tend. *decis.*93. *num.*8. Caualer. in eadem *decis.*539. *num.*9. *&
decis.*54. *num.*3. post Mungil. *de subhastat. & in Melenitana
Territorij* 26. *Iunij* 1631. *§.idque etiam vers. Iudex enim co-
ram R.P.D. meo Cerro.*

Nec valet responsio, quod executiones processerunt,
† & possessionem tradiderunt in vim prouisionis Aposto- 11
licæ motu proprio concessæ, quod sufficit pro iustificatione
decreti super executione, & possessione emanati absque
alia partis citatione. Quoniam catenus à Pontifice fuit de
Beneficiatu prouisus Frisonus, quatenus credidit, & sup-
posuit illum tunc temporis esse vacantem, vt apertissimè
colligitur ex ipsius prouisionis lectura, ibi, *Vacauerit, &
vacet ad præsens, &c. Summario Antonij num.*2. & nibilo-
minus cùm fuerit adiecta clausula, † *Amoto exindè quoli-* 12
bet detentore, tenebantur executores litterarum desuper
expeditarum, Antonium legitimum, & anteriorem pos-
sessorem citare, quia clausula prædicta vti concepta per
ablatiuum absolutum inducit conditionem, & facit execu-
tionem de mero mixtum, vt debeat assumere partes Iudi-
cis, & ad cognitionem causæ procedere, seruato Iuris or-
dine, ac possessorem, in cuius præiudicium gratia tendit
vocare, *cap.exhibita* 19. *de Iudic.* Felin. *in cap.de cætero* 5.
*num.*9. *de re iudic. & in cap.fin. num.*24. *de præsumpt.* Rota
apud bon.mem. Coccin. *decis.*113. *num.*5. & coram eodem
*decis.*142. *num.*7. *par.*5.*rec.* Card.Caualer. *decis.*278. *num.*8.
& 478. *num.*5. Duran. *decis.*437. *num.*3. Seraph. *decis.*1056.
*num.*2. & post Marchesan. *de commiss. par.*1. *fol.*1340. *num.*3.
quicquid esset, si possessio Beneficij esset vacans, † eo enim 13
casu exequutor neminem citare tenetur, vt explicat Garz.
*de benefic.par.*6.*cap.*2. *num.*141. Rota *decis.*333. *num.*2. *par.*4.
*to.*2. *rec. & in Treueren. Archidiaconatus* 13. *Ian.*1644. *§.&
hinc coram R.P.D. meo Cerro.*

Neque visum fuit subsistere, quod Antonius non possit
hos fructus prætendere, eo quia consistunt pro maiori par-
te in quotidianis distributionibus † dari solitis præsentibus, 14
& recitationi officiorum in Choro interessentibus, sed lu-
cratus fuit ipse Frisonus ratione actualis seruitij Ecclesiæ
præstiti, *cap.licet vobis* 32. *& ibi glos. de præbend. cap.vnico
de Cleric. non resid. in* 6. *Clem.* 2. *de ætate, & qualit.* quia
obiectum penitus remouetur cum ex prædicta facti serie
† deprehendatur per Antonium non stetisse quin resideret, 15
& Diuinis officijs, vt antea solitus erat interesset, sed coa-
ctus fuit se à Choro, & ab illis abstinere ex facto ipsius Io.
Bernardini, qui in dicta possessione se intrusit, & vexauit,
nullaque alia potuit hac vexatione sublata considerari ne-
gligentia in residendo. † Impedimentum enim non debet 16
iacturam inferre impedito cum locupletatione, & commo-
do impedientis, vt in istis terminis dixerunt Gratian. *di-
sceptat.* 591. *num.*34. *&* 35. Rota coram Seraphino *decis.*
1098. *num.*4. *&* 5. & bon. mem. Merlin. *decis.*762. *num.*3.
*& in puncto redditum Clericatus Basilicæ Sancti Petri res-
pondit* Rota *in decis.*618. *num.*15. *par.*4. *tom.* 3. *recent.* In-
tantum vt neque † possit huiusmodi fructuum restitutio re- 17
tardari, quamuis non præcesserit protestatio, quæ in eo
tantum casu requiritur, quo aliundè, quàm ex partis cul-
pa emanauerit impedimentum, vt distinxit Rota coram
Puteo *decis.*373. *num.*5. *lib.*1. *in correctis*, Gonzal. *ad reg.*8.
*Cancell. §.*7. *proœmiali sub num.*161. *vers.*4. *limita*, Grat.
*d.cap.*591. *num.*41. Rota *d.dec.*628. *n.*16. *par.*4. *to.*3. *rec.* Coc-
cin. *decis.*21. *in fine*, Adden.ad Burart. *dec.*644. *n.*11. *&* 12.
& alij relati per Modern. Auenion. *quæst.benefic.par.*2.*cap.*1.
*§.*9. *num.*39.

Non obstat, † quod appellatione fructuum non veniunt 18
distributiones quotidianæ, Cæsar. de Grass. *decis.*5. *de præ-
bend.* Cassador. *decis.*6. *& tot. tit. & d.vnica num.*1. *de Cle-
ric. non resid. & fuit dictum in Romana pensionis* 23. *Maij*
1644. *coram R.P.D. meo Meltio*, & hinc non teneatur Fri-
sonus ad dd.distributionum restitutionem, Decian. *cons.*43.
*num.*16. *lib.*1. Boer. *decis.*340. *num.*4. Nam pro resolutio-
ne obiecti duplex afferebatur limitatio, altera, vt non
procedat conclusio, quando fructus † Beneficij in solis di- 19
stributionibus, vt hic, consistunt, qui singulariter cuili-
bet certo anni tempore diuiduntur, illi enim dicuntur fru-
ctus, & distributiones grossæ, & loco fructuum Beneficij
habentur, *gloss.fin. in verbo plus dico in cap. vnico*, & ibi
Prob. ad Monach. *n.*6. *de Cleric. non resident.* Felin. *cons.*18.
*num.*6.

num.6. vers. modo ijs, Gonzal. *d. §.7. proœmiali num.* 158.
& 159. Barbos. *de iur. vniuers. Eccles. lib.3. cap.18. num.11.*
Rota coram Puteo *decis.365. num.4. in nouis*, *& decis.449.*
num.10. par.2. rec. & in terminis Canonicatuum, & Be-
neficiatuum Basilicæ Principis Apostolorum, & duarum
aliarum de Vrbe coram Vrgellen. *decis.285. num.95. & 99.*
& decis.411. num.7. & 8. Altera vt minus locum habeat fa-
uorem vir osi occupatoris, qui nè ex propria culpa com-
modum sentiat, & cum detrimento legitimi posseſsoris,
& iniusto illius facto à distributionum perceptione exclusi
20 contra Iuris, & æquitatis rationem illas lucretur, † om-
nes distributiones quotidianæ sub fructuum appellatione
restituere tenetur, etiam nulla præcedente protestatione,
Gonzal. *in cit. §.proœmiali*, *& d. num.161.* & laiè firma-
uit Rota *in Oriolen. Decanatus 1. Iulij 1648. coram Eminen-
tissimo D.Cardinali Corrado*, *§.quia cum ille*, *vers. compre-
hensis etiam*, Add. ad Buratt. *d.dec.694. n.12.*

Postremùm verò obiectum horum fructuum restitutio
saltem non sit modò facienda, sed in fine litis, dum illi
non fuerunt specialiter comprehensi in mandato de ma-
nutenendo, sed in sententia super petitorio lata, cuius ef-
fectus remanet suspensus per appellationem ab ea interpo-
21 sitam, pariter visum fuit cessare, † quia in mandato de
manutenendo veniunt prius ex natura ipsius remedij, vti
22 pars, & commodum † posseſsionis, vndè petens in illa
manuteneri censetur etiam petijsse fructus, etiam dum Si-
23 gnatura Iustitiæ per Frisonum adita, † rescripsit clausu-
la, *Sine præiudicio mandati de manutenendo*, intelligitur
idem etiam rescripsisse quoad fructus comprehensos in
posseſsione tanquam vnum ex effectibus illius, sicque
24 restitui debent ab ea die qua quis est manutenendus † ta-
metsi de illis nulla fuerit facta mentio in mandato ad *Tex.
in d. l.3.* vbi Bartol. *ff. de interdict.* Bald. *in rubrica num.1.
Cod. de fruct. & lit. expens.* Iason. *in §.omnium in fine instit.
de act.* Surd. *cons.293. num.* 15. Modern. *de manut. obser-
uat.74. num.14.* Rota post eundem *decis.17. num.3.* & pe-
nes bon.mem. Merlin. *decis. 366. num. 5. & in Bonon. bo-
norum 26. Februarij 1649. coram D. Card. Otthobono §. nec
obstare potest.*

Respectu denique fructuum non exactorum, & penes
depositarium existentium minorem Domini habuerunt dif-
25 ficultatem, quandoquidem vbi fructus † non sunt consum-
pti, sed extant, licet percepti à bonæ fidei posseſsore, ex
quibus locupletior fieret, semper debent restitui, *l. item ve-
niunt 22. §.præter hæc vers. eos autem*, *ff. de pet. hæred.* Bart.
in l. ex diuerso num.7. ff. eodem, Couar. *variar. resol. lib.1.
cap.3. num.6. cum alijs fusè cumulatis in decis.663. num.* 138.
& seqq.

Quod autem fructus percepti ad quantitatem sc.436. 91.
vt suprà expressam ascendant clarè constat es partitis ex-
26 tractis à libro Capitulari, † & illius depositarij, vbi sunt
adnotatæ portiones cuiuscumque Beneficiato, & signanter
27 ipsi Frisono solutæ cum quietantijs ibi insertis, † ex quibus
resultat certitudo receptorum per ipsum tempore retentio-
nis Beneficiatus, vt ad effectum liquidationis fructuum fir-
mant Cæs. de Grass. *decis.5. n.5. de restitut. spoliat.* Rota co-
ram Andrea *decis.52. n.3.* Duran. *dec.133. num.12.* & apud
Merlin. *decis.762. n.4.*

Cæterùm cùm Beneficiatus reperiatur grauatus certa
annua pensione, & es eisdem partitis extractis appareat vl-
trà dictam summam pecuniarum ad manus Frisoni per-
uentam; Pensionarium habuisse à prædicto depositario
Capituli in diuersis vicibus scuta 536. 19. Domini in dictis
sc.436. 91. à Frisono receptis, & restituendis hanc quanti-
tatem non comprehenderunt, quam, & quamcumque
aliam quæ docebitur in actis legitimè soluta in prædictam
causam pensionis decursæ vsque ad diem 17. Augusti 1656.
quo mandatum Rotale super manutentione fuit exequu-
tum, voluerunt esse accepto ferendam, cùm pensio sit
28 onus reale † cohærens Beneficio, & sequitur fructus à quo-
cumque percipiantur, *cap. si quis Laicus* 16. *q.1.* Rota co-
ram Greg. *dec.507. n.1.* apud Duran. *decis.67. n.18. & in rec.
dec.176. n.3. & dec.291. n.2. par.3. decis.407. n.2. par.2.*

Et ita decisum vtraque parte Informante.

R. P. D. PRIOLO,

Sulmonen. Iuris amouendi Capellanos.

Veneris 15. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Materia dum sapit dolum, & delictum tunc ad eius probationem, quid requiratur: Ad attentatorum probationem vt concedatur remissoria, fumus exclusionis calumniæ debet esse magnus. Expensæ magnæ non sunt fugiendæ in probatione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Dolum, vel delictum, quando aliqua materia sapit tunc plena, & exacta probatio requiritur.*

2 *Attentata, dum litigatur in Rota regulariter debent iustificari in Curia, nec est locus remissoria.*

3 *Limitatur tamen id, nisi simus in longissimis partibus, & hoc ad vitandas maximas expensas.*

4 *In Attentatorum materia, vt detur remissoria, cessare omninò debet suspicio calumnia, ex quo detur magnus fumus articulata materia attentatorum.*

5 *Sulmona Ciuitas distat ab Vrbe Romana per nonaginta milliaria.*

6 *Attentatorum probatio intra quale tempus benè fieri potuerit, & in quo casu.*

7 *In Obiectiua materia, quando petitur remissoria fumus exclusionis calumniæ, talis esse debet, vt faciat semiplenam probationem.*

8 *Ad Calumniam excludendam dum sumus in petitione, & materia est obiectiua, tunc non admittuntur Testes nulliter examinati, quidquid sit in alia materia.*

9 *Causa aliqua, aliud est, quod pendeat in Rota, & aliud si adsit in aliqua Congregatione, sed in abstracto fuit posita in Rota.*

Et hoc ad effectum, vt habeatur votum Rota.

DECISIO CCLXI.

FVit resolutum non constare de attentatis, nec esse
dandam remissoriam. Ratio primæ partis resolutio-
nis fuit, quia super amotione Capellanorum sine causa,
quæ prætenditur attentata, nulla penitus datur iustificatio,
quam tamen in hac materia, quæ sapit dolum, † ac deli- 1
ctum Rota plenam, & exactam requirit, vt fuit dictum in
decis.411. num.1. par.2. rec. penes Mannic. *decis.167. num.4.*
Merl. *decis.334. num.1. & in Comen. Iurispatr. 9. Iunij 1655.
coram Me.*

Secundæ verò partis ea fuit ratio, quia regulariter atten-
tata debent iustificari in Curia, nec datur facultas illa pro-
bandi ad partes per viam remissoriæ, vt dixit Rota *decis.7.
& decis.35. de probat. ac decis.10. num.2. de appellat. in an-
tiq.* Caſsador. *decis.4. num.1. de dilat.* & coram Buratt. *de-
cis.4. num.4.*

Et licet Regula limitetur quando Testes commorantur
† in remotissimis regionibus, itaut sine maximo incommo- 3
do, ac dispendio ad locum iudicij adduci non possint, iuxta
tradita per Menoch. *de recuper. posseſs. remed.15. quæst.25.
num.346. cum seqq.* Lancell. *de attent. par.3. cap.29. num.131.
& seqq.* Vel quando cesset omninò suspicio † calumniæ ex 4
quo detur magnus fumus materiæ articulatæ, vt dixit Ro-
ta penes Caſsador. *d. decis.4. sub num.2. de dilat. & decis.5.
n.6. de sequestr. posseſs. & fruct.* cum alijs per Add. ad Buratt.
d. decis.4. sub num.11. vers. vel saltem.

Neutra tamen limitatio applicatur casui nostro; non
† prima quia Ciuitas Sulmonæ distat ab Vrbe solum per no- 5
naginta milliaria, vt admittunt Informatores pro Capella-
nis, vndè Testes poterant sine maximo incommodo, ac
dispendio ad Curiam adduci, sicuti adduxit ac examinari
curauit altera pars super negotio principali; nihil obstante
impedimento Contagij cum à die quo attentata commiſsa
† prætenduntur vsque ad superuenientiam dicti impedi- 6
menti tresdecim menses intercesserint, quibus commodè
fieri poterat huiusmodi probatio, prout alia ex aduerso fa-
cta fuit.

Minus

Minus applicatur secunda, quia non datur aliquis fumus
7 calumniam excludens, qui in materia † obiectiua (prout
hæc) debet esse talis, vt faciat semiplenam probationem
Rota penes Verall. *decis.62. num.1. par.3. & decis.687. n.3.
par.3. lib.3. diuers. ac dec.302. num.14. & seq. par.5. rec.* co-
ram Penia *decis.256. num.2. cum seq. ac decis.344. num.2. &
in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram R. P. D. meo
Cerro, §. & licet, &c.* vbi pro fumo ad excludendam ca-
8 lumniam non † fuerunt admissi Testes nulliter examinati,
qui in alijs materijs regulariter solent admitti.

Et in hanc sententiam eo libentius DD. inclinauerunt,
quia hæc causa non pendet in Rota, sed in Sacra Congre-
gatione Episcoporum, & Regularium, quæ iuxta Com-
missionem san. mem. Innocentij X. Rotam consuluit in
9 abstracto super † articulo amotionis Capellanorum, super
quo proposito dubio die 16. Ianuarij 1654. coram bo. mem.
Bichio non fuit capta resolutio. Quare discussio attentato-
rum, de qua nunc agitur, spectat ad eandem Sac. Congre-
gationem, vt videntur agnouisse ipsimet Capellani dum ad
eam primo loco super eisdem attentatis recursum habue-
runt, & à D. Secretario obtinuerunt litteram missiuam Vi-
cario Generali, vt ad aliquam prouisionem deueniret eo-
rum *Summ. num. 5.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. BEVILAQVA.

Amerina Successionis.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Hæres creditor Testatoris, alio cohæredi immissio-
nem petenti, illam nullatenus potest impedire,
& quando.

SVMMARIVM.

1 *Retentio non datur vbi creditum non est certum, & liqui-
dum, & num. seqq.*
2 *Creditum quando non dicatur certum.*
3 *Compensatio crediti fit cum fructibus perceptis post mo-
tam litem.*
4 *Creditum effectum illiquidum per receptionem fructuum
post motam litem, non impedit immissionem.*
5 *Retentio datur creditori si pro causa sui crediti bona ad
eum peruenerunt, secus autem si ex alia diuersa.*
6 *Decisiones sunt supponendæ in alijs disputationibus, nec
reuocantur nisi sæpè partes super illis particulariter
audiantur.*

DECISIO CCLXII.

DVm in hac causa sub die 15. Maij 1656. quæreretur in
Monasterio Sancti Stephani de Ameria ex persona
Mariæ Hieronymæ Monialis, ibi professæ danda esset im-
missio in bonis liberis Antonij fratris; Catherina communis
soror opposuit retentionem pro diuersis creditis, & solutio-
nibus factis; sed Rota immissionem pro medietate bono-
rum concedendam esse respondit, & quod de retentione
particulariter videretur, super qua assumpta hodie disputa-
tione, illam non competere fuit resolutum.

Quia ad effectum, vt sit locus retentioni, opus est, quod
creditum, pro quo prætenditur sit certum, & liquidum in
1 substantia, & quantitate, † alias enim si tale non est, & ali-
quam patiatur controuersiam, non intrat retentio *DD. in
l. vnica 6. de compensat.* Surd. *decis.46. in fin.* Rot. *decis.559.
n.3. & 9. & decis.679. num.1. par.1. rec. dec.433. num.2. par.2.
dec.743. num.11. par.3. decis.117. num.19. par.4. tom.2. & de-
cis.411. num.34. par.5.* coram san. mem. Greg. *decis.254. n.3.*
Buratt. *decis.160. num.14.* Cardin. Caualer. *decis.539. num.
5. & 6.*

Huiusmodi autem visa non sunt credita per d. Catheri-
nam adducta, nam de pluribus non dabatur sufficiens iusti-
ficatio, alia verò multa soluta apparebant à quondam Can-
sacco, non autem ab ipsa Catherina, vt patebat ex octa-
ua, nona, decima, decimanona, vigesima prima, & vige-
2 sima quarta partitis in calculo contentis, † vndè certè pro-
cul dubio dici non possunt credita, vt requiritur ex superiùs
allegatis, & dixit etiam Rota *in decis.130. num.8.* apud Zac-
ch. *de oblig. Cam. & decis.151. num.5.* apud Modern. Foro-
liuien. *de pignor. & hypoth.*

Præterea vbi credita essent omnia iustificata, adhuc tur-
bida, & illiquida remanent, cùm enim Catherina fuerit
vsque, & de anno 1644. immissa in possessionem bonorum
hæreditariorum Antonij, quorum restitutionem modo Mo-
nasterium petit, & ab indè citra lite pendente omnes fructus
perceperit intrat proindè exceptio, quòd credita aut fuerunt
extincta † per compensationem cum dd. fructibus facien- 3
dam, Ruin. *cons.135. num.10. lib.3.* Soccin. Iun. *cons.136. n.14.
lib.1. cum alijs relatis in decis.312. num.4. & 5.* coram bo. me.
Merlino, aut adeò diminuta, & effecta illiquida, vt nisi ite-
rum liquidentur, † non valeat affirmari de illis constare ad 4
finem impediendi immissionem Monasterij, Paris. *cons.25.
num.65. lib.2.* Rota *d. decis.433. num.4. par.2. dec.77. num.15.
dec.391. n.6. & d. decis.411. n.27. par.5. rec.* apud Duran. *de-
cis.113. n.7.* Caual. *decis.539. n.5. decis.647. n.59.* post Mo-
dern. Perusin. *de manut. & in Bononien. fideicom. de Pancal-
dis 21. Iunij 1649. §. præterea coram bo. me. Peutingerio.*

Ex alio etiam dicebatur retentionem non competere Ca-
therinæ, quoniam bona de quibus agitur non fuerunt sibi
adiudicata pro hisce creditis, sed ex causa successionis,
quam sola prætendebat in bonis Antonij ab intestato de-
functi, quo casu non potest illa retinere, quamuis vera,
& realia essent credita, ex quo † retentio datur creditori, 5
quando bona ad eum perueniunt ex eadem causa illius cre-
diti, pro quo vult retinere secùs si ex causa diuersa, iuxtà
distinctionem Bart. *in l. si non sortem 26. §. centum num.8.*
Bald. *in fin.* Castr. *n.5. ff. de condit. indebit.* Negusant. *de pi-
gnor. 4. memb. §. 1. num.4. & decis.543. num.3.* Buratt. *dec.449.
num.3. & in citata decis.411. n.23. par.5. rec.* & post Man-
gil. *de subhast. decis.54. n.5.*

Non obstat, quòd bona ex quibus fuerunt percepti fru-
ctus proueniant ex fideicommisso Archimandritæ Messa-
nen. purificato ad fauorem ipsius Catherinæ iuxta antece-
dentes resolutiones, & sententias promulgatas, ideò ipsa
illos fecit suos nec sunt restituendi, vel cum creditis modo
debitis compensandi, siquidem iam fuit resolutum in vlti-
ma *decis. sub die 15. Maij adita*, bona ista esse libera Anto-
nij, & successionem in illis æqualiter ad eandem Catheri-
nam, & Monasterium spectare, quæ decisio secundum sty-
lum Tribunalis in hac noua disputatione est supponenda,
& non potest in † dubium reuocari, nisi partibus denuò su- 6
per ibi decisis auditis reuideatur, vt responsum fuit coram
bon. mem. Buratt. *decis.596. n.2. decis.857. num.4. & in de-
cis.604. n.4. par.5. & in Rom. Census 28. Aprilis 1653. coram
R.P.D. meo Cerro, & in alijs sæpe.*

Et ita vtraque &c.

*Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 15. Maij
1656. coram eodem R. P. D. Beuilaqua est supra hac Par-
te XII. Recent. decis.168.*

R. P. D. VEROSPIO.

Romana prætensæ Filiationis.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

De probatione filiationis in hac decisione tractatur
ad differentiam probationum, quæ in petitorio
requiruntur, & aliarum probationum, quæ in
iudicio super præstatione alimentorum admit-
tuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex prostituta muliere vulgò concepti censentur,
nec certum patrem assumunt.*
2 *Carnaliter cognoscens mulierem prostitutam, non exin-
de Pater filij istius mulieris dici potest.*
Sexagenarius generare non posse præsumitur, num.2.
3 *Filius natus ex muliere cum qua plures commercium ha-
bebant quem patrem agnoscat, vide in num.3.*
4 *Actus filiales contra agnoscentem eiusque heredes quasi
possessionem filiationis inducunt, sed vide num. seqq.
vbi limitatur.*
6 *Confessio patris plurimum infert ad probationem filia-
tionis.*

7 *Filia-*

7 *Filiationis quasi possessio ex tractatu, & denominatione desumpta in decisorio non suffragatur.*
8 *Coniectura in contrarium eo magis excludunt quasi possessionem filiationis in decisorio.*
9 *Probationes leuiores requiruntur in præstatione alimentorum lite pendente.*
10 *Descriptio filiationis in libro baptismi si iussu patris non probatur expleta non suffragatur in petitorio.*
11 *Senes septuagenarij aliquando prolem suscipiunt, intellige, vt num. seq.*
12 *De raro Contingentia non habentur in consideratione in iudicijs.*
Naturalia, & quæ secundum naturæ cursum procedunt in iudicijs seruantur num. 12.
13 *Filius potius præsumitur ex iuuene, quam ex sene progenitus, & sup. n. 3. cum antecedentibus, & seqq.*
14 *Filiatio eo magis plenè, & concludenter probari debet, si illa ex viro sene prætenditur.*
15 *Filiatio in petitorio plenario si non plenè probatur, excluditur, & alimenta denegantur.*

DECISIO CCLXIII.

Lite in hoc Sac. Auditorio instituta, atque vertente inter Matthæum, & Eugeniam agentes pro alimentorum præstatione in bonis q. Io: Baptistæ Veralli Marchionis Castri Viscardi prætensi eorum Patris naturalis aduersus Dominam Marchionissam Mariam eiusdem Io: Baptistæ filiam legitimam, & naturalem necnon beneficiatam ab Intestato hæredem, post habitas plures hinc inde probationes dubitaui, an filiatio Matthæi, & Eugeniæ sufficienti probationum genere concludatur; & in negatiuam post caussam bis propositam hodie DD. iuere sententiam: siquidem constat ex Testibus pro parte Marchionissæ productis, Angelam Matthæi, & Eugeniæ matrem Io: Iacobo Ferrario, florida tunc fruenti ætate, ac publico quæstui expositam extitisse; Hinc enim filij ex Angela progeniti vulgò concepti censentur, neque ratione † incertitudinis Marchionem
1 Ioannem Baptistam potuerunt proindè in patrem assumere, *iux. text. in l. vulgo concepti, ff. de stat. homin. §. si aduersus inst. de nupt. §. vulgo quæsitos instit. de successione cognat. not. DD. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* & ibi Bald. *num.* 11. Albet. *n.* 13. Alex. *cons.* 157. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. Natt. *consil.* 205. *n.* 2. & 3. Rota coram Mantic. *decis.* 149. *num.* 10. & 11. & *decis.* 289. *n.* 2. *cum seq. par.* 1. *rec.* & *in Romana Filiationis* 1. *Iulij* 1639. *§. & quidem prima coram Reuerendissimo Salamantino, & in Farsen. Bonorum* 23. *Ianuarij* 1647. *in §. eo magis coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Corrado*, licèt eumdem Ioannem Baptistam commercium
2 Carnale cum Angela exercuisse probetur. † Dum enim procreationis præsumptio in Sene sexagenario ex dispositione iuris excluditur, de qua in *l. si pater familias §. vltimo, ff. de adopt.* Menoch. *de arbitr. cas.* 89. *num.* 58. *cum seqq.* Mascbard. *de probat. concl.* 788. *num.* 43. & 45. habita prolis susceptio non quidem Marchioni septuagesimum tertium
3 ætatis annum agenti, † sed potius Io: Iacobo Ferrario valdè formoso, ac in ætate iuuenili tunc constituto, necnon Angelæ, cùm qua simul viuebat, prædilecto adscribitur, vt in terminis notat Fulgos. *cons.* 212. *n.* 4. Soccin. Sen. *cons.* 65. *num.* 2. *lib.* 3. Giouagn. *cons.* 6. *n.* 42. *cum seqq. lib.* 1. Surd. *decis.* 83. *num.* 17. *vers. demum.*

Hinc vrgere non poterit, quod Marchio, Matthæum, & Eugeniam in filios, vt prætenditur agnouerit, necnon eos in pluribus Epistolis filiorum nomine appellauerit, ac ipsis alimenta præstiterit; Præterquam enim quod Epistolæ ne-
4 gantur ex aduerso † recognitæ, Hi actus licet quasi possessionem filiationis aduersus agnoscentem in filios, atque eiusdem hæredes regulariter inducere consueuerint, vt aduertit Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 53. *n.* 23. Gratian. *discept. forens.* 653. *n.* 72. & *alijs relatis iuribus responsum fuit in Viterbien. fideicommissi* 2. *Maij* 1653. *coram Me*, in proposito tamen casu inefficaces exinde censentur, quod
5 Marchio blanditijs sagacis mulieris, † cùm alijs pariter se carnaliter commiscentis, deceptus conuincitur, postquam is in senili ætate constitutus, necnon mala valetudine correptus, pro suscipienda prole inhabilis extitisse præsumitur, vt aduertit Fulgos. *cons.* 212. *num.* 1. Paris. *cons.* 29. *n.* 96. *cum seqq. lib.* 2. Menoch. *cons.* 81. *n.* 2. Giouagn. *cons.* 6. *n.* 50. *lib.* 1. Surd. *decis.* 83. *n.* 21. Accedente præsertim iterata confessio-
6 ne † Ferrarij quod ijdemmet filij fuerint ex ipso progeniti, vt ponderat Alex. *in cons.* 157. *num.* 1. *lib.* 5. Surd. *in adducta decis.* 83. *n.* 6. *vers. pro aduersa autem parte.*

Præterea filiationis quasi possessio ex tractatu, seu denominatione elicita † in hoc decisorio filiationis Indicio nulla- 7
tenus posset suffragari, vt notat Couarr. *de spons. par.* 2. *c.* 8. *in* 3. *§. num.* 6. Rota coram Mantic. *decis.* 149. *num.* 8. & *in decis.* 289. *num.* 2. *cum seqq. part.* 1. *rec.* & *in Romana filiationis* 1. *Iulij* 1639. *in §. ea motis ratione vers. quando vero coram Reuerendiss. Compostellano, & in Farsen. Bonorum* 23. *Ianuarij* 1647. *in §. hæc tamen coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado*; Vrgentibus potissimè coniecturis in contrarium in pro-
posito casu, † vt aduertit Surd. *decis.* 83. *n.* 21. quicquid di- 8
cendum foret in alimentis lite super principali negocio pen-
dente petitis, † tunc enim probationes leuiores admitti so- 9
lent, vt dixit Rota *in adducta decis.* 289. *n.* 1. *par.* 1. *rec.* & *in Romana filiationis prima Iulij* 1639. *coram Reuerendissimo Salamantino.*

Hinc pariter altera filiationis præsumptio ex descriptione in libro Baptismi, sub cognomento Veralli desumpta peni-
tus arcetur: Quinimò nec ipsa descriptio, † dum iussu præ- 10
tensi Patris non probatur expleta, pro coniectura filiationis poterit deseruire, vt aduertit Lancellott. Gallia *cons.* 15. *n.* 105. *vers. Præterea*, Capyc. Latr. *dec.* 166. *num.* 52. *Rota in Romana de Bonellis* 29. *Nou.* 1614. *coram Vbaldo.*

Non etiam videtur vrgere, quod senes septuagesimum
licet annum explentes † prolem aliquando susceperint, vt 11
testatur Menoch. *de arb. cas.* 89. *n.* 57. *cum seqq.* Rot. *dec.* 20. *n.* 25. & 26. *par.* 5. *rec.* Postquam enim inter casus raro contingentes soler hic recenseri, possibilitas generandi, perspecta dispositione iuris contrarium præsumentis, inefficax propemodum reputatur nisi claris, ac euidentibus probationibus
eadem concludatur; † In Iudicijs quippè accidentia secun- 12
dum naturæ cursum inspici solent, non autem quæ rarò ex possibilitate contingunt, vt aduertit Menoch. *in contrarium exaduerso adductus d. casu* 89. *num.* 58. Soccin. Sen. *cons.* 65. *n.* 2. *lib.* 3. Paris. *cons.* 29. *n.* 50. *vol.* 2. Purpur. *cons.* 302. *in fine*, Giouagn. *cons.* 6. *num.* 53. *lib.* 1. Surd. *decis.* 53. *num.* 21. *in fin.* & 22. Quinimò ex libero omnium, ac Io: Iacobi Ferrarij præsertim, ad Angelam accessu, penitus remouetur
obiectio. Ex ipso namque † in ætate florenti tunc constitu- 13
to filij concepti præsumuntur, vt in specie ponderat Giouagn. *in dicto cons.* 6. cæterique supra relati, quicquid dicendum foret si Angela sub schemate concubinatus, excluso cæterorum accessu, à Marchione retenta fuisset.

In hanc præterea sententiam DD. faciliùs inclinarunt ex maximo inuerisimilitudinis concursu, quod Marchio Senio penè confectus tribus continuis in annis prolem suscepetit, cùm tamen Angela antecedenter ab ipsomet Marchione sub schemate concubinatus per diuersa tempora in Castro retenta, nunquam ibidem concepisse probetur. Dum itaque, gignendi potentia tum ex naturali ratione,
tum ex præsumptione Iuris in sene, vt plurimum † exclu- 14
datur, vrgentibus proinde probationibus, filiatio hæc debet omninò probari, vt notat Menoch. *de arbitr. d. cas.* 89. *num.* 64. Surd. *decis.* 83. *n.* 27. & *c.*

Et ita pro exclusione filiationis, necnon alimentorum
denegatione fuit hodie responsum, cùm † maximè pau- 15
pertas exaduerso non probetur, vt notat Gratian. *discept. forens. cap.* 552. *num.* 10. & respondit Rota coram Andr. *decis.* 84. *num.* 1. & 5. cum alijs relatis in *Toletana matrimonij* 1. *Februarij* 1649. *in* 1. *§. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Sac. Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Veneris 22. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Ad materiam quæstionis Statuti Laicorum à Papa confirmati hæc pertinet decisio, an scilicet in eo clerici comprehendantur pro interpretatione antiqui Statuti Vrbis super constitutione dotium vltra summam ducatorum bis mille.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Laicorum confirmatum à Papa, vel de eius ordine conditum licet dicatur Papale, Clericos tamen non ligat, & quando, & num. seqq.*

3 *Confirmationis natura est robur addere confirmato, non autem illud extendere.*

4 *Clerici quando in statutis laicorum dicantur comprehensi, & quando non.*

5 *In Statuto correctorio iuris communis exceptio extenditur ex identitate rationis.*

6 *Laici possintne super funeralibus statuere.*

D E C I S I O   CCLXIV.

ANtiquum statutum Vrbis anni 1532. super nullitate Constitutionis Dotis vltra summam ducatorum bis mille de carolenis fuisse conditum à Laicis satis apertè conuincitur ex verbis proœmialibus, ibi, *Reformationes, & statuta, adhortationes, & præcepta Sanctissimi D. N. Clementis VII. Pontific. Maxim. ex decreto, & deliberatione publici consilij Populi Romani super dotibus &c. facta, & ordinata in præsentia Reuerendiss. D. &c. A. de Valle S.R.E. Presbyteri Card. ad hoc per Sanct. specialiter deputati per Magistros viros &c. modernos Almæ Vrbis Conseruatores D.&c. Priorem capitum Regionum d. Vrbis necnon infractos tresdecim alios reformatores Regionum authoritate d. consilij electos &c.* ex quo pœna contrauenientibus imposita pro medietate decreta fuit ad vtilitatem fabricæ Palatij Conseruatorum, ibi, *Alla pena di 200. ducati d'oro, &c. d'applicare per la 4. parte all'essecutore, per l'altra 4. parte all'accusatore, & per lo resto alla fabrica del Palazzo delli Magnifici Signori Conseruatori &c.* & demum quia eius executio priuatiuè quoad alios reseruata fuit Senatori Vrbis, ibi, *e per l'osseruatione delle cose predette, per il tempo d'auuenire siano obligati li Signori Conseruatori in principio di ciaschedun'anno eleggere quattro Cittadini, li quali si chiamino defensori delli presenti Statuti, e debbano vsare ogni diligenza, e sollecitudine appresso il Signor Senatore, e Caporione, che detti Statuti siano mantenuti illesi, e li trasgressori di quelli siano castigati, e mente di meno il detto Senatore possa ex officio procedere per via d'inquisitione, di querela, o d'accusa contro di essi transgressori seruati i termini delli statuti de' maleficij &c.*

Vnde tanquam confirmatum à Papa, vel de eius mandato conditum, vt in eo enunciatur non comprehendit promissionem dotis controuersæ factam à bon. mem. Prospero Card. Sancta Cruce anno 1563. tunc Sacræ Rotæ auditore Episcopo Christinañ. Quicquid enim dictum fuerit *in Romana Dotis 2. Febr. 1652. coram Robusterio relata à Card. Seraph. dec. 1170. num. 7.* Rota indubitanter hodie sequitur opinionem in prima decisione huius causæ comprobatam,
1 † quod licet Statutum Laicorum à Papa confirmatum ex certa scientia, & in forma specifica, vel de eius mandato conditum dicatur Papale, vt firmatur *in dd. decisionibus, & in decis. 379. n. 3. & decis. 452. n. 1. par. 1. diuers. post aliam decis. Robusterij, in Portuen. plani Vlmi*, & coram eodem Card. Seraphin. *decis. 794. n. 26.* & apud Card. Caualer. *decis. 583. n. 8.* Attamen non ligat Clericos nisi de illis expressam mentionem faciat, vel mandet seruari in omnibus, & quibus-
2 cunque Curijs, vt † respondendo ad decis. Robusterij in Portuen. plani Vlmi firmatum fuit *in Romana relocationis domus 13. Martij 1595.* coram Gipsio apud Pic. *ad statut. Vrbis decis. 83. n. . . . & 4. in Romana relocationis casalis 16. Martij 1615. coram Cardinali Sacrato, & in Romana pensionis Prioratus 4. Febr. 1630. coram bo. mem. Pirouano apud Fenzon. ad eundem statut. decis. 4. §. minus facit, & §. sequenti, & decis. 69. §. quia ius non est in eo in Romana liberationis à fideiussione 4. Martij eiusdem anni 1630. coram bo. me. Merlino inter eius impress. decis. 902. num. 1. cum quatuor seqq. in Romana donationis de Castellanis 23. Iunij 1631. coram bon. me. Coccino in recent. decis. 58. n. 28. cum seqq. par. 6. vbi n. 34. cum seqq. declaratur, & respondetur omnibus decisionibus in contrarium allegatis in Romana Dotis 11. Febr. 1647. §. addebant aliqui, & in Romana Domorum 15. Decemb. 1649. §. vltim. coram bo. me. Bichio, in Tudertina Successionis 29. Maij 1652. coram R.P.D. meo Meltio §. nihil etiam facit, & in Bononien. hæreditatis 28. Iunij eiusdem anni coram eodem bo. me. Bichio §. nil refragante.*

Ratio enim concorditer adducta in omnibus præfatis decisionibus in eo consistit, quod non impugnatur statutum ob defectum potestatis, ea Apostolica confirmatione sublatum, sed ea quo vrget defectus voluntatis, quia nisi in statuto fiat expressa mentio clericorum, vel adsint verba vniuersalia apta illos includere, idest quod seruetur inter Ciues, & Incolas in omnibus, & quibuscunque Curijs statuentes non censentur eos voluisse comprehendere, vt comprobant omnes prædictæ decisiones, huiusmodi autem voluntatis defectum Apostolica confirmatio, quamuis in forma specifica non supplet, † cùm natura confirmationis sit robur ad- 3
dere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in confirmato non includuntur extendere, vt benè vltra dictas resolutiones respondit Rota coram fan. mem. Greg. *decis. 159. n. 4. in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. coram Eminentissimo Card. Corrado, §. nec obstat quod d. Constitutio, & in Rauennaten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram Eminentiss. Card. Otthobono inter eius impres. decis. 149. num. 13.*

Non suffragantur verba in eodem Statuto adiecta, ibi, *Che nessuna persona Romana di qualunque stato, e grado, ò preeminenza si sia, ardisca &c.* quia intelliguntur de subiectis iurisdictioni statuentium, vt sunt Conseruatores Magistratum gerentes, & similes non autem de Clericis non subiectis, quorum respectu, vt dictum est, desideratur vel expressa illorum mentio, vel quod seruetur in omnibus, & quibuscunque Curijs.

Idque comprobant posteriora Statuta super eadem materia reformatoria dotium condita anno 1567. tempore san. mem. Pij V. & anno 1589. fel. record. Sixti V. quæ vt comprehendent Clericos, non steterunt in solis terminis supradictorum verborum, sed de illis expressam mentionem fecerunt, ibi, *Statuimo, & ordiniamo, che nessuna persona Romana di qualunque stato, grado, o preeminenza si sia, etiam che Clerico ardisca, &c.* vt patet apud *Constit. 39. san. mem. Pij V. illorum confirmatoriam in Bullario 9. tom. 2. fol. 171. & apud Constit. 52. Sixti V. cod. tom. 2. fol. 429. sub rubrica moderatorie delle Doti, &c. in fine, ibi, s'ordina ancora, che nelle soprascritte prohibitioni, e pene siano compresi Baroni, Corteggiani, o forastieri che apparenteranno con Romani tanto originari come fatti Cittadini, & incoli di Roma ancorche siano Chierici, &c.* In qua vlterius Sixtina Constitutione enunciatur præcedentia Statuta etiam à Clemente VII. confirmata non fuisse obseruata. Indè enim conuincitur, quod quando statuentes voluerunt comprehendere Clericos etiam specialiter nuncuparunt, quando autem † omiserunt 4
huiusmodi specialem nominationem, prout hic noluisse videntur illos comprehendere, *vulg. arg. l. vnic. C. de Caduc. tollend.* Fortiùs attenta explicita comprehensione Baronum, Curialium, & forensium adiecta tam in his vltimis, quàm in alijs præcedentibus à Pio V. confirmatis, qui tamen in Statuto, de quo agitur, anno 1532. expressè excipiuntur ibi. *Vogliamo ancora, che dalli presenti Statuti siano essenti Baroni, & Corteggiani, che non sono Romani, e forastieri, quali possano constituir dote, etiam contrahendo, parentado con Romani in qualunque quantità vorranno, &c.* Dum enim noluerunt ligare forenses, qui ligantur in alijs subsequentibus Statutis, eò magis censentur noluisse includere, nec ligare Clericos, qui veniunt appellatione forensium tanquam non subiecti; Cùmque excipientur Barones, multò magis censetur etiam exceptus promissor dotis controuersæ tunc temporis Rotæ Auditor, & Episcopus, & sic in maiori dignita-
te † constituto. In Statuto enim correctorio exceptio ex- 5
tenditur ex identitate rationis, Rip. *in l. si constante n. 80. cum seq. ff. solut. matrim.* Aleaand. *cons. 130. sub n. 8. circ. med. lib. 4.* Gomez *super regul. de triennali q. 49. n. 2.*

Nec refert, quod Statutum disponat etiam super exequijs mortuorum, & in fine imponat pœnam excommunicationis reseruata absolutione soli Pontifici; quia respectu funeralium disponit tantùm de his, quæ respiciunt pompam restringendo, & prohibendo inutiles expensas, † non 6
autem salutem animæ; de illis enim Laici possunt statuere, cùm ex eis anima nullum beneficium, siue detrimentum sentiat, vt ex Bald. notat Felin. *in cap. Eccles. S. Mariæ n. 9. vers. memin. tamen de Constit. aliique*, refert Carol. de Grass. *de effect. Clerical. effect. 2. num. 468.* Pœna autem excommunicationis non fuit adiecta à Laicis statuentibus, sed ab eis enunciata tanquam imposita à Papa, quæ propterea non extenditur vltra personas in Statuto comprehensas iuxta naturam confirmationis, vt probant auctoritates suprà allegatæ.

Minus

Minus obstat, quod prohibeat etiam receptionem dotium, & Notarijs ne rogentur, quia prohibet recipere quando datur à prohibitis, vt clarè declarat supradicta exceptio Bonorum Curialium, & forensium, quibus permittit dare dotes vsque ad quamcumque summam, & Romanis illas recipere. Hinc enim receptio in tantum dicitur prohibita in quantum correspectiuè est prohibita datio iuxta naturam correlatiuorum, eademque responsione euitatur prohibitio facta Notarijs, cùm restringi debeat respectu personarum prohibitarum, non autem quoad non prohibitas.

Ex quibus DD. steterunt in decisis coram me 18. Iunij 1655. reijciendo iterùm exceptionem contra instantiam obiectam ex rationibus, ibi, & ab Informantibus allegatis, & prætensionem fructuum ad aliam particularem discussionem reseruando vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papiensi.

Romana Donationis.

Luna 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Materia satis vulgata præstationis alimentorum, & sumptus litis concurrentibus paupertate, & præsumptione boni iuris in hac decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas, & præsumptio boni iuris requiruntur ad præstationem alimentorum.*

2 *Alimenta, & sumptus litis debentur concurrentibus paupertate, & præsumptione boni iuris, amplia vt num. seqq.*

4 *Pauperes habentes præsumptionem boni iuris ne litem cogantur deserere, alimenta, & sumptus litis præstantur.*

5 *Alimenta eo facilius præstantur, quando agitur de descendentibus, quibus ius assistit.*

6 *Paupertas est qualitas connaturalis, ideoque potius præsumitur quam diuitiæ.*

Diuitiarum qualitas est aduentitia, naturæque repugnat, num. 6.

Pauper, & nudus quilibet nascitur.

7 *Pupilli dicuntur pauperes, quia non valent propria industria sibi victum quærere.*

8 *Pauper dicitur, cuius pater decoctus foro cessit.*

9 *Bonum ius ad effectum alimentorum probatur in filio successionem petente in bonis Aui.*

10 *Decisiones Rotales inducunt præsumptionem boni iuris ad consecutionem alimentorum.*

11 *Alimentorum ad præstationem leuis præsumptio boni iuris requiritur.*

12 *Alimenta debentur filijs in bonis patris, & filijs relictis, si pater foro cessit.*

13 *Alimenta debentur nepotibus in bonis fideicommissarijs Aui exclusis creditoribus.*

14 *Creditores in bonis donatis contemplatione matrimonij filijs alimentorum consecutionem impedire non valent.*

15 *Sententia per appellationem suspensa non impedit consecutionem alimentorum.*

16 *Fructus durante vita grauati spectent ne ad creditores, vel ex illis filij alimentari debeant, & n. seqq.*

19 *Filij alendi sunt in bonis Aui etiam in præiudicium creditorum patris, non autem à matre.*

Mater in subsidium alit filios, n. 19.

20 *Quantitas alimentorum, & sumptus litis arbitrio Iudicis committitur.*

21 *Alimenta, & sumptus litis decernuntur secundùm quantitatem patrimonij, & numerum personarum.*

22 *Alimenta, & sumptus litis percipienda sunt ex fructibus, non autem ex capitali.*

DECISIO CCLXV.

CEnsuerunt hodiè DD. filijs Gasparis Iordani subministranda esse alimenta & sumptus litis in scutis quindecim menstruis, quia solita ad hunc effectum requisita, qui-
bus sunt † paupertas, & præsumptio boni Iuris iuxta text. 1
in l. final. §. quod si C. de ordin. cognit. Aretin. *in cap. si quis Testium num. 14. & 15.* vbi Felin. *num. 9. vers. secundus casus de testibus* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 110. n. 10. & q. 120. num. 3. & seqq.* Rota coram Greg. XV. *decis. 189. num. 1.* vbi latè Adden. *sub num. 7. & dec. 746. num. 1. par. 2. rec.*
& coram Buratt. *dec. 15. num. 1.* † abundè hìc concurrunt, 2
& consequenter alimenta, & sumptus litis debentur ad text. *in l. ius alimentorum ff. vbi pupill. educ. deb.* Rota coram Buratt. *dec. 261. num. 1. & dec. 707. num. pariter primo, & 161.* Adden. *num. 6.* vbi reprobato Surdo declarat conclusionem
indistinctè procedere, † siue agatur ad vniuersitates bono- 3
rum, siue ad rem aliquam particularem, cùm in vtroque casu militet eadem ratio subministrandi alimenta, & sum-
ptus litis, ne scilicet † pauper, de cuius boni Iuris præ- 4
sumptione constat, cogatur ob impotentiam litem prosequendi illam deserere, Adden. ad Greg. *d. dec. 189. num. 7.* Rota *in rec. d. dec. 748. num. 5. par. 2. & fuit dictum in Fanen. dotis 20. Nouembris 1641. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana alimentorum 12. Iunij 1651. coram Reuerend. Tarraconen.* Tantoque facilius, dum hìc agitur de submi-
nistrandis † alimentis nepotibus ea bonis Aui, pro quibus ius 5
assistit ad text. *in l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. Testam.* quem ponderat Couar. *pract. quæst. cap. 6. n. 6.* tenet Grat. *discept. forens. cap. 236. n. 1. & 2.*

Quo verò ad paupertatem omisso, quod ea est qualitas connaturalis, & intrinseca. Vndè potius præsumendum
† est pro ea, quàm pro qualitate diuitiarum, quæ est ad- 6
uentitia, & repugnans naturæ, cùm quilibet nudus, & pauper nascatur, *Cap. sicut 12. 47. distinct. versic. quando in hanc ingressus es lucem,* gloss. *in l. si vero §. qui vero res qualitate ff. qui satis dare cogantur,* Aretin. *cons. 66. num. 8.* Surd. *cons. 39. num. 11.* Alciat. *de præsumpt. 27. in princ.* Grat. *discept. forens. cap. 256. num. 15. & dictum fuit in d. Fanen. dotis 20. Nouembr. 1641. coram R. P. D. meo Cerro,* abundè tamen iustificata hìc remanet, tum ea eo quod filij Gaspa-
ris, qui petunt alimenta, sunt in pupillari ætate, † & ita 7
non valent propria industria victum quærere, Add. ad Greg. XV. *dec. 189. num. 7. vers. paupertas,* tum quia eorum pa-
ter, vt publicè decoctus foro cessit, † & omnia illius bona 8
fuerunt descripta, atque inuentariata ad instantiam creditorum, quod in his terminis ponderauit Rota *in Interamnen. pratensi fideicommissi 2. Dec. coram me.*

De secundo requisito respiciente præsumptionem boni Iuris satis constare visum fuit, non solùm ex filiatione pe-
tentium alimenta, quam sufficere ad effectum, † de quo 9
agitur, tenent Surd. *de aliment. tit. 1. q. 111. num. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 35. num. 33.* Buratt. *dec. 755. num. 2. vers. de præsumpt.* Verum etiam ex eo quod lis vertit super donatione facta ab Auo paterno, & canonizata
fauore filiorum Gasparis per resolutionem Rotalem, † quæ 10
facit præsumere bonum ius, donec aliter decisum fuerit, Rota *dec. 337. num. 10. par. 5. & decis. 34. num. 3. par. 7. & in Romana fideicommissi de Ferratinis 15. Iunij 1648. coram*
me, §. illius etiam iniustitia, licet ad effectum † subministra- 11
tionis alimentorum leuis præsumptio boni iuris sufficiat, vt dixit Rota *in d. Fanen. dotis coram R. P. D. meo Cerro, §. demum non obstat.*

Neque releuat, quod d. donatio legatur facta Gaspari, & deindè filijs ab eo nascituris. Vndè viuente d. Gaspare nullum ius ad dd. bona donata ipsis filijs competere prætendatur. Quia cùm Gaspar pater magno ære alieno grana-
tus foro cessit, indè fit, vt ea dd. bonis, siue proprijs, † si- 12
ue tanquam restitutioni fauore filiorum obnoxijs, alimenta eisdem filijs debeantur, iuxta theoricam, Bald. communiter sequutam *in l. 2. num. 3. vers. sed pone pater, art. 17. n. 383. vers. tertius,* Grat. *discept. for. cap. 832. num. 31.* vbi quod ali-
menta † sunt præstanda nepotibus de bonis fideicommissa- 13
rijs Aui, exclusis creditoribus, Boer. *dec. 9. num. 7.* Faber. *in suo Codic. definit. 13. tit. 36. lib. 6. de bonisque liber.* Const. *de remed. subsidiar. remed. 4. n. 6.* Adden. ad Buratt. *dec. 657. n. 12. & 13.* & dixit Rota *in Bonon. vsusfructus 14. Iunij 1619. coram Coccino, quæ est inter impressas decis. 125. par. 4. rec. tom. 2.* eoque magis id dicendum venit, cùm scuta 22000. fuerint ab Auo donata contemplatione certi matrimo-

nij Gaspari, & filijs nascituris, & ita eùm videantur destina-
ta pro faciliori, & commodiori ejusdem matrimonij susten-
tatione eò minus creditores valent impedire filijs consecu-
tionem alimentorum ex dd. bonis, Menoch. *cons.* 261. *n.* 23.
& cons. 967. *n.* 18. *& seqq.* Adden. ad Buratt. *dec.* 861. *circa
fin. vers. & quamuis*, Rota coram Merlino *dec.* 515. *in princ.
& n.* 6. *& fuit resolutum in Romana dimisionis* 10. *Iunij* 1641.
*coram R. P. D. meo Cerro, & in Pisauren. donationis,
impress. apud Salgad. in suo Laberyntho Creditorum, quæ est
decis.* 87. *& dec.* 88. *n.* 3.

Neque obstat sententia A. C. in ea parte in qua mandat
fructus, viuente Gaspare spectare ad creditores, quia per
25 appellationem ab ea interpositam remanet † illius effectus
suspensus, itant pro nunc non sit de ea habenda aliqua ratio,
L. 1. *in fine ff. ad Trebell.* Bald. *in rubric. C. de appellat. n.* 2. *c.
cum teneamur dec.* 537. *num.* 15. *par.* 1. *rec.*

26 Minus refragantur doctrinæ in contrarium adductæ, † &
signanter Salgad. *in suo Laberyntho Creditorum par.* 1. *c.* 24.
27 *n.* 128. quia vltra quod est vnicus in tali opinione, † & con-
trarium firmarunt Peregr. *de fideic. art.* 42. *n.* 82. *vers. con-
trarium*, Pett. *eod. tit. q.* 8. *n.* 480. *vers. contrarium autem*, Fu-
sar. *de substit. q.* 531. Molin. *q.* 27. *n.* 4. cum pluribus alijs cu-
mulatis per Grat. *discept. for. cap.* 831. *à n.* 31. *cum seqq.* &
firmauit Rota *in Romana alimentorum* 3. *Iunij* 1613. coram
Manzaned. quæ est inter impressas apud Fenz. *ad stat. Vrbis
dec.* 53. *per tot.* opinio Salgad. alia etiam ratione non appli-
catur, nam ille loquitur de alimentis præstandis ex bonis
Maioratui subiectis, hic de bonis donatis contemplatione
28 matrimonij, † quorum fructus tanquam destinati ad pin-
guiorem familiæ alimoniam, sunt consequenter effecti one-
re alendi nepotes, *l. si quis à liberis* §. *item rescriptum ff. de
liber. agnoscend.*

Minoris releuantiæ visa fuit prætentio illa, quod dum ma-
ter habet dotem scutor. 11. mil. ipsa alere filios teneatur.
Quia vltrà quod medietas d. dotis obligata reperitur credi-
toribus viri, & alia medietas assignata illi fuit in quibusdam
domonculis, quæ, vt supponunt Informantes pro filijs non
29 sufficiunt pro eius congrua sustentatione. Additur, † quod
filij sunt alendi ex bonis donatis ab Auo etiam in præiudicium
creditorum, non autem à matre, quæ tenetur tantummodò
in subsidium, *l. penult. ff. de liber. agnoscen.* Rota *in Bononien.
vsusfruct.* 5. *Nou.* 1619. coram Coccino, & *dec.* 26. *n.* 8. *&*
12. *coram Durano.*

Quo verò ad quantitatem alimentorum, & sumptum li-
30 tis † solet arbitrio Iudicis committi, *l. fin. C. de ordin. co-
gnit. l.* 2. *C. vbi pupill. educ. deb.* cum alijs relatis per Gratian.
discept. for. cap. 899. *n.* 6. ad effectum vt illam decernat pro
21 numero personarum, † & quantitate patrimonij, Couat.
pratic. quæst. cap. 6. *n.* 7. *vers. solet tamen*, Marescott. *var.
resol. lib.* 2. *cap.* 839. *n.* 12. Rota *dec.* 431. *n.* 6. *par.* 2. *rec.* ha-
bita ratione in hoc casu numeri quatuor filiorum, & quan-
titatis donatæ, censuerunt DD. alimenta, & sumptus litis
22 † subministranda esse ad dictam rationem scutorum quin-
decim pro quolibet mense percipien. ex fructibus, non au-
tem ex Capitali.

Et ita vtraque parte Informante resolutum fuit, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Atiminen. Bonorum.

Luna 18. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Cùm ea præsumatur possessio anterior quæ habet horam, tunc existenti in tali possessione manutentio conceditur, eique ad tuendam suam possessionem remedio adipiscendæ etiam immissio conceditur, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Possessio illa dicitur anterior, quæ habet adnotatam horam.*
2 *Possessio posterior vti clandestina, & turbatiua non est manutenibilis.*
3 *Colonorum expulsio non requiritur ad effectum possessionis si eorum recognitio sequatur.*
4 *Recognitio Colonorum ex quibus deducatur.*
5 *Possessio hæredis, vt per Colonos dicatur quæsita, quæ requirantur.*
6 *Coloni non possunt præiudicare possessori, nec illius possessionem interuertere.*
7 *Immissio in bonis emphyteuticis debetur comprehensa in inuestitura.*
8 *Possessori cui etiam deberetur immissio, eò magis illa pro tuitione suæ possessionis conceditur.*
9 *Adipiscendæ remedium datur habenti inuestituram super bonis, in quibus possessionem non habuit.*
10 *Immissio emphyteuta conceditur non hæredi, si incontinenti inuestitura doceatur.*
11 *Bona emphyteutica ex pacto, & prouidentia non veniunt in generali institutione.*

DECISIO CCLXVI.

SEcuto obitu Iulij Nanni die 9. Augusti 1654. Capitaneus
Valerius Nannus eius frater die 10. eiusdem hora 9. 10
& 12. respectiuè possessioné apprehendidit domus sitę in con-
trata S. Martini in Ripa rupta cum tornaturis 53. circiter ter-
ræ, domus in contrata S. Iuuenalis cum tornaturis 30. do-
mus in contrata S. Martini Montis Abbatis cum tornaturis
14. & aliç domus in contrata S. Christinæ cum tornaturis 60.
eius *Sum. n.* 1. eandemque possessionem eadem die 10. Au-
gusti cœpit Elisabetha communis mater, & hæres vniuersa-
lis à dicto Iulio instituta ipsius *Sum. n.* 1. *&* 3. Cùmque ipsa
coram A. C. obtinuisset mandatum de manutenendo, com-
missa mihi causa appellationis cum clausula, *sine præiudicio*,
dubitaui an cui sit danda manutentio, seu potius immissio,
& super quibus bonis, & DD. vtramque decreuerunt D.
Capitaneo Valerio.

Manutentio siquidem in possessione dd. quatuor corpo-
rum ipsi debetur, † quia eius possessio censetur anterior, 1
cùm habeat adnotatam horam, glos. *in cap. si à sede, verb.
non appareat de præbend. in* 6. Bald. *in l. Imperator la* 1. *in pri-
ma lectura, vers. & nota quod dies ff. de stat. hom.* cum alijs al-
legatis per Rotam coram Durano *dec.* 29. *n.* 2. reperita apud
Post. *de manut. dec.* 40. *dicto n.* 2. coram bon. mem. Merlino
dec. 878. *n.* 1. *in Perusina pratensa manutentionis* 27. *Iunij*
1654. *coram me*, §. 1. eiusque anterioritatem comprobant
Testes relati in eius *Sum.* deponentes Elisabetham post qua-
tuor horas circiter † suam possessionem apprehendisse, quæ 2
propterea vti posterior, & capta illo non citato non est ma-
nutenibilis clandestina, & turbatiua, *Cap. licet causam de
probat.* glos. *in c. licet Episcopus, verbo se non vocato, vers.
hunc est de præbend. in* 6. Rota apud Post. *de manut. dec.* 169.
num. 6. *& in dicta Perusina pratensa manutentionis coram me,
sub dicto* §. *primo.*

Non obstat, quod in actu d. possessionis adeptæ per Capi-
taneum Valerium, non fuerint expulsi Coloni, quia tunc
temporis per obitum dicti Iulij possessio præfatorum bono-
rum esset vacans, † satis vtique fuit eorundem Colonorum 3
recognitio absque alia expulsione, vt respondit Rota *in Imo-
len. bonorum* 10. *Apr.* 1592. *coram Pamphilio sen. apud Mar-
ches. de commiss. par.* 1. *fol.* 948. *n.* 3. apud Post. vbi supra *dec.*
74. *n.* 12. *dec.* 77. *n.* 3. *vers. secus quando, & dec.* 79. *n.* 2. *&* 3.
in rec. dec. 158. *n.* 7. *par.* 7. *& in Interamnen. fideicommissi* 27.
Nouembris 1652. *coram bo. me. Bichio*, §. *nam expulsio, vers.
& ex abundanti.* Quæ quidem recognitio optimè in casu no-
stro probatur, siue ex ipsorummet Colonorum depositione
relata in d. *Summario Capitanei d. n.* 2. † siue ex præcepto il- 4
lius facto in actu dictæ adeptionis, vt in posterum eum re-
cognoscerent in Dominum, cum subsecuta illorum tacitur-
nitate, quod sufficere dixit Rota *dec.* 77. *n.* 4. 5. 6. *&* 8. *in fin.
vers. imo cum saltem, & d. dec.* 79. *n.* 4. *cum seqq.* E conuerso
autem vt per Colonos dicatur quæsita possessio hæredi tria
probanda † sunt, quæ in casu nostro non iustificantur, imò 5
excluduntur per præfatam ipsorum depositionem, quod sci-
licet, illi declarauerint se continuare possessionem nomine
hæredis, quod hæres id sciuerit, & voluerit, quod Coloni
erga eum aliquem actum recognitionis fecerint, Cardin.
Seraph. *dec.* 466. *n.* 2. Rota apud Post *d. decis.* 77. *n.* 2. *&* 8.
*cum cæteris allegatis in d. Interamnen. fideic. coram bo. me.
Bichio*, §. *vt verò.*

Nec refert, quod aliqui ex dd. Colonis partem Dominica-
lem fructuum d. Elisabethæ tradiderint. Quia non po-
tuerunt præiudicium inferre d. Capitaneo † anteriori pos- 6
sessori, nec exindè interuertere eius præcedentem posses-
sionem legitimè captam, ex traditis per Bisignett. *decis.* 8.
de rest. spoliat. in antiq. dec. 3. *de caus. possess. & propriet. cum*
alijs

alijs allegatis in Celsonen. Parochialis 27. *Iunij* 1642. *coram bo.me. Puttingerio* §. *non obstat quod post adeptam*.

Immissio verò respectiuè pari modo illi debetur, cùm
enim omnia supradicta bona, & domus eum quatuor
Apothecis in Ciuitate Arimini in Burgo S. Iuliani sint Em-
phyteutica, ea pacto, & prouidentia acquisita ab Alexan-
dro, & Valerio sen. respectiuè pro se ipsis eorumque filijs,
& nepotibus cum expresso pacto, quod portio præmorien-
tis accrescat superuiuenti dicto *Sum. Capitanei num.* 3. *cum*
4. *seqq.* nec ab Elisabetha reuocetur in dubium d. Capita-
7 neum esse comprehensum in præfatis inuestituris, † vtique
earum vigore ipsi debetur immissio ex remedio adipiscen-
dæ ad instar *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* pro confirma-
8 tione possessionis adeptæ † respectu illorum corporum,
quorum possessionem tam fuit assecutus, iuxta theoricam
Bartoli *in l.* 1. *num.* 2. *C. de Carbon. edict. pluribus auctoribus
comprobatam, in Romana fideicommissi de Nicolinis* 30. *Iunij*
1653. *coram me*, §. *existentia enim*, & pro noua apprehen-
sione respectu dicti Domus cum quatuor Apothecis in
9 Ciuitate Arimini cuius respectu non iustificant tunc † post-
modum apprehendisse, Bart. *in cap. certum num.* 11. *de Iudic.*
Rolan. *cons.* 1. *num.* 52. *cum seq. lib.* 1. Rota *dec.* 204. *num.*
6. *cum seqq. & decis.* 242. *num.* 3. *par.* 7. *recent. cum cæteris
allegatis in Fanen. seu Senogallien. bonorum* 14. *Martij* 1646.
coram R. P. D. meo Molsio, §. *exhibuit enim*.

Non obstat, quod d. Elisabetha sit hæres scripta vltimi
possessoris, quia cùm incontinenti constet de inuestituris,
10 datur immissio vocato in † eis non autem hæredi scriptæ,
Peregrinus *cons.* 4. *num.* 45. Argil. *de legit. contradict. q.* 9.
art. 2. *num.* 75. Rota *decis.* 597. *&* 697. *vtrobique num.* 1. *par.*
2. *rec.* bona enim emphyteutica ex pacto, & prouidentia
11 † non veniunt in generali institutione hæredis iuxta distin-
ctionem plenè firmatam per Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de
success. in bon. emphyt. q.* 7. *n.* 1. *cum seq.* & comprobatam à
Rota coram Durano *dec.* 254. *num.* 17. *&* 18. cum alijs per
Adden. ad Gregor. *dec.* 271. *n.* 27.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 18. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Ad beneficij institutionem est ille præferendus, qui ex pluribus concurrentibus eius qualitates reddunt digniorem. Simonia, licet concludentissimis, & præcisis probationibus sit iustificanda, attamen id procedit, quando agitur de priuando de suis beneficijs, secus verò dum agitur de instituendo aliquem ad priuandum aliquem propter suspicione simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
Sententiæ iustitia probatur ex decisionibus in causa factis, num. 1.
2 *in Beneficij collatione ille est præferendus, cuius qualitates eum digniorem reddunt.*
3 *Simonia probari potest per epistolam tius, qui eam committere intendebat.*
4 *Crimen Simoniæ, est de illis, quæ occultè committuntur.*
Crimen simoniæ, ex quo argui potest, quod fuit commissum, n. 4.
5 *Testes examinati in iudicio criminali, & qui multas patiuntur exceptiones non probant in Ciuilibus.*
6 *Simoniæ crimen, licet agatur ciuiliter, cùm sit grauissimum concludentissimis, & præcisis probationibus est probandum.*
7 *Simonia vt dicatur probata debet constare de præcedenti pactione, vel animo, & intentione simoniaca.*
8 *Simonia tunc plenissimè est probanda, quando agitur de priuatione beneficiorum.*
9 *de Simonia suspectus inhabilis est ad consequenda beneficia.*
10 *Simonia ad effectum, vt quis repellatur à consequutione beneficij, sufficiunt quales quales probationes.*
11 *de Simonia accusatus, si obtineat sententiam absolutoriam, an remoueatur omnis suspicio.*
12 *de Simonia accusatus si absoluatur, quia delictum non fuit probatum, non per hoc dicitur penitus innocens, & num. seqq.*
15 *ad Beneficium obtinendum, quando sunt plures, & omnes habent requisita necessaria, tunc si quis suspectus de simonia sit, est postponendus.*
16 *ad Beneficia non possunt eligi illi, qui causam scandali dare possunt in populo.*
17 *ad Beneficium assequendum, quando quis dicatur ius radicatum habere.*
Beneficium debetur illi, qui ad hoc habet qualitates omnes necessarias, num. 17.
18 *ad Beneficium aliud est, vt plures concurrant omnes qualitates necessarias.*
19 *Et aliud est, dum vnus tantum concurrat, habens omnes etiam qualitates necessarias.*

DECISIO CCLXVII.

ANtonio de Goiri non esse adiudicandum beneficium
de quo agitur, sed Ignatio de Arbolancha bis Rota
respondit *coram bo. me. Bichio*, & cùm de confirmatione, vel
infirmatione sententiæ successiuè promulgatæ ageretur, Do-
mini confirmandam esse dixerunt. Nam quoad illius validita-
té ea actis constat † interuenisse omnia necessaria, de quibus 1
per Caputaq. *dec.* 260. *par.* 2. & quæ iustitiam concernunt,
comprobantur ea deductis *in decisionibus coram eodem bon.
mem. Bichio, editis prima sub die* 5. *Iulij* 1655. *& altera* 15.
Maij 1656. in quibus abunde firmatur, quod licet in Anto-
nio omnes qualitates à Clementina constitutione requisitæ
concurrant, & tales quæ digniorem illum reddunt, vt ve-
niat Ignatio † collitiganti præferendus, *cap. decernimus* 2
16. *q.* 6. *cap. illud in fin.* vbi Abb. *de iurepatr.* & pluries fuit
in Rota *decisum*, *& signanter in alia Calaguritana beneficij
de Bilbao* 28. *Iunij* 1651. *coram Eminentiss. D. Card. Otthobono*. Ex quo tamen ipsi obstat diffamatio simoniæ ab eo (vt
contenditur) commissæ super hoc ipso beneficio, indè
fit vt sit repellendus in hoc prælationis iudicio ad text. *in
cap. consulere* 38. *de simon. & extrauag. cùm detestabile eodem tit.*

Quod probari visum fuit ea testibus pro parte dicti Igna-
tij inductis, quorum alter, & in ordine primus recensendo te-
norem epistolæ, quam scriptã fuisse affirmat, super eo, quod
concurrente ad hoc idem beneficium præfato Ignatio, vt hic
reprobaretur certa pecuniarum † summa fuit mediante quo- 3
dam Ventura transmissa, ac vni ex Examinatoribus subindè
soluta 7. verò testis 9. & 10. colloquia, & consultationes citea
idem habitas referunt, ac de publica voce, & fama deponunt.
Concurrit vlterius depositio sexti, qui est Eques Sancti Iacobi
† qui insinuat se idem accepisse ab ipsomet Antonio. Ac de- 4
mum inquisitiones ad instantiam Examinatorum Synoda-
lium hoc crimen ægreferentium cum subsequuta paciscen-
tium carceratione, quæ omnia satis commissi delicti suspi-
cionem inducunt, quod cùm sit de criminibus, quæ occultè
committi solent, Crauett. *cons.* 122. *num.* 8. Paris. *de resignat.
tom.* 2. *lib.* 14. *q.* 10. *n.* 23. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 5.
cap. 86. *n.* 6. ad effectum de quo agitur, etiam per signa, &
coniecturas probatur, *cap. sicut de simon. gloss. in cap. sanè* 15.
q. 3. Clar. *in* §. *Simonia vers. final.* Mascard. *de probat. conclus.* 1304. *num.* 8. Rota *dec.* 191. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.*

Nec dicatur, quod Testes sint in iudicio criminali exami-
nati, deponant † de fama, ac de sola extraiudiciali confessio- 5
ne Antonij, aliasque patiantur exceptiones adductas ab infor-
mantibus pro Antonio, ideòque non probent, cùm in hac ma-
teria, etiamsi agatur ciuiliter † concludentissimis, & præcisis 6
probationibus opus sit, glos. communiter recepta, & ibi Abb. *in
cap. veniens* 10. *il* 1. *n.* 4. *de testib.* Natt. *cons.* 299. *n.* 13. *in fin.*
Mascard. *d. concl.* 1304. *n.* 14. *&* 33. Nec concludunt de præ-
cedenti pactione, vel animo, & intentione † simoniaca, sine 7
quibus non inducitur simonia, *cap. Artaldus* 8. *q.* 3. *glos. in
cap. ordinationes* 1. *q.* 1. *& in cap. quam pie in verb. postmodum*
1. *q.* 2. Paris. *cons.* 30. *num.* 21. *lib.* 4. Farin. *cons.* 75. *n.* 3. *&*
24. Rota coram Card. Seraph. *decis.* 1029. *n.* 8. Andr. *dec.* 94.
n. 5. Quia præterquam exceptionibus contra Testes opposita
satis fuit pro parte Ignatij responsum, huiusmodi apertissimæ
probationes exiguntur ad simoniam conuincendam, &
vt † intret pœna priuationis beneficiorum obtentorum, & 8

ad illam possit deueniri iuxta sensum glos. *in d. cap. veniens* 10. *verbo illorum de testib.* Rota apud Seraph. *d. dec.* 1029. *num.* 1. & coram Comitul. 119. *n.* 2. Andr. eadem *dec.* 94. *num.* 2. vbi plures alias decis. Rotæ cumulat. Secus autem quando vt in contingenti facti specie agitur, vt hoc cri-
9 mine † diffamatus repellatur vti inhabilis, & incapax ad assequendum beneficium, super quo cadit eius diffamatio,
10 tunc enim tam plenæ, † & concludentes non requiruntur, sed quales afferuntur ab Ignatio sufficiunt, vt notabiliter distinguendo vnum casum ab altero tradunt Io. Andr. *in c. penult. de elect.* Dec. *in cap. porrecta* 6. *n.* 2. *de confirm. vtil. vel inutil. mor.* Soccin. *in cap. sicut num.* 5. *vers. sed plus placet de simon.* Mill. *in verb. simoniacus in benefic.* Patil. *de consid.* q. 64. *num.* 15. Farinac. *d. cons.* 75. *num.* 25. *lib.* 1. Rota coram Put. *dec.* 80. *n.* 1. *& per tot. lib.* 2. apud Card. Seraph. *d. decis.* 1029. *num,* 1. *&* 2. Comitul. *in citata decis.* 119. *numer.* 2. *& in Leodien. Præpositura Tongren.* 19. *Ian.* 1650. *coram D. Card. Otthobono inter eius impress. d.* 202. *n.* 16.
11 Nec Antonio iuuari potest † sententia ad eius fauorem lata declarans ea tunc deductis de simonia non constare,
12 quæ idem operatur acsi Antonius † innocens fuisset repertus, & absolutus, cùm in criminalibus non soleat proferri directè sententia absolutoria super innocentia absoluendo reum tanquam innocentem, sed indirectè ob non iustificationem delicti eum absoluendo vti † non
13 repertum culpabilem, Sanchez *respons. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 6. *n.* 28. Barbos. *de offic. & potest. Episc. allegat.* 43. *n.* 20. Rota *in Milsten. Parochialis* 30. *Ian.* 1650. *coram bon. mem. Bichio in fin.* Quoniam in eadem sententia legitur
14 in expensis condemnatus, quod † nullatenus fieri debuisset, si verè ex processu non esset aliquo modo probatum delictum, indè assequimur de ipsius innocentia Iudicem dubitasse, quinimò aliquam criminis maculam eo cognouisse, & aliqualem suspicionem adfuisse, quæ nouis indicijs superuenientibus poterat clarè detegi, & Antonius de ea
15 inquisitus vexari; vndè in concursu † hanc maculam, & diffamationis notam non habenti venit postponendus, vt in puncto tenuit Rota *in Sabinen. concursus* 6. *Apr.* 1609. *coram Card. Sacrate, impress. apud Marches. de commiss.*
16 *par.* 1. *fol.* 291. *num.* 3. Non enim † eligi, & institui debet ille, qui causam scandali in Populo præbiturus est, quamuis nullum alium patiatur defectum, *cap. omnipotens* 4. *de accusat.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 6. *de simon. & in cap. cum in cunct.* 17. *sub num.* 4. *de elect.* Rota penes Card. Seraph. *dec.* 516. *num.* 4. *& in dicta Leodien. Præpositura Tongren.* coram D. Card. Otthobono *dec.* 202. *n.* 16. Comitul. *dec.* 119. *num. final.*

Neque demum subsistit, quod Antonio habenti qualitates ex forma motus proprij Clementis VIII. requisitas, & magis digno existenti quæsitum, & radicatum fuerit ius
17 in oppositione † facta, & hinc ipsi debeatur beneficium, Cassad. *dec.* 10. *num.* 5. *de præbend.* Reuerendiss. Vrgellen. *dec.* 370. *num.* 2.

Siquidem intelligendum id est si solus ipse concurrisset, nullusque alius remaneret, adeo, vt ille necessariò esset
18 præsentandus, & instituendus, † contrarium tamen dici debet, dum plures oppositores adsunt, & possunt concurrere, illo enim casu, quamdiù non est sequuta electio, & præsentatio, & dubitari contingit, an ipse, vel alij possint
19 eligi, tunc ius † radicabile pro prælatione non est quæsitum, Mandos. qui sic Rotam tenuisse declarat *in cons.* 51. *n. fin.* quem sequitur Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. *gloss.* 9. §. 1. *n.* 92. *&* 93. Adden. ad Buratt. *dec.* 55. *n.* 10. *& respondit d.* 2. *dec. bo. me. Bichij* §. *& licet, & seqq.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana prætensæ deuolutionis Palatij.

Die 18. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Contractum locationis non emphyteusis si partes denominatunt, talis præsumitur maximè concurrentibus ad locationem requisitis; hinc plura de beneplacito Apostolico, alijsque in huiusmodi contractibus tum locationis, tum emphyteusis discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Locatio perpetua facta etiam de bonis Ecclesiæ est transitoria ad extraneos.*
2 *Concessio eò magis dicitur transitoria ad extraneos, vbi concurrunt coniectura.*
3 *Clausula*, ad habendum, *non cæterata, sed cum facultate disponendi, comprehendit etiam extraneos.*
4 *Clausula*, ac de ea faciendum ac disponendum ad libitum, *æquipollet clausulæ*, & quibus dederit.
Emphyteusis transit ad extraneos mediante clausula, & quibus dederit, *vel simili n.* 4.
5 *Pactum francandi, & facultas donandi, & alienandi extraneos admittit.*
6 *Contractus talis præsumitur, qualis denominatur à contrahentibus.*
7 *Pensio si correspondet fructibus contractus dicitur locationis, non Emphyteusis.*
8 *Locatio præsumitur non Emphyteusis ex amplissima concessione omnium iurium.*
in Emphyteusi vt aliquod, & Dominium directum reseruari necessarium est, n. 8.
9 *Pacta quæ magis locationibus, quàm Emphyteusi conueniunt naturam contractus demonstrant.*
10 *Locatio præsumitur ex distributa pensione semestruatim.*
Canon soluitur non semestruatim, sed anno quolibet, num. 10.
11 *Emphyteusis pro hæredibus, & successoribus sine dictione*, quibuscumque, *admittit solos hæredes sanguinis.*
12 *Emphyteusis quando etiam comprehendat extraneos.*
13 *Clausula*, prout de similibus rebus fieri solet, *quomodo intelligatur.*
14 *Emphyteusis potest esse in extraneos alienabilis, & quod in alienatione certa interueniant requisita.*
15 *Clausula*, conditionibus prædictis semper saluis, *non restringit facultatem alienandi.*
16 *Facultas alienandi, quando comprehendat etiam extraneos, nec ad primos acquirentes restringatur.*
17 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in locatione perpetua.*
18 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex cursu temporis cum obseruantia, & n.* 28.
19 *Obseruantia centenaria facit præsumere beneplacitum Apostolicum.*
20 *Historicis fides adhibetur.*
21 *Beneplacitum præsumptum in alienatione bonorum Ecclesiæ excluditur per constitutionem Vrbanam.*
22 *Constitutio Vrbana præseruat centenariam.*
23 *ex Centenaria excluditur tempus vitæ alienantis.*
24 *Centenaria ad effectum præscriptionis incipit post mortem alienantium, secus autem pro inducendo Beneplacitum.*
25 *Obseruantia debet esse certa, non æquiuoca.*
26 *Possidere vno, vel alio modo in animo consistit.*
27 *Animus possidendi resultat ex positiuis actis.*

DECISIO CCLXVIII.

POst mortem D. Marij de Frangipanis sine filijs Capitulo, & Canonicis Sancti Marci manutentionem, seu reintegrationem ad possessionem Palatij positi in Platea Conchæ petentibus denegandam esse, Me proponente Domini censuerunt ea eo, quod concessio huiusmodi domus vsque de anno 1539. facta Antonio Frangipanio, ac Curtio, & Mario eius filijs, tanquam in locationem perpetuam, non autem in Emphyteusim, erat transitoria ad hæredes extraneos, & sic ad Comitem Franciscum Frangipanum de Croattia iuxta defuncti voluntatem peruenire potuit, † vt de bonis etiam ab Ecclesia receptis tradit Ruin. *cons.* 161. *num.* 21. *& seqq. lib.* 1. Rolan. à Vall. *cons.* 96. *num.* 22. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 27. Rota coram Buratt. *decis.* 334. *num.* 4. *Bononien. Pradij de Nascenterijs* 16. *Nouembris* 1643. §. *vlterius Domini coram Reuerendiss. Terracinen. & in Romana Domus* 19. *Iunij* 1645. §. *neque obstare coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Quod

Quod in præsenti casu certius procedit, vbi non desunt
2 coniecturæ comprehensionem † extraneorum suadentes,
vt post Ceph. trad. Mantic. de tacit. d. lib. 22. tit. 19. sub n.
21. in fin. vers. sed tamen Altograd. cons. 26. n. 6. vers. & ma-
ximè quando lib. 1. Rota dec. 381. n. 6. & seq. par. 5. recent.
nempè clausula, ad habendum, non ceterata, sed cum fa-
3 cultate disponendi ad libitum extensa, vt in proposito pon-
derat Mantic. vbi supra lib. 22. tit. 19. n. 25. sequitur Alto-
grad. d. cons. 22. sub n. 6. vers. At hoc casu, Caualer. d. decis.
293. n. 1. vers. quæ omnia Buratt. decis. 87. num. 2. & per tot.
Rota in d. Bononien. Pradij de Nascentorijs 23. Martij 1640.
& 16. Nou. 1643. coram Reuerendiss. Terracinen. §. quod au-
tem in præsenti in fin. Clausula, ac de ea facien. & dispomen.
4 ad libitum voluntatis, † quæ æquipollet clausulæ, & quibus
dederit, & operatur, vt Emphyteusis ad extraneos sit tran-
sitoria, Olasch. dec. 161. n. 1. Curt. iun. cons. 4. n. 1. vers. sed
quoniam, Bece. cons. 88. n. 20. vers. 2. & seqq. Rolan. cons. 64.
n. 11. & 13. vol. 4. Calder. de iur. Emphyt. lib. 2. q. 10. n. 14.
& q. 33. n. 30. & seqq. Marescott. cap. 1. n. 1. lib. 3. Rot. post
Giouagn. cons. 44. n. 68. lib. 2. & d. decis. 294. num. 3. par. 2.
dec. 548. n. 8. par. 4. com. 3. recent. & coram Merl. dec. 860.
num. 5. Pactum francandi, & expressa facultas donandi, &
5 alienandi, † quia licentia alienandi per viam contractus osten-
dit Dominum extraneos non abhorruisse, & omnem in
proposito remouet difficultatem, Dec. cons. 171. num. 2.
Curt. iun. d. cons. 4. num. 3. Rot. coram Buratt. d. dec.
87. num. 12. & consideratum fuit in d. dec. 294. num. 6.
par. 2. rec.

Confessionem verò hanc non fuisse Emphyteusim, sed
veram locationem, & perpetuam visum est Dominis pro-
bari, siue ex eo, quod nunquam Emphyteusis, sed sem-
per in Instrumento à partibus locatio fuit appellata, & talis
6 præsumitur † contractus, qualis denominatur à contra-
hentibus, l. qui fundum 4. §. fundi ff. de cont. empt.
Bald. in add. ad speculat. in tit. de locat. in princ.
Crauett. cons. 20. num. 4. Surd. cons. 366. num. 6. &
dec. 326. n. 8. Rota coram Card. Seraphin. dec. 212. nu. 1. &
dec. 736. num. 5. par. 4. rec. tom. 2. & quæ potior coniectura
7 est pensio scut. 55. † Canonicis promissa correspondebat fru-
ctibus domus, vt ponderat Aretin. cons. 55. n. 4. in fin. Ne-
nizan. cons. 92. n. 12. & per tot. Grat. cons. 128. num. 8. lib. 2.
Rolan. cons. 96. n. 43. & seqq. lib. 1. Clar. in §. Emphyteusis
q. 1. n. 50. vers. si vero præstatur plenissima, Rot. coram Bu-
ratt. dec. 334. n. 1. & seq. dec. 14. n. 11. dec. 110. n. 16. par. 6.
rec. & in d. Bononien. Pradij de Nascentorijs 16. Nou. 1643.
§. vlterius Domini vers. quia annua quantitas coram Reueren-
dissimo Terracinen. & vtramque coniecturam visa est ad-
mittere etiam Rot. in Rom. Domus 22. Apr. 1644. §. & præ-
dicta procedere coram bo. me. Card. Cecchino confirmata 16.
Martij 1646. coram Eminentissimo Domino Card. Otthobono
inter eius impressas dec. 62. n. 27.

Siue etiam ex quo facta fuit omnium Iurium translatio
à Capitulo in Dominos de Frangipanis, vt in Sum. Com.
Francisc. n. 1. ibi, & similiter dicti Canonici, & Capitulum
locarunt, & in titulo locationis in perpetuum dederunt, cesserunt
omnia iura, omnesque actiones reales, personales, Ciuiles, di-
rectas, & tacitas, & expressas, hypothecarias, & pignora-
titias, siue mixtas, & in rem scriptas, quæ, & quas dicti Ca-
nonici &c. nullo Iure, nullaque actione quolibet de cætero reser-
uatis, &c. ex huiusmodi enim tam ampla Iurium cessione
constat factam fuisse locationem, non verò concessionem
8 in Emphyteusim, in qua Domino concedenti † Ius aliquod,
& dominium directum reseruari necessarium est, vt tradit
Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 3. n. 9. Menoch. præsumpt. 106.
n. 10. lib. 3. Thomat. dec. Maceraten. 60. n. 40. Valasch. de
iure Emphyt. q. 32. n. 27. & 33. Rota coram Merlin. dec. 546.
n. 5. & 6. & in Mediolan prætensæ deuolutionis. 11. Febr. 1650.
sub §. neque prætensa potest coram R. P. D. meo Meltio.
Siue demum quia adsunt pacta, & conuentiones, naturam
locationis, non Emphyteusis importantes; Promissio nem-
pe de euictione suscipiendi in se litem, faciendi consentire
omnes personas, & pactum francandi, ad quæ omnino
9 Canonici teneri voluerunt, † quæque regulariter non so-
lent concessioni in Emphyteusim, sed locationibus tantùm,
& perpetuis alienationibus conuenire, vt de pacto francan-
di Cephal. cons. 703. n. 17. & seqq. Rota coram Comitulo
dec. 94. n. 4. & seqq. & distributa pensionis solutio in duobus
paghis in principio cuiuslibet semestris eo modo, quo affi-
ctus solui solent, ostendit pariter contractum locatio-
10 nis, non Emphyteusis, † in qua Canonis solutio se-
mel in anno fieri solet, vt in terminis Buratt. dicta dec.
334. sub num. 7. vers. quod etiam conuenerunt.

Neque applicantur decisiones pro parte Canonicorum
allegatæ, in quibus firmatum fuit in Emphyteusi pro hære-
dibus, & successoribus in perpetuum recepta solos hæredes
sanguinis, non autem extraneos contineri, quando † non 11
adest dictio, quibuscumque, vt signanter responsum fuit
in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. §. iustitia, & 10.
Iunij 1643. §. proinde coram R. P. D. meo Cerro, Romana de-
uolutionis Domus 4. Decembris 1651. in princ. & §. contra-
rium tamen, & 21. Iunij 1652. §. quatenus verò coram bo. me.
Bichio 20. Iunij 1653. §. hinc sequitur coram R. P. D. meo
Verospio, & 15. Iunij 1654. §. nec de Iustitia coram R. P. D.
meo Meltio.

Quia de illarum lectura constat, quod loquuntur in ter-
minis longè diuersis, scilicet in Emphyteusi, vel vbi adest
prohibitio arctissima alienationis, non verò quando agitur
de locatione perpetua cum Canone correspondente fructi-
bus, & cum expressa facultate alienandi, & ad libitum dis-
ponendi, & cum amplissima Iurium omnium translatione,
de quibus supra, † in his enim terminis extranei hæredes pro- 12
culdubio comprehenduntur, vt tradunt supracitati Docto-
res, & Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 27. 28. & 30.
Altograd. d. cons. 22. num. 7. & 9. lib. 1. Rota dicta dec. 294.
per tot. par. 2. recent. & in dicta Bononien. Pradij de Nascen-
torijs 16. Nou. 1643. §. quod autem in præsenti coram Reue-
rendiss. Terracinen. & distinguendo admittit etiam Rota
decis. 74. num. 13. & seq. par. 6. recent. & in d. Caietana Bo-
norum 10. Iunij 1648. vers. & proinde non applicantur co-
ram R. P. D. meo Cerro, & in Bononien. Bonorum de Roman-
sis 7. Iunij 1652. §. tam ex clausula coram R. P. D. meo
Verospio.

Hinc Capitulo suffragari non potest subsequens clausula
post licentiam donandi, & alienandi inserta, & prout, &
quemadmodum de similibus rebus locatis fieri, & disponi so- 13
let. Quia cùm addita fuerit post concessionem de sui natu-
ra ad extraneos transitoriam, non potuit per illam ipsius
natura alterari, ne immediatè censeatur reuocata facultas
alienãdi, sed intelligenda venit, quod fiat dispositio saluo Iure
Capituli sine illius præiudicio, & seruatis de Iure seruandis,
Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 520. sub num. 8.
vers. & propterea non debet intelligi, & in Romana Domus
post Giouagnon. cons. 44. num. 71. vers. minus obstat, & seqq.
lib. 2. & egregiè in indiuiduo fuit responsum in d. Bononien.
Pradij de Nascentorijs 19. Nou. 1643. §. placuit etiam Domi-
nis coram Reuerendiss. Terracinen. vbi quod stare simul pos-
sunt, quod res sit in extraneos alienabilis, † & tamen in 14
alienationibus seruetur ea, quæ ex natura contractus ser-
uari debent, nempè vt requiratur consensus Domini, sol-
uatur laudemium &c. & in simili clausula, conditionibus 15
prædictis semper saluis &c. quod non restringant supradi-
ctam alienandi facultatem traditam per clausulam ad ha-
bendum &c. vel similem, Socin. sen. cons. 43. sub num. 4. vers.
sed ad hoc lib. 4. Hodiern. ad Surd. d. decis. 93. num. 12. Rota
coram Caual. decis. 219. num. 13.

Minus releuat, quod facultas alienandi sit personalis,
& ad primos acquirentes restringatur, ibi, & de ea fa-
cien. &c. disponen. &c. ad ipsorum Dominorum Antonij Cur-
tij, & Marij filiorum libitum voluntatis &c. Nam omisso
quod facultas alienandi non fuit simpliciter desumpta
ex d. clausula, ad haben. sed ex natura & qualitate
contractus locationis, in quo sine difficultate omnibus
competit facultas alienandi responsum fuit, quod cùm
dicta clausula, & de ea facien. & disponen. &c. sequatur
post stipulationem, & acceptationem factam non solum
pro Antonio, & filijs absentibus, sed etiam pro hæredi-
bus, & successoribus in perpetuum, neque post illam
sequatur dictio taxatiua Emphyteusis est ad omnes tran-
sitoria, † & facultas alienandi etiam extraneis concessa 16
censetur, Rot. post Giouagnon. dicta cons. 44. num. 78. lib. 2.
Caual. dicto decis. 293. num. 3. & 4.

Licet autem verum sit, quod siue Emphyteusis fue-
rit, siuè locatio, beneplacitum Apostolicum requireba-
tur, ex quo solitum concessionis fuit alteratum, nec
vnquam amplius hoc modo concessa reperitur, quia
prædicta † alteratione noua reputatur concessio, Dec. 17
cons. 142. num. 4. in fin. vers. primo ergo, & num. 5.
Decian. respons. 73. num. 43. lib. 2. Redoan. de reb.
Eccles. non alien. quæst. 2. num. 28. Rouit cons. 79.
num. 38. & seqq. lib. 1. Port. Imol. cons. 65. num. 7. & 8.

Rota coram Merlin, *dec. 756. n. 14. dec. 764. n. 4. & dec. 775. num. 10. Nouarien. bonorum 1. Iunij 1644. §. eoque minus coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano, Rauennaten. Domus 14. Iun. 1649. §. vltra quod coram Reuerendiss. Terraconen. & in d. Romana deuolutionis Domus de quibus supra.*

Adducitur tamen hic præsumptum (licet expressum non
18 exhibeatur) ex cursu scilicet longissimi temporis † centum, & amplius annorum cum obseruantia subsequuta, quæ beneplacitum interuenisse, & omnia legitimè facta fuisse sufficienter ad hunc effectum iustificant, Gozad. *cons. 73. nu. 20. & seqq.* Surd. *cons. 181. num. 1. lib. 2.* Crauett. *de antiquit. temp. par. 3. cap. 2. num. 26.* Rouit. *d. cons. 79. num. 40.* Marescott. *var. resol. cap. 13. num. 9. lib. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 12. in princ. num. 76. & seqq.* Grat. *discept. 867. n. 50.*
19 vbi loquitur in specie de † obseruantia centum annorum, *& discept. 893. num. 17. 18. & 20.* Rota coram Duran. *dec. 91. num. 6. & decis. 381. num. 15. par. 5. rec. Romana permutationis 20. Februarij 1647. §. non obstat nullitas*, coram bo. mem. Bichin, & coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono *dec. 240. num. 12.* quæ quidem benaplaciti præsumptio adminiculum etiam aliundè recipit, ex libro nempe ab Honufrio Panuinio Veronensi conscripto, cui titulum fecit de gente Frangipania, vbi lib. 4. cap. 1. postquam concessionem huius domus factam à Capitulo, & Canonicis Antonio Frangipanio cum pacto francandi descripsit, hæc verba subiecit, *Sopra di cio ne fu passate il si in euidentem, come appare negl'atti di Stefano de Amadeis, & in luogo di 300. scudi, che doueua spendere per oblige, passorono più di due mila in meno d'otto giorni, &c.* Cuius quidem Classici, & fide digni scriptoris enunciatio visa est Dominis ad coadiuuandam beneplaciti, & obseruantiæ præsum-
20 ptionem deseruire † potuisse, cùm Historicis deferendum, & dandam esse fidem tradat text. *in l. 1. ff. de off. Præfect. Prat.* Gutier. *Prat. qu. lib. 3. cap. 13. num. 13.* Lazz. *de Capellan. lib. 1. cap. 25. num. 3.* Gratian. *discept. 893. nu. 6. & seqq.* Rota *dec. 353. n. 23. & seqq. par. 5. rec. Posnanien. Abbatia 1. Iulij 1647. §. nec de potestate coram R. P. D. meo Celso*, & plenè *in Fanen. seu Senogallien. Bonorum 26. Iunij 1648. §. corroborationem prædictam coram R. P. D. meo Melt.o.*

Non obstat quod huiusmodi præsumptiua beneplaciti allegatio in alienationibus rerum Ecclesiæ ex obseruantia,
21 & cursu temporis deducta, † sublata fuit per nouissimam constitutionem san. mem. Vrbani VIII. *incipien. Romanus Pontifex in Sacra B. Petri in Bullar. nou. tom. 4. in Appendic. constit. 47. aliàs 157.* vt tradit Rota *in Rauennaten. Domus 17. Martij 1651. §. præsumptio vere coram Reuerendissimo Tarraconen. &c. in d. Romana deuolutionis Domus 15. Iunij 1654. §. huiusmodi autem coram R. P. D. meo Meltio.*

22 Quia ponderatum fuit, quod *in eadem constitutione* † præseruatur explicitè centenaria ante finem *vers. nec etiam*, ibi, *non intendimus autem per præsentes &c. nec etiam tollere centenariam concurrentibus de iure requisitis.* Centenaria autem de tempore editæ constitutionis in casu nostro erat completa, cùm hæc promulgata fuerit de anno 1641. concessio autem facta anno 1539. In nihilo refragante, quod à supradictis centum annis demenda sint tempora vitę Cano-
23 nicorum alienantium, quibus subductis † vtique centenaria non erit completa, vt in terminis voluit Rota *dec. 94. n. 13. & pluribus seqq. par. 7. rec. & in Mutinen. bonorum 12. Iunij 1642. §. non præsumptum, & seqq. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Circumscripta enim alienatione in Consanguineos, in quibus terminis procedunt decisiones ex aduerso adductæ conclusionem procedere ad effectum præscriptionis tantùm, quæ nisi post mortem alienantis incipere non potest, non
24 † autem ad effectum præsumendi beneplacitum veriùs Domini existimarunt, hoc enim secundo casu quod alienatio in coniunctos facta non fuit, nullum tempus subducendum esse dixerunt, sed statum post alienationem currere, iuxta distinctionem relatam per Marescott. *var. resolut. lib. 1. cap. 13. n. 17.* Adden. ad sa. me. Greg. *dec. 354. n. 19. in fin. vers. demum circa tempus*, Rota *in Lunen. Sarzanen. Terrarum 20. Iunij 1575.* coram Cotta, & coram Seraph. *dec. 1027. n. 13. & dec. 1085. n. 5. & in Placentina bonorum 24. Apr. 1617. §. fin. coram clar. mem. Card. Verospio Iun. in recent. dec. 463. n. 8. par. 4.*

Neque obseruantia copulatiuè necessaria destruitur, ex quo cùm Frangipani domum possidere potuerint alio titulo, quod locationis nempè ex concessione in Emphyteusim illis facta anno 1535. vsque ad tertiam generationem, tanquam cessionatijs Dianæ de Vincentijs, non constet indubitanter de obseruantia secundæ concessionis, quasi sola possibilitas possidendi ex prima, secundam impediat obseruantiam,
† quæ certa penitus, & non æquiuoca esse debet, in terminis 25
Rota *dec. 176. n. 45. par. 5. rec. & in Craconien. decimarum 27. Martij 1651. §. neque subsistit coram R. P. D. meo Verospio.*
Ponderatum enim fuit quod possidere vno, † vel alio modo 26
sit in animo consistens, *l. si quis vi 17. §. differentia ff. de acquir. poss.* Duran. *dec. 40. n. 14.* dum ijdem Frangipani fecerunt impensas in secunda concessione conuentas, & semper fuerunt soluti & respectiuè recepti affictus, & Canones ad rationem scut. 55. iuxta præscriptum eiusdem secundæ
concessionis, *vt in Sum. Com. Francisci n. 3.* Hinc † exclu- 27
ditur animus possidendi ex prima, & clarissima resultat obseruantia secundæ, adeò vt de illa dubitari non possit, Rota
dec. 121. n. 13. par. 7. rec. in puncto obseruantiæ † ad præsu- 28
mendum beneplacitum, *in Serdenen. Præpositura 22. Feb. 1651. §. obseruantia verè coram Eminentiss. D. Card. Otthobono inter eius impress. dec. 140. n. 13. & seqq.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Æsina Dotis.

Die 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Mulier quæ regulariter non repellitur à consecutione suæ dotis per exceptionem administrationis, si tamen appareat tot bona ad sui manus peruenisse sufficientia pro sua dote, arcetur vtique, & impeditur à consecutione illius.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio retardari non potest mulieri per exceptionem administrationis tutelæ.*

2 *Mulier quæ administrando bona filiorum, tot bona recepit pro sua dote sufficientia, repellitur ab exceptione administrationis, si dotem petat.*

3 *Exceptio administrationis repellit mulierem à consecutione suæ dotis, etiam si sententiam super reddita ratione obtinuerit, & quando.*

Sententia, à qua fuit appellatum remanet suspensa, num. 3.

4 *Reseruatio importat existentiam illius, quod reseruatur.*

5 *Testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam non creditur.*

6 *Heredes plures non tenentur vltra portiones hereditarias.*

7 *Heres pro ea parte in qua est hæres, repræsentat personam defuncti.*

8 *Executio excessiua corruere debet.*

9 *Executio excessiua non sustinetur pro summa debita.*

10 *Creditor per aditionem hæreditatis, sine inuentario dicitur de suo credito satisfactus.*

11 *Executio excessiua à nullitate, & iniustitia non est immunis.*

DECISIO CCLXIX.

PEr aliam decisionem sub die tertia Aprilis 1656. in hac causa coram me emanatam duobus motis fundamentis Domini firmarunt constare de bono iure Marci Antonij, & fratrum de Nobilibus, & primum erat quod licet exce-
ptione administrationis tutelæ † retardari non possit mulie- 1
ri restitutio dotis Marito prædefuncto solutæ, Negusan. *de pignor. 1. membr. 5. par. principali n. 36. & 37.* Crat. *discept. for. cap. 129. n. 36.* Rota quæ hanc esse communem DD. sententiam dixit coram Card. Seraphin. *dec. 1415. n. 1.* maximè vbi concurrit obligatio Cameralis, contra quam non admittitur exceptio altiorem indaginem requirens, quia tamen in hac facti specie satis concludenter iustificatum apparebat ad manus Io. Baptistę matris durãte administratione sibi à Petro

Simo-

Simone viro demandata tot bona, pecunias, argenta, aliosque effectus hæreditarios non modici valoris peruenisse, ea quibus de dote quam modo petit, commodè po-
2 merit satisfieri, † oulla ei competit actio ad illam consequendam nisi prius reddita de dd. bonis sufficienti ratione, vt reprobata opinione Soccin. sen. *consil.* 126. *&* 180. tradunt Grat. *d. cap.* 109. *num.* 21. Rota coram bo. mem. Merlino *dec.* 551. *n.* 8. *&* 9. *in Romana Census* 17. *Maij* 1649. *coram Reuerendissimo D. meo Decano* §. *non obstat motiuum alijsque adductis in dec.* §. *& quamuis*.

Nec ad excludendam huiusmodi satisfactionem suffragari potest Io. Baptistæ admioistratrici, quod moto super redditione rationis Iudicio coram A. C. fuerit ab illo promulgata sententia declarans eam fuisse ritè, & benè redditam, & de restitutione facta Marco Antonio constare ex apoca manu Io. fratris scripta, & ea Testium depositionibus de quibus in hodierno Summ. num. 3 & 6. Quia preter quod à prædicta sententia fuit appellatum, & cau-
3 sa † in hoc Tribunali simpliciter commissa cuius proinde effectus remanet suspensus, *cap. venientes* 19. *de iur. iur. cap. pastoralis* 18. §. *praterea de officio legat.* Grat. *discept.* 269. *num.* 41. in illa expressè reseruata leguntur gemmæ, vasa argentea, & cætera suppellectilia, ac mobilia Domus io Inuentario descripta etiam penes Io. Baptistam existentia ad effectum inter ipsam, & filios, & hæredes
4 diuidendi, quæ reseruatio † in præiudicium eiusdem denotat adesse ea, quæ reseruata fuere & sic non fuisse restituta, ad tradita per Menoch. *cons.* 713. *num.* 5. Rota coram Eminentissimo D. Card. Otthobono *dec.* 42. *num. fin. inter eius impress.* ea confessione autem Ioannis tanquam in minori etate constituti sine solemnitatibus non potest desumi necessaria probatio, minusque ex Testibus conantur deponere partem bonorum in hæreditate Petri Simonis repertorum fuisse restitutam à Matre filijs, nam omissis exceptionibus contra illorum personas adductis, cùm duæ sint mulieres Ancillę prefatæ Io. Baptistæ pro qua testificantur alijque familiares nec in dictis concludunt totalem bo-
5 norum restitutionem, sufficit † quod ad perpetuam rei memoriam sine partis citatione, & sic nulliter examinati id deponant, vt fides ipsis non sit adhibenda, *cap.* 2. *de Test. l. si quando* 15. *C. eodem* Crauett. *cons.* 2. *num.* 17. Rota *dec.* 310. *num.* 10. *par.* 5. *rec.* & penes bo. me. Merlin. *dec.* 179. *num.* 6.

Sed magis subsistens visum fuit alterum decisionis fundamentum positum in excessiuitate mandati, fuit enim à Io: Baptista obtentum pro scut. 4300. & pro tota summa executioni demandatum contra dd. Marcum Aotonium, & Ioannem filios quod fieri non potuit, nam cùm illi essent pro duabus partibus hæredes Petri Simonis Patris, & dotis debitoris, in alia verò parte fuerit ab eodem scripta hæres ipsa Io. Baptista non poterant ad illius integram re-
6 stitutionem † conueniri, quia vltra portiones hæreditarias hæres non tenetur, *l. pro hereditarijs* 2. *& l. si adulta* 6. *C. de hered. & l.* 5 *C. si cert. pet. l. fin. Cod. si vnas ex pluribus*, Greg. XV. *dec.* 442. *num.* 3. & ibi Add. *Litt. A.* solumque
7 in ea parte in † qua extat hæres defuncti personam repręsentat, *l. cum à matre* 14. *C. de rei vendic. l.* 1. *& d. l.* 2. *C. de hereditate act. l. quadam* 9. *ff. eodem cum pluribus relatis in Ariminen. Pecuniaria* 22. *Iunij* 1640. *coram bon. mem. Arguelles post Merlin. de Pignor. & hypothec. dec.* 127. *n.* 5. *cum seqq.*

Vnde executio aliaque omnia in executione prædicti
8 mandati † excessiui emanata corruunt, Grat. *discept. for.* 960. *num.* 4. Marchelan. *de commiss. par.* 1. *fol.* 1240. *num.* 5. *cum seqq.* Rota apud Greg. *dec.* 485. *n.* 4. Reuerendissimus Vrgellen. *dec.* 81. *num.* 2. adeo vt nec pro quantitate, quæ
9 verè à prædictis filijs † est soluen. potest substineri, vt sæpè respondit Rota coram Buratt. *decis.* 91. *num.* 6. *in fine*, *& dec.* 269. *num.* 7. *&* 8. *in Viterbien. fideicommissi de Spiritibus* 4. *Iulij* 1646. §. *quia prædicta procederent coram R. P. D. meo Cerro, in Senogallien. Saluians* 12. *Iunij* 1651. *coram D. Card. Corrado, & in Baren. Saluians* 20. *Maij* 1653. *coram bon. mem. Bichio* §. *finali*.

Neque euitari potest excessiuitas ea eo, quod mandatum fuerit relaxatum contra bona hæreditaria d. Petri Simonis, ac executum super vno corpore hæreditatis possesso per Io. Baptistam Creditricem, & filios vt supra hæredes pro indiuiso, & hinc sub huiusmodi exequutione comprehendatur etiam pars ad eamdem spectans, qua dempta firma manet executio in portionibus filiorum pro rata debiti grauatis, siquidem mandati iniustitiam illius excessiuitatem in hoc DD. consistere dicebant quod I. Baptista egit, & condemnari obtinuit filios ad integram restitutionem, & tamen non nisi ad duas à tribus partibus tenebantur, pro alia autem remanente parte Io. Baptista erat sui ipsius debitrix vti hæres, pro quinta parte, ac etiam satisfacta,
dum per aditionem † hæreditatis non confecto Inuentario 10
hoc suum dotale creditum fuit pro hac rata confusum, & extinctum, *l. si Socer.* 45. §. *final. ff. solut. matrim. l. si vxor.* 7. *C. de bon. auct. iudic. poss.* Gabr. *cons.* 59. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. *ceterisque in alia dec. congestis* §. *alterum*. Itaque excessiui-
tate attenta † vitio nullitatis, & iniustitiæ saluari non po- 11
test, *l. in hoc iudicio* 28. *ff. famil. ercisc.* Buratt. *dec.* 169. *num.* 8. *& dec.* 216. *num.* 10. & in consequens clarum redditur bonum ius Marci Antonij, & fratris, qui talem executionem passi fuerunt, pro quibus ex prædictis, & præsertim ex hoc vltimo fundamento deuuò fuit resolutum.

Et ita vtraque informante, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 3. Aprilis 1656. coram eodem R.P.D. Beuilaqua est decisio supra 151.

R. P. D. VEROSPIO.

Cauallicen. decursus Aquarum.

Die 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio in iure percipiendi aquas cùm ex vnico etiam actu acquiratur; datur proinde manutentio ad eum statum, quo quis ante motam litem reperiebatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur ad statum quo quis ante motam litem reperiebatur.*
2 *Manutentio in materia aquarum conceditur, etiamsi vnica tantum vice aqua defluxerit.*
3 *Aqua per canale manufactum decursa non dicitur iure facultatis, sed negatiuè seruitatis decurrisse.*
4 *Scientia deducitur ex cursu temporis, & multiplicitate actuum.*
5 *Scientia pro præscriptione requiritur, secus pro manutentione.*
6 *Possessio ex constituto transfertur.*

DECISIO CCLXX.

INter Cauallicensem Episcopum necnon Ioannem Baptistam Blancettum lite suborta super aquarum decursu à Molendino Episcopalis Mensæ prodeuntium, quas in Emphyteusim eidem Blancetto concesserat, commissa mihi causa ex appellatione Episcopi cum facultate manutenendi quem de iure. Dubium hodie proposui, cuinam debeat manutentio decerni ad fauorem vtriusque partis resolutum. Dum enim Episcopus, ac Blancettus ante motam litem in quasi possessionem vsus aquarum extitisse noscuntur, Iuris dispositio suadet, † vt manutentionem, ad possessionis statum de tempore motæ litis consequantur ad text. *in* §. *retinenda instit. de interdict.* & notant communiter ibi DD. & Rota coram Greg. *decis.* 569. *num.* 3. coram Buratt. *dec.* 504. *n.* 11. *& dec.* 76. *n.* 1. *par.* 5. *rec. cum alijs relatis in Anglonen. seu Trasen. massa communis* 3. *Iunij* 1650. *coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Episcopi verò quasi possessio ex Testibus formiter examinatis plenè conuincitur, deponentibus nimirum post stipulatum concessionis Instrumentum controuersas aquas, prædium vulgò Condominæ sub mensę Episcopalia Dominio constitum irrigasse. Hinc enim probatio sufficiens pro assequenda manutentione consurgit. Postquam ad hunc effectum satis esse censetur, † quod per annum ante litem, quinimò per vnicam dumtaxat vicem in prædium aquæ defluxerint, iuxta text. *in l.* 1. §. *quod autem ff. de aqua quotid. & æstiu.* Ruin. *consil.* 191. *num.* 3. *in fin. & nu.* 4. *lib.* 5. Menoch. *de retinen. remed.* 6. *num.* 15. Rota coram Greg. *dec.* 100. *num.* 1. *& dec.* 734. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & penes Posth. *de manuten. decis.* 213. *num.* 1. *& in*

Ferrarien. Aquarum 4. Decembris 1651. coram bon. mem. Peutingerio. Quocies præsertim vt in proposito casu decur-
sus aquarum mediante canale lignamiois ministerio pera-
ctu comprobatur, tunc enim excludetur præsumptio, quod
3 quis † in vim facultatis à Domino tributæ vsus fuerit, sed
iure dumtaaat negatiuæ seruitutis diuersionem earundem
aquarum prohibentis, vt notat Castrens. *in cons.* 243. *n.* 2.
vers. propterea lib. 2. Menoch. *cons.* 447. *n.* 42. Surd. *cons.* 47.
n. 11. *in fin.* Rota *in Meleuitana decursus aquarum* 31. *Ian.*
1646. in §. nec obstat coram R.P.D. meo Melzio.

Neque vrgere visa fuit obiecta Blancetti ignorantia.
Præterquam enim ex diuturnitate temporis 20. scilicet
annorum, & vltrà, necnon ex actuum multiplicitate
4 † scientia posset quoque desumi, vt notat Abb. *in cap. cum*
Ecclesia Sutrina 25. *de caus. poss. & propriet.* Gratian. *c.* 687.
num. 32. Rota coram Sersplin. *decis.* 306. *num.* 5. & coram
Greg. *decis.* 249. *num.* 11. *& decis.* 685. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*
Eadem scientia requiritur dumtaaat in casu, quod de præ-
5 scriptione inducenda ageretur, † non autem respectu quasi
possessionis, quæ ex vnico dumtaxat actu inscio etiam Ad-
uersario acquiritur, vt notat Ruin. *cons.* 191. *n.* 4. *lib.* 1.
Rota *dec.* 17. *n.* 7. *&* 8. *par.* 2. *diuers. & dec.* 685. *n.* 4. *par.* 5.
rec. & coram Greg. *dec.* 100. *n.* 2.

Nec releuant Testes examinati, ac deponentes de quasi possessione Blancetti ducendi aquas ad Prædium vulgò Bombos, cùm ea possessio debeat intelligi postquam Condominæ prædium ex ijsdem aquis irrigatum; Emphyteusis autem concessio non visa fuit præsentis indaginis, cùm quoad formam possessionis debeat manutentio decerni, & ad petitorium proindè iudicium eam Domini proieceruntur.

Quasi possessio denique Blancetti, neque impugnata
ex parte Episcopi legitimam iustificationem assumit, tum
ex clausula, *constituti*, in instrumento concessionis per
6 Episcopum appositam, † cuius virtute fuit in Blancettum
translata possessio, ad notata per Schrader. *de feud. par.* 9.
cap. 1. *num.* 33. *&* 34. Paris. *cons.* 33. *num.* 30. *& cons.* 77. *n.*
8. *lib.* 3. Tum ex testibus decursum aquarum concludentibus ad prædium Bombos nuncupatum.

Et ita manutentionem Episcopo DD. decreuerunt in quasi possessione vsus aquarum pro irrigatione prædij vulgò, Condomine, Blancetto verò in quasi possessione earumdem vsus postquam ad prædium ipsius affluxerit vtraque, &c.

R. P. D. ZARATE.

Mediolanen. Iurispatronatus.

Luna 18. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus sicut comprehenditur in institutione facta nedum de bonis, sed etiam de iuribus, & actionibus. sic in eorum substitutione venit. Delictum an probetur ex fide Notarij de illo attestantis, & cui ex forma Statuti creditur.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones Rotæ neque incidenter reuocari, nec examinari licet.*

2 *Verba apposita in institutione censeantur ne repetita in substitutione.*

Verbum, dicta, refertur ad omnes species supra expressas, num. 2.

Iura, & actiones quando in hereditate comprehendantur, num. 2. *& seq.*

3 *Hereditas est quid vniuersale, comprehenditque actiones, & iura.*

4 *Iuspatronatus quando transire debeat in substitutum.*

5 *Pertinentiarum appellatione omnia includuntur nihil penitus excluso.*

6 *Fides Notarij non probat condemnationem.*

Sententia debet ex actis iustificari, n. 6.

7 *Fides Notarij aliter ex forma Statuti probantes, non tamen iustificant delictum.*

Confessio ficta non attenditur in delictis, n. 7.

Statutum prebens fidem attestationi Notarij, non attenditur in materia delicti, n. 7.

8 *Sententia contumacialis, quando delictum non probet.*

9 *Verba*, spectare, & pertinere, *tempus præsens includunt, & excludunt futurum.*

DECISIO CCLXXI.

DVm super institutione ad beneficium sancti Hilarij de Iurepatronatus ageretur inter Petrum Baggium, & Carolum de Rubeis præscotatos incidenter firmatum fuit coram me in decisione edita 10. Decembris 1655. Iuspatronatus pro medietate non spectare ad Claram Anselmi sororem, & hæredem, autricemque Comitis Montij ex duabus rationibus. Prima, quia ex fideicommisso ordinato à Ioanne Baptista fundatore ad Claram deuenire non potuit Iuspatronatus, cùm fideicommissum restrictum fuerit ad bona dumtaxat, quorum appellatione cum Iura, & actiones non comprehendantur, nec etiam comprehendi censetur Iuspatronatus. Secundò, ex eo quod Hilarius vnus ex hæredibus Ioannis Baptistæ condemnatus fuerat in pœnam capitis, & confiscationis bonorum vsque de anno 1614. vt propterea illius vos consolidata fuisset cum altera portione Anselmi iuxta Testatoris præceptum, & vtraque veniret sub donatione per eumdem Anselmum facta ad fauorem Flauij Antonij Baggi. Cùm autem coram R. P. D. meo Albergato super altero beneficio sancti Apollinaris eiusdem Iurispatronatus ageretur, deque
eius pertinentia inter Patronos prædictæque rationes co-
ram me firmatæ pariter vrgerent, sed incidenter exami-
nari, † aut reuocari decisiones iuxta stylum Rotæ non li- 1
ceat, ordinatum fuit, quod prædicta decisio coram me emanata reuideretur. Vnde sub incudem disputationis reuocata Domini recesserunt à decisis: siquidem ex nouiter deductis animaduersum fuit ex facto corruere duo prædicta fundamenta.

Primum namque quatenus dictum fuit, quod fideicommissum ad bona dumtaxat restrictum erat ex verbis Testamenti denuò producti, deficere visum est, Testator enim disposuit: *De omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac de per se mouentibus, rebus, Iuribus, & actionibus nominibus debitorum, & alijs quibuscumque.* Quæ verba
licet in institutione scripta legantur, tamen in substitu-
tione repetita censentur per illa † verba in ea apposita; 2
Succedant in d. hæreditate, & bonis meis, & qualibet earum parte, & ideò Iura, & actiones continentur, tum ex relatiuo illo, *dicta*, quod refertur ad omnes species in antecedenti institutione comprehensas, vt per Surd. *cons.* 163. *num.* 14. Menoch. *cons.* 303. *num.* 23. Barbos. *dict.* 87. Rota
coram Seraph. *dec.* 584. *num.* 8. Tum ex illo verbo hære-
ditate, † quod tanquam vniuersale continet Iura, & 3
actiones, Rota penes Vinian. *de Iurepatr. dec.* 121. *num.* 8.
& 10. Accedente præterea prohibitione cuiuslibet detra-
ctionis in eodem Testamento adiecta sub qua Iura quo-
que includuntur, † vt exindè Iuspatronatus in substitu- 4
tum transire debeat, vt notat Guidop. *dec.* 507. *num.* 1.
Adden. ad Alex. *cons.* 73. *in princ. addit. lib.* 7. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 37. Vinian. *de Iurepatr. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 16. & post eundem Rota *d. dec.* 121. *d. num.* 8. *& allegats in decis. quæ reuidetur in* §. 2. Maximè cùm non
solùm fuerit prohibita alienatio bonorum, verum etiam
pertinentiarum, ex quibus postea substituit sub appella-
tione † namque *pertinentiarum*; vtpotè nimis lato verbo 5
omnia includuntur nihil penitus excepto, vt per Lap. *alleg.* 139. *num.* 10. Surd. *cons.* 429. *num.* 13.

Pariterque cessat secundum fundamentum scilicet,
quod in casum delicti Testator substituerit. Vndè cùm
Hilarius in pœnam capitis, & confiscationis bonorum
condemnatus fuisset illius portio consolidata fuit cum por-
tione Anselmi, qui vtramque vocem potuit donare, si-
quidem ad huiusmodi condemnationem iustificandam
exhibita solùm fuit fides Notarij, quæ non videtur † suffi- 6
ciens, cùm sententia debeat ea actis probari aut iustificari,
vt dixit Rota *decis.* 665. *num.* 2. *par.* 1. *recent.*

Nec refert, quod Statutum aut Constitutiones Me-
diolani fidem tribuant attestationibus Notariorum, ac
si acta ipsa essent producta, adeout ex prædictis attesta-
tionibus confessio inducatur, † quia similes Constitutio- 7
nes

nes inducentes fictam confessionem non attenduntur in hac materia, cùm nullatenus probent delictum, vt aduertunt DD. in l. cum filius familias, ff. de verb. oblig. Rota dec. 394. num. 20. par. 5. rec. præsertim cùm dicta sententia lata
8 fuerit in contumaciam, † & ideò non sit attendenda Rota dec. 714. nu. 12. par. 4. to. 3. rec. & coram san. me. Greg. XV. dec. 371. nu. 10.

Denique, nec vrget, quod Anselmus portionem Hilarij saltem obtinuerit ratione fideicommissi ex eiusdem obitu sequuto de anno 1637. vt propterea subsistineator donatio ab ipsa antecedenter facta; quia cùm Ordinarius donationem approbauerit respectu solius vocis Anselmo competentis. Donatio antecedens Hilarij vocem non debet comprehendere, signanter cùm in ea præseruata fuisset vxor Hilarij pro se, & eius successoribus, quatenus ad eum spectasset, si verò legitimè appareret ad dictum Anselmum spectare, & pertinere prædictam vocem Hilarij,
9 tunc ea quoque censeretur donata per illa verba, *spectare, & pertinere*, quæ tempus donationis respiciunt, & futurum excludunt ex traditis à Decian. *cons. 32. num. 18. & 19. lib. 1.*

Et ita vtraque parte, &c.

Decisio in hac eadem causa facta sub die 10. Decembris 1653. est supra decisio 104. in hac eadem par. 12. rec.

R. P. D. BEVILAQVA.

Leodien. Pecuniaria.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Abbas, qui sine consensu Monasterij contraxit, non obligat Monasterium, nisi de necessitate contraxisse probetur, & versio eum vi illius vtilitatem iustificetur.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium condemnari non potest ex debito Abbatis, nisi constet pecunias in illius vtilitatem fuisse versas.*

2 *Versio in vtilitatem Monasterij probari debet concludenter, nec coniectura sufficiunt.*

Prælatus contrahens sine consensu Conuentus, quando obliget Monasterium, num. 2.

3 *ad Abbatem pertinent, quæ versantur circa Diuinum cultum, vel alias res Monasterij.*

Abbas in quibus rebus mandatum habere dicatur, numer. 3. & 4.

4 *Abbas non dicitur habere mandatum in ijs, quæ sibi ex statuto Monasterij prohibentur.*

5 *Creditor, qui cum Abbate contraxit, quando versionem teneatur probare.*

6 *Testes benè concludentes, & bonam rationem reddentes, plenè probant.*

7 *Existentia æris alieni in Ecclesia, ex quibus arguatur.*

9 *Ecclesia, quando ex contractu Prælati teneatur, & num. 11.*

9 *Versio pecuniarum probari debet, vt acquiratur actio contra Monasterium.*

10 *Scripturæ priuatæ non recognitæ, non probant.*

11 *Creditor ex contractu inito cum Prælato, quando possit Monasterium conuenire, & sup. nu. 8.*

12 *Versio pecuniarum non probatur ex solutionibus post longa tempora factis.*

13 *Versio suadetur ex prudentia, & probitate Prælati, secus, & administratoris, sic è contrario excluditur.*

14 *Versio tota pendet arbitrio iudicantis.*

15 *Versione non probata in casu quo requiritur, confessio desuper eam facta simulata præsumitur.*

16 *Probatio præsumptiua non sufficit vbi certa requiritur.*

17 *Abbas si contrahendo non præiudicant Ecclesiæ, multò minus confitendo.*

18 *Testibus non creditur, si eorum auctores repelluntur.*

19 *Testis de auditu à fratre personæ, cui alias non creditur, nihil probat.*

20 *Testes numero plures, & melius concludentes in concursu præferuntur.*

DECISIO CCLXXII.

QVamuis Abbas Lathomus Monasterium Vallis Scholarium Leodien. cuius regimini diù præfuit, non solùm omni ære alieno liberum, sed diuitijs, ac omnibus alijs necessarijs affluenter copiosum reliquerit, nihilominus Abbas Paulus Vertea successor, anno vel circiter post illius obitum vnà cum fratre Ioanne receptore exposita d. Monasterij necessitate summam florenorum 3000. accepit sub obligatione bonorum dict. Monasterij, & successiuè Abbas solus alios florenos 1500. sub propria obligatione illos infrà certum tempus restituendi, prout dicta obligatione attenta. Monasterium, & modernum Abbatem teneri diffinitiua sententia per bon. me. Bichium lata, declaratum fuit, quam ea capite iniustitiæ in gradu appellationis ad me interpositæ infirman. esse DD. censuerunt.

Iniustitia visa fuit clara, quia non potuit condemnari dictum Monasterium, nisi constito prius, quod pecuniæ fuerint erogatæ in illius vtilitatem, † alioquin hoc non proba- 1
to nulla resultat obligatio, vt ad restitutionem cogi possit, *C. quod quibusdam 4.* ibique gloss. *in verb. in vtilitatem de fideiuss. cap. 1,* vbi Innoc. *num. 1. de deposit.* Auth. *hoc ius porrectum in fin.* & Bald. ibi *num. 23. C. de sacros. Eccles.* Roman. *cons. 352. nu. 4. vers. & huius est ratio*, Castrens. *cons. 337. n. 1. vers. ad hoc responsio clara est lib. 1.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. qu. 56. num. 27. & quæst. 57. num. 94.* Mascard. *de probat. concl. 1160. num. 3. & seqq. concl. 1161. nu. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsump. 55. num. 1. & 2.* Rota coram Card. Seraph. *dec. 338. num. 7.* fa. me. Greg. *dec. 511. num. 12. repetita in rec. decis. 301. pariter num. 12. par. 1. & dec. 310. num. 2. vers. quæ maximè par. 3.* & quidem concludenti, & plenissima probatione doceri debet de huiusmodi effectiua versione pecuniarum in extinctionem debitorum legitimè contractorum, † vbi Prælatus nullo præcedente 2
Monasterij vel Conuentus mandato hac de causa mutuum contraxit, nec sufficiunt coniecturæ & præsumptiones, vt deciditur in *l. 3. §. sed si sic, ff. de in rem vers.* *Calderin.* qui in istis terminis d. legem procedere declarat in *cons. 7. de probat.* Castrens. *in d. cons. 537. sub nu. 3. vers. nec obstat*, Natt. *cons. 547. nu. 8.* Mascard. *d. concl. 1161. nu. 2.*

Tantùm abest in proposito, quod fuerit doctum de mandato, vel de versione, quod potius constat de contrario. Nam quoad mandatum, lectura Instrumenti, & Apocæ inter partes initæ demonstrant mutuum fuisse cum ipso Abbate, & receptore contractum irrequisitis, ac inscijs alijs Monachis Capitularibus Monasterij; imò conquerentibus de mala administratione, illiusque prodigalitate iuxta testium dicta. Absque eo quod suffragetur allegare Abbatem vti Ecclesiæ Procuratorem contraxisse ex iurisdictione, secundum quod omnia, † quæ ad Diuini cultus reueren- 3
tiam, vel circa vtilitatem, aliasque res Monasterij ad ipsum tanquam talem pertineat, *cap. 2. de donat. cap. nullum 9. in fin. 18. quæst. 2.* Capell. Tolos. *decis. 79.* ibique Adden. *nu. 1.* quoniã particulari statuto huius Monasterij cauetur, quod nullus Procurator hodiè Abbas nuncupatus vltra summam libr. 20. sine speciali Conuentus assensu valeat mutuo recipere, vt in *Summ. num. 10.* Cùmque facultas ad hanc paucam quantitatem sit restricta, mutuum illam excedens non substinetur, † & ita iudicandum est, ac si Abbas nullum 4
mandatum habuisset, Panormit. *in c. constitutus 12. num. 2. de Procur.* Bal. quem cæteri loquentur *in d. l. licet 24. C. eod.* Rota coram Pen. *dec. 413. num. 3.* & ideò creditor illud plus esse versum in rem Ecclesiæ adstrictus est probare, † ad hoc 5
vt obligatam remansisse dicatur, vt scripsit Innoc. *in c. penult. in princ. de fideiuss.* Mascard. *de probat. conclus. 1160. num. 12. & 13.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. qu. 56. sub num. 33. vers. in hac materia, & vers.* & ibi dicit Imol. Menoch. *de arbitrar. cas. 432. nu. 30. & 31.* Rota coram Comitul. *dec. 21. nu. 7.*

Probatio autem versionis qualis vt supra exigitur, non affertur, & nihilominus mediantibus probationibus de nouo vigore remissoriæ factis, ac serie facti plenius in hac propositione ab informantibus proposita, liquidò compertum fuit pecuniam non fuisse mutuo acceptam vrgente necessitate Monasterij, nec in illius vtilitatem subindè expensam.

pensam. Nam testes in vim eiusdem remissoriæ examinati
concludenter probant redditus illius adeò vberes, & effluen-
tes tempore Abbatis Lathumi antecessoris, vt satisfacerent
omnimodæ Monasterij necessitati, ac congruæ, & hone-
stæ frugalitati, illudque ab omni ære alieno liberum, ac effe-
ctus non modici valoris, & quantitatis reliquisse, taliter
quod incredibile videbatur, illo è viuis sublato Abb. Paulum
successorem intrà prædictum modicum tempus coactum
fuisse ob debitorum solutionem has pecunias mutuo acci-
pere. Ex quibus Testibus benè id concludentibus, & cau-
6 sam scientiæ reddentibus, † resultat euidens probatio, Ro-
ta *dec.* 243. *num.* 12. *par.* 6. *& dec.* 270. *num.* 1. *&* 2. *dec.* 283.
7 *num.* 2. *par.* 7. *rec.* quod non vrgebat necessitas, † & indi-
gentia, propter quam argui solet existentia æris alieni an-
tecedenter contracti cum subsequuta versione, gloss. in
Auth. *hoc ius porrectum*, *C. de sacros. Eccles.* Ruin. *cons.* 76.
vol. 4. *in fin. lib.* 4. Grat. *discept. forens.* 107. *num.* 20. *&* 360.
num. 32. Menoch. *de præsumpt. d. lib.* 3. *& præsumpt.* 55. *nu.* 5.
Adden. ad Gregor. *decis.* 311. *littera A.* Mascard. *de probat.*
concl. 1161. *num.* 32. *vers. superiora*, *& seq. &* 40. vbi quod
8 Ecclesia † tenetur quatenus pecunia versa sit in necessa-
riam, & expedientem vtilitatem illius, & Prælatus d. pe-
cuniam mutuo acceptam iuxta modum solitum, & consue-
tum impendit, & vt necessitas, & vtilitas requirebant, se-
cus si huiusmodi modum excessit, Mant. *de tac. lib.* 8. *tit.*
15. *nu.* 5. *&* 6.

Et quatenus veritate illæsa dici posset debitum extitisse,
affirmari tamen nequit esse concludenter probatum cum
pecunijs mutuo habitis fuisse satisfactum ass. creditoribus,
9 ac in hanc causam determinatam † erogatas, vt debuit,
cùm hoc sit alterum requisitum ad effectum acquirendi
actionem contra Monasterium pro illarum restitutione,
Ant. Butr. post Imol. *in cap.* 1. *nu.* 17. *de deposit.* Ruin. *cons.*
68. *nu.* 7. *lib.* 1. Bal. *consil.* 125. *col. vlt. vers. item si esset lib.* 5.
Menoch. *de arbitr. d. cap.* 432. *num.* 38. Seraphin. *dec.* 338.
num. 8.

Non subsistit, quod pro rata floren. 3709. sit satis iustifi-
cata versio, ex quo fuerunt soluti creditoribus, vt liquet
ex quietantijs, quæ probant veram, & realem solutionem,
l. pecunia, & ibi Bald. *C. de solut.* quia omisso, quod sunt
10 simplices, & priuatæ scripturæ, & non recognitæ, † &
sic nullum gradum probationis constituunt, *DD. in l. admo-
nendi*, *ff. de iur. iur. & in l. comparationes*, *Cod. de fid. in-
strum.* Rot. *dec.* 103. *num.* 9. *par.* 5. *rec.* pro responsione ani-
maduersum fuit, quod in illis non exprimitur Monaste-
rium causa, nec persona mutuantis, & pecunia mutua-
ta, quod necessariò debuerat specificari, vt sciri posset an
eisdem creditoribus fuerit mutuum solutum, pro quorum
11 satisfactione stipulatum fuit, alias non obligatur † Eccle-
sia, nec creditor potest agere ex dicto contractu, vt præ-
ter superius adductos tradunt Alex. *cons.* 4. *in fin. lib.* 3. Surd.
cons. 181. *num.* 11. *&* 12. Gratian. *discept.* 45. *num.* 2. præser-
tim quia mutuum fuit contractum multò antè emanatas
receptas ass. creditorum, & tamen ad effectum præsu-
12 mendi versionem pecuniarum in Ecclesiæ commodum de-
bet apparere de illarum solutione statim contracto mutuo
facta, vel modico tempore interueniente, *l. si ventri*, *ff.
de priuileg. credit.* Menoch. *in sæpe citat. cas.* 432. *num.* 38. *&
præsumpt.* 55. *num.* 8. Mascard. *in allegat. concl.* 1161. *nu.* 15.
Redoan. *dict. quæst.* 56. *cap.* 1. *num.* 26. Rota *decis.* 108. *nu-
mer.* 3. penes Pacif. de Saluian. Adden. ad Buratt. *dec.* 546.
in fin.

Concurrit etiam pro exclusione mutui, & versionis ma-
la fama tam Abbatis, quàm receptoris ab eisdem Testibus
probata, vno ore deponentibus primum assiduis conui-
uijs deditum magnam de illis Monasterij substantiam ex-
pendisse, & ista de causa fuisse priuatum, & in Gallia relega-
tum. Alterum verò ob demerita illiusque inhabilitatem, ac
malam officij administrationem fuisse pluries in carceribus
detentum ab Abbate antecessore; sicut enim prudentia, &
13 & probitas Prælati, † socij, & administratarij, qui con-
sueuit huiusmodi negotia pertractare suadent pecuniæ ver-
sionem, vt admonent gloss. Archid. & Gemin. *in c. hoc ius
porrectum* 10. *qu.* 2. Castren. *in dicto cons.* 337. *sub num.* 2.
vers. si vero lib. 1. Menoch. *d. cap.* 432. *nu.* 36. *& d. præsump.*
55. *num.* 6. *lib.* 3. Mascard. *vbi sup. num.* 28. Gratian. *discept.*
632. *num. vlt.* Ita pariter contraria eorundem qualitas in-
15 ducit suspicionem contrariam, † cùm materia versionis
tota pendeat à Iudicis arbitrio, Alciat. *in l. Ciuitas num.* 3.
vers. tertius casus est, Dec. *num.* 10. *ff. si cert. pet.* Menoch.
in prædicato casu 432. *nu.* 33. *&* 35. quæ suspicio augetur in
præsenti ex eo, quod fideiussor in mutuo se creditorem
faciebat in florenis 1504. illosque recepisse fatetur, nulla
tamen huius sui prætensi crediti expressa causa Monaste-
rium tangente, & Mercator, qui pecunias mutuauit Ab-
batis, & Rectoris erat consanguineus, quo casu intuitu
parentelæ mutuum contraxisse censetur, & non consti-
to, † vt opus esset de versione, insurgit suspicio fraudolen- 15
tæ confessionis, & ipsius versionis, vt perbellè ratiocina-
tur in istis terminis, Castren. in pluries alleg. *cons.* 337. *nu.* 4.
vers. simulatio autem.

Non obstant coniecturæ, præsumptiones, ac dicta Te-
stium ad instantiam Caroli aliàs data ad ostendendam indi-
gentiam Monasterij, & versionem pecuniarum in debiti
extinctionem, super quibus innititur decisio coram bo. me.
Bichio 29. Aprilis 1654. ante latam sententiam de more edi-
ta, quia coniecturæ ex se non sufficiunt cessante mandato,
nec Rota admittit præsumptiuam probationem vbi certa,
& plena † requiritur, vt dixit coram Buratt. *dec.* 363. *nu.* 8. 16
Testes verò vltrà exceptiones quas patiuntur nullo modo
concludunt ea ad quæ allegantur, cùm primus ab alijs, quàm
ab eodemmet Abbate, & receptore id nõ audiuisse fateatur,
† qui quemadmodum non potuerunt Ecclesiæ præiudica- 17
re contrahendo, ita nec confitendo, Bald. *in d. Auth. ius
porrectum num.* 23. Abb. *cons.* 87. *per tot. lib.* 1. Castren. *dict.
cons.* 337. *num.* 9. alijque recepti in contraria decisione bon.
mem. Bichij, §. *tota difficultas*, non est enim † eis cre- 18
dendum quorum Auctores repelluntur, *c. licet ex quodam
de testibus*, *c. filij* 3. *in fine de Heret. in* 6. *l. Iulia*, *& l. te-
stes*, *ff. de testibus.* Secundus verò Testis patiformiter su-
per alterius dicto se fundat asserendo ab eiusdem receptoris
fratre audiuisse, † & sic non probat, Menoch. *cons.* 342. 19
num. 26. *& consil.* 1004. *nu.* 3. *&* 1111. *nu.* 83. Rota *decis.* 201.
nu. 4. *par.* 5. *rec.*

Tertius denique Testis licet affirmet se fuisse Abbatis
creditorem, & ab eodem satisfactum, fatetur etiam satisfa-
ctionem reportasse mediante Cambio in Hollandia assigna-
to de anno 1642. & per consequens aliundè, quàm ex pe-
cunijs per 20. annos antea mutuo receptis, vt in hodierno
Sum. Monasterij nu. 12.

Sed nullum fundamentum hodiè fieri posse dicebatur in
prædictorum Testium depositionibus, cùm oppositum asse-
rant Testes pro Monasterio inducti, † qui in illorum con- 20
cursu præualere debent ratione numeri, quia plures sunt,
ac claræ, & distinctæ depositiones super insubsistentia æris
alieni, ac diuitiarum Monasterij paulò antè mutuum, Alex.
consil. 350. *num.* 17. *lib.* 5. Gabr. *conclus.* 4. *num.* 7. *de testib.*
Rota coram Buratt. *dec.* 903. *nu.* 4. coram Duran. *dec.* 458.
nu. 9. *& dec.* 446. *nu.* 4. *par.* 5. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Confirmata fuit præsens decisio coram Reuerendiss. P. D. Cerro Decano 5. *Martij* 1663. *& deindè coram R. P. D. Ottalora sub die* 4. *Martij* 1667.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papien.

Romana Saluiani.

Lunæ 25. *Iunij* 1657.

A R G V M E N T V M.

Pulcherrima est decisio in quotidiana materia Saluiani; sed in ea principaliter agitur, quando pro legato certæ speciei; hæres qui moram commisit in traditione rei legatæ teneatur illud super alijs bonis, vel proprijs, vel Testatoris supplere.

S V M M A R I V M.

1 *Creditum cum hypotheca, & possessio rei conuenti re-*
2 *pro Legato datur Saluianum.*
quiruntur in Saluiano.
3 *Actio hypothecaria datur contra res, quæ à Testatore in heredem sunt translata fauore legatarij.*
4 *pro Legato datur hypotheca in omnibus bonis à Testatore possessis, ampla vt ibidem.*

5 *Hypo-*

5 *Hypotheca pro legato etiam corporis vniuersalis competit.*
6 *Hypotheca pro legatis datur insolidum, & quando.*
7 *Decisiones præcedentes supponuntur in alijs disputationibus.*
8 *in Legato speciei hæres cedendo speciem liberatur.*
9 *Res legata facto vel mora hæredis si petit, succurritur per æstimationem.*
Hypotheca super alijs bonis Testatoris intrat loco rei legatæ, & facto, vel mora hæredis deperditæ, num. 9.
10 *Obligatio specialis alicuius rei pro legato non impedit, quominus alia bona Testatoris sint affecta.*
11 *Bona hæredis sunt obligata pro legato speciei data illius contumacia, & mora, & nu. 18.*
12 *Factum Procuratoris approbando hæres, si ex illo mora in traditione legati deducatur, hæres ad æstimationem tenetur.*
13 *Pecunias bona fide receptas, & consumptas quis restituere non tenetur.*
14 *Pecuniæ prouenientes ex venditione negotij succedunt loco ipsius negotij.*
15 *Fides bona ex quibus excludatur, & inducatur mala.*
16 *Exactio refertur ad creditum, quod quis licitè poterat exigere.*
Voluntas metitur à potestate, num. 16.
17 *Facere vnusquisque præsumitur, quod sibi facere licebat.*
18 *Expressio, quando dicatur facta taxatiuè, vel demonstratiuè.*
Denominatio desumitur à digniori, num. 18.
19 *in Mixtis attenditur, quod præualet.*
20 *Actus mixtus ex duobus simplicibus à quo magis denominandus sit.*

DECISIO CCLXXIII.

IMmissionem petitam per Bonauenturam Brunellum vigore legati sibi facti à q. Cæsare Magnolo concedendam
esse DD. censuerunt; quia concurrit creditum cum hypotheca ipsius Brunelli, atque possessio illorum de Catcarasijs,
3 sijs, † quæ sunt solita, atque necessaria requisita pro obtinenda immissione ex remedio Saluiani ad tradita per Aretin. *in §. item Seruiana num. 15. instit. tit. de act.* Rota coram san. me. Gregorio XV. *dec. 491. num. 6.* coram Merlin. *decis. 487. num. 1. in recent. dec. 104. num. 2. par. 4. tom. 2. & dec. 407. num. 1. par. 5.* & in terminis legati, quod pro eo de-
2 tur immissio ex remedio Saluiani † tenet Gabr. *cons. 46. num. 26. & 21. lib. 1. & cons. 44. num. 4. & seq. num. 2.* & firmauit sæpiùs Rota, & signanter in *Ciuitatis Plebis Saluiani 1. Iuly 1647. coram bo. me. Bicho, & in Rom. Domuncolarum 10. Februarij 1648. §. cæterum quia legatarius coram R. P. D. meo Decano*, vbi quod ita semper fuit in Rota obseruatum.

Creditum Brunelli resultat ea Testamento dicti q. Cæsaris Magnoli, in quo eidem Brunello, nec non Flaminio, & Cherubino titulo legati relicta fuit pro æquali portione tertia pars negotij Aromatariæ, quod à dicto Cæsare exercebatur vnà cum Petro Paulo Cimino, & Ludouico Cultrio in eodem negotio socijs; & cùm ex diuisione eiusdem negotij deindè secuta post obitum præfati Cæsaris appareat effectus dictæ tertiæ partis legatæ ascendisse ad scuta 3292. secundùm verò relationem Periti, qui dd. effectus reduxit habito respectu partitarum forsan inexigibilium, & aliarum thara indigentium ad scuta 2000. indè fit, vt duæ ratæ, quæ spectant ad Brunellum actorem in præsenti Iudicio, vna, scilicet, nomine proprio, & altera tanquam hæredem præfati Flaminij remaneant liquidæ in summa scutorum 1466.

Etiam hypotheca descendit eodem legato, nam & pro
3 illo dari actionem hypothecariam contra res, † quæ à Testatore in hæredem peruenerunt, probat Text. *in l. 1. C. commun. de legat.* vbi communiter DD. Alex. *cons. 98. numer. 5. lib. 2.* Gabr. *d. cons. 46. num. 20. & 43. lib. 1.* Negusant. *de pignor. 4. membr. 2. partis num. 157.* Pacific. de Saluian. *interdict. inspect. tertia cap. 4. num. 195.* Marant. *resp. 16. num. 22. par. 4.* Rota *diuers. dec. 674. num. 4. dec. 689 num. 4. par. 3. dec. 186. num. 3. par. 4. in recent. dec. 387. par. 1.* coram Coccino *dec. 67. num. 11.* & quidem in omnibus bonis Testato-
4 ris etiam si illa non fuerint propria ipsius, † sed tantummodò possessa, vel ad hæredem ex causa Testatoris peruenta, Negusant. *de pignor. d. membr. 4. secunda partis nu. 157. vers. tertio amplia*, Pacif. de Saluian. *inspect. tertia cap. 4. num. 205. cum seqq.* Cyriac. *controu. 18. num. 5.* Modern. Foroliuien. *de pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 14. num. 44.* daturque hy-
potheca non solùm pro legato rei singularis, † sed etiam 5
pro legato corporis vniuersalis, Mart. *de success. p. 1. qu. 18. art. 12. num. 141. & seqq.* Menoch. *de adipiscend. remed. 30. num. 31.* & fuit dictum *in Fauentina legati 28. Aprilis 1653. coram R. P. D. meo Celso*, & quidem insolidum, & non
pro rata, vbi res Testatoris † ab illius hærede in totum. & 6
non pro rata possidetur, Castrens. *in l. 3. num. 1. vers. & hoc vult, C. commun. de legat.* Surd. *cons. 193. nu. 9. ad med. vers. hoc autem non habeo, & cons. 209. num. 8. & 9.* Pacific. de Saluian. *inspect. tertia cap. 4. numer. 285.* Modern. Foroliuien. *de pignor. lib. 3. qu. 14. nu. 97.* Rota *in Romana Legati 11. Aprilis 1622. coram Vbaldo, & in Viterb. Castror. 1624. coram bo. me. Coccino*,

Quod autem bona super quibus immissio prætenditur proueniant à Cæsare Testatore, & illa modò possideantur à DD. Catcarasijs hæredibus Lucretiæ Magnolæ, quæ fuit hæres pro medietate d. q. Cæsaris, id non controuertitur, & supponitur in decisionibus in hac causa emanatis super
attentatis, cum quibus iuxta stylum † inconcussum Rotæ 7
est transeundum in præsenti disputatione, Rota *dec. 275. in princip.* post Zacch. *de oblig. Camerali, & in rec. decis. 354. num. 8. par. 4. recent.* cum alijs relatis *in Bonon. fideicommis. de Amerinis 21. Iunij 1649. coram me, §. quia licet.*

Neque obstat, quod versemur in legato certæ speciei,
scilicet tertiæ partis negotij Aromatariæ, † vnde hære- 8
des cedendo dictam partem liberentur, nec ad quid aliud teneantur, ad Text. *in l. seruum filij 46. §. cum qui in fin. ff. de legat. 1.* Mart. *de success. legal. par. 4. qu. 18. art. 1. nu. 106.* Quia obiectum procedit vbi species legata adhuc existit in hæreditate, secùs autem est si ex facto vel mora hæredis illa
perierit. Nam tunc loco rei † deperditæ succedit illius 9
æstimatio, intratque hypotheca, & Saluianum super alijs bonis, *l. cum res legata 49. §. sed si stichus, ff. de legat. 1.* ibi, *sed si culpa hæredis res perierit statim de mandan. est, & in §. item si fundus, ff. eodem*, ibi, *si fundus Chasmate perierit, labeo ait vtique æstimationem non deberi, quod ita verum est si non post moram factam id euenerit, potuit enim eum acceptum legatarius vendere.* Idemque firmat Angel. *de pœn. in d. §. sed si stichus num. 5.* & ibi Castrens. *num. 8.* Ias. *num. 26.* Bart. *in dicto §. item si fundus num. 1.* Bald. *pariter nu. 1. & 2.* Negusant. *de pignor. 4. memb. 2. part. principalis num. 157. vers. secundo amplia*, vbi quod specialis obligatio alicuius
rei pro legato † non impediat, quo minus alia bona Te- 10
statoris sint affecta. Imò vt post moram, & contumaciam
in traditione rei legatæ remaneant † obligata ipsamet bona 11
hæredis, probat Text. *in l. certa est forma, C. vt in possess. legatorum*, & ibi Bald. & Salicet. Negusant. *dicto memb. 4. secundæ partis principalis num. 159. ad med. vers. sed si post sex menses*, Rota coram Puteo *dec. 300. nu. 2. lib. 2.*

In proposito autem casu species legata nedum perempta fuit ob moram ab hæredibus commissam in tradendo libros, aliaque necessaria pro exactione effectuum d. tertiæ partis, vt suprà legatæ, quæ mora fit grauior stantibus pluribus instantijs per Brunellum factis super huiusmodi consignatione. Verùm etiam propter factum, & culpam Ioannis Baptistæ Cherubini Procuratoris constituti à Tutore Lucretiæ, & Ioanne hæredum Cæsaris Magnoli, etenim post diuisionem proprio nomine factam, partem, quæ hæredibus Cæsaris obtigerat, in proprium vsum conuertit illam assignando pro parte sui Capitalis in noua Societate proprio nomine inita cum dd. Cultrio, & Cimino, qua deindè finita suam portionem Cultrio vendidit, & illius pretium partim idemmet Cherubinus Procurator, partim eius hæredes exegerunt. Vnde ex hac facti serie apparet euidenter effectus negotij, vt suprà legatos ampliùs non extare culpa procuratoris, cuius factum cùm hæredes Cæsaris Magnoli
approbauerint mediante receptione pretij, † vtique solu- 12
tionem euitare non possunt, & loco rei deperditæ illius æstimationem præstare tenentur, *l. non amplius 26. §. 1. l. Africanus 40. §. in vsurarum vers. ipsius quoque de legat. 1.* Rota *decis. 175. numer. 6.* post Pacific. de Saluian. *interdict.* idemque Pacific. *inspect. 3. cap. 4. nu. 256.*

Neque ab huiusmodi onere restitutionis eximi possunt hæredes eo sub prætextu, quod pecuniæ quas exegerunt à Cultrio, fuerunt bona fide exactæ, ad computum scilicet

credi-

crediti, quod à dicto Cherubino consequi debebant, ac ti-
13 tuli bona fide consumptæ etiam fuerint, † ideò ad illarum
restitutionem minimè teneantur, ad Text. *in l. pupillus, ff.*
de his, quæ in fraudem Creditorum, Rota *dec. 443. sub nu.* 8.
vers. huic motiuo par. 4. *rec.* Quia huiusmodi prætensa bona
fides cessat in proposito casu, non solùm ex protestationibus
per Cultrium factis, & ex dd. Instrumentis diuisionis, &
venditionis negotij, ex quibus clarum ac notorium reddi-
tur pecunias penes Cultrium existentes vti prouenientes ex
14 venditione negotij succedere loco † ipsius negotij, Bald.
in l. cum tabernam num. 11. *post med. vers. & ex hoc sume ar-*
gumentum, ff. de pignor. Negusant. *eodem tit. par.* 2. *memb.* 2.
num. 19. *post med.* & consequenter spectare ad Brunellum
dicti negotij legatarium; verum etiam ex eo, quod cùm
d. pecuniæ fuerint ad instantiam eiusdem Brunelli seque-
stratæ, & dicto sequestro minimè attento prout nec etiam
denunciatione per Cultrium debitorem facta, quod dd. pe-
cuniæ exigi non possent, nisi remoto priùs d. sequestri im-
pedimento nihilominus illæ exactæ fuerunt. Hinc bona fi-
15 des † protsùs excluditur, & potiùs insurgit mala fides ad
tradita per Angel. *in l. cum qui, §. in Publiciana, ff. de Pu-*
blician. Bart. *in l. Celsus, ff. de vsucap.* & in similibus ter-
minis probat Afflict. *dec.* 346. *nu.* 10. *&* 11. Menoch. *de ar-*
bitr. Iud. cons. 225. *nu.* 5.
Minimè etiam restagatur, quod cùm venditio facta à
Cherubino fauore Cultrij contineat omnem portionem,
quam idem Cherubinus haberet non solùm effectus Brunel-
li ascendentes ad scut. 1466. sed etiam alios proprios in sum-
ma aliorum scut. 2500. indè oriatur incertitudo an residuum
exactum per hæredes sit ex effectibus Brunelli, vel potiùs
Cherubini, & propterea ratione istius incertitudinis poriori-
tas Brunelli remaneat in suspenso, obiectum enim huiusmo-
di de facili dilui visum fuit tum ex declaratione per ipsum
Cultrium facta antè solutionem in qua assentit residuum
penes ipsum existens spectare ad Brunellum, tum ex præ-
sumptione Iuris quæ est, vt cum Cherubinus in dicta So-
cietate haberet duo Capitalia vnum proprium, & alterum
hæredum, exactio primo loco facta referenda sit ad pro-
prium, quod Iure legitimo exigere poterat, non autem ad
16 ad illud hæredum, quod † ad se non spectabat, regulariter
enim voluntas metitur à potestate, Rota *in rec. decis.* 555.
num. 6. *circa fin. vers. posteà verò, par.* 1. coram Buratt. *dec.*
17 24. *num.* 12. & quilibet præsumitur fecisse, † quod sibi fa-
cere licebat, Bald. *in Rubr. C. de contrahen. empt. num.* 11.
speculat. de locat. §. hunc aliqua qu. 109. *in fin. num.* 133. Gra-
uett. *cons.* 112. *num.* 11. Additur prætereà, quod firmata ex
dictis non solùm mora, sed etiam culpa hæredum in tra-
dendo rem legatam semper quatenus opus esset competeret
18 hypotheca Brunello † super ipsissimet bonis hæredum, *d. l.*
non amplius 26. *§.* 1. *l. Africanus* 40. *§. insuperatum, vers.*
ipsius quoque, & d. l. cum res 49. *§. sed si alibi, & §. culpa de*
legat. primo, & ibi communiter DD. Aretin. *instit. tit. de le-*
gat. §. 1. *colum.* 13. Negusant. *de pignor. d. memb.* 4. *secunda*
part. principalis nu. 159.
Denique non releuat, quod legatum prætendatur restri-
ctum ad effectus Aromathariæ, vndè pro liquidatione
quantitatis non sint calculandi effectus Drogariæ. Obie-
ctum enim cessat ex facto aduertendo, quod Testator non
legauit tertiam partem Aromatariæ, sed suam tertiam
partem, quam habebat in Aromataria, quæ exercebatur
in sua domo ad Rotundam insimul cum Cimino, & Cul-
trio, cùm itaque d. negotium esset vnicum tam Aromata-
riæ, quàm Drogbariæ, & absque vlla distinctione tam in
ordine ad libros administrationis, quàm circa alia inde fit,
vt expressio illa Aromatariæ non fuerit facta limitatiuè, &
exclusiuè ad merces Drogbariæ, quæ sub eodem negotio
Aromatariæ comprehendebantur, & illi deseruiebant, sed
19 demonstratiuè † tantùm, regulariter enim denominatio
desumitur à digniori, Bald. *in l. rogasti num.* 4. *ff. si certum*
petatur, & in l. Quæritur num. 1. *ff. de stat. homin.* Et in mix-
20 tis attenditur, † quod præualet, *l. sed est quæsitum, ff. de*
liber. & Posthum. benè Menoch. *cons.* 648. *à num.* 4. *vsque*
ad 17. Vbi quod actus mixtus ex duobus simplicibus deno-
21 minati debet † ab altero ex simplicibus, quod mixtum
agens intendit principaliter facere.
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Bononien. Hæreditatis.

Luna 25. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Fœminæ, quòd non possint aspirare ad fideicommissum filiorum fauore ordinatum, quando constat Testatorem illud ad masculos restrinxisse, hic plenè deducitur, & firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur probato fideicommisso, ac identitate bonorum.*
2 *Quæstio voluntatis Testatoris non admittitur, vbi fideicommissum est litterale.*
3 *Liber defunctorum probat mortem.*
4 *Obitus sine liberis probari non debet, vbi non constat, quem aliàs filios habuisse.*
5 *Fœminæ veniunt sub fideicommisso fauore filiorum ordinato, lim. vt num. seq.*
Fœminæ iuxta propriam verborum significationem veniunt appellatione filiorum, numer. 5. *&* 6. *vbi limit.*
6 *Fideicommissum ordinatum fauore filiorum non admittit fœminas ex voluntate Testatoris.*
7 *Fœminæ dicuntur exclusæ in dispositione restricta ad masculos.*
8 *Dictio*, vt suprà, *repetit omnes qualitates præcedentes.*
9 *Fœminæ non comprehenduntur in linea ad masculos expressa, & coarctata.*
10 *Identitas probatur ex inuentario, præsertim inter hæredes, & habentes causam ab eis.*
11 *Falcidia detrahitur, quando hæreditas à legatis particularibus absorbetur.*
12 *Trebellianica consumitur cum perceptione fructuum in extraneis.*
13 *Renunciatio operatur extinctionem cuiuscumque crediti.*

DECISIO CCLXXIV.

MArcellus Dulphus in medietate suorum bonorum hæredes scripsit Ludouicum, & Hieronymum de Zenzifabris eius ex Theodora sorore prædefuncta nepotes, quibus substituit eorum filios descendentes masculos in infinitum; alteri autem ex institutis sine filijs decedente substituit superstitem, seu illius filios superexistentes. Ac finita linea masculina vnius, descendentes masculi alterius in perpetuum in stirpes, & non in capita vocauit. Præfatis verò duobus fratribus eiusque filijs, qui posteà sine filijs, & descendentibus decederent, ac vltimo ipsorum decedentibus, voluit bona deueniri ad Hieronymum Fabam ex Isabella altera sorore nepotem, si superuixerit, alias ad eiusdem filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales pariter in infinitum vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.

In alia autem bonorum parte hæredem fecit dictum Hieronymum Fabam eiusque filios legitimos, & naturales, quibus morientibus absque filijs lineaque masculina extincta, hæredes instituit in prædicta portione illos de Zenzifabris, eo modo, forma, & conditione, quæ illis supra expressa fuerat.

Omnibus tandem ex vtraque linea masculina deficientibus voluit tunc iure substitutionis bona ipsius deuenire ad Florianum, & Carolum de Dulphis, si extabunt, sin minus eorum descendentes masculos, vt supra pro medietate pro quolibet siue suarum linearum quatenus ex vtroque ipsorum extarent, alias vnum, & vnam lineam tantùm, si vna tantùm extaret in stirpes, & non in capita vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum cùm perpetua naturalium exclusione, vt ex particula Testamenti relata in *Summ. num.* 1.

Decessit primo loco Hieronymus Faba sine filijs, deindè Marcellus Testator superstitibus fratribus de Zenzifabris, ex quibus post aditam hæreditatem defecit Hieronymus

nymus absque filijs, & demum Ludouicus rellicta Theodo-
ra voica filia, inter quam, & Florianum, & Carolum de
Dulphis orta controuersia supra successione bonorum per
dictum Marcellum fideicommisso subiectorum. Indèque
commissa mihi causa, ac dato dubio, an illis danda esset im-
missio affirmatiuè fuit resolutum, quia probant fideicom-
missum illiusque purificationem ad ipsorum fauorem, ac
1 bonorum identitatem, † quibus iustificatis locus est im-
missioni io vim l. fin. C. de edict. Dia. Adrian. tollend. vel ex
remed. vtil. Sala. interd. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. na.
399. Rota dec. 131. par. 2. & dec. 84. vbique num. 1. par. 5. &
decis. 298. num. 1. & 2. par. 6. recent. coram Durano decis.
24. num. 1.

De existentia autem fideicommissi ex præmissa Testa-
menti serie litteraliter apparet, dum ibi dispositum fuit, quod
deficientibus fratribus de Zeozifabris, & Fabis sine filijs,
vel cum filijs, qui deindè decederent, & esset extincta præ-
dictarum linea masculioa, ipsi Dulphi proprio nomine sub-
2 stituti sunt. Vnde super † vocatione tam clara, & præci-
sa non videtur admittenda quæstio voluntatis, l. illa aut il-
le, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. continuas, §. cum ita,
ff. de verb. obligat., l. pediculis argenteis, §. argento, ff. de
aur. & argent. leg. post Imol. consil. 156. nu. 9. Rota decis. 9.
nu. 6. par. 7. rec.

Purificationis autem casu euenisse, ex quo probatur, quod
fuerunt substituti, quatenus tam fratres de Zenzifabris,
quàm Faba, illorumque nati, & descendentes obirent abs-
que filijs masculis, prout mortuos esse constat ex partitis li-
3 bri † defunctorum Ecclesiarum, in quibus sunt sepulti per
Parochos extractis, & relatis in Summ. nu. 1. 2. 3. & 4. quæ
ad hunc effectum probant Rebuff. de registr. Baptism. art.
fin. vers. & sic patet tom. . . . constit. Rota coram Greg. XV.
dec. 78. num. 2. Buratt. dec. 51. num. 3. & ibi Add. & in rec.
dec. 209. num. 2. par. 4. tom. 2. & dec. 57. num. 15. & 408. nu. 2.
par. 5. & dec. 153. nu. 3. par. 6. Quodque decesserint sine libe-
ris Dulphi agentes ad immissionem non tenentur id proba-
4 re, quia præsumitur de iure probatus obitus absque filijs eo
ipso, quod non constat grauatum illos aliquando habuisse,
Bart. in l. ex facto, §. si quis autem, & ibi Angel. na. 2. ff. ad
Trebellian. latè add. ad Buratt. dec. 494. num. 5.

Non obstat, quod immissio non possit competere, cùm
extet Theodora filia Ludouici vltimo loco defuncti, quæ
tam etsi fœmina dicitur, in fideicommisso fauore filiorum
5 ordinato comprehensa, ex quo regulariter sub illius appel-
latione veniunt filiæ fœminæ iuxta propriam verborum si-
gnificationem, l. si ita scriptum 46. in princip. ff. de legat. 2.
l. qui duobus 60. & l. Seruus 97. ff. de legat. 3. Rebuff. in l. He-
redis appellatione col. 1. vers. amplia, ff. de verb. significat.
Alex. cons. 160. num. 2. lib. 2. Rota penes Buratt. dec. 454. &
742. vbique nu. 1. & in rec. dec. 574. proc. num. 1. par. 5.

Siquidem ab huiusmodi regula receditur, ac limitatur
conclusio, quando ex verbis ipsis, vel ex coniecturis eui-
6 dè † suadentibus, quod Testator se restrinxerit ad filios
masculos, & voluit excludere fœminas, iuxta notata in
l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum
ita 33. §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. Gabr. in cons. 132.
qu. 5. nu. 55. lib. 1. & dixit Rota coram Buratt. decis. 454. &
747. num. 2. & d. decis. 574. num. 2. par. 5. recen. & in Roma-
na, seu Nepesina restitutionis in integrum 4. Iunij 1655. co-
ram Reuerendiss. P. D. meo Cerro, §. nec subsistit, quod
Claudia.

Ea totius Elogij contextu in proposito apertè desumitur
Testatorem suæ dispositionis exequutionem in masculos re-
7 tulisse, ac ad illos eam restrinxisse, & in consequens fœmi-
næ dicuntur exclusæ, cap. Raynaldus, & c. Raynutius, vbi
gloss. in verb. absque filijs masculis de Testam. Abb. cons. 36.
num. 3. lib. 1. Imol. cons. 1. num. 63. & cons. 137. num. 2.

Non subsistit, quod substitutio filiorum masculorum fit
facta deficientibus Zenzifabris, & Fabis iostitutis, & eo-
rundem filijs, existentibus alijs descendentibus, quos no-
minauerat, secus autem in casu, quo omnes morerentur, &
succedere deberent præfati Dulphi, nam tunc sunt positi in
conditione filij nati ex illis de Zenzifabris, & Faba absque
qualitate masculinitatis, quoniam adiecta fuit dictio, vt
supra, ibi: Prædictis vero DD. de Zenzifabris, & Fabis
absque filijs decedentibus, vel cum filijs, vt supra, qui dece-
8 derent &c. quæ dictio efficit, vt censeantur repetitæ quali-
tates masculinitatis à Testatore desideratæ, & toties ex-
pressæ, ac omnes substitutiones factæ prima dispositionis
parte, vt hæc secunda nihil differat ab illa, Dec. cons. 227.
num. 3. Surd. cons. 552. num. 6. & seqq. & dec. 291. num. 13.
& 18. Honded. cons. 78. num. 20. & 40. lib. 1. Rota dec. 40.
num. 10. par. 5. & dec. 179. nu. 12. par. 6. rec. Buratt. dec. 272.
num. 20. Omnemque dubietatem remouent subsequentia
verba, ibi: Et sic finita linea masculina legitima, & natu-
rali ipsorum omnium, ex quibus dignoscitur, quod etiam
in hoc casu mortis omnium prædictorum voluit illæsa re-
manere ordinata in antecedenti dispositione fauore masco-
lorom. In materia enim lineari, illiusque appellatione nun-
quam comprehenduntur fœminæ, † dum est expressa, & 9
coarctata ad masculos, Rota dec. 203. num. 8. & decis. 432.
num. 5. in fin. par. 2. recen. Buratt. dec. 272. num. 2. vers. 2.
Duran. dec. 300. nu. 14. apud Merlin. dec. 864. nu. 32.

Identitas verborum super quibus petitur immissio, nec
potest controuerti, nam mortuo Testatore, vt dictum est
fratres de Zenzifabris in inuentario confecto retulerunt bo-
na hæc, asserueruntque fuisse in bonis d. Marcelli, & illius
fideicommisso supposita, ex quo resultat identitatis proba-
tio, † præsertim inter hæredes, & descendentes, ac ha- 10
bentes causam ab illis, qui inuentarium descripserunt, Natt.
cons. 235. num. 15. & seqq. Rimin. cons. 23. nu. 281. Rota co-
ram Merlin. decis. 736. num. 2. & in alijs sæpè.

Non obstant detractiones Falcidiæ, & Trebellianicæ per
Theodoram appositæ, ex quibus prætendebat bona retine-
re, & immissionem impedire, † quia Falcidia tunc detra- 11
hitur, quando hæreditas ex legatis particularibus absorbe-
tur, & exausta est, l. 1. in princ. ff. ad l. Falcid. Surd. dec.
246. num. 5. Hieronym. Leo. dec. 83. num. 2. lib. 1. Trebellia-
nica verò consumpta præsumitur ex fructibus, quos spatio
20. annorum grauati ex fideicommissarijs bonis percepe-
runt, † in quam illi vti extranei imputare tenentur, l. in 12
fideicommissariam 18. vbi Ripa nu. 25. & l. deducta 58. §. an-
te diem, ff. ad Trebell. & l. Iubemus 6. C. eod. Rota in Bono-
nien. de Bologninis 2. Maij 1653. coram R. P. D. meo Celso,
§. Trebellianica vero.

Compensatio denique, quæ à d. Theodora prætenditur,
tanquam filia d. Ludouici creditoris prædictorum Floriani,
& Caroli, minùs valeat opponi ad immissionem retardan-
dam, quia constitit, quod per publicum Instrumentum
transactionis die 27. Octobris 1637. stipulatum, fuit renun-
ciatum quibuscunque iuribus, & ab omni prætensione fa-
cta † absolutio, quæ renunciatio operatur extinctionem 13
omnis crediti, nullumque ius hodie d. Ludouico, vel hæ-
redi competeret, Bald. in l. postquam lite 4. qu. 4. num. 11.
C. de pactis, Surd. cons. 133. nu. 7.

Et ita Dulphis tantùm informantibus &c.

R. P. D. P R I O L O.

Tiburtina Calcarearum.

Lunæ 25. Iunij 1657.

A R G V M E N T V M.

Locator succedens in conductione, quæ bona, &
fructus primo locatori restituere teneatur, in ca-
su tamen discordiæ S. Rot. arbitratur.

S V M M A R I V M.

1 *Bonis in proprios vsus consumptis, tenetur successor ad eorum æstimationem.*
2 *Consignatio bonorum, ex eorum vsu, & consumptione probatur.*
3 *Locatione finita fructus non spectant ad primum conductorem.*
4 *Fructus labore, & expensis conflati ad primum conductorem spectant, alias non dicuntur fructus.*
5 *Locatori pro rebus in diem fructum ferentibus censetur renouata conductio.*
6 *Testium dicta in re, quæ sciri non potest nisi ab inseruientibus ex eorum numero suppletur.*
7 *Testes in substantia concordes licet in quantitate, & qualitate discordes probant.*
8 *Sic etiam bonorum valorem de communi reputatione.*
9 *Bonorum æstimationis quantitas plurimam à S. Rot. arbitrio pendet.*

DECI-

DECISIO CCLXXV.

OBtento per Andream Appianum mandato de manutenendo in conductione calcarearum Abbatiæ S. Laurentij extra muros in agro Tiburtino existentium, expulsoque eius vigore Bonifacio Perto antiquo conductore, fuit coactus ideo Pertus plura bona in Casali relinquere, quæ nouus conductor in proprios vsus conuertit.

Quare hodie cùm ageretur de illorum, vel pretij restitutione dubitaui, An, & ad quam summam teneatur Appianus, & pro summa inferius exprimenda teneri Domini responderunt.

Nam de existentia bonorum in eodem casali post discessum Perti, ac de successiua illorum consumptione in vsus Appiani constat ex testibus pro eodem Perto examinatis, ac
1 relatis in eius *Summ. num. 1. cum seqq.* Vnde iure † tenetur ad illorum æstimationem, *iuxt. text. in l. qui restituere 67. ff. de rei vindic.* Riminal. iun. *cons.* 37. *num.* 58. Afflict. *dec.* 347. *num.* 4. Rot. *in Parmen. Affictus 4. Maij* 1612. *coram bo. me. Bichio §. altera pars.*

Nun obstat, quod dicta bona non fuerint ei consignata.
2 Quia id † paruum refert, dum probatur, quod illa in proprios vsus conuertit, iuxt. trad. per Bart. *in l. ex diuortio, §. ob donationes num. 4. ff. sol. matr.* Socc. sen. *cons. 82. nu. 26. lib.* 4. Dec. *cons. 464. sub nu. 1. vers. Et dictus Iulianus,* Rota penes Mantuan. *dec.* 281. *nu.* 1.

Sicut nec obstat, quod fuerint recollecta post finitam lo-
3 cationem, † quo casu fructus non spectant ad primum conductorem, quia deficit ius habere in re conducta, *l. item quaritur, §. qui impleto, ff. loc.* Rot. *dec. 554. num. 2. par. 5. rec.* Nam (præterquod pendet adhuc indecisa quæstio in hoc sacro Tribunali super prælatione à Perto prætensa in vltima locatione) obiectum non applicatur, tum quia non agitur de fructibus ratione soli perceptis, sed de bonis industria,
4 labore, † & expensis antiqui conductoris confiatis, ac respectiuè compositis absque soli reuolutione, quæ propriè fructus non dicuntur, *l. cum duobus, §. si coeundo, ff. pro soc.* Add. *dec. 516. num. 5. par. 4. tom. 3. rec.*

Tum etiam quia Pertus pro tempore, quo in casali per-
5 mansit non desinit habere ius in eo, † cùm in his rebus fructum in dies reddentibus censeatur tacitè renouata conductio, quousque locator passus fuit conductorem in eis permanere, vt in hoc casu admisit Rot. *in Tib. affictus super manutentione* 19. *Iunij* 1648. *coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, §. nec item efficit, & seq.*

Minus releuant obiectæ exceptiones contra personas, ac dicta testium.
6 Quia visæ fuerunt leues, & benè supplentur ex numero, præsertim in re difficilis probationis, quæ sciri non potest, nisi ab his, qui inseruiebant in eodem loco, iuxt. glos. *in l. 3. §. 1. verb. numerus, ff. de testib.* Rota *dec. 147. numer. 3. par. 1. recen.* & coram Buratt. *dec. 691. num. 5. & decis. 901. nu. 17.* ac sæpè in alijs.

Præterea (quidquid sit respectu aliorum bonorum de quibus hic ratio non habetur) quoad fœnum, Rudera, & calcem eorum dicta comprobantur ex testibus pro Appiano
7 examinatis, † quilicet in quantitate, & qualitate respectiuè discordent, tamen in substantia sunt concordes, Alex. *cons. 50. num. 10. lib. 1.* Dec. *cons. 100. num. 4.* Rota *dec. 147. num. 17. par. 2. & dec. 616. num. 4. par. 3. recent.* & coram Seraph. *dec. 634. num. 9.*
8 Valor autem † eorundem bonorum satis remanet probatus ex testibus in dicto Summario Perti relatis sub *num.* 5. affirmantes, quod communiter eo tempore tanti vendebantur, iuxta tradita per Pinell. *in l. 2. par. 3. cap. fin. nu. 17. C. de rer. vendit.* Natt. *cons. 332. num. 2.* Rota *dec. 481. nu. 4. par. 3. recen.* cum alijs per Add. ad Buratt. *dec. 538. num. 24. in fin.*

Difficultas reducebatur ad quantitatem; Nam testes Perti deponunt dicta bona in maiori quantitate remansisse in Casali; Alij verò Appiani in longè minori, subdentes circa fœnum, quod Pertus etiam post discessum eo vsus fuit Summario eiusdem Appiani *nu.* 14.

Verùm Domini à quorum † arbitrio hæc materia plurimum pendet, vt per Natt. *cons. 510. num. 7. lib. 3.* Rota coram Cardinali Seraph. *dec. 1132. n. 1.* Attenta probationum contrarietate, ac rectè perpensis singulorum testium depositionibus mediam viam eligendo, censuerunt Appianum teneri in totum ad scuta quingenta; videlicet pro fœno scu. 16. pro Ruderibus sc. 150. residuum verò vsque ad d. summam scut. 500. pro calce, vt seruatum fuit *in dec. 479. nu. 4. in fin. par. 2. & dec. 488. nu. 14. par. 4. tom. 2. rec.* & coram bo. me. Merlino *dec. 441. nu. 8.* ac in alijs.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. BEVILAQVA.

Calaguritana Beneficij de Auseio.

Lunæ 25. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Beneficia sunt filijs patrimonialibus, & qualitates, ac requisita meliora habentibus conferenda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas concurrentibus requisitis decis. Caputaq. probatur.*
2 *Iustitia vero ex decisionibus in causa editis.*
3 *Beneficium digniori, & cui qualitates præualent est conferendum.*
4 *Beneficia patrimonialia sunt filijs patrimonialibus distribuenda.*
5 *Beneficium ad congruam sustentationem obtinens, non potest aliud consequi.*

DECISIO CCLXXVI.

PEr duas sententias Rotales præuijs de more decisionibus pronunciatum fuit Michaeli de Espinosa adiudicandam esse quartam partem controuersi beneficij in Ecclesia Parochiali de Auseio vacantis, à quibus sententijs interposita pro parte Michaelis Gil, Francisci de la Rauasa, & aliorum oppositorum appellatione: mihique causa commissa fuit ipsis instantibus vsque de mense Iunij 1654. concessa remissoria, ac semel, ac iterum ad probandum in articulis contenta prorogatus terminus. Sed quia tanti temporis spatio processum remissorialem haud exhibere curarunt, ideò dubium an dd. sententiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ, & Domini confirmandas esse responderunt.

Nam validitas † ex actis apparet, cùm concurrant om- 1
nia ad hunc effectum requisita videlicet iurisdictio, quam tribuit commissio, legitimatio personarum hinc inde comparentium per exhibitionem mandatorum procuræ seruati fuerunt termini substantiales, ac executæ citationes ad sententiam, & præcipuè iuxta *decis.* Caputaquen. 260. *p.* 2.
Iustitia similiter sententiarum † euidens resultat ex *deci-* 2
sionibus in causa factis in prima instantia coram R. P. D. meo Verospio 1. Iulij 1652. & in 2. coram bon. me. Bichio 27. Iunij 1653. in quibus firmatum fuit esse adiudicandam dictam quartam partem Beneficij de quo agitur dicto Michaeli ex
eo, † quia eius qualitates præualent, dum docuit se Bacca- 3
laureum Licentiatum esse, necnon in iure canonico Doctorem munus aduocationis exercuisse examinatorem Synodalem, ac denique Sacerdotem pluries ad audiendum fidelium confessiones, & administrationem Sacramentorum approbatum, quæ qualitates cùm non concurrant in alijs, meritò ex illis præferendus in executione Beneficij, vt in terminis beneficiorum Calaguritanæ Diœcesis respondit Rota in decisionibus relatis in illa R. P. D. mei Verosp. §. 1. *& in alijs allegatis in Calaguritana Beneficij de Toralua 1. Iunij 1650. coram Eminentiss. Cardinali Otthobono §. siquidem & in Calaguritana Beneficij de Cernera coram bo. mem. Bichio.*

Non obstat, quod Michael Espinosa † non probet se 4
esse filium patrimonialem loci de Auseio, de quo plenè constare debet iuxta præscriptum Clementinæ Constitutionis
quodque aliud obtineat † Beneficium annui redditus scut. 5
30. & sic sufficiens ad congruam sustentationem, & hic non valeat colligantium filiorum patrimonialium, & Beneficij carentium illud obtinere. Primò quia vtrique obiecto singulariter satisfaciunt responsiones datæ in decisione bon. me. Bichij eum quibus Domini transierunt, & propterea censuerunt sententias Rotales esse confirmandas de Espinosa tantùm informante &c.

R. P. D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Leodieñ. Beneficij.

Die 25. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Subrogato datur immissio, iustificatis litteris Apostolicæ prouisionis, litis pendentia, clericatu, & valore Beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica in omnibus iustificata sunt exequenda.*
2 *Earum exhibitio prouisionem ostendunt.*
3 *Commissio rotalis possessionem non esse pacificam suadet.*
4 *Litis pendentia durare censetur, donec super re iudicata sententia orta fuerit.*
5 *Matrimonij contractus ex Parochi fide, & testium depositione probatur.*
6 *Beneficij per matrimonij contractum ipso iure vacat.*
7 *Clericatus ex testium depositione de publica voce, & fama iustificatur.*
8 *Beneficij valor per testium dicta conuincitur.*
9 *Beneficia ex concordatis Germania quacunque in ducatis 24. dumtaxat exprimantur.*

DECISIO CCLXXVII.

Beneficium simplex sub inuocatione Sanctæ Barbaræ, & Catharinę vacans per obitum Fraocisci ab Voiuersitate Louaniensi Philippus obtinuerat, postquam Martinus in vim prouisionis Apostolicæ eiusdem fuerat possessionem consecutus, cùm verò idem Martinus post manutentiooem, ac beneficij soccessiuè adiudicatiooem in hoc Sac. Tribunali receptam, matrimooium cootraxerat, in eius proinde Iuribus, necnon ad litis prosecutionem in statu, & terminis ab Apoaolica Sede Guglielmus subrogatus fuit, ad cuius propterea instantiam proposito dubio, ao ipsi decerni debeat Immissio Domini exindè affirmatiuè respoonderunt,
1 qood litteræ † omninò mereaotur executionem postquam
in omnibus iustificatæ fuere ex dispositione Tex. *in cap. si cap.* vbi gloss. *not. in verb. exequatur de conceß. preben. cap. si quando de rescript.* Rota coram Buratt. *dec.* 436. *num.* 1. coram Caualer. *dec.*230. *num.* 1. & alijs relatis Iuribus respoosum fuit *in Bononien. Archipresbyteratus* 15. *Ian.* 1649. *in §. primo coram Eminentiss. D. meo Cardinali Corrado.*

Siquidem Martinum de beneficio fuisse prouisum litte-
2 ræ † prouisionis exhibitæ ostendunt *Sum. num.*1. eius au-
3 tem possessionem non extitisse pacificam, commissio Rotalis
necnoo decisiones editæ coram Me suadent, vt respondit Rota coram bo. me, Vrgellen. *dec.*144. *num.*4. *& decis.* 321. *num.*2. *& dec.*619. *& dicto num.*2. *par.*1. *rec. & in Messanen. Archipresbyteratus* 19. *Aprilis* 1641. *in §. is enim coram R. P. D. meo Cerro.*

Hinc litis pendentia consurgit Summo Pontifici à Gu-
4 glielmo pariter exposita, † quippeque durare censetur do-
nec soper re iudicata sententia edita fuerit, iuxta Text. *in Clem. fin.* vbi glos. *not. in verb. postquam vt lite pendente,* Rota *in Fanen. Capellania* 12. *Iunij* 1646. *§. non obstat vers. quia lis coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Auellina Canonicatus* 12. *Iunij* 1651. *in §. nec subsistit, vers. licet regulariter, & in Calaguritana Beneficij Sancti Ioannis de Molinar.* 29. *Maij* 1652. *in princip. coram R. P. D. meo Cerro.*

Martinum verò per verba de præsenti matrimonium
5 cootraxisse, † tum ex Parochi fide, tum ex testium for-
mãtèr examinatorum depositione concluditur, vt responsum fuit coram Card. Seraphin. *dec.* 1099. *num.* 2. *& in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis* 5. *Iunij* 1651. *coram Eminentiss. D. meo Card. Otthobono inter impressas*
6 *decis.*251. *num.*26. cuius virtute ipso iure † beneficium va-
care censetur, iuxta Text. *in cap. quod ad te, & cap. diuersis de Cler. Coniugat.* Paris. *de resignat. beneficij lib.* 3. *qu.* 1. *nu.* 26. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. glos.*15. *nu.* 43. Garz. *de benef. par.* 11. *cap.*8. *num.* 1. & respondit Rota *decis.*201. *nu.*17. *p.*5. *rec. & in Mediolanen. beneficij* 31. *Ian.* 1645. *in §.* 2. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
7 Guglielmi † Clericatum comprobat bina Testium depositio de publica voce, & fama attestantium, vt respondit Rota coram Gregor. *decis.* 20. *num.* 1. *& decis.* 35. *nu.* 3. & coram Reuerendiss. Vrgellen. *dec.*407. *nu.* 2.

Valor denique † beneficij in ducatis 24. per non excés- 8
sum ex testium depositione conuincitur, vt expressè firmatum fuit *in decis. edita in causa sub die* 22. *Iunij* 1646. *in*
§. valor pariter coram Me. Tum etiam † ex concordatis 9
Germaoiæ quibus beneficia quæcumque sub hac dumtaxat ducatorum 24. quantitate exprioni consueuerunt, vt respoosum fuit *in Leodien. Canonicatus* 27. *Iunij* 1642. *in §. de Clericatu, & 23. Febr.* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro,* ex quibus duo pariter beneficia priùs in Diœcesi Leodieñ. obtenta, ac super eodem 24. ducat. valore expressa, iustificationem assumont.

Et ita altera tantùm &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo Papieñ.

Maioriceñ. Canonicatus.

Die 25. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Episcopus vti Episcopus in electione capitulari Canonici vnicum, & non decisiuum votum habet, secus autem in electione ministri, & officialis, non obstante contraria consuetudine.

Consuetudo quomodo probetur, & de tribus requisitis ad eam legitimè concludendam hic plenè disseritur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vti Episcopus in rebus pertinentibus ad Capitulum nullum habet votum decisiuum.*
2 *Episcopus consideratur vt vnus de capitulo vnicum tantum votum habet.*
3 *Consuetudo debet probari ex visu actus, ex eiusdem actus frequentia, & ex diuturnitate temporis.*
4 *Vno ex requisitis deficiente tota probatio corruit.*
5 *Consuetudo vt suffragetur, debet specificè, & in indiuiduo controuersi casus probari.*
6 *Consuetudo de casu ad casum non extenditur, & num.* 13.
7 *Consuetudo in terminis omninò similibus, & concurrentibus eisdem qualitatibus est probanda.*
8 *Consuetudo tantum habet potentia, quantum actus.*
9 *Optandi consuetudo in eadem Ecclesia respectu Archidiaconatus, non suffragatur quoad Decanatum.*
10 *Electio officialium est temporanea, Canonicorum verò perpetua.*
11 *Electio Canonicorum fieri debet omnibus alijs citatis, etiam absentibus, quod non seruatur in electione officialium.*
12 *Diuersitate rationis stante, diuersum quoque ius est statuendum.*
14 *Consuetudo, ex qua pendet causa decisio, debet in specie probari ita fuisse seruatum.*
15 *De casu ad casum nedum ex identitate rationis, sed neque ex maioritate extenditur.*
16 *Consuetudo debet esse 40. annorum diuturna.*
17 *Maximè qua tribuit vni, & adimit alteri.*
18 *Quadragenariam ad probandam requiruntur testes annorum 54.*
19 *Testes ad consuetudinem probandam non de auditu deponere, sed de visu probare debent.*
20 *Si deponunt de modico tempore quadragenariam excludunt.*
21 *Testes, qui in electione votum dederunt, non sunt habendi in consideratione.*
22 *Consuetudo, qua potest in diuerso casu applicari, non suffragatur.*
23 *Dubia, & æquiuoca non est attendenda.*
24 *Ex actibus diuersimodè seruatis induci non potest.*

DECI-

DECISIO CCLXXVIII.

Resolutioni in hac causa emanatæ sub die 27. Martij 1656. pro iustificatione gratiæ D. Ioannis de Togores in omni parte, & signanter in ea, in qua narrauerat Franciscum de Oleza à maiori parte Capituli, vel saltem medietate præsentatum fuisse, non acquiescens Didacus Desclapes ea potissimum ratione, quod, vt ipse prætendebat, Episcopus, qui ad eius fauorem suffragium dederat, haberet votum qualificatum, ita vt in paritate votorum suum præponderet, concludique faciat pro maiori parte, non secus ac si duplex votum haberet; ad id probandum petijt, & obtinuit remissoriam, qua expedita, & post plures examinatos testes ad Curiam remissa, hodie dubitatum fuit, An esset standum in iam decisis, & Domini affirmatiuè responderunt.

Etenim de iure Episcopus vti Episcopus nullum habet in
1 rebus pertinentibus ad Capitulum votum decisiuum † ita disponente Sacro Concilio Tridentino sess. 25. cap. 6. de reform. & tenet Modern. Lusit. *de offic. & potest. Episc. alleg. 73. nu. 17. vers. si Episcopus:* Consideratus verò vti Ca-
2 nonicus, & vnus ex Capitularibus habet vnicum † tantùm votum, Abb. *in cap. postulastis num. 14. de concess. preb.* idem Modern. Lusitan. *d. alleg. 73. nu. 18. vers. quando verò,* Rota coram Merlino *dec. 591. nu. 2.* Grat. *discept. for. cap. 106. num. 5. cum seq.* Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 19. numer. 104. & 105.*

Neque huic iuri censeri potest derogatum per illam prætensam consuetudinem, vt in paritate votorum illud Episcopi solitum sit haberi pro magis qualificato, ac cæteris præualeat. Quia licet ad hanc prætensam consuetudinem probandam examinati fuerint plures testes, remissoriales tamen eam minimè concludunt, ea quia illi deficiunt in requisitis ad consuetudinem probandam necessarijs scilicet in visu actus, cuius consuetudo allegatur, eiusdem actus frequen-
3 tia, & diuturnitate temporis, † ex quo tacitus Populi consensus elicitur, ita communiter Doctores, Azo *in summa, C. quæ sit longa consuet.* Cyn. *in l. 3. C. eod. tit. vers. sed quæro,* Alex. *cons. 131. num. 9. lib. 2.* Dec. *cons. 495. num. 25. 27. & 29.* Mascard. *de probat. concl. 424. num. 2. cum seqq.* Marescott. *var. resolut. lib. 2. cap. 100. num. 1.* Rota coram Canal. *dec. 125. num. 8. vers. sed omnem euentum,* Add. ad Buratt. *decis. 497. num. 2. par. 2.* & vno ex dictis requisitis defi-
4 ciente, vt tota probatio † corruat, firmat Rota *in rec. decis. 255. num. 4. par. 1. & dec. 497. nu. 2. par. 2.*

Deficiunt in proposito casu primum, & secundum ea dicta requisita. Quia Testes examinati non solùm non deponunt sæpiùs vidisse, quod in electione Canonicorum votum Episcopi in paritate votorum cæteris præualueret, & fuerit conclusum pro parte cui Episcopus adhæsit, vt imò omnes ingenuè fatentur nunquam euenisse casum electionis Canonici in paritate votorum, & ita excludunt potius, quàm concludunt consuetudinem. Nam vt illa suffragari
5 possit debet specificè, & in indiuiduo casus controuersi probari, ad Text. *in cap. fin. de consuet. in 6. l. quod verò contra, & in l. quod non ratione, ff. de legib.* Old. *cons. 237.* Crauett. *cons. 96. num. 4. vers. circa secundum,* Surd. *cons. 254. num. 26.* Gratian. *discept. forens. cap. 79. num. 10.* Rota coram Seraphin. *decis. 1159. num. 4.* coram san. me. Greg. XV. *decis. 162. num. 4.* coram Buratt. *decis. 129. num. 6. & decis. 895. num. 4.* Rota *dec. 72. num. 35. par. 2. diu. & in rec. decis. 414. nu. 20. par. 7. dec. 323. num. 24. par. 4. tom. 2. & dec. 529. num. 4. eadem par. 3. tom. 3.*

Hinc non releuat, quod dicti Testes specificent alios actus Capitulares officialium, & Ministrorum in quibus data paritate votorum fuit conclusum pro illa parte, cui adhæsit votum Episcopi, quia ea dictis actibus non valet inferri ad consuetudinem præsentis controuersiæ probandam, cùm
6 illa non extendatur † de casu ad casum, Rota *decis. 513. nu. 17. par. 5. & decis. 722. num. 27. & seqq. par. 4. tom. 3.* Buratt. *decis. 273. num. 13.* sed debet probari in eadem met facti
7 specie, & in terminis omninò similibus, † necnon concurrentibus eisdem qualitatibus Bald. *in cap. 1. num. 21. qui feudum dari possit,* Menoch. *cons. 54. num. 37.* Surd. *cons. 74. num. 13. & dec. 131. num. 8. cum duob. seq.* vbi quod consue-
8 tudo tantùm habet potentiæ quantum actus, † & non vltra, Natt. *cons. 46. num. 2.* Rimin. iun. *cons. 51. num. 26. & cons. 72. num. 59.* Rota coram Seraph. *dec. 326. num. 2. & decis. 497. num. 7. par. 1. rec. & decis. 661. nu. 3. par. 3.* & fuit dictum *in Messanen. Decanatus 27. Maij 1641. §. nec releuant coram Reuerendiss. D. meo Decano,* vbi quod consuetudo optandi, respectu Archidiaconatus non suffragatur in eadem Ecclesia † quoad Decanatum, & idem firmauit 9
etiam Rota *coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 39. num. 10. & in Mediolanen. pensionis 11. Decembris 1647. §. quatenus verò coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado, & in Leodien. Canonicatus S. Martini 15. Ianuarij 1652. §. secunda coram R. P. D. meo Cerro.*

Idque faciliùs admittendum venit attenta diuersitate rationis, quæ militat inter electiones Officialium, & Ministrorum de quibus loquuntur Testes, & electionem Canonicorum, de qua hodie agitur. Primò namque casu electio Officialium est temporanea, & ad nutum amouibilis, illa verò Canonicorum est perpetua, † & irreuocabilis, Za- 10
barell. *cons. 125. num. 4.* Modern. Lusitan. *de Canon. & Dignit. cap. 12. num. 12. & seqq.* & in ista debent citari omnes Canonici etiam absentes, quod non fit in electione † Offi- 11
cialium, *cap. quod sicut de elect.* idem Modern. Lusitan. *de canon. & Dignit. cap. 39. num. 22.* & ita stante huiusmodi diuersitate rationis, diuersum † quoque ius est statuendum, 12
l. adigere, §. quamuis de Iurepatr. nec non consuetudo in vno casu probata trahi valet ad alium diuersum, † Crauett. 13
cons. 30. num. 9. Cephal. *cons. 338.* Surd. *cons. 206. num. 6. & d. dec. 131. à nu. 8. cum seqq.* Rota *d. dec. 722. num. 28. par. 4. tom. 2. recent.*

Hinc etiam resultat responsio ad aliud obiectum, quod ex quo Testes generaliter deponunt Episcopum in negotijs, & tractatibus Capitularibus solere gaudere huiusmodi qualificatione, inde resultet probatio etiam quoad actum particularem electionis Canonici sub dicta generalitate comprehensum. Quia fallit obiectum, tum stante dicta rationis diuersitate, tum quia quando prout hic, ex allegata consuetudine pendet decisio causæ, & illa est magni præiudicij, non sufficit generalis illius iustificatio, sed debet in specie probari ita fuisse seruatum, † vt dixit Rota *de-* 14
cis. 357. nu. 2. coram Manzic. Imò quod nedum ea identitate, sed nec etiam ea maioritate rationis extendatur consuetudo † de casu ad casum, tenet Ciarlin. *controu. 25.* 15
num. 23.

Deficit etiam tertium requisitum pro firmanda consuetudine necessarium, nempe diuturnitas temporis, † quæ esse 16
debet 40. annorum. Nam cùm Episcopus vti Canonicus de iure non habeat nisi vnam vocem, & vigore talis consuetudinis prætendat habere duas, illa dicitur adimere Capitulo, & dare Episcopo, † & consequenter debet illa esse 17
quadragenaria, *c. final. & ibi gloss. verb. legitimè de consuet.* Franc. *in c. cùm in tua num. 5. vers. secundo limita de consuet. in 6.* Soccin. *cons. 160. num. 19. vol. 2.* Sperell. *dec. 89. nu. 25. & 26.* Rota coram Pen. *dec. 1023. nu. 3. & 4.*

Quod autem huiusmodi quadragenaria non probetur, patet, quia ex 23. Testibus examinatis 12. non sunt annorum 54. supra litem motam, † vt ad effectum probandi 18
quadragenariam requiritur, Seraph. *dec. 1102. num. 5. & 6.* Coccin. *decis. 337. num. 1.* Rota *in rec. decis. 6. num. 5. par. 6.* Add. ad Buratt. *dec. 673. num. 14. & fuit dictum in Pampilonen. Vicariæ de Stella 13. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Cerro, §. sed cessat difficultas.* Alij verò Testes vel deponunt de auditu, & ita non releuant, cùm probare debeant de visu actus, cuius † consuetudo allegatur Adden. ad Burat. 19
decis. 497. num. 11. vel deponunt de modico tempore, † & 20
ita quadragenariam excludunt, Abb. *in cap. 1. vers. sed contrarium de præscript. in 6.* Caputaq. *decis. 71. par. 2.* Rota coram Penia *dict. decis. 1023. num. 3.* vel sunt Canonici, qui dederunt votum Didaco, & ita tanquam tendentes ad sustinendam eorum electionem, non sunt † habendi 21
in consideratione, vt firmauit alia *decis. sub §. nulloque pacto.*

Additur præterea, quod cùm Episcopus vsque ad annum 1617. duos Canonicatus, & duas præbendas semper possederit, potuit illorum vigore habere in electionibus duo vota siue duas voces † iux. doctrin. 22
Abb. *in cap. cùm olim 12. numer. 2. de sentent. & re indic.* cum alijs cumulatis *in Nouarien. bonorum 1. Iulij coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Vnde cùm ex hac etiam ratione prætensa consuetudo dubia, & æquiuoca reddatur, per consequens † irreleuans remanet, 23
& non attendenda, vt dixit Rota *decis. 316. num. 4. post secundum vol. cons. Farinacc.* imò vt ex actibus diuersimodè seruatis † induci neque possit aliqua con- 24

suc-

suetudo, tradit Dec. *cons.8. volum.2. & cons.11.* Crauett. *cons.96. n.5.* Rot. *dec.280. n.4. & seqq. par.3. rec.*

Et ita vtraque &c.

Decisi. hac praesens sub die 26. Martij 1659. coram eodem, est supra dec.156. in hac parte 12. recent.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo Papień.

Bononień. Iurispatronatus.

Mercurij 27. Iunij 1657.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus quando prætenditur ab Vniuersitate aliqua, cùm tunc regulariter præsumatur ex vsurpatione, probationes ordinariæ non sufficiunt, quod non habet locum, quando euacuaretur ista præsumptio vsurpationis.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus competens Vniuersitati, quare Concilium Tridentinum existimet ex vsurpatione.*

2 *Inuerisimilitudo præsefert quandam imaginem falsitatis.*

3 *Vsurpationis præsumptio Iurispatronatus non cadit in Vniuersitate parua.*

4 *In Ciuitate Bononiæ semper residet Cardinalis Legatus nemini denegans iustitiam.*

5 *Iurispatronatus præsumptio vsurpationis ex inuerisimilitudine cadit in Vniuersitate quantumuis parua, & carente Iurisdictione.*

6 *Iuspatronatus, quando præsumitur ex vsurpatione, tunc plenior, & exactior probatio requiritur.*

7 *Vniuersitas est corpus, & persona ficta.*

8 *Iurispatronatus probatio in Vniuersitate, quando probetur ordinarijs probationibus.*

9 *Iuspatronatus, quod sit verè, vel præsumptum probatione, hoc à quo pendeat.*

10 *Iuspatronatus Vniuersitatis, quod non sit ex vsurpatione, id coadiuuatur ex armis, & inscriptione posita in Capella, vel Ecclesia Iurispatronatus.*

11 *Inscriptiones publicæ non solent admitti, si contineant aliquid alienum ab ipsa veritate.*

12 *Præsentationes per quantum tempus requiruntur continuatæ, quando Iuspatronatus est suspectum de vsurpatione, & hoc secundum Conc. Trid. & n.13.*

14 *Iurispatronatus præsentationes dicuntur immemorabiles, quando non constat de earum initio.*

15 *Præsentationes per 50. annos effectum sortita, sufficiunt ad probandum alterum requisitum, quando Iuspatronatus præsumitur ex vsurpatione.*

16 *De immemorabili satis dicitur constare, dum non constat de initio.*

17 *Præsentationes, quando habuerunt effectum mediantibus institutionibus, confirmant ius quæsitum ex ipsis præsentationibus.*

18 *Immemorabilis in terminis probationis Iurispatronatus, quando adest suspicio vsurpationis qualiter sit probanda.*

Immemorabilis, quando non probetur per scripturas.

19 *Immemorabilis, ex scripturis antiquissimis, nullum præ se ferentibus initium, probari potest.*

20 *Immemorabilis dicitur probata per Testes deponentes secundum requisita gloss. in cap.1. de Iurepatron.*

21 *Immemorabile tempus ex quo excludatur.*

22 *Prouisiones Apostolicæ, quando præiudicium non afferant habentibus Iuspatronatus, & n.23. & 24.*

25 *Sententia lata sine citatione eorum, qui citari debebant est nulla.*

26 *Citatio ad sententiam debet esse specifica, & expressis verbis concepta ad sententiam.*

Citatio ad sententiam, debet esse adeò specifica ad sententiam, ita ut non sufficiat virtualis expressio, & num.26.

27 *Prouisiones Apostolicæ nunquam præiudicant Patronis, nec immutant statum beneficij.*

28 *Beneficij Iurispatronatus status, Papa quando censeatur voluisse immutare, & num.29.*

30 *Iurispatronatus statum tunc multo minus Papa censetur voluisse immutare, quando illum statum expressè præseruauit.*

31 *Executor Litterarum Apostolicarum circa prouisionem beneficij Iurispatronatus, potest nullatenus immutare illius statum.*

32 *Executor Litterarum Apostolicarum nulliter procedit, non seruata forma in eis præscripta.*

33 *A Probationibus faciendis quis non dicatur exclusus.*

34 *A Sententia contra se latam, quando quis non appellat, censetur illam approbasse, atque confirmasse.*

35 *Immemorabilis remanet minimè interrupta, ex actibus dubijs, & incertis, ac ineffectuatis, & num.36.*

37 *Iuspatronatus antiquum remanet corroboratum ex pluribus enunciatiuis antiquissimis, & num.38.*

39 *Iurispatronatus enunciatiuæ antiquæ, si habeant annexa quasi possessionem præsentandi, probant Iuspatronatus, etiam contra tertium.*

40 *Ordinariorum sententijs super canonizatione Iurispatronatus valdè deferendum est, & quare.*

41 *Ordinarij non solent esse faciles circa canonizationem Iurium patronatus. cum id tendat in eorum præiudicium.*

DECISIO CCLXXIX.

VAcauit de anno 1649. per mortem Dominici Palmerini Ecclesia Parochialis S. Michaelis loci Capugnani, quam prætendens Communitas d. loci esse de Iurepatronatus ipsius, ad illam præsentauit Ioannem Palmerinum, cuius præsentationis occasione orta lite inter homines, & Communitatem eiusdem loci Capugnani ex vna parte, & mensam Archiepiscopalem ciuitatis Bononiæ ex altera super d. Patronatu, illa discussa fuit in Rota Bonon. quæ suam protulit sententiam ad fauorem hominum dict. Communitatis per quam fuit declaratum constare de Iurepatronatus, introducta deindè huiusmodi causa in Rota in gradu appellationis ad instantiam Mensæ Archiepiscopalis coram R.P.D. meo Celso emanauit sententia primæ confirmatoria, qua dondum contenta dicta Mensa Archiepiscopalis obtinuit illam de nouo committi R. P. D. meo Verospio à quo promulgata fuit sententia duarum præcedentium reuocatoria.

Commissa mihi demùm in alia instantia dubitaui, an vltima sententia sit confirmanda, & proposito hodiè dubio DD. responderunt, eam esse infirmandam, quia licet Sacr. Conc. Trid. *sess.25. de Reform. cap.9.* ex duabus rationibus præsumat vsurpationem Iurispatronatus in personis, seu in Communitatibus, vel Vniuersitatibus, † videlicet, ob 1
potentiam personarum, vel ob inuerisimilitudinem, quòd multarum familiarum, seu hominum concursus pro constructione, ac dotatione Patronatus conuenerit, vt aduertit Lotther. *de re benef. lib.2. quæst.13. num.35. & seqq. cum alijs in decis. R.P.D. mei Verospij in hac causa edita allegatis in princip.* cùm inuerisimilitudo præseferat quamdam falsi
† imaginem, vt monet Bald. *in l.1. num.16. C. de seru. fugit.* 2
Franc. Becc. *cons.62. num.72. & seq.* Tamen in hoc casu cessare visa fuit quæcumque vsurpationis præsumptio, nam illa deducta ex potentia non potest applicari Communitati Capugnani, quæ est parua † Vniuersitas composita ex 3
paucis hominibus nullam habens iurisdictionem in loco beneficij, vt firmauit decisio pariter in hac causa emanata coram *R. P. D. meo Celso 1. Iulii 1654. sub §. qua præsumptio*, cui propterea Archiepiscopus Bonon. Prælatus tam magnæ existimationis absque vllo timore quandocumque se opponere potuisset, maximè in ciuitate Bononiæ † in 4
qua semper residet Cardinalis Legatus, nemini denegans Iustitiam, quòd vt tollat quamcumque præsumptionem obiectæ potentiæ contra Ciues, firmauit Rota *decis.282. sub num.15. par.7. rec.*

Minusque intrare potest altera præsumptio vsurpationis desumpta ex inuerisimilitudine, quæ cadit etiam in paruis Vniuersitatibus, non obstante, quod illæ quacumque iurisdictione careant, vt firmatum fuit in d. *decis. R.P.D. mei Verospij in princ.* quia hic non tractatur de Iurepatronatus, quod prætendatur ab hominibus d. Communitatis Capugnani, vti singulis, eò quia ipsi de singulorum proprio contribuisse præsupponant in fundatione, & dotatione

Ecclesiæ, quo sanè casu id ius plerumque ex vsurpatione
6 potiùs quæsitum præsumi solet, † vndè plenior, & exactior
probatio ad docen. verum titulum requiritur, vt per Viuian.
de Iurepatr. lib.11. cap.59. num.7. Sed agitur de Vniuersitate, prout est corpus, & persona ficta repræsentans solum
populum quæ habet bona propria cum quibus potuit fundate, & dotare Ecclesiam, sicuti pro ea fecit plures impen-
7 sas, † & inter alias construendo Campanile, reaptando
Tribunam, & extruendo in altera Ecclesia vnam Capellam, & hæc omnia ex ære publico ipsius Communitatis citra aliquam contributionem singulorum, & quia hic prorsùs cessare videtur ratio in qua fundatur asserta inuerisimi-
8 litudo, ideò ad proban. † hoc Iuspatronatus requiritur solùm ordinaria probatio, non autem illa rigorosa sancita
per Concil. *in d.sess.25. de reform. cap.9.* Adden. ad Buratt.
decis.551. num.16. & dixit Rota *in Cracouien. Parochialis
24. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Merlin.* & firmatum
etiam fuit in prima decisione edita ad fauorem Communitatis coram R.P.D. meo Celso, & ratio est satis euidens,
quia cessante potentia, & inuerisimilitudine est solùm quæ-
9 rendum, vt probetur factum, † quod potest probari verè,
vel præsumptionibus, vt in omnibus personis, & Vniuersitatibus in quibus cessat d. ratio potentiæ, & inuerisimilitudinis.

Ad haec etiam inuerisimilitudinem tollen. valdè faciunt
10 insignia Communitatis posita in Tribuna d. Ecclesiæ, † &
similiter inscriptio posita in eadem Tribuna sub his verbis,
Commune Capugnani, opus hoc ære proprio fieri curauit, Rota *in recent. dec.482. num.4. par.1. & decis.172. num.5. par.3.*
coram Caualer. *decis.378. num.1.* & coram Coccin. *dec.230.*
11 *num.1.* Inscriptiones enim tunc † solùm permittuntur,
quando nihil continent, quod à veritate sit alienum, Rota coram Merlin. *decis.456. num.41. & in Bononien. Iurispatronatus 16. Ianuar. 1608. coram Sacrato, quæ est decisio 171.
par.3. rec. confirmata 27. Iunij 1608. coram eodem, & est decis.191. ead. par.3.*

At estò etiam quòd fieri deberet illa rigorosa probatio in
12 hoc casu, † quæ requiritur per Concil. in omnibus personis suspectis de vsurpatione, hæc optimè resultat ex præsentationibus factis per eamdem Communitatem Capugnani, & effectuatis per spatium 200. & ampliùs annorum, nempè ab anno 1413. vsque ad annum 1649. de
quo tempore lis cœpta fuit, & sic per annos 236. cùm ta-
13 men in terminis Concil. † sufficiant anni 150. sub quibus
includitur secundùm requisitum dicti Concilij de continuatis præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum, dum de his docetur per publica instrumenta, & quia
dd. continuatæ, & effectuatæ præsentationes nullum præ-
14 seferunt principium acquisitionis, dicitur constare de † immemorabili, saltem ex indirecta probatione, quæ sufficit,
vt in his terminis fuit latè resolutum in *Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. coram Eminentiss. D.Card. Corrado, §. neque præfatis obstat*, & ratio est, quia præsentatio-
15 nes effectum sortitæ in vltimis 50. annis satisfaciunt, † vt
iam dixi vni ex requisitis per Concil. *in d. cap.9. sess.25. de
reformat.* aliæ verò habent vim immemorabilis, quoties-
16 cumque non constat de initio contrario, vel aliqua † collatio in contrarium non ostenditur, Paris. *de confid. quæst.28.
num.259. vers. & alias dubitatum fuit, & num.260.* Garz. *de
benef. par.5. cap.9. num.107. & num.109.* Rota *diuers. dec.577.
per tot. par.4.* & coram Seraph. *decis.1141. num.1. & seqq. &
num.9. & 10.* Achill. *decis.4. de iurepatronatus*, vt latè fuit
etiam firmatum in *Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646.
coram Eminentiss. D.Card. Corrado, & in Lucana Iurispatronatus 10. Ianuarij 1645. corram Reuerendiss. Terracinen.*

Non obstant multæ exceptiones datæ ea parte Mensæ
Archiepiscopalis præsentationibus factis à Communitate
Capugnani ad Ecclesiam controuersam, quia cùm dd. præsentationes habuerint effectum suum, mediantibus institu-
17 tionibus, † istæ confirmarunt ius quæsitum ex dd. præsentationibus quibuscumque non obstantibus Modern. Pisan.
de Iurepat. lib.6. cap.10. n.31.

Prout etiam non refragatur, quòd in hoc casu, imme-
18 morabilis probari debeat per Testes cum † requisitis, *glos. in
cap.1. de præscript. in 6. sub verb. memoria*, non autem per
scripturas, vt Rota firmauit coram Greg. XV. *dec.52. num.4.
& dec.126. num.20. par.5. rec.* Quia licet regulariter huiusmodi probatio fieri soleat per Testes, non tamen excluditur, quin fieri possit etiam ea scripturis antiquissimis, nul-
lum præseferentibus principium, † cùm illa dicatur proba- 19
tio per indirectum immemorabilis ex supra allegatis quibus
addi potest, Ricc. *in praxi Iurispatronat. resol.70. per tot. &
resol.121.* Modern. Pisan. *de Iurepat. lib.11. cap.5. num.44.
& seqq.* Rota coram Buratt. *dec.435. n.9.*

Sed re vera accedunt etiam pro immemorabili depositiones Testium formiter examinatorum cum † requisitis *dict.* 20
*glos. in cap.1. de præscript. in 6. & licèt contra illos in decis. R.
P. D. mei Verospij sub §. quæ sanè probatio*, obijciatur, eos
non concludere talem immemorabilem, dum inter alias
præsentationes commemorant illam Lactantij Zannini sequutam sub die 3. Maij 1580. qui licet à Communitate illam acceperit, possessionem tamen huius Ecclesiæ nullatenus fuit consequutus, sed eam tanquam † liberæ collatio- 21
nis successiuè retinuit, & ex hoc præsupponitur resultare
exclusionem probationis immemorabilis, cùm iste actus
liberæ collationis repugnet, ac sit omninò contrarius immemorabili.

Huiusmodi tamen obiectum minimè subsistere Dominis
visum fuit, quia licet dictus Lactantius Zannnus fuerit
prouisus de anno 1582. de huiusmodi Parochiali Ecclesia
tamquam de libera † à Sede Apostolica, nihilominùs pon- 22
deratum fuit, quòd Papa in suis litteris non confert, sed in
illis continetur tantummodò mandatum de conferendo,
quod fuit directum Vicario Imolæ sub hac conditione; &
præseruatiua, *Quatenus hæc Ecclesia Parochialis non esset
de Iurepatronatus*, at d. Vicarius non contulit ex quo verificata fuerit dicta clausula, † sed pronunciauit in contuma- 23
ciam, quia coram ipso Communitas Capugnani non docuit de suo Iurepatronatus, & iam ipse Lactantius Zanninus repericbatur in possessione d. Parochialis vigore consensus reportati à Communitate, dum illa ei resignara fuit à
Martino Zannino de anno 1580. *vt in Summario Communitatis num.1.* Vndè apparet per † dictam sententiam non 24
fuisse illatum aliquod præiudicium Cõmunitati. Nam Papa
præseruauit ius cuiuslibet quatenus Ecclesia esset de Iurepatronatus alicuius, ex latè deductis in *dict. Mediolanen. Prioratus 4. Martij 1646. coram Eminent. D.Card. Corrado. & in
Bononien. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. coram eodem.*

Eòque minùs d. sententia afficit Communitatem, † cùm 25
nulla sit ex defectu citationis, quæ præcedere debebat nominatim ipsam sententiam, vt declarat Text. *in Clem. sæpe*, & ibi glos. *de verb. signific.* Afflict. *dec.182. num.3.* Capyc. *dec.1. num.35.* Rota *decis.17. de re iudic. in nou.* Mant.
decis.291. Imò debebat esse adeò specifica, & expressis
† verbis ad sententiam concepta, vt nec virtualis compre- 26
hensio illius, nec æquipollentis verba admittantur, Roman.
cons.369. n.8. Rota coram fa. me. Greg. XV. *decis.209. n.4.*
vbi Add. *num.7.* & coram Card. Caual. *decis.376 num.1. &
in rec. dec.486. num.7. part.2.*

Omittendum neque est, quod prouisiones Apostolicæ
nunquam † nocent Patronis, neque mutant statum Bene- 27
ficij Iurispatronatus, ita pluries tenuit Rota prout refert
Ricc. *in prax. rer. for. Ecclesiast. dec.289. par.3.* Cassad. *decis.6. num.5. de Iurepatronatus*, Seraph. *decis.799. num.3. &
dec.1367. num.4.* & fuit resolutum in dicta *Lucana Iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. coram Reuerendiss. Terracinen.
sub §. non obstant, & in d. Mediolanen. Prioratus §. præsentationes vero coram Eminentiss. D.Card. Corrado*, quod tamen procedit, † nisi Papa haberet notitiam Iurispatrona- 28
tus, & vellet nihilominus mutare statum Beneficij, nam
tunc eius prouisio noceret, † nec non mutaret statum talis 29
Beneficij ad tradita per Seraph. *dec.1301. num.2.* cùm igitur
pateat ex prædictis; quod Papa nedum noluit immutare
statum Beneficij, sed potiùs † præseruauit Iuspatronatus, 30
multò minùs potuit illum mutare sententia Ordinarij Imolen. † seu eius Vicarij, Cassad. *dec.7. num.2. de Iurepatrona-* 31
tus, Mat. Antonin. *var. resol. lib.3. resol.113. cas.20.* Rota
post Viuian. *de Iurepatronatus decis.29. & 30. vtrobique n.9.*
maximè cùm illa prolata non fuerit iuxta formam litterarum Apostolicarum, † scilicet, citatis Patronis, aut Com- 32
munitate Capugnani ex supradictis.

Insuper valdè ante tempus quo lata fuit huiusmodi sententia ad fauorem Lactantij Zannini, ille repericbatur in
possessione huius Ecclesiæ, quam acquisiuit vsque de anno
1580. ex consensu præstito ab hominibus Capugnani resignationi ad eius fauorem factæ de controuersa Ecclesia à
Martino Zannino, & d. sententia emanauit † de anno 1587. 33
& cùm Iudici non innotuerit Iuspatronatus, non ideò exclusa fuit Cõmunitas Capugnani Patrona à probationibus
facien.

facien. Rota *decis.29. num.18. inter impress.* post Viuian. *de Iurepatronatus*, quas cum posteà fecerit sequuta vacatione huius Beneficij per obitum dicti Lactantij coram Ordinario Bononien. ad illud successiuè præsentauit Dominicum Palmerinum, qui institutus fuit, data prius sententia super pertinentia Iurispatronatus ad fauorem hominum d. Communitatis Capugnani, à qua per mensam Archiepiscopalem
34 Bononiæ, † cùm non appareat, fuisse appellatum, cense-
35 tur facto proprio illam probasse, † atque confirmasse ex latè congestis per Rotam *in Romana locorum Montium 3. Iunij 1650. coram me*. Quapropter ex præfata sententia Vica-
36 rij Imolæ, elisa non fuerunt dicta Testium, † neque interrupta remansit immemorabilis, quæ nunquam interrumpi solet ex actibus dubijs, atque incertis, & qui ineffectuati, ac suppressi prorsùs extiterunt Rota *in d. Bononien. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. quia præter coram Eminentiss. D. Card. Corrado*.

Demùm corroboratur bonum ius Communitatis circa
37 † huiusmodi Iuspatronatus ex pluribus enunciatiuis antiquissimis emanatis ab Ordinarijs Bononiæ occasione visitationum per eos factarum, vt in *Sum. Communitatis n. 10.* quæ habent vim famæ Rota *in Gerunden. Beneficij 20. Iunij*
38 *1597. coram Orano*, Put. *decis.209. lib.2.* † & vt istæ valdè adminiculentur probationem Iurispatronatus firmauit Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis.234. num.19.* & quotiescunque d. antiquæ enunciatiuæ habent annexam
39 etiam quasi possessionem præsentandi † per longum tempus, vt in isto casu probant Iuspatronatus etiam contra tertium, Rota penes Acchill. de Grass. *decis.7. num.1. de Iurepatronatus in recent. decis.13. num.1. decis.211. num.1. in fin. & decis.312. n.6. par.1.* & coram Buratt. *dec.172. n.22. & seq.* vbi Adden. *num.33. vers. quando verò*. Non desunt etiam sententiæ Ordinariorum canonizatoriæ talis Iurispatronatus, & signanter illa data occasione institutionis Do-
40 minici Palmerini, quibus valdè † est deferendum ea ratione, quia ipsi sunt optimè informati de qualitatibus Beneficiorum, quæ vnusquisque eorum habet in sua Diœcesi, &
41 quia non solent de facili canonizare Patronatum, † cùm hoc tendat in eorum præiudicium, Lotther. *de re ben. lib.2. quæst.13. num.142. & 152.* Mantic. *decis.350. num.3. & 4.* Buratt. *decis.142. num.12.* Rota *decis.413. n.1. par.1. recent. & dictum fuit in Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs 16. Martij 1643. coram bo. me. Bichio, & in dict. Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. §. tertio duæ sententiæ coram Eminentiss. D. Card. Corrado*.

Et ita resolutum fuit vtraque parte acerrimè informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Legati.

Die 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Census vsufructu generaliter alicui legato, si deindè alteri idem Census sub conditione pro patre legetur, quid ea purificata consequi debet secundus legatarius, hìc plenè deducitur, & deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus fundi legati æqualiter inter legatarium, & proprietarium diuiduntur.*
2 *Vsusfructu alicui vniuersaliter relicto, hæres proprietarius non potest partem fructuum prætendere.*
3 *Census appellatione æquè venit proprietas, ac vsusfructus.*
4 *Census alicui specialiter legatus debetur in proprietate, & in vsufructu, secùs si generaliter.*
5 *Vsumfructum, vel proprietatem ex quibus Testatorem legasse dignoscatur, & num. seq.*
6 *Proprietas non solum censetur legata, sed etiam vsusfructus fauore matrimonij.*
7 *Correctio Testatoris in eodem testamento euitari debet.*
8 *Legatum conditionale, purificata conditione debetur.*
9 *Vsufructu pluribus legato qualitater fiat diuisio, & num. seq.*

DECISIO CCLXXX.

Censum scut. 5400. quem in tabulis testamentarijs Laurentius Mutinus Archangelo nepoti, ipsius durante vita in vsufructu reliquerat, pro dimidia Annæ nepti successiuè cum nuberet eodem Testamento legauit. Cuius virtute dispositionis super Census medietate sorti, scilicet, ac fructuum immissionem ab A.C. Anna, subsequuta nuptiarum conditione recepit, à qua per appellationem ab Archangelu interpositam, commissa mihi causa dubitari, An legati medietas etiam in vsufructu debeat Annæ attribui, & in affirmatiuam Domini sententiam inclinarunt ex dispositione *Text. in l. si alij 19. ff. de vsu, & vsufr. leg.* sanctientis expressè fundi fructus pro portione æquali diuidendos, quoties alteri ipsius proprietas, † alteri verò vsus- 1
fructus in eodem Testamento legetur, & not. Becc. *cons.98. num.8.* Alex. *cons.169. num.2. lib.5.* Soccin. Iun. *cons.109. num.41. & cons.115. num.9. lib.1.* Ruin. *cons.190. num.11. lib.2.* Surd. *cons.466. num.4.* Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.9. tit.6. num.17. vers. sed Paulus*, Rota *in Romana legati 23. Iunij 1595.* coram Iuxto post Pacific. de Saluian. *decis.181. num.1.* quicquid dicendum foret, quoties de vniuersali legato vsusfructus omnium bonorum ageretur,
† tunc enim hæres institutus in proprietate nequit ad vsum- a
fructum pro virili exindè concurrere, quod hæreditas in Iure prorsùs à proprietate, & vsufructu distincto consistat, vt in his terminis notat Castr. *cons.218. n.2. vol.1.* per Alciat. *cons.75. num.15. lib.9.* Ruin. *cons.19. num.11. & 12. lib.2.* Paril. *cons.94. num.34. lib.2.* Card. Mantic. *de tacit. Adden. lib.9. tit.6. num.17. in vers. sed Paulus*.

Hinc Census medietas in vsufructu Annæ pariter debita conuincitur dum sub Census appellatione † nedum pro- 3
prietas, sed vsusfructus quoque continetur, ad *Text. in l. qui vsufrufructum, ff. de verb. oblig.* & dixit Rota coram Mantic. *decis.14. num.9.* licet vsusfructus in priori Testamenti parte Archangelo legatus à proprietate successiua relicta distinctus omninò contendatur. Procedit enim obiectio quoties Census sub generali sermone foret Annæ legatus,
secùs verò † dum in specie legitur eidem attributus, vt in 4
specie respondit Rota *in dicta Romana legati 23. Iunij 1595.* post Pacif. *dec.181. n.2.*

Hunc intellectum comprobat prætereà discretiua Testatoris dispositio: In primo namque legato, quo proprietatem ab vsufructu diuersam, atque distinctam esse voluerat in hæc verba disposuit, *Voglio che sia libera la proprietà de miei beni, lasciando, & legando l'vsufrutto ad Archangelo Mutini durante la sua vita solamente.* In secunda verò vsusfructus, ac proprietatis ratione quacumque posthabita dimidiam Census, sortis, ac fructuum comprehensiuam simpliciter Annæ legauit. Dum itaque Testator licet nedum vsusfructus, sed proprietatis naturam agnouerit, verbis
tam importantibus vtrumque disposuit, † quælibet remo- 5
uetur exindè præsumptio, vt nudam proprietatem voluerit prælegare, vt in proximis terminis ponderat Surd. *in cons. 466. n.7. & 9.* præsertim quia legatum ex causa processerat,
quæ pro oneribus † matrimonij substinendis in proprietate, 6
& vsufructu relicta censetur, vt in terminis respondit Rot. *dec.336. l.a 2. n.7. par.2. rec.*

Nec visa fuit subsistere obiecta Testatoris correctio in
eodem † Testamento penitus euitanda, iuxta *Text. in l. non* 7
ad ea, ff. de cond. & demon. not. Gratian. *discept. for. cap.922. tit.2. num.26. circa med.* Legatum enim vsusfructus ab altero pro dimidia in fauorem Annæ relicto, non remansit illicò ademptum, sed sub conditione dumtaxat nuptiarum, itaquod nondum purificata conditione Archangelus fructus integri Census consequebatur, ex quibus ipsius lega-
tum vtile extitisse † conuincitur; adeòque purificata post- 8
modum conditione nuptiarum non poterit Annam à consecutione legati corruere, iuxta *Text. express. in l. quod si alij ff. de adim. leg.* & tradit Fachin. *controu. iur. lib.5. cap.52. vers.2.* asserit Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.173. num.18.*

Non vrget, quod vsusfructus eiusdem Census Annæ post nuptias legati pro dimidia inter ipsam, & Archange-
lum diuidi debeat pro virili, † itaut tres vsusfructus partes 9
eidem Archangelo debeant contingere, iuxta *Tex. in l. si alij ff. de vsu, & vsufr. leg.* ipsius namque textus dispositio procedit in casu, quo legatum vsusfructus in totum per legatum posteriùs expiraret, ac propemodum inutilem redderetur,

10 tur, secùs verò † dum illud poterit pro parte dimidia, &
post contractas ab Anna nuptias substineri, & totum verò
antequam nuberet, vt not. Bart. *in add. l. si alij num. 2.* Ca-
strens. *in l. cum quæstio ad fin. C. de legat.* vbi etiam Ias. *col. 2.*
ante med. vers. nam quando iuris relinquitur, Card. Mant. *de*
tacit. lib. 9. tit. 6. n. 22. vers. neque huic sententia.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Hieraceñ. Beneficij.

Die 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Possessio in Beneficialibus capta de manu executoris Apostolici est manutenibilis, maximè alio non legitimè possidente, vel possidere negligente.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij possessio per manus Apostolici executoris capta, alio legitimè non possidente, est manutenibilis.*
2 *Possessio pendente termino ad appellandum capta est nulla.*
3 *Possessio derelicta censetur, dum alium possidere permittitur.*
4 *Et sufficit decennalis negligentia.*
5 *Possessio infecta decreto irritanti habetur pro vacua.*
6 *Et potest talis non citato instrumentalis possessio de manu executoris apprehendi.*
7 *Sequestri remotio possessionem comprobat.*
8 *Notario asserenti se esse talem creditur, donec probetur contrarium.*
9 *Clausula*, Et si inter aliquos lis cuius statum præsentibus, &c. *operatur ac si status causa in individuo esset expressus.*

DECISIO CCLXXXI.

CEnsuit Rota coram Me sub die 13. Martij præteriti Ca-
rolo dandum esse mandatum de manutenendo in
possessione controuersi Beneficij, & hodie causa desuper
reproposita ad instantiam Amati tunc non informantis
stetit in decisis; quia subsistit fundamentum decisionis,
1 quod possessio eiusdem Caroli capta per manus Executoris
Apostolici die 6. Iunij 1654. licet instrumentalis, tamen est
manutenibilis, dum eo tempore alius legitimè non possidebat ad *l. Prædia vbi DD. ff. de acquir. possess.* Rota coram sa.
mem. Greg. *decis. 268. n. 1.* & coram bon. mem. Merlino *decis. 691. n. 1. ac sæpè in alijs.*

Nec obstare visa fuit anterior possessio Amati semel, at-
que iterùm capta die 8. Octobris 1630. & 9. Decembris
2 1653. nam quæ prius fuit capta pendendo † termino ad ap-
pellandum ab institutione sibi à Metropolitano iudicialiter
concessa, quæ proindè est omninò nulla, & attentata, *cap.*
non solùm de appellat. in 6. Rota coram san. mem. Greg. *de-*
cis. 251. num. 2. & seqq. coram Merlin. *d. decis. 691. num. 4.* &
apud Post. *de manut. decis. 522. num. 8. & decis. 578. num. 7.*
3 Vel fuit ab Amato derelicta † (dum cognito forsan huius-
modi defectu) permisit Bernardum tunc collitigantem pa-
cificè possidere controuersum Beneficium cum reali fru-
ctuum perceptione vsque ad obitum secutum ann. 1653.
Per huiusmodi patientiam, & acquiescentiam spatio anno-
norum 23. cecidit ab omni possessione si quam habebat,
4 † ad quem effectum sufficit decennalis negligentia, etiamsi
occupatio alterius ignoretur, vt responsum fuit in *Romana*
Palatij 3. Decembris 1646. & in Romana Vinea del Pico 25.
May 1648. coram R. P. D. meo Cerro. Quæ verò capta fuit
post obitum Bernardi eò minùs est considerabilis, tum quia
fuit capta lite pendente in Rota per ipsummet Amatum
restaurata præuia commissione subrogatoria in locum bon.
mem. Coccini obtenta de anno 1654. Tum quia infecta re-
mansit ex Decreto irritanti apposito in Regula 8. Cancella-
riæ ob reseruationem ratione mensis Octubris, quo vacauit
5 Beneficium per obitum † d. Bernardi. Possessio enim atten-
tata, & infecta Decreto irritanti habetur pro vacua per
Text. in l. improba Cod. de acquir. possess. Rota *decis. 10. vt*
lit. pend. in nou. coram Card. Seraph. *decis. 1106. num. 3.* co-
ram bon. mem. Coccin. *decis. 51. num. 4.* Add. ad Gregor. *de-*
cis. 268. sub num. 9. vers. & si tamen, & ad Buratt. *decis. 235.*
num. 4. apud Post. *de manut. decis. 481. num. 2. in Ciuitaten.*
Archipresbyteratus 24. Martij 1645. coram R. P. D. meo Cer-
ro, §. & si qua probaretur, & in Valentin. Rectoria 24. Maij
1647. coram bon. mem. Bichio, §. sed pro responsione. Ideò-
que potuit † Carolus eo non citato possessionem instru- 6
mentalem de manu Executoris apprehendere, vt respon-
sum fuit *in Messanen. Archipresbyter. 19. Iunij 1643. coram*
Reuerendiss. D. meo Decano, in d. Ciuitaten. Archipresby-
teratus coram R. P. D. meo Cerro, §. & si qua vers. & taliter
possidens in d. Valentin. Rectoriæ 24. May 1647. coram bon.
mem. Bichio d. §. sed pro responsione cum seqq. & in Colonien.
Canonicatus seu Fercal. 16. Decembris 1647. coram R. P. D.
meo Meltio, §. defectus citationis, ac in alijs.

Nec momenti est exceptio contra legalitatem eiusdem
Instrumenti obiecta, ex quo non constet Notarium sub-
scriptum esse talem qualem se fecit.

Nam præter † quod veritas huiusmodi comprobatur ex 7
remotione sequestri facta à Ministris Nuncij Apostolici
Neapolis, in qua enunciatur instrumentum dictæ posses-
sionis, Rota coram san. mem. Gregor. *decis. 442. in fin.* Post.
de manut. obseruat. 22. num. 72. & obseru. 98. num. 19. de stylo
Rotæ creditur † Notario attestanti se talem donec proba- 8
tur contrarium, vt fuit dictum in *dec. 470. sub num. 6. vers.*
quia dum se enunciantur, & dec. 549. sub num. 5. vers. & de
stylo part. 4. rec. cum alijs per Post. *obseru. 99. sub n. 14. vers.*
& quod quis sit talis, &c.

Minus subsistit, quod Carolus in eius prouisione non fe-
cerit mentionem litis prædictæ, quia contrarium conuinci-
tur ex lectura earumdem litterarum, † ibi, *Et si inter ali-* 9
quos lis cuius statum præsentibus haberi volumus pro expres-
sa, &c. Quæ clausula sufficientem litis mentionem præse-
fert, & operatur ac si status causæ in indiuiduo, ac nomi-
natim esset expressus, Acchil. *decis. 9. de rescript.* Gregor. *de-*
cis. 2. num. 6. vbi Add. *sub num. 15. vers. quod clausula num. 18.*
Mantic. *decis. 213. n. 8.* Coccin. *decis. 263. ac decis. 305. vtro-*
bique num. 7.

Cætera quæ respiciunt merita causæ fuerunt per DD.
reiecta ad petitorium cum altiorem exposcant indaginem,
quàm præsentis iudicij ratio exigat, vt quotidiè seruat
Rota.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo Papieñ.

Romana Pensionis.

Mercurij 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Constitutio Vrbana quarumcumque pensionum translationem vltra medietatem prohibens, ad quid fuit principaliter edita declaratur, & in hac materia fructus calculantur per 5. annos ante, & 5. post translationem.

SVMMARIVM.

1 *Pensio medietatem fructuum excedens non potest transferri.*
2 *Et in excessu annullatur.*
3 *Beneficij valor ex testium depositionibus probatur.*
4 *Fructus per 5. annos ante, & per 5. post translationem calculantur, & num. 6.*
5 *Libri introituum testium dicta adminiculant.*
7 *Valor beneficij per decennium ante translationem est probandus, si statim obtento beneficio mouetur lis.*
8 *Pensio reseruata ex causa resignationis non dicitur voluntaria.*
9 *Constitutio Vrbana comprehendit pensiones tam cum causa, quàm sine causa, necessarias, & voluntarias.*
10 *Verbum*, quascunque, *omnia includit, & nihil excludit.*
11 *Pensionis translationis tempus attenditur, & non quod postea sequatur.*

12 *Pensio*

12 *Pensio sufficit, quod de tempore translationis sit in statu validitatis.*
Pensionis de nullitate Titulari dande, resignanti aperitur via regressus, n.12.
13 *Constitutio Vrbana ad quid principaliter fuit edita.*
14 *Legislatoris mens, & ratio finalis ex proœmio colligitur.*

DECISIO CCLXXXII.

SEntentiam Rotalem, quæ pensionem translatam scutorum 50. anni reducit ad sola scuta 15. vti validam, & iustam, hodie DD. confirmandam esse censuerunt.

Validitas non controuertitur, & probatur ex reuolutione actorum iuxta vulgatam *decis. Caputaquen. 260. par. 2.*

Iustitia autem satis ex eo deducitur, quod cùm valor Ca-
nonicatus de quo agitur computatis certis, ac incertis, ac
deductis oneribus non excedat annua scuta 400. & ille
grauatus reperiretur alijs tribus pensionibus summa scuto-
rum 185. vtique in translatione pensionis non poterat gra-
1 uari vltra dictam summam scutorum 15. aliàs † grauamen
excessisset medietatem fructuum contra expressam formam
Constitutionis san. mem. Vrbani VIII. in ordine la 20. §. 2.
in qua similes pensionum translationes vltra medietatem
2 fructuum probibentur, † & in excessu annullantur prout
in terminis prædictæ Constitut. firmauit etiam Rota *in Ca-
merinen. pensionis 12. Maij, & 7. Iulij 1642. coram R. P. D.
meo Tarraconen.*

3 Quod autem valor dicti Canonicatus non excedat d. an-
nua scuta 400. Visum fuit concludenter probari ex deposi-
tionibus Testium formiter examinatorum, & optimam
suorum dictorum rationem reddentium: Primus enim fuit
Canonicus eiusdem Ecclesiæ, & ita deponit de facto pro-
prio. Secundus Beneficiatus, Depositarius, & Custos li-
brorum Capituli. Tertius Beneficiatus, & exactor fru-
ctuum, vndè omnes benè informati concludunt de valore
4 in solis scut. 400. calculando † fructus per 5. annos ante
translationem, & 5. post, qui est modus à Rota approbatus
probandi verum valorem beneficij, ad tradit. per Sarnen. *in
reg. de ver. valor. quæst. vlt.* Seraph. *decis. 1340. n. 1.* Rot. *post
secundam volum.* Farin. *consil. dec. 256. num. 6. in rec. dec. 272.
n. 22. par. 5. & fuit dictum in Calaguritana pensionis 10. Maij
1649. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono §. probatur inter
eius impressas 172. n. 4. & 5.*

Tantò magis id comprobatum remanet, dum dicti Testes
5 † adminiculantur ex libris introituum Capituli, Rot. coram
Merlino *decis. 808. num. 3. vers. sed potissimum, & decis. 816.
num. 1. & in Romana pensionis 17. Martij 1638. coram bo. me.
Card. Verospio.*

Neque subsistit prætensio, vt valor sit probandus per de-
6 cennium ante translationem, quia sufficit † probari per 5.
annos ante, & 5. post translationem, vt de huiusmodi sty-
lo Rotæ testatur Acchill. *decis. 24. num. 1. de probat.* vbi quod
7 hæc forma probationis seruatur, nisi statim obtento benefi-
cio mouetur lis, quia tunc sufficerent decem anni ante,
Seraph. *decis. 1340. n. 1. in recent. dec. 272. n. 28.*

Minoris releuantiæ visa fuit alia prætensio, quod Vrba-
na Constitutio sit intelligenda de pensionibus à Papa cum
causa reseruatis tantùm, non autem de pensionibus à Ti-
tulari sine causa procuratis, quia omisso quod pensiones,
8 † quibus grauatus reperitur Canonicatus non possunt dici
voluntariæ, & sine causa, dum reseruatæ reperiuntur ex
9 causa resignationis, cessat etiam ex alia ratione † obie-
ctum, quia Constitutio Vrbana loquitur indistinctè, vn-
dè indistinctè venit intelligenda, nec debet restringi ad cer-
tas petitiones, sed omnes comprehendit tam cum causa,
quàm sine causa, & tam necessarias, quàm voluntarias pon-
10 derata generalitate verbi, quascunque in eadem † Consti-
tutione appositi, cuius proprietas est omnia includere, &
nihil excludere, *vt ex l. a Procuratore, Cod. mandat. & in
cap. solita de maior. & obed.* Bart. *in l. si plures gradus, ff.
de leg. 3.* Crauett. *cons. 308. à num. 30. cum duobus seq.* Ruin.
cons. 109. num. 9. volum. 3. Rot. coram Durano *decis. 233.
num. 12.*

Non obstat, quod post translationem vacauerint aliæ
pensiones, & ita Canonicatus non reperiatur grauatus vl-
11 tra † medietatem, quia ad hunc effectum attenditur tem-
pus translationis, non quod posteà sequutum fuerit, Rot.
*in decis. Camerinen. pensionis 12. Maij, & 7. Iulij 1642. co-
ram R. P. D. Tarraconen.*

Sic non refragatur quod admisso, quod valor Canonica-
tus non excederet dicta annua scut. 400. sequeretur quod
aliæ pensiones reseruatæ sub expressione maioris valoris,
scilicet ducatorum auri de Camera 280. essent nullæ, &
ita non attendendæ ad effectum annullandi translationem
huius controuersæ pensionis, quia vltra quod huiusmodi
prætensio respicit aliud diuersum iudicium cum dictis pen-
sionarijs, super quo vt supponitur fuit etiam particulari-
ter commissa causa, ad hunc effectum sufficit, † quod 12
dictæ pensiones de tempore translationis essent, prout
etiam hodiè sunt in statu validitatis, Gonzal. *ad regul. 8.
Cancell. glos. 15. §. 2. num. 78.* Patil. *de resignat. lib. 11. q. 7.
num. 44.*

Considerabant vlterius Domini, quod dando Titulari de
huiusmodi nullitate aperiretur via regressui fauore resi-
gnantis, Rot. *in recent. decis. 286. par. 2.* Et ita cùm Titula-
ris cogatur vel soluere huiusmodi pensionem, vel dimit-
tere Canonicatum, benè intrat reductio pensionis transla-
tæ vigore Constitutionis Vrbani, † quæ non quærit quo- 13
modo sint reseruatæ, sed considerat solùm illarum exi-
stentiam, ac grauamen Titularis, & Ecclesiæ tempore
translationis, sed ad subleuandos perdentes à prorogatione
talis seruitutis pensiones vltra medietatem translatas an-
nullat, & respectiuè reducit, vt ex proœmio dictæ Consti-
tutionis colligitur, † ex quo desumitur mens, & ratio fina- 14
lis Legislatoris, *vulgat. l. final.* vbi Bart. *num. 3. ff. de hered.
inst.* Rot. *decis. 149. num. 3. par. 6. rec.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Palentina Decimarum.

Mercurij 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Sententia per capitulum separatum in alia re difformis, in reliquis dicitur cæterarum confirmatoria. Decimæ in Hispania debentur etiam Capitulo, cùm beneficia fundata sint super decimis. Immemorabilis per negatiuam coarctatam probari debet, & quo casu dicatur sufficienter probata.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quoties sunt conformes veniunt exequendæ.*
2 *Sententiæ dicantur conformes, licèt per Capitulum separatum in alia re sint difformes, & vna quid plus contineat.*
3 *Cura animarum penes eum existere dicitur, cuius nomine administratur.*
4 *Decimæ de iure Episcopo debentur.*
5 *Beneficia, & aliæ dignitates in Hispaniæ Regnis fundata sunt super decimis.*
6 *Capitulum Cathedralis cum Episcopo consortium habet, & num. 15.*
7 *Decimæ debentur Capitulo per quandam consequentiam Episcopi.*
8 *Testes personales exceptiones habentes immemorabile non probant.*
9 *Testium depositiones super immemorabili negatiuam coarctatam continere debent.*
10 *Testium depositio cum negatiua coarctata quid continere debeat, & n. 9.*
11 *Præscribere potest socius, & administrator contra absentem ignarum, & eius fidei acquiescentem.*
12 *Immemorabilis ex mala fide excluditur.*
13 *Quoties constat de eius initio,*
14 *Et ex ipsius impossibili iustificatione.*
16 *Bona cum suo onere, & causa transeunt, & non mutantur cum mutatione personæ.*

DECISIO CCLXXXIII.

DEnegata Remissoria Beneficiatis Ecclesiæ oppidi de Osorno Palentinæ Diœcesis per duas decisiones coram me editis 24. Ianuarij, & 23. Iunij 1656. dubium hodie proposui, an constet de tribus conformibus cui affirmatiuè Domini responderunt.

Prima enim sententia lata ab Ordinario Palentino condemnat ad reponendum in horreo communi omnes decimas bonorum, quæ vocant annexa acquisitorum pro Capellanijs cum onere Missarum erectis ab annis triginta quatuor citra, & in futurum erigendis æqualiter repartiendas inter Capitulum Cathedralis pro tertia parte, & eosdem Beneficiatos pro alia tertia, & pro residuali tertia parte inter fabricam Ecclesiæ, & Dominum temporalem eiusdem Oppidi, decimas verò aliorum bonorum pro Capellanijs, & anniuersatijs erectis ante dictos annos 34. ab immemorabili integraliter adiudicat ipsis Beneficiatis Summario Capituli *num.* 1.

Secunda verò per Metropolitanum lata in omnibus confirmat primam eodem Summario *num* 1. Sed tertia rotalis lata à R. P. D. meo Zarate præuia decisione 14. Maij 1655. respectu primæ partis concernentis decimas bonorum acquisitorum ab annis 34. citra vtramque simpliciter confirmat; respectu verò secundæ partis continentis decimas bonorum acquisitorum ante annos 34. per Capitulum separatum illas reuocat condemnando Beneficiatos ad reponendum etiam istas in eodem horreo communi pro communi commodo Capituli, Beneficiatorum, fabricæ, & Domini temporalis iuxta modum in prima parte expressum.

Vnde quo ad decimas bonorum acquisitorum ab annis
1 34. citra adsunt tres sententiæ conformes, † quia secunda confirmat primam, & tertia quo ad illas confirmat vtramque, vt dixit Rota *decis. 647. num. 1. par. 1. decis. 492. eod. num. 1. par. 5. & dec. 292. in princ. par. 6. recent.* coram Durano *decis. 365. num. 3. & alijs alleg. in Cæsaraugustana Canonicatus 9. Iunij 1655. §. Verum præfatis*; nil refragante, quòd sententia rotalis per Capitulum separatum præcedens reuocet quoad decimas aliorum bonorum acquisitorum ante annos 34. quia cùm hodie petatur executio tantummodo respectu pro partis continentis decimas bonorum acquisitorum ab annis 34. citra satis est, quod eius respectu
2 omnes tres † sententiæ conueniant licet per Capitulum separatum in alia re sint difformes, & vna quid plus contineat, vt respondit Rota post Cenc. *de cens. decis. 188. n. 5. in Bononien. fideicommissi de Bologninis 4. Maij 1643. coram Reuerendiss. D. Compostellano, §. neque mixta cum seq. & in Rom. restitutionis dotis 9. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Bichio §. quia cum hac declaratio.*

Validitas autem in dubium non reuocatur, iustitia optimè comprobatur ex decisione R. P. D. mei Zarate, cuius fundamenta non euertuntur siue ob assistentiam iuris pro Beneficiatis allegatam ex quo exercent curam animarum in toto Territorio de Osorno, siue ob prætensam immemorabilem quasi possessionem per testes deductam.

Iuris enim assistentia potius assistit Capitulo, quam prædictis Beneficiatis, nam in tota Diœcesi Palentina nullæ adsunt Parochiæ distinctæ, nullusue adest Curatus particularis, sed Episcopus est Parochus vniuersalis, qui vni, vel pluribus, & Beneficiatis curam demandare solet cum facultate illam administrandi ad eius libitum, & nomine ip-
3 sius Episcopi, † vnde cura animarum existere dicitur penes eundem Episcopum eius nomine administrata non autem penes Beneficiatos, qui alieno nomine eam administrant, Ioan. Andr. *in cap. cum ignores sub num. 2. vers. sed contra de praben.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 20. num. 130.* Rota *decis. 2. num. 2. de excess. prælat. in nou.* coram Card. Caualer. *decis. 615. num. 1. & in recent. dec. 258. n. 3. par. 1. allegatis in prima decis. super remissoria coram me, §. quod ad pri-*
4 *mum*. Et propterea, eidem Episcopo † de iure debentur decimæ, *cap. finali, vbi glos. de Paroch.* Rebuff. *de decim. q. 7. num. 9.* Azor. *instit. moral. tom. 1. lib. 7. & 25. q. 9. vers. 3. quando non sunt distincta*, Monet. *de decim. cap. 7. q. 2. num. 10.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 86. num. 37. & de iure Ecclesiast. vniuers. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 15.* Rota *in rec. decis. 520. num. 7. vers. sed vt vniuersalis Parochi par. 1. rec.* & coram bon. mem. Buratto *dec. 164. n. 2.* cum alijs per Add.
5 *ad eund. decis. 402. n. 6.* Cumque in Regnis † Hispaniarum Ecclesiæ Cathedralis dignitates, & alia beneficia fundata sint super decimis, vt notum esse firmauit Rota coram san. mem. Greg. *decis. 429. n. 6.* quàm etiam referunt Barbos. *de iure Eccles. vniuers. d. cap. 26. d. §. 2. n. 15. vers. Et in Regnis Hispaniarum*, & Add. ad Buratt. *d. decis. 402. d. num. 6. consimili, vers. Et in Regnis Hispaniarum, atque optimè comprobatur in dicta decis. R. P. D. mei Zarate §. ex quibus vers.*
Et omninò. Capitulum † Cathedralis de qua agitur super 6
decimis controuersis consortium habet cum ipso Episcopo,
& eo fomentum recipit, † & per quandam consequentiam 7
in ijsdem decimis habet fundatam intentionem, vt tradunt Rebuff. *vbi supra d. q. 7. num. 13.* & Monet. *pariter vbi supra d. cap. 7. d. q. 2. num. 13. vers. Imo Capitulum*, & respondit Rota *in Oscen. decimar. 21. Martij 1654. coram Rubeo*, & coram bon. mem. Coccino *decis. 254. n. 4. vsque ad fin. cum alijs alleg. in d. decis. §. Constat etenim.*

Nec subsistit, quod Episcopus præcisè teneatur duos eligere pro exercitio dictæ Curiæ ex corpore eorundem Beneficiatorum, nam huiusmodi præcisam necessitatem excludit antiqua Constitutio Sinodalis, dum in ea asseritur in his Ecclesijs non adesse beneficia deputata pro cura animarum, & Episcopum esse conducendum Pastorem alienigenam, vt respondetur in 2. *decis. super remissoria §. nihilominus iterum Domini coram me.*

Prætensa verò immemorabilis quasi possessio non proba-
tur à dictis Testibus, & ex sequentibus prorsus † destrui- 8
tur. Testes enim præterquam plures exceptiones personales ab immemorabilibus deductas, deponunt solum, quod Beneficiati liberè locarunt bona, & decimas controuersas
in horreo particulari reposuerunt, † sed non coarctant ne- 9
gatiuam, quod illæ numquam communicatæ fuerint alijs interessatis, ita vt aliter esse non posit quin ipsi scirent poterunt enim communicari, vel eas imputando in portionem suam pro alijs decimis horrei magni, vel in portionem fabricæ, vt optimè respondit Rota coram Cardin. Caualer. *decis. 487. num. 3. coram R. P. D. meo Meltio, §. addendum est etiam in Beneuentana decimarum 8. Martij 1649. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tarraconen. §. Tum quia d. Testes in Toletana decimarum 28. Ianuarij 1650. coram eodem §. nec refert, quod Moniales*; Minusque deponunt,
quod Capitulum, † & Canonici sciuerint has decimas per 10
Beneficiatos reponi in horreo particulari idque passi fuerint ipsorumque partes petierint, & Beneficiati eas denegarint, quodque huiusmodi denegationi acquieuerint, vt opus est in negatiuis ex allegatis per Rot. coram bon. memor. Buratt. *decis. 572. num. 4. in fin. & num. 13. in Leodicen. decimar. 27. Ianuarij 1651. coram R. P. D. meo Meltio, §. non obstat, quod hæc quasi possessio, & in Calaguritana decimar. S. Ascentij, & Denalillo 17. Aprilis 1654. coram R. P. D. meo Zarate, §. Et insuper pro præscriptione.*

Destitutum verò siue ex quo Beneficiati tamquam Ad-
ministratores, † & socij potuerunt præscribere contra Ca- 11
pitulum ignarum absentem, & illorum fidei acquiescentem, vt post Ias. *in §. quadam num. 32. instit. de act. & aliàs responsum fuit in d. dec. huius causæ coram eodem D. meo Zarate, §. penult.* Siue ex prædicta Synodali Constitutione quæ expressè disponit, quod respectu bonorum assignatorum pro Capellanijs, & Anniuersatijs ex tunc erectis ab annis 30. vel 40. & in futurum erigendis decimæ reponerentur in horreo communi respectu verò bonorum Capellaniarum erectarum ab immemorabili vigebat ea seruitus Summario Capituli *num. 5.* vnde cum hodie non agatur de Capellanijs erectis ab immemorabili, nec de bonis à dicto tempore illis assignatis, ex quibus pariter nunquam decimæ Capituli fuerint solutæ, sed de Capellanijs erectis ab anno 1614. & de bonis quæ fauore ipsius Capituli decimabantur iuxta confessionem eorumdem met Beneficiatorum dicto Summario Capituli *num. 6.* vtique intrat prima pars
dispositionis constitutionis, & excluditur † omninò præ- 12
tensa immemorabilis tam ex mala fide resultante ex eadem Constitutione, *cap. fin. de præscript.* Cardin. Seraph. *decis. 707. num. ...* Card. Caual. *decis. 91. num. 10.* Rota *in recent. decis. 265. num. 17. par. 5. & in Calaguritana decimarum de Ocon. 1. Iulij 1654. coram me, §. Concordia autem vers.*
atque ex illius retentione, quam ex eo, † quod constat de 13
initio, Buratt. *dec. 83. num. 6.* Rota *in recen. decis. 542. n. 3.*
p. 4. & decis. 56. n. 16. par. 7. Et etiam ex quo impossibilis † est 14
iustificatio, quod nunquam actum, vel auditum fuerit quidquam in contrarium dum ab eadem Constitutione contrarium prorsus elicitur respectu istarum decimarum, vt dixit Rota coram san. mem. Greg. *decis. 51. num. 3. & 4. ibique add. littera B. in rec. dec. 248. num. 7. p. 2.* coram bon. mem. Bichio,

§. Tan-

§.Tandem verſ. omniſque penitus cum alijs allegatis in deciſ. §.penult. verſ.etiamque deſtruitur, & in 1.deciſ.ſuper remiſſoria coram me, §.fin.

15 Refugium autem cauſæ vniuerſalis præter quod † fauet
Capitulo propter aſſiſtentiam iuris, quàm habet ex con-
ſortio cum Epiſcopo, vt dictum eſt applicabile dum d.Con-
ſtitutio contra diſtinguendo bona ab antiquo à moderno
tempore præſcriptionem reſtringit ad cauſam particularem
poſſeſſorum, & immemorabili, & per conſequens inſerri
non valet ad ius percipiendi decimas priuatiuè quoad valet
Capitulum reſpectu aliorum bonorum, in quibus qualitas
immemorabilis præſeruata in ſecunda parte Conſtitutionis
non cadit, benè reſpondit Rota coram bon. mem. Merlino
deciſ.434. num.15.
16 Cùm † controuerſa bona antequam anno 1614. aſſigna-
rentur pro Capellanijs, & anniuerſarijs eſſent decimabilia,
& dictum eſt fauore Capituli cum ſuo onere, & cauſa
tranſiuerunt in Beneficiatos, quæ non mutatur per muta-
tionem perſonæ, *cap.quoniam*, ſub Abb. *de offic.deleg.* Card.
Caual. *deciſ.83. num.7.* Rota *in recent.341. num.1. par.1. & in d.Hiſpalen. decimar. 15. Febr.1647. coram R. P. D. meo Meltio, §.vltimo.*

Et ita vtraque &c.

Deciſiones iſta emanata in hac eadem cauſa coram eodem ſub diebus 24.Ianuarij, & 23.Iunij 1656. erunt infra in Miſcellanea.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Palentina Decimarum.

Mercurij 27. Iunij 1657.

A R G V M E N T V M.

Bona tranſeunt in ſucceſſorem cum ſuo onere, & ius non mutatur ex variatione perſonæ.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulo aſſiſtit iuris aſſiſtentia ex conſortio cum Epiſcopo.*
2 *Poſſeſſio ex iuris aſſiſtentia fit manutenibilis.*
3 *Confeſſio collitigantis contra cæteros ſuffragatur.*
4 *Bona in ſucceſſores cum ſuo onere, & cauſa tranſeunt.*
5 *Poſſeſſio acquiſita contra anteceſſores manutenibilis eſt contra ſucceſſores.*
6 *Ius in remedio retinendæ metitur ex poſſeſſione, quod non mutatur ex variatione perſonæ.*

D E C I S I O CCLXXXIV.

Capitulo Palentino dandam eſſe manutentionem
quo ad tertiam partem decimarum bonorum, de
1 quibus agitur fuit deciſum, quia non ſolum † ipſi aſſiſtit iu-
ris aſſiſtentia ex conſortio, quod habet cum Epiſcopo Pa-
2 rocho vniuerſali in hac Diœceſi, quæ ſola † ſufficit, vt ſit
manutenendum, *cap.cum perſona circa fin. verſ.cum de iure de priuileg.in 6.* Garz. *de benef. par.9. cap.2. num.259. & ſeqq.*
Rota *deciſ.588. num.2. in fin. par.3.recent.* Sed etiam pro-
bat ſuam quaſi poſſeſſionem illas percipiendi ex dd. bonis
antequam applicata fuiſſent pro erectione Capellaniarum
3 ex propria confeſſione † Beneficiatorum collitigantium
eius Summario *num.2.* quæ optimè contra eos ſuffraga-
tur in hoc iudicio, Gregor. *deciſ.220. num.2. cum ſeqq.& deciſ.458. num.3.*

Neque ex mutatione perſonarum, quæ poſſiderunt di-
4 cta bona immutatum fuit ius ipſius Capituli actoris, † quia
ad iſtum effectum tranſierunt in ſucceſſores cum ſuo one-
re, & cauſa, vt plenè fuit probatum in *deciſ. huius cauſa coram me edita hac eadem die*, ſuper bono iure, vbi latè tol-
5 litur immemorabilis per beneficiatos prætenſa, † itaut
quaſi poſſeſſio acquiſita contra anteceſſores ſit manuteni-
bilis etiam contra ſucceſſores, vt in terminis fuit reſpon-
ſum *in Toletana decimar. 5.Decembr.1653. coram R. P. D. meo Zarate ſub §.1.* In remedio enim retinendæ ius meti-
tur à poſſeſſione, quod non mutatur ex variatione perſo-
narum iuxta *deciſ. Guidopap.629.* quam Rot. paſſim ſequu-

ta fuit, & ſignanter coram Gregor. *deciſ.275. num.2.* coram Buratt. *deciſ.759. num.3.* ibique Addeo. *Lit. A.* apud Poſth. *de manut. deciſ.47. n.7. & in Aſten. penſionis 27. Iunij 1650. coram Reuerendiſs. D. Archiepiſcopo Tarraconen. §.quaſi poſſeſſio poſt med.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. V E R O S P I O.

Tuſculana Bonorum.

Mercurij 4. Iulij 1657.

A R G V M E N T V M.

Articuli vnius nouitas meliorem in ſubſtantia præſeferens materiam, ſufficit pro alterius examinis admiſſione, etiamſi publicatæ ſint peioris inſtantiæ atteſtationes.

S V M M A R I V M.

1 *Articulorum admiſſio in cauſa profana, quoties releuantem materiam contineant, nunquam denegatur.*
2 *Maximè ſi examen faciendum eſt in curia, & agitur in iudicio Summario, & num.3.*
3 *Venditionis perfectio ex pretij conuentione, & clauium traditione pro aſſequenda poſſeſſione conſurgit.*
5 *Poſſeſſio manutenibilis ex clauium per Emptorem receptione acquiritur.*
6 *Teſtium examen, publicatis atteſtationibus, regulariter non admittitur.*
7 *Articuli ſoli nouitas pro noua teſtium admiſſione ſuffragatur.*
8 *Articuli ſufficit, quod materiam in ſubſtantia melius diſtinctam præſeferant.*
9 *Sententia iam executa, ſeu ex vi Ægidianæ Conſtit.exequenda ex eiſdem actis iuſtificari debet.*
10 *Sententia in petitorio iudicio lata nouis iuribus comprobari poteſt.*

D E C I S I O CCLXXXV.

FAuorabilem ſuper emptione vineæ ſententiam, aliorumque corporum, atque bonorum in Caſtro Montis Portij conſiſtentium V. Collegium Miſſionis Angliæ pro eandemque concludentibus venditionem probationibus à Locumtenente D.Cardinalis Vicarij receperat, à qua per Simonis venditoris appellationem commiſſa mihi cauſa dubium hodie propoſui, An Articuli per Collegium ad maiorem conditionis comprobationem exhibendi debeant admitti reſolutum affirmatiuè.

Siquidem † in cauſa profana qualis hæc reputatur ar- 1
ticulorum admiſſio nunquam denegari cenſuit, quoties
ijdem materiam releuantem contineant, vt notat Veſtr. *in*
prax. lib.5. cap.14. n.6. Rota coram Verallo *deciſ.68. par.3.*
coram Gregor. *deciſ.403. num.3. & in Meleuitana decurſus*
aquarum 28. Iunij 1651. in princ. coram Reuerendiſs. Terra-
conen. † præſertim ſi examen in Curia, vt in proprio caſu, 2
peragi debeat, vt de ſtylo Tribunalis teſtatur Veſtr. *in prax.*
lib.5. cap.15. n.6. & reſpondit Rota coram Verall. *deciſ.47.*
par.1. & coram Merlin. *deciſ.475. num.5. & in deciſ.416. n.7.*
cum ſeq. par.5. rec. vbi in iudicio præſertim Summ. applica-
tur prædicta concluſio ea ratione, quod in continenti pro-
batio afferatur.

Releuantia verò Articulorum exinde conſurgit, quod
comprobata venditionis concluſione pro ſc.2950. ac ſucceſ-
ſiua clauium traditione ad effectum aſſequendæ poſſeſsio-
nis venditio † perfecta eſſe præſumitur, *§.item ſi quis mer-* 4
ces inſtit. de rerum diuiſ. Magon. *deciſ. Flor. 135. num.2. cum*
ſeq. & pluribus relatis authoritatibus in his terminis reſpon-
ſum fuit *in Ciuitatis Caſtelli cenſus 5.Decemb.1653. in pri-*
mo, §.verſ.cum hæc tamen coram Me; Quinimò ex receptio-
ne clauium adepta † per emptorem poſſeſsio manutenibi- 5
lis eſſe cenſetur *ad Text. in l.clauibus ff. de contrahenda em-*
ptione, Dec. *conſil 86. num.2. & alij relati* per Modern. Pe-
ruſ. *tract. de manut.22. num.14. cum ſeqq.* Rota *deciſ.167.*
num.3. par.4. diu.

Neque prætenſæ Articulorum admiſsioni examen ante-
cedentis inſtantiæ obeſſe poterit, licet enim † publicatis at- 6
teſtationibus ob vehementem ſubornationis ſuſpicionem

bus, ad quę Princeps proportionabilitèr tenebitur pro parte
sibi tangente, Angel. *de acquir. posses. q. 18. art. 8. n. 162. cum
seq. per tot.* Rota *in Romana legitima 13. Nouemb. 1620. coram
bo. me. Pirouano apud Merlin. de legit. decis. 113. n. 6.*

Demum non subsistit, quod Princeps sit debitor hæredi-
tatis Maternæ occasione dotium restituendarum à Patre,
cuius ipse est Donatarius vniuersalis.

Quia non est Donatarius vniuersalis, sed particularis,
cùm Pater in donatione sibi reseruauerit ducatos 20. mil. vt
constat ex iuribus relatis *in Sum.* responsionis eiusdem Prin-
11 cipis *num.* 1 † quæ sanè reseruatio vniuersalitatem donatio-
nis excludit, vt in specie firmauit Rota *in Romana locorum
montium 3. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Meltio §. secundo
prorsus, &c.* Donatarius autem particularis, non tenetur
12 soluere † debita Donatoris per Text. *expres. in l. æris alieni
vbi glos. dat. cohered. C. de donat.* Faber. *in Cod. tit. de donat.
defin.* 4. Dec. *cons. 236. sub nu. 4. vers. sed tamen præsentis,
&c. cum seq.* Ger. Spin. *cons. 75. n. 33.*

Denegarunt tamen Dominio immissionem ab eodem
Principe petitam pro legato ducatorum 5. mil. quia cum fru-
ctus locorum montium sint destinati in pios vsus, (vt di-
ctum est) licet ex eis detrahi possit legitima non tamen de-
13 trahi aliud † legatum, quia legata pia integrè debentur an-
tè profana quamuis bona pro omnibus non sufficiant iuxta
tradita per Bart. *in l. si quis seruum §. fin. sub num. 6. vers.
idem est ergo*, vbi etiam Castrens. *sub n. 2. vers. & hoc nota
ff. de legat.* 2. idem Castr. *in l. si quis testamento 82. n. 5. ff. de
legat.* 1. Federic. de Sen. *cons.* 250. per tot. Bertacchin. *in
tract. de Episcop. lib. 4. part. 4. num. 48. inter tract. magn.
tit. 13. par. 2. fol.* 341. Tiraquel. *de priuil. pia causa priuil. 72.
vers. legata.* tamen ibique Ricc. & Thor. in addit. Surd. *cons.
209. sub nu. 7. vers. & idem dicit &c. ac in tract. de aliment.
tit. 8. priuileg. 3. sub num. 2. vers. nam videmus, & seqq.*
Molf. *cons.* 13. *num. 16. cum pluribus seqq. post comment. ad
consuet. Neapol.* Genuen. *practicab. Eccles. tricen.* 11. q. 329.
sub num. 1. vers. in contrarium facit &c. per tot. Nauar. *de
priuil. miserabil. person. priuil. 22. n. 3. & seq.* Leoncill. *de
priuileg. paup. par. 2. priuil. 218. n. 3.* Larea *decis. Granaten.
62. n. 44. & seq. per tot.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Farsen Canonicatus.

Mercurij 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus ob non residentiam beneficio priuatur, & vt sententia super hoc sit valida, qui actus procedere debeant, & quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo anteriori possessori datur.*
2 *Beneficij possessio ex eius priuatione probatur.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Iudex iudicialiter procedens possessione priuat possessorem.*
5 *Si tamen iustè, & validè procedit.*
6 *Aliàs aduersus eius factum datur manutentio.*
7 *Beneficij priuatio ob non residentiam nisi iuris ordine seruato fieri potest.*
8 *Et quæ requirantur, vt legitimè ad talem actum deueniatur.*
9 *Sententia priuationis non substinetur, nisi promulgata post sex menses à die propositi vltimi edicti.*
10 *Monitiones pro valida beneficij priuatione debent domi, & in Ecclesia ipsa Beneficij exequi.*
11 *Monitiones nulliter emanatæ non sunt in consideratione habendæ.*
12 *Constitutio Pontificis de residentia loquitur de Clericis in Romana Curia permanentibus.*
13 *Sententia post lapsum tempus lata non sustinetur.*
14 *Possessio infra tempus ad appellandũ capta est attentata.*
15 *Sententia post appellationem, & in Rota commissam causam est attentata, & appellabilis.*
16 *Beneficiatus ob non residentiam omni iure, & possessione destituitur.*
17 *Sententia contra non residentes iuris ordine seruato fieri debet, aliàs nihil operatur.*
18 *Commissio simplex in Rota ad diem sententiæ retrotrahitur, & quicquid medio tempore gestum est attentatum.*

DECISIO CCLXXXVII.

PAulo Ferantino dandum esse † mandatum de manute-
nendo in possessione Canonicatus in Ecclesia Collegia-
ta S. Marię Podij Mirteti DD. responderunt, quandoqui-
dem de eius anteriori possessione, constat ex sententia Vi-
carij Generalis Farsen, in qua asseritur Paulum possedisse d.
Canonicatum, sed per Annum, & vltra non † resedisse, 2
ideòque fuit eo priuatus, quæ † priuatio præsupponit ha- 3
bitum, & pręexistentem possessionem sine qua non potest
considerari terminus d. priuationis, *l. manumissionem 4. ff.
de iust. & iur.* Rota coram sa. me. Greg. *decis. 404. num.* 1.
& decis. 458. num. 3. Card. Caual. *decis. 106. num.* 1. apud
Merl. *decis. 555. num. 1. & in Alexandrina Canonicatus 9.
Decembris 1648. coram R. P. D. meo Cerro.* Et ad effectum
manutentionis, Rota *decis. 467. n. 2. & 3. & decis. 468. n.
1. & 4. post Modern. de manut.*

Cui manutentioni obstare non potest dicta sententia per
quam censeatur amisisse Canonicatus possessionem, † cum 4
Iudex iudicialiter procedens priuat possessorem possessione,
vt inde manuteneri non possit, *DD. in l. clausula possidere 6.
§. qui ad nundinas ff. de acquir. posses.* Ang. *in l. quia vniuer-
salitas 30. §. item cum Prætor in fin. ff. eodem*, Greg. *decis. 9.
num. 8. & 305. n. 1. par. 6. rec.* † quia id procederet si de va- 5
liditate, & iustitia sententiæ doceretur Angel. *in d. l. clau-
sulam possidere, & §. qui ad nundinas n. 2.* Rot. *dec. 802. nu.
27. par. 1. diuers.* Greg. *decis. 69. n. 3.* Alioquin aduersus
factum Iudicis † non ritè, ac rectè procedentis datur ma- 9
nutentio quasi tunc vti priuatus, & non tanquam Iudex
consideretur, & processerit, Bart. *in l. si ob causam 13. nu.
4. de euict.* Surd. *cons. 168. num.* 25. & passim Rota illam
concedit, vt dixit coram sa. me. Greg. XV. *in d. decis. 9. n.*
4. Reuerendiss. Vrgellen. *dec. 114. n. 3. & 122. num. 6. & in
d. decis. 467. n. 7. &* 8. penes Post. *de manut.* Buratt. *dec. 193.
n. 3.* & ibi Adden.

Hodie verò Iudicem nulliter, & iniustè processisse de-
prehenditur, quia deuenit ad priuationem † Pauli ob non 7
residentiam iuris ordine non seruato videlicet non præce-
dente † contra eum monitione personali requisita, & eius 8
contumacia conuinceretur ex dispositione Text. *in cap. tua
11. de Cler. non resid.* vel si personaliter citari non potuit, ex
quo ignorabatur vbi aderat, aut longè, aut commodè ci-
tatio ad ipsum non valeret peruenire non fuit in Ecclesia Be-
neficij trinę citationis ædictum publicatum, & post vltimum
per sex menses expectatus antequam spoliaretur, vt pariter
in tali casu necessarium esse definitur *in d. cap. tua de Clericis
non resid.* & tradunt Abb. *cons. 66. num. 2. lib.* 1. Garz. *de
Benefic. par. 3. cap. 2. num.* 54. Barbos. ad Conc. Trid. *sess.
24. cap. 12. de ref. num.* 71. Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 27.
num. 95. & 96.* Rota coram Cardin. Mantic. *decis. 2. nu.*
2. Seraph. *decis.* 1349. apud bo. me. Merlino *decis. 355.
num.* 5.

Nec suffragari possunt tres monitiones prænijs ædictis ad
valuas Ecclesiæ affixis sub diebus 8. 12. & 15. Septembris
1655. siquidem promulgata fuit sententia priuationis sub die
3. Nouembris eiusdem anni, sicque non elapsis sex Mensi-
bus post propositum vltimum ędictum, ideòque legitimè la-
ta dici non potest, & in consequens non substinetur, *cap. erit
autem lex. 4. dist. 5. l. 1. §. item cum contra ff. quæ sent. sine
appell. rescind.* & in terminis ratiocinatur Rota coram Card.
Mant. *d. decis. 12. in fin.*

Minus attendi debent tres aliæ præcedentes monitiones
emissæ sub diebus 4. & 27. Febr. & 1. Martij prædicti anni:
† Quoniam nec fuerunt validè exequutæ Domi solitæ ha- 10
bitationis Pauli in manibus domesticorum ad huuc effectum
enim vltra requiritur, vt exequantur in ipsa Ecclesia Bene-
ficij quidquid fit in alijs materijs *glos. in d. cap. tua in figu-
ratione casus de Cler. non resid. Clem. causam. 3. de elect.*
Panormit. *d. cons. 67. num.* 2. Vant. *de nullit. ex defectu cita-
tionis num.* 119. Cassad. *decis. 1. num. 3. de appell.* Rota
coram Pen. *decis. 253. nu. 3. & 4.* cuius formam esse ad vn-
guem seruandam contra absentem iure, & possessione pri-
uandum, dixit Roman. *cons. 342. num. 5. & seqq.* Rota *in
recent. 139. num. 29. & seq. par. 6.* & coram D. Card. Ot-
thobono *decis. 41. n. 6.*

Quod multò faciliùs videbatur admittendum, quia an-
tè

num. 13. in 52. conclus. de rescript. Rota coram Mantic. *dec.* 138. *num.* 2. coram Mellin. *decis.* 237. *num.* 6. coram Caual. *decis.* 383. *num.* 2. & 3. & *in Nouarien. pensionis* 58. *Nouemb.* 3624. *coram bo. me. Pirouano, & in Gresse-tana pensione* 3. *Martij* 1651. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

9 In quam senteotiam Domini faciliùs inclinarunt, † quod dum de pensione cum consensu Titularis reseruata in proposito casu agitur ad nullam prorsus valoris, nec non narratorum iustificationem pensionarius adstringitur, vt respondit Rota coram Seraph. *dec.* 507. *num.* 3. *in Gnesnen. Canonicatus* 28. *Nou.* 1607. *coram Penia*, non obstante clausula, *vt asseris*, ibi adiecta, cùm hæc gratiam conditionalem nullatenus constituit, vt notat Lotther. *de re ben. lib.* 1. *q.* 43. *n.* 7. Rota *dec.* 519. *n.* 2. *cum seqq. par.* 2. *rec. & alij relati per Add. ad d. Greg.* 53. *n.* 14.

Et ita alterum tantùm, &c.

R. P. D. MELTIO

Posteà Episcopo Papien.

Cæsaraugastana fundationis Conuentus.

Luna 52. *Nouembris* 1657.

ARGVMENTVM.

Discutitur, & resoluitur, quod dum Concilium Tridentinum disponit, quod in noua fundatione Conuentuum Regularium requiritur consensus Ordinarij, non per hoc excludit Beneplacitum Apostolicum, & quare, vide hic in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

2 *Monasteria, Conuentus Regularium erigi non possunt sine consensu Apostolico.*

3 *Nec iam erecta alibi transferri non possunt sine eodem consensu, seu beneplacito.*

4 *Concilium Tridentinum licet requirat, vt noua Monasteria possint erigi cum consensu Ordinarij.*

5 *Non tamen tollit dispositionem Sacrorum Canonum, dum volunt vt ea erigantur cum beneplacito Apostolico.*

6 *Leges, quando sunt diuersæ dum non sunt inter se incompatibiles, tunc ambæ seruandæ veniunt.*

7 *Concilium Tridentinum requirens consensum Ordinarij erectione nouorum Monasteriorum intelligitur copulatiuè, vnà cum beneplacito Apostolico.*

8 *Constitutio fel. re. Vrbani VIII. in nou. Bullar. Romano, quid disponat.*

9 *Lex, dum copulatiuè duo requirit, vtrumque est necessarium.*

10 *Conuentus Capucinorum cum quo consensu de nouo erigi debeant, & num.* 11.

12 *Rota solet semper venerenter suscipere, & obseruare resolutiones Sacri consessus Eminentissimorum Cardinalium.*

13 *ex Forma noua super addita non tollitur prima, quando secunda coniungi potest cum prima.*

14 *Confirmatio quidem addit robur confirmato, sed illud non auget vltra quod in eo continetur.*

15 *Conuentus Regularium de nouo fundatus sine consensu Ordinarij, est funditus nulliter erectus.*

16 *Ordinarij consessus in fundatione Conuentus Regularium, debet esse illius intra cuius limites fundari debet Conuentus.*

17 *Constitutio fel. re. Gregor. XV. in Bull. in ord. 1a 31. §. 4. quid disponat.*

18 *Constitutio aliqua si habeat annexum amplissimum Decretum irritans, ligat omnes.*

19 *Conuentus nouus Mendicantium, quando est erigendus, requiritur consensus loci.*

20 *Conuentus Regularium Mendicantium quando erigendus est, requiritur consensus eorum de quorum præiudicio agitur.*

21 *Conuentus nouus non debet erigi in præiudicium aliorum Conuentuum in eo loco existentium.*

22 *Locus aliquis quod distet ab alio loco per tot milliaria, ex quo probetur, & num.* 25. *& seq.*

DECISIO CCLXXXIX

SEntentiam Rotalem, qua pronuntiatum fuit non licuisse, nec licere Patribus Capuccinis Prouinciæ Aragoniæ nouum Conuentum erigere in Oppido Carinenæ, immò iam cœptam fundationem non sustineri, confirmandam esse DD. censuerunt, ex vtroque tam validitatis, quàm iustitiæ fundamento.

Validitas siquidem † manifesta conuincitur ex actorum 1
reuolutione iuxta theoric. Verall. *dec.* 260. *par.* 2.

Iustitia verò remanet, & ipsa luculenter comprobata ex
Decisione in antecedenti instantia emanata coram R. P. D.
meo Beuilaqua sub 18. Maij præteriti, in qua dictam no-
ni Conuentus erectionem cœptam non sustineri pluribus,
ac validis rationibus firmatur, & præsertim ex defectu † 2
beneplaciti Apostolici, sine quo Monasteria, Conuentus,
& alia huiusmodi loca Regularia erigi, & iam erecta alio
transferri † perpetuò prohibentur Edicto *in cap.* 1. *de ex-* 3
cess. Prælator. in 6. *& in cap. vnico, §. confirmatos*, vbi Franc.
& Geminian. *num.* 8. *de Relig. Dom. eod. lib* 6. *& in Clementina cupientes de pœn.* Zerol. *in prax. Episcopal. part.* 1. *verb. Monachi*, §. 2. *fol.* 126. Tamburin. *de iur. Abbatum tom.* 3. *disput.* 5. *q.* 1. *n.* 3. *& seq.* Modern. Lusitan. *in d. cap.* 1. *nu.* 3. *de excess. Prælator. in* 6. *& de potest. Episcop par.* 2. *allegat.* 26. *n.* 4. & firmauit Rota *dec.* 362. *n.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Neque ex eo quod Sacrum Concilium Tridentinum *sess.*
25. *cap.* 3. *de* † *Regularibus* in fine disponat, *Vt similes* 4
Conuentus, & Monasteria non erigantur sine licentia Episcopi, in cuius Diœcesi sita sunt, inde argui licet, vt cùm sola
licentia Episcopi licita sit erectio, & consequenter induca-
tur † correctio dictorum Sacrorum Canonum etiam bene- 5
placitum Apostolicum requirentium; quia enim vtraque
dispositio tam Canonum, quàm Concilij sit inter se com-
patibilis; per secundam Concilij, non censetur derogatum
priori Constitutioni in Canonibus ordinatæ, † sed vtraque 6
adimpleri debet per concursum vtriusque licentiæ, tam Se-
dis Apostolicæ, quàm Ordinarij, vt in terminis Tambu-
rin. *de iur. Abbatiss. disp.* 33. *q.* 1. *nu.* 6. Zerol. *in prax. Episcopal. ad part.* 1. *verb. Monachi* §. 2. cum alijs cumulatis per
Modern. Lusitan. de offic. & potest. Episcop. par. 2. *d. allegat.* 26. *num.* 4. & firmauit Rota *in Craconien. fundationis Monasterij* 19. *April.* 1649. *coram R. P. D. meo Celso, confirmata* 20. *Iunij* 1650. *coram eodem*. Et hoc ipsum, quod scilicet,
licentia Ordinarij requisita per Concilium intelligenda sit
cumulatiuè, † & non priuatiuè ad illam Sedis Apostolicæ, 7
declarauit ipsamet Sac. Congregatio Eminentissimorum
Cardinalium Sac. Concilij Tridentini interpretum, vt testatur Roderic. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 23. *articul.* 7. *& tom.* 2. *quæst.* 49. *art.* 3. *in fin. vers. nam licet*. Et denique
hæc opinio comprobatur ex Constitutione san. me. Vrbani
VIII. in ordine Bullarij 1a 25. quæ dùm reuocatis quibuscum-
que Priuilegijs expressè prohibet sub quouis prætextu reci-
pi, † fundari, & construi noua Monasteria, nisi seruata 8
in omnibus, & per omnia, tam Sacrorum Canonum, quàm
Sacri Concilij Tridentini forma, vtique hinc remanet in-
controuertibile, quod pro valida fundatione noui Mona-
sterij, & Conuentus vtraque licentia nempè Pontificis, † 9
& Ordinarij copulatiuè requiratur, nec vna sine altera sufficiat, *DD. in cap. ex parte de rescript. l. si hæredes plures ff. de condition. instit.* Oldrad. *cons.* 262. Crauet. *cons.* 80. *n.* 53. Surd. *dec.* 228. *n.* 3.

Neque defectus huiusmodi beneplaciti Apostolici saluari
posse visus fuit prætextu particularium Statutorum Religio-
nis Capuccinorum ab eodem san. mem. Vrbano VIII. con-
firmatorum super forma seruanda in fundationibus Mona-
steriorum, † in quibus disponitur, *Quod habita Episcopa-* 10
li licentia, & concurrente Communitatis concursu ad fundationem deueniri possit, quia huiusmodi verba non excludunt
beneplacitum Apostolicum, nec repugnant dispositioni Sa-
crorum Canonum, debentque intelligi de licentia, † & 11
consensu copulatiuè cum eodem beneplacito, vt resoluit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in causa Maioricen. *relata in dicta decisione R. P. D. mei Beuilaqua sub §. his positis*, cuius Sacri consessus † resolutiones Rota solet 12
semper reuerenter suscipere, & obseruare, vt fuit dictum
coram Buratt. *dec.* 479. *n.* 3. ibique Add. *n.* 20. coram Merlin. *dec.* 523. *n.* 20. *& in dicta Craconien. fundationis Monasterij* 19. *April.* 1649. *coram R. P. D. meo Celso*. Et regulare est,
quod ex noua forma superaddita non tollatur prima, quan-
do

Nec releuat, quod Thomas post prouisionem à Vice
Legato habitam, fuerit etiam ab Ordinario institutus ad
præsentationem Rectorum, quia vltraquod non constat,
quod Thomas dictam præsentationem, & institutionem
Ordinarij acceptauerit, adhuc hoc admisso, non indè
censetur à d cta anteriori Vice Legati prouisione recessisse
5 litteris Apostolicis sibi ab illo concessis † renunciasse, nam
in beneficialibus pluralitas, & multiplicatio titulorum
etiam à diuersis collatoribus prouenientium ad tex. *in cap. post electionem de concess. prebend. cap. alleg.* 132. *in fin.* Felin. *in cap. in nostra num.* 2. *vers. sed habere*, Lotther. *de re benef. lib. 6. quæst. 46. nu.* 10. *vers. non solum*, Gonzal. *ad reg. 8. §. 7. proœm. numer.* 139. Rota coram Crescen. *decis.* 21. *numer. 4. de probat.* & coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono *d. decis.* 154. *num.* 10. *vers. non obstat*.

Et ita informante tantum Thoma resolutum fuit, Henrico tamen pluries citato, & expectato.

P. P. D. P R I O L O.

Terracineñ. Pecuniaria.

Die 5. Decembris 1657.

A R G V M E N T V M.

Instrumenti nuper reperti vigore, per quem constat de quietantia, potest indebitè posteà solutum repeti, maximè si solutio fuit conditionata.

Instrumentum quando dicatur debito tempore publicatum, & archiuiatum.

de Scripturis diuersis super eadem quantitate, quid præsumendum.

S V M M A R I V M.

1 *Verba*, pro residuo, *integram solutionem probant.*
2 *Soluere coactus ex causa residuo iam soluti, competit repetitio.*
3 *Soluens conditionaliter, conditione eueniente, actione indebiti repetit.*
4 *Instrumentu solutionis exhibito, indebitè soluti repetitio competit.*
5 *Instrumenta iterari non solent.*
6 *Falsitatis suspicio etiam ciuilibus fidem scripturis adimit.*
7 *Instrumentum præcedentes scripturas annullans omnem inuerisimilitudinem tollit.*
8 *Falsitatis suspitio eorum ex solo possibili remouetur.*
9 *Quietantiam iterare non est prohibitum.*
10 *Quietantiæ iteratio præsumitur, maximè si suspicio, & contrarietas euitari non potest.*
11 *Verbum*, in contanti, *realem numerationem importat.*
12 *Confessio simplex de recepto numerationem non probat.*
13 *Verba referenda sunt ad actum iam consummatum.*
14 *Scripturas diuersas eandem rem continere non est verisimile.*
15 *Instrumentum infra 15. dies à die rogitus debet in Archiuio consignari.*
16 *Instrumentum præsumitur tempore debito consignatum, si in Archiuio fuit repertum.*
17 *Instrumentum sufficit fuisse ex Archiuio publico extractum, & ab eius Præfecto.*
18 *Et aliqua eius recognitione non indiget.*
19 *Instrumentum post Notarij, & testium obitum publicatum magis probat.*
20 *Mors vim iuramenti habet, & auget scripturæ fidem, & n. 21.*
21 *Protestatio, velle instrumento vti quod donec doceatur de contrario, vti sufficiens admittitur.*
22 *Protestatio debet ab habente speciale mandatum fieri, alias non tenetur adimpleri, & n. 24.*
23 *Actus qui ab animo pendent, debent cum speciali mandato fieri.*
24 *Dotis Instrumentum non potest ab ea promittente rogari.*
25 *de Instrumentu rogari potest etiam affinis, & coniunctus.*
26 *Notariatus ex Protocollis instrumentorum Archiuij, & notula notariorum probatur.*
27 *Notarium de antiqui instrumenti rogitu fuisse oblitum, præsumitur.*
28 *Personarum qualitatis habenda est ratio.*
29 *Obligatio Cameralis non remanet vulnerata ex sententia, quæ non tangit eius substantiam.*
30 *Rota in communicatis sibi facultatibus A. C. procedit ac ipse A. C.*

D E C I S I O CCXCI.

CVm egerit Nuncius Medeuia coram A. C. contra Rosam pro repetitione scutorum 600. tamquam illi indebitè solutorum, fuit eadem Rosa ab eodem A. C. per sententiam absoluta, quam die 14. Maij 1655. coram Me Rota confirmauit ea tunc deductis. Verùm eum repertis nouis Iuribus ad instantiam eiusdem Nuntij fuerint à signatura mihi communicatæ facultates A. C. datoque dubio, An sit relaxandum mandatum, aut potius standum, vel recedendum à decisis, DD. ea nouiter deductis censuerunt mandatum esse relaxandum, & recedendum à decisis.

Exhibitum siquidem fuit Instrumentum nuper adinuentum, ex quo plenè, & concludenter apparet die 28. Augusti 1656. Nuntium soluisse Tarquinio Viro Rosæ scuta
70. in contanti, & tradidisse Bouem valoris scut. 14. pro
finali residuo dotis, de qua agitur, quæ verba pro residuo
integram † solutionem illius probant, vt per Modern. Pa- 1
normit. *resol.* 97. *num.* 30. Rota coram Caual. *decis.* 218.
n. 4. & coram Merlin. *decis.* 264. *nu.* 2. *& part.* 5. *recent. decis.* 76. *num.* 4. Vndè cùm non obstante hac præexistenti
solutione Nuntius coactus fuerit soluere ex eadem † cau- 2
sa dicti residui alia sc. 60. competit illi eorum repetitio actione conditionis indebiti, iuxta textum expressum in *l. si penè* 19. *§.* 1. *ff. de conditionibus indebit. & l. in summa in fin. ff. eodem, & l. si ad piè C. eodem titul.* Cancer. *var. resolut. cap.* 2. *lib.* 1. *num.* 64. *& seq.* Rota *in Casenaten. fructuum* 28. *Iun.* 1647. *vers. quibus stantibus coram Reu. D. Tarraconen.*

Eò magis eùm in Instrumento concordiæ in quo Rosa
calore Iudicij executiui per ipsam introducti exegit huiusmodi pecunias idem Nuntius ignorans, & in perpetuum
non habens exceptiones, nec Iura ex quibus constabat de
residuali solutione d. dotis, soluerit cum declaratione, † 3
& conuentione, quod si ex publicis documentis dotem
iam solutam fuisse docuisset summam prędictam, vti indebitè solutam repetere posset his verbis, *Quod in euentum, quo reperirentur solutiones dicti residui dotis mediantibus Instrumentis publicis, & authenticis teneatur dicta Rosa eiusque heredes persoluere d. Nuntio, eiusque heredibus illam quantitatem, seu quantitates de quibus solutiones apparebunt*. Exhibito igitur hodiè † publico Instrumento solutio- 4
nis dicti residui competit repetitio indebitè soluti per doct. Bart. *in l.* 1. *§. & parum refert, ff. quod vi aut clam*, quam sequitur Rota Ianuen. *dec.* 3. *sub num.* 3. *& in lib.* 2. *in principio* ibique Ias. *num.* 1. *ff. de condit. indebit.* Castrens. *cons.* 147. *& 3. pariter eiusdem mensis* 1630. *coram bo. me. Bichio.*

Non obstat, aduersus prædictam sententiam inueniri similitudo, quod de eadem quantitate sc. 70. in contanti, & de eodem Boue valoris scut. 14. confecta fuerit apocha die 1.
Nouembris 1611. & ferè quinquennio post diem 28. Augu-
sti 1616. † instrumentum publicum vltimo loco productum, 5
cùm actus huiusmodi iterari non soleat, nisi duplicetur quantitas, & species ob quam inuerisimilitudinem intrat suspicio
falsitatis, † quæ sola in ciuilibus adimit fidem scripturis, 6
Rota *decis.* 229. *n.* 2. *post* 2. *volum. cons.* Farinac. coram Card. Caual. *dec.* 455. *n.* 1. *&* 2. *& in recent.* 452. *n.* 4. *par.* 3. *& in Calaguritana benef. de Cornago* 10. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Etenim DD. animaduerterunt, quod sola apocha loquitur in contanti, ibi, *Per tenor di questa si noto, come Tarquinio con la presente &c. hà confessatut dichiarato, sicome in presenza hà riceuutu in contanti &c.* Instrumentum verò continet simplicem confessionem de recepto in eo legitur verbum, *in contanti*, ibi, *prædictus Tarquinius in mei &c. confessus est habuisse, & recepisse &c.* Vndè cùm prædicta Scriptura contineat realem solutionem. Secunda verò simplicem

cem confessionem excluditur adducta inuerisimilitudo,
7 quia censetur scripturam illam priuatam in publicum † In-
strumentum redactam postmodum in Instrumento scriptu-
8 ræ omnes anteà factæ aonullentur † suspicio enim falsita-
tis etiam ex solo possibili remouetur, vt firmat Rota decis.
9 135. n. 7. part. 2. diuers. Nec est inuerisimile, † aot prohi-
bitum boc modo iterare quietantias. Immò quotidiè pra-
cticatur, & earum iteratio præsumitur quando constat con-
traheotes scripturam per apocam priuatam in publicum In-
10 strumentum redegisse, maximè † si alioquin suspicio mala,
& contrarietas euitari non posset, Felin. in cap. cum Ioannes
n. 9. de fid. instr. Ruin. cons. 31. n. 4. in fin. & n. 7. & cons. 60. n.
1. lib. 4. & cons. 51. n. 11. & 20. lib. 5. Menoch. de præsumpt.
15. n. 11. cum seqq. vsque ad n. 19. cum alijs adductis per Grat.
discep. for. c. 877. n. 20. & 21.

Non refert, quod in prædicto Instrumento legantur ver-
ba, ibi, *Prout in nostram præsentiam habuit, & recepit, sci-
licet sc. 70. in pecuniaria numerata in tot Iulijs, & Teston-*
11 *bus*, proindeque realem oumerationem, † quia cùm non
adsit verbum *in contanti*, prout legitur in apoca cętera
12 non alterant naturam puræ, † & simplicis confessionis de
recepto, vt in fortioribus terminis declarauit Rota *in Ia-
nuen. pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram Lancellotto post 2.
vol. consil.* Farinac. *decis. 320. per tot. & signanter n. 3. vers.
ponderando præsertim, & in Parmen. pensionis 23. Maij
1640. §. tum subsequentia cum seqq. & 28. April. 1645. §. ma-
ior difficultas coram bo. me. Bichio*. Ac propterea referenda
13 † sunt ad actum præteriti temporis, adeò vt denotent nu-
merationem pecuniarum iam perfectam, & Bouis tradi-
tionem iam consummatum io actu prædictæ quietantiæ,
Rota *decis. 746. n. 5. in fine par. 3. recent.* Idque etiam
14 † suadentibus verbis ipsius instrumenti cum verisimile
non sit in loco celebrationis illius fuisse consignatum Bo-
uem illum in vtraque scriptura mentiooatum, vt declarat
Grat. *discep. forens. c. 387. n. 35. & seq.* Rota *d. decis. 320. nu.
4. inter impress. post 2. vol. consil.* Farinac.

Non item referunt aliæ suspiciones appositæ, quia visæ
15 fuerunt DD. leuissimæ præcipuè non refert, † quod non
constet tale Instromentum infrà 15. dies à die rogitus con-
signatum fuisse in Archinio iuxta formam Bannimentorum,
16 & Constitutionis Sixti V. §. 3. *Bullar. nou. tom.* 2. † Quia
cùm repertum fuerit in Archioio Somnioi præsumitur vti-
que tempore debito ibi consignatum donec iustificetur con-
trarium, *l. quoties 13. ff. de reb. dub.* prout quoque nihil re-
fert extractum fuisse absque litteris compulsorialibus sine
17 aliqua citatione, † & peodente lite cum sufficiat extractum
fuisse ex Archiuio publico, & ab eius Præfecto ad tradita
per Cyr. *in l. contractus nu. 18. C. de fid. instr.* Alex. *cons. 14.
n. 18. lib. 6.* Curt. iun. *cons. 162. n. 5. lib. 2.* Rota *dec. 144. nu. 1.
part. 4. & dec. 47. n. 14. & 125. nu. 10. & seqq. par. 6.* & co-
18 ram Eminentissimo Card. Outhobono *decis. 145. num. 19.* &
ob eandem rationem aliqua sui recognitione non indigere
sæpius dixit Rota, *& signanter in Ciuit. Castelli fideic. 10.
Maij 1621. coram Card. Fabritio Verospio, cum alijs ibidem
relatis*.

Neque etiam obesse visum fuit, quod Instrumentum
19 fuerit publicatum post Notarij, ac Testium obitum, †
quia præter quod hoc magis probat veritatem cum mors ha-
20 beat vim iuramenti † Cephal. *cons. 225. num. 7.* Natta *cons.
581. n. 13. lib. 3.* & augeat fidem scripturæ inquit Rota co-
ram Greg. *dec. 468. n. 12.* longæua nimis intercessit tempo-
ris diuturnitas à die rogitus vsque ad diem productionis.
Vnde mirum non est, quod Notarius, & Testes obierint,
vt benè respondet Surd. *cons. 173. n. 86. vers. tertia, & seqq.*

Parum iuuat, quod pro parte Rosæ fuerit oppositum,
quod Nuntius declarare deberet an vti vellet Instrumento
pro bono, & legali, qui tamen non declarauit, quia om-
21 misso quod protestatio fuit abundè † impleta cum declara-
tione velle eo vti pro bono, & legali donec doceatur de con-
trario, quam vti sufficientem admisit Rota *in decisionibus re-
latis, in dec. 532. nu. 1.* coram Buratt. cum huiusmodi op-
22 positio facta † non esset ab habente speciale mandatum, vt
opus esse aduertit Baiard. ad Clar. §. *falsum num. 130.* rela-
tus per Farinac. *quæst. 159. num. 80. par. 4. de falsit.* & in si-
23 milibus per Testonibus cæterisque † artibus, qui ab animo
pendent, tradit Rota coram san. me. Greg. *decis. 268. nu.
7.* apud Merlin. *decis. 104. num. 8.* non tenebatur protesta-
24 tionem † implere, vt in similibus depositionibus tenuit
Rot. cor. Bur. *dec. 466. n. 3.* cum alijs relatis per Add. *ad eumd.
dec. 127. lit. C.*

Nec vmbram aliquam falsitatis facit, quod Mancinus,
qui dicto Instrumeoto fuit rogatus eidem Rosæ dotem con-
stituerit, & auunculus esset ipsius † Nuntij. Quia dotem 25
non promisit, sed Bouem dumtaxat, & ita rogitus præter
illum bouem in integra dote sustineretur, vt benè ponderat
Becc. *cons. 103. num. 12.* Et † licet affinis, ac cooiunctus es-
set, potuit de Instrumento rogari, vt latè probat, Altograd.
cons. 50. num. 229. lib. 1. Farinac. *q. 150. n. 206. de falsit.* Mi-
nus etiam dubitari potest de illius ootariatu, de anno 1611.
& 1616. cum † exuberanter constet ex Protocollis instru- 26
meotorum illius existentibus in Archiuio Somnini iuncta
notula omnium Notariorum eiusdem loci inter quos ipse
recensetur *DD. in l. Suinarius C. de testam. milit.* Decius *in
cap. 1. de fid. instr.* Rota *decis. 228. nu. 2. par. 4. recent. &
dictum fuit in Nouarien. bonor. 17. Decemb. 1640. coram Coc-
cino*.

Nihil releuante, quod Nuncius tandin distulerit hoc in-
strumentum producere præsertim dum ab initio apocham
exhibuit, nulla facta mentione, quod adetar solutionis in-
strumeotum cum dilatio præcesserit ex ignorantia Nota-
rij rogati, quem adhuc reperire non potuit, vt desumitur
ex litteris excommunicatorijs, ad eius petitionem publica-
tis aduersus scientes, & occultantes, sicuti, nec minus pro-
duxisset apocham, nisi metu eiusdem excommunicationis
fuisset sibi tradita à Francisco Martino, vt ex fide ipsius, † 27
& quoniam 30. anni, & amplius effluxerant post instru-
menti stipulationem de illius rogitu oblitum fuisse censen-
dum est ex præsumptione iuris, de qua Rota *decis. 360. n.
5. par. 6. recent. & in Romana, seu Auximana donationis 20.
Iunij 1636. coram Reuerendiss. Terracinen. confirmata 17.
eiusdem mensis 1641. coram bo. me. Peutingerio.* Quæ & fa-
cilius procedunt, cùm Nuntius esset omni genere litterarum,
expers, & persona idiota, † cuiusquidem, & similium qua- 28
litatum rationem habendam esse, tradit Menoch. *de arb. Iud.
cas. 26. n. 5.* Neque verum est nullam fuisse factam mentio-
nem huius instrumeoti, cùm in transactione illud reseruari
expressè Nuntius indixerit.

Denique non subsistit, quod vulnerata fuerit virtus obli-
gationis Cameralis per seotentiam absolutoriam A. C. cum
sententia non tangat obligationis substantiam, sed lata fue-
rit ex quo pro parte Nuncij fuerat solùm producta apocha
informis, & examinati nonnulli testes, ex quibus non vi-
debatur resultare concludens iustificatio antecedentis solu-
tionis, scilicet per instrumentum publicum, vel alias scri-
pturas publicas, vt apparet, & firmatur in dicta decisione
huius causæ §. *iustitia verò cum seqq.* Ac propterea † obli- 29
gatio Cameralis, & via executiua non remansit vulnerata,
vt distinguendo latè responsum fuit in *Romana census 11.
Martij 1652. & 14. Februarij 1653. coram Reuerendissimo
D. meo Decano comprobatis in Romana pecuniaria 5. Iulij
1655. coram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua.*

Rota † autem communicatis sibi facultatibus A. C. ad re-
laxationem mandati procedit non secus, ac ipse A. C. vt di-
ctum fuit coram Buratt. *dec. 752.* vbi Add. *n. 7.* coram Coc-
cino *decis. 72. & decis. 415. n. 10. in fin. par. 1. recent. & in Per-
tuen. affictus 4. Martij 1652. coram bo. me. Bichio.*

Et ita relaxandum esse mandatum, & recedendum à de-
cisis vtraque parte informaote resolutum fuit.

R. P. D. VEROSPIO,

Dienneñ Prioratus.

Lunæ 10. Decembris 1657.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica dubia existente fit locus arbitrio pro eius executione. Indultum conferendi non extenditur vltra vires in eo expressas, nisi in casu specialis derogationis. Beneficia commendari solent vel simpliciter, vel ex causa reparationis Ecclesiæ, & quomodo dignoscatur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia in forma dignum mixtum executorem constituit.*
2 *à Sententia executoris mixti datur appellatio suspensiua, & arbitrio locus esse solet.*
3 *Apostolicarum litterarum executio impediri non potest nisi ab habente titulum coæqualem.*

4 *Ab-*

4 *Abbas Cluniacensis ex indulto beneficia Sedi Apostolicæ reseruata confert.*
5 *Derogatio specialis vbi requiritur, clausula generales, & amplissimæ non sufficiunt.*
6 *Beneficij collatio inefficax, eius vacationem non inducit.*
7 *Beneficia commendari verbis negatiuis prohibitio interdicta, quemcumque modum includit.*
8 *Beneficiatus quilibet sua Ecclesia reparationi incumbere tenetur.*
9 *Quicquid fit in prouiso ad tempus.*
10 *Beneficij redditus, congrua excepta, in Ecclesia vtilitatem insumi debent.*
11 *à Sententia executoria mixti appellatio suspensiua admittitur, quoties collitigans possidet.*
12 *Beneficij prouisio in forma gratiosa appellationem non admittit.*
13 *Ita & in subrogatione gratiosa.*
14 *Gratia in forma dignum sola possessio, vel titulus pars suffragatur.*
15 *Pontificis scientia ex consimili decreto desumitur.*
16 *Indulti verba generalia, & effranata, quando derogationem includant.*
17 *Derogatio specialis quo casu ex verborum generalitate inducatur, & n. 18.*
19 *Indultum ex Principis indultarij qualitate interpretationem assumit.*
20 *Beneficia reparatione indigentia in Commendam à Pontifice conferri solent.*
21 *Ecclesia reparationis indigentia ex Episcopi visitatione, & testibus probatur.*
22 *Beneficium in commendam simpliciter conferre, vel ex causa reparationis, quid differat, & ad quid prouisus teneatur.*
23 *Beneficij prouisio non expressa cura annexione subreptionis vitio subiacet.*
24 *Beneficij vltimus status suffragatur quoties alterius contrarium innotescat.*
25 *Prouisio Apostolica antecedentem beneficij statum non immutat.*
26 *Gratia Apostolica dubia existente fit locus arbitrio.*
27 *Arbitrium admittitur quotiescumque dubietas insurgit.*

DECISIO CCXCII.

GRatiam Francisci in omnibus fore iustificatam, adeòque locum esse non posse arbitrio pro litterarum Apostolicarum executione exercendo, sancitum fuerat coram me sub die 22. Maij 1656. Decisionis verò vires acriter ab Isnardo impugnatas in repropositione dubij adhuc in suo robore persistere Franciscus ipse contendebat, non obstante quod
1 † gratia in forma dignum expedita mistum executorem
2 constituerit, † à cuius sententia dum appellatio regulariter suspensiua admittitur arbitrio consequenter locus esse solet, vt respondit Rot. *decis.* 333. *num.* 5. & 6. *p.* 4. *tom.* 2. & *dec.* 569. *num.* 34. *par.* 5. *recent.* cum alijs per Addent. *ad dec. Buratti* 171. *num.* 8. *in fin.* Vigere siquidem posset obiectio quoties Isnardus contradictoris legitimis partes assumeret; secus verò dum talis censeri non poterit, ex quo propriæ pro-
3 uisionis productionem coram executore neglexerit; † Ad hunc enim effectum titulus omninò coæqualis vnà cum subsecuta possessione exquiritur, vt respondit Rota coram bon. mem. Coccino *dec.* 475. *n.* 10. coram Seraph. *decis.* 29. *num.* 2. & *in decis.* 348. *n.* 13. *par.* 5. *recent.* & *in Lucana Canonicatus* 1. *Iulij* 1647. *in* §. *quandoquidem coram Reuerendissimo Tarraconen.* vbi in specie suspensiuæ appellationis beneficium excluditur, & alijs relatis iuribus in *Compostellana Parochialis* 1. *Iulij* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Neque poterit Isnardo tituli productio in hoc sacro Tri-
4 bunali suffragari, licet enim ille ab Abbate † Cluniacense beneficia Sedi Apostolicæ reseruata conferendi facultate præpollente vigore indulti emanauerit, attamen inefficax penitus reputatur, dum de hoc Prioratu fuerat Broccardus antecedenter sub ea lege prouisus, vt ipso præmortuo pristinam illi tituli naturam assumeret, nec posset speciali decreti
5 derogatione cessante denuò commendari. Vnde † cùm specialis derogatio decreti non præcesserit Prioratus sub Indulto censeri nequaquam poterit inclusus, quamuis illud sub generalibus, ac specialibus clausulis necnon amplissimis sub derogatorijs emanauerit, vt not. Dec. *cons.* 165. *n.* 1. *vers.* 2. *principaliter*, Rom. *cons.* 327. *n.* 1. & 2. & *cons.* 436. *n.* 21. *cum alijs in præterita decis. relatis in* §. *cum enim.*

Hinc obtenta ab Isnardo † collatio redacta propemodum 6
inefficax nullatenus vocationem Prioratus infumpsit, vt not. Ias. *in l. causas n.* 8. *C. de transact.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 22. *n.* 21. Rota *dec.* 628. *n.* 7. *par.* 4. *tom.* 3. & *decis.* 569. *nu.* 32. *par.* 5. *rec. cum alijs relatis in Meleuitana commenda* 19. *Iunij* 1654. *in* §. *Et licet coram me*; Licet delata facultas quoque Indultario videatur, ea quoque beneficia conferendi redacta in titulum, toties Ecclesia reparatione indigeat, sub qua
conditione Isnardus Prioratum obtinuisse conuincitur, † 7
(cùm enim sub verbis vniuersalibus negatiuis Summus Pontifex Prioratum interdixerit commendari) quemcumque modum sub hac prohibitione inclusisse censetur, iuxta text. *in l. alienatam*, §. *donatione*, ibique gloss. not. *ff. de verbor. significat.* Bern. *cons.* 117. *n.* 5. *vol.* 2. Riminald. iun. *cons.* 263. *n.* 14. & *seqq.* Card. Mantic. *de coniectur. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 11. Surd. *decis.* 248. *n.* 6. *cum seqq.* Rota coram bon. mem. Merlio. *decis.* 747. *num.* 6. & 7. Ita quod de alijs beneficijs Summum Pontificem intellexisse præsumatur potissimè, quia Prioratus perpetuà collatio licet ex reparationis causa contigerit, ipsius dumtaxat Isnardi, non autem Ecclesiæ respi-
cit vtilitatem, † cùm quilibet Beneficiatus Ecclesiæ repara- 8
tionis teneatur incumbere ad text. *in cap.* 1. *de Eccles. ædific.* not. Surd. *cons.* 62. *n.* 1. Rot. coram Pen. *decis.* 146. *n.* 6. Quidquid dici posset, quoties ad limitatum tempus demandatus fuerit Prioratus in Commendam; Tunc enim Isnardo posset fortasse suffragari, ex quo in fauorem Ecclesiæ collatio
prodijsset, † & congrua excepta redditus superexistantes in 10
vtilitatem Ecclesiæ debuissent insumi, vt aduertit Rom. *cons.* 350. *n.* 8. Tambur. de iur. Abb. *tom.* 5. *disp.* 4. *q.* 5. *n.* 3. *cum seqq.* Rota *in Astoricen. seu nullius Beneficij* 18. *Decembr.* 1634. *coram bo. mem. Dunozetto.* Vnde dum simplex Commenda nullatenus ab altera differt ex causa reparationis instituta quoties in perpetuum, non autem ad certum tempus vtraque collata fuit sub vniuersali decreti prohibitione, proindè hæc inclusa præsumitur ex iuribus supracitatis.

Quæ sanè fundamenta ex Francisci parte deducta, informantes pro Isnardo ex sequentibus euertere conabantur.
Primùm enim exindè excludebant, † quod à sententia exe- 11
cutoris mixti appellatio suspensiua soleat impartiri quoties ipse collitigans, licèt beneficij titulo destitutus, eius possessionem vt in proprio casu, obtineat, vt respondit, Rota *dec.* 333. *n.* 5. & 6. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *in d. decis.* 80. *nu.* 3. penes Viuian. *de iurepatr.* & alij relati per Add. *ad decis.* Buratt. 171. *n.* 8. *in fin.*

Neque in contrarium vigere poterunt authoritates supra-
deductæ, † vel enim loquuntur in terminis prouisionis sub 12
gratiosa forma expeditæ, *vt in Lucana Canonicatus* 1. *Iulij* 1647. *coram Reuerendiss. Tarraconen.* vel in casu subrogatis † gratiosè locum obtinent, vt in *Compostellana Parochialis* 1. *Iulij* 1649. *coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono*,
adeòque vrgere non valent † in hac gratia in forma dignum 14
expedita, in qua vel sola possessio, vel titulus omninò par suffragari consueuit ex iuribus supra deductis.

Qui sanè titulus validitati propemodum censetur innixus.
Siquidem † scientia decreti in Summo Pontifice desumitur 15
ex altero consimili, ac posito in Indulto, in quo sancitum expressè legitur, quod Indultario decedente Beneficia Apostolicæ Sedi affecta conferri nequirent, sed personæ Regu-
lari deberent attribui; † Vnde verba sub vniuersa- 16
li dictione concepta, ac effrenata nimis in Indulti dispositiua adiecta, videlicet: *Decernentes quascumque affectiones, Regulas, Constitutiones, & Ordinationes, Collationes, & Mandata, & Decreta in illis contenta quoad impediendum se quominus concesso tibi super præmissis indulto iuxta illius tenorem vti valeas nullatenus se extendere &c.* Decreti deroga-
tionem † videntur includere postquam spiritualis, ac indiui- 17
dua expressio, ea quoque censetur, quæ sub verborum generalitate includitur, vt aduertit Gonz. *ad reg.* 8. *glos.* 9. §. 2. *n.* 55.
vers. cum igitur, & *n. seq.* vbi firmatur in specie conclusio † 18
in casu quo derogatio specialis requireretur, Grat. *discep. forens. c.* 698. *n.* 9. & 10. Rota coram bo. me. Vrgellen. *dec.* 36. *n.* 7. & *dec.* 205. *n.* 2. & 3. *par.* 6. *recent.* Cùm maximè Indultum
† ex qualitate Principis Indultarij teneatur assumere inter- 19
pretationem, vt respondit Rota *decis.* 12. *n.* 41. *par.* 5. *recent.* & *in Ferrarien. pensionis* 2. *Martij* 1646. *in* §. *posset quoque coram bo. me. Dunozetto*, & *in Romana Beneficiatus Sancti Petri* 14. *Martij* 1655. *in* §. *quod maximè coram R. P. D. meo Beniloqua.*

tus

Præterea dubitatio quælibet ex facultate Indultarij peni-
20 tus arcetur, † commendandi scilicet beneficia quæcumque in titulum consueta conferri, quoties Ecclesia ipsa reparatione indigeat, dum itaque Isnardi collatio ex hac facultate processit, necnon præstitit ipse cautionem pro reparatione Ecclesiæ ad formam Indulti iuxta Ordinarij decretum peragenda validitati propemodum innixa censetur, postquam ex
21 testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis † hæc indigentia comprobatur, quæ sanè testium depositio pro corroborando dicto Ordinarij id ipsum in visitationis actu, saltem poterit deseruire, vt notat Alex. *cons. 147. sub n. 2. lib. 6.* Aym. *cons. 198. n. 11.* & respondit Rota *in Aquilana Canonicatus 28. Iunij 1645. in §. quare possessio coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Placentina Beneficij 27. Maij 1647. in §. pro coadiuuanda probationem coram Reuerendissimo Tarraconen.* Concurrente potissimum alia Testium formiter examinatorum depositione.

22 Neque vrget, † quod simplex Commenda non discrepet ab altera ex causa reparationis collata, quoties vtraque in perpetuum attributa noscatur. Procederet enim obiectio nisi in proprio casu præstatio cautionis à Summo Pontifice iniuncta fuerit super insumenda quantitate ab Ordinario taxanda adiecta pœna amissionis beneficij, ac fructuum restitutionis in casu quo eadem cautio præstita, vel expleta non foret. Dum enim pœna hæc simplici Commendatario iniuncta non legitur, qui dumtaxat ad Ecclesiæ reparationem arctatur, quatenus fructus beneficij deducta eius necessaria congrua supereatent, vt not. Barbos. *ad S. Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. de reformat. n. 6.* Differentia proindè inter vtrumque non modica consurgit, licèt vtriusque collatio in perpetuum attributa fuerit.

23 Denique hæc Francisci prouisio, dum Summo Pontifici habitualis cura Prioratui anneaa non fuit exposita à subreptitionis proindè vitio immunis censeri non poterit, vt aduertit Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 20. n. 163.* Rota *dec. 684. n. 4. vers. Cæterum par. 3. recen. & in Melphiten. Cantoria 2. Maij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.* Licet Broccardus quacumque curæ mentione posthabita de Prioratu fuerit ab Apostolica Sede prouisus, siquidem non exinde vitium subreptionis exclusum censeri poterit, vt in
24 præterita fuit decisione firmatum, cùm vltimus † status quoad conferendi possessorem dumtaxat, non autem respectu qualitatis beneficij suffragetur, quoties alterius contrarius innotescat, vt distinguit Rota *decis. 229. nu. 2. & 3. par. 1. rec.* & not. Add. *ad decis.* Greg. *77. n. 12. vers. prædictis,* & responsum fuit *in Elnen. Eremitorij* coram bo. me. Merlin. inter illius impress. *decis. 521. n. 4. & 5. & in Valentina Rectoriæ 22. Iunij 1650. in §. prout etiam coram bo. me. Bichio. & in Barchinon. Præpositura 26. Maij 1655. coram Reuerendiss. D. meo Decano in fine,* vbi quod prouisiones
25 † Apostolicæ antecedentem statum beneficij nullatenus immutant, sed illum dumtaxat corroborant atque declarant.

Ex his verò cùm rationes hinc inde deductæ dubietatem
26 † non modicam admittant, Domini proindè censuerunt locum esse arbitrio, quod semper admitti solet quoties Apostolica gratia anceps sit, ac dubia consistat, vt respondit, Rota *in Astoricen. Prioratus 9. Nouembris 1596.* coram Litta, *& decis. 228. n. 2. par. 1. recen.* & coram Buratt. *decis. 769. n. 11. & in Leodien. Canonicatus 27. Februarij 1651. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita vtraque parte pluries informante sancitum &c.

R. P. D. PRIOLO.

Meleuitana Commendæ.

Lunæ 11. Decembris 1657.

ARGVMENTVM.

Multa deducuntur circa interpretationem Statuti 27. Religionis Hierosolymitanæ, & an dicatur correctum per Statutum 29. Statuta nunquam sunt interpretanda, vt contineant superfluitatem, vel contrarietatem.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiuam habens ad illam dignitatem, dicitur quæsitum in ea, amplia n. 2.*

3 *Commendam habens facultatem conferendi intra quinquennium, qualiter censeatur concessa d. facultas.*

4 *Statutum 27. Religionis Hierosolymitanæ, an dicatur correctum per Statut. 29. & n. 10.*

5 *Ius conferendi, quod quis habeat intra certum tempus, & quod illud nisi intra certum tempus possit illud conferre, hoc non est incompatibile.*

6 *Ordinarius habet quadrimestre à die vacationis Parochialium, attamen nisi elapsis 10. diebus potest deuenire ad examen.*

7 *Iudex secundæ instantiæ habet annum, vel biennium à die illati grauaminis per Iudicem à quo ad terminandam causam.*

8 *Et tamen iurisdictionem non potest exercere ante præsentatam commissionem, & nec ante finitas ferias.*

9 *Tempus certum datum ad expediendum aliquem actum, cum designatione initij.*

10 *Tunc tempus est continuum, etiamsi per aliquod spatium suspendatur exercitium.*

11 *Verbum,* possit, *denotat solam potentiam, quando illa distinguitur ab actu.*

12 *Statutum vnum non potest dici contrarium alteri, dum istud est suppositiuum, & consequutiuum alteri statuta. Dictio aduersatiua,* però, *quid importet, n. 12.*

13 *Statutum, quod sit superfluum, vel incontinenti se corrigat, non est dicendum, quod esset valdè absurdum.*

14 *in Statutis ad hoc, vt euitetur superfluitas, vel correctio, facienda est omnis interpretatio.*

15 *Quod procedit, etiamsi dicta statuta diuerso tempore condita essent.*

16 *Commenda non possunt conferri, nisi prius vacent, & num. 17.*

18 *Statutum aliquod, quando postea declaratur, perindè est, ac si dicta declaratio ab initio fuisset facta.*

19 *Declaratio nihil de nouo addit, sed quod intus est, aperit.*

20 *Statuta noua dum quis facere potest, multò magis potest ea declarare.*

21 *Beneplacitum Apostolicum dum in aliqua dispositione reseruatur, intelligitur quatenus de iure sit necessarium.*

22 *Obseruantia debet esse præcisa respectu casus controuersi.*

23 *Statutorum verba quando sunt clara, non egent obseruantia interpretatiua.*

DECISIO CCXCIII.

COmmendam de Neuuille vacatam per obitum Commendatoris de Vaiuure intra limites Prioratus Campaniæ esse adiucandam Equiti de Boutlemont decisum fuit die 11. Maij præteriti coram bo. me. Dunozetto, & hodie causa cotã me reproposita, decisio fuit per DD. confirmata.

Habet enim d. Eques antianitatem iustitiæ, seu expectatiuam primò vacaturam intra limites d. Prioratus, cuius vi-
gore † est illi ius quęsitum ad commendam controuersam ad 1
text. *in cap. eum cui de praben. in sexto,* Sarnen. *de iur. quæst. non soll. q. 1.* Rota *decis. 240. n. 3. par. 7. & decis. 609. num. 10. par. 4. tom. 3. rec.* & in specie responsum fuit in *Campanien. Prioratus 18. Maij 1618. coram bo. me. Seleucien.*

Maximè cùm à Ven. Lingua Franciæ † obtinuerit smuti- 2
tionem, & à Consilio Completo prouisionem, *cap. dilectus,* vbi gloss. *verb. plus iuris de offic. deleg.* Rota *dec. 562. in princ. par. 5. rec. & in Meleuit. Commenda 19. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat collatio facta à Magno Priore in personam Equitis Saladini de Anglure, quia nullius est momenti; nam
Magnus Prior ex stat. 27. de Commendis, † habet ius con- 3
ferendi vnam Commendam quolibet quinquennio computando à die suæ promotionis, hæc autem vacauit elapso iam quinquennio, cùm ipse fuerit promotus die 13. Octob. 1649. vacatio verò contigerit die 26. Octobr. 1654. quo tempore carebat facultate conferendi, Franc. Leo *in Thes. for. Eccl. par. 2. cap. 3. n. 29.* Rota *d. decis. 562. post princ. vers. ex contextu enim par. 5. tom. 2. & in d. Meleuitana Commenda 19. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Verospio.*

Nec subsistit, † quod Stat. 27. fuerit correctum ex Stat. 4
29. in illis verbis, *passato però il Mortuario, e l'annata del Vacante &c.* Ex quibus prętenditur, quinquennium incipere non amplius à die promotionis, sed elapso mortuario, & anno vacantis; Quia d. verba non respiciunt initium quin-

quinquennij præscriptum à die promotionis in Stat. 27. sed
determinant initium exercitij iuris conferendi intra quin-
quennium, post elapsum scilicet, mortuarium, & annum
5 vacantis; Non † enim repugnat, quod quis habeat ius
conferendi intra certum tempus, & nihilominus illud exer-
cere non possit, nisi post aliquos dies, vel menses, exem-
6 plo Episcopi, † qui habet quadrimestre à die vacationis
Parochialium ad faciendum concursum iuxta Const. 33. sa.
mem. Pij V. Attamen non potest ad examen deuenire, nisi
elapsis decem diebus à Sac. Conc. Trid. præfixis in cap. 18.
sess. 24. de Reform. Similiter Iudex secundæ instantiæ habet
annum, vel biennium à die illati grauaminis per Iudicem à
7 quo † ad terminandam causam appellationis ex *Clem. sicut
de appellat. & Auth. ei, qui C. de temp. appellat.* Et nihilo-
minus non potest iurisdictionem exercere ante præsenta-
8 tam † commissionem, nec ante finitas ferias, si tempore
feriarum fuerit præsentata commissio. Et ratio est, quia
9 dato certo tempore ad actum expediendum † cum desi-
gnatione initij, tempus est continuum, etiamsi per aliquod
spatium suspendatur exercitium, *cap. Statutum*, vbi glos.
verb. numerandum de praben. in sexto, Rebuff. *super con-
cord. tit. de Reg. ad Prælat. nomin. §. 1. verb. à die vacationis*
Flor. de Men. *var. qu. lib. 1. qu. 3. nu. 23. & 45.* Barbos. *de off.
& potest. Episc. alleg. 126. nu. 43.* & in terminis appellationis
dixit Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *dec. 40.
num. 3. & seq.*

Et quod verè Statut. 29. respiciat initium exercitij iuris
10 conferendi, non autem quinquennij † demonstrant eius
verba ibi, *nel concedersi le Commende &c.* & infra, *disper-
ranno &c.* quæ propriè denotant actum collationis; colla-
tio autem cum supponat necessariò ius conferendi compe-
tens ex præcedenti Stat. 27. ibi, *possino concedere &c.* quod
verbum, *possino*, importare solam potentiam quando, prout
11 hic, illa distinguitur ab actu, tradit Bart. *in l. 1. num. 1. ff. de
iniust. nupt. & irrit. fact. testam.* Vtique fateri oportet, se-
quens Statutum neduum non esse correctorium præcedentis,
sed imò suppositiuum, & consequutiuum illius, vt con-
uincit dictio aduersatiua, *però*, in vltimo Statuto apposita,
cuius natura est non corrigere, sed modificare, limitare,
12 & restringere retentis † semper eisdem terminis ad text. *in l.
ita tamen, ff. ad Treb.* Alex. *cons. 9. nu. 4. lib. 7.* Soccin. iun.
cons. 202. nu. 14. lib. 1. Rota *dec. 75. num. 4. par. 2. recen.* co-
ram san. me. Greg. *dec. 85. num. 9. & seq.*

Idque confirmatur; Tum ex quod d. Statuta fuerunt com-
pilata ab eodem Magno Magistro della Sengle, & redacta
13 in eodem volumine Statutorum; Vnde vel cap. 27. † esset
superfluum, quod non est dicendum, vel daretur in con-
tinenti correctio, quod esset valdè absurdum, *l. nam ad ea,
quod si purè, ff. de cond. & demonstr.* Cyriac. *contr. 63. nu. 33.*
Rota coram Card. Caualer. *dec. 199. num. 5.* & coram Mer-
lin. *dec. 573. pariter num. 5.* Vt propterea ad eam euitandam
14 omnis † interpretatio capienda sit, iuxta tradit. per Bald.
in cap. 1. sub nu. 1. vers. Nam debet interpretari de præscript.
& in terminis Statutorum huius Religionis dixit Rota *de-
cis. 303. nu. 13. par. 7. rec.* & coram Duran. *dec. 439. num. 4.*
Nihil obstante, quod fuerint diuerso tempore condita, &
inter vnum, & alterum Statutum adsit aliud Magni Magi-
15 stri de Lastrich, quia diuersitas † temporis (quicquid sit
an probetur) non tollit superfluitatem, & subitaneam cor-
rectionem resultantem ex contemporanea compilatione, &
insertione in eodem volumine, ex Bart. *in l. omnes populi
num. 35. ff. de iust. & iur. & in l. sed & posteriores 27. post
princ. ff. de legib.* Roman. *cons. 399. num. 10.* ac alijs relatis
Mascard. *de gen. statut. interpret. concl. 8. nu. 65.* Statutum
verò intermedium fuit appositum ob identitatem materiæ,
& congruam continuationem titulorum, nam *cap. 27. ha-
bet rubricam delle gratie Priorali, cap. 28. A quali fratelli
debbano li Priori conceder le Commende, & cap. 29. del modo
di concedersi le Commende da Priori*; prout non releuat,
16 quod Stat. 29. vltrò contineat † conditionem, *se vacarà*,
& pœnam contrafacienti cùm actus irritatione imponat,
quia conditio, *se vacarà*, implicitè etiam continetur in
Stat. 27. vbi datur facultas conferendi, non enim Commen-
17 da potest conferri, † nisi priùs vacet. Pœna autem ideò
fuit apposita in Stat. 29. quia in eo datur prælatio Magno
Magistro, & successiuè Conuentui, vndè ne Magnus Prior
auderet illos præuenire in conferendo, rectè fuit adiecta
pœna, ac actus irritatio in casum contrauentionis.

Tum ex quo vtrumque Statutum fuit declaratum à Con-
silio completo in noua reformatione Statut. Nam cap. 27.

addita fuerunt verba, *purche siino entrati in rendita*, quæ
idem important ac illa, *passate il murtuario, e l'annata del
vacante*, & cap. 29. fuerunt adiecta verba, *ogni cinque anni
dalla loro promotione &c.* quæ sanè declaratio operatur, ac
si dictæ † additiones fuissent à principio insertæ, *l. hæredes* 18
palam, §. si quid, vbi Castr. *nu. 2.* Imol. *num. 5. de Testam.*
Grat. *discep. 147. nu. 3.* Cyriac. *controu. 210. num. 11. & seq.*
Rota *dec. 100. num. 3. par. 6. recen. ac in Ferrarien. pensionis
18. Iunij 1649. coram bon. me. Dunozet.* Et nihil de nouo in-
ducit, † sed tantùm aperit, quod latebat, Soccin. sen. *cons.* 19
156. nu. 17. lib. 2. Gratian. *d. discept. 147. nu. 1.* Rota coram
Pen. *dec. 502. in impress. Veneta*, & coram Merlin. *dec. 249.
vtrobique nu. 10.*

Nec dubitari potest de facultate Capituli generalis, quia
si potest † de nouo condere, ac reformare, vt disponitur 20
in nouis ordinationibus, *cap. 3. de verb. signif.* multò magis
potest declarare, vt in specie dixit Rot. *dec. 219. num. 4. &
seq. par. 7. recent. & coram Eminentiss. Card. Otthobono de-
cis. 141. nu. 18. & seq. ac dec. 210. nu. 10.*

Neque officit, quod in dictis Ordinationibus fuerit reser-
uatum beneplacitum Apostolicum; † Quia huiusmodi re- 21
seruatio debet intelligi quatenus opus sit, & ad effectum,
vt Statuta sint perpetua, nec possint reuocari, vt autem
valeant vsque ad aliud Capitulum generale non requiritur
beneplacitum Apostolicum, quia id expressè cauetur in eis-
dem ordinationibus à Summo Pontifice confirmatis, vt be-
nè probat Nauar. *cons. 31. nu. 3. de regul. secundum Romanam
impressionem.*

Demum non obstat contraria obseruantia ex actibus in
Summario Equitis Saladini deducta, quia non percutit
dispositionem Statut. 29. cùm actus prædicti emanauerint
ante illius confectionem. † Obseruantia enim debet esse 22
præcisa respectu casus controuersi, Surd. *cons. 382. nu. 41.
& dec. 131. sub num. 9. ac seq.* Rota coram san. me. Gregor.
dec. 162. num. 4. & dec. 504. nu. 3. & seq. par. 4. tom. 2. rec. &
præterea cùm ex prædictis Statuta sint per se clara non in-
digent † obseruantia interpretatiua, *l. ille aut ille, §. cum* 23
*in verbis, ff. de legat. 3. l. continuus, §. cum ita in fin. ff. de
verb. oblig.* Rota *dec. 136. nu. 9. par. 1. rec. ac sæpè in alijs.*

Atque ita resolutum fuit standum esse in decisis vtraque
parte informante.

R. P. D. VEROSPIO,

Romana Fructuum.

Lunæ 10. Decembris 1657.

ARGVMENTVM.

Mortua vxore etiam cum filijs, quia amplius non debentur fructus dotis, illorum proindè à partibus facta taxatio nec attenditur, nec seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus bonorum stabilium valucantur ad rationem quinque pro centenario.*

2 *Taxatio fructus bonorum stabilium ad rationem septem, seruari debet donec excessiua declaretur.*

3 *Fructus dotis vxore etiam cùm filijs defuncta, non debentur citra labem vsuræ.*

4 *Occasio reinuestiendi in locis montium semper in Vrbe consistit.*

5 *in Taxatione fructuum summa media est eligenda.*

DECISIO CCXCIV.

FRuctus dotales Aureliæ, ac Magdalenæ de Bauis, vii
Lucretiæ eorum Matris hæredibus omninò debita esse
sancitum fuerat coram me sub die 16. Ianuarij 1651. quos
hodie ad scuta quinque in singula centenaria Domini de-
creuere dispositioni iuris annixi, annuos bonorum stabi-
lium † redditus ad eam quantitatem pro singulis centena- 1
rijs taxientis, vt not. glos. communiter recepta in Authent.
perpetua in verbo Iusto, C. de sacrosan. Eccl. Peregr. *cons. 77.
nu. 9. lib. 2.* Rot. coram bo. me. Vrgellen. *dec. 192. nu. 1.* &
coram Buratt. *dec. 65. n. 2. & in Bononien. successionis 4. Maij
1646. §. vlt. coram bo. me. Bichio, & in Recanaten. hæredit. 18.
Iunij 1652. in §. à dicta vero die coram R. P. D. meo Zarate.*

Cc Huic

Huic verò taxationi obesse non poterit partis vtriusque
conuentio, solutionem in scuta septem cùm dimidio in sin-
2 gula centenaria demandantis, † ita vt eædem, donec ex
cessiua probetur, debeat obseruari, vt notat Aym. *cons.* 505.
nu. 11. Paril. *cons.* 60. *nu.* 31. *lib.* 1. & respondit Rot. *in Rom.*
pecuniaria, seu damnorum 9. *Maij* 1616. *coram Sacrato*;
ea siquidem pactio fauore Lucretiæ vxoris venditoris adie-
cta dignoscitur, vt dotis fructus in scut. 500. cautæ super vi-
nea posset exigere, qui fructus post dissolutum ex vxoris
3 obitu matrimonium, † citra vsurariam prauitatem retra-
hi nequeunt, quamuis filios ex matrimonio superstites ea-
dem Lucretia reliquerit, vt probat Grat. *discep. for. c.* 427.
per tot. & *c.* 881. *nu.* 32. Sessa *dec. Aragonen.* 68. *nu.* 25. *cum*
seqq. Rota coram Mantic. *dec.* 171. *num.* 4. coram Caualer.
dec. 292. *nu.* 1. & *dec.* 646. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* Sed ex quanti-
tate *l. curabit, C. de euict. empt.* interdicente emptori per frui
re, ac pretio exigi poterunt, siue etiam ex onere ex empto-
ris parte suscepto reinuestienda dotem in locis montium
Censibus, atque stabilibus, quoties eiusdem dotis restitu-
tio contingeret; Dum itaque casu restitutionis dotis per obi-
tum Lucretiæ euenit, nec inuestimentum expletum fuit,
emptor proinde poterit ad fructuum solutionem loco dam-
4 norum, & interesse compelli, † cùm occasio reinuestiendi in
locis montium semper in Vrbe consistat, vt respondit Rota
dec. 85. *nu.* 54. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* & *in dec.* 29. *nu.* 2. post Mer-
lin. *de legit.* & *Romana quatuor Domor.* 21. *Iun.* 1629. *in*
§. non obstat coram bo. me. Peuting.

Et licet annui redditus locorum montium, in quibus rein-
uestimentum dotis perceptum fuerat, scuta quatuor in sin-
gula centenaria non excedit, huius tamen summæ ratio
fuit in taxatione exindè posthabita, quod dotis inuestimen-
tum nedum in locis montium, sed in Censibus, atque stabi-
libus pinguiores referentibus redditus demandatum fuerat;
5 quos proindè † fructus, Domini mediam eligendo viam,
ad scuta quinque duntaxat receperunt *iuxt. decis.* Seraph.
77. *num.* 2.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. M E L T I O.

Postea Episcopo Papien.

Romana laboreriorum.

Die 10. *Decembris* 1657.

A R G V M E N T V M.

Relatio Periti, quæ de stylo tum Romanæ Ciui-
tatis attenditur, & de iure, si ille fuerit à parti-
bus electus, probat, seruari debet etiam quod
de tali electione ex sola periti confessione con-
stet, maximè si à testibus etiam famulis illa
coadiuuetur.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia à qua non fuit appellatum infra decem dies transit in iudicatum si citatio fuit personalis.*

2 *Restitutio in integrum non conceditur vbi constat de iustitia, & validitate sententiæ.*

Læsio est vnicum fundamentum restitutionis in integrum, ideoque si ea illi non conceditur, nu. 2.

3 *Sententiæ validitas resultat ex reuolutione actorum.*

Validitas conuincitur ex probatione requisitorum à dec. Caputaq. nu. 3.

4 *Architecti relationi statur de stylo Vrbis.*

Architecto si partes stare promiserunt, eius relatio attenditur, nu. 4.

5 *Architecto multum defertur deponenti, quod fuit à partibus electus.*

6 *Famulus dictum pro mercede conducti probat pro Domino.*

D E C I S I O C C X C V.

COnstare de re iudicata non autem de caussis restitutio-
nis in integrum responsum hodie fuit, quia cùm à
sententia Rotali iam præuia citatione personali non do-
ceatur infrà legitimum tempus decem dierum appellatum
fuisse, † d. sententia transitum fecit in iudicatum, *cap.* 1
quoad consultationem de re iudicat. cap. concertationis de ap-
pellat. in 6. Auth. *hodie C. eodem*, Honded. *cons.* 83. *nu.* 85.
lib. 1. Gaill. *obser.* 39. *num.* 2. *lib.* 1. Scacc. *de appellat. qu.* 12.
nu. 2. & *seq.* Rota *in rec. dec.* 170. *nu.* 1. *par.* 6. & fuit dictum
in Vrbinaten. Emphyteusis 29. *Maij* 1648. *in princ. coram*
Eminentiss. D. Card. Otthobono inter eius impress. lit. 148.
num. 1. neque est locus restitutioni in integrum, quia ex va-
liditate, & iustitia eiusdem sententiæ cessat † læsio vnicum 2
fundamentum huiusmodi restitutionis, *l. quod si minor* 24.
§. 1. *ff. de minor. l. nam postea, §. si minor, ff. de iur. iur. l. mi-*
noribus, C. de in int. rest. Odd. *de eod. tract. p.* 1. *qu.* 4. *art.* 1.
Rota *dec.* 1. *de restit. in integ. in nou. dec.* 194. *num.* 2. coram
Caual. *dec.* 325. *nu.* 2. *cum seq.* coram Buratt. & *in Bononien.*
pecuniaria 26. *Maij* 1645. *coram bo. me. Bichio.*

Validitas namque resultat ex actorum reuolutione, † ex 3
quibus apparet concurrere omnia requisita, de quibus per
Caputaquen. *decis.* 260. *par.* 2. iustitiam verò comprobat
dec. edita coram R. P. D. meo Albergato 20. *Aprilis præta-*
riti, benè firmans Dominum Don Paulum Sfortiam pro
residuo pretij laboreriorum ad vsum artis Fabrilignarij de
ipsius ordine factorum per Franciscum, & Cæsarem fratres
de Bartholomeis, in quodam eius Casino posito propè Eccle-
siam S. Mariæ Maioris teneri illis soluere scuta 740. & ba.
91. Quia de confectione dd. laboreriorum constat ex depo-
sitionibus testium id concludenter deponentibus, illorum
verò quantitas, ac pretij æstimatio desumitur ex relatione
Maruscelli Architecti, cui standum esse dictum fuit, cum
ea consuetudine, & stylo Vrbis, de quo testantur plures
Vrbis Architecti, † tum & fortiùs attento pacto inter par- 4
tes inito, quod circa mercedem, & pretium staretur rela-
tioni eiusdem Maruscelli, *l. iuris gentium, §. Prætor ait, ff.*
de pact. Boer. *cons.* 12. *num.* 3. Paris. *cons.* 79. *num.* 18. *lib.* 3.
Surd. *decis.* 260. *num.* 22. Rota *in recent. decis.* 692. *num.* 9.
par. 1. & *decis.* 58. *num.* 4. & 5. *par.* 6. & *in Fauentina dotis* 6.
Febr. 1651. *coram Reuerendiss. Terratonen.* & licet de hu-
iusmodi pacto deponat solùm idem Maruscellus Archite-
ctus, nihilominus est ei multum deferen. † & quia depo- 5
nit de facto proprio, & sine vllo prorsus suo interesse, In-
noc. *in cap. Inquisitionis de accusat.* Aym. *cons.* 28. *num.* 7.
Menoch. *de arbitr. Iudic. cas.* 99. *nu.* 11. Decian. *respons.* 93.
num. 57. *lib.* 2. Rota *post secundum volum. cons.* Farin. *dec.* 78.
per tot. Et quia dicta attestatio Architecti adminiculatur de-
positione plurium aliorum testium, qui licet sint famuli ra-
tione laborerij, & operæ dietim locatæ, † tamen ex quo 6
non sunt domestici, & Commensales, cessat motiuum ni-
miæ erga Dominum affectionis, cuius ratione à testimo-
nio repelli solent, Bald. *cons.* 50. *nu.* 1. *vers. cum iste lib.* 2. Ro-
ta *in Romana alimentorum* 5. *Iulij* 1632. *in princ. vers. Imò*
etiam operam præstiterunt coram bo. me. Dunozet. cum alijs
allegat. *in dicta decis. R. P. D. mei Albergati sub §. qualitas*
præterea testium.

Et ita informantibus tantum illis de Bartholomeis resolu-
tum fuit, altera tamen parte citata &c.

R. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo Papien.

Romana Dotis.

Luna 10. *Decembris* 1657.

A R G V M E N T V M.

Dotis receptæ confessio, quia quandoque est simu-
lata, hic ponderantur causæ, & coniecturæ ad
detegendam veram, & simulatam numeratio-
nem, & assignatura modus præcauendi fraudem,
& quid disponat statutum Vrbis.

S V M M A R I V M.

1 *Dotis receptæ instrumentalis confessio aliundè non iustificata, veram eius numerationem non probat.*

2 *Dotis solutæ simulata confessio fit ad cohonestandam sponsæ inæqualem conditionem.*

3 *Vel vt sub hoc titulo occuletur donationis animus.*

4 *Donatio inter virum, & vxorem est contra ius commune, & statutum Vrbis, & nu.* 5.

5 *Sta-*

5 *Statutum Vrbis libr. 1. cap. 135. procedit nedum in expressis donationibus, sed etiam in tacitis, & simulatis.*
6 *Dotis recepta confessio ob suspicionem simulationis, & fraudis non nocet marito confitenti, nec eius haeredibus.*
7 *Dotis vera numeratio nisi concurrentibus coniecturis non probatur, si agatur contra tertios.*
8 *Si verò contra confitentem, vel eius haredes leuiores coniectura sufficiunt.*
9 *Donatio ante matrimonium inter sponsos palam, & bona fide facta non est à iure prohibita.*
10 *Donatio, cuius effectus confertur in tempus contracti matrimonij, est specialiter interdicta.*
11 *Dotis recepta simulata confessio ex coniecturis probatur, quarum hic adducuntur multa.*
12 *Verbum*, in contanti, *integram dotis solutionem importat.*
13 *Donandi simulatio detegitur, quoties verba in maius commodum sponsa tendentia fuerunt in minuta instrumenti cassa.*
14 *Instrumentum diuersum à minuta simulationis coniecturam inducit.*
15 *Iuuenilis atas, & amor de facili ad confitendum dotis receptionem alliciunt.*
16 *Dotis constitutio inuerisimilis suspecta redditur.*
17 *Solutionis veritas in aliqua parte considerabili probata, prasumit integra numerationis veritatem.*
18 *Confessione propria nulla maior probatio datur.*
19 *Dotis recepta simulata confessio ex diuersitate assignamenti detegitur.*
20 *Dos pro onerum matrimonij sustentatione datur.*
21 *Dotem persoluere, & mulierem penes dotantem remanere, non est verisimile.*
22 *Dotis solutio tanto magis inuerisimilis redditur, quantò maior viget pracauendi ratio.*
23 *Dotem simulandi sufficiens causa est, vt eius honorificentia coniugum disparitas cohonestetur.*
24 *Vel vt donandi animus prohibitus occultetur.*
25 *Dotis simulata confessio ex praecedenti promissione per aliam separatam scripturam tollitur.*
26 *Instrumentum oblig. Cam. munitum etiam duplici iuramento nihil operatur non habens veritatis essentiam, nec obligationis substantiam.*
27 *Statutum Vrbis prasumit confessionem dotis fuisse dolo, & metu extortam.*
28 *Dotis recepta simulata confessio ex coniuncta persona interuentu deducitur.*
29 *Maximè si in mulieris commodum emanauit.*
30 *Text. in l. vir ab eo, ff. de iur. dot. loquitur in dote debita ab eo, qui dotare tenetur, & non in extraneo.*
31 *Et supponit veram, & non simulatam promissionem pracessisse.*
32 *Simulatione stante consensus deficit, & potestas agentium.*
33 *Dotis promissione precedente, & acceptilatione sequente cessat simulationis prasumptio.*
34 *Confessio Procuratoris in eius praeiudicium semper prasumitur vera.*
35 *Secus verò principalis, & in materia prohibita.*
36 *Inimicitia superueniens tacitam donationis reuocationem inducit.*

DECISIO CCXCVI.

PErsistendo in aliàs decisis coram R. P. D. meo Beuilaqua sub 11. Febr. 1656. iterùm hodie DD. coram me, qui causam repropoSui in locum dicti D. mei Beuilaquae absentis, responderunt non constare de credito dotali Petronillae, quia simplex Francisci confessio, quam praesefert Instrumentum pro d. Petronilla exhibitum, aliundè non in-
1 stificata, non probat veram † dotis numerationem, *l. 1.* & ibi glos. *verb. instrumenti, C. de dot. caut. non numerat. gl. in l. 1. verb. auxerit, C. de donat. ante nupt.* Sed praesumitur sub eo quaesito, ac simulato solutionis praetextu facta, vt eaindè, vel
2 cohonestata redderetur inaequalis Sponsae conditio, *l. 3. §. finali cum l. seqq.* vbi DD. *ff. commodati*, Angel. *in l. 1. in princip. c. de donatio. ante nupt.* Patis. *cons. 86. à nu. 20. cum seqq. lib. 3.* Rota coram Buratt. *dec. 775. in princip. vers. veritas autem num. 1.* & coram Durano *dec. 98. num. 14. vers. non est*

nouum. Vel vt sub eo titulo occultaretur donationis animus,
quae legibus † aduersatur, tam iuris communis, *tot. tit.* 3
ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si non verè, & l. creditor, Cod. eod. tit. l. 1. Cod. de donat. ante nupt. Quam municipalis Vrbis ea statuto *lib. 1. cap. 135.* cuius dispositionem 4
habere locum, nedum in expressis donationibus, sed etiam
tacitis, & factis sub huiusmodi † simulatis praetextibus 5
firmauit aliàs Rota, & signanter coram Put. *dec. 55. num. 2. vers. statutum lib. 3.* Gabr. *cons. 142. num. 22. vers. non obstat lib. 2.* cum alijs pleoè in nostris terminis cumulatis in *Romana Dotis 21. Febr. & 26. Nouembris coram Eminentissimo D. Cardin. Corrado*.

Neque subsistit, quod quando, prout hic, agitur contra ipsummet Confitentem, siue illius haeredes, tunc dotis receptae confessio etiam absque adminiculis probet veram dotis numerationem; quia cùm subiecta materia de se sit prohibita ob suspicionem simulationis, & fraudis, talis confessio nec minùs nocet marito confitenti, vel eius haeredibus,
vt punctualiter † decisum fuit coram Buratt. *dec. 612. in* 6
princip. vers. praeterea, & dec. 925. num. 1. vers. illo praesumitur, & in recen. dec. 55. num. 12. par. 6. Et vulgaris est distinctio solita adhiberi in hac materia, vt nempè si agatur contra tertios vrgentissimae requirantur coniecturae pro excludenda praesumpta † fraude prohibitae donationis, & ita 7
respondit Rota *in Romana Dotis 14. February 1642. coram bo. me. Dunozeto sub §. creditor.* Si verò agatur contra ipsum confitentem, vel eius haeredes leuiores coniecturae sufficiant, quae iunctae cum confessione probent veram Dotis
numerationem, † & in his terminis loquitur *decisio Emi-* 8
nentiss. D. Card. Otthoboni 167. nu. 3. & 31. allegata à scribentibus pro Petronilla.

Neque releuat, quod praedicta procedant in confessione emanata inter virum, & vxorem constante matrimonio, secus autem, quando prout hic praetenditur, confessio facta fuit antequam matrimonium contraheretur, quo tempore
donatio † inter Sponsos non est à iure prohibita ad Text. 9
in l. 1. l. cum in te, l. si ante matrimonium, C. de donat. ante nupt. Quia praeterquamquod Instrumentum videtur habere aliam diem cum duobus numeris, de quorum abrasione dubitatum fuit, conclusio locum sibi vindicat in donatione palam, ac bona fide facta, non autem in ea, quae simulato praetextu receptae dotis fieri intenditur: Nam hanc lex maximè abhorret, & specialiter reprobat, licet contractum matrimonij praecesserit, ex quo illius effectus confertur in
tempus contracti matrimonij, † quo donatio est specialiter 20
interdicta, *l. quod sponsa, C. de donat. ante nupt.* Menoch. *de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 12. sub num. 1. vers. & haec quidem opinio*, Surd. *cons. 196. sub num. 27. in fine*, cum alijs allegatis in *d. Romana Dotis 21. Februarij §. tum quia conclusio, & 26. Nouembris 1650. nihil enim coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado*.

Praedicta autem eò magis procedunt concurrentibus
etiam pluribus coniecturis pro comprobatione † simulatae 11
confessionis, ex quibus sequentes vrgentiores, & omninò concludentes visae fuerunt DD.

Prima est, quae elicitur ex matrice originali seu minuta instrumenti dotalis conscripta manu propria Laurentij Fabroni auunculi Petronillae. Apparet enim, quod dictus Laurentius primo loco apposuerat verba importantia inte-
gram solutionem dotis Petronillae *in Contanti*, † postmo- 12
dum eadem verba fuerunt cassa, & loco illorum adiecta legitur manu Notarij rogati simplex confessio dotis receptae; hinc namque excluditur actualis pecuniarum interuentus, & detegitur animus simulandi numerationem in fraudem prohibitae donationis, dum aliàs si integra dos verè, & realiter soluta fuisset, nulla causa aderat delendi dicta verba,
tanquam tendentia in maius commodum Sponsae, † vt 13
praeter adductis in *decis. D. mei Beuilaqua sub §. hinc autem*, ponderauit etiam Rota *in Romana fideicomm. de Victorijs 20. Martij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, §. tum etiam praecipuè inter eius impress. decis. 44. num. 7. & 8.*

Neque obstat, quod non probetur dictam scripturam fuisse matricem, seu minutam, quia dum illa exhibita fuit metu excommunicationis ab vxore relicta Orignani Notarij rogati, asserente, se illam inuenisse inter alias matrices, seu minutas Instrumentorum à dicto Orignano rogatorum penes eam existentes. Et scriptura huius minutae recognita fuit, tanquam scripta manu propria Fabroni, subiectaque oculis DD. vna cum instrumento alligato in

protocollo à Fabrono subscripto, quo vtitur Petronilla, hoc suffi.it pro indicauda intentione, & uoimo eiusdem Fabroni tcoiantis habere probationem numerationis dotis per verba, *in Contanti*, quæ cùm non legantur in Instrumento alligato in protocollo, indè semper insurgit firmissima con-
14 iectura simulationis veram, † & realem pecuniarum oumerationem excludens.

Alia coniectura deducitur ex qualitate personarum, etenim Franciscus stante feruentia amoris, quo tenebatur erga Petronillam, ac eius iuuenili, & minori ætate potuit de facili allici ad confitendum receptionem dotis, quam verè
15 non receperat. † E contrà verò Petronillæ patrimonium erat valdè exiguum, consistens in certis stabilibus, quæ tempore emissæ confessionis, vel eatabant, vel anteà consignata fuerant pro dotibus sororum eiusdem Petronillæ, &
16 ita constitutio dotis in summa adeò notabili † scutor. 3. mil. inuerisimilis omninò redditur ad tradit. per Salicet *in l. 2. num. 3. vers. & ideò, C. de dot. cau. non numerat.* Gabriel. *cons. 142. sub num. 15. vers. imo ex qualitate lib. 2.* Rota coram Buratt. *dec. 108. sub nu. 7. vers. secundo considerabant* coram Duran. *dec. 98. num. 13. vers. quia dictæ dotis constitutio*, coram Merlin. *decis. 419. nu. 15. vers. ex quo arguitur.*

Neque huiusmodi inuerisimilitudo tollitur, ex eo quod Fabronus paulò antè constitutam dotem Petronillæ exegerit ex eo negotio hæreditario illius patris plures pecuniarum summas, quia omisso, quod partitæ dictarum exactionum tanquam factarum de annis 1631. & 1633. non concludunt existentiam earumdem pecuniarum de tempore dictæ confessionis factę de anno 1635. semper magis verisimile visum fuit, quod dictæ pecuniæ expositæ fuerint, vel in causam præcedentium dotium sororum, vel pro quotidianis alimentis, & necessarijs indigentijs illios familiæ, vel etiam in dissolutionem debitorum negotij, à quo dictæ pecuniæ prouenie bant, & io solutionem illius mercium, vel in alia inuestimenta, vt colligitur ex instrumentis redditionis rationis *Sum. Francisci num. 3.* Tantòque fortius intrat hæc præsumptio, quia ex partitis exactis d. negotij, quod commune erat cum Fabrono, apparet, portionem spectantem ad hæreditatem Pauli ascendere ad exiguam quantitatem.

Confirmatur hæc eadem coniectura ducta ex paupertate Petronillæ etiam ex impossibilitate Fabroni constituendi, prout de proprio constituisse legitur in Instrumento dotali, dictam dotem Petronillæ in alijs scutis mille auri. Etenim cùm pauper esset, & io sua hæreditate nil aliud reliquerit præter quædam certa pauca mobilia, & quatuor sola loca Montium cum dimidio, quorum vnum erat cum vinculo; vtique inuerisimile omninò redditur, quod voluerit, & potuerit adeò ingentem summam scutorum mille auri stampatum nepti ex sorore donare, & consequenter ineuitabilis simulatio, quæ in hac adeò notabili quantitate aperte concurrit, minuit etiam fidem confessioni, illamque de simulatione suspectam reddit etiam respectu alterius quantitatis sc. 3. mil. pecuniarum paternarum, vt è conuerso, quando probata fuit veritas solutionis in aliqua parte con-
17 siderabili, quod illa faciat † præsumere veritatem integræ numerationis residui, tenent Surd. *cons. 397. num. 7.* Beto. *cons. 60. nu. 43. tom. 2.* Rota *in rec. dec. 124. num. 4. par. 2.* coram Durano *dec. 409. nu. 21. & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 167. nu. 14.*

Multum etiam considerabilis visa fuit altera coniectura ex eo elicita, quod Fabronus administrator paternæ hæreditatis dictæ Petronillæ in ratione per eum reddita, & quietantia administrationis reportata de an. 1635. & 1640. non posuit ad sui creditum dicta scuta 3. mil. quæ Franciscus in causa dotis ab eo recepisse fassus fuit, quod facere certè non omisisset, si verè, & cum effectu dictæ pecuniæ solutæ fuissent, prout ad sui creditum posuit scuta 500. quæ soluerat pro dote Potentianæ alterius sororis Petronillæ, & fuit id ipsum ponderatum in *decis. D. mei Beuilaqua sub §. quarta coniectura.*

Neque huiusmodi coniectura tollitur ex generali quietantia facta de anno 1640. à Petronilla, & sororibus ad fauorem Margaritæ matris, tam de præfata administratione, quàm de dotibus illis assignaatis, quia omisso, quod est res inter alias acta, & subiacet suspicioni eiusdem simulationis, & fraudis, adhuc cùm in ea non exprimatur quantitas, & qualitas dotis verificari potest in dote assignata Petronillę in quibusdam bonis stabilibus paternis, vt ipsamet Petronilla fassa fuit in instrumentis relatis *Sum. hodierna propositionis*
18 *n. 3. & 4.* qua propria confessione † stante nulla maior probatio dari potest, *l. cum te la 2. C. de transact. l. generaliter la 13. C. de non numerat. pecun. cap. per tuas il 10. de probat. cum vulgatis.*

Hinc resultat alia satis euidens simulatæ dotis demonstratio, & est, quod cùm dicta Petronilla in venditione cuiusdam domus hæreditariæ facta ab eius matre ad fauorem Mariæ de Litteris cesserit iura sua dotalia, quæ super dicta domo habebat, prout etiam in successiuis alienationibus aliorum membrorum domus, ipsa requisita suum præstiterit consensum asserendo non remanere indotatam vltrà dimidiam, vtique hinc clarè veritas facti detegitur, quod, scilicet, dos assignata fuerit in dictis stabilibus non traditis Francisco, & per consequens simulata fuerit confessio do-
tis receptæ † facta à Francisco ad *text. in l. 1. §. renunciare* 19
ff. de ventr. inspic. gl. in l. de vnoquoque in princip. ff. de re iud. Roland. *cons. 92. nu. 7. lib. 4.*

Accedit non solùm sagacitas personarum pro parte Petronillæ interuenientium in contractu dotali, quæ non omisissent procurare assecurationem potis, sed concurrit solitum simulandi numerationem dotis in Anna sorore Petronillæ, vt iudicialiter fuit declaratum, & ab ipsamet Anna contra Matrem, & Fabronum protestatum.

Demùm pro confirmatione eiusdem simulationis vrgere multum visum fuit, quod hic agitur de matrimonio occultè celebrato, cuius validitas valdè controuersa, adhuc sub Iudice indecisa pendet, quodque Petronilla nonquam fuit ad domum Francisci eius asserti viri traducta, sed semper mansit penes Matrem, & Auunculum; etenim cùm dos detur pro substentatione onerum matrimonij, &
ibi esse debeat, † vbi sunt dicta onera, *l. actione la 66. §. fi-* 20
nal. ff. pro Socio, l. si is qui, la 57. in fin. ff. de iur. dot. repugnant valdè verisimilitudini, quod Auunculus voluerit integram dotem persoluere, & retinere penes se mulierem, & onera matrimonij subire, præsertim sine aliqua cautione inuestimenti pecuniarum, aut saltem cum assi-
gnatione reali alicuius annnę quantitatis pro substentatione 21
dictorum onerum, † Bald. *in l. secunda C. de seru. fugit.* Adden. ad Buratt. *dec. 925. in fin. Rota coram Merlin. decis. 419. num. 9. & 10. in rec. decis. 55. num. 22. & 23. par. 6.*

Quæ fortius procedunt in proposito casu, in quo tanta fuisse dignoscitur Fabroni sollicitudo, vt pacto speciali voluerit sibi præcauere, quod alimenta Petronillæ præstarentur à Francisco viro in casu illius absentiæ ab Vrbe, & protestatus fuerit se sine prædicto pacto non facturum matrimonium, & Instrumentum. Vndè magis redditur inuerisimile, quod soluerit scuta 4500. antè prædictum pactum,
vbi maior † vigebat præcauendi ratio, *Rota in dicta Roma-* 22
na dotis 21. Februarij 1650. §. secundo ex qualitate vers. quæ fortius coram Eminentiss. D. Card. Corrado, Rota *dec. 239. nu. 13. versic. maximè quia par. 4. tom. 2. rec.*

Neque dicere valet, quod ex quo hic nulla aderat causa simulandi, ideò cesset, & simulatio, sufficiens enim visa fuit causa simulandi in proposito casu concurrere, nempè, vt vel sub falso titulo honorificè dotis coniugum disparitas co-
honestaretur, † *l. si quis post hac vers. dos etiam C. de dot.* 23
prom. vel vt occultaretur animus donandi à legibus tam
communibus, quàm municipalibus † improbatus, *l. si non* 24
verum, & l. Creditor. C. de donat. inter vir. & vxor. & ità etiam respondit *Rota in d. Romana Dotis 26. Nouembris 1650. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado §. quoniam hac quidem.*

Nullius etiam momenti pro veritate confessionis reputatum fuit, quod illam præcesserit promissio, & dotis constitutio, quia cùm in vno, eodemque instrumento contineatur promissio, & confessio de recepto, vtraque eiusdem simulationis exceptione repellitur, nam ad hunc effectum opus est, vt promissio confessionem præcedat per aliam scripturam separatam, vel instrumentum alias daretur via nimis facilis eludendi legum dispositio.. n, cum eadem facilitate fieri possit dotis promissio, † qua eiusdem solutionis confessio, *l. qui testamento ff. de probat.* Grat. *cons. 36. sub num. 11. lib. 1.* cum alijs adductis in allegata *Romana Dotis 21. Febr. 16.. §. nec relevat coram Eminen. D. Card. Corrado.*

Nil etiam refert, quod instrumentum sit obligatione Camerali vallatum, ac duplici iuramento assertorio, & promissorio munitum: quia hæc non tollunt simulationem confessionis, nec sunt apta confirmare actum prohibitum minusque operantur, quod exequatur instrumentum non habens iustæ veritatis essentiam, nec substantiam obligationis

in par-

26 in partium consensu consistentem † ad notata per *gl. in*
cap. si diligenti 12. de for. competent. Paris. *cons. 54. num. 41.*
vers. hinc postremo cum seqq. lib. 1. Gabr. *cons. 142. sub num. 6.*
vers. verum hoc casu lib. 2. Ruin. *cons.* 130. *nu.* 3. *lib.* 1. Hon-
ded. *cons.* 46. *nu.* 35. *lib.* 1. Rota coram Buratt. *dec.* 612. *sub*
num. 6. *& in rec. d. dec.* 55. *nu.* 15. *& dec.* 259. *num.* 9. *par.* 6.
Stante præsertim dispositione Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 135.
27 præsumentis dolo, † & metu fuisse illam extortam, Bartol.
in l. omnes populi sub nu. 25. *vers. sed si Statutum, ff. de iust. &*
iur. Bartol. *in authent. Sacramenta Puberum sub nu.* 5. *vers.*
& ideo, Rota coram Durano *dec.* 185. *sub nu.* 3. *vers. quod &*
si, & in rec. dec. 11. *sub nu.* 17. *vers. nec releuat par.* 7.
Pariter non excluditur simulatio eo sub prætextu, quod
respectu scut. mille auri, confessio non emanauerit fauore
Petronillæ, sed Fabroni Auunculi, cuius respectu cesset
quæcumque suspicio; quia interuentus personæ adeò con-
iunctæ non excludit, imò magis confirmat alias iam firma-
28 tas simulationis præsumptiones, † quas eo faciliùs his ar-
tibus ordiri potuit, *l. si Sponsus, §. generaliter tenendum est,*
ff. de donat. inter vir. & vxor. l. filia mea, ff. solut. matrim.
l. data, C. de donat. cum alijs cumulatis in sæpiùs citata *de-*
cis. Romana dotis 26. *Nou.* 1650. *coram Eminentiss. D. Card.*
Corrado, §. nihil enim. Addito etiam, quod Fabronus in
dicto instrumento interuenit vti legitimus Administrator
Petronillæ, cui in euentum restitutionis dos restitui promissa
29 fuit, sicque illa confessio eò magis † emanauit in commo-
dum eiusdem Petronillæ, *l. Sulpitius in princip. vers. si co-*
lor, ff. de donat. inter vir. & vxor. Menoch. *de præsumpt.*
lib. 3. *præsumpt.* 12. *nu.* 85. Rota *in d. Romana dotis* 16. *Nou.*
§. tum quia.
Quibus stantibus obstare nec visum fuit nouum moti-
30 uum † deductum ex *text. in l. vir. ab ea la* 50. *ff. de iur. dot.*
vbi disponitur, quod si maritus dotem vxoris suæ à Tertio
promissam acceptam fecerit, & promissor deindè euaserit
non soluendo, teneatur nihilominus ad illius restitutionem,
cùm tali casu periculum ad ipsum pertineat, & habeatur pe-
rindè ac si dotem actualiter accepisset, huiusmodi enim
Textus respectu scutorum 3. mil. promissorum de bonis pa-
ternis Petronillæ non applicatur, quia non loquitur in dote
debita de bonis illius, qui dotare tenetur, prout est pater,
sed in dote promissa ab extraneo de iure dotare non obliga-
to, & respectu tam dictorum scutorum 3. mil. quàm alio-
rum scutorum mille auri, quæ Fabronus auunculus de pro-
prio constituit, & in quibus terminis dictus textus loqui
posset, alia ratione euitatur, quæ est, quod dictus textus
31 supponit veram, & non simulatam † promissionem præ-
cessisse, hic autem nulla adfuit vera promissio, sed tantùm
32 simulatio, qua stante deficit consensus, † & consequen-
ter potestas agentium, vt aduertit Paris. *dicto cons.* 54. *n.* 41.
cum seqq. lib. 1. *& cons.* 86. *nu.* 49. *lib.* 3. Gabr. *cons.* 142. *sub*
n. 6. *vers. verum hoc casu lib.* 2. Rota coram Buratto *dec.* 925.
nu. 6. *vers. non obstat.*
Quod etiam colligitur ex eo, quia ibi præcedit promissio
dotis, & ea interuallo sequitur acceptilatio, vt patet ex il-
33 lis verbis, deindè acceptam eam fecit, † *leg.* 3. & ibi gloss.
lit. P. ff. de solutio. Couarr. *var. resol. cap.* 14. *num.* 1. *lib.* 1.
quo casu regulariter confessio de recepto, vel acceptilatio
attenditur, neque exindè arguitur simulatio. At verò id
non applicatur confessioni Francisci factæ, vt præfertur,
vno eodemque tempore cum promissione dotis, tunc enim
promissio, & confessio reputantur pro vnico actu confes-
sionis inefficacis iuxta superiùs allegata.
Minus præsenti casui applicatur conclusio firmata per
Bald. *in leg.* 2. *§. final. num.* 5. *ff. si certum pet.* & per Cyriac.
controuers. 132. *nu.* 17. *cum seqq.* quod scilicet in præiudicium
procuratoris, & vt ipse teneatur Domino reddere ratio-
nem, perindè ac si exegerit, semper eius confessio præsu-
34 matur vera, † quia non versamur in confessione procu-
ratoris, sed principalis, & in materia prohibita, quæ à le-
gibus tam communibus, quàm municipalibus irritatur iu-
ribus suprà allegatis.
Frustrà autem prætenditur, quod admisso, vt d. confes-
sio dotis receptæ emanauerit in fraudem prohibitæ donatio-
nis, nihilominus potuerit illa deindè confirmari morte
Francisci, quia tantùm abest, vt Franciscus in eadem vo-
luntate perseuerauerit vsque ad eius obitum, vt imò con-
stet de illius reuocatione non solùm tacita per superuenien-
tiam inimicitiarum, Rota coram Buratt. *decis.* 311. *num.* 3.
in fin. in recent. decis. 355. *num.* 4. *par.* 6. Sed etiam expressa,
per litem præuio monitorio ad eius instantiam introductam
super nullitate matrimonij, & cassatione d. Instrumenti do-
talis, necnon ex duplicatis procuræ mandatis ab eodem fa-
ctis pro impetranda absolutione, & declaratione nullitatis
matrimonij, & confessionis, Speculat. *in Rubric. de donatio.*
sub nu. 3. *vers. item ponit*, Barbat. *cons.* 6. *colum.* 9. *nu.* 10. *lib.* 2.
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. Primogenituræ.

Veneris 14. Decembris 1657.

ARGVMENTVM.

Quia vbi clara resultat Testatoris voluntas, non est supervagandum in coniecturis, & præsumptionibus, hinc licet controuersus sit articulus an proximitas ab hærede, vel Testatore sumi debeat, ille cessat, quando, prout hìc, Testator suam proximitatem voluit attendi.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas Testatoris non grauati attenditur, quando hoc Testator expressit.*
2 *Primogenitura ingressa vnam lineam semper durat in illa, & quando.*
3 *ad Fideicommissum ille admittitur, quem Testator expressit exclusis alijs in præcedenti vocatione comprehensis.*
4 *Relatio Testatoris iuxta Iuris dispositionem intelligitur circa ordinem intestatæ successionis.*
5 *Prælatio conceditur inter concurrentes vnius vel alterius lineæ in pari gradu existentes.*
6 *Verba aduersatiuè posita intelliguntur retenta præcedenti qualitate.*
7 *Repugnantia vitari debet.*
8 *Voluntas Testatoris vbi concurrit, frustrà vagatur per coniecturas. Testator sibi magis proximiorem prædilexisse præsumitur, nu. 8.*

DECISIO CCXCVII.

PRimogenituram à bo. me. Cardinali de Podijs institutam censuerunt DD. per obitum Ioannis fuisse apertam ad fauorem Barbaræ, & Lauræ.

Etenim Cardinalis in Testamento desuper condito Primogenituros in tres ordines, seu lineas diuisit: in prima vocauit omnes descendentes masculos per masculos Christophori, Ioannis Pauli Camilli, & Ioannis Augustini eius ex Alexandro fratre Nepotum de primogenito in primogenitum. In secunda deficientibus omnibus masculis descendentibus ex masculis dd. quatuor fratrum vocauit filiam fœminam maiorem vltimi masculi, & possessoris descendentis ex masculis d. Alexandri, ac successiuè eiusdem filiæ descendentes legitimos, & naturales de primogenito in primogenitum. In tertia deficientibus dd. filiabus, earumque descendentibus tam masculis, quàm fœminis voluit succedere consanguineum, vel affinem eidem D. Testatori proximiorem, & propinquiorem iuxta Iuris dispositionem, seruatis semper prælatione, & prærogatiua inter lineas, & sexus.

Quare cùm defecerint omnes masculi per masculos, & vltimus masculus, & possessor filias fœminas non habuerit, succedit tertia linea in qua primò vocatur proximior Testatoris qualis erat Barbara, & successiuè Laura in quarto gradu existentes, non autem Cellesius coniunctus in sexto, vt apparet ex arbore.

Nec prætendi potest esse attendendam proximitatem vltimi defuncti, ac possessoris, cuius respectu idem Cellesius esset proximior. Nam quicquid sit in ambigua dispositione ex qua percipi non possit Testatorem magis ad suam, quàm grauati proximitatem respexisse, in quibus terminis loquuntur DD. in contrarium adducti, cessat difficultas quando, prout hìc, vocatio proximioris fuit concepta cum relatione ad personam ipsius Testatoris, vt claris verbis legitur, ibi, *Consanguineum, vel affinem, eidem D. Testatori proximiorem, & propinquiorem, &c.* quod verbũ Testatori positum in Datiuo secundùm rectum sermonem, nõ potest conferri ad verba antecedentia Consanguineum, & affinem,

quæ censeantur apposita ad exclusionem dumtaxat extra-
1 neorum, sed determinat † sequentia proximiorem, & propinquiorem. Tunc enim proximitas ab eodem Testatore metiri debet, siue relatiuum sit in casu Genetiuo, siue in Datiuo, siue in Accusatiuo, vt benè probant Surd. *cons.* 120. *sub nu.*8. *vers.*9. *& cons.*245. *nu.*47. *in fin.* Decian. *cons.* 21. *nu.* 2. *lib.*3. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*8. *tit.*12. *nu.*31. *in fin.* Peregr. *de fideicom. art.*20. *sub nu.*9. *vers. secundus casus, & cons.*58. *nu.*4. *lib* 4. Grat. *discept.*439. *nu.*20. *& seqq.* Rota coram Buratt. *dec.*770. *& dec.*801. *vtrobique nu.*1. *& in Bonon. de Nascentorijs* 13. *Maij* 1639. *coram Ren. Terraconen. §. nec relevant aliæ, vers. an Testator, ac* 3. *Decemb.* 1640. *coram bo. me. Cardinali Hieronymo Verospio, §. neque Angel. vers. idemque suaderi, &* 15. *Aprilis* 1644. *coram Reuerendiss. Tarraconen. §. nec venit attendenda*, & in terminis Primogenituræ idem admittunt Molin. *de Primogenit. lib.*3. *cap.*9. *nu.*20. *in fin. vers. nisi Testator*, Gam. *dec.* 7. *sub nu.*3. *vers. idemque suaderi, &* 15. *Aprilis* 1647. *coram Reuerendiss. Tarraconen. §. nec venit attendenda, vers. nisi aliud instituens, & infra vers. est denique fatendum*, Rota *in Bononien. de Capocellis* 16. *Ianuarij* 1615. *coram sa. mem. Innocentio X. in rec. dec.*627. *nu.*6. *par.*2. Non obstat, quod Primogenitura post ingressam vnam lineam semper in ea remanere debeat, donec totaliter fuerit consumpta, licet ex-
2 tent proximiores de alia linea. † Quæ conclusio procedit, quando linea est indeficiente vocata, & agitur de continuanda in ea successione, vel quia verè extent personæ comprehensæ, in quibus terminis loquitur Molin. *de Primog. d. lib.* 3. *cap* 4. *nu.* 14. Fontanel. *dec.* 34. *nu.*4. *& seq. & dec.*76. *num.*13. Antonin. de Amar. *resol.* 1. *sub nu.* 89. *vers. ideoque donec quisque*, vel quia interuenit facto repræsentationis, prout loquitur Rouit. *dec.* 51. *nu.* 1. *& seq.* Non autem si, (vt in præsenti) linea fuit restricta ad certas personas, quibus extinctis Testator illam habuit pro consumpta, & successio-
3 nem ad aliam, ac diuersam lineam transmisit. † Hoc sanè casu is debet admitti, quem ipse Testator expressè nominauit, exclusis prorsùs alijs in vocatione præcedentis lineæ non comprehensis, at in specie respondit Rota *decis.*510. *nu.*5. *par.*1. *& d. dec.*627. *nu.*5. *par.*2. *rec.*

Neque repugnant verba, *iuxta Iuris dispositionem seruatis semper prælatione, & prærogatiua inter lineas, & se-*
4 *xus*, quia relatio ad Iuris dispositionem intelligenda † est, circa ordinem intestatæ successionis respectu ipsius Testatoris, Parif. *cons.*83. *num.* 10. *lib.*2. Ruin. *cons.*90. *numer.*6. *lib.*2. Fusar. *cons.*12. *nu.*12. Rota *dec.*635. *sub nu.*1. *vers. Testator enim par.*1. *rec.*

Prælatio autem lineæ, vel sexus, vt effectum sortiatur DD. distinguebant ingressum, ac initium huius tertiæ lineæ à progressu, & continuatione illius in ingressu, cùm Testator vocauerit proximiorem sibi non est quærendum de linea vel sexus, sed attendenda sola qualitas proximioritatis;
5 In progressu autem, & continuatione † prælatio locum habebit inter concurrentes vnius, vel alterius lineæ in pari gradu existentes, vt in specie respondit Rota *d. decis.*627. *nu.*8. *vers. & ex his cum seq. par.*2. *rec.*

Quod comprobatur ponderando, tum quod dicta verba
6 sunt aduersatiuè posita, ac proindè debent intelligi † retenta præcedenti qualitate proximitatis, Alex. *cons.*99. *nu.*9. *lib.*7. Grat. *cons.* 15. *nu.* 17. *lib.* 1. Surd. *cons.* 315. *num.* 2. Cir. *contron.* 400. *num.* 12. Tum quod aliàs daretur manifesta repugnantia, quod Testator in eadem dispositione vocauerit
7 proximiorem sibi, & voluerit † succedere remotiorem alterius lineæ, quæ omninò est euitanda, vt declarando dictionem *semper* in terminis aduertit Ramon. *cons.* 100. *num.* 496. *cum pluribus seqq.*

Hinc non viget ponderata prædilectio erga descendentes primo vocatorum. Quia frustrà vagatur per huiusmodi
8 coniecturas, vbi concurrit † explicita voluntas Testatoris admittendi proximiorem sibi, quem magis dilexisse præsumitur, iuxta tradita per Menoch. *cons.*124. *nu.*45. *in fin. & cons.*1006. *nu.*27. Fus. *cons.* 12. *nu.* 13. *in fin.*

Fuit itaque conclusum fructus a die motæ litis vsque ad obitum dd. mulierum decursos, qui est effectus præsentis disputationis, non spectare ad Cellesium nullum ius habentem in bonis Primogenituræ subiectis durante illarum vita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Maioricen. Beneficij.

Lunæ 17. Decembris 1659.

ARGVMENTVM.

Beneficia descendentibus proximioribus fundatori sunt conferenda, & descendentia in hoc casu, quando dicatur sufficienter probata.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium fundatori proximiori est conferendum.*
2 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ debent executioni demandari.*
3 *Proximitas ex testium depositione comprobatur.*
4 *Descendentia ab existente in quasi possessione præsentandi iustificatur.*
5 *Descendentia à fundatore ex sententijs inter prædefunctos editis concluditur.*
6 *Descendentia legitimi gradus probatione deficiente, cæterorum quoque graduum iustificatio corruit.*
7 *Nominis identitas æquiuoca inefficacem reddit quamcumque aliam probationem.*
8 *Dictio*, quondam, *virum prædecessisse demonstrat.*
9 *Testes inuerisimilia deponentes non sunt attendendi.*
10 *Valor beneficij probatione decennali debet concludi.*
11 *in Gratia*, si neutri, *valor expressus, quo casu suffragetur.*
12 *Gratia*, si neutri, *lite, & vtriusque colitigantis iure concurrente iustificatur.*

DECISIO CCXCVIII.

DEcreta fuerant coram bon. me. Bichio in Petri Sensanorem litterarum Apostolicarum executio, eademque causa per appellationem successiuè Bartholomæi R. P. D. meo Beuilaqua deuoluta ob illius ab vrbe discessum super litterarum executione legitima, dubium hodie propositum resolutum affirmatiuè.

Dum enim Petrus beneficium de quo agitur, † tanquam 1
Iacobo Fundatori proximior à Summo Pontifice obtinuit, eiusdemque proximitatem successiuè comprobauit, † lit- 2
teræ proindè Apostolicæ tanquam iustificatæ debent executioni demandari, iux. text. *in cap. litteras de rescript. cap. si Capitulo*, vbi gloss. *not. in verbo exequatur de concess. præbend. lib.* 6. & not. ibi communiter DD. Rot. coram Greg. *dec.*335. *nu.*15. coram Buratt. *dec.* 435. *num.* 1. *& in Imolen. Decanatus* 1. *Decembris* 1657. *in princ. coram me.*

Hæc autem † proximitas ex testium formiter examina- 3
torum depositione comprobatur, attestantium nimirum eundemmet Petrum Patruelem Michaelis, qui beneficium vltimo loco possederat, nec non alterius Petri nepotem, & abnepotem extitisse Ioannis, qui de anno 1523. ac successiuè de anno 1582. per sententias sibi obtinuerat adiudicari.

Hinc enim † descendentia ab existente in quasi posses- 4
sione præsentandi pro gratiæ iustificatione sufficiens comprobatur, vt not. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 11. *num.* 118. *cum seqq.* Rota coram Seraph. *dec.* 1334. *num.* 8. coram Vergell. *decis.*100. *num.*4. *& dec.*274. *num.*8. *par.*2. *recent. & in Hortana Iurispatronatus* 15. *Ianuarij* 1649. *in §. cum enim, & in Imolen. Decanatus* 1. *Decemb.* 1651. *in* 1. *§. in fin. coram me.*

Præterea cùm eædemmet sententiæ Petro, ac Ioanni alijs concurrentibus consanguineis beneplacitum adiudicantes editæ fuerint post probationes super eorum proximi-
tate cum fundatore peractas, Petri † descendentia ab ipso- 5
met fundatore comprobata censetur, dum per gradus omninò destitutos à Michaele nepote Ioannis originem traxisse concluditur, ad trad. per Angel. *in auth. vt liceat matri, & auiæ in §. ad hæc in fin.* quem sequitur Alex. *in l. sæpe nu.* 51. *vers. idem etiam sensit, ff. de re iud.* & in similib. ferè terminis respondit Rot. coram bon. me. Cocc. *dec.* 105. *nu.* 1. *& dec.* 284. *nu.*3. *p.*1. *rec. & Gerunden. benef.* 27. *Iunij* 1649. *coram bo. me. Bichio in §. quod verò, & in altera Gerunden. beneficij* 11. *Martij* 1648. *in §. similiter, quod Ioannes coram R. P. D. meo Celso.*

Et licet Bartholomæus proximior ex producto per
ipsum

ipsum stypite dignoscatur, ibi enim Petrus in 5. Bartholomæus verò in 4. dumtaxat gradu legitur coniunctus nepos, quippe hic probator Magdalenæ filiæ Iacobi, qui progenitus fuerat à Petro filio fundatoris, prælationem tamen assequi non poterit, postquam nulla legitima probatio defe-
6 ratur, quod Iacobus Petrum in patrem assumpserit, † dum itaque huius respectu gradus legitima probatio deficit, cæterorum quoque graduum iustificatio debet omninò corruere, ad text. *in c. licet ex quadam de testib. ibi per singulos gradus*, Rota coram bon. mem. Cocc. *dec. 105. num. 2. & in Parmen. Prioratus 12. Ianuarij* 1590. *coram Litta*.

Neque poterit hanc filiationem comprobare Instrumentum editum de anno 1554. super bonorum elargitione à Petro Iacobo filio peracta; Siquidem constat Petrum donatorem diuersum ab altero extitisse filio, scilicet Iacobi fundatoris, de quo dubitari contingit. Hunc enim Petrum matrimonium cum Albertina contrasisse ex Iacobi Patris testamento conuincitur de anno 1467. adstipulari, nec vllos ex ea liberos suscepisse, dum in vtriusque coniugis testamento alter Iacobus nepos ex fratre hæres instituitur. At Petrus in donatione recensitus in vxorem duxit Ioannam ex qua filios procreauit, vt probatur ex Summario Petri *nu. 7.*
7 vndè † cùm identitas Petri ex plurium eiusdem nominis personarum concursu noscatur æquiuoca, inefficax proindè probatio ex donationis Instrumento elicita reputatur. vt not. Abb. *in cap. cum Ioannes num. 16. de fid. instrum.* Dec. *cons. 36. n. 4. vers.* 1. q. 1. Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 11. n.* 120.

Quinimò diuersitas hæc personarum clarius ex tempore comprobatur, quoniam donatio à Petro peracta dignoscitur de anno 1554. cùm tamen Petrus filius fundatoris ab anno 1509. & consequenter per annos 46. antequam donatio fieret, diem suum clauserit extremum, vt verba in eiusdem Albertinæ testamento præseferont, ibi ego Albertina
8 vxor q. Petri, † dictio enim illa, *quondam*, virum prædecessisse demonstrat, vt not. Imol. *in c. cum contra num. 4. de pignor.* Bald. *cons. 407. num. 9. lib.* 1. Rot. coram Buratt. *dec. 757. nu.* 10. ibique Add. *sub litt. B. referant concord.*

9 Hinc non vrgent † testes in vim remissoriæ examinati, licet enim ipsi Petrum Bartholomæi abauum extitisse deponant, eumque vti talem per eosdem agnitum, dum degeret in humanis, cùm tamen testes de tempore subsequuti examinis anno scilicet 1655. septuagesimum quartum annum non excederent, eorum proindè depositio de Petro controuerso de anno 1509. & consequenter spatio centum, & quadraginta sex annorum ante conditum examen prædefuncto intelligi nequit.

Denique gratia Petri exinde impugnari non valet, quod redditus beneficij ducatos 24. in prouisione narratos excedant, præterquam enim testium depositio in summario Bartholomæi lata nullius roboris reputatur, dum probatio de-
10 cennalis † super valore beneficij in hac materia obiectiua requisitâ ab ipsis non concluditur, vt respondit Rota coram Seraph. *decis. 485. num.* 1. *& dec. 159. num. 7. par. 5. & in Rossanen. Parochialis 14. Iunij* 1645. *in §. iustitia vero coram Eminentissimo D. meo Card. Orthobono*, cum alijs per Add. *ad dec.* Buratt. 538. *num. 22. in fin.* Remouetur etiam
11 obiectio, quod idem Petrus † gratiam si neutri sub expressione valoris necessiti in gratia Bartholomæi à Summo
12 Pontifice recepit, quæ eidem poterit suffragari, † dum omnia ad gratiæ iustificationem requisita concurrunt, litis scilicet concursus super beneficio inter partes, idem ius vtriusque collitigantis, vt respondit Rot. *dec. 24. de rescript. in nou.* coram Verall. *dec. 42. num. 1. & 3. par. 2. & dec. 726. num. 1. par. 2. recen.* coram Caual. *dec. 527. nu. 1. & 8. & in Camerinen. Canonicatus 4. Iunij 1655. in princ. coram R. P. D. meo Beuilaqua, quæ refert concord.*

Et ita in prima causæ propositione vtraque, in secunda verò altera tantùm parte informante resolutum.

R. P. D. ALBEGRATO.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 11. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Decimarum exemptio facta ex causa onerosa, tunc strictè non est intelligenda, quando fuit concessa ex causa onerosa, & an in istis terminis sit necessaria derogatio *cap. nuper de decim.* verbum, *decima*, quid propriè designet, & importet.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum exemptio, quando conceditur derogandum est* cap. nuper de decim.
2 *Exemptio à solutione decimarum, intelligenda est de decimis temporalibus.*
3 *Papa validè concedit exemptionem à solutione decimarum, cùm de eius potestate non sit dubitandum.*
4 *Verbum*, decimæ, *secundum germanam, & propriam vocis significationem, decimas spirituales comprehendit.*
5 *Decimæ laicales non sunt veræ decimæ, sed propriè vocantur decimationes.*
6 *Verba semper, quando possunt accipi in propria significatione in ea sunt accipienda.*
7 *Verba in propria significatione sunt accipienda, & maximè stante eorum generalitate prægnantia, & geminatione.*
8 *Decimæ spirituales, sub quibus verbis, quando tantùm comprehendantur.*
9 *Decimæ omnes, tam spirituales, quàm temporales, comprehenduntur sub verbis generalibus.*
10 *Decimarum exemptio, quando tantùm de decimis spiritualibus sit intelligenda.*
11 *Obseruantia subsecuta omnem remouet difficultatem.*
12 *Obseruantia subsecuta, quando est proxima, eò magis stringit.*
13 *Exemptio tamquam res odiosa, strictè venit interpretanda.*
14 *Exemptio à solutione decimarum, intelligi strictè debet de decimis temporalibus.*
15 *Priuilegium licet strictè sit intelligendum, tamen eius verba in rigore saluanda sunt, & interpretanda.*
16 *Et quando talis conclusio intret, & nu. 17.*
18 *Priuilegium facilè conceditur dum alicui non infert præiudicium.*
19 *Exemptionem à solutione decimarum facilè Papa concedit, pro Terris non adhuc ad culturam deductis.*
20 *Cum tunc non agatur de præiudicio graui.*
21 *Verba non sunt interpretanda contra priuilegiatum & maximè, quando id fuit cautum.*
22 *Verba semper in suo significatu, accipienda sunt.*
23 *Verba propriè, & non impropriè sunt accipienda.*
24 *Priuilegium, quando fuit concessum ex titulo oneroso, tunc verba sunt interpretanda secundùm ius commune.*
25 *Interpretationes inconuenientes euitandæ sunt.*
26 *Expensas magnas faciens in aliquid bonificando, ex hoc non debet damnum pati.*
27 *Priuilegium obtinens ex titulo oneroso, ista onerositas operatur, vt verba priuilegiorum sint intelligenda secundum propriam significationem.*
Nec sunt restringenda, vt in concessione propter merita.
28 *Verbum*, Decimæ, *si positum sit inter alia onera merè temporalia, debet à præcedentibus, & subsequentibus declarari.*
29 *Verba, quando sint canonica, & continere onera spiritualia, & nu. 30.*
31 *Decimæ spirituales in quota soluuntur ad exclusionem laicalium.*
Decimæ laicales in certa quantitate præstari solent, nu. 31.
32 *in Exemptione à solutione decimarum, quando non sit necessarium derogare* cap. nuper de decim.
33 *Exemptio à Decimarum solutione, quando dicatur præiudicialis Ecclesiæ Parochiali.*
34 *Dispositio de qua in* cap. nuper de decim. *emanauit in Generali Concilio.*
35 *Exemptio à solutione decimarum de qua* in cap. nuper de decim. ad fauorem Cistercienfium, *non intrat bonis in posterum acquisitis.*
36 *Priuilegium concessum de aliquo tempore, iuxta illius terminos est intelligendum, non autem de tempore in futurum.*

37 *Priuilegium, quando est æquum iustum, & rationabile, non est infringendum.*
38 *Ratio quando non applicatur, ibi idem ius statui non potest.*

DECISIO CCXCIX.

EX duplici potissimum capite resolutum fuerat *sub die 26.*
May 1656. coram Me Decimas deberi Eminentissimo
Cardinali Pio, Ferrariæ Episcopo, & Parochis eum ipso infor-
1 mantibus, quia † scilicet derogatum non fuerat *cap. nu-*
per, & quia exemptio poterat intelligi de decimis tempora-
2 libus, † & prophanis. Verùm hodie exhibito per Domi-
nos de Bentiuolis toto contextu exemptionis, Domini re-
cesserunt à decisis, existimantes priuilegium suffragari, quia
3 cùm † de potestate Pontificis eximentis particulares per-
sonas à solutione Decimarum dubitari non possit, Henric.
Boich. *in cap. peruenit 5. nu. 13. de decim.* Menoch. *cons. 276.*
num. 1. Couat. *var. resolut. lib. 1. cap. 17. numer. 9.* & admisit
passim Rota *in decisionibus* recensitis *in Cracouien. Decima-*
rum 21. Maij, & 4. Iulij 1640. coram Reueren. D. meo Decano.
Eiusdem voluntas in præsenti desumi visa est ex lectura
priuilegij, in quo Marchio Entius, & ab eo causam ha-
bentes, absolutè, & simpliciter à solutione decimarum
eximuntur, & sic à decimis spiritualibus, cùm verbum,
4 *Decima*, † secundùm germanam, & propriam vocis si-
gnificationem decimas spirituales importet, vt in his ter-
minis tradit Add. ad sa. me. Gregorium *decis. 404. sub Lit-*
tera B. vers. propriè tamen loquendo, Rota *in Ferrarien. De-*
cimarum, quæ est *dec. 684. nu. 2. par. 2. dec. 188. nu. 7. & dec.*
180. num. 17. par. 7. rec. Mediolanen. rescissionis permutatio-
nis 21. May 1591. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Al-
bigauen. Decimar. 25. Iunij 1627. §. quia fuit, vers. ex proprie-
tate enim verbi decimarum coram bo. mem. Card. Viridi. Ad
differentiam laicalium, quæ verè non sunt Decimæ, sed
5 decimationes † propriè appellari debent, vt aduertit Bald.
cons. 419. sub num. 1. vers. sed si descendunt lib. 1. Bettazol.
cons. crimil. 17. num. 16. & seq. Barbos. *de offic. & potest. Episc.*
par. 3. alleg. 121. num. 3. Rota *d. dec. 684. num. 2. & in Tole-*
tana Decimarum de Capilla 2. Martij 1648. §. Vtrumque
enim coram R. P. D. meo Verospio. Et verba semper quan-
6 do congruè fieri potest in proprio significatu † sunt acci-
pienda, ad Text. *in l. cum 26.* vbi notat Aretin. *ff. de testam.*
Abb. *in cap. ex parte 27. nu. 3. & 4. de decimis*, Paris. *cons. 22.*
n. 6. vel. 4. Couat. *var. resolut. lib. 3. c. 5. sub nu. 8. in fine vers.*
sed tamen etiam in his, Rota *coram Buratto dec. 279. nu. 11.*
7 Concurrente præcipuè verborum generalitate prægnan-
tia, & geminatione, vt in indulto ibi: *A cuiusuis Canonis,*
Census, Liuelli, vsus taxati, quàm non taxati, aut cuiuf-
uis responsionis, recognitionis, ac media quarta Decima, aut
alterius cuiusuis fructuum partis solutione, præstatione, &
contributione, seu alijs quibuscumque, & quacumque etiam
authoritate Apostolica, &c. etiam motu, scientia, & pote-
state paribus, & cum quibusuis clausulis, & decretis etiam
irritantibus, & derogatoriarum derogatorijs, seu alias quo-
modolibet, & quauis causa etiam quantumuis pia, iusta, &
rationabili factis, &c. penitus eximentes, & liberantes &c.
8 quæ sine † dubio decimas spirituales comprehendunt ius-
ta *cons.* Dec. 113. *num. 3. & 4. & per tot.* Io: Baptista Ferret.
cons. 102. num. 10. & sequent. Surd. *cons. 140. num. 66. lib. 1.*
Guttier. *Canonic. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 126. & cons. 5. nu.*
23. & per tot. Rota *in Cartaginen. Decimarum* apud Leon.
Thes. *for. Eccles. par. 2. cap. 27. sub nu. 71.* Et quod sub verbis
9 voluntarialibus omnes † decimæ comprehendantur *in Lau-*
dien. Decimarum 22. Aprilis 1652. §. non obstat, quod Capi-
tulum coram R. P. D. meo Meltio.
Hæcque interpretatio tantò facilius fuit admissa, quia li-
cet in districtu Ferrariæ Decimas temporales existere pro-
bauerit Eminentissimus Cardinalis Pius, non constat ta-
men, quod in terris bonificatis tales Decimæ reperirentur;
10 Vnde † priuilegium pernecessè debet in spiritualibus veri-
ficari, vt aduertit Menoch. *cons. 402. num. 18. vers. & cano-*
nice nullas alias, in puncto post Alciat. *cons. 32. sub num. 3.*
vers. secundo quia lib. 1. Rota *dicta dec. 684. sub num. 1. vers.*
cùm de tempore contractus par. 1. rec. Et obseruantia subse-
11 quuta omnem remouet difficultatem, † cùm enim à tem-
pore priuilegij nullæ fuerint exactæ decimæ in portione DD.
de Bentiuolis, sed solùm in alia parte, quæ prioribus Do-
12 minis fuit assignata, ex tali obseruantia † concessioni pro-
xima, benè deducitur, qualis fuerit intentio concedentis,
& quid in priuilegio exemptionis fuerit comprehensum, vt
in terminis decimarum post alios Menoch. *cons. 276. nu. 19.*
Cancer. *var. resol. lib. 1. cap. 23. de decimis sub nu. 34. vers.*
verum quicquid, Rota *in Sancta Seuerina Decimarum 28.*
Iunij 1647. §. nihil obstat, & 14. Ian. 1650. §. Demum vers.
prout subsequuta coram Reuerendiss. D. Tarraconen. & in
Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 5. Martij 1649. co-
ram R. P. D. meo Meltio, §. Accedit etiam.
Hinc euitatur ratio præteritæ resolutionis, † quod exem- 13
ptio tanquam odiosa strictè de solis temporalibus decimis
sit intelligenda, quia vltra quod non † ita restringenda est 14
interpretatio, vt a propria verborum significatione receda-
tur, Dec. *d. cons. 113. num. 6. & 7.* Surd. *d. cons. 40. num. 65.*
vers. & ideo dico, Ferdin. à Castropalao *oper. moral. par. 2.*
tract. 10. disp. 11. de decim. punct. 12. sub num. 5. ad med. vers.
neque argumenta, † vbi quod licet priuilegium sit interpre- 15
tandum, † strictè tamen verba priuilegij in rigore salua- 16
ri debent, & explicari secundùm suam significationem ri-
gorosam. Responsum fuit id solùm posse procedere in
exemptionibus gratiosis, † & generalibus super acquisitio- 17
ne omnium bonorum. Secus autem in onerosis ad certa bo-
na restrictis, & pro publica vtilitate concessis, & in noua-
libus, in quibus priuilegium † facilè conceditur, cùm nul- 18
li præiudicium infertur, vt distinguit Abb. *in cap. dudum*
31. sub num. 1. de priu. vbi in specie ponderando exemptio-
nem pro Terris non adhuc ad culturam redactis inquit Pa-
pam † de facili concedere tale priuilegium, quia non ten- 19
dit † in graue præiudicium, Rebuff. *de decimis qu. 14. sub* 20
num. 32. in fine vers. secus in nouaLibus nondum factis, Can-
cer. *var. resol. d. cap. 13. sub num. 15. vers. Estque ratio*, Ro-
ta apud Cassador. *dec. 1. sub nu. 2. de priuil.*
Ex facto etiam fundamentum illud remouetur, cùm ex-
pressè indultum fuerit, quod verba non possint † contra 21
Marchionem Entium interpretari, sed quatenus dubia es-
sent in sensu fauorabili, † semper accipi debent, ibi, *Che* 22
li presenti Capitoli non si possino glosare contro li Bonificatori,
ma s'intendino liberamente, come si leggono, & ne' casi dubij,
s'intendano sempre à suo fauore &c. Hinc enim sequitur De-
cimas, propriè de spiritualibus ad fauorem Bonificatorum
esse intelligendas, † non autem impropriè de prophanis, per 23
ea quæ tradunt in similibus Alex. *cons. 45. num. 2. & seqq.*
lib. 7. Rol. à Val. *cons. 43. num. 47. & 48. lib. 4.* & in proximis
terminis de clausulis contrarium iudicari prohibentibus,
Gonzal. *ad reg. 8. glos. 66. n. 35. & seqq.* Valenzuel. *cons. 151.*
num. 12. lib. 2. Rota *in Bononien. Archipresbyteratus 23.*
Martij 1648. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado,
§. præsertim verè.
Supradictis accedit causa exemptionis, quæ titulo valdè
oneroso concessa fuit in recompensationem bonificationis
publicam vtilitatem præseferentis, pro qua ad finem dedu-
cenda, Domini de Bentiuolis ingentes expensas, & maxi-
mum æs alienum contraxerunt cum onere montis Status,
quorum † fructus soluere ipsi tenentur; præcedente au- 24
tem titulo oneroso priuilegium de decimis spiritualibus iu-
re communi debitis interpretari debet, Rota coram Card.
Seraph. *decis. 1293. sub nu. 1. & 5. vers. verum decimæ, & in*
Oriolen. decimarum 16. Martij 1658. coram Otauo. Aliàs
sequi posset inconueniens, † quod plus dispendij, quàm 25
vtilitatis ex huiusmodi bonis consequerentur, vt considerat
Text. *in cap. consultationi 33. in fine de priuilegijs*, vbi gloss.
verb. indulg. exemplificat, dicens puta propter magnas ex-
pensas, quas fecerunt, reducendo † terram illam inuti- 26
lem ad culturam, & aduertit ibi Abb. *sub num. 1. vers. in*
glos. fin. Rebuff. *de decimis qu. 14. sub num. 28. vers. de qui-*
bus. Nam hoc saltem operari debet onerositas tituli, vt
verba † concessionis iuxta propriam significationem intel- 27
ligantur, nec sint restringenda, vt in concessione propter
benemerita, Surd. *cons. 140. num. 34. & seqq. lib. 1.* Rota *in*
Sarsinaten. feudi 22. Iunij §. præterea in hoc feudo in fine, &
18. Decemb. 1645. §. ex quibus verbis coram bo. me. Danozetto.
Non obstat, quod verbum illud Decimæ tanquam posi-
tum inter alia onera merè temporalia debeat † à præceden- 28
tibus, & subsequentibus declarari, vt in *præcedenti decisio-*
ne, §. hacque exemptionis.
Nam apparet ex suprascriptis verbis priuilegij, quod imò
decimæ fuerant insertæ cum alijs verbis spiritualitatem de-
notantibus, ibi: *ac media quarta decima, vel alterius cu-*
iusuis fructuum partis solutione, quæ sunt † verba canoni- 29
ca, vt aduertit Augustinus Bero. *in cap. Raynutius 16. nu.*
162. & 168. vers. decimoseptimo iure canonum de testam. &
onera † spiritualia, vt per Lap. *de Canonic. portion. c. 2. nu. 1.* 30
& num.

& num. 64. inter tract. magn. tom. 15. par. 2. fol. mihi 195.
Nam quarta debetur Episcopo, & decima Parochis iuxta
dispositionem text. *in cap. conquerente 16. de offic. ordin. cap.
de quarta 4. de præscript.* Ferret. *d. cons.* 102. *num.* 3. Mart.
cons. 1*n. num.* 1. *&* 2. Menoch. *d. cons.* 402. *num.* 21. *&* 22.
Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 86. *num.* 33. *& seqq.
par.* 3. Rota coram Cardinali Cauallerio *decis.* 648. *num.* 1.
& in Beneuentana quartæ 24. Ianuarij 1650. *coram bon. me.
Dunozette in princ.* Et designant quotam & sic propriè
31 † spiritualibus decimis conueniunt, quæ in quota soluun-
tur ad exclusionem laicalium, quæ in certa quantitate
præstari debent, Curt. iun. *cons.* 177. *num.* 6. Monet. *de de-
cim. cap.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Rota *dicta decis.* 684. *num.* 2.
par. 1. *& decis.* 128. *num.* 7. *par.* 7. *rec.*

Et denique cùm ante tempora priuilegij nullæ ex his
32 bonis decimæ † exigerentur, vtique necessaria non fuit
derogatio *cap. nuper 34. de decim.* cùm illius dispositio ha-
beat locum in bonis decimari solitis, vt litteraliter appa-
ret, ibi, *Decimas persoluant Ecclesiis, quibus ratione præ-
diorum anteà soluebantur*, & declarat *ibidem* Hostiens. *n.* 1.
ante fin. vers. soluebantur, & contrarium nullo modo pro-
batum fuit ex datis in Summario Eminentissimi Domini
Cardinalis, cùmque in præsenti agatur de exemptione re-
33 stricta ad † certas personas, & bona specialiter expressa,
ratione cuius tantum abest, quod Ecclesiæ Parochiales læ-
sæ fuerint, & grauamen receperint, vt in eodem Text. di-
citur ibi, *ne occasione Priuilegiorum suorum Ecclesiæ vlte-
rius prægrauentur*, quod imò ex ingentibus expensis, ac
immenso labore Domini de Bentiuolis locupletatæ, pingues
decimas ex ea parte bonorum bonificatorum, quæ priori-
bus Dominis fuerunt reseruata, perceperunt, & nunc
34 etiam percipiunt, etiam ex hoc capite non visa est † ap-
plicabilis dispositio *d. cap. nuper*, quia in Conc. generali de
quo ibidem fit mentio statutum fuit priuilegium Cistercien-
35 sium, & Templariorum non habere locum † pro bonis in
posterum acquirendis, ibi, *Ne de cætero emant possessiones,
de quibus decimæ debeantur Ecclesiis*, quia cognouit Conci-
lium, quod multas acquirebant possessiones, & bona, &
ob id grauissimum Ecclesiis Parochialibus præiudicium im-
minebat, vndè priuilegium restrictum fuit ad possessiones,
36 quas tempore † Concilij possidebant, vt declarat ibi gloss.
& Rebuff. *de decim. d. quæst.* 14. *num.* 42. Emanuel
Roderic. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 44. *art.* 4. *sub vers. ter-
tium verò tempus.*
37 Ex quibus priuilegium † vti iustum, æquum, & ratio-
nabile infringendum non esse, sed interpretandum vt com-
prehendat decimas spirituales, cùm tam littera, quàm
38 ratio ibidem expressa huic casui † non applicentur vt su-
pra, resolutum fuit, & recedendum à decisis vtraque
parte acerrimè informante.

Decisio ista emanata sub die 26. Maij 1656. coram R. P. D. meo Albergato est supra in hac eadem part. xij Recent. Decisio 186.

R. P. D. ALBERGATO.

Piscien. Iuris conferendi.

Luna 14. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

De bono iure Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ, ad effectum conferendi beneficia, quando dicatur constare, aduersus Præpositum dicti Capituli prætendentem ad se prædictam collationem spectare.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, habeant, *&* pertineant, *substantiam, & proprietatem important.*

2 *Præpositus, de iure cautum non est, vt habeat simultaneam collationem beneficiorum, vnà cum Capitulo.*

3 *Præposito potest competere ius simultanea collationis beneficiorum, vnà cum Capitulo speciali Bulla Apostolica.*

4 *Præpositus, quòd sit constitutus vnus ex Capitularibus, ex quibus manifestè appareat.*

5 *Præpositus nec Superioris, aut Prælati personam in Capitulo potest repræsentare, & quare.*

6 *Præpositus non potest prætendere simultaneam collationem cum Capitulo, & quare.*

7 *Plures quando coniunguntur in vnum, non vti diuersi, sed vt vnum corpus, voces concurrentium computantur in capita.*

8 *Nominatio specialis alicuius potest esse facta ratione dignitatis, vel præeminentiæ.*

9 *Prælatus dominis qualiter dicatur interesse.*

10 *Beneficiorum collatio si esset simultanea Præpositi cum Capitulo, ea non posset à Capitulo sine Præposito fieri.*

11 *Beneficiorum collatio, quando dicatur spectare ad Capitulum.*

12 *Beneficiorum collatio, si pleno iure spectet ad Capitulum, ex hoc excluditur, quod ea sit simultanea collationis cum alijs.*

13 *Beneficij collationem habens cum alio, si solus illud conferat, censetur non priuatiuè, sed animo etiam conseruandi ius socio illam facere.*

14 *Quod tamen procedit, nisi sit expressum, quod conferens intendit iure proprio illud conferre.*

Beneficij collatio eo ipso, quod est facta absente Prælato, priuatiuè, & non conseruatiuè dicitur facta, num. 24.

15 *Beneficij collatio facta à Capitulo non præseruat ius Prælato, cùm totum ius conferenti dicitur acquisitum.*

16 *Confessio partis quando est clara, eò magis probat.*

17 *Præiudicare, quod quis sibi voluerit, & suis successoribus, non est præsumendum.*

18 *Præpositus nullam habet iurisdictionem in Canonicos, quidquid sit in Canonicos vti singulos extra Capitulum.*

19 *Iurisdictionem in alium, vt quis exercere valeat, quid requiratur.*

20 *Beneficiorum collatio, quod spectet ad aliquos, benè potest doceri ex observantia subsecuta.*

21 *Maximè quando semper fuit vniformis.*

22 *Præpositus dando votum circa collationem beneficiorum in Capitulo, idem operatur ac si esset votum vnius ex Canonicis.*

23 *Liber ad fauorem Scribentis non probat.*

24 *V tandi modum in terminis collationis beneficiorum, ex quibus probetur.*

25 *Liber Capituli conscriptus à Secretario eiusdem Capituli, qui etiam sit Notarius probat pro Capitulo, maximè stante qualitate scripturarum.*

26 *Præpositus dicitur de gremio Capituli.*

27 *Penia decis. 754. 862. & 1145. declarantur.*

28 *Verba*, vnà cum, *quid importent.*

29 *Constitutiones, litteræ Apostolicæ recipiunt suam germanam interpretationem ab obseruantia.*

30 *Obseruantia facit intelligere literas Apostolicas, eo modo quo fuerunt obseruata.*

31 *Quod procedit, quatenus etiam contrarius intellectus videretur de iure verior.*

32 *Papæ mens benè arguitur, ex ipsa obseruantia concessionis.*

33 *Ordinario competit ius conferendi omnia beneficia vacantia in sua Diœcesi.*

34 *Illatio ad valde diuersa non est facienda.*

35 *Præpositus, quando loco Ordinarij sit respectu Capituli.*

36 *Beneficij collationem non potest dici ad aliquem pertinere, dum probatur penes diuersam personam adesse.*

37 *Decis. in causa Piscien. iurisdict. 24. Martij 1631. coram bo. me. Corrado declaratur, & n. 38.*

39 *Manutentio concessa alicui non potest intelligi attributa nisi ad formam actuum, in quibus se fundant resolutiones.*

40 *Et ad terminos possessionis, in quo quis reperitur.*

DE-

DECISIO CCC.

De bono iure Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Col-
legiatæ Terræ Pisciæ constare dixerunt Domini (post-
quam prima vice in summarijssimo possessorio resolutio
capi non potuit) etiam ad effectum manutentionis in qua-
si possessione conferendi omnia Beneficia illius Territorij,
quod est nullius Diœcesis contra Præpositum eiusdem Ec-
clesiæ, qui ad se dictum ius spectare contendebat. Quia
ius Capitulo competens, fuit à Pontifice extensum ad
omnia, & quæcumque Beneficia Territorij Piscien., vt in
Bulla, de qua mox, ibi, Præpositus vnà cum Capitulo &c.
prouisionem, præsentationem &c. omnium, & singularum
Ecclesiarum dicti Oppidi, & illius Comitatus &c. perpetuò
habeant, ac illa ad illos pertineant; quæ verba (cùm Præ-
positus sit vnus de Capitulo, vt infrà demonstrabitur) sub-
stantiam, & proprietatem iuris conferendi Capitulo attri-
1 buunt, vt † de his verbis, habeant, & pertineant, Rebuff.
in l. verbum illud 181. in princ. ff. de verb. signific. Gratian.
discept. 157. num. 20. Rota in Elboren. iuris conferendi 5.
Decembr. 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo, & in
Montislati beneficij 15. Decembris 1645. coram bon. mem.
Bichio, § nam quicquid.
2 Nec Præposito † (cui simoltaneam cum Capitulo com-
petere iure cautum non reperitur, Rota coram Pen. dec.
993. num. 5. & seqq.) simultaneæ collationis facultas attri-
buta fuit ea verbis illis, Præpositus vnà cum Capitulo colla-
3 tionem habeant &c. quia † cum speciali Bulla hanc Eccle-
siam, & eius Territorium ab Episcopatu Lucensi dismem-
brando Leo fel. rec. Papa X. in Collegiatam reduxerit, cer-
tumque Canonicorom numerum, Archidiacooatum,
Archipresbyteratum, & alias Dignitates ibi erigendo, dis-
posuerit, quod illæ vnà cum Præposito, & Canonicis præ-
fatis inibi Capitulum faciant, & in eadem Ecclesia residere,
& Diuinis interesse teneantur &c. Summ. vlt. Capituli n. 1.
4 Manifestè paret Præpositum † vnum ex Capitolarihus
fuisse constitutum, nec Superioris, aut Prælati in Capi-
tulo personam repræsentare, sed tanquam pars homoge-
nea, & eiusdem speciei vnum corpus cum alijs personis
5 Capituli constituere, † aliàs vti Prælatus Capitulum inibi
intrinsecè non fecisset, iuxta glos. in Clement. Vt ij, verbo
in eisdem, ibique Card. num. 13. de ætat. & qualit. Abb. in
cap. postulastis 15. num. 4. vers. Et hoc quando Prælatus, &
num. 10. de concess. præb. Gonz. ad regul. 8. Cancell. glos. 45.
sub num. 53. & seq. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 11.
q. 17. fol. mihi 170. litt. B. Rot. coram Put. dec. 116. in cor-
rect. lib. 3. Verall. dec. 153. num. 3. lib. 1. & in proximis
terminis in Ciuitaten. Presbyteratus 3. Iulij 1645. § minus
obstat in fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano.
Et proindè non potest idem Præpositus hodiè simolta-
6 neam prætendere cum † Capitulo, cùm ipsi vna tantùm
vox proor alijs in Capitulo interuenientibus competat,
Abb. in d. cap. postulastis 15. sub num. 4. vbi Imol. num. 12.
vers. nam quando, & num. 15. vers. Hostiensis dicit de con-
cess. præb. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 15. num. 37. Barbos. de
offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 73. sub num. 18. ad med.
Rot. coram Buratto dec. 809. num. 3. Cæsaraugustana Ca-
nonicatus 16. Iunij 1653. sub §. non obstat duplex subreptio
coram me, & 4. Februarij 1654. §. bis tam non obstantibus
coram bon. mem. Bichio, Maioricen. Canonicatus 27. Mar-
tij 1656. § præterea, & 25. Iunij 1657. §. etenim coram
R. P. D. meo Meltio; quia, quando plures coniunguntur
7 in vnum, † non vt diuersi, sed vt vnum corpus, voces
concurrentium computantur in capita, Felin. in cap. pasto-
ralis 14. sub num. 9. vers. addi etiam textum, ibique Dec.
num. 26. de rescript. Rot. dec. 82. n. 9. par. 7. rec. & in Aqui-
lana iurispatronatus 4. Iunij 1646. sub §. tum quia argumen-
tum coram Eminentiss. D. Card. Corrado.
Hinc parum refert, quod Præpositus specificè nomina-
8 tus fuerit, quia specialis oominatio facta censetur † ratio-
ne dignitatis, & præeminentiæ, noo autem ad effectum
contradistinguendi, aut illum segregandi à Capitulo, in
quo antecedenter fuerat inclusus, iuxta doctr. Bart. in l.
si seruus communis 37. num. 4. ff. de stipulat. seruor. quam se-
cutus est Dec. in d. cap. Pastoralis 14. num. 28. de rescript. in
puncto Rot. in d. Montislati Beneficij 28. Iunij §. verum Do-
mine, & 15. Decembris 1645. §. secundo quia coram bo. mem.
Bichio, & in Meleuitana Parochialis 4. Maij 1650. §. hinc
obesse coram. R. P. D. meo Verospio. Quinimò, cùm vti Præ-
latus diuinis interesse non debuisset, imposita super hoc
necessitas satis demonstrat, † quod Capitulo ioterueoit 9
tanquam Canooicus, punctatur ob absentiam, mulctatur
Summar. hodierno Capituli num. 7. & æqualiter cum cæte-
ris officia Canonicorum exercet, vt in terminis ad hunc
effectum ponderat Rota coram Seraph. decis. 474. sub
num. 2. vers. vltimo probatur, Modern. Auenionen. re-
solut. benefic. par. 2. cap. 3. §. 11. num. 3. vers. Rota co-
ram Seraph.
Et hanc pertinentiam iuris conferendi aliundè compro-
bati etiam Domini aduertebant, concurrunt † enim col- 10
lationes factæ à Capitulo, absente Præposito, & effectum
suum sortitæ, eodem Sum. oum. 9. ex quibus destruitur
simultanea, & totale ius Capituli confirmatur, Abb. in d.
cap. postulastis 15. num. 8. vers. dic primo, & num. 14. de con-
cess. præb. Rot. in Casalen. iuris conferendi decis. 124. sub n.
2. vers. sed etiam quamplures collationes par. 3. rec. coram
Eminentissimo D. Card. Otthobooo decis. 125. num. 4. &
5. dicta Elboren. iuris conferendi 1. Iunij 1640. §. non obstat
coram Reuerendiss. Compostellano, Imolen. Decanatus 1. De-
cembris 1651. coram R. P. D. meo Verospio §. siquidem deca-
natum; atque aliæ in præsentia Præpositi emanatæ, io
quibus expressum fuit, omnimodam collationem Benefi-
ciorum spectare † ad Capitulum, vt in eius Summar. n. 18. 11
& seq. quæ sicuti plenum ius conferentis demonstrant, ita
simultaneam, & alterius personæ concursum penitùs ex-
cludunt, glos. in Clem. 1. in verb. omnimodam de for. com-
pet. Socc. cons. 43. num. 12. lib. 4. Rota decis. 39. n. 5.
vers. vnde cessat obiectum par. 3. rec. dicta Lucana Ca-
pellaniæ 1. Iulij 1650. §. nec vrget, & in Craconien. iuris
respondendi 23. Ianuarij 1651. §. eo minus coram bo. mem.
Bichio.
Nihil obstaote, quod factæ præsumantur à Capitulo
† non priuatiuè, sed animo ius suum Præposito conser- 12
uandi; hoc enim procedere posset, oisi concurrerent illæ
expressionea de totali pertinentia Capituli, de quibus su-
pra Modern. Perusin. de manut. obser. 73. num. 36. in fin. vers.
Vel si haberet clausulam, & quatenus collationes à Prælato
factæ fuissent, secus autem † quando à Capitulo fiunt; 13
tunc enim eo ipso quod confert absente Prælato, priua-
tiuè, non autem conseruatiuè, dicitur conferre, Lotter.
de re benef. lib. 2. q. 21. num. 36. Vel demum quando Præpo-
situs † fuisset in quasi possessione conferendi simultaneè, 14
aliàs ea circumscripta, collatio Capituli nihil illi præiudicat
vti Prælato, sed totum ius conferenti fuit † acquisitum, 15
Rota in Oscen. Archidiaconatus 10. Martij 1647. §. nec iuuat
coram bon. mem. Peutingero, & 17. Maij 1649. §. quia coram
R. P. D. meo Verospio.
Præterea, pro adminiculo iuris conferendi exclusiuo
quoad Præpositum ponderatæ fuerunt confessiones Præde-
cessorum, & ipsiusmet hodie litigantis, † qui apertè con- 16
fessus est Capitulum esse ordinarium Collatorem, seque
vnum de Capitulo, eodem Summ. num. 18. quæ confessio
optimè probat contra illum, cùm aliàs non sit verisimile quod
sibi, & successoribus † præiudicare voluisset, Rot. dec. 665. 17
num. 1. in fin. par. 4. recent. & coram Eminentissimo Ottho-
bono d. decis. 125 num. 8. dicta Elboren. iuris conferendi 5.
Decembris 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo, Comen.
Capellaniæ 27. Iunij 1648. coram bon. mem. Dunozetto, &
insuper Præpositum à Capitulo mulctari vt suprà, & nul-
lam habere in illud iurisdictionem (quidquid sit in Canoni-
cos † vti singulos extra Capitulum) vt in Summ. hodierna 18
positionis Capituli num. 3. Vnde patet, quod Præpositus, vt
Prælatus in Capitulo non interuenit, cùm vti talis non
posset adesse, nisi tanquam dicens relationem ad membra
sibi † subiecta, in qua iurisdictionem exercere posset, Abb. 19
in cap. decernimus 2. num 16. de iudic. Lotter. de re benefic.
lib. 1. q. 14. num. 76. & seq. & q. 16. num. 10.
Confirmantur fortius præmissa † ex obseruantia subse- 20
cuta tam Bullæ proxima, quàm remota cum spatio 130.
& amplius aonorum in omnibus actibus Capitularibus,
& in specie in collationibus Beneficiorum semper votum
suum dedit tanquam Canonicus. Ex modo enim votan-
di per tantum tempus obseruato per bussulam, & fabas,
interuenientibus Præposito, & alijs dignitatibus absque vl-
lo discrimine suffragiorum, & sine vlla differentia inter
votum Præpositi, † & aliorum Canonicorum cum reso- 21
lutione semper capta pro maiori parte numericè conside-
rata, Summ. num. 9. sicuti optimè deducitur, quod con-
gregati per capita, præstant suffragium, vt per Felin. in d.
cap.

cap. Pastoralis 14. *sub num.* 9. *vers. adde etiam de rescript.*
Caccialup. *in l. omnes populi* 9. *num.* 141. *& seq. ff. de iust. &*
iur. Silu. *de benef. par.* 2. *q.* 17. *sub num.* 2. *vers. Et ex varijs,*
Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 68. Rot. coram Buratt.
dec. 809. *sub num.* 7. *vers. quod clarè apparet d. dec.* 82. *num.*
5. 6. *&* 8. *par.* 7. *recent. Florentina iurispatr. de Ricasolis* 11.
Febr. 1604. §. *praeterea allegantur coram bon. mem. Cardin.*
Lancellotto, vbi consideratur præsentatio facta simul *alla*
22 *rinfusa*. Ita etiam cognoscitur quod Præpositus † concurrit
tanquam membrum Capituli, non autem vt corpus de per
se, & separatum, Felio. *in cap. cum omnes* 6. *sub num.* 18. *in* 8.
limit. in fine vers. secus de constit. Rot. apud Cæsar. de Graff.
decis. 1. *num.* 3. *&* 4. *de his quæ fiunt à maiori parte Capituli,*
& in recent. dicta decis. 82. *num.* 5. *&* 6. *Pampilonen. Bene-*
ficiorum 27. *Iulij* 1620. *coram bon. mem. Seleucien. dicta Aqui-*
lana Iurispatronatus 4. *Iunij* 1646. §. *tum quia argumentum*
coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & in Perusina suf-
fragiorum 13. *Iunij* 1650. *coram bon. mem. Bichio*, §. *sic enim*
seruatum fuisse.

Gratis verò dicitur, quod obseruantia ista ex partitis li-
23 brorum Capitularium non fuit iustificata, quæ pro Capi-
tulo scribente non probant, & quod probata non releua-
ret, eo quia ad firmandum modum votandi contra Præla-
24 tum, † consuetudo, aut obseruantia non † sufficit, sed
formalis præscriptio requiritur, vt fuit resolutum co-
ram Penia *decis.* 754. 862. *&* 1145. *secundum impress.*
Lugdun.

Nam respectu probationis placuit Dominis responsio,
quod cùm liber Capitularis sit à Secretario conscriptus,
25 † qui est etiam Notarius, & partitæ fiunt ex eorum plura-
litate adminiculatæ satis probant, Rot. *dec.* 470. *num.* 5.
par. 4. *dec.* 341. *num.* 4. *par.* 5. *recent. Ciuitatis Castelli bono-*
rum 8. *Nouembris* 1589. *&* 12. *Febr.* 1590. *coram Lancellot-*
to senior, & in Elenen. iurisdictionis 19. *Iunij* 1647. §. *non ob-*
stat coram bon. mem. Donezetto. Et multò magis contra
26 eos, qui sunt de gremio † Capituli, vt in præsenti casu
Præpositus, ex traditis per Crauet. *de antiq. tempor. in* 7.
partic. 1. *par. princ. num.* 6. Menoch. *cons.* 512. *num.* 11.
vers. illi autem libro, Rot. *dec.* 491. *num.* 9. *par.* 4. *recent.*
tom 2. *& in Romana Iurium Parochialium* 4. *Decembris*
1651. §. *maximè cum illorum coram R. P. D. meo Celso*.

Quod autem esset necessaria præscriptio, non fuit per
Dominos admissum, considerando, quod in terminis *de-*
cis. Pen. agebatur de re clara penitus, & indubitata, quod
27 Episcopo simultanea † competebat, & in Capitulo inter-
ueniebat tanquam Prælatus, nec erat vnus de Capitulo, &
ideò quia agebatur de illo in totum excludendo, præscriptio-
ne opus erat.

Hic autem etiam secundum sensum Partis aduersæ ne-
gari non posset, verba Bullæ, attribuentia collationem
Præposito, *vnà cum* Capitulo, esse dubia; tum quia in par-
28 te antecedenti † Pontifex creauerat Præpositum de corpore
Capituli, tum etiam quia ijsdem verbis *vnà cum* visus fue-
rat, nominando dignitates, quibus, in confesso est, vnam
tantùm vocem Capitularem fuisse attributam, & proinde
29 ad obseruantiam † interpretatiuam recurrendum est, per
quam Constitutiones, & litteræ Apostolicæ, quatenus du-
biæ sint, germanam recipiunt interpretationem, vt tra-
dunt Bald. *cons.* 245. *n.* 2. *lib.* 3. Rot. *dicta decis.* 665. *num.*
2. *par.* 4. *rec. Nullius, seu Burgen. iurisdictionis* 14. *Iunij*
1647. §. *nihil faciunt litteræ Apostolicæ coram Reuerendissimo*
Tarraconen. Barchinon. Alimentorum 31. *Maij* 1655. §. *quæ*
omnia coram bon. mem. Dunozetto, vbi quod obseruantia
30 † facit intelligi litteras Apostolicas, eo modo quo fuerunt
obseruatæ, quamuis intellectus contrarius videretur de iu-
31 re verior; † etiam si præscripta non fuerit, quia non agi-
tur hic de auferenda simultanea Prælato, cui certum sit
illam competere, sed de interpretanda simpliciter volunta-
te Pontificis, Castren. *cons.* 347. *sub num.* 4. *lib.* 1. Surd. *cons.*
140. *num.* 45. *lib.* 1. Valenzuel. *cons.* 53. *num.* 10. *lib.* 1. Rot.
in recent. dec. 136. *num.* 36. *par.* 1. coram Eminentissimo
Otthobono *dicta decis.* 175. *num.* 11. *& in Dertusen. Augu-*
menti 24. *Maij* 1647. *coram R. P. D. meo Verospio* §. *arguit*
quoque, in fine.

His non obstat, quod Præpositus habeat intentionem
32 fundatam non solùm in Bulla Leonis, qua † mediante
omnis authoritas, quæ ante dismembrationem penes Epis-
copum Lucanum reperiebatur, in ipsum transfusa fuit;
sed etiam in iure communi, iuxta cuius dispositionem il-
33 li † tanquam Ordinario competit ius conferendi omnia
beneficia in eius Territorio existentia, vt ad fauorem huius
Præpositi resolutum fuit in *Piscien. Iurisdictionis* 24. *Martij*
1651. *coram Eminentissimo D. Card. Corrado, &* 4. *Iulij*
1653. *coram R. P. D. meo Melzio*.

In ordine enim ad Bullam Pontificis Iurisdictio, attribu-
ta Præposito, restricta fuit ad causas ciuiles, & criminales.
Et cùm in alia parte eiusdem Bullæ fuerit specialiter proui-
sum circa pertinentiam iuris conferendi, ex concessione so-
pradictæ iurisdictionis, non valet † illatio ad facultatem 34
conferendi, vt aduertit Butr. *in cap. nostri* 9. *num.* 3. *in* 2.
notab. de elect. Rot. coram Buratto *decis.* 590. & coram
Merlino *decis.* 140. *vtrobique num.* 4. Imò cùm idem Capi-
tulum ab alijs exemptum Sedi Apostolicæ immediatè subie-
ctum fuerit, & sub protectione Diui † Petri susceptum ho- 35
dierno eius *Sum. num.* 2. Hinc etiam constat, Præpositum
respectu illius Capituli loco ordinarij non succedere, Abb.
in cap. significasti 18. *num.* 8. *&* 9. *de foro compet.* Felin. *in cap.*
cum accessissent 8. *num.* 6. *de constit.* Marc. Anton. *var. re-*
sol. lib. 3. *resol.* 4. *num.* 1. *cum cæteris allegatis in Ganda-*
uen. exemptionis 10. *Maij* 1647. *in princip. coram R. P. D.*
meo Celso.

Assistentia verò iuris quoad collationem Beneficiorum
non suffragatur Præposito, quia ex prædictis † clarè con- 36
stat ius conferendi ad alium pertinere, Marescott. *var. re-*
sol. c. 55. *n.* 66. *lib.* 1. Adden. ad Buratt. *decis.* 776. *num.* 15.
& 16. Rota coram Eminentissimo D. Card. Otthobono *dicta*
decis. 125. *num.* 11. *& in dicta Lucana Capellaniæ* 1. *Iulij* 1650.
§. *ita vt non releuet coram bon. mem. Bichio*, atque etiam quia
† resolutiones in dicta causa *Piscien.* factæ fuerunt cum præ- 37
supposito, quod ipse esset Ordinarius etiam quoad colla-
tionem Beneficiorum, quod hodie non subsistere demon-
stratum fuit.

Quodque omnem difficultatem remouet, enonciatæ col-
lationes Beneficiorum, in quibus se fundat *decisio Emi-* 38
nentissimi D. Card. Corradi, sunt factæ à toto Capitulo,
cùm interuentu Præpositi, & vltima de anno 1643. ab ipso
solo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato (prout cæteræ
collationes ab ipso deductæ) & proindè clarum est, non
fuisse firmatam pertinentiam iuris conferendi in præiudi-
cium Capituli, sed manutentio illi attributa, † non potest 39
intelligi nisi ad formam actuum, in quibus se fundant reso-
lutiones, & ad terminos possessionis (nempè conferendi
tanquam vnus de Capitulo) in qua reperiebatur Præposi-
tus, vt tradunt adducti per Modern. Perus. *de manuten.*
obseruat. 73. *num.* 6. 28. *& per tot.* Rot. coram sanct. mem.
Greg. *dec.* 569. *num.* 1. vbi Adden. *num.* 6. Canalet. *dec.* 510.
num. 4. *Cæsaraugustana Præeminentiarum* 9. *Maij* 1633. *co-*
ram bon. mem. Coccino §. *nec ad effectum, & in Gerunden.*
Capellaniæ 4. *Iulij* 1646. *coram bon. mem. Bichio*, §. *altera*
collatio, & in Cathacen. hereditatis 11. *Decemb.* 1648. *sub* §.
coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ita vtraque parte acerrimè bis informante resolu-
tum fuit, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 14. Ianuarij 1658.

A R G V M E N T V M.

Beneficium in concursu est digniori conferen-
dum, & quando contrà procedat, & ad li-
tigiosum ordinatus, potest contra Episcopum
agere. Clausula, *dummodo &c.* præseruat ius
tertij, adeout litis mentio generalis nihil af-
ficiat.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ validitas ex requisitis in decisione Caputaq.*
260. par. 2. probatur.

2 *Appellatio à mala relatione examinatorum, quando*
admittatur quoad deuolutiuum, & quando quoad
suspensiuum.

3 *Appellatio admittitur quotiescumque ad examen iudicia-*
liter processum fuit.

4 *Etiam ad vtrumque effectum.*

5 *Si-*

5 *Signatura commissio quamcumque dubietatem tollit.*
6 *Beneficium est maioribus qualitatibus prædita conferendum.*
7 *Beneficium Ecclesiæ inseruienti debet conferri.*
8 *Paupertas cæteris paribus beneficij prælationem comparat.*
9 *Beneficium obtinens, non habenti est postponendus.*
10 *Beneficia duo obtinere quis potest, si vnum non est sufficiens ad sustentationem.*
11 *Patroni inter plures approbatos præsentare possunt quem maluerint iuxta motum proprium Clement. Papæ VIII.*
12 *Præsentatio attentata non est attendenda.*
13 *Præsentatione attentata existente Rota arbitrium intrat, quæ digniori confert.*
14 *Litis mentio generalis præseruat gratiam à vitio subreptionis, sed non attenditur si præiudicat tertio.*
15 *Pontifex sub verborum inuolucro tertio præiudicare voluisse non censetur.*
16 *Clausula*, dummodo tempore datæ, &c. *ius tertij præseruat.*
17 *Clausula*, dummodo tempore datæ &c. *suffragatur tantùm habenti ius in re, vel ad rem.*
18 *Ius in re, vel ad rem arguitur, cùm beneficium certo generi personarum debetur.*
19 *ad Beneficij litigiosi titulum, quis ordinari non potest.*
20 *ad Beneficij litigiosi titulum ordinatus contra Episcopum agere potest, donec legitimum titulum fuerit assequutus.*
21 *Et pro necessarijs alimentis agere.*
22 *Beneficij incapax efficitur recurrens ad Iudices laicos.*
22 *Recursus ad Iudices laicos pro impediendis mandatorum Rotalium exequationibus beneficij adiudicationem impedit.*

DECISIO CCCI.

COnsit mandandam esse sententiam Rotalem controuersum beneficium Antonio Gospi adiudicantem vti iustam, & validam DD. censuerunt.

Validitas patet ex reuolutione Processus singula præse-
1 rentis, † quæ pro validitate desiderantur in *decis.* Caputaq.
2 160. *par.* 2. nihil refragante obiecto, † quod Antonius appellauerit à mala relatione examinatorum, à qua veluti à decreto interloqutorio appellatio quoad deuolutiuum tantùm admittitur, non autem quoad suspensiuum, nisi docto prius de grauamine per nouum examen, quod non Interuenit, Clem. *Appellant de appellat.* nam cùm verse-
3 mur in beneficijs simplicibus, † & ad examen processum fuerit iudicialiter præcedentibus edictis, & testium examine super patrimonialitate alijsque actibus, de quibus Rota coram Eminentissimo Ottbobono *decis.* 218. *num.* 2.
4 *&* 232. *num.* 1. *& seqq.* Vtique instè quoad vtrumque effectum per Antonium interposita fuit appellatio, Rot. coram san. mem. Greg. *decis.* 515. *num.* 2. ibique Add. *num.* 4. *& decis.* 538. *eodem num.* quæ loquuntur de huiusmodi beneficijs, idemque firmatum fuit in *Calaguritana beneficij* 24. *Ianuarij* 1652. *§. ex affixione coram R. P. D. meo Meltio.*

Eademque appellatio sanè est admittenda, dum per Signaturam causa in Rota simpliciter fuit commissa, quo casu
5 nec esset respiciendum grauamen, † cùm huiusmodi commissio tollat quamcumque dubietatem, vt in his terminis Rota *decis.* 66. *num.* 7. *coram Eminentissimo Ottbobono in Calaguritana beneficiorum* 17. *Februarij* 1648. *§. hinc sequitur vers. Et amplius coram bon. mem. Bichio, & in citata Calaguritana beneficij §. tantoque magis vers. præterea hoc ipsum coram R. P. D. meo Meltio.*

Iustitia verò oritur ex eo, quod dictus Antonius vltra
6 omnia requisita, de quibus in Clementino indolto cæteros oppositores, & præcipuè Iosephum ætate, Sacerdotio, exercitio curæ animarum, approbatione ad audiendas fidelium confessiones, & studio litterarum, in quo se exercuit in Ciuitate Pampilon. antecellit, quæ omnia fuerunt discussa, *& decisionibus approbata* 28. *Iunij* 1651. *coram Eminentiss. Ottbobono, quæ est decis.* 246. *inter eius impress. &* 10. *Febr.* 1650. *coram bon. mem. Peutingero.* Præterquam
quod prædictis qualitatibus hodie aliæ accedunt, † nem- 7
pè seruitium in eadem Ecclesia per Antonium præstitum, Rot. *in Calaguritana Beneficij de Morillo* 28. *Iun.* 1652. *§. respectu coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Calaguritana Benef.* 27. *Iun.* 1653. *§. denique facit coram Reuerendiss. D. meo*
Cerro Decano. Et paupertas, quæ eidem Antonio comparat 8
cæteris paribus prælationem, Lambert. *de iurepat. p.* 3. *lib.* 2. *art.* 3. *q.* 5. *princ.* Lar. *de annu.* & Cæppoll. *lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 13.

Nec officit quod Antonius aliam Capellaniam obtinue-
rit, ad cuius titulum sacros Ordines suscepit, † vt pro- 9
pterea postponendus sit Iosepho nullum beneficium habenti *iuxt. notat. in cap.* 11. *cùm de præb. in* 6. Quoniam potest
quis † retinere duo beneficia si vnum non sit sufficiens pro 10
sustentatione, vt trad. gloss. *verb. intitulatum in cap. dudum il* 2. *de elect.* Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de reform.* Rot. *in Calaguritana Benef.* 15. *Ian.* 1651. *§. fin. coram bon. mem. Bichio, & in Calag. benef. de Naro* 6. *Mart.* 1654. *§. ex hac ratione coram R. P. D. meo Priolo.*

Neque viget obiectum, quod beneficium debitum sit
Iosepho præsentato à Beneficiatis, qui † inter plures ap- 11
probatos ad curata præsentare possunt quem maluerint, iuxta sensum motus proprij Clem. VIII. nuperrimè declarati 13. *Iun. prox. præt. coram R. P. D. meo Meltio*, nulla habita ratione ætatis, vel aliarum qualitatum; siquidem
obiectum habet locum si præsentatio † non esset attentata; 12
at cùm ab attestatis excusari non valeat, vt in *dd. decisionib. Eminentiss. Ottbobono, & bon. mem. Peutinger.* non est
attendenda, † & intrat arbitrium Rotæ, quæ loco Bene- 13
ficiatorum, & Ordinarij beneficium confert digniori, vt respondendo firmatur *in Calaguritana benef. de Terbera* 26. *Feb.* 1652. *§. non obstat, quod Didacus coram bon. mem. Dunozetta, & in Calaguritana benef. de Ondatagiu* 28. *Maij præt. §. nec refert quod Ioannes coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano.*

Quemadmodum nec officit prouisio Apostolica Iosephi, quamuis enim à vitio subreptionis saluari prætendatur, ex quo fuit facta mentio generalis cuiuscumque litis cum suis
qualitatibus oppositione in Cancellaria exprimendis, † ni- 14
hilominus huiusmodi mentio generalis litis præseruat quidem gratiam à vitio subreptionis alias resultantis ex non facta mentione litis, sed non attenditur si præiudicet ter-
tio, vel tollatur ius † collitigantis, cui non censetur Sum- 15
mus Pontifex explicitè informatus sub verborum inuolucro præiudicare voluisse, Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 30. Rota *cum ibi adduct. in Calag. benef. de Longronno* 29. *Ian.* 1652. *§. non etiam coram R. P. D. meo Veraspio*, intercedente potissimè solita clausula, dummodo tempore † datæ præ- 16
sentium non fuerit alteri ius quæsitum, per quam nullum præiudicium iuribus Antonij afferre voluisse existimatur, Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 172. Rot. *dec.* 539. *n.* 4. *par.* 3. *rec. & in Calag. benef. de Molinar.* 17. *Nouemb.* 1651. *coram Reuerendissimo D. meo Cerro Decano §. non obstat cum seqq.*

Et nihil relenat si replicetur, † quod prædicta clausula 17
solùm suffragetur parti habenti ius in re, vel ad rem, non
autem simplici oppositori, vt est Antonius, qui nullum 18
ius habere dicitur, Rota coram Cassad. *decis.* 5. *de præbend.* & coram Seraph. *dec.* 341. *num.* 11. Quoniam ius Antonij in beneficio negari non potest, cùm illud debeatur certo generi personarum, quæ ex qualitatibus prælationem obtinere debent, vt in allegata *dec. bon. mem. Peuting. §. nec iuuat vers. minus vrget.*

Pariter nec facit quod Ioseph ordinatus fuerit ad titulum
huius beneficij, nam cùm esset litigiosum, vt ex supradi- 19
ctis, non potuit ille ad eius titulum ordinari; † & quatenus 20
ob deficientiam legitimi tituli, vel patrimonij mendicare cogeretur, agere posset contra Episcopum qui eum ordina-
uit, vt sibi necessaria alimenta præstet, donec legitimum 21
titulum fuerit assequutus, iuxta dispositionem text. *in cap. Episcopus, & cap. cum secundum Apostolum de præben.* Rot. *in Anglanen. Archipresbyterat.* 17. *Maij* 1652. *§. minus obstat in fin. coram R. P. D. meo Albergato.*

Præterea eidem Iosepho † obstant recursus ad Iudices 22
laicos pro impediendis mandatorum Rotalium exequutorialibus habiti, ob quos ipse prorsus efficitur incapax adiudicationis huius controuersi beneficij, Rota *in Calagu-*

Ilegurritana benef. della Casa della Reyna 27. Martij 1648 coram Reuerendiss. Terracinen. & in Calagurit. beneficij 10. Aprilis 1652. in fin. coram R. P. D. meo Melto, Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO,

Aueinonen. Transactionis.

Mercurij 23. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Filius legitimus præsumitur, maximè stante cohabitatione, & libero accessu viri ad vxorem, & communi reputatione filiationis; & quando concedatur remissoria ad melius probandum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis data releuantia articulorum non solet denegari.*

2 *Maritus cohabitans, & liberum ingressum ad eius vxorem habens filios ab ipso genitos creditur.*

3 *Filius ex marito potius, quàm ex adultero procreatus præsumitur.*

4 *Examinis iteratio denegatur, quando noui articuli continent idem, quod fuit expressum in alijs.*

5 *Examinis iteratio conceditur si deducta probatio meliùs explicet, id, quod fuit confusè probatum.*

6 *Et materia articulata est recens, ac diuersa, & ad alium finem.*

7 *Remissoria, data releuantia, ex sola calumnia suspicione, non denegatur.*

8 *Calumniæ præsumptio cessat cessante culpa.*

9 *Remissoria non impeditur ex scripturis, quæ non conuincunt contrariam probationem.*

10 *Materia cum non sit obiectiua, qualibet partium ad suam probationem admittitur.*

11 *Remissoria contra propriam confessionem non admittitur.*

12 *Filiationis probatio ex simplici tractatu, & reputatione patris in eius præiudicium non admittitur.*

13 *Remissoria stante fumo veritatis, & errore, non est deneganda.*

DECISIO CCCII.

Constare de filiatione Henrici à Labeone Berard pro consecutione alimentorum, & sumptuum litis in bonis Francisci Aui, & alterius Henrici patris dixit Rota die 28. Ianuarij 1647. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, idemque comprobauit pro rescissione transactionis initę per eumdem Henricum cum Francisco à Labeone super dictis bonis tanquam sibi præiudicialis, & læsiuę die 22. Iunij 1657. coram bon. mem. Dunozetto. Pendente autem causa coram me, Franciscus petijt remissoriam ad excluden. huiusmodi filiationem, & petitioni indulgendum esse Domini censuerunt.

1 Cùm in prophanis data releuantia articulorum etiam absque fumo veritatis nunquam soleat denegari, *iuxta decis.* Verall. 68. *num.* 1. *par.* 3. Put. *decis.* 324. *in fin. vers. quia eramus in materia prophana lib. 2. in correctis*, Mantic. *decis.* 374. *num.* 2. *vers. in prophanis autem, & seqq.* sa. mem. Greg. *decis.* 174. *num.* 2. *vers. & in prophanis*, Buratt. *decis.* 610. *sub num.* 1. *& in rec. decis.* 277. *& num.* 1. *& seqq. par.* 3. *& dec.* 633. *num.* 1. *& seqq. par.* 4.

Releuantia in proposito est euidens, cùm articuli dire-
2 cto, † & principaliter includant probationem cohabitationis, & liberi ingressus Nicolai Pogę viri ad Catharinam Carpagliam vxorem, illumque coarctent præcisè circa tempus conceptionis Henrici ad annum scilicet, antè illius natiuitatem, quæ probatur, & admodum est profutura
3 † ad pręsumendum, quod mulier Henricum ex Nicolao coniuge potius, quam ex adultero Henrico susceperit ad celebrem text. *in l. miles §. quidam, vers. defuncto ff. ad l. Iul. de adult.* Rota *in rec. decis.* 164. *num.* 1. *par.* 3. *cum alijs adductis in* 4. *decis. huius causa coram Emin. Corrado, §. neque prædictis obstat in fine, in Bonon. fideicommissi de Victorijs* 5. *Maij* 1655. *coram Reuerendissimo D. Zarato, §. quapropter, & in Romana alimentorum* 14. *Iunij* 1655. *coram R. P. D. meo Celso.*

Huiusmodi verò probatio liberi ingressus percutiens pręcisè tempus conceptionis non fuit in partibus articulata. In articulis enim tunc exhibitis solum deductum fuit matrimonium inter Nicolaum, & Catharinam nulla posita cohabitatione, vel accessu mariti ad vxorem de tempore conceptionis, in quo tota lis consistit, sed genericè, & confusè dumtaxat constante matrimonio, vndè licet iteratio examinis
† denegari soleat, quando noui articuli continent idem 4
quod fuit expresse in alijs, eoque magis post publicatas attestationes propter periculum subornationis, vt responsum fuit in *Tullen. matrimonij* 12. *Ianuarij* 1654. *coram R. P. D. meo Albergato, & in Placentina Decimarum* 24. *Ian.* 1656.
coram R. D. meo Decano. Conceditur tamen si deducta pro- 5
batio melius explicet, & magis exactè declaret id quod fuit genericè, & in confuso probatum, Abb. *in cap. fraternitatis num.* 9. *vers. nam qui probauit de testib.* Bellam. *dec.* 725. *de probat.* Rota *decis.* 715. *n.* 2. *par.* 3. *rec. dec.* 183. *in fin. par.* 4. *& dictum fuit in Vlixbonen. nullitatis professionis* 24. *Februarij* 1644. *corã Reueren. Carillo, in Camerinen. pensionis* 4. *Maii* 1640. *coram bo. me. Bichio, & in Anconitana pecuniaria* 13. *Maii* 1647. *§. tum quia in prima remissoria coram bo. me. Ar-*
guelles. Et facilius hic vbi materia articulata † non est eadem, 6
sed recens, ac diuersa, & ad alium finem plurimum solebant tem, vt supra dictum est, porrecta, vt dixit Rota coram Buratt. *decis.* 163. *n.* 3. *&* 6. *& decis.* 824. *num.* 3. *& seqq.* Mantic. *decis.* 314. *nu.* 5. *in Nonantulana vnionis* 24. *Nouembris* 1638. *cor. Reuerendissimo Carillo, in Vlixbonen. nullitatis professionis* 24. *Februarij* 1644. *coram eodem, in Hispalen. Decimarum* 26. *Iunii* 1647. *coram Eminentissimo Corrado, & in dec.* 81. *n.* 8. *coram Eminen. D. Card. Otthobono.*

Hinc cessat præsumptio calumniæ, quod materia articulata sit imaginaria, & conficta ad defatigan. Henricum, &
euertenda fundamenta decisionum, † data enim releuantia 7
ex hac sola suspicione, :emissoria non denegatur, vt sæpè inquit Rota, & signanter apud Co:e *decis.* 10. *num.* 7. *& decis.* 338. *num.* 2. *&* 3. & ita fuit resolutum in *Valentina Iuris sedendi* 15. *Martii* 1638. *§. nec releuat coram Cardinali Panzirolo.* Oblata verò probatio, quod non esset impeditus marito accessus ad vxorem tempore conceptionis Henrici in partibus à Francisco à Labeone deducta non fuit, quia ibi sententiam fauorabilem obtinuit absque alia vlteriori probatione. † Cessante propterea eius culpa, & negligentia, cessat quoque omnis præsumptio calumniæ, vt optimè consideratum fuit in *decis.* 462. *num.* 5. coram Reuerendissimo Vrgellen. & sa. me. Greg. *decis.* 276. *num.* 3. *& fuit ponderatum in Arcen. legitima* 3. *Iunii* 1656. *coram Me, §. quia placuit responsio.*

Non obstat, quod adsint contrariæ scripturæ, & proba-
tiones, dum † scripturæ huiusmodi non conuincunt conclu- 9
denter contrariam probationem, vt declarauit Rota *in Bonon. fideicommissi de Maluellis* 2. *Iunis* 1628. *coram Cardina-*
li Virili. Imò cùm materia † non sit obiectiua qualibet par- 10
tium admitti debet, ad faciendam suam probationem, vt ex earum concursu inspiciatur, quę melius probet suam intentionem, vt dixit Rota *decis.* 785. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. & in Melenitana indultorum Collegiata* 11. *April.* 1636. *coram Ren. Carillo.*

Nec refert, quod idem Franciscus fassus fuerit Henricum esse de familia à Labeone, & filium alterius Henrici in epistolis, & transactione, in qua cessionem bonorum fideicommissariorum Aui, & paternæ hæreditatis ab eo recepit, † quapropter contra propriam confessionem deneganda sit remissoria, quia cùm epistolæ non sint recognitæ, & transactio contineat pactum expressum, quod illam impugnans non valeat à se tueri confessionibus, ac enunciationis in ea
contentis, tales declarationes non possint † Henrico pro- 12
desse, & vlterius cùm processerint ex simplici tractatu, & reputatione alterius Henrici, elici non potest deliberata filiationis admissio in sui præiudicium, vt respondit Rota *in Bonon. Fideicommissi de Victorijs* 5. *May* 1655. *coram Reuerendissimo Zarate §. nihil facienda erat.* Quinimò cùm ex depositionibus Testium pro hac parte examinatorum super communi reputatione, quod Henricus sit filius Nicolai oriatur fumus veritatis in contrarium, &
error confitentis non debet ex hoc capite † denegari 13
re-

remissoria, iuxta *decis.* Putei *de dilat.* & responsum fuit in *decis.* 523. *num.* 4. coram san. mem. Gregor. *& in Romana locorum Montium 16. Nouembr. 1644. coram R. P. D. Verospio.*

Et ità petenti remissoriam concedendum esse vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana scut. 30. millium.

Mercurij 14. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Dõnatio inter viuos est irreuocabilis, accedente præsertim donatarij acceptatione, & obligatione Camer. quod idem procedit in facultate à tertio alicui concessa disponendi in morte.

SVMMARIVM.

1 *Disponendi certo modo facultas alicui concessa, non potest per subsequens Testamentum reuocari.*

2 *Fit irreuocabilis etiam si proueniat à tertio.*

3 *Donationis naturam assumunt cætera in donatione contenta.*

4 *Donans perpetuò, & irreuocabiliter omnia in donatione comprehensa obseruare tenetur.*

5 *Donationis reuocandæ facultas ex pacto expresso excluditur.*

6 *Donatio cum iuramento, etiam absenti facta reuocari non potest.*

7 *Bartoli doctrina in l. qui Roma §. Flauius ff. de verb. oblig. à Sac. Rot. non recipitur, & à DD. reprobatur.*

8 *Donatarij efficax obligatio oritur ex stipulatione Notarij mediante legitimo Procuratore.*

9 *Donationis pro validitate sufficit, quod fuerit à Notario stipulata pro omnibus, quorum interest.*

10 *Obligatio Cameralis cum clausula,* quorum interest, *etiam absentibus ius irreuocabile tribuit.*

11 *Donatio obligatione Camerali munita, & clausula,* quorum interest, *reuocari non potest.*

12 Bart. *doctrina in d. l. qui Roma non procedit, vbi interuenit Notarij stipulatio, & Cameralis obligatio.*

13 *Notarij stipulatio, & iuramentum acceptationis defectum supplent ad effectum irreuocabilitatis donationis.*

14 *Donationis acceptatio ex coniecturis, & præsumptionibus probatur.*

15 *Disponendi facultas simpliciter permissa reuocari potest.*

16 *Disponendi facultas concessa in tempus mortis exequi, & differri valet.*

17 Bald. *doctrina in cons. 377. n. 2. lib. 5. declaratur quando procedat.*

18 *Donatio in Testamento facta, legatum propriè dicitur.*

19 *Dispositionis substantia potiùs, quàm nomen attendi debet.*

20 Peregr. *cons. 76. numer. 18. lib. 1. quo casu loquatur.*

21 *Fideicommissum in donatione causa mortis ordinatam reuocari potest, secus autem in contractu.*

DECISIO CCCIII.

SAnctæ Domui Lauretanæ Vrbis inter viuos irreuocabiliter donauit bo. me. Io. Andreas Castellanus omnia bona sua præsentia, & futura exceptis scutis 500. sibi pro facultate testandi reseruatis cum oneribus tamen, & viriculis iniunctis, & primo, *Alla morte del Sig. Gio. Maria suo fratello gli dà facoltà, che possa liberamente disporre à fauore di chi ad esso piacerà, la somma di ducati 30. mil. li quali dalla santa Casa si possino dare, & consegnare de' medesimi beni donati Summ. præd. c. num. 1. in princ.* Sed in Testamento posteà condito supradictam facultatem disponendi ad scut. 10. mil. limitauit, casu quo Ioannes Maria eius frater sine filijs masculis decederet, vt in *Summ. Domus n. 20.* Verum quia idem Ioannes Maria in eius Testamento, & Codicillis de integra summa ad fauorem Patrum S. Mariæ supra Mineruam disposuit eorum *Summ. n. 2.* causa A.C.
de voto Rotæ commissa dubitaui, An Patribus scut. 30. mil.
debeantur, & deberi per dd. responsum fuit, † quia cùm ex 1
dicta facultate ius irreuocabile prædicto Io. Mariæ quæsitum
esset, in Testamento subsequenti illud reuocari non potuit, vt
per text. *in l. quoties 3. C. de donat. quæ sub mod. trad.* Bald.
in l. Seniam 3. num. 4. vers. si autem alius C. qui testam. fac.
poss. Et in proposito † de facultate concessa à tertio disponen- 2
di in morte quod nullatenus reuocari possit, Ias. *in l. cum proponas 161. num. 12. C. de pact.* Guilielm. de Benedict. *in cap.*
Raynutius par. 1. verb. condidit. il 1. num. 2. de testam. Me-
noch. *cons.* 68. *num.* 25. Hond. *cons.* 40. *num.* 64. *lib.* 1. Surd.
cons. 380. *num.* 25. Flor. de Mena in Add. ad Gamm. *dec.* 8.
fol. 21. *col.* 2. *vers. tametiam.* Præcipuè quia facultas erat
vestita donationis cohærentia, quemadmodum etiam † do- 3
natio erat irreuocabilis, eamdem naturam assumunt cætera
in donatione contenta, vt respondit Bald. *cons.* 270. *in fin.*
vers. breuiter dicen. est lib. 2.

Quod multò magis in præsenti procedere visum est, † quia 4
donans medio iuramento pluries promisit perpetuò, & irre-
uocabiliter obseruare non solùm quoad principalem dona-
tionem, sed etiam quoad cætera in eadem comprehensa
Summ. Patrum n. 1. litt. E. ibi, *Qua perpetua, & irreuoca-*
bile donatione con le conditioni, riserue, e pesi sudetti, e nel pre-
sente Instrumento contenuti il medesimo Monsignore Gio. An-
drea donatore promette, e si obliga, che sarà sempre buona, va-
lida, e ferma, & hauerla perpetuamente rata, grata, &c. &
eodem modo insinuata fuit donatio cum omnibus, & sin-
gulis in dicto Instrumento contentis *Sum. n.* 3. † Pactum au- 5
tem expressum efficit, vt facultas reuocandi omninò exclu-
datur, vt per Alex. *in l. stipulatio hoc modo concepta 161. n. 3.*
ff. de verb. oblig. Honded. *d. cons.* 40. *n.* 52. Peregr. *de fidei-*
com. art. 51. n. 31. vers. sed hoc rectè Fular. *& alios congerit*
de subst. q. 308. n. 76. & seq. Hodier. ad Surd. *dec.* 111. *n.* 12.
& iuramentum † par operatur, quod donatio etiam absenti 6
facta nullo modo reuocari possit, vt tradunt DD. congesti ab
Antonin. de Amat. *resolut.* 30. *nu.* 9. *par.* 1. & per Modern.
Eugubin. *controu.* 292. *n.* 8. Rota *dec.* 463. *n.* 3. *par.* 1. *rec. Ro-*
mana donationis 17. Decembris 1640. coram Reuerendissima
Tarraconen. sub §. nec in præsenti, & in Vrbeuetana restitu-
tionis dotis 17. Iunij coram bon. mem. Peutingerio sub §. 1.
in fin.

Non obstat doctrina Bart. *in l. qui Romæ* 122. *§. Flauius*
n. 1. ff. de verb. oblig. vbi quod dispositio facta ad fauorem
tertij, potest quandocumque retractari, † nec ius irreuoca- 7
bile acquiritur tertio. Nam quidquid sit de veritate huius opi-
nionis Bartoli, quam non esse tutam dixit Rota *dec.* 174. *n.* 22.
par. 6. *rec.* & illam expressè reprobant plures relati per Go-
mez *ad l. Tauri 40. n. 29. vers. sed circa prædicta, & n. 41.*
Larrea *dec. Granat.* 91. *n.* 5. per Carlin. *contr.* 158. *n.* 17. Ho-
dier. ad Surd. *dec.* 209. *alij per Informantes.*

Responsum fuit illam nullo modo hic applicari, quę funda-
tur in defectu acceptationis, quæ hic expressè concurrit,
nam donatio facta fuit cum onere, quod de bonis donatis te-
neretur S. Domus donataria scutor. 30. mil. soluere, vt suprà
dictum est, & donatio acceptata fuit à Stephano Torrecto
Procuratore specialiter ad hunc effectum à Congregatione S.
Domus deputato cum omnibus oneribus, & conditionibus
in ea contentis *Sum. Patrum in princ. & n. 1. litt. E. in fin.*
Et ideò cùm donatarius d. onus † mediante persona Procu- 8
ratoris acceptauerit solemni stipulatione Notarij interue-
niente, efficax obligatio donatarij & ius quæsitum Ioanni
Mariæ controuerti non potest, † cùm stipulatio Notarij pro 9
omnibus quorum interest ad hunc effectum sufficiat, Bald.
in l. cum à Socero 7. n. 7. vers. casu sibi C. de iur. dot. Soccin.
iun. *cons.* 118. *n.* 13. *lib.* 2. Altograd. *cons.* 37. *n.* 27. *& 36. lib.* 7.
Clar. *in §. donatio q. 13. sub n. 15. vers. dic ergo quod si quidem,*
Rota coram Seraph. *dec.* 427. & coram Pen. *dec.* 136. *vtro-*
bique n. 2. & in rec. dec. 428. & seq. par. 2. tom. 2. & dec. 37.
n. 6. par. 7.

Attenta maximè † obligatione Camerali continente clau- 10
sulam, *quorum interest*, per quam alijs etiam absentibus ius
irreuocabile acquiritur † ad effectum, vt non sit locus pœ- 11
nitentiæ, nec reuocationi donationis, vt per Rot. *d. dec.*
463. *n.* 12. *par.* 2. *rec.* post Zacch. *de oblig. Cam. dec.* 259. *n.* 19.
& dec. 270. n. 7. Romana donationis 31. Ianuarij 1648. coram
R. P. D. meo Verospio. † In istis autem præcisis terminis, 12
quod concurrente stipulatione Notarij, vel obligatione Ca-
merali prædicta Bart. doctr. locum non habere tradit Ias. *in*
eadem l. qui Roma 122. *num.* 19. *& seqq.* Roland. à Valle *cons.*
19. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 92. *num.* 79. Salon. de Pace *cons.* 26.

num.

num. 19. 20. 23. & seqq. Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 14. n. 11.* P. Molin. *de iust. & iur. tom. 2. disp. 265. sub num. 8. vers. quando vero*, Mant. *de tacit. lib. 13. tit. 48. num. 13.* Gratian. *discept. 305. num. 20. & seq.* vti de veriori Cancer. *var. resol. cap. 8. num. 52. vers. quam tamen par. 1*, Rota *d. dec. 37. n. 6. par. 2. recent.*

Necturbant Doctores in contrarium adducti asserentes,
13 † quod stipulatio Notarij, & iuramentum non supplet defectum acceptationis, quia illi habent dominium rei donatæ, non autem ad effectum irreuocabilitatis iuata distinctionem de qua re per Add. ad san. mem. Gregor. *decis. 97. sub n. 8. vers. & Rota sequitur*, Rota coram Buratto *dec. 773. num. 7.* post Zacch. *de oblig. Cam. dec. 189. num. 3. vers. nec releuare*, post Modern. Hispan. *in Laber. Credit. dec. 39. num. 23.* Et quatenus opus esset eiusdem Io. Mariæ scientia, & acceptatio concurreret, ea quo versamur in lucratiuis, & fauorabilibus, & in facultate concessa Fratri simul habitanti *Summ. Patrum n. 40.* agitur de ingenti summa, & de
14 Instrumento per acta † Iudicis insinuato, ex quibus coniecturis, & præsumptionibus acceptationem probari tradunt Rol. à Vall. *cons. 19. n. 34. & seq.* & plures relati per Modern. Eugubin. *d. contr. 292. num. 13.* Rota *dec. 553. sub num. 2. par. 4. rec.* & post Merlin. *de pignor. dec. 50. num. 25. & plur. seqq. & in d. Romana donationis coram R. P. D. Verospio.*

Hinc non refert, quod prædicta facultas concessa solum-
15 modo fuerit † tempore obitus Io. Mariæ, & quod simplicem permissionem contineat, quæ ab ipso concedente reuocari poterat, vt per Bald. *cons. 377. n. 2. lib. 5.* Quia io ordine ad tempus non indè legitur, quod ipso Io. Maria viuente potuerit reuocari, quia ius disponendi erat verè, & irreuo-
16 biliter quæsitum, † sed illius exercitium, & executio in tempus mortis dilata, quod fieri posse probarut ea text. *in l. vnica C. vt action. ab hered. & contr. hered.* Cancer. *var. resol. lib. 1. d. cap. 8. num. 215. & seq.* Vinc. de Franch. *dec. 436. num. 6.* respectu verò præmissionis vltrà cohærentiam con-
17 tractus irreuocabilis, † de quo supra Bald. loquitur in simplici mandato disponendi de sua natura reuocabili, & in donatione quæ non fuit acceptata, patet ex eo quod allegat doctrinam Bart. *in d. l. qui Romæ 122. §. Flauius n. 1.* Bald. contrarium affirmat expresè in *d. cons. 270. lib. 2.*

Minus refragatur, quod prædicta facultas disponendi dicatur, quoddam legatum vt contrahentes denominauerunt,
18 quod propterea vsque ad † mortem erat irreuocabile, quia vltra quod legatum propriè loquendo dici non potest, nisi donatio quæ Testamento relinquitur, iuxta diffinitionem Modestin. *in l. legatum 36. ff. de leg. 2.* Responsum fuit, quod
19 substantia dispositionis † quæ hic assumpsit naturam contractus irreuocabilis ob cohærentiam donationis, vt supra, potius quam nomen, seu appellatio partium debet attendi, vt in terminis legatarij Grat. *discept. 373. num. 75. vers. nec facit*, Mantic. *de tacit. lib. 3. cap. 3. n. 5.*
20 Et denique † Peregr. & Faber. in contrarium allegati applicantur. Ille enim *cons. 76. num. 18. lib. 1.* loquitur in casu quo bona de quibus à donante facta fuerat dispositio, sub donatione non comprehendebatur, & propterea de illis disponere poterat, Faber. autem loquitur in terminis fideicom-
21 missi in donatione causa mortis ordinati, † quod ideò reuocari poterat quamuis secùs sit, vbi fideicommissum in contractu factum fuisset, Surd. *cons. 247. num. 11.* Fusar. *de subst. q. 308. num. 88.* plenè Rota *in Bonon. fideicommissi 4. Maij 1648. §. reuocatio verò coram R. P. D. meo Celso confirmata 13. Iunij 1652. coram bo. me. Dunozetto, §. hinc sequitur.* Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Maioricen. Canonicatus.

Mercurij 23. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Causa commissa in Rota cum clausula, *Parito litteris Apostolicis arbitrio Rotæ*, qualiter sit intelligendum tale arbitrium. Beneficium dicitur vacare ob nullitatem electionis. Testes vt dicantur probare consuetudinem, qualiter deponere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ sunt exequendæ, si sint iustificatæ.*
2 *Beneficium dicitur vacare ob inualiditatem electionis, & collationem indè factam.*
3 *Votum vnum est sufficiens, vt quis habeat vltrà aduersarium ad effectum, vt maiorem partem votorum pro se habuisse dicatur.*
4 *Canonicorum vota, quando non sunt valida, non faciunt numerum.*
5 *Votum Episcopi in electionibus, an sit validius quàm votum Canonicorum.*
6 *Testes non probant consuetudinem, si ingenuè fateantur, nunquam euenisse talem casum.*
7 *Testes, vt probent consuetudinem debent deponere in casu præciso, de quo agitur.*
Quod multò magis procedit, stante diuersitate rationis in vtroque casu, num. 7.
8 *Consuetudo, cùm sit stricti iuris, attenditur tantùm in casu de quo agitur.*
9 *Consuetudo non extenditur de vno loco ad alium.*
Consuetudo vnius Ecclesiæ non extenditur ad aliam, n. 9.
10 *Testes deponentes de proprio ipsorum iudicio, & credulitate, nullum gradum probationis faciunt.*
11 *Testes deponentes de proprio iudicio non probant, quamuis affirment id pro certo tenere.*
12 *Verba vniuersalia generaliter sunt intelligenda.*
13 *in Consuetudinis materia requiritur specialis, & indiuidua probatio eiusdem casus, nec admittitur probatio generalis.*
14 *in Consuetudine probanda quando admittatur causa vniuersalis, & quando non.*
15 *Præscriptum dicitur tantum, quantum possessum.*
17 *Episcopus consideratus in Capitulo vti Prælatus, nullum habet votum decisiuum, consideratus verò vti Canonicus habet tantùm vnum votum, sicuti cæteri Canonici.*
18 *Consuetudo, vt validè dicatur introducta, requiritur actuum frequentia.*
19 *Quadragenaria possessio requiritur ad effectum, vt admittatur ius Capitulo, & detur Episcopo.*
20 *Possessio nec quadragenaria, nec decennalis, quando non dicatur iustificata.*
21 *Consuetudo, vt dicatur iustificata, necesse est probatio plurium actuum effectuatorum, cùm vnicus actus non sufficiat.*

DECISIO CCCIV.

CVm clausula, *Parita litteris arbitrio Rotæ*, commissa Mihi fuit causa appellationis interpositæ à sententia Rotali declarante litteras Apostolicas Ioannis de Togores vti iustificatas esse exequendas, & proposito hodiè dubio responsum fuit, non intrare arbitrium pro retardatione, † quia 1
litteræ Apostolicæ sunt exequendæ si probentur iustificatæ, vt in his terminis dictum fuit in *Sorana beneficij 26. Iunij 1651. coram Eminentiss. D. Cardin. Ottobono inter eius impressas dec. 262. num. 1. & 2. in Dertonen. Prioratus 22. Maij 1656. coram R. P. D. meo Verospio §. 1.*

Omissis enim alijs, quæ non reuocantur in dubium, † iu- 2
stificata omninò iterum visa fuit narratiua vacationis ob inualiditatem electionis, & collationis factæ ad fauorem Didaci Desclapes in concursu Francisci Olezæ, ex quo Franciscus electus fuerat à maiori parte, aut saltem à medietate, Didacus verò à medietate tantùm, aut à minori parte. Cùm enim ex decem, & nouem votis, decem fuerint ad fauorem Francisci, alia verò nouem pro Didaco, Franciscus à maiori par-
te apparet electus; & quatenus ex dictis decem deleri debeat 3
votum Canonici † Gabrielis Collob non seruatam formam *cap. penult. §. fin. de elect. in 6.* Vota remanent paria, atque vterque electus à medietate, & sic collatio facta fauore Di-
daci in paritate † votorum est inualida, vt Ioannes Papæ 4
narrauit, *cap. Cumana, cap. in Genesi, & cap. Ecclesia vestra de elect.* vbi Abb. *n. 13. post medium, vers. si autem omnia.*

Non obstat, quod inter vota Didaci adesset illud Episcopi, quod ex † consuetudine tam huius Ecclesiæ, quàm aliarum Regni Hispaniarum, qualificatum est, & ponderosius, cæterisque in paritate præualet.

Quia

Quia Testes ad hunc effectum examinati licet specificent
nonnullos alios actus electionis Officialium, & Ministro-
rum Capituli, omnes tamen vno ore ingenuè fatentur in
6 Ecclesia Maioricen. † nunquam euenisse casum electionis
Canonici in paritate votorum præter controuersum *Sum.*
Ioannis n. 1. Ideò non concludunt consuetudinem, quæ suf-
7 fragetur, cùm in indiuiduo casus, † de quo agitur, proba-
ri debeat, præsertim concurrente diuersitate rationis de vno
casu ad alium, vt optimè pluribus allegatis firmatur in se-
cunda decisione huius causæ coram *R. P. D. meo Meltio* 25.
Iun. prædicti, §. *deficiunt in proposito cum duob. seq. quibus ad-*
di possunt dec. 799. *n.* 3. *par.* 1. *diuers.* & coram Card. Caual.
dec. 172. *num.* 5. *& dec.* 205. *num.* 8. Consuetudo enim tam-
8 quam stricti Iuris attenditur † solùm in casu in quo seruata
fuit, *l. quod non ratione ff. de leg.* Natt. *cons.* 46. *n.* 2. Soccin.
inn. *cons.* 101. *n.* 13. *lib.* 2. Card. Mantic. *dec.* 56. *nu.* 7. *&* 8.
Card. Seraph. *dec.* 326. *n.* 2. Rot. *in Messanen. Decanatus*
27. *Maij* 1641. *coram bon. mem. Dunozetto*, §. *nec relevant*
9 *opiniones*; Neque extenditur de loco † ad locum (esto quod
probaretur in alijs Ecclesijs similem consuetudinem vigere)
Card. Seraph. *dec.* 1159. *n.* 1. Rota *in rec. dec.* 274. *n.* 20. *par.* 7.

Et quamuis nonnulli ex dictis Testibus subdant ab eis ha-
bitum fuisse pro certo, & indubitato assertam consuetudi-
nem huius Ecclesiæ procedere quoque in electionibus Ca-
10 nonicorum. † Attamen cùm id simpliciter dicant de pro-
prio ipsorum iudicio, & credulitate, nullum gradum pro-
11 bationis faciunt, etiam si affirment † illud habere pro certo,
Ias. *in rubr. ff. de iur. iuran. num.* 2. Cæs. de Graff. *dec.* 76.
alias 7. *num.* 2. *de Testib.* Buratt. *dec.* 599. *n.* 12. Rota *in rec.*

12 Nec releuat, quod per verba vniuersalia generaliter † de-
ponant de actibus Capitularibus, & propterea sub huiusmo-
di causa vniuersali omnes casus includantur.

Quia præterquod in materia consuetudinis requiritur spe-
13 cialis, † & indiuidua probatio eiusdem casus, nec admitti-
tur generalis, vt dixit Rota *dicta dec.* 799. *n.* 3. *par.* 1. *diuers.*
coram Card. Caual. *d. dec.* 172. *n.* 5. *& in rec. dec.* 422. *n.* 13.
par. 1. Tunc demum causa vniuersalis suffragatur, quando
14 desuper concurrit iuris assistentia, † secùs autem si ius non
assistat, vel faueat alteri, tunc enim quasi possessio non ex-
tenditur de casu ad casum, & tantum dicitur præscriptum
15 † quantum possessum, vt notat Abb. *in cap.* 1. *sub n.* 3. *vers.*
dicit enim de Religios. domib. Gabr. *de præscript. concl.* 2. *n.* 22.
Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 22. Posth. *de manut.*
obseruat. 73. *n.* 178. Put. *dec.* 301. *n.* 1. *lib.* 2. *in correct.* Rota
in rec. dec. 416. *n.* 2. *vers. quia cum Rectori par.* 2. & coram
bo. me. Coccin. *dec.* 497. *n.* 1. *&* 2. cum alijs per Adden. ad
Greg. *dec.* 557. *n.* 12. *vers. secundo non procedit*; Nec con-
tradicit *dec.* 809. *bo. me. Buratt.* nam in suo casu ius assiste-
16 bat Priori ob particularia statuta illius Ecclesiæ, † in quibus
clarissimè cauebatur, quod in quocumque negotio capitu-
lari si vota essent paria, præualere deberent illa, in quibus
votauit Prior, vt habetur sub *num.* 3. *& per totam*. In pro-
posito autem non extantibus huiusmodi statutis in rebus
17 pertinentibus ad Capitulum † Episcopus tamquam Prælatus
nullum habet votum decisiuum, consideratus verò tam-
quam Canonicus de iure vnius dumtaxat vocis suffragium
(prout quilibet ex Canonicis) obtinet, vt latè probatur in
prima *decis.* 27. *Maij* 1656. §. *præterea*, *& in* 2. §. *etiam de*
iure.

Indeque deficit etiam aliud requisitum pro inducenda
consuetudine necessarium, nempè frequentia actus cum
18 temporis diuturnitate, nam aut requiritur † quadragena-
ria, ex quo eius vigore adimitur ius Capitulo, & datur Epis-
copo, vt firmatur in decisionibus, & tradunt Gara. *de benef.*
par. 5. *cap.* 4. *n.* 39. *cum seqq.* & Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 21.
19 *n.* 46. Aut saltem decennalis, † vt contendebant informan-
tes pro Didaco, & dixit Rota *in Mediolanen. substentationis*
libri 26. *Ianuarij* 1647. *coram Reuerendiss. D. Terracinen.* §.
cum statuto. Certum est, quod nec quadragenaria, nec de-
cennalis iustificatur in specie casus controuersi, dum Testes
20 non deponunt † de actu electionis Canonicorum in parita-
te votorum cum prælatione illius, cuius fauore Episcopus
dedit suffragium, & tamen necessaria est iustificatio plurium
actuum effectuatorum ad effectum inducendi consuetudi-
21 nem † cùm vnicus non sufficiat, vt dictum fuit in *Interamnen.*
Mercod. 15. *Maij* 1645. *coram bon. mem. Peuting.* §. *neque*
alia consuetudo vers. neque exemplum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 28. *Ianuarij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Beneficia non sunt conferenda diffamatis, & inquisitis, licèt aliàs dignioribus ratione scandali, & sola diffamatio, quæ etiam ex testibus probatur, beneficij assecutionem impedit.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria ob articulorum irrelevantiam denegatur, &*
num. 14.
2 *Beneficium de simonia inquisito, etiam maioribus qualita-*
tibus prædito non est adiudicandum.
3 *Remissoria inutilis, & frustratoria non conceditur.*
4 *Remissoria negatiuam coarctatam continere debet, & con-*
tra testium depositiones non relaxatur.
5 *Diffamatio a persona maleuola orta non debet at-*
tendi.
6 *Diffamatio sola sufficit pro exclusione ab obtinendo be-*
neficio.
7 *Remissoria contraria probationibus, & Sac. Rot. resolu-*
tionibus nunquam conceditur.
8 *Probationem genericam specialis conuincit.*
9 *Præsumptio in genere specialem non tollit.*
10 *Diffamatio data inquisitione, & captura, præsu-*
mitur.
11 *Diffamationis præsumptio ex testium depositione con-*
surgit.
12 *Testis depositio de confessione extraiudiciali contrarijs*
quibuscumque præferri debet.
13 *Diffamationis macula difficile abstergitur.*
15 *Remissoria in beneficialibus non conceditur absque fumo*
veritatis, & materia articulata releuantia.

D E C I S I O CCCV.

DEnegarunt DD. remissoriam Antonio de Goiri ob ir-
releuantiam articulorum, quæ satis est euidens respe-
ctu primi articuli continentis nobilitatem, bonos mores, &
virtutes illius, licet enim propter huiusmodi, & alias qua-
litates in concursu Ignatij de Arbolancha ad beneficium con- 1
trouersum præferri debuisset; tamen eidem † tanquam de
simonia denunciato, & inquisito adiudicandum non esse re- 2
solutum fuit *in decisionibus huius causæ* 5. *Iulij* 1655. *&* 15.
Maij 1656. *coram bo. me. Bichio*, *&* 18. *Ian.* 1657. *coram R.*
P. D. meo Beuilaqua, vndè cùm hæc futura probatio non ex-
cludat diffamationem simoniæ, concedenda non est † re- 3
missoria, cùm sit inutilis, & frustratoria probatio, *l. ad pro-*
bationem, *C. de probat.* Caputaq. *dec.* 66. *par.* 3. Greg. *dec.*
184. *n.* 3. *&* 4. Caual. *dec.* 87. *num.* 4. *& dec.* 216.

Clarior est respectu secundi præsumptionem innocentiæ
præseferentis, ex eo, quod Antonius nunquam aliàs fuerit
inquisitus, & à participatione huius criminis alienus fuerit
reputatus, † quia cùm in contrarium vigeant plurium Te- 4
stium depositiones, inquisitiones, & illius carceratio, ac in-
super compilato processu fuerit lata sententia, in vanum pe-
tendo remissoriam contendit negatiuam suæ diffamationis
coarctare, vt opus esset, Rota coram san. mem. Greg. *decis.*
325. *n.* 5. *&* 573. *num.* 2. *par.* 1. *& dec.* 54. *num.* 15. *par.* 4.
tom. 2. *rec.* apud Merlin. *dec.* 77. *num.* 5. *& in Mediolanen.*
substentationis libri 30. *Maij* 1650. *coram bon. mem. Du-*
nozetto.

Irreleuantia tertij articuli euitari non potest, supponen-
do rumorem huiusmodi simoniæ sparsum fuisse à Ioanne
Ventura fratre Iosephi alterius oppositoris, eò quia nequie-
rit recuperare ab Antonio pecunias, quas vni ex Examina-
toribus pro fratris approbatione persoluerat, vt proindè
† cùm diffamatio ortum habuerit à persona maleuola at-
tendi non debeat; quia hic articulus improbabilis est.
Imò redditur impossibilis ex prædictis Testibus depo-
nentibus etiam de publica voce, & fama ex inquisitioni-
bus fratris ab Ordinario, & Nuncio Apostolico ad instantiā

Exa-

Examinatorum Synodalium, cum subsequura Antonij carceratione, & ex scientia, quæ ad diffamationem illius manifestè concludunt; maximè hic vbi non agitur de priuatione beneficij iam acquisiti, sed de beneficio acquiten-
6 do, quo casu † sola diffamatio satis est absque alia concludentiori simoniæ probatione propter scandalum, quod aliàs oriri posset, si diffamatus promoueretur, vt optimè distinxit Rota *in decisionibus relatis coram bo. me. Bichio,*
7 *& R. P. D. meo Beuilaqua.* Quapropter † cùm adsint probationes contrariæ, totque Rotæ resolutiones nunquam conceditur remissoria, vt dictum fuit *in Meleuitana Indultorum Collegiata* 10. *Aprilis* 1636. *coram Reuerendissimo Compostellano, & in Ianuen. pecuniaria* 27. *Iunij* 1642. coram bon. me. Dunozetto san. me. Greg. *dec.* 211. *num.* 6. Reuerendissimo Vrgellen. *decis.* 214. *num.* 9. cum alijs relatis *decis.* 36. *n.* 5. *coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Inutilis est quartus includens in genere bonam famam Antonij apud graues, & prouidos viros, cùm improba, & mala super eius diffamatione adsit in specie, quæ debet
8 præualere, † cùm probationem genericam specialis con-
9 uincat, & præsumptio in genere illam † in specie non tollat, ad not. per Innoc. *in cap. Auditis de præscript.* & Bald. *in l. sine possidetis C. de probat.* Alex. *cons.* 77. *num.* 6. Rota *decis.* 572. *n.* 6. *par.* 2. *rec.*

Nihil referente, quod non constiterit de diffamatione
10 ab honestis, & grauibus viris, † quia vltra quod data inquisitione, & denunciata captura, diffamatio præsumitur, qua licet non sit nota delicti, tamen est nota impedimenti ratione scandali, quod inquisitus præbiturus esset si benefi-
11 cium assequeretur † ex Testibus pluribus in locis, nempè coram Ordinario, & Nuncio Apostolico examinatis vehemens consurgit præsumptio diffamationis, cùm præcipuè sextus, qui est Eques S. Iacobi attestatur de confessione extraiudiciali ipsius Antonij, à quo etiam cæterorum de-
12 positiones roborantur, † adeout quibuscumque alijs contrarijs præferri debeant, Butr. *in cap. cum sit prope fin. de Testib.* Rot. *dec.* 265. *num.* 9. *par.* 2. *recen.* san. mem. Gregor. *decis.* 367. *num.* 3. vbi Add. *numer.* 8. Buratt. *decis. pariter* 367. *n.* 5. ibique & Add. *n.* 3.

Vltimus, quod sententia absolutoria Antonij lata ab Ordinario in iudicio criminali fuerit ex capite eius innocentiæ, quamuis illum in expensis condemnet, cæteris est irreleuantior. Quia etiam si probaretur, quod inquisitus per sententiam absolutus de consuetudine illarum partium in expensis processalibus condemnari soleat; tamen ad ab-
13 stergendam † maculam diffamationis non releuatet, cùm ex ea non liqueat Antonium fuisse per calumniam de tali crimine denunciatum, sed lata fuerit super non iustificatione delicti ex hactenus tunc deductis, adeout sicuti nouis superuenientibus probationibus posset vlterius vexari ob remanentem maculam ex priori inquisitione contractam. Ita & assecutione beneficij in concursu hanc notam non habentis arceri debeat, vt responsum fuit in supradictis resolutionibus huius causæ.

14 Data itaque articulorum irreleuantia neutiquam remissoria concedi potest, vt perpetuo seruauit Rota signanter coram Put. *decis.* 643. *lib.* 3. Caual. *decis.* 268. *num.* 1. *in Sancti Angeli Lombardorum* 26. *Aprilis* 1641. *coram Cardinali Panzirolo in Meleuitana hæreditatis* 16. *Maij* 1642. *coram bo. me. Dunozetto, & in Salisburgen. iurisdictionis* 3. *Decembris* 1655. *coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Eo fa-
15 ciliùs vbi (prout hic) causa est beneficialis, † in qua copulatiuè requiritur summa veritatis, & releuantia materiæ articulatæ, apud san. mem. Gregor. *decis.* 562. *num.* 4. Buratt. *decis.* 273. *numer.* 6. *& in Meleuitana Commenda de Vaours* 14. *Februarij* 1650. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita denegandam esse remissoriam vtraque parte informante responsum fuit &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana, seu Vrbeuetana successionis.

Luna 28. *Ianuarij* 1658.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca quibus verbis, & coniecturis appareat pariformiter inter omnes à testatore vocatos inducta etiam fœminas, hìc expresſè docetur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina, ad effectum inducendi earum vocationem, sufficit, quod fuerint in conditione posita.*
2 *Statutum Vrbis fœminarum exclusiuum procedit in hæreditatibus ab intestato, aut in testamento statuto conforme.*
3 *Fœmina in testamento vocata non prohibentur à statuto in fideicommisso succedere.*
4 *Substitutio reciproca tam filios primi gradus, quàm alios descendentes comprehendit.*
5 *Dictio,* necnon, *copulat, & omnes qualitates præcedentes repetit.*
6 *Substitutio reciproca censetur repetita, ac si expressè omnes vocati fuissent inter se reciprocè substituti.*
7 *Substitutio sub vnica verborum structura comprehensa, reciproca inter omnes inducta censetur, & numere 23.*
8 *Substitutio reciproca inter personas eiusdem lineæ faciliùs inducitur, quàm de linea in lineam.*
9 *Substitutio reciproca inter primos institutos ordinata, non censetur inter alios descendentes repetita.*
10 *Substitutionem reciprocam inter omnes inductam colligitur ex testamenti circumstantijs, & coniecturis.*
11 *Vocatione actiua supposita faciliùs infertur ad passiuam.*
12 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum ex verbis tractum temporis successiuum importantibus inductum censetur.*
13 *Fideicommissum ex alienationis prohibitione à certa causa vestita inducitur.*
14 *Fideicommissum reciprocum absque successione de manu in manum fieri non potest.*
15 *Alienationis prohibitio nuda fideicommissum non importat, secus ratione vestita.*
16 *Verba,* semper, *nullo vnquam tempore perpetuitatem important.*
17 *Fideicommissum perpetuum ex alienationis prohibitione nullo casu restricta inducitur.*
18 *Fideicommissum simplex quo casu inductum censeatur.*
19 *Successionis priuatio in casu delicti vocationem, & grauamen importat.*
20 *Fideicommissum in casu delicti non extenditur ad casum obitus.*
21 *ex Fideicommisso in casu delicti potest deduci interpretatio.*
22 *Substitutio reciproca faciliùs inter descendentes, & testatoris prædilectos inducta censetur.*

DECISIO CCCVI.

Licinia inter quatuor filios ex duplici matrimonio procreatos, & æquis portionibus institutos, Liuiam nempè, & Iuliam ex primo, Franciscum, & Octauium ex secundo substitutionem ordinauit his verbis: *Quibus quandocumque decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus, seu eorum aliquo, vnumquemque ipsorum, & alterum alteri ad inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, nec non nepotes, pronepotes, ac descendentes, & successores quoscumque substituit.* Ex Liuia nati sunt Nicolaus, & Catharina, & ex Nicolao Barbara, quæ post Patrem defuncta, illius hæres mediante persona matris fuit Hercules Missinus, inter quem, & Catharinam orta quæstione dubitaui, An constaret de fideicommisso Liciniæ purificato ad fauorem Catharinæ, & affirmatiuè responsum fuit. Quia respectu portionis, quæ illi per obitum Liuiæ matris obuenit, non cadit controuersia, ex quo ipsa tanquam neptis Testatricis in prædicta substitutione nepotum, & pronepotum literaliter continetur, vt infrà, † & semper 1
sufficeret positam fuisse in conditione ad effectum inducendi eius vocationem vigore *Statuti Vrbis lib.* 1. *cap.* 142. vt per Gabr. *cons.* 115. *n.* 11. *lib.* 1. Rota coram san. mem. Gregor. *decis.* 575. *n.* 1. vbi Add. *n.* 10. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono *decis.* 112. *num.* 4. *Romana fideicommissi de Zephiris* 4. *Iulij* 1646. *coram bo. mem. Bichio* §. *quod omnes, & in Romana, seu Sabinen. fideicommissi* 22. *Maij* 1656. §. *extincta de anno, & in Romana fideicommissi de Capogallis* 18. *Iun.* 1657. §. *respectu siquidem coram bo. me. Dunozetto.*

Non obstante alio statuto exclusiuo fœminarum in con-
2 cursu cum masculis, quia procedit † tantummodo in hære-
ditatibus ab intestato, aut vbi Testamentum est conforme
Statuto, secus quando Testator, vt in præsenti, fœminas,
3 simul, & masculos ad hæreditatem vocauit, † tunc enim
non prohibetur à Statuto fœmina quando ex testamento re-
lictum capere, aut in fideicommisso succedere possit, Paul.
de Castr. cons. 52. sub nu. 2. vers. cum vero lib. 1. Curt. sen.
cons. 37. num. 17. Surd. cons. 185. nu. 20. Rot. coram san. me.
Gregor. decis. 358. num. 1. ibique Add. num. 6. Butatr. decis.
262. nu. 14. in recen. decis. 110. n. 9. decis. 175. n. 2. par. 7. Spole-
tana bonorum 12. Aprilis 1646. §. quia præterquod coram Emi-
nentissimo D. Card. Corrado, Eugubina fideicommissi 26. No-
uembr. 1649. §. Minus obstat, & 2. Maij 1650. §. minus re-
fert coram bo. me. Dunozetto, cum cæteris in Romana fideicom-
missi de Pedionis 14. Iunij 1656. §. prætensio vero coram R. P.
D. meo Celso.

Quo verò ad portionem, in qua Nicolaus frater succes-
4 serat, pariter debita esse Catherinæ dictum fuit, † vigo-
re substitutionis reciprocæ in verbis suprascriptis conceptæ,
quæ cùm tam filios primi gradus, quàm alios descendentes
5 comprehendat, coniunctos per dictionem, † necnon, quæ
vim copulatiuam habet, & omnes qualitates præcedentes re-
petit, vt per Neuizan. cons. 72. n. 14. Barbos. dict. 209. Gonzal.
ad reg. 8. gloss. §. 7. n. 78. Rota coram Cæs. de Grass. decis. 1. nu.
5. de reb. Eccles. non alien. dec. 791. n. 1. par. 1. diu. & in Casa-
rangastana Territorij 28. Nouembris 1603. coram Pen. Inter
6 omnes descendentes † reciproca censetur repetita eodem
modo, ac si expressè Testatrix omnes vocatos inter se
reciprocè substituisset, vt per Altograd. cons. 54. num. 4.
lib. 1. & resolutum fuit in Beneuentana successionis 13. Mar-
7 tij 1654. coram bo. mem. Bichio §. quæ omnia, † quia cum
in eodem periodo, & sub vnica verborum structura tam
filios primi gradus, quam alios Licinia substituerit, ex vi
verbi vnius communis omnibus copulatis, inducta inter
omnes pariformiter reciproca censetur, vt in specie res-
pondit Menoch. cons. 575. sub nu. 11. vers. vocauit itaque lib.
6. Peregr. cons. 151. sub nu. 21. ad med. vers. Et vbi in eadem
oratione lib. 5. Fusar. de substit. q. 472. num. 43. Peregrin. Ca-
ualcan. decis. 15. nu. 3. & seqq. par. 3. cum pluribus per Rot.
in Romana fideicomm. de Maximis 28. Ian. 1649. §. nec ob-
stare visum fuit coram Eminentissimo D. Card. Otthobono
decis. 97. nu. 12. & seq. & Terracinen. fideicomm. de Pilor-
cis 15. Maij 1648. §. coniecturæ autem coram Reuerendissimo
Terracinen. & in d. Beneuentana successionis vbi suprà.
8 Quod facilius fuit admissum, † quia agitur de reciproca
inter personas eiusdem lineæ, & Colonnelli, quo casu le-
uiores probationes sufficiunt, quidquid dicendum esset si
inducenda esset reciproca de linea ad lineam, vt declarat
post alios Reuerendissimus Eugubinus decis. for. Eccles.
152. num. 29. lib. 2.

Opposita in contrarium regula quod exactiua vocatio-
de filiorum non possit inferri ad passiuam, & ad fideicom-
9 missum illis iniunctum. Quodque reciproca † substitutio in-
ter primos institutos ordinata, non censeatur inter alios
descendentes repetita, vt per Peregr. de fideic. art. 13. nu.
90. Rot. in Florentina, seu Bononien. de Barbadoris 25. Iun.
1640. coram bo. me. Coccino.
10 Non habet locum † quando ex circumstantijs facti, &
legitimis coniecturis constat Testatorem fideicommissum
absolutum inter omnes descendentes ordinare voluisse,
tunc enim inter eos grauamen, & reciproca censetur indu-
cta, Crauett. cons. 130. sub n. 6. vers. tertio considero, Socc.
iun. cons. 110. sub nu. 39. vers. qui etiam lib. 3. Mant. de co-
niect. lib. 7. tit. 5. nu. 15. vers. ex coniect. Peregr. cons. 54. n. 13.
& 14. lib. 1. Altogr. cons. 92. n. 3. lib. 2. Rot. dec. 181. sub n. 5.
vers. & ex hac responsione par. 1. recen. Vrbeuetana fideicom.
coram Merl. dec. 360. sub nu. 4. & coram Eminentissimo D.
Card. Otthobono dec. 97. n. 17. & decis. 113. n. 9. d. Romana
fideicomm. de Zephiris 8. Febr. 1647. coram bo. me. Bichio §.
quarto ponderandum in fine, & in Romana fideicommiss. de
Mutis 15. Ian. 1648. §. fin. vers. Et quatenus etiam coram R.
P. D. meo Meltio, & in d. Terracinen. fideicommissi de Pi-
lorcis sub §. vltimo, & ex hoc in fin. coram Reuerendiss. Ter-
racinen. Præcipuè, quia non sumus in dubio, An positi in
conditione fuerint vocati stante statuto Vrbis, de quo suprà,
11 quo casu † supposita vocatione actiua, negari non potest
quin facilius inferatur ad passiuam, eaque leuioribus conie-
cturis, & præsumptionibus iustificetur, prout arguunt Dec.
cons. 270. sub n. 4. in fin. vers. non obstat, quod substitutio, Me-
noch. cons. 220. n. 16. & alij per Rot. in Romana fideicomm.
de Maximis 5. Martij 1638. sub §. ex verbis autem, & §. quo-
niam negari coram bo. me. Pirouano confirmata 14. Martij
1653. coram Reuerendissimo D. meo Decano §. parteterque
subsistit.

Quæ quidem coniecturæ hic non desunt; Non enim
Testatrix quatuor filios, de quibus supra simpliciter insti-
tuit, & substituit, sed etiam nepotes, pronepotes, descen-
dentes, & successores quoscumque, † ex quibus verbis tra- 12
ctum temporis successiuum importantibus, perpetuum, &
absolutum fideicommissum censetur inductum, Ripa in l.
ex facto 17. §. si quis ita n. 6. ff. ad Trebell. cons. 1071. n. 7. Dec.
cons. 28. n. 18. & 19. lib. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 15.
Fusar. de substit. q. 392. n. 51. & 56. Cyriac. contr. 552. nu. 128.
Surd. dec. 346. n. 21. vers. 2. Rot. coram Seraph. dec. 939. n. 5.
& decis. 93. nu. 3. par. 1. recen. Bononien. fideicommissi de Bolo-
gninis 29. Nouembris 1644. coram Reuerendissimo Terraci-
nen. §. resolutio difficultatis, Perusina fideicommissi de Ponta-
nis 20. Aprilis 1646. coram bo. me. Peuting. §. limitatur tamen
Romana fideicommissi 21. Ian. 1652. sub §. 1. coram R. P. D.
meo Verospio, Bononien. primogenit. 1. Iulij 1654. coram bon.
me. Bichio sub §. quoties Testator.

Vlterius eadem Licinia ordinauit, quod hæredes ab ipsa
instituti, & alij successores quicumque nullo vnquam 13
tempore possint bona obligare, hypothecare, vel aliena-
re, alienationis vocabulo etiam latissimè sumpto, & con-
trauenientes cadant à commodo suæ hæreditatis, in qua
illi qui non contrauenerint succedere debeant, ex qua sola
prohibitione vestita à certa causa inductum esse fideicom-
missum etiam in casu mortis, voluit Dec. cons. 23. & num.
2. & 4. Curt. iun. cons. 114. nu. 16. Menoch. cons. 1152. num.
25. Giouagnon. cons. 36. n. 24. lib. 2. Fusar. cons. 114. nu. 15. &
adduct. per Modern. Eugub. controu. 194. n. Rota decis. 10. &
11. per totum, & dec. 341. sub n. 13. par. 1. recent. plenè in Ro-
mana fideicomm. de Incoronatis 19. Maij 1638. §. 5. diceba-
tur coram bon. me. Card. Panzirolo, & in Romana fideicom-
missi de Alicornis 3. Iun. 1650. coram bo. me. Dunozett. §. non
obstat, quod dicatur, & sine difficultate in isto casu vbi Te-
statrix subsequenter ordinauit, quod sic succedere debeant
de manu in manum, seruato semper ordine succedendi,
† quod cùm sine reciproco fideicommisso inter descen- 14
dentes fieri non possit, illud censetur inductum, aliàs mens
defuncti saluari non posset, nec bona de manu in manum
peruenire, Socc. iun. cons. 78. num. 25. & seqq. lib. 3. Surd.
cons. 96. num. 13. & seqq. Peregr. de fideicommissis art. 13. sub
nu. 76. vers. sed contra, & n. 77. Fusar. de substit. q. 689. n. 11.
Grat. discept. 828. num. 44. Cyriac. controu. 403. num. 15. Al-
tograd. cons. 92. n. 7. lib. 1. Rot. in Perusina fideicommissi de
Bizazzinis post Giouagn. cons. 75. nu. 72. & seqq. lib. 1. dec.
467. nu. 6. par. 5. recen. tom. 2. d. Romana fideicommissi de
Alicornis 16. Maij 1639. coram bon. mem. Card. Panzirolo,
Placentina bonor. 16. Martij 1654. §. accedunt, & ipsa co-
ram R. P. D. meo Zarate, & 4. Febr. 1656. coram Reueren-
diss. D. meo Decano §. in casu enim.

Nec releuat, quod prohibitio alienationis tanquam de-
pendenter, & consecutiuè inserta nouum fideicommissum
non importet, sed ad limites præcedentis regulari debeat,
† nam quidquid sit quando prohibitio est nuda, certum est, 15
quod quando, vt in præsenti est vestita ratione, datus fuit
substitutus in casu contrauentionis, & concurrunt verba † 16
perpetuitatem importantia, vt sunt prædictæ dictiones, sem-
per, nullo vnquam &c. prohibitio redditur perpetua, nec ali- 17
quo casu restricta, & perpetuum fideicommissum induci-
tur, Ioann. de Anan. cons. 47. nu. 6. vers. sed certe ego ponde-
ro, Rolan. à Valle cons. 23. nu. 17. & seqq. lib. 4. Decian. cons.
50. num. 22. lib. 1. Cuer. iun. cons. 22. num. 23. vers. postremo
confirmatur, Fusar. de substit. q. 688. n. 71. & alij per Modern.
Eugub. d. controu. 194. n. 9. & per Modern. Auenionen. reso-
latione ciuili 47. n. 3. Rota dec. 357. n. 2. par. 4. tom. 2. decis. 18.
num. 10. par. 5. rec. & in dicta Bononien. fideicomm. de Gui-
dottis 24. Ian. 1648. §. 7. colligitur cum duob. seqq. coram bo. me.
Arguell.

Ponderabant etiam DD. præceptum Testatricis, quod su-
pradicti eius heredes, & successores, quicumque à delictis ab-
stineant, ac bona ipsius perpetuo, & omni futuro tempore
in suis hæredibus nepotibus, pronepotibus, & descendenti-
bus in infinitum vocatis maneant, propterea similiter ordinā-
do, quod in euentum delicti bona à delinquente auferantur,
& applicentur illi qui fuisset successurus, si delinquens ab in-
testato esset mortuus, & sic toties quoties casu eueniet. Omis-
so

so enim, quod in hac parte Testatr x non videtur voluisse
permanentiam in descendentibus per modum rationis, sed
per viam principalis dispositionis, quia non dixit, vt bona
remaneant, vel quia voluit remanere, sed dispositiuè di-
18 xit, ac remaneant &c. † quo casu, censetur simpliciter fi-
deicommissum inductum fuisse, vt in puncto post Curr.
iun. cons. 145. *n.* 6. *&* 7. Dec. & Ale. *resolut. fuit in decis.*
19 1a1. *nu.* 3. *par.* 2. *diu.* Priuatio † supradicta omnium delin-
quentium in necessarium antecedens supponit eorum vo-
cationem, & grauamen, cùm alias frustratorium esset pri-
uare delinquentes vlterioris gradus ad quos circumscripto
fideicommisso bona necessariò peruenire non debuissent,
Peregr. *d. cons.* 151. *nu.* 10. *& seqq. lib.* 5. Alex. de Neuo *cons.*
17. *num.* 3. Rot. *in Bononien. fideicomm.* 26. *Nouembris* 1638.
coram bo. me. Dunozett. d. Romana fideicomm. de Alicornij
16. *Martij* 1639. §. 3. *quia coram bo. mem. Card. Panz. d. Bo-
nonien. fideicomm. de Guidottis* §. *Et ad corroborandum, &
in d. Camerinen. bonor.* 3. *Ian.* 1654. §. *at hinc coram bon.
me. Bichio.*
20 Cui fundamento non obstat, † quod fideicommissum in
casu delicti non extendatur ad casum obitus, vt in *decisio-
nibus adductis in Rom. fideicommissi* 15. *Aprilis* 1652. *coram
Reuerendissimo D. meo Decano sub* §. 1. quia vltra quod hic
non agitur de extensione, sed de sola comprehensione
vocatorum iuxta distinctionem Rot. coram san. me. Greg.
dec. 315. *sub num.* 14. *& in Bonon.* 17. *Iun. coram R. P. D.
meo Celso*, §. *nec quicquam facit.* Adhuc animaduerten-
dum fuit, † quod ex fideicommisso in casu delicti legitima
21 potest deduci † interpretatio, qualis fuerit voluntas fidei-
committentis in casu obitus, quod nempè fideicommissum
in primis hæredibus non expirauerit, Mannic. *de coniect.
lib.* 2. *titul.* 19. *sub num.* 8. *vers.* 2. *est aduertendum*, Rota
dec. 44. *n.* 5. *par.* 1. *decis.* 124. *nu.* 99. *par.* 5. *rec. Tiburtina fi-
deicomm.* 14. *Ian.* 1647. *coram bo. me. Arguelles* §. *præcipuè
cum in præsenti, & in supradicta Camerinen.* §. *non obstat,
quod à vocatione, & in Spoletana fideicomm.* 18. *Febr.* 1658.
Maroce. coram R. P. D. meo Bevilaq. §. *Nec dicatur, quod
ratio.*
22 Eòque magis hæc procedunt, † quia versamur inter de-
scendentes Testatricis inter quos ob præsumptam illorum
prędilectionem leuiores probationes passim admittuntur,
& reciproca facilius censetur inducta, Peregr. *cons.* 54. *n.*
8. *lib.* 1. Rot. *dec.* 649. *nu.* 13. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *Rom. fideicom.
de Zephiris* 4. *Iul.* 1646. *sub* §. *substitutionem fœminarum vers.
quia inter descendentes coram bon. me. Bichio dicta Romana
fideicomm. de Mutis* 15. *Ian.* 1648. *coram R. P. D. meo Mel-
tio sub* §. *quia in casu, Bonon. fideicomm. de Guidottis* 7. *Iun.*
1649. *sub* §. *nulla enim coram bon. mem. Arguelles, & in In-
teramnen. bonor.* 13. *Iun.* 1657. *coram Reuerendiss. D. meo
Decano* §. *Nec applicatur.*
Neque Odd. & Menoch. in contrarium allegati in his ter-
minis procedunt, non enim habet locum eorum doctrina,
23 quando vt hic in eadem † oratione, & periodo omnes de-
scendentes cum filijs inuicem substitutis comprehensi fue-
runt, & quando agitur de reciproca inter plures eiusdem
lineæ, & columnelli, vt supra dictum fuit, & quæ diceban-
tur de renunciatione Catharinæ non fuerunt habita in
consideratione, cùm non sint præsentis inspectionis, in
qua agitur solùm de existentia, & purificatione fideicom-
missi. Ideòque de prædicta renunciatione poterit parti-
culariter disputari, vt obseruatum fuit *in d. Romana fidei-
commissi* 21. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. meo Verospio.*
Et ità vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Firman. Domus, seu Fideicommissi.

Veneris 1. *Februarij* 1658.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi bona pro soluendo ære alieno, extantibus bonis liberis vendi non possunt, & quid cum pacto retrouendendi, vel in casu separationis. Fideicommissum quando sustineatur super nouo ædificio, vel super melioramentis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi existentia ex testamenti lectura constat.*
2 *Fideicommisso purificato, & bonorum identitate iustificata danda est immissio.*
3 *Fideicommissi bona pro soluendo fideicommittentis ære alieno alienari possunt.*
4 *Fideicommissi particularis alienatio alijs bonis extantibus, etiam pro ære alieno nulla remanet.*
5 *Hæres cum beneficio leg. & inuent. potest tanquam vocatus ex propria persona res fideicommissarias obtinere.*
6 *Vendens cum pacto redimendi quandocumque emptor retrouendere tenetur.*
7 *Ius redimendi est imprascriptibile stante pacto, & ad hæredes transitorium.*
8 *Compensatio fieri debet de credito cum pensionibus sub oblig. Cam. promissis.*
9 *Domus ex capite neglectæ reparationis inuito domino distrahi non potest.*
10 *Domus destructæ situm cogi potest dominus, vel vendere, vel reædificare.*
11 *Domus Status ex instrumento probatur.*
12 *Domus commodum, & periculum ad emptorem pertinet, & cum pacto retrouendendi.*
13 *Emptor etiam cum pacto retrouendendi verum, & reale dominium acquirit.*
14 *Et an impensum pro reparatione in casu retrouenditionis, repetere possit.*
15 *Subhastatio, & deliberatio defectibus laborans est nulla.*
Nullitates in subhastatione quænam sint, & n. 15.
16 *Domus noua in eodem solo, & ex eisdem cæmentis prioris directa constructa, censetur eadem.*
17 *Intimatio constituit in malam fidem, adeout immissio impediri non possit.*
18 *Domum dolo, & temerè deuastans immissionem super nouo ædificio fideicommissarijs impedire non potest.*
19 *Identitatis probatio facta aduersarij difficilior facta, actori nocere non debet.*
20 *Melioramentorum exceptio, ipsis non probatis, immissionem retardare non potest.*
21 *Melioramenta etiam vtilia mala fide facta non sunt reficienda.*
Abrasio tamen conceditur, quatenus absque prioris status læsione fieri possit.
22 *Melioramenta excessiua, & consulto facta non debent refici.*

DECISIO CCCVII.

DE existentia particularis fideicommissi super Domo
de qua agitur ab Antonio Raynaldo constituti non
erat inter partes controuersia, † & constabat ex lectura 1
testamenti in Summario Raymundi *n.* 1. *ad tex. in l. ille à quo*
13. §. *si de testam. ff. ad trebell.* Peregr. *de fideicomm. art.* 43.
sub num. 2. *vers. probatur autem*, Rota *in Romana fideicom-
missi* 8. *Iunij* 1648. *in princ. coram bon. me. Arguelles.* Cùm-
que vlterius † eiusdem fideicommissi purificatio, identitas 2
domus, & alia requisita sufficienter iustificata fuerint, præ-
dicto Raymundo fideicommittentis nepoti dandam esse
immissionem resolutum hodie fuit, *vel ex rem. l. fin. C.
de edict. D. Hadr. toll. vel in vim vtilis Saluiani*, vt in hoc,
licet Tribunali passim fieri solet post antiquiores Rot. *in Bo-
non. fideicomm.* 5. *Decembr.* 1650. *sub* §. 1. *coram R. P. D.
meo Celso, & in alia Bonon. de Monterentijs* 27. *Iun.* 657.
coram bo. me. Dunozetto sub §, *validitas siquidem.*
Non obstare visum fuit, quod † bona fideicommisso subie- 3
cta pro soluen. ære alieno Antonij fideicommittentis rectè
potuerint alienari, iux. text. *in l. fil. fam.* 117. §. *Diui il* 2. *ff.
leg.* 1. Quia regula procedit in subsidium, non autem quan-
do adsunt alia bona libera Testatoris, vel fideicommisso vni-
uersali subiecta, vt de bonis liberis in præsenti ex eodem te-
stamento constat; † tunc enim alienatio particularis fidei- 4
commissi etiam pro ære alieno nulla remanet, Paul. de
Castr. *cons.* 247. *sub n.* 4. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 40.
sub n. 28. Fusar. *de substit. q.* 541. *n.* 19. Rot. in Melenit. *fideic.*
13. *Martij* 1651. §. *præterea ex inuentario, & in Vrbinaten.
prædis* 23. *Maij* 1653. *coram bon. me. Bichio.*

Dd 2 Ne-

Neque immissio impediri potest Raymundo sub prætea-
tu, quod sit hæres Petri Augustini patris hæredis aliorum
alienantium ; oam cùm idem Raymundus patris hęredita-
tem adiuerit com benef. leg. & inuent. vt in eius Summa-
rio *num.* 20. potest tanquam vocatus ex propria persona-
res fideicommissarias obtinere, *l. fin. §. in comp. C. de iur. de-
lib.* Menoch. *cons.* 203. *num.* 27. Peregr. *de fideic. art.* 52. *sub
n.* 97. cum alijs per Rot. *in Licien. bonorum 7. Febr.* 1653. *§.
non obstat, quod huiusmodi, & 24. Aprilis* 1654. *coram R.
P. D. meo Celso §. parum refert.*

Et cùm pars Domus non fuerit purè, & simplieiter ven-
6 dita, † sed cum pacto redimendo qnandocomque, itaut
nulla vuquam posset allegari præscripito, vt in Summario
Raymundi *num. 2. litt. B.* Raccamatorius emptor, &
Montius ab eo causam habens retrouendere tenetur, cum
tale ius redimendi (stante pacto) sit imperscriptibile, & de
sui natura transitorium ad hæredes Rot. coram Merlin. *dec.*
104. *num.* 2. & crediium scutor. 90. pro quo facta fuit præ-
8 dicta partis domus assinatio, compensari poterit prout †
iuris erit cum pensionibus alterius partis locatæ vsque de-
ann. 1605. quæ sub obligatione in forma Cameræ promissæ
fuerunt à Raccamatorio auctoribus Raymundi quousque
pars vendita retrò emeretur *Summ. vtriusque partis num.* 2.
Rota *decis.* 249. *nu.* 21. *par. 6. recent. Romana hereditatis* 1.
Aprilis 1647. *§. penult. coram bo. me. Arguelles, in puncto in
Romana fideicommissi de Zuccaris 4. February* 1650. *coram
bo. me. Dunozette sub §. posthumo non obstat.*

Non obstante, quod Domus subhastata fuerit, & delibe-
rata, ex quo Raynaldi illam receptare uoluerunt *Summ.*
illorum de Montibus *num.* 3. *& seq.* Primò, quia gratis
9 hoc factum fuit, † cum iure cautum non reperiatur,
quod ea capite neglectæ reparationis Domos inuito Domi-
10 no illa distrahi possit, † quidquid dicat *Cepoll.* exaduerso
allegatus, qui tamen loquitur in Domo diruta, cuius rui-
næ, & situs publicum Ciuitatis prospectum deturpant quo
casu (inquit ipse) quod Dominus, vel ibi nouum ædifi-
ciom construere, vel situm vendere cogitur, & ideò illius
doctrina (quatenus vera esset) non posset hic applicari, quia
Domus tunc rectè subsistebat, eratque proprijs parietibus
innixa, non autem diruta, vt constat ex eodem Testa-
mento Antonij, in quo Domus tanquam habitabilis fuit
11 inter filios diuisa, & fideicommisso subiecta, † quod qui-
dem Instrumentum statum Domus sufficienter probat con-
tra Montios ab hæredibus causam haben. Peregr. *de fideic.
art.* 44. *num.* 5. *&* 6. Bar. *dec. Bonon.* 105. *nu.* 27. Rot. *in Ro-
mana fideicommissi de Spiritibus* 12. *Decembris* 1644. *§. &
interim Instrumenta, & in Bononien. fideicommissi, seu Domus*
10. *Decemb.* 1645. *coram bo. me. Bichio, §. final.*

Prętereà esto sine veri præiudicio, quod Domus repara-
12 tione indigeret, impensæ in id faciendæ erant † per Rac-
camatorium, cui tanquam emptori periculum (si quod su-
peruenisset) sicut & commodum æqui pertinebat, Rolan. à
Vall. *cons.* 45. *num.* 1. *vol.* 3. Grat. *discept.* 358. *num.* 27. Rota
in Lauellen. 26. *Nouembr.* 1650. *coram Eminentissimo D.
Card. Corrado, §. quia. & in Rauennaten. pecuniaria* 30.
13 *Ianuarij* 1654. *coram me sub §. 1. ad medium*, † quia in-
ipsum vigore venditionis licet cum pacto retrouendendi,
verum & reale dominium translatum fuerat, vt probat
Cagnol. *in l. 2. numer. 7. C. de pact. inter empt. & vend.* Ma-
cabrun. ab Anguill. *cons.* 31. *n.* 10. *& seq.* Mant. *de tac. lib.* 4.
tit. 32. *n.* 2. Thesaur. *decis.* 75. *eodem nu.* 4. Rot. *in Romana
Prælationis* 16. *Febr.* 1618. *coram bo. me. Sacrato.* Quid-
14 quid sit, an posteà coactus retrouendere, impensum pro re-
paratione † repetere potuisset, quod post Marescott. *var.
resol. lib. 2. cap.* 109. *nu.* 18. *& seqq.* negat Rot. *in Bononien. Pri-
mogenitura* 26. *May* 1656. *corā b. m. Bichio, §. idem respōdetur.*

15 Demùm † quia in eadem subhastatione, & subsequen-
ti deliberatione plures nullitates DD. agnoscebant, &
præcipuè ex quo facta fuit, nulla præcedente citatione ad
videndam deliberari, absque præfixione termini ad resol-
uendi sine interuentu pecuniæ, & post interpositam ap-
pellationem, & præsentatam inhibitionem, vt constat ex
reuolutione actorum, Rota apud Posth. *de subhast. decis.* 33.
num. 5. *& decis.* 52. *num.* 8. Et ex his defectibus certam-
nullitatem deliberationis traduut adducti per Modern. Pe-
rusin. *de subhast. inspect.* 23. *n.* 150. *&* 202. post Mangil. *in
simili tract. dec.* 51. *nu.* 15. *Romana nullitatis deliberationis*
24. *Aprilis* 1644. *coram Reuerendiss. Terracinen. §. de-
mum quia, & in Romana manutentionis* 18. *Febr.* 1656. *§.
altera nullitas coram Me.*

Minus releuat, quod antiqua Domus ad aream vsque de-
posita, & alia ibidem constructa fuerit, & incorporata-
contiguæ Domui illorum de Montibus, adeout prima fidei-
commisso subiecta non sit amplius in rerum natura, &
consequenter non potuerit de illius necessario identitate do-
ceri, † quoniam vltrà quod constat nouam Domum fuisse 16
in eodem solo, ex ijsdem cementis, & lapidibus prioris di-
rutæ constructam, vt ex depositionibus Testium *Summ.
Raymundi n. 6. &* 8.

Responsum fuit, † quod per intimationem factam Lucio 17
Monti ne Domum auderet destruere, ex quo fideicom-
misso subiecto reperiebatur *Sum. Raymundi num.* 5. consti-
tutus ille fuit in mala fide, † & subsequens deuastatio Do- 18
mus tanquam temerè, & dolo facta non potest impedire-
vocatos ad fideicommissum quin illis super ædificio in area
fideicommissaria constructo concedatur immissio, vt per
Bart. *in l. in fundo* 39. *sub num.* 11. *vbi alij C. de rei vendicat.*
Cyriac. *contr.* 60. *num.* 17. *& seqq.* Magon. *decis. Lucen.* 33.
in princ. & per tot. Rota coram Mantic. *dec.* 251. *num.* 8. *vers.
quod multo magis*, vbi quod si facto Aduersarij, † qui fa- 19
ciem rei mutauit identitatis probatio difficilior sit, id acto-
ri nocere non debet, *Roman. fideicommissi de Spiritibus* 22.
Maij 1643. *coram bo. me. Bichio, §. immo vltre, & in Roma-
na Domus Vinea* 24. *Februarij* 1644. *coram bo. me. Peutinge-
rio, §. non obstat luorum, & serenam.*

Hinc exceptio melioramentorum † obesse, nec immis- 20
sionem retardare potest, quia præfixo termino ad liqui-
dandum *Sum. Raymundi num.* 9. neque in specie, neque in
genere probata fuerunt, Felin. *in cap. cum causa* 8. *num.* 29.
vers. sumptus de sent. & re iud. Rota coram Burart. *decis.*
834. *n.* 10. *& in Bononien. fideicommissi de Rupert.* 1. *Iulij* 1647.
coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado, §. posterius verò.

Et vlteriùs quia † tanquam facta post dictam denuncia- 21
tionem temerariè, & mala fide, etiamsi vtilia probarentur
non essent reficienda, sed illis de Montibus esset solum ab-
rasio concedenda, quatenus sine prioris status læsione fieri
posset, Bart. *in d. l. in fundo d. n.* 11. Valasch. *de iur. emphyt.
q.* 25. *sub n.* 10. *vers. nam alias denunciatio*, Gabr. *cons.* 157. *n.*
3. *lib.* 1. Rota post Modern. *de manut. dec.* 149. *nu.* 10. *d. Ro-
man. fideicom. de Spiritibus vbi sup. &* 12. *Decemb.* 1644. *§.
& quatenus constaret coram bo. me. Bichio.* Et denique quia
excessiua † nimis in construendo visa fuit huiusmodi impen- 22
sa, & consultò facta in fideicommissi euersionem, ad hoc
vt vocati omni spe recuperationis destituti laribus auctia
perpetuò carcere cogerentur, ex quo pariter capite melio-
ramenta non esse reficienda, considerat Valasch. *vbi supra
sub n.* 10. *vers. illud item*, Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *sub
n.* 33. *vers. extra hoc casus*, Marescott. *var. resol. cap.* 110. *n.*
29. *lib.* 2. Rot. *in Romana fideicommissi de Zuccharis* 4. *Fe-
bruar.* 1650. *§. deinde quia, &* 24. *Aprilis* 1651. *coram bon.
me. Dunozetto §. secunda verò causa.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Seguntina Canonicatus Doctoralis.

Veneris 1. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Tractatum de prouisione Canonicatus Doctorali Laurea insigniti, quando quis validè dicatur obtinuisse, ita vt prætendere valeat in eiusdem possessione esse manutenendum. Propter irregulari quando quis non priuetur,

SVMMARIVM.

1 *Canonicatum Doctoralem, quod quis legitime habuerit, ex quo doceatur.*
2 *ab Ordinario, & Capitulo, & quando executio prouisionis Canonicatus fuit tradita, ex hoc dicitur constare de bono iure prouisi.*
Et hoc multò magis, dum per multum tempus stetit in possessione.
3 *Possessio posterior clandestina præsumitur, & ideò non est manutenibilis.*
4 *Manutentio cessat vbi adest clandestinitas.*
5 *Constitutiones Sixti IV. & Leonis X. de quibus apud*

apud Garz. de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 169. quid disponant.

6 *Absentia ad effectum, vt quis priuetur aliquo iure, est concludenter probanda, & n. 7.*

8 *Garzia de Benefic. par. 11. cap. 10. num. 13. declaratur, & num. 9.*

10 *Sententia laborat vitio iniustitiæ, dum priuat aliquem sua possessione, absque eo quia fuerit citatus.*

11 *Irregularis, quando quis declaratur per sententiam, remanet priuatus beneficijs possessis.*

12 *Sententia quando est reuocata, non attenditur.*

13 *Beneficiati bonum ius, dum desumitur ex ipsa collatione beneficij, quoque debet in ipsius possessione manuteneri.*

DECISIO CCCVIII.

CAnonicatum Doctorali Laurea insignitum præcedente concursu ab Ordinario, vnà cum Capitulo Ioanni Lancæ attributum propter ipsius absentiam Sebastianus ab eisdem obtinuerat sibi conferri; super cuius proindè collatione causa mihi commissa dubium hodiè proposui, de cuius bono Iure etiam ad manutentionis effectum appareat; in Ioannis fauorem à Dominis resolutum.

Siquidem bonum ipsius ius ex recepta ab Ordinario, at-
1 que Capitulo prouisione Canonicatus conuincitur, † quæ statim ac executioni demandata dignoscitur, mediante possessione plurium annorum spatio successiuè continuata
2 in omnibus † iustificata censetur, vt respondit Rota coram Buratto *decis. 842. nu. 4. & 5. & decis. 197. nu. 3. part. 2. recent. & in Vicen. Beneficij 14. Martij 1644. coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Bononien. Iurisp. 17. Maij 1658. in §. & licet in fine coram me.*

Hinc sequuta postmodum Sebastiani possessio obesse
3 † non poterit, ea siquidem vti posterior clandestina reputatur,
4 neque manutentionis effectum † poterit operari iuxta text. *in cap. licet causam vbi DD. communiter de probat.* notat Bart. *in l. si duo num. 4. ff. vti possid.* & respondit Rota coram Seraph. *decis. 1106. num. 2. & decis. 139. n. 5. par. 7. rec. & in Cusentina Canonicatus 5. Iulij 1649. in §. non obstat coram R. P. D. meo Meltio.*

Neque valet Sebastiani prouisio, ac successiua collatio
5 in vim Constitutionum Sixti IV. & Leonis X. † substineri relatum à Garzia *par. 5. cap. 4. num. 169.* quibus statim atque Canonici per mensem absque Ordinarij licentia, seu Capituli absentes extiterint, priuatio Canonicatuum inducta censetur, itant de eis alij possint graduati prouideri. Hæc enim absentia concludenti debuisset probationum
6 genere comprobari, † vt in terminis priuationis beneficij ob recursus habitos ad Iudices laicos ipso Iure incursæ respondit Rota *decis. 83. nu. 3. & 4. par. 7. rec. & decis. 534. nu. 8. & decis. 602. n. 3. par. 1. recent.* Quinimò licet priuatio Canonicatus ex Constit. Apostolicis ipso iure inflicta noscatur, attamen pro eiusdem Canonicatus vacatione indu-
7 cenda requirebatur sententia declaratoria † expressiua absentiç, ex qua priuatio processerat, ad Text. *in cap. cum secundum de hereticis lib. 6. & in cap. Rodulphus de rescriptis,* vbi inter cæteros Felin. *n. 35. vers. sed declaratoria,* Dec. *cons. 327. n. 6. in §. nec videtur obstare,* Castro Palao *de Relig. Dom. tom. 1. tract. 3. disp. 2. puncto 2. n. 7. & 8.* Rota *decis. 255. nu. 2. part. 3. & dec. 33. n. 4. cum seq. par. 7. rec. & dec. 16. n. 3. inter impressas post primum vol. cons.* Farinac.

Neque vrget Garzia *de benefic. par. 11. cap. 10. num. 23.*
8 dum asserit † declarando Constitutiones supra recensitas, nulla licet priuationis præcedente sententia Canonicatum alteri posse conferri. Contraria enim opinio videtur magis consona veritati, cùm enim de nudo facto tractetur, declaratoria eiusdem facti sententia, cui pœna irrogata
9 fuit, requiritur quidquid in terminis † censuratum, seu irregularitatis, ac infamię incurrendæ dici posset, vt aduertit Dec. *in cons. 327. nu. 6.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 30. num. 1. & 2.* Et distinxit Rot. *in dict. decis. 83. n. 4. cum seqq. part. 7. recent.*

Præthereà Sebastiani possessio admissa contraria licet opinione Garziæ iniustitiæ vitio laborare dignoscitur, dum ea
10 non citato Ioanne possessore emanauit, † qui ob competentes sibi forsan defensiones pulsati omninò debuerat, iuxta text. *in cap. licet Episcopus,* vbi gloss. *not. in verbo te non vocato de praeben. lib. 6.* ibique Gemin. *n. 5.* Franc. *n. 3.* Bellamera *dat. 85.* Rot. coram Mant. *decis. 309. n. 4.* & in his terminis firmaui Gutia. *ad reg. 8. gloss. 15. §. 1. n. 30. cum seqq.* Garz. *de benef. par. 11. cap. 10. n. 34.*

Denique vrgere non poterit sententia Ordinarij, Ioannem
† tanquam ex prætensa complicitate in homicidio irregula- 11
rem priuantis beneficijs ab eo possessis: Prætetquam enim priuatio Canonicatus ex ipsemet Ioannis dumtaxat absentia processerat exindè etiam remouetur obiectio, quod ab Auditore Camerç post spontaneam comparitionem Ioannis intra annum Ordinarij sententia cum omnibus indè
sequutis † reuocata fuit, ab eoque Ioannes absolutoriam 12
obtinuit. Hinc enim dum bonum ipsius ius ex collatione Canonicatus desumitur, in eiusdem quoque debet posses-
sione manuteneri, vt in terminis beneficiorum, † quibus 13
priuatus extiterat, responsum fuit in *Seguntina, & Conchen. benefic. 22. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ità altera tantùm parte informante, altera verò licet pluribus citationibus lacessita informante recusante resolutum fuit.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Cæsaraugustana fundationis Conuentus.

Lunæ 4. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Conuentus noui Regularium, vt validè dicantur fundati, requiritur beneplacitum Apostolicum, item consensus Ordinarij loci, item Parochi, item inhabitantium in d. loco, & aliorum, de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Conuentum nouum Regulares in aliquo loco non possunt fundare, si deficiant omnia requisita necessaria.*

2 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in fundatione Conuentus Regularis.*

3 *Conuentus nouus Regularium quando est in aliquo loco fundandus, est necessarius consensus Ordinarij illius loci.*

4 *Consensus Apostolicus, & Ordinarij, sunt necessarij copulatiuè in fundando nouum Conuentum.*

5 *Conuentus nouus Regularium quando in aliquo loco est fundandus, requiritur consensus inhabitantium in eo loco.*

6 *Consensus nullatenus potest probari, vbi adest expressus dissensus.*

7 *Parochi consensus requiritur, quando intrà limites sua Parochia est fundandus nouus Conuentus Regularium.*

8 *Conuentus nouus Regularium quando est fundandus, requiritur consensus aliorum Regularium vicinorum, & hoc propter eorum præiudicium,*

9 *Conuentus noui Regularium non sunt admittendi in præiudicium aliorum Conuentuum iam ibi existentium propè.*

10 *Obstacula plura eò magis operantur, quando vnum solum ad inualiditatem actus sufficit.*

11 *in Dubium eo, quæ à parte reuocatur, non possunt stare.*

DECISIO CCCIX.

HOdie tertia instantia Rotali iterùm dixerunt Domini, non licuisse, neque licere Patribus Cappucinis Pro-
uinciæ Aragoniæ nouum Conuentum erigere in Oppido 1
Catinenæ, & fundationem iam incœptam non substineri, † quia desiderantur ferè omnia requisita necessaria pro illius validitate.

Deficit enim † beneplacitum Apostolicum requisitum ex 2
cap. 1. de excessib. Prælator. in 6. innouato in clem. cupientes 3. in princ. de pœn. & in cap. vnico §. confirmatos de Religios. Do-
mib. pariter in 6. Licentia Ordinarij † Cæsaraugustani ex 3
Sacro Concilio Trident. sess. 25. cap. 3. de Regular. quam co-
pulatiuè requiri cum † beneplacito Apostolico ex declara- 4
tionibus Sacræ Congregationis Eminentissimorum DD. Cardinalium eiusdem Sacri Concilij Tridentini interpretum respondendo ad *decis. 745. par. 2. & decis. 115. num. 7. par. 5. rec. dictum fuit in Craconien. fundatio-*

nis Monasterij 19. *Aprilis* 1649. *coram R.P. D. meo Celso*, *§. primo cum tribus seq. & in Toletana manutentionis* 7. *Februarij* 1656. *coram R. P. D. meo Meltio §. non etiam*. Con-
5 fensus † incolarum, & loci habitantium, quem expofcit *Constitutio trigesima prima fan. me. Gregorij XV. sub* §.3. *in fine*, *innouata per Constit.* 25. *fel. rec. Vrbani VIII. sub* §. 2. *Bullar. tom.* 3. *&* 4. Quinimò probatus fuit expreffus totius
6 populi diffenfus; deficitque affenfus tum Parochi † eiufdem Oppidi Carinenæ, cui licet contradicere, & conftructionem noui Conuentus intra fines fuæ Parochiæ impedire ob ti-
7 morem † futuri præiudicij ratione oblationum, aliarumque obuentionum fibi debitarum ad notata in *cap. dilectus* 2. *de Capell. Monachor. & in ca. Pastoralis* 9. *de his quæ fiunt à Prælat. fin. con/ensu Capitul.* Tùm Patrum Minorum San-
8 cti Francifci de Obferuantia, qui intrà fpatium † quatuor milliarium à d. Oppido, vt nuper iuftificatum fuit, alium Conuentum iam conftructum poffident, in quorum pro-
9 pterea præiudicium tantùm permitti † non debet alterius noui Conuentus conftructio, vt difponitur in d. *Gregorian. Constit.* d §.3.

Hi itaque defectus, quorum quilibet etiam folus fuffice-
10 ret † pro dictæ fundationis inualiditate ad Text. *in l. si hæredi plures ff. de condit. institut. & in l. si is qui ducenta* §. *vtrum*, *ff. de reb. dub.* cùm latiffimè comprobentur in decifionibus emanatis in alijs inftantijs 18. *Maij* 1647. *coram R. P. D. meo Beuilaqua*, *&* 12. *Nouemb. proterito coram R. P. D. meo Meltio*, neque à Patribus Capuccinis ampliùs
11 † reuocentur in dubium, iuftificant iuftitiam Sententiæ Rotalis.

Ideò pro illius confirmatione refponfum fuit, vnica tantùm, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. Præij.

Lunæ 4. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum fideicommiffi nunquam eft permiffa, quotiefcumque legis, & hominis prohibitio concurrit, nec etiam ob caufam neceffariam.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso res subiecta alienari, aut obligari nullo modo possunt.*
2 *Alienatio est omninò prohibita etiam in casu aliàs licito, quando concurrit legis, & hominis prohibitio.*
3 *Notarius absque specialis testatoris approbatione scribere non potest.*
4 *Alienatio contrà Testatoris mentem facta sustineri non potest.*
5 *Alienatio mobilium permissa non extenditur ad immobilia expressè alienari prohibita.*
6 *Alienantis assertioni non statur in causa necessitatis.*
7 *Prædium rusticum etiam sine domo consistere potest.*
8 *Prædio vti debet grauatur eo modo, quo potest.*
9 *Alienatio bonorum fideicommissi licita est pro eorum reparatione, vel restauratione.*
10 *Secus autem vbi concurrit legis, & hominis prohibitio.*
11 *Accollatio capitalis solutionem præsefert.*
12 *Legata annua ex fructibus, & non ex fideicommissi proprietate solui debent.*
13 *Alienationi consentiens substitutus à fideicommissi petitione excluditur.*

DECISIO CCCX.

ORdinauerat Silueſter de Zagnis fideicommiffum ad fauorem Ioannis, & aliorum de Zagnis, cum ftrictiffima prohibitione alienandi, qua non obftante Syluefter iunior de confenfu Iofephi alterius fubftituti, ac licentia fub exequutoris Teftamentarij diftraxit Prædium controuerfum in Marchionem Fontanam, inter quem, & Congregationem Pauperum Verecundorum vltimo loco vocatam orta controuerfia fuper validitate dictę alienationis, fuit hodiè coram Me dubitatum, An conftet de illius nullitate, & affirmatiuè DD. refponderunt.

Moti nedum † ex legis difpofitione indiftinctè prohiben- 1
tis alienationem, aut obligationem rei fideicommiffo fubiectæ, *Auth. res quæ*, *& l. fin.* §. *sed quia nostra*, *C. comm. deleg.* cum alijs latè congeftis in *Roman. fideicommissi de Palatijs* 25. *Iunij* 1646. *coram bo. me. Arguellos*, §. *minus dicatur*. Sed etiam ex arctiffima prohibitione Teftatoris his verbis concepta.

Prohibendo, e vietando à qualsisia de sudetti suoi heredi in qualuosiglia grado, e modo instituito, e sostituito, come sopra l'alienatione, e distratione de' suoi beni sudetti, ò d'alcuna lor parte, nè meno di poterli obligare in qualsiuoglia modo, affinche venendo li casi sudetti, ò alcuno d'essi tutti li medesimi suoi beni possino passare d'vno in altro degli heredi sostituito, sotto pena, à chi di detti heredi in qualsiuoglia modo contrafarà della priuatione della sudetta heredità, e beni, quali in tal caso vuole che peruenghino à chi de' chiamati da esso, come sopra succederebbe à quel alienante se morisse, &c. e perciò dichiara adesso per all'hora nulla, & inualida ogni obligatione, che in qualsiuoglia solennità, ò licenza fosse fatta &c. come fatta de' beni &c. che non son proprij, ne saranno di chi contrauenisse, mà delli sostituiti, e finalmente destinati all'opera de' Poueri Vergognosi sudetti &c. Sum. Congreg. Verecundorum n.1. litt. E.

Quando enim † cum legis prohibitione concurrit pro- 2
hibitio hominis, alienatio eft omninò prohibita, etiam in cafu alias licito, & permiffo, vt latè probant Roland. *cons.* 81. *num.* 18. *& seqq. lib.* 2. Natt. *cons.* 481. *num.* 17. *& seqq. lib.* 2. Natt. *cons.* 481. *num.* 17. *cum seqq.* Morott. *cons.* 45. *num.* 22. Capyc. Galeott. *controu. iur. lib.* 1. *contr.* 1. *nu.* 17. Fufar. *de substit. q.* 144. *n.* 8. Magon. *decis. Florent.* 50. *nu.* 4. *cum seqq. & dec. Lucen.* 33. *num.* 18. Rota *in d. Romana fideicommissi de Palatijs coram bon. me. Arguelles*, §. *nec dicatur superfluam*.

Nec fuffragatur licentia fub exequutorijs, cui defuper prętenditur attributa libera facultas à Teftatore, ibi, *Volendo, e dichiarando, che quanto sarà fatto da detto Ottoman suo Commissario, ò da chi sarà eletto, e deputato da lui sia, e s'habbia, come se detto Testatore fosse viuo, e lo facesse esso, &c.* Nam prætermiffo, quod non conftat de legitima illius
fubrogatione cum idem Notarius, † qui Teftamentum 3
exequutoris confcripfit, afferat fe fuiffe fubrogatum, qualem fe fcribere non poterat abfque fpecialis Teftatoris approbatione, vel fubfequuta Iudicis confirmatione, iuxta tradita per Bart. *in l. ex sententia n.* 1. *ac* 3. *ff. de Testam. tut.* facultas prædicta refpicit exequutionem eorum, quæ Teftator difpofuit, non autem quæ menti, ac voluntati ipfius aduerfantur, vt innuunt verba præcedentia. *E perche desidera, che la sua mente, e quanto hà ordinato, e disposto sia puntualmente adempito però confidato nella bontà, & integrità d'Ottoman Datone esso solo deputa, & elegge Commissario, & Esecutore del presente Testamento, e di quanto in esso hà ordinato e fatto, & ordinarà, e farà, & il tutto à mero, e libero*
suo arbitrio, &c. Et ideò quicquid fecùs † factum fuit, prout 4
eft alienatio ab ipfo Teftatore prohibita nullo modo fubfiftineri valet, Dec. *cons.* 72. *sub nu.* 2. *vers. principaliter*, Ruin. *cons.* 84. *sub n.* 12. *versic. quod ad vltimum lib.* 2. Sim. de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 5. *interpret.* 1. *dub.* 2. *nu.* 34. Rota coram fa. me. Greg. *dec.* 179. *n.* 1. ibique Add. *n.* 8.

Nec fubfiftit facultas vendendi eidem Executori inferiùs conceffa, quia fuit reftricta ad mobilia ad effectum inueftiendi pretium pro fideicommiffo, ibi, *Item di vendere, e distrahere tutta il resto de mobili, vtensilij, e massaritie di casa &c. & il prezzo di essi inuestire in alcuna cosa stabile ad esser sottoposta al fideicommisso &c.* Quapropter † extendi non 5
poteft ad bona ftabilia, quorum alienationem Teftator expreſsè prohibuit, *l. Pater filium* 36. §. *quindecim ff. de leg.* 3. Capr. *de execution. vltim. vol. membr.* 6. *n.* 108. Peregr. *cons.* 45. *n.* 5. *in fin. vers. quare cum Testator lib.* 4. Rota *dec.* 4. *n.* 14. *& dec.* 303. *sub n.* 21. *vers. quia facultas, & seq. par.* 7. *rec.*

Minus releuat afferta caufa neceffitatis, ac vtilitatis, quia neutra fubfiftit. Non prima deducta ex impotentia reficiendi Domum in eodem Prædio combuftam, quia (quic-
quid fit de illius veritate † in qua non ftatur affertioni alie- 6
nantis, Menoch. *cons.* 207. *n.* 1. *& seqq.* Gabr. *cons.* 118. *n.* 7. *lib.* 1. Rot. *decis.* 541. *n.* 31. *par.* 5. *rec. & decis.* 88. *n.* 20. *cum seq. par.* 7. *recent. ac in Romana fideic.* 7. *Iunij* 1652. *coram R.P.D. meo Zarate*,) vtique non videtur caufa fufficiens pro facienda
dicta alienatione, cùm Prædium † rufticum etiam fine 7
domo confiftere poffit præfertim quando, prout iftud
eft

est modicæ quantitatis, nempè tornaturarum sexdecim, &
8 licèt maioribus pro cultura indigeret impensis,† grauatus
tamen debebat illo vti eo modo quo poterat, vt in specie tra-
dunt Cephal. *cons.* 311.*nu.* 86. Fusar. *de substit.q.*544.*n.*5.

9 Neque applicatur conclusio, † quod pro reparatione,
vel restauratione bonorum fideicommissariorum licita
sit alienatio alterius rei fideicommissariæ, quia hic nul-
la fuit facta reseruatio, nec reædificatio, sed benè totalis fi-
deicommissi destructio, cùm hodiè nec Domus, nec Præ-
10 dium existant. † Præterquod etiam ob causam necessariam
non est permissa alienatio rei fideicommissariæ, quando con-
currit duplex prohibitio legis, & hominis, vt in specie pro-
bant Magon. *d.decis.* Lucen. 33.*num.* 18. Fusar. *de substit.d.q.*
644.*n.*8.*ac aliis supra allegatis*.

Vtilitas autem tantùm abest quod probetur quin pror-
sus excluditur, dum Prædium à Testatore acquisitum pre-
tio librat. 5400. *Sum.* responsionia Verecundorum *num.* 2.
fuit distractum pro libris 3000. pro quarum mille Marchio
Emptor assignauit Creditoribus quædam Appartamenta
eius domus in Ciuitate Bononiæ, & pro reliquis bis mille
accollauit in se onus extinguendi annuum legatum soluen-
11 dum Patribus Bernabitis, quæ sanè accollatio † cùm in
effectu præseferat solutionem Capitalis nullo pacto fieri po-
12 tuit, quia legata † annua solui debent ea fructibus non
ex proprietate, *l. apud Iulian.* 40. §. *Heres ff. de le-
gat.* 1. *l. Liberto* 21. §. 1. *ff. de ann.leg.l.firmio* 26. §. *Pa-
ter ff. quand. dies leg. red.* Surd. *dec.*28.*n.*2. Grat. *discept.*656.
n. 19. Rota *in Bononien. fideicommissi de Blanchis* 14. *De-
cembris* 1646. *coram Reuerendiss. Tarraconen.* §. *At vero, &
in d. Romana fideicommissi* 7. *Iunii* 1652. *coram R. P. D. meo
Zarate* §. *Nam quamuis vers. quia pro legatis &c.*

Cæterùm non officit superexistentia Iosephi anteceden-
13 ter substituti, † quia cùm ipse consenserit alienationi, ami-
sit omne Ius sibi competens ea d. substitutione, ac proindè
excluditur à petitione fideicommissi, *l. nihil* §. *omnibus ff.
de leg.* 1. *leg. quoties ab omnibus C. de fideic.* Natta *cons.*531.*nu.*
35. Peregr. *cons.*58.*n.*18.*lib.*1. *& in tract. de fideic. art.*40. *nu.*
82. Grat. *discept.*234.*n.*18.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Anconitana Prædij.

Veneris 8. *Februarij* 1658.

ARGVMENTVM.

Subhastatio nulla, & iniusta non substinetur, & eam præcedere debet crediti liquidatio, & quando contrarium procedat,

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio præcedentem possessionem executionem passi plenè probat.*
2 *Iudex nulliter procedens, non vti Iudex, sed vti priuatus procedit.*
3 *Possessio nulla transfert.*
4 *Subhastatio, & deliberatio non præcedente crediti liquidatione, est nulla.*
5 *Liquidatio est necessaria, quoties debitor potest se ab executione liberare.*
6 *Liquidatio pro credito certo non est necessaria.*
7 *Liquidatio pro fructibus decursis, requiritur.*
8 *Executio fieri non potest nisi præcedente liquidatione remanentis quantitatis.*
9 *Decretum ab eodem Iudice reuocatum, non est habendum in consideratione.*
10 *Creditor ex fructibus, qui in administratione bonorum ad eius manus peruenerunt, sibi satisfecisse præsumitur.*
11 *Fructus non debentur quoties debitum potest ex bonorum alienatione satisfieri.*
12 *Inuentarium contra quoscumque probat bona in eo descripta fuisse hæreditaria.*
13 *pro Credito turbido non competit retentio.*
14 *Acta integrè transportata præsumuntur, donec contrarium appareat.*
15 *Actorum non releuantium transportatio in causis prophanis etiam coram Iudice Ecclesiastico, non est necessaria.*

DECISIO CCCXI.

ETiam hodiè in gradu appellationis à priori decreto Ro-
tali interpositæ, mihique cum facultate manutenendi
quem de iure commissæ. Censuerunt DD. in possessione
Prædij controuersi concedendum esse mandatum de manu-
tenendo Dianæ Bighiæ cuius possessio probatur tùm ex pro-
pria confessione Gualteruccìæ Matris à qua causam habet
Cassandra Trauaglina hodie in causa existens, Prædium
hoc tanquam hæreditarium Patris Dianæ in Inuentario
tutelari describentis *Sum. Diana num.* 3. Tum ex subse-
quenti deliberatione ad fauorem eiusdem matris facta, quæ
† præcedentem possessionem executionem passi plenè pro- 1
bat, vt per Modern. Perusin. *de subhast.inspect.*58. *num.* 6.
Rota coram Eminentiss. Card. Otthobono *decis.*70.*nu.*1.*&
in Baren. seu nullius pecuniaria* 1. *Iulij* 1644. *&* 26. *Maij*
1645. *coram Illustrissimo Domino meo Decano in princ.*

Nec tali possessione priuata fuit Diana per d. subhastatio-
nem pro prætenso suo credito dotali à Francisca Matre pro-
curatam, cùm enim † nullitèr Iudex processerit, & iniustè 2
dicitur vti priuatus non tanquam Iudex processisse, † & 3
possessionem Dianæ in Matrem transferre non potuit, vt
latè *in prioribus decisionibus coram R. P. D. meo Meltio com-
probatum fuit & in Romana manutentionis* 18. *Febr.* 1656.
coram Me §. *nec obstat*.

Deducebatur autem † nullitas decreti, & iniustitia sub- 4
hastationis ea eo quod ad illam processum fuit, & succeßi-
uè ad deliberationem vigore mandati in summa scut. 200.
relaxati pro restitutione Dotis, & fructuum nulla præce-
dente illorum liquidatione, † quæ tamen vt esset in potesta-
te Dianę debitricis totam quantitatem soluendo ab immi-
nenti executione se liberare necessariò erat facienda, Bald.
in l. 2. *nu.*7. *&* 8. *C. de execut. rei iud.* Grat. *discept.*318. *nu.*
7. Rota *in Firmana Prædij* 26. *Iunij* 1643. §. 1. qua coram
Reuerendiss. Compostellano, coram Eminentissimo Card.
Otthobono *decis.* 7.*n.*1.

Et licèt semper à Gualfreduccia oppositum fuerit † liqui- 6
dationem non esse necessariam, quia creditum sortis erat
omninò certum, fructus verò erant liquidi, cùm à Statu-
to Anconæ ad certam rationem 10. pro centenario taxentur
Sum. num. 1. Nihilominus duplici ratione adhuc liquidatio
requirebatur. Primò † respectu temporis pro quo fructus 7
prætenduntur, Menoch. *cons.*858. *nu.*7. & in terminis *dec.*
18. *Febr.* 1656. §. *neque prætendi coram R. P. D. meo Meltio*.
Secundò quia cùm eadem Francisca Gualteruccia vsque de
anno 1612. ad possessionem bonorum iudicialitèr associari
obtinuerit ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito dota-
li eodem *Sum. Diana num.* 2. *&* 3. vel illud euictum fuerat
ex perceptione fructuum, vel adeò diminutum in quanti-
tate, & sit penitùs † incertum, vt ante factam liquidatio- 8
nem remanentis quantitatis exequutio fieri non potuerit,
Roman. *cons.*211.*n.*5. Surd. *cons.*248.*n.*13.*& seq.* Rota coram
Card. Seraph *dec.* 1168.*n.*5. & coram Merl. *dec.*339.*n.*8.

Non obstante, quod fructus negentur ab ipsa percepti,
eo quia possessio de mense Februarij sequentis Anni 1613.
auocata fuerit per Iacobum de Angelis, & Pieriam eius
Vxorem in vim mandati Locumtenentis Anconæ, vt in
d. *Sum. num.* 6. Quia ex facto respondebant DD. quod eo-
dem anno Francisca ab ipsomet Iudice obtinuit mandatum
de manutenendo in possessione huius Prædij vnà cum re-
uocatione præcedentis Decreti, vt in præciso *Sum. Diana
num.* 7. † atque ideò illud euanuit, & non est habendum
in consideratione eodem modò ac si factum non fuisset, Rot.
coram Buratt. *decis.* 57. *num.* 11. *decis.* 156. *num.* 4. *par.*
4. *rec. tom.* 2. *in nullius, seu Sublacen. Attentatorum* 1. *Iu-
nis* 1656. *coram eodem à me in eius locum subrogato extensa* §.
tum etiam quia.

Iniustitia etiam mandati resultare visa est ex administra-
tione Franciscæ Tutricis de bonis Dianæ eius filię debitricis,
† quæ cùm longo tempore continuauerit sibi ex fructibus 1
ex alijs bonis, quę ad eius manus in sufficienti quantitate
peruenerunt satisfecisse præsumitur, adeout pro restitutio-
ne dotis amplius instare non posset, *l. si Pupilli* §. *videa-
mus ff. de neg.gest.* Surd. *cons.* 290. *n.*33. Grat. *discept.*826. *n.*
51. Rota *in Romana rescissionis transactionis* 29. *May* 1648.
§. *præterea eidem, &* 16. *Iulii* 1651. §. *præterea secundo coram
Eminentiss. D. Card. Corrado*, non obstante relatione tertij

Petiti coram A. C. electi pro reuideoda reddizione rationis
administrationis, qui retulit debitum Gualteruccia consi-
stere io sc. 1500 creditum verò in scut. 2584. Quia huius-
modi eteditum à Petito conflatum fuit ea pluribus partitis,
& ex fructibus Doralibus pro summa scut. 1620. quos ni-
hilominous in calculo deliberatè non apposuit *Sum. responsio-
nis Diana num.* 1. Et proiodè cùm dd. fructus debiti non
essent, detrahendi sunt à Credito Gualteruciæ, quibus de-
tractis ipsa remanet debitrix in scut. 536. secundùm eaodem
11 relationem. † Quod autem dd. fructus non debeantur ex eo
constar, quod cùm eadem Gualteruccia esset Creditrix Pu-
pillæ sub vsuris grauibus decem pro centenario obligara erat
pro sua satisfactione bona aliqua ser. ser. ad hunc effectum
distrahere quod si noo fecit, vsuras etiam à Statuto taaxatas
petere non poterat ad text. *in l. quoties §. sicut autem ff. de
administrat. & peric. Tutor.* Bal. *cons.* 86. *sub num.* 1. *vers. hic
autem aduertendum est la* 2. Surd. *d. cons.* 190. *n.* 33. *& seq. in
punct.* Rota *decis.* 556. *nu.* 10. *& seq. par.* 4. *tom.* 3. *recent. & in
Eugubina Dotis* 9. *Maij* 1642. *coram Reuerendiss. Tarrace-
nen. §. & demum.* Parum releuante quod bona viri præde-
functi essent adeò modici valoris, vt illorum fructus pro sa-
tisfactione non sufficerent. Nam de contrario constat ex
Inueotario ab ipsamet Gualteruccia confecto, & dato in
præsenti *Sum. Dianan.* 3. vbi descriptæ fuerunt plura cor-
pora stabilium vineæ, scillicet Possessionem, & domus, oliue-
12 tum, & diuersa petia terrarum & aliæ res mobiles. † In-
uentarium autem non solùm probat bona in eo descripta
fuisse hæreditaria defuncti contra conficientem, *l. fin. vbi
DD. C. arbitr. tutel.* sed etiam aduersus ab eo causam haben-
tes, Peregr. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 1. Rota coram Emi-
nentiss. Card. Otthobono *decis.* 225. *n.* 8.

Super retentione fundamentum fieri non potest, quia
vel Gualteruccia iotegralitèr iam satisfacta erat, vel saltem
ex supradictis negari non potest creditum in quantitate
turbidum remanere, † pro quo ideò nequit competere
retentio, Rota coram eodem Eminentiss. Card. Otthobono
decis. 178. *n.* 11. *& decis.* 170. *num.* 17. *Rheghien. seu Salerni-
tana bonorum* 25. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Meltio §.
quoad retentionem, & in Romana Casalis* 23. *Iunij* 1653. *co-
ram R. P. D. meo Celso.* Gratisque Gualteruccia prætendit
se creditricem scut. 700. (vltrà scut. 200. de quibus supra)
quia ex eiusdem confessione de coutrario constar, dum ip-
sa pro integra restitutione dotis mandatum ab A. C. pro
scut. 200. obtinuit d. extract. A. C. fol. 235.

Quæ tandem dicebatur de non integra actorum transpor-
tatione non subsistunt in facto, iura enim quæ dicuntur
14 deficere, sunt omnia registrata io extractu A. C. † & proin-
dè donec docetur de oon integra transportatione in contra-
rium militat iuris præsumptio, Rota coram sa. me. Greg.
decis. 508. *n.* 4. *&* 5. Caual. *decis.* 572. *num.* 7. *decis.* 658. *num.*
4. *par.* 3. *rec. & in Caseaatea. Bonorum* 15. *Maij* 1651. *co-
15 ram me in princ.* † & oisi probetur esse releuantia oon est
necessaria eorum transportatio, quando causa est prophana
vt in præsenti, etiamsi coram Iudice Ecclesiastico penderet,
vt distioguendo firmat Add. ad sa. me. Greg. *dec.* 508. *n.* 15.
& 16. Rota post Fenz. ad Stat. Vrb. *dec.* 165. *§. hac tamen Ro-
mana subhastationis* 7. *Iunij* 1651. *§. acta enim coram bo. me.
Bichio, & in d. Casenaten. coram Me vbi supra.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Auenioneñ Legitimæ.

Veneris 8. *Februarij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Remissoria ad reprobandum dicta Testium, & in articulis, & materijs obiectiuis, quo casu soleat concedi, vel denegari, remissiuè demonstratur.

S V M M A R I V M.

1 *Termino elapso, & probationibus, non factis praecluditur via vlterius probandi.*

2 *Exceptio tempore debito non deducta, amplius deduci non potest.*

3 *Exceptio post examen, & terminum datum ad reprobandum deducta, calumniosa præsumitur.*

4 *Remissoria post publicatas attestationes, & dedicita testificata non est indulgenda.*

5 *Remissoria ad euitandam Testium suboraationem denegari solet.*

6 *Remissoria ad reprobandum Testium personas, non conceditur.*

7 *Articulorum releaantia cessante semper denegatur remissoria.*

8 *Articulis obiectiuis non sunt admittendi.*

9 *in Articuli obiectiuis aliqualis fumus non sufficit, sed magnus exigitur.*

10 *Testium examen in curia constito de releuantia, denegari non solet.*

11 *Testium examen in curia denegatur, vbi calumnia suspicio est vehemens.*

12 *Remissoria non conceditur absque fume, & releaantia materia articulata.*

13 *Calumnia suspicio ex fumo, & materia releuantia excluditur.*

14 *Articuli nunquam admittantur, vbi agitur de vehementia.*

D E C I S I O CCCXII.

PLures in hac causa emanarunt resolutiones scilicet die-
bus 17. Nou. 1650. & 30. Ian. 1654. coram bo. me.
Peutingerio, & 30. Aprilis 1655. coram Me in quibus de-
cisum fuit legitimam à Francisco de Anietis Magdalenæ
Matri relictam deberi non attenta superuineotia filiæ post-
humæ, quia ex tunc deductis concludenter oon probatur
legitimam vti debitam fuisse relictam, verum quia ex Te-
stibus nouiter eaaminatis constitit Franciscum fuisse motum
ad illam relinquendam ea erroneo supposito, quia nimi-
rum ita se teneri, & obligatum esse putabat, adeout cessan-
te obligatione nullatenus eam legasset ob causas à Testibus
recensitas die 8. Feb. 1657. pariter coram Me recessum fuit
à primo loco decisis. Petente aotem hodie Gabriele Maria
Freschieres remissoriam ad Testes huiusmodi reprobandos,
Rota censuit denegañ ex pluribus.

Primò quia cùm in expeditione litterarum remissorialium
Baronis de Griglion Iudex præfixerit terminum eidem Ga-
brieli Mariæ ad reprobandum debuisset eo pendeote illos
reprobare, † alitèr enim termino elapso, & nullis factis 1
probationibus, amplius audiri non debet, & ei via vlterius
reprobandi præcluditur *iuxta decis. Caput* 49. 54. *nu.* 1. *& per
tot. par.* 3. & in terminis responsum fuit *in Bonon. fideic. de
Nascent orijs* 26. *Iunij* 1651. *coram bo. me. Peutingerio.*

Eò magis quia non solùm passus est publicari eamen
Testium pro hac parte examinatorum, verum etiam dispu-
tari dubium super negocio personali, & causam acriter pro-
secutus fuit † non deducta huiusmodi eaceptione, quam 2
verisimilitèr deduaisset, & prout hodie deducit si verita-
ti niteretur, vt respondit Rot. coram Reuerendiss. Vr-
gellen. *dec.* 453. *num.* 1. & coram Card. Caualer. *decis.* 87.
num. 2. *& in Marsicana Iurisdictionis* 14. *Iunij* 1645. *versic.
secundo quod nec postea coram bo. me. Bichio*, imò insurgit ve-
hemens præsumptio calumniæ, quod scilicet fuerit deducta
ad impediendam expeditionem causæ, † cùm porrecta non 3
fuerit ante eaameo, oeque oblata in termino dato ad repro-
bandum, vt arguit Rota *in d. dec.* 453. *n.* 2. coram Reueren-
diss. Vrgellen. & in *rec. dec.* 41. *nu.* 37. *&* 38. *par.* 7. *& in supra-
citata Marsican. Iurisdictionis* 14. *Iunij* 1645. *coram bo. me.
Bichio vers. vrget inquam.*

Hincque iotrare ragulam † quod post poblicatas attesta- 4
tiones, & didicita testificara indulgenda noo est remissoria,
neque noua facultas concedenda reprobandi *cap. licet* 9.
de probat. Abb. *in cap. licet delectus* 49. *num.* 4. *de testib.*
Rota *decis.* 475. *num.* 12. *par.* 6. *& decis.* 41. *num.* 7. *&* 8.
par. 7. *rec. in Camerinen. pensionis* 4. *Maij* 1640. *coram bo.
me. Bichio, vt in Romana successionis* 4. *Iulij* 1642. *coram
Carillo*, aliàs enim daretur ansa suboroationis Testium † 5
ad, quam euitandam remissoria tàm soper eisdem articulis,
quàm directo contrarijs denegari solet iuxt. Text. *ex præsid.
in cap. fraternitatis vbi Domini omnes ad Testib. Clem. final.
eod. tit. auth. at qui semel*, vbi Bart. *in princ. & num.* 1. *C.
de probat.* Rota coram sa. me. Greg. *decis.* 497. *num.* 1. *& in
Vlixbonen. nullitatis professionis* 27. *Iunij* 1646. *coram bo. me.
Argaelles.*

Se-

Secundò quia remissoria non petitur ad ineundam pro-
6 bationem super meritis ad probandum dicta Testium, † sed
ad reprobandas eorum personas, vnde ex omni parte est de-
neganda, Io. Andr. *in cap. licet dilectus 49. num. 3. de Testib.*
Rota *decis. 272. post 2. vol. cons.* Farinac. *num. 5. vers. 1. cum
articulis, in Monopolitana pensionis 7. Febr. 1648. §. penult.
& 30. Martij eiusdem anni, §. tandem non merentur coram
bo. mem. Bichio, & in Pisauren. localium 10. Martij 1650.
coram R. P. D. meo Melzio, §. Irrelevantia versic. additio prae-
terea.*

Tertiò, quia articuli visi sunt laborasse maxima irreleuan-
tia, cùm oblata probatio pro futura non esset tamquàm dire-
cta, & immediatè non includens quaestionem, de qua agi-
7 tur in praeteritis decisionibus resolutam, cessante † autem
releuantia remissoria semper denegatur de mente *Text. in
l. ad probationem* 21. *C. de probat.* inquit Rota coram Capu-
raq. *decis. 66. par. 3.* Cauaicr. *decis. 82. num. 4. & decis. 216.
num. 1.* san. mem. Greg. *decis. 184. num. 3. & decis. 575. n. 18.
par. 5. recent.* & coram Eminentiss. Cardin. Otthobono *de-
cis. 45. in fine.*

Quartò, quia omnes articuli sunt obiectiui, cùm tendant
personaliter ad exclusionem Baronis nullam continentes
probationem proprij Iuris articulantium, licet enim per ex-
clusionem iuris alieni augeri possit ius ipsius opponentis, hoc
tamen procedit quatenùs in obiecto essentialiter ius oppo-
nentis fraudetur, & in consequentiam ius alterius exclude-
tur, vnde cum hic ex materia articulata non oriatur ius
opponentium, sed exclusio Baronis, illiusque personam,
8 † omnes articuli expressè tangant tamquam obiectiui non
sunt admittendi, vt egregiè distinguit Oldrad. *consil. 170.
num. 1. vers. quando autem articulus,* & latè habetur in pra-
cticabilibus Rot. *impress. post secundam partem diuers. n. 8.
& 9.* & dictum fuit *in Ianuen. pecuniaria 28. Nouembris
1642. coram bon. mem. Dunozetto, in Bonon. fideicommis-
si de Bolegninis 16. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Ve-
rospio.*

Neque obstat, quòd etiam in materia obiectiua remisso-
ria non denegetur dato fumo eius quod articulatur, quod
videtur hic non deficere, cùm articuli videlicet non princi-
paliter saltem incidenter prosint actoribus, quia in mate-
9 rijs † obiectiuis aliqualis fumus non sufficit, sed magnus exi-
gitur, vt dictum fuit *in Romana Iocalium 26. Iunij 1642.*
coram Vbaldo Sen. relata per Add. ad Butatt. *decis. 587. sub
num. 9. & decis. 877. in fin. & supra citata Marsicen. Iurisdi-
ctionis 14. Iunij 1645. coram bo. me. Bichio.*

Et ex ijsdem rationibus DD. reiecierunt articulos pro exa-
10 minandis Testibus in Curia in qua † videlicet denegari non
soleat examen Testium si de releuantia articulorum appa-
reat, vt dictum fuit *in Calaguritan. Beneficij de Cornago 15.
11 Ian. 1646. coram R. P. D. meo Verospio,* † tamen vbi suspi-
cio calumniae est vehemens prout dicitur talis, quando vt
in praesenti articuli sunt releuantes, calumniosi, & obiectiui
etiam in Curia denegatur examen, & articulorum admissio,
vt dixit Rot. *dec. 416. n. 5. cum seq. par. 5. rec. in Forosempro-
nien. bonorum 28. Ian. 1641. coram Reuerendiss. Tarraconen.
& in Valentina Parochialis 23. Ian. 1647. coram Reu. D. meo
Decano, §. ratio resolutionis fuit.*

Nec satis est fumus obiectus ex fidibus extraiudicialibus
relatis *in Summ. num. 7.* Tum quia non sunt de actis, vt opus
12 est, tum etiam quia non sufficit solus fumus, † sed vlteriùs
requiritur releuantia materiae articulatae, vt declarauit Ro-
ta *decis. 41. num. 39. cum seqq. par. 7. rec. & in Caesaraugusta-
na distributionum 12. Martij 1643. in fine coram Reuerendiss.
13 D. meo Decano.* Tum denique, † quia fumus vnà simul cum
releuantia sufficit ad excludendam simplicem suspicionem
calumniae, vt dictum fuit *in Bononien. fideicommissi de Ma-
luetis 15. Ianuarij 1649. coram bon. mem. Arguelles sub vers.
de calumnia,* non autem quando vlteriùs articuli sunt obie-
14 ctiui, & impertinentes, † tunc enim cum non agatur de
simplici calumnia, sed de vehementi nunquam admittuntur,
vt dixit Rota *in Calaguritana praeeminentiarum 14. Decem-
bris 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in dicta Valentina
Parochialis 27. Ianuarij 1647. coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Et ita denegandam esse remissoriam vtraque parte infor-
mante decisum fuit &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacrae Rotae Decano.

Bononien Haereditatis.

Die 11. Februarij 1657.

ARGVMENTVM.

Haereditas quod habeatur pro non adita, sed ia-
centi si aditio facta fuerit ex erronea causa,
ideòque ab aliquo loco Pio possit repudiari abs-
que beneplacito Apostolico, & caeteris solem-
nitatibus, constanter firmatur: simulque discu-
titur, an haeredi scripto retardari possit immis-
sio, si à fideicommissario clarè, & in conti-
nenti doceatur de suo iure, & an legitimus
Creditor dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio danda est haeredi, quando non constat testamen-
tum non esse abolitum, neque cancellatum.*
2 *Haereditatis aditio facta ex causa erronea, perinde ha-
betur, ac si facta non fuisset, & quare.*
3 *Haereditatem tanquam vere non aditam, quando possit
haeres repudiare.*
4 *Haereditas quando repudiari possit absque beneplacito
Apostolico, caeterisque solemnitatibus ab aliquo Mo-
nasterio, seu Religione.*
5 *Substitutio vulgaris continetur in compendiosa.*
6 *Substitutio compendiosa comprehendit casus tam uo-
luntatis, quàm impotentiae.*
7 *Contradictor legitimus in adeunda haereditate, vt quis
dicatur quae requirantur.*
8 *Haeredi scripto, an & quando sit retardanda immis-
sio, si fideicommissarius doceat in continenti de iu-
re suo.*
9 *Fideicommissarius dicitur vitiosè possidere, si possessio-
nem non fuit adeptus de manu legitimi haeredis, nec
ipse legitime citatae.*

DECISIO CCCXIII.

IN Testamento per Iacobum Barberium condito de anno 1629. instituti fuerunt haeredes vniuersales omnes eius filij masculi nati, & nascituri ex legitima vxore, & ijs non extantibus, vel postea quandocunque decedentibus sine similibus filijs institutis leguntur eius filiae natae pariter, & nasciturae ex legitima vxore, & quando (sunt verba testamenti) tempore mortis meae non extarent mei filij masculi, vel foeminae ex legitima vxore orti, seu extantes quandocunque morerentur absque descendentibus legitimis, tunc substituo, & instituo mihi haeredes RR. Priorissas, & Moniales Sanctorum Iacobi, & Philippi huius Ciuitatis nuncupatas le Conuertite libere, & pleno Iure *Sum. Conuertitarum num. 2.*

Decessit desuper 21. Maij 1654. sine descendentia masculina superstite tantùm vnica filia foemina Moniali professa in Monasterio Sanctiss. Trinitatis Bononiae nuncupata Sorore Maria Veronica, & eadem die moniales ex eius persona supponendo Iacobum decessisse ab intestato eiusque haereditatem esse lucrosam constituerunt specialem Procuratorem ad illam adeundum, & ab Auditore Generali Bononiae obtinuerunt immitti in possessione eius bonorum haereditariorum tanquam haeres illius ab intestato, sed cognito deinde quod decesserat cum testamento, & reperto quam eius haereditas potius erat damnosa, quàm lucrosa sub die 28. Septembris eiusdem anni vigore licentiae obtentae à Vicario Generali Reuerendiss. Archiepiscopi Bononiae, & cùm praesentia authoritate, & consensu vnius ex . . . . . Monasterij omni meliori modo illam repudiarunt *num. 1.*

Inde conuentus vigore supradictae substitutionis *ex remed. l. final. C. de edicto Diu. Adrian. tollend.* ab A. C. Ariosto obtinuerunt immissionem in possessione omnium bonorum quae possidebantur à Iacobo tempore sui obitus *Summ. num. 3.* Deuoluta mihi causa appellationis proposito par-

condonauit &c. totam, & integram portionem omnium, &
singulorum bonorum, & iurium, quæ ipsi in bonis dd. Pauli,
& Portiæ eius parentum, ac etiam in bonis fraternis, & fu-
turis illorum, & singulorum eorum hæreditate, bonis, & suc-
cessione etiam ratione legitimæ &c. & vigore cuiuscumque con-
tractus &c. quomodolibet quomodocumque, & qualitercumque
obuenientia, & obuentura, & etiam in vigore fideicommisso-
rum, &c. & ibi volens huiusmodi cessionem, renunciationem,
&c. trahi, & extendi, non solum ad supradicta expressa,
& specificata, verum etiam ad ea, quæ speciali mentione, &
expressione indigerent, & sub generali sermone non compre-
henderentur, &c. Quæ quidem verba cùm sint satis ampla,
& prægnantia, & loquantur tam de præterito, quod de fu-
4 turo † signanter respectu hæreditatis fraternæ incongruum
vtique est prætendere, quod controuersam non compre-
hendant per ea, quæ in his terminis dixit Rota *in recent. de-*
cis. 714. num. 2. cum seq. par. 2. cum alijs satis relatis in *Roma-*
na fideicommissi de Casciaris 16. Martij 1646. coram Emi-
nent. Card. Corrado, §. voluntas, cum seqq.

Tum etiam ex quo tunc temporis nullus ex fratribus ad-
huc obierat, adeò, vt propterea renunciatio circa fraterna
nullo modo verificari posset in Testamenti hactenus con-
ditis, & successionibus de præterito, sed tantum de futuro,
5 † quo casu etiam in dubio dicendum erit illis fuisse renun-
ciatum, vt notat Bart. *in l. quis Romæ, §. duo fratres num. 19.*
vers. nunc ad propositum, ff. de verb. obligat. & concordanti-
bus adductis, firmatum in dicta *Romana fideic. de Casciaris*
sub d. §. voluntas verò vers. in qua etiam sola.

Præterea Testamentum, cuius vigore agitur est nullum,
nec facit fidem, quia de eo rogatus fuit 24. Septembris 1655.
Stephanus Pisanellus qui præcedenter, nempè 6. Iunij eius-
dem anni suspensus fuerat ab exercitio Notariatus prævio
decreto Commissarij deputati à D. Præfectio Archiuiorum
6 *Summ. DD. Collitigantium num. 6.* † Ideòque non meretur
nomen publici instrumenti ad *Text. in l. si aliquid 12. C. de*
suscepto. præposit. & Arcan. lib. 10. Odofred. *in l. si quis ex*
argentarijs, §. coguntur in fine, vers. nisi esset depositus, ff. de
eden. Specul. *par. 2. tit. de instr. edit. §. restat, sub num. 33. vers.*
dic quod donec, Franc. Masc. *dec. 299. num. 2. cum seqq. part. 2.*
Rota *diuers. dec. 769. n. 7. 8. 16. & 17. par. 1.*

Nec refert, quod eadem met die rehabilitatus fuerit ab
eodem Commissario, quia huiusmodi rehabitatio, & resti-
7 tutio ad officium non substinetur, † cùm expirata fuerit
iurisdictio dicti Commissarij, tam per primum decretum,
vt dixit Rota coram bon. mem. Merlino *decis. 749. num. 19.*
& 20. quàm etiam attenta forma ipsius primi decreti, in
quo explicitè mandauit, quod Pisanellus ab exercitio No-
tariatus se abstineret, ibi, *donec fuerit legitime rehabilita-*
tus ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Archiuiorum Præfecto d.
Summ. num. 6.

Alia autem deducta ab informantibus pro dd. Vrbano,
& Mario fratribus de Mülinis non fuerunt visa sufficien-
ter iustificata.

Et ita vtraque &c.

Decisio hæc facta in hac eadem causa sub die 27. Aprilis
1657. coram eodem Reuerendiss. Decano, est suprà in hac
eadem par. 12. Recen. dec. 122.

R. P. D. VEROSPIO.

Cracouien. Decimarum.

Luna 25. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ Matrici præsumendum esse Decimas fuis-
se reseruatas, donec ipsarum assignatio Ecclesiæ
filiali, scilicet, intrà illius territorij limites ere-
ctæ, comprobetur, decisum fuit: hinc identitas
bonorum ex quibus præsumatur, & diuersitas
locorum ex quibus inferri nequeat, pariterque
scripturæ informi quando fides adhibenda sit,
ita vt falsitatis suspicio ab ea remoueatur, non-
nulla tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet assistentiam iuris pro Decimis super ter-*
ris intrà sua Parochiæ limites constitutis.
2 *Decimæ præsumuntur reseruatæ Ecclesiæ Matrici,*
donec ipsorum assignatio Ecclesiæ filiali facta pro-
betur.
3 *Ecclesia quod fuerit Parochialis tempore antiquo, ex*
statu præsenti inferri non potest.
4 *Falsitatis suspicio in scripturis, ex quibus excluda-*
tur.
5 *Confessio contra confitentem plenè probat.*
6 *Scriptura informis, quando plenum probationis gradum*
constituat.
7 *Scriptura licet informis plenam fidem tribuit obseruan-*
tia subsecuta.
8 *Possessio rei, in posse donantis extitisse probatur, si do-*
natarius fructus rei donatæ ex titulo donationis per-
cepisse fateatur.
9 *Confessio excedit quæcumque genera probationum.*
10 *Manutentio quæ dedit causam liti, nullius roboris esse*
censetur.
11 *Præsentatio quæ dedit causam liti non probat possessionem*
præsentandi.
12 *Identitas bonorum ex quibus præsumatur.*
13 *Diuersitas inter vnum, & alterum locum, ex quo ne-*
queat inferri.

DECISIO CCCXV.

PLuribus fuerat decisionibus coram Me sancitum Deci-
mas villæ VVqgleniec Tharzaua, atque Choreuâ re-
trahendas ad Monasterium Andreouiense pertinere, at ve-
rò villæ Humienieckie Decimas, nec non Hortulaniam,
Stagnum, & Foralia ad Ecclesia D. Catharinæ spectare.
Cùm verò decisionum vires hinc indè reuocarentur in du-
bium sub die 15. Iunij præteriti reproposito dubio super
Decimis Parocho attributis Monasterio remissoria conces-
sa fuit, super altera verò parte dilata resolutio, quam ta-
men hodiè DD. in decisis persistendo ad fauorem Monaste-
rij decreuere innixi potissimùm donationi villarum, cùm
Decimis à Mauro Episcopo de ann. 1116. nec non succes-
siuè à Ioanne adstipulatæ fauore Monasterij, quæ dum
Adriani Pontificis assensu vallata, † nec non effectui de- 1
mandata dignoscitur, assistentiam Iuris super Decimis in-
trà Parochiæ limites constitutis fauentem Parocho instrin-
git, vt aduertit Vital. *in Clem. 1. num. 71. vers. vndè oportet*
de iur. patr. Rebuff. *in tract. de Congr. post benef. num. 108.*
Menoch. *de recup. rem. 1. num. 766. cum alijs relat. in decis.*
16. Aprilis 1650. in §. vndè nec Rectori coram bon. mem. Bi-
chio, & 27. Aprilis 1654. in §. siquidem coram me. Dum
maximè D. Catherinæ Ecclesia Monasterij filialis, nec non
intrà illius † territorij limites erecta ex eiusdem confessio- 2
ne Parochi comprobatur. Hinc enim Monasterio tanquam
Ecclesiæ Matrici præsumuntur reseruatæ, donec ipsarum
assignatio à Parocho in Parochialis erectione comprobe-
tur, iuxta *gloss. in cap. statuimus in verb. baptismale 16. q. 1.*
not. Rebuff. *de Decim. quæst. 6. num. 12.* & respondit Rota
decis. 410. numer. 3. part. 1. & decis. 311. num. 12. pars. 6.
& dec. 12. num. 16. par. 7. recent. & in Florentina Decima-
rum 29. Ianuarij 1635. in fin. coram bon. mem. Card. Hiero-
nymo Verospio. Nec non status † Parochialitatis Ecclesiæ 3
tunc temporis excluditur, qui neque posset ex statu præ-
senti inferri, vt adsit Alciat. *de Præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21.*
n. 15. Rebuff. *in prax. benef. par. 1. tit. sec. bon. quotuplex n. 11.*
Menoch. *de præsumpt. tit. 6. præsumpt. 65.* & respondit Rota
decis. 673. num. 5. par. 2. rec.

Neque falsitas donationis, & confirmationis Apostoli-
cæ denuò repetita visa fuit vrgere. Cùm eiusdem donatio-
nis obseruantia ex libris reseruationum, & visitationum, nec
non beneficiorum Ecclesiæ Cathedralis plurium sæculorum
cursu comprobetur, tum etiam ex inuentario rerum tem-
poralium Ecclesiæ S. Catherinæ Aduersarij cura confecto,
& enunciante Decimas † ab eisdem villis Monasterio per- 4
solutas. Exindè namque quælibet falsitatis suspicio ex tem-
poris varietate petita penitus remouetur, vt notat Bald.
cons. 97. vol. 1. Aym. *cons. 66. num. 11. & cons. 158. n. 1.* cum
alijs plenè relatis in *decis. 27. Aprilis 1654. in §. hæc autem*
Donatio coram Me.

Quis

Quinimmò ex volumine Aduersarij typis edito veritas
donationis concluditur. In eo enim Monasterio sobsecuta
dotatio comprobatur cum Decimis à Mauro Episcopo vsq;
5 ab annis 1115. attributis. † Talis namque confessio pro-
bationibus quibuscumque præcellens contra confitentem
admittitur ad *Text. in l. generaliter*, Rot. *dec. 758. n. 2. & 4.
par. 3. rec. & in Craconien. Decim. 1. Iulij 1648. in princip. co-
ram R.P.D. meo Meltio.*

Hinc vrgere non poterit, quod his donationibus tan-
6 quam io formibus † fides nullatenus præstari consueuerit.
Præterquam enim scriptura licet in formis quoties, vt in
proposito casu antecedenti instantia in termino productio-
nis impugnata non fuerit pleoum solet probationis gra-
dum constituere, vt aduertit Dec. *in auth. si quis in aliquo
num. 27. Cod. de eden.* Rota coram Pur. *decis. 119. lib. 2.* co-
ram Mant. *decis. 127. num. 2.* post Posth. *de manut.* Ex ob-
7 seruantia subsequuta † scripturis licet in formibus plenam
fidem attribuente quælibet remouetur obiectio, vt notat
Cyn. *inter cons.* Bald. 400. *vers. non obstat, quod non reperia-
tur lib. 4.* Aym. *cons. 107. num. 4. & cons. 158. num. 1.* Becc.
cons. 6. num. 17. & cons. 103. num. 26. lib. 1. Rota coram Se-
raph. *decis. 928. num. 2. & decis. 1232. eodem num. 2.* co-
ram Caualer. *decis. 640. num. 9. & decis. 482. num. 3. par. 1.
recent.*

8 Quæ prætereà observantia † ex confessione Parochi ab
Abbate Monasterij donationis titulo Decimas recipientis
vires assumit, ac robur. Indè enim possessio Decimarum
in posse donantis extitisse continetur, vt in terminis respon-
dit Rot. *dec. 673. num. 3. par. 2. rec.*

Ex his verò quadragenariæ possessionis probationem cum
titulo ad hunc effectum requisitum resultare DD. animad-
uertebant. Titulus quippè ex donationis Instrumento com-
probatur quadragenaria; quasi possessio ex actibus superiùs
9 recensitis, † nec non ex confessione Parochi quæcumque
probationum genera excedente concluditur, iuxta *text. in
l. cum precum C. de liberal. caus.* not. Aym. *cons. 150. num. 4. in
fin. & num. 5.* Rota coram Greg. *decis. 200. num. 2.* vbi Add.
num. 5. & apud Posth. *de manut. decis. 113. n. 15. & 16. & in
Brundusina bonorum 23. Ianuarij 1649. in princ. coram R. P.
D. meo Meltio.*

Neque Parocho poterit suffragari quasi possessio Deci-
mas exigendi per annos 30. & vltrà, siue reportata contra
Monasterium manutentio. Possessio enim ex depositione
Testium nullatenus comprobatur, dum pluribus persona-
libus exceptionibus possunt remoueri, neque ex noda asser-
tione. Monasterij Procuratoris decimas asserentis à Paro-
cho possideri, talis quippè possessio ab eodem donationi
per Parochum receptæ adscribitur, quæ in hoc S. Tribunali
10 † vitio nullitatis laborare decreta fuit. Manutentio verò,
vtpotè controuersæ litis inductiua nullius roboris esse cen-
11 setur, † vt in terminis præsentationis præbentis causam
liti respondit Rota coram Gregor. *decis. 417. num. 7. & de-
cis. 30. num. 1. par. 2. rec.* coram bon. mem. Vrgelleo. *dec. 23.
n. 19. & in Calben. Iuris conferendi 26. Maij 1616. coram bo.
me. Card. Fabritio Verospio.*

Demùm vrgere non poterit obiectio iterùm repetita,
quod in donatione concessa ab anno 1115. villa VVygle-
niec inclusa non fuerit, dum huius villæ nomen ibi non
legitur, vel quia sub anno dumtaxat 1365. constructa suc-
12 cessiuè conuincatur. Siquidem ibi descripta † legitur villa
VVeglous, quæ eadem VVygleniec exindè esse præsumi-
tur, quod situs Monasterij, nec non Ecclesiæ Parochialis
probatur in donatione comprehensus, ac Decimas sem-
per in villa Monasterij exegit. Hæc sanè obseruantia vil-
lam controuersam fuisse in donatione inclusam suadet, vt
notat Castren. *cons. 348. num. 4. lib. 1.* Aym. *cons. 211. num. 8.*
Corn. *cons. 193. num. 19. lib. 2.* Rota coram Mant. *decis. 320.
num. 5. & decis. 24. num. 8. part. 3. rec. & decis. 175. num. 10.
coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.* Villæ autem vtrius-
13 que diuersitas ex Instrumento per Parochum exhibito ar-
gui non valet. Cùm illud præseferat constructionem villæ
Sadek de ann. 1365. demandatam, ex qua proindè non po-
terit ad alteram VVyglaniec villam inferri, iuxta *Text. in
l. Papinianus exul. ff. de minor.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Domus, & pretij Officij.

Lunæ 11. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Læsione probata irritatur subhastatio, & quando excludatur prætextu fideicommissi, pacti redimendi, pretij vinculati, & similium exceptionum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in rebus stabilibus ad rationem quinque pro centenario taxantur.*
Etiam in terminis Domorum, num. 1.
2 *Læsio in tertia parte sufficit ex dispositione Statuti Vrbis.*
3 *Læsio in tertia parte etiam in subhastatione locum habet.*
4 *Læsio vltrà dimidiam de iure communi subhastationem irritat.*
5 *Fideicommissi onus rei æstimationem minuit.*
6 *Et eius diminutio sextam partem non excedit.*
7 *In Aestimatione decernenda omnia euentualia ponderari debent.*
8 *Pactum redimendi in deliberatione appositum rei æstimationem vltrà sextam partem non solet minuere.*
9 *Pactum redimendi ad tempus breuissimum stipulatum nihil, aut parum venit æstimandum, & præsumitur collusiuum.*
10 *Læsio ex pacto redimendi ad breue tempus probatur.*
11 *Cessio vniuersalis ex quibus verbis, & clausulis probetur.*
12 *Verba vbi sunt clara, non est recedend. ad præsumptiones.*
13 *Accollatio habet vim solutionis debiti.*
14 *Accollatio non habet vim solutionis in actu subhastationis si deficit consensus debitoris, & creditoris.*
15 *Procurator absque speciali mandato nullum potest principali præiudicium inferre.*
16 *Legata annua ex fructibus, non autem ex proprietate solui debent.*
17 *Pretium vinculatum minoris est valoris.*
18 *Euictio reddit rem venditam vtiliberam.*
19 *Accollatarius semper est tutus.*
20 *Cessio posterior nihil suffragatur, sed prior attenditur.*
21 *Cessio ampla, & effrenata, nihil excludit.*
22 *In Contractibus non ea quæ tractantur, sed quæ concluduntur attendi debent.*

DECISIO CCCXVI.

CEnsueruot DD. constare de læsione tam respectu domus, quàm pretij officij.

Domus enim solita locari pro scutis 140. vt constat ex In-
strumentis locationum relatis io *Summ. mulierum de Garga-
rijs, & Albertis num. 1. litt. A. ac num. 3. & 4.* sicque valo-
ris scutorum 3000. † ad rationem quinque pro centenario, 1
iuxta taxam *glossæ in auth. perpetua verb. iusta Cod. de sacros.
Eccles. passim à Rota sequutam in rebus stabilibus, & termi-
nis Domorum,* coram san. mem. Greg. *dec. 553. num. 8.* & co-
ram Cardin. Caualer. *decis. 387. sub num. 4. vers. & cum Do-
mus,* ac in alijs deliberata fuit pro scutis 285. de quibus Abi-
nantes deliberatarius successiuè retraxit scuta centum pro
quodam Appodio, dicto *Summ. num. 8.* † Vndè manifesta 2
resultat læsio, nedum in tertia parte, quæ sufficit ex dispo-
sitione *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 144.* † quod habet locum 3
etiam in subhastatione, vt dixit Rot. coram Buratt. *dec. 675.
num. 5. & seqq.* & coram Caualer. *d. decis. 387. num. 4. in fine,*
verum, & vltrà dimidiam, † quæ irritat subhastationem 4
etiam de Iure communi, iuxta terminos *l. 2. Cod. de rescind.
vend.* & latè tradit Modern. Perusin. *de subhast. inspect. 59.
num. 3.* Rota apud eundem *decis. 53. num. 1. & decis. 648.
num. 5. par. 1. ac decis. 406. sub num. 5. vers. & præcipuè par. 4.
recent.*

Neque

Neque excluditur prætextu fideicommissi, cui domus
5 prædicta obnoxia † reperiebatur, quia licet onus huius-
modi minuat rei æstimationem ad l.1.§.si hares, vbi Bart.
sub num.2. vers.2.nota, Ias. sub num.9. vers.tertio nota, ff. ad
Senat.consf.Trebell. Crauett.cons.435.num.17. cum alijs re-
latis in Ariminen. manutentionis 10. Iunij 1652. coram R.
6 P.D. meo Albergato, §.final. Diminutio tamen † ad sum-
mum non excedit sextam partem, vt in specie firmauit Ro-
ta in Auximan. bonorum 1.Iulij 1613. coram bon.mem. Card.
Sacrato, & in Romana fideicommissi de Spiritib.12. Decem-
bris 1644. coram bon.mem. Bichio, §.dua item, qua detracta
valor remanet in scutis 2500. vndè læsio adhuc superat di-
midiam, vt ex Calculo, sed onus, de quo agitur, non vi-
detur tanti æstimandum habito respectu ad illius euentua-
litate, cùm posset, vt euenit, expirare in persona ipsius
7 Gargatij, qui nec filios, nec vxorem habebat, † & grauis
erat ætatis, quæ omnia Iudex debet animaduertere, ac
ponderare in decernenda illius æstimatione per Tex. in l.si
seruus fugitiuus, vbi gloss. verb.onuonerit, C.de condit.furtiu.
& dixit Rota in Romana rescissionis transactionis 29. May
1648. coram Em.Card.Corrado, §.illa vero in fine.

Minùs euitatur ex pacto redimendi in eadem delibera-
8 tione apposito, † quia cùm non esset absolutum, ac inde-
finitè conuentum non solet ipsius rei æstimationem minue-
re vltrà aliam sextam partem ex sententia Rotæ penes
Card.Seraph. decis.1063.sub num.5. in recent. decis.64.n.13.
& decis.344. pariter num.13.part.4.tom.x. ac in alijs relatis
in dict. Romana rescissionis transactionis coram Emin. Card.
Corrado, §.prater quod pactum, &c. Qua etiam detracta
valor remanet in scutis 2100. circiter, & læsio semper di-
9 midiam excedit. † Eòque magis, quia pactum prædictum
fuit stipulatum ad tempus breuissimum vnius mensis, quo
casu nihil, aut parum venit æstimandum, Bertaz. cons.
crim.229. num.20.lib.1. Valasc. consult.70. num.11. in fin.
Anton. de Amat. resol.61. num.27. Rota decis.180.num.1.
10 part.1.rec. Imò exindè † potiùs augetur probatio læsionis,
& collusionis suspicio quasi fuerit consultò appositum ad
colorandam pretij modicitatem, iuxta tradita per Pinell.
in l.2.par.3. cap.4. num.19. in fin. C. de rescind.vend. Valasc.
d.consult.70. n.11.

Nec subsistit, quod hæc domus non fuerit comprehensa
in cessione per dd. mulieres reportata à fabrica S.Petri,
11 † cuius vigore agunt. Quia contrarium habetur ex illius
contextu, ex quo patet cessionem esse vniuersalem de om-
nibus iuribus, & actionibus quomodolibet, quomodocun-
que, & qualitercunque competentibus, & comprehensis,
& quæ competere quo quomodo possent in futurum con-
tra d.hæreditatem, res, & bona, nullo Iure, nullaque actio-
ne prorsùs excepta, & reseruata, quapropter dubitari non
potest, quin & iura super controuersa domo comprehen-
dat ad l.1.§.quod autem, ff.de Aleatoribus, l.1.§.generaliter,
ff.de legat.præstan. Rota coram sa.me.Greg. dec.87.sub n.10.
vers.& contrarium, & dec.327.n.3. coram Merlin. dec.389.
num.31.& coram Em. D.Card. Orthobono decis.67. num.3.
præsertim cùm facta fuerit de ipsa hæreditate, quæ tanquam
ius vniuersale omnia bona, & iura tam cogitata, quàm inco-
gitata generaliter includit, prout ita declarasse D.Oecono-
mum d.fabricæ ingenuè fassus fuit idem Abinantes in preci-
bus ab eo porrectis pro secunda cessione d.Sum.num.13. ni-
hil obstante, quod statim subdiderit non esse verisimile,
quod fabrica voluerit cedere prætensiones, ac iura prædi-
12 cta pro modica † summa scut.300. quia vbi verba sunt claræ
non est recurrendum ad præsumptiones, & verisimilitudi-
nes, & nihilominus obiectum retorquetur, quia si Abinan-
tes prætendit acquisiuisse eadem iura mediante solutione
scutorum quadraginta faciliùs censentur acquisita à præfa-
tis mulieribus, quæ maiorem quantitatem exbursarunt, &
quarum altera prætendebat ea dicta hæreditate pinguè le-
gatum scut. bis mille sibi relictum ab eodem Gargario in
eius Codicillis d.Sum.num.23.

Quo verò ad pretium officij læsio pariter est euidens,
quia illud ascendit ad scuta 4815. & apparet ex Instrumen-
to venditionis, cùm ipso Abinante celebrato, quod vnà cum
credito scut.500. occasione fructuum ab eodem Abinante
debitorum fuit subhastatum pro scutis 3250. de quibus fue-
runt in contanti soluta dumtaxat scuta 309. pro residuò ve-
13 rò accollata diuersa credita, † quæ sanè accollatio licet re-
gulariter habeat vim solutionis, secus tamen est, quando,
14 prout hic, in ipso actu subhastationis deficit † consensus ne-
dum debitoris, sed etiam creditoris, Giurb. decis.53.num.3.
Modern. Perusin. de subhast. inspect.37. num. 32. & seqq. per
tot. Rota coram Duran. dec.259. num.13. cum alijs per Ad-
den.ad san.mem. Greg. dec 23.n.6.

Nec releuat assertus consensus Procuratoris dd. mulie-
rum, quia præter quod non iustificatur expressus, sed tan-
tùm educitur, ex quibusdam Apostillis † in minuta delibera- 15
tionis, vt præfertur appositis non constat de speciali manda-
to, sine quo nullum potuit eisdem mulieribus præiudicium
inferre ex traditis per Antonellum cons.80.n.8. Modern.Pe-
rusin. de subhast.inspect.37.n.84. & inspect.58.n.133. Rota
dec.76.n.8. & seq. apud Zacch. de oblig.Cameral.

Verùm nec debita subsistunt, quia ferè omnia erant an-
nua legata, & aliqua etiam temporalia, quæ fuerunt valuta-
ta ad rationem Capitalis, quod fieri non potuit, † cùm 16
huiusmodi legata solui debeant ex fructibus non autem ex
proprietate, l.apud Iulianum, §.heres ff.de legat.1. l.liberto,
§.1.ff.de annuis legat. l.firmio, §.pater, ff.quando dies leg.ced.
Surd.dec.28.n.2. Rota decis.399.n.38.par.5.rec. & coram
Buratt.decis.73.n.1. in Romana fideicommissi 7.Iunij 1652.
coram R.P.D. meo Zarate, §.nam quamuis, vers.quia pro le-
gato, & in terminis responsum fuit in Bonon. Pradij 4. Fe-
bruarij 1658. coram Me, §.vtilitas autem, &c.

Nec refert, † quod pretium tanquam vinculatum mi- 17
noris esset valoris. Tum quia Abinantes specialiter sibi
† prospexit de euictione per quam res perindè iudicatur, ac 18
si libera vendita fuisset, Anton.de Amat. resol.61. num.40.
Rotæ in Tiburtina Castri S. Angeli 14.Februarij 1656.coram
R.P.D. meo Meltio. Tum quia exceptis scutis 300.nihil vl-
trà soluit, sed residuum penes † se retinuit accollando di- 19
cta onera, vndè semper erat tutus, nec aliquod damnum
passurus, eòque minus cum in deliberatione vlterius con-
uenerit, quod in casum inualiditatis, seu rescissionis ex quo-
cumque capite accollatio cessaret, & expiraret, eodem
Summ. num.18.

Sicuti vana est prætensio, quod idem Abinantes culpa
Gargatij fuerit damnificatus in scutis annnis 50. quæ solui
consueuerant Domino officij à Capitulo S.Petri; quia in
Instrumento venditionis nulla ratio huius emolumenti ha-
bita fuit, & Abinantes promisit pretium conuentum inte-
graliter exbursare absque vlla defalcatione quocunque
prætextu facienda, & expressè legitur in Instrumento, vers.
& solutionem.

Cessio demum per ipsum Abinantem reportata à fabri-
ca S.Petri nullius est momenti, quia cùm eadem fabrica an-
teà cessisset omnia bona, & iura d.hæreditatis præfatis mu-
lieribus, vt suprà dictum est, nihil penes eam remansit,
† quod posset deinde cedere Abinanti, cui propterea cessio 20
posterior nihil suffragatur, sed prior attenditur, secundùm
Bald. in l.emptor n.2. C.hered. vel act. vendit. Surd. cons.27.
sub n.28. vers.nec etiam, & seq. Franc.dec.75.n.1. Giurb.de-
cis.104.pariter n.1. Rota in Bonon.Macelli 17.Dec.1642.co-
ram bo.me. Peutingerio, §.2. dicebant cum seq.

Gratisque replicatur, quod prima non comprehendat
pretium officij eo, quia in discursibus cum D. Oeconomo
habitis dictum esset, quod fuerat deliberatum, † quia ver- 21
ba cessionis sunt adeò ampla, & effrenata, quod nihil peni-
tus excludant quomodolibet spectans ad hæreditatem ces-
sam, vt probatum fuit, & in contractibus, † alijsque ne- 22
gotijs, non ea, quæ tractantur, sed quæ concluduntur at-
tendi debent, l.si voluntatis, vbi Bald.& Alicet. in primo no-
tab.C. de rescin.vend. Alex. cons.28.n.3. lib.1. Rota coram
san.mem. Greg. dec.168.n.2. & dec.178.n.1.

Atque ita conclusum fuit vtraque parte informan-
te, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Colonien. Legitimatis.

Veneris 11. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Supèr Matrimonij fœdere lis quando principaliter non fuit intentata, sed incidenter ad effectum probandi filiationem legitimam, tunc probationes leuiores in hoc casu admittuntur, & quales possunt haberi.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *De Matrimonio probando incidenter, quando agitur, plena probatio non est necessaria.*

2 *Matrimonium quando probetur ex Testibus deponentibus de auditu.*

3 *Matrimonium, quando de eo agitur incidenter, probatur ex pluribus coniecturis simul iunctis.*

4 *Parochi præsentia, & Testium, non erat necessaria ante Concilium Tridentinum.*

5 *Affinitatis exceptio tollitur in teste, si vtrique parti sit affinis.*

6 *Testis retractatione prioris examinis, fidem testis non admit.*

7 *Acta gesta coram Iudice incompetenti, non habent subsistentiam.*

8 *Ad Matrimonium probandum quot testes sint necessarij.*

9 *Character Clericalis non est consuetus illegitimis absque Dispensatione Apostolica dari.*

10 *Legitimitatis præsumptio oritur ex hoc, quia quis promouetur ad sacros Ordines, absque Dispensatione Apostolica.*

11 *In Filiationis legitimæ quasi possessione quis constituitur, contra fatentes, & recognoscentes vti talem.*

12 *Matrimonij quæstio, quando incidenter, tantum dicatur inducta.*

13 *De Matrimonio dirimendo inter coniuges, vel eo comprobando quando agitur, leuiores probationes non sufficiunt.*

14 *Productio scripturarum non releuat, dum non fuit facta à persona legitima.*

15 *Scripturæ productio vt sit releuans, debet probari à Procuratore habente legitimum mandatum.*

16 *Scriptura producta dum est sine die, mense, & anno, & sine subscriptione partis, an probet.*

17 *Matrimonium, quæ verba omnino præseferant.*

18 *Filiationis legitimæ quasi possessio, ex tractatu, ex educatione, & confessione partis, quando præiudicium non inferat.*

19 *Testium examen soli Notario de iure permittitur.*

20 *Notarius quando est suspectus circa testium examen datur ei adiunctus.*

21 *Necessitate cessante, dum aliquid non fuit factum, non irritat.*

22 *Adiunctus cum Notario examinante testes, quando non fuit adhibitus.*
Non inducit nullitatem talis omissio, dum id non fuit petitum per aduersarium.

23 *Testes, qualiter sint examinandi, attenditur commissio.*

24 *Verba nequeunt immutare veritatem ipsam.*

25 *Testium examen non exhibitis interrogatorijs, an sit validum.*

26 *Interrogatoria, quando pars neglexit iuxta terminum præfixum à Iudice, exhibere, frustrà de nullitate examinis facti sine eis conqueritur.*

27 *Testium repetitio, an admittatur publicatis attestationibus.*

28 *Exceptio calumniosa ad protrahendam causa expeditionem, est repellenda.*

29 *De Nullitate citationis ad valuas Ecclesiæ, quando de iure agi non possit.*

30 *Horologia pulsantia in quibusdam locis, & maximè extra Italiam, meridiem, & mediam noctem constituunt.*

31 *Testamentum, quando est inualidum, non meretur fidem.*

32 *Testamentum conditum coram Parocho, & testibus, vt probet, testes debent deponere super toto tenore Testamenti.*

D E C I S I O CCCXVII.

SEntentiam de Partibus ad successionis effectum Hermannum declarantem filium esse legitimum transitum fecisse in iudicatum decisum fuerat coram Me, cùm verò ab ea recessum foret, eadem tamen confirmationis successiuè robur accepit sub die 5. Iulij 1655. super cuius vltimæ decisionis iuribus bis reproposito dubio in decisis hodiè Domini persisterunt.

Dum enim lis super matrimonij fœdere principaliter in-
stituta non fuit, † sed incidenter pro comprobanda dum- 1
taxat Hermanni filiatione legitima, vt ad Patris hæredita-
tem posset aspirare, leuiores probationes ex coniecturis, &
præsumptionibus elicitæ poterunt suffragari, vt voluit Ge-
min. *cons.27.n.8.cum seq.* quem sequuta fuit Rot. *in decis.34.
num.19.part.2.diuers.* coram Buratt. *dec.530.n.13.* coram
Greg. *dec.148.n.1.* coram Caual. *dec.79.num.1.* & not. Pa-
ris. *cons.57.n.41.cum seq.lib.4.*

Hinc verò † matrimonium Ioannis cum Elisabetha com- 2
probatum esse censetur ex tredecim Testibus ad fauorem
Hermanni formiter examinatis, licet enim hi de auditu à
pluribus deponant super matrimonio ab ipsis inito median-
te chirographo ab eodemmet Ioanne conscripto, & vxori
successiuè cum arrhæ traditione consignato, plenum nihi-
lominus ad hunc effectum probationis gradum confirmant,
dum de geminata quoque coniugum ac Ioannis prætertim
confessione attestantur, † nec non de cohabitatione, ac ad 3
inuicem tractatu, cum publica voce, & fama, vt aduertit
Menoch. *cons.490.n.10.vsque ad* 18. Cyriac. *controuers.272.
num.1.& 7. cum seqq. & num.19.* Magon. *decis. Lucen.86.
num.2.& 3.cum seqq.* Rota *decis.29.num.1.& 2.par.1.diuers.*
& coram Seraph. *dec.1099.num.1.* † potissimè, quia ob pu- 4
blicationem S.Concilij Tridentini tunc temporis nondum
ibi subsecutam Parochi præsentia, ac Testium ab eodem
sancita non erat per necesse in matrimonijs adhibenda, vt
responsum fuit in *Pragen. matrimonij 28.February 1618. co-
ram Pirouano*, & coram Seraph. *dec.189.n.3.* & coram Bu-
ratt. *decis.530.num.14.*

Neque obiectio contra Testium personas videtur vrge-
re, siue ex consanguinitate, siue ex eorum reuocatione in
secundo examine peracta petatur. Affectionis enim suspi-
cio, ex qua posset eorumdem Testium depositio repelli, vi-
sa fuit exindè corruere, quod vtrique parti affines existe-
rent † iuxta doctrin. Bart. *in l.qui Testamento, §.quæcumque* 5
num.8. ff. de Testament. Felin. *in cap. cum oporteat num.3.
vers.tertio limita de accusat.* Alex.*cons.156.num.7.& 8.lib.5.*
Mascard. *de probat.lib.1.concl.408.n.11.* & respondit Rota
coram Buratt. *decis.453.num.5.* Retractatio verò † prioris 6
examinis vires nullatenus infringit ad *Text.in cap.cum in
tua de Testibus*, vbi not. Abb. *num.9.* Felin. *num.4.* Menoch.
de arbitr.cas.108.num.10. Surd. *decis.107.num.2.* Rota *in
Melphiten. Canteria 2. Martij 1646. coram Eminentissimo
D.Card.Otthobono*. Præsertim, quia coram Iudice † Inico 7
in competenti, probatur expleta, nec non partis citatione
destituta dignoscitur, vt in præterita decisione deductum
fuit in *§.contra eorum*.

Prætereà ex 13. Testibus octo dumtaxat poterunt his ex-
ceptionibus reprobari, ita vt matrimonium ex alijs quinque
Testibus legitimè iustificetur, † cùm ad hunc effectum duo 8
licet fœminæ suffragentur, iuxta *Text. in cap.super eo il se-
cundo*, vbi Io. Andr. *num.4.* Butr. *num.7 de Testib.* Paris.
cons.58.num.6.vol.4. Rol. *cons.93. num.4.& 5. lib.3.* Socc.
Iun. *cons.31.num.13.lib.2.* & notat Couar. *de sponsal.par.2.
cap.9. §.12.num.8. §.receptum est*, Rota *decis.772. num.1.
part.2.recent.* Dum maximè eorum Testium depositiones
robur assumunt, ac vires, tum ex Clericali charactere
† per Hermannum adepto, qui non est consuetus illegiti- 9
mis absque dispensatione † Apostolica conferri, præsum- 10
ptionem legitimitatis proindè videtur inferre, vt notat
Bero. *cons.19.num.7.lib.2.* Menoch. *de præsumpt.lib.3.præ-
sumpt.54.num.38.* vt respondit Rota *decis.434.num.7.par.1.
& decis.591. num.4.& 5. part.5. recent.* & in his terminis
coram Caualer. *decis.123.num.4.* tum ex pluribus epistolis
† ipsi ab Aduersarijs tanquam nepoti consanguineo con- 11
scriptis, ex quibus in quasi possessione legitimæ filiationis
contra ipsos constitutus esse censetur, ad *Text. in l.cum pre-
cum, Cod. de liberal. caus. not.* Alex. *cons.183. num.7.& 8.
lib.7.* Menoch. *de præsumpt.lib.6 præsumpt.53.num.25.* Grat.
discept.forens.653. num.71. & cap.754.num.32. & respondit
Rota *in Romana Hæreditatis de Gratianis 11. Decembris
1648. in fine coram R.P.D. meo Melzio, & 28. Maij 1649.
in §.quinta denique, coram Reuerendiss.D meo Decano*, & in
alijs relatis Iuribus in *Viterbien. fideicommissi 2. Maij 1653.
in §.quæ sanè, coram Me.*

Et licet ab Hermanno Iudicis declaratio super legitimo
matrimonio Ioannis cum Elisabetha contracto in libello
petita noscatur, non tamen lis principaliter circa matri-
monium

petita noscatur, non tamen lis principaliter circa matri-
monium vt ex aduerso contenditur, eacitata exindè cen-
setur. Postquàm enim libellus post parentum obitum pro
12 instificatione legitimæ filiationis † legitur eahibitua, quæ-
stio matrimonij dumtaaar incidenter tractata censetur, vt
præter relatas in principio auctoritates respondit Rota
decis. 16. *numero* 29. *& decis.* 201. *num.* 15. *part.* 5. *recent.*
13 Quidquid dicendum foret quoties † inter ipsosmet couiuges
de dirimendo, seu comprobando matrimonio agi contin-
geret, vt aduertit Gemin. *cons.* 27. *numer.* 5. *cum sequent.*
Patil. *cons.* 91. *numer.* 3. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 490. *numer.* 6.
Rota coram Mantic. *decis.* 372. *num.* 1. *& decis.* 79. *num.* 2.
par. 1. *diuers.*

Neque videtur vrgere confessio Elisabethæ attestantis
quibusdam in precibus in Cancellaria repertis se cum
14 Ioanne prolapsam, nec non flore † virginitatis orbatam
eatitisse, preces namque prædictæ eidem obesse non va-
lent, dum earum per ipsammet Elisabetbam, siue eius
15 Procuratorem legitimum nullibi probatur † facta produ-
ctio, vt in fortioribus terminis confessionis exclusiuæ
matrimonij, & à Procuratore speciali mandato carente in
supplicatione emissæ notat Aret. *in cons.* 13. *num.* 23. quem
sequitur Menoch. *cons.* 260. *num.* 6. Socc. sen. *cons.* 122. *num.*
1. *versic. sed tamen lib.* 4. Rota coram Vrgellen. *decis.* 35. *nu-
mer.* 4. *& decis.* 633. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* Tum quia annua
16 ac diea † in albo relictus esse dignoscitur, nec non Elisabe-
thæ subscriptio desideratur, vt ponderatum fuit in decisione
præterita.

Altera verò supplicatio ea causa alimentorum secundæ
prolis eahibita licet iudicialis, ad hunc effectum reputatur
inefficaa ea reseruato ab Elisabetha iure ibidem agendi
contra virum aliorum respectu votorum, ac nobilis addi-
17 cti, † quæ sanè verba matrimonium omninò præseferunt
iuata Text. *in l. sancimus* 24. *verbo, sed ex quo vota*, ibique
gloss. *in figuratione casus, vers. votum enim C. de nupt.* nec
non depositionem Testium pro horum interpretatione ver-
borum specialiter electorum perspectis potissimè verbis suc-
cessiuè conscriptis, ibi, *per nobilem meum maritum*, & se-
cundùm suam nobilem, & sanctam obligationem.

18 Quinimò dicta confessio † Hermanno in quasi possessio-
ne filiationis legitimę ea tractatu, educatione, & confes-
sione parentum constituto nullum potuit præiudicium infer-
re, vt aduertit Gratian. *discept. forens. cap.* 739. *num.* 36. *&*
41. & diait Rota *in Auenionen. alimentorum* 28. *Ianuarij*
1647. *coram Eminentissimo D. Cardinale Corrado*, cum
aliis recensitis in *decis.* 5. *Iuly* 1655. *in vlt.* §.

Neque valet Testium eaamen vitio nullitatis infringi,
quod contrà formam remissoriæ assumptionem Notarij
præscribentis, nec non Procuratorij in adiunctum emana-
nerit, cùm enim Gerardus Notarius, cui in remissoria
facultas omnimoda à scholastico attributa fueret super eaa-
mine Testium, nec non iuramentorum receptione vti sus-
pectus recusatus non fuit, alter proindè Notarius non erat
assumendus, ea Iuris namque dispositione eaamen Te-
19 stium † soli quoque Notario permittitur iuata Text. *in
in cap. mulieres*, §. *sed dum necessarium de iudic. lib.* 6. *clem.
vnica*, vbi glosa. not. *de offic. deleg.* not. Abb. *in cap. cum
causam num.* 22. *propè finem, versic. sed ego dico*, ibique
Felin. *num.* 3. *de Testibus, Vestr. in praxi lib.* 6. *cap.* 2. *num.*
14. Rota *decision.* 630. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* & adiunctus
20 † in casum suspicionis adhibetur Authent. *si verò continge-
ret*, vbi Iason *num.* 2. *C. de iudic.* Rota coram Gregorio
decis. 227. *num.* 6. *& decis.* 466. *num.* 8. Partes verò Procu-
ratoris esse debuerant Testes se subijcere eaamini tenuen-
tes Censurarum relaxatione compellere, aliosque illaqueа-
21 tos Censuris absoluere, qui proindè casus † dum nõ eueneri
cessauit eumdem assumendi necessitas Natt. *cons.* 152. *n.* 6.
22 *&* 7. vbi quod omissio adiuncti actorum nullitatem † non
inducit, quoties eiusdẽ adhibitio petita ea aduerso nõ fuerit.

Hinc vrgere non poterit, quod delegatus ad Testium
23 eaamen non eapressorum coram delegante processerit †
cùm hæc facultas eaaminandi Testes inducendos ea com-
missione eapressè delata noscatur, vt aduertit Rota *decis.*
630. *n.* 2. *vers.* 2. *nec obstat par.* 1. *diuers.*

24 Corruere quoque † vltima visa fuit nullitas ea peracto ad
perpetuam rei memoriam examine petita, nec non actori
post litem contestatam interdicto, iuxta Teat. *in cap.
quoniam frequenter*, §. *porrò, vbi DD. communiter vt lit.
non constet*, Patil. *cons.* 24. *num.* 2. *volum.* 3. Corn. *cons.*
119. *numer.* 19. *vers. alias, lib.* 2. Cost. *de remed. subsid.
remed.* 68. *vers. quinte requiritur*. Cùm enim
in quolibet eaaminis actu, ac super interrogatorio-
rum exhibitione aduersariæ partis citatio præcesserit, Te-
stes non obstantibus verbis, Ad perpetuam rei memo-
riam, à Notario appositis formiter eaaminati † censen- 25
tur, quippè quæ Iudicialia eaaminis veritatem nequeunt
immutare, iuata Teat. *in lib.* 9. *C. plus valet quod agi*,
not. Anchar. *cons.* 32. *numer.* 3. Soccin. *consil.* 160. *nu-
mer.* 5. *versic. vndè dicit lib.* 2. Rota coram Buratt. *dec.*
113. *nu.* 22.

Non obstat, quod interrogatorijs non eahibitis deuen-
tum fuerit † ad eaamen. Postquam enim pars aduersa in 26
termino octo dierum ad hunc effectum à Iudice præfiao ea
eahibere neglexit, subsequutum proindè eaamen interro-
gatorijs quamuis destitutum debet sustineri, iuata Text.
in cap. licet causam, ibique Dec. *num.* 56. *de probat.* Alex.
cons. 172. *num.* 6. *lib.* 2. Decian. *cons.* 72. *numer.* 121. *cum
seqq. lib.* 2. & respondit Rota coram Gregorio *decis.* 351.
numer. 47. Testiom licèt repetitio per Iudicem bis denegata
fuerit. Prima namque vice petita dignoscitur eapensarum
refectione † posthabita, quæ tamen necessaria reputatur, 27
quoties repetitio publicatis attestationibus, vt in casu pro-
posito debet admitti, vt notat Peregr. *decis.* 282. *lib.* 3.
Viui. *commun. opin.* 896. *num.* 6. *versicul. sed isti Testes*,
Farinacc. *de Testibus quæst.* 66. *num.* 285. *in fine*. Altera
verò instantia præuia eapensarum oblatione eadem die
prolatæ sententiæ subsequuta † conuincitur, quæ vti ad 28
protrahendam causę eapeditionem proposita exceptione
calumniæ debuerat omninò repelli, vt in terminis peti-
tæ remissoriæ respondit Rota *decis.* 156. *numero* 7.
part. 5. *recent.* cum alijs in præterita decisione rela-
tis.

Pariter non obstat, quod ad valuas Ecclesiæ citationum
eaecutio processerit, siquidem citatio Procuratoris Aduer-
sarij in loco Iudicis facta conuincitur, cuius proindè
virtute dum in loco eaaminis alter Procurator non fuerat
constitutus, † Iudex præuijs citationibus ad valuas ad eaa- 29
men potuit deuenire, iuata tradita per Vestr. *in prax. lib.*
6. *cap.* 1. *num.* 14. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 885. Rota
coram Verall. *decis.* 175. *par.* 1.

Desumpta verò nullitas eaaminis, quod intempestiuè ho-
ra, scilicet, † octaua per actum fuerit remouetur ea vsu ho- 30
rologij in ijsdem partibus meridiem, ac mediam noctem in
hora duodecima constituentis.

Denique vrgere non poterit Testamentum dicti Ioan-
nis secundi iunioris nuper eahibitum post cursum annorum
50. à die litis intentatæ, quo nulla prorsùs Hermanni filij
legitimi † legitur habita mentio. Præterquam enim illud 31
fidem nullatenus assequi debet postquam Ioannis subscri-
ptione apparet destitutum, nec conuincitur à Parocho,
† & Testium examen non probatur super toto tenore 32
Testamenti fuisse subsecutum, vt in terminis *cap. cum
esses de Testament.* consuluit Bald. *cons.* 285. *column.* 2. *vers.
tertij dicunt volum.* 3. Capr. *cons.* 57. *num.* 3. *cum sequent.
& cons.* 75. *n.* 26. *cum seqq.* Honded. *cons.* 26. *num.* 8. *cum
seqq. lib.* 2. Rota *in Firmana Codicillorum* 13. *Nouembris*
1645. §. *non obstat, coram Reuerendissimo Terracinen.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papien.

Romana fideicommissi de Ferratinis.

Veneris 15. *Martij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissum pro proximioribus institutum eos
proximiores admittit, qui comparent, si alios
magis proximiores fuisse non docetur, quæ vo-
catio an ad descendentes, vel transuersales porri-
gatur in decisione videbitur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Nepotes mortuis filijs dicuntur proximiores, & tamquam tales ad fideicommiſſum vocati.*

2 *Fideicommiſſum institutum pro proximioribus, admittit proximiores comparentes, ſi alius magis proximior non exiſtat.*

3 *Teſtes ſuper filiatione dicuntur ſuper ſtatu examinati & probant etiam inter alios.*

4 *Proximior comparens ad fideicommiſſum; non tenetur probare negatiuam, quod alij proximiores non extent.*

5 *Vocatio proximiorum de quibus intelligenda ſit, & num. ſeqq.*

6 *Proximiores veniunt ad fideicommiſſum pro proximioribus ordinatum.*

7 *Familia vocatio intelligitur tantùm de deſcenſiua.*

8 *Verbum*, ipſius, *diſpoſitionem reſtringit ad Teſtatoris deſcendentiam.*

9 *Vocatio proximiorum de domo, intelligitur de deſcendentibus vocatorum.*

10 *Remotiores ſicque minus dilecti ſemper à Doctoribus excluduntur fauore proximiorum, & magis dilectorum.*

11 *Conditio ſi ſine filijs pluribus adiecta, an purificetur vno tantum cum filijs decedente, & nu. ſeq. & num. 14.*

12 *Repetitio non datur in ſubſtitutionibus perfectis, & diſtinctis.*

13 *Pluralitas, quando in ſingularitates reſoluatur.*

15 *Identitas bonorum in fideicommiſſis, quando excludatur.*

16 *Bona prouenire dicuntur ab eo qui poſſedit, non autem ab eo qui nunquam poſſediſſe probatur.*

17 *Teſtes contra inducentes plene probant.*

18 *Inſtrumentum diuiſionis, quando identitatem non probet.*

19 *Identitas non probatur ex inſtrumento diuiſionis ſine adminiculis.*

D E C I S I O CCCXVIII.

OBtinuerunt DD. Ioannes iunior, Ludouicus, & Cæſar de Ferratinis vti prætenſi fideicommiſſarij bo. me. Cardinalis Bartholomæi pariter de Ferratinis, ſententiam fauorabilem ab A. C. ſuper immiſſione in poſſeſſionem trium domorum, de quibus agitur, contra Liniam Corradam, quæ ad illarum poſſeſſionem aſſociari obtinuerat ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus cenſus ſcut. 2500. impoſiti à Fuluio iuniore de Ferratinis tam decurſis, quàm decurrendis; ſed dilata huiuſmodi cauſa in gradu appellationis ad Rotam, dicta ſententia reuocata fuit, ac pronunciatum non conſtare de fideicommiſſo ad eorum fauorem purificato; In tertia autem inſtantia mihi commiſſa cauſa, cùm aliud teſtamentum q. Ioanois ſenioris dd. de Ferratinis fuerit productum, in quo fideicommiſſum extare, ac ad eorumdem fauorem illud fuiſſe purificatum aſſerebatur: Dubitaui an conſtaret de fideicommiſſo dicti Ioannis, itaut ipſis de Ferratinis concedenda eſſet immiſſio, & huiuſmodi dubio hodie propoſito, reſponderunt DD. quoad primam partem affirmatiuè, quo verò ad ſecundam negatiuè.

Fuit autem ratio reſolutionis reſpectu exiſtentiæ fideicommiſſi, quia cùm Ioannes teſtator in eius teſtamento
primo loco Baldum Zaffitum, Simonem, Fabritium, &
cæteros eius filios vniuerſales hæredes inſtituiſſet, & in
illorum defectum ſine filijs proximiores de domo, & fami-
lia ipſius ſubſtituiſſet, defunctis vtique inſtitutis, Ioannes
iunior eiuſque fratres, qui ſunt filij ſupradicti Fabritij vnius
1 ex dd. inſtitutis, ac fideicommittentis, † Nepotes reſpe-
ctiuè proximiores remanent, & tamquam tales ad dictum
fideicommiſſum admitti debent, vt dixit Rota *Tiburtina fi-
deicommiſſi* 25. *Maij* 1646. *&* 19. *Iunij* 1647. *coram bo. me.
Arguelles, & in Bononien. primogenitura* 1. *Iulij* 1654. *coram*
2 *bo. me. Bichio*. Saltem ex quo nullus alius comparet, † qui
ſe proximiorem alleget, iuxta notata per Gabr. *de prob. conclus.* 6. *num.* 24. Surd. *conſ.* 241. *num.* 26. & dixit Rota coram Seraph. *deciſ.* 1219. *num.* 1. *in recent. deciſ.* 134. *num.* 2. *par.* 5. *& deciſ.* 284. *num.* 29. *par.* 6. *& in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentorijs* 3. *Decembris* 1640. *coram bo. me. Card. Veroſpio*.

Prædictos autem eſſe filios Fabritij, ac Teſtatoris nepo-
tes, præterquod non controuertitur inter partes, ſatis iuſti-
ficatur ex depoſitionibus teſtium examinatorum in alia cau-
ſa ad eumdem effectum, qui cùm reſpiciant ſtatum perſona-
rum, † & agatur de illarũ legitimatione ſufficiẽtem præſtant 3
probationem nullo habito reſpectu, quod examen inter alios
emananerit, *l. ingenuum, ff. de ſtat. hom.* Rota poſt Giltan.
ad ſtatut. Peruſ. deciſ. 36. *num.* 11. *& deciſ.* 111. *num.* 4. coram
ſa. me. Greg. XV. *deciſ.* 498. *num.* 9. & coram Durano *deciſ.*
457. *num.* 2. Nec tenentur probare † negatiuam, quod alij 4
proximiores non extent, Surd. *conſ.* 241. *num.* 26. Peregrin.
de fideicomm. art. 43. *num.* 60. *in fine*, Fuſar. *de ſubſtitut. q.*
615. *n.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 869. *n.* 11. *& ſeqq.* & Ro-
ta coram Seraphino *d. deciſ.* 1219. *n.* 1.

Nec ſubſiſtere viſum fuit, quod vocatio proximiorum
de domo, & familia ipſius Teſtatoris ſit collata poſt obi-
tum omnium filiorum eiuſdem Teſtatoris, & conſequen-
ter referenda ſit ad proximiores tranſuerſales ſolummo-
dò, † non autem ad deſcendentes propter implicantiam, 5
quæ aliàs reſultaret, dum videretur voluiſſe Teſtator eo-
dem tempore eaſdem perſonas imponere in conditione ſub
nomine filiorum, & in diſpoſitione ſub nomine proximio-
rum, ad notata per Peregr. *in conſ.* 47. *ſub num.* 10. *verſ. ve-
rum lib.* 2. & dixit Rota *deciſ.* 193. *num.* 10. *par.* 1. *recent. & in
Romana fideicommiſſi de Incoronatis* 5. *Martij* 1640. §. *quia
fuit reſponſum coram bo. me. Pirouano*. Quoniam autem
dd. fratres de Ferratinis erunt conſiderandi tamquam pro-
ximiores de dicta familia, & domo, † & vti tales ad hu- 6
iuſmodi ſucceſſionem præferri debent, iuxta notata per
Peregr. *conſ.* 31. *nu.* 9. *lib.* 4. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 351. *num.*
27. *&* 28. cùm ea vocatione familiæ d. fideicommitten- 7
tis non veniat omnis linea contentiua, ſed tantùm deſcen-
ſiua, vt tradunt Bart. *in l. peto*, §. *fratre num.* 1. *ff. de leg.*
2. Ruin. *conſ.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Peregr. *conſ.* 31. *num.*
3. *lib.* 4. Rota coram Merl. *deciſ.* 450. *num.* 6. *& ſeqq.* &
coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono *deciſ.* 215. *nu.*
2. vbi aliæ cumulantur auctoritates, maximè ponderan-
do, quod Teſtator non vocauit proximiores ſimpliciter,
ſed cum eo qualitate, quod eſſent proximiores de ipſius
domo, ac familia, quæ verba propter genitiuum, *ipſius*, 8
adeò diſpoſitionem reſtringunt, vt de deſcendentibus tan-
tùm effectiois, ac immediatè ab ipſo Teſtatore deſcen-
dentibus intelligi poſſit, ad tradita per Gabr. *conſ.* 132.
num. 60. *vol.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 645. *num.* 1.
& dixit Rota *deciſ.* 707. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* coram Mer-
lino *deciſ.* 460. *numer.* 9. coram Eminentiſſimo D. Card.
Otthobono *d. deciſ.* 217. *numer.* 4. *& in Romana fidei-
commiſſi de Coronis* 28. *Ianuarii* 1647. §. *fuit etiam re-
ſponſum coram Reuerendiſs. D. meo Decano*, & quod vo-
catis ſubſtitutis proximioribus de domo, intelligatur † de de- 9
ſcendentibus vocatorum, firmauit per Rotam coram
Eminentiſſimo D. Card. Otthobono *deciſ.* 21. *num.* 25.
& ſeqq.

Vel adhuc præferri debent ad euitandum maximum abſur-
dum, quod exindè reſultaret, dum tranſuerſales remotiores,
& minus dilecti efficerentur melioris conditionis, quàm pro-
prij nepotes maſculi deſcendentes, & regulariter prædilecti, † 10
quod vti abhorrens à naturali ratione per Doctores ſemper
reijci ſolent, vt declarat Dec. *conſ.* 333. *n.* 17. *verſ.* 3. *principa-
liter*, Aym. *conſ.* 62. *n.* 8. *& per tot.* Menoch. *conſ.* 205. *nu.* 31.
& conſ. 555. *n.* 5. Altograd. *conſ.* 60. *n.* 91. *& ſeq. lib.* 2. Mant.
deciſ. 319. *n.* 5. Greg. XV. *deciſ.* 315. *n.* 6. *&* 7.

Minùs etiam ſubſiſtit, quod in poſtrema ſubſtitutione vni-
uerſaliter facta fauore proximiorum domus, & familiæ d.
Teſtatoris, intelligatur repetita conditio illa, *ſi ſine filijs*, in
antecedenti reciproca ſubſtitutione inter primos inſtitutos
expreſſa, perindè ac ſi dictum fuiſſet, & decedentibus om-
nibus ſine filijs, tunc, & eo caſu ſubſtituit, & ſuccedere vol-
uit proximiores de domo, & familia ipſius Teſtatoris ea præ-
ſumptione *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr.* † Et ideò 11
cùm talis conditio purificata non fuerit, ex quo Fabritius
vnus ex dictis inſtitutis cum filijs deceſſit, euanuiſſe cenſea-
tur ipſamet ſubſtitutio, & fideicommiſſum, vt fuit reſponſum
in *Romana fideicommiſſi* 16. *Nouembris* 1622. *coram bo. me.
Pirouano, quæ eſt dec.* 429. *n.* 7. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quia obiectum huiuſmodi poſſet fortaſſe habere locum,
quatenus dicta conditio, *ſi ſine filijs*, ibidem quoque fuiſſet
expreſſa, & repetita, nec aliunde appareret de voluntate
ipſius

ipsius Testatoris admittendi proximiores in portionibus illorum, qui sine filijs decessissent, in quibus terminis loquitur allegata decisio Pitouani, quæ propterea non applicatur casui controuerso, in quo nec talis conditio expressa repetitur, nec ipsæ substitutiones tamquam ea se perfectæ, &
12 distinctæ † per verbum substituir dictam repetitionem admittunt, Barr. *in l. iam hoc iure*, §. *final. num.* 1. *vers. sed puto*, *& de vulg.* Peregr. *cons.* 30. *num.* 6. *vers. nec obstat lib.* 3. & Rota *decis.* 168. *num.* 3. *par.* 6. *recent.* Quatenus autem prætendi posset tacitè repetita propter præcedentem illius eapressionem, non tamen requireret concursum obitus omnium institutorum sine filijs ad effectum, vt in portione decedentis apertum dici possit fideicommissum cum illatunc
13 licet pluraliter concepta in † singularitatem resoluta dicatur, & sufficit, quod aliquis sine filijs decesserit, vt admittitur in *eadem decis.* 429. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & diait etiam Rota *decis.* 804. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* coram san. me. Greg. XV. *decis.* 296. *num.* 1. *in Interamnen. fideicommissi* 10. *Februarij* 1642. *coram bon. mem. Dunozetto* §. *minus obstat*, *quod proximiores*, *& in eadem causa sub die* 14. *Decembris* 1646. *coram bon. mem. Bichio* §. *admittitur*, *quod prædicta*.

Nec secus intelligenda esset, quam si esset adiecta distributiuè vnicuique institum sine filijs decedenti respectu suæ
14 portionis tantùm, non autem in portionem alterius, † qui filios susceperit iuata veriorem opinionem, quam tradit Ripa *in l. hæredes mei*, §. *cum ita n.* 229. *ff. ad Trebell.* Soccin. sen. *cons.* 94. *num.* 5. *lib.* 4. Rota coram Seraph. *dec.* 1190. *num.* 4. & benè declarat Cyriac. *contr. forens. cap.* 303. *n.* 19. *& seq.*

Quo verò ad secundam partem dubij, ea fuit principalis ratio resolutionis, quia es hactenus deductis non iustificatur controuersas domos fuisse possessas à Ioanne fideicommittente de tempore sui obitus, & quamuis remaneat probata tam illarum acquisitio, quàm possessio respectu seniorum eorumdem de Ferratinis, ac etiam Fuluij filij eiusdem
15 fideicommittentis, & auctoris respectiuè præfatæ Liuiæ. † Attamen exindè argui non potest ipsas domos peruenisse ex hæreditate d. Ioannis patris ad ipsum Fuluium filium, nisi aliter specificè iustificetur, adnot. per Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 21. Matescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 13. Fusar. *de substit. q.* 616. *num.* 1. *&* 33. *& q.* 618. *pariter n.* 13. Surd. *decis.* 339. & ibi Hodiern. *num.* 9. *& seq.* & diait Rota coram Penia *decis.* 1708. *num.* 5. & coram Merlino *decis.* 383. *num.* 8. Imò contrarium apertè deducitur ex depositiobus testium per eosdem Ferratinos in alia causa eaaminatorum super fideicommisso Card. Bartholomæi, vbi probatum fuit domos, de quibus agitur, semper vsque ad obitum fuisse possessas ab eodem Cardinali, cuius etiam hæredes fuerant dd. Fabritius, & Fuluius, & sic cessat præsumptio, *Fulgosij in vulgate cons.* 145. cùm potiùs præsumi debeat illam deuenisse ad præfatum Fuluium tamquam hæredem
16 ipsius Cardinalis; † quam vti hæredem d. Ioannis sui patris, qui nunquam possedit, Rota coram Merlino *dec.* 405. *n.* 2. *& seq. & num.* 7. *& decis.* 406. *num.* 6. *& alijs relatis in Amerina successionis* 15. *Maij* 1656. §. *nec visum fuit coram R.P.D. meo Beualaqua*. Maximè quia talis probatio resultat ea depositionibus dd. testium inductorum ab ipsismet de Ferrati-
17 nis, qui † propterea contra eosdem plenam faciunt probationem Aym. *cons.* 201. *n.* 7. Menoch. *cons.* 31. *n.* 23. Gratian. *discept. forens. cap.* 552. *n.* 9. Rota coram Durano *decis.* 307. *n.* 11. *in rec. dec.* 48. *n.* 9. *par.* 6. & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *dec.* 143. *n.* 3.

Nec quicquam refert, quod in instrumento diuisionis initæ inter præfatos Fabritium, & Fuluium hæredes fideicommittentis de prædictis domibus fiat mentio, ex quo ab ipsis Ferratinis prætenditur illas esse obnoxias præfato fideicom-
18 misso, † quoniam præterquod tale instrumentum vti celebratum ea interuallo non probat earumdem identitatem, vt diait Rota coram Merlino *decis.* 396. *n.* 1. *& dicta dec.* 405. *num.* 8. *& in Maceraten. hæreditatis* 7. *Iunij* 1655. *coram R. P. D. meo Verospio* §. *ad huius vero*. Præsertim cessantibus
19 † adminiculis, vt fuit firmatum in *Bononien. fideicommissi Io. Maria de Belogninus* 4. *Februarij* 1654. *coram Reuerendiss. D. meo Decano* §. *quoniam illa tria*. Aduertendum est etiam, quod d. diuisio nedum continet bona paterna, verùm etiam materna, & in specie illa præfati Cardinalis Bartholomæi, ideòque ex ea nulla desumi valet certa iustificatio, quod domus controuersæ fuerint diuisæ tamquam hæreditariæ d. Ioannis fideicommittentis.

Replicatio autem, quod idem Cardinalis possidere potuerit supradictas domus iure familiaritatis, nullius releuantiæ fuit ea istimata, cum nullo reperiatur munita fundamento. Imò ea depositionibus dd. testium benè probata remanet possessio d. Cardinalis iure proprio, vt supra dictum fuit, ac proinde omnis hæsitatio penitus cessare dicitur.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. T A I A,

Firmana Fideicommissi.

Veneris 22. *Martij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Testator dum prohibuit expressè hæredibus institutis, substitutis &c. permutare, aut alicui grauamini submittere aliqua bona, quia voluit perpetuo, & in infinitum ea manere in descendentibus, ex hoc quale fideicommissum dicatur inductum.

S V M M A R I V M.

1 *Testator, quando dicatur induxisse perpetuum, & absolutum fideicommissum.*

2 *Testator eo fortius dicitur fecisse perpetuum, quando non per viam rationis, sed principalis dispositionis, illud ordinauit.*

3 *Fideicommissum, quando fuit ordinatum per verba perpetuitatis necesse est, vt sit reciprocum inter vocatos.*

4 *Bona vt perpetuo remaneant in familia, quod sit necesse.*

5 *Testator, quando disposuit vt perpetuo, & in infinitum bona transeunt de hærede in hæredem, & de liberis in liberos, quid id importet, & num.* 7. *amplia num.* 8.

9 *Substitutio reciproca locet vt inducatur tria illa solita requisita sint necessaria.*

10 *Attamen per alias vrgentiores coniecturas potest etiam induci.*

11 *Fœminarum exclusio importat conseruationem agnationis in fideicommissis.*

12 *Fideicommissum reciprocum ex quibus necessario dicatur inductum.*

13 *Masculi, dum semper sunt prælati fœminis ex hoc fortis coniectura oritur pro inducenda reciproca substitutione.*

14 *Coniectura plures quando sunt ad inducendam reciprocam substitutionem, coacernatim sunt consideranda.*

15 *Obseruantia subsequuta declaratur ambiguitas, quæ in præcedentibus adest*

16 *Obseruantia declarat, qualis fuerit animus in præcedentibus.*

17 *Relatio censetur facta cum suis qualitatibus, & numer.* 18.

19 *Testator si disponat de bonis fideicommissarijs, & prohibitis alienari frustratoriè agit.*

20 *Fideicommissum dicitur purificatum ad fauorem illius, qui probauit eius purificationem ad sui fauorem.*

21 *Substitutio vulgaris, quid possit operare.*

22 *Testator potest ordinare perpetuitatem inter eius descendentes.*

D E C I S I O CCCXIX.

PEtrus Simon de Natinguerra, alias dictus Buccolinus in suo testamento 4. Iulij 1559. disposuit, quod sui hęredes instituti, & substituti non possint, neque valeant permutare, nec alicui grauamini submittere aliquo pacto, vel quęsito colore etiam ea causa delicti; sed perpetuò futuris temporibus permanere debeant penes suos institutos, & substitutos, & eorum hæredes possessionem quæ fuit Putij, & possessionem Camoretti, cùm hoc, quod eiusdem hæredes, & substituti fructibus dictę

possessionis, quæ fuit Putij teneantur celebrari facere
vnum Officium in die Sancti Stephani, & fructibus d.
possessionis Camoretti manuteneant fontem in dicta pos-
sessione, alias dd. possessiones recadant in filios masculos
Brixeidæ filiæ, & dictas possessiones noluit aliquo pacto
vendi posse, vel pignorari ex quacumque causa, etiam
ex causa delicti, sed perpetuò futuris temporibus perma-
nere debeant penes suos hæredes institutos, & substitutos,
& eorum hæredes in infinitum, iniuncto etiam alio onere
facien. luminare in die Sabbathi in qualibet hebdomada in
Ecclesia Sancti Francisci de fructibus possessionis, quæ fuit
Marini Beccarij, & Ecclesiæ Fraternitatis.

Sic etiam iure legati reliquit Antonio, & Ciccho filijs
bona quædam singularia, & vniuersaliter in omnibus alijs
Petrum Dominicum eius filium suum hæredem vniuersa-
lem instituit, & si d. Petrus Dominicus decesserit sine fi-
lijs masculis legitimis, & naturalibus, eidem substituit fi-
lios masculos legitimos, & naturales nascituros ex legiti-
mo matrimonio ex Antonio, & Ciccho supradictis, ei-
demque reliquit possessionem Camoretti, possessionem
quæ fuit Marini, & Ecclesiæ Fraternitatis, & possessio-
nem quæ fuit Putij, & domum vbi ad præsens habitat ipse
Testator. Et si dd. Cicchus, & Antonius, siue aliquis ip-
sorum sine filijs masculis fuerit vnus succedat alteri, & si
dd. Cicchus, & Antonius decesserint sine filijs masculis le-
gitimis, & naturalibus eisdem substituit filios masculos
Brixeidæ, hoc semper seruato, quod filiæ fœminæ non
possint hæreditare aliquibus temporibus, & quod d. do-
mum vbi ad præsens habitat non possint, neque valeant ven-
dere, alienare, vt supra dd. possessionibus &c. in Summ. in-
formantis *num.* 1.

Præmortuis Ciccho, & Antonio idem Petrus Domini-
cus testatus est 14. Maij 1585. & suos hæredes vniuersa-
les instituit Franciscum q. Cicchi, & Buccolinum, Do-
ruccium, Brandimartem, & Bernardinum filios q. Anto-
nij, eiusque nepotes, vnumquemque pro sua rata & par-
te, multis adiectis substitutionibus secundùm paternas
substitutiones *in Summario num.* 2. Et postremò in codicil-
lis 2. Maij 1586. disposuit, & declarauit, quod testamen-
tum factum à Petro Simone alias Buccolino patre valeat
cum fideicommisso in eo relicto, & suum ipsius codicil-
lantis testamentum voluit valere cum eodem fideicommis-
so *in Summar. num.* 3.

Quibus positis, & mortuis omnibus descendentibus d.
Antonij superstitibus Stephano, Ioanne Francisco, & Se-
bastiano filij dicti Francisci, dubitatum est, an constet de
fideicommisso, & ad cuius fauorem, & DD. responde-
runt constare de fideicommisso condito tam à Petro Simo-
mone, quàm à Petro Dominico filio ad fauorem Ste-
phani, & fratrum de Natioguerra filiorum Francisci fi-
lij dicti Cicchi.

Nam quoad fideicommissum Petri Simonis ipse prohi-
1 buit expressè hæredes † institutos, & substitutos permu-
tare, aut alicui grauamini submittere prædium Putij, sed
perpetuis futuris temporibus permanere voluit penes suos
hæredes institutos, & eorum hæredes, & similiter posses-
sionem Camoretti cum verbis in infinitum, & perpetuò.
2 Vnde resultat simplex, † & absolutum fideicommissum.
Tum quia Testator non per viam rationis, sed per viam
3 principalis dispositionis ordinauit. Tum quia in casu nostro
adsunt illæ dictiones *perpetuitatis*, *&c.* latè apud Rot. *dec.*
121. *ab init. & tot. num. 4. par. 2. diuers. & latius tota dec.*
568. *par. 2. diuers.* cum alijs apud Rotam *decis. 637. num. 4. par.
5. recent.* & coram Merlino *decis. 238. num. 31. vsque ad fin.*
4 præcipuè ad dicta verba *perpetuitatis*, † quibus oportet
fideicommissum etiam esse reciprocum inter ipsos substitu-
tos. Etenim nisi fideicommissum in casum mortis esset
inductum, & gradatim de alio in alium non esset iniun-
5 ctum, Voluntas Testatoris non sortiretur † suum effe-
ctum, quod bona perpetuò remanerent &c. apud DD.
omnes quos repetit Fusar. *de subst. q. 688. num. 17. præcipuè
vers. ratio est, & vers. non venit igitur*, Rota *dec. 164. num. 6.
par. 1. rec.* coram Caual. *decis. 34. num. 6. & amplius coram
eod. decis. 481. num. 4.*

Porrò cùm in substitutionibus appellatione hæredum ve-
niant tantùm hæredes sanguinis, secundùm Specul. & alios
apud Gabr. *de verbor. signif. concl. 2. num. 2.* vbi de comm.
opin. Peregr. *de fideicomm. art. 32. num. 33.* & alij cumulati
apud Fusar. *de substit. q. 339. num. 6. & seq.* & tradit Rota
coram Merlino *decis. 145. num. 2. vers. cessat*, etiam cùm
in dispositione Testator vocauerit hæredes hæredum addi-
tis dictionibus, † *perpetuo, & in infinitum*, voluisse videtur, 6
quod bona transeant de hærede † in hæredem, & de libe- 7
ris in liberos, vt d. formulam exponit Soccin. sen. ex Bartol.
& alijs apud Peregr. *de fideicomm. art. 32. num. 43.* Fusar.
d. q. 339. num. 69. præsertim quando † dictum fuisset de 8
hærede in hæredem masculum, Peregr. *d. art. 32. d. num.
43. circa med.* & alij apud Fusar. *d. q. 339. num. 56.* quod ha-
bemus in expressa Testatoris declaratione, quod filiæ fœ-
minæ non possint hæreditare aliquibus temporibus &c. &
in omnibus casibus solam, & singularem vocationem
masculorum.

At cùm ipsa reciproca, etiam deficientibus tribus requi- 9
sitis induci possint ex alijs sufficientibus coniecturis, vt sæ-
pius conclusit Rota apud Eminentiss. Card. Otthobonum
dec. 177. num. 30. in fin. Adsunt aliquæ ex vrgentioribus,
prima est quæ oritur ex formula † *perpetuò, futuris tempo-* 10
ribus, in infinitum &c. apud Rot. *dec. 579. num. 9 par. 1. di-
uers.* & coram Card. Otthobono *d. dec. 177. num. 11.* Secun- 11
da quæ consistit in vocatione masculorum in omnibus sub-
stitutionibus, & pari exclusione fœminarum, quæ inducunt
rationem conseruandæ agnationis, atque ideò reciprocum
fideicommissum, *vt præclare d. decis. 177. num. 13. & seqq.*
Tertia quæ resultat ex onere perpetuò facien. celebrare 12
vnum Officium cum fructibus possessionis Putij &c. & fa-
cien. vnum luminare die Sabbathi in qualibet hebdomada
de fructibus possessionis, quæ fuit Marini, & Ecclesiæ Fra-
ternitatis, & manuteneñ. fontem ex fructibus possessionis
Camoretti, quæ adimpleri non possent nisi hæredes graua-
ti ad hoc onus subeundi admitterentur ad honorem fidei-
commissi reciproci, Rota *d. decis. 177. num. 21. cum ibi
alleg.*

Nec deficere putarunt digressum ad plures gradus substi-
tutionum, ac Testatorem processisse præferen. semper mas-
culos † fœminis ex quo fortis coniectura resultat reciprocæ, 13
Rota *d. decis. 177. num. 20. & prius decis. 1. num. 26. & 27.
coram Eminentiss. Card. Otthobono.* Animaduerten. conie-
cturas has reciprocam inducentes coaceruatim accipiendas
esse, vt inuicem fulciantur, concludit Rota *d. decis. 177.
num. 22.*

Atque hæc ita conclusa de dd. tribus corporibus con-
clusa quoque fuerunt de domo, vtpotè à Testatore disposi-
ta sub ijsdem conditionibus secundùm vulgares regulas.

Et ad superiora non parum conducere visum fuit obser- 14
uantia, qua mortuo Petro Dominico sine filijs non solùm
successit Franciscus filius Cicchi fratris Petri Dominici, &
alius etiam Dominicus, & Bernardinus nepotes ex Brandi-
marte filio eiusdem Antonij fratris Petri Dominici, nanque
† ex obseruantia sequuta declaratur ambiguitas, quæ in 15
præcedentibus esse poterat, ex his enim, quæ postea fuerit
† declaratum, qualis fuerit animus in præcedentibus, vt
ratiocinatur Crauett. *cons. 101. num. 3.* Rota *decis. 169.
sub init. & per totam par. 1. rec.* & coram D. Card. Ottho-
bono *dec. 230. n. 16.*

Quo verò ad fideicommissum Petri Dominici pariter DD. 16
dixerunt de illo constare, dum in codicillis subiecit eidem fidei-
commisso Petri Simonis patris omnia bona sua, idemque
prorsus fideicommissum in eisdem bonis suis disposuit or-
dinando valere voluntatem suam cum eodem fideicommis-
so, prout permanet in testamento Petri Simonis sui patris,
atque ita † relatio præsumitur facta cum suis qualitatibus, 17
& in specie de relatiuo fideicommisso Rota *dec. 470. num. 2.
in fine par. 3. recent.* & subtilius subdubitan. An paternum
testamentum videatur † prorogatum, aut nouum indu- 18
ctum, Peregr. *de fideicomm. art. 16. num. 14. & generaliter
art. 33. num. 61. & art. 51. num. 37.*

Nec testamentum eiusdem Petri Dominici nocere dictum
fuit, nam quoad † dicta corpora fideicommissi Petri Simo- 19
nis, in quibus est particularis prohibitio alienationis, &
particulare fideicommissum obstare non potest *ad §. sed
etsi fundum l. vnum 29. ff. de legat. 2.* Rota *dec. 518. n. 14.
par. 9. rec.* Imò nec obstare voluit ea dicta dispositione, vt
contenta in codicillis posteà conditis, in quibus etiam pro-
pria bona subiecit eidem fideicommisso.

Denique vtrumque fideicommissum fuisse purificatum
ad fauorem Stephani, fratrum de Natinguerra filiorum
Francisci filij præfati Cicchi, DD. concluserunt, quia de
eorum legitimitate † non dubitarunt, cùm sufficienter 20
sit probata ex datis *in Summ. n. 6. vsque ad 13.* sicuti etiam
dubitatum non fuit de deficientia lineæ masculinæ d. Antonij,
cùm

cùm fuerit probata mors descriptorum in arbore ipsius *in Summ. num. 14. & seq.* Imò si minus defecisset suppleret
21 vulgaris † substitutio concessa non solùm in compendiosa,
vt notat Bart. & alij apud Peregr. *de fideicomm. art. 15. n. 4.*
22 sed etiam in fideicommissaria, cùm Testator in suis † bonis
subordinet in perpetuum inter descendentes &c. apud Peregr. *d. art. 15. n. 5.* cum alijs, & de vtraque benè Rota *dec. 264. n. 49. & seqq. par. 8. rec. cum alleg.*

Et ita vna tantùm parte informante decisum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Dismembrationis.

Veneris 22. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Dismembratio bonorum Ecclesiæ cùm sit quædam alienatio, ideòque vt legitimè dicatur facta, debet ex iusta causa esse facta, vndè corruit, quando causa appareret erronea, quod procederet, etiam si esset facta à Papa motu proprio.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio ad bona spoliata demandantis in casu, quo antiqua, & noua possessio rei conuenti appareat qualiter fiat.*
2 *Possessio probatur ex instrumento eius adeptionis.*
3 *Possessio in spolio probatur ex substentatione litis.*
4 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ, dum non reperitur facta cum sua causa est inualida.*
5 *Solemnitates in dismembrationibus rerum Ecclesiæ, sunt necessariæ in actu dismembrationis ipso.*
6 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ an possit fieri pro reparandis Seminarij indigentijs.*
7 *Bonorum Ecclesiæ tunc potest fieri dismembratio, quando beneficia non sunt curata.*
8 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ an dicatur facta ex causa necessaria, dum fuit facta pro augumento cultus Diuini.*
9 *pro Dismembrandis bonis Ecclesiæ, quæ possit dici iusta causa.*
10 *Salutis animarum causa, tamquam causa publica, debet præferri bono priuato.*
11 *Defendere quis aliquem non valet, si non sit constitutus defensor.*
12 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ non valet, si appareat facta ex causa erronea.*
13 *Consensus non dicitur adesse vbi adest error.*
14 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ facta à Papa etiam motu proprio, corruit ex defectu erronee suppositi à parte narrato.*
15 *Beneplacitum Apostolicum præsumptio intrat ex obseruantia triginta annorum.*
16 *Dismembratio bonorum Ecclesiæ, dum est nulla ex defectu voluntatis, & iusta causa, tunc est inefficax Beneplaciti Apostolici præsumptio.*
17 *Imò penitus excluditur donec scientia Papæ saltem præsumptiua comprobetur.*
18 *Beneplacitum Apostolicum dum est obnoxium vitio subreptionis non suffragatur.*
19 *Præscriptio quadragenaria, an tollatur vigore cap. reintegranda 3. quæst. 1.*
20 *Titulus quilibet, quando ab initio, est infectus, aliquid non poterit operari.*
21 *Præscriptione, quando quis tueri non possit.*
22 *Præscriptione non potest considerari bona fides, ex euidenti nullitate, & tituli iniustitia aperta.*
Præscriptioni obest mala fides, num. 2.

DECISIO CCCXX.

PArochialem Ecclesiam Sancti Blasij Ordinarij Bononien. ab anno 1376. cum altera Sancti Iacobi annexa Episcopi Vicarius de anno 1594. Seminario successiuè vnierat super cuius vnionis validitate ex moderni Parochi parte, commissa mihi causa, dubium hodie proposui

super reintegratione eidem decernenda, resolutum affir-
matiuè ex regula iuris reintegrationem ad † spoliata bona 1
demandatis, in casu quo antiqua, necnon recens rei conuenti possessio comprobetur iuxta text. *in cap. apud sedem,* vbi not. Abb. *num. 17. cæteriq. DD. communiter de restit. spol.* Corn. *cons. 247. nu. 20. lib. 1.* Alex. *cons. 6. nu. 5. lib. 3.* Menoch. *de recuper. remed. 15. nu. 383.* Rota coram Greg. XV. *decis. 114. num. 1. & 2.* coram bonæ memoriæ Merlino *decis. 702. in princip. & decis. 119. numer. 1. par. 1. & decis. 100. numer. 1. cum seqq. par. 4. tom. 2. recent.*

Parochialis autem possessio, nedum ex vnionis in-
strumento bis † centum annorum cursu, & vltra effe- 2
ctum plenè sortito desumitur, sed etiam ex altero dismembrationis anteriorem Parochi possessionem concludente, iuxta doctrinam Bart. *in l. Iulianus, ff. de diuort.* Rota coram Verall. *decis. 344. num. fin. par. 3. & decis. 371. num. 1. par. 1. & decis. 291. num. 1. par. recent.* & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis. 6. cum alijs recensitis in Comen. dismembrationis 22. Iunij 1648. in princ. coram Eminentiss. D.*
Card. Corrado. Posterior verò † Seminarij ex substentatio- 3
ne litis elucescit, vt respondit Rota coram Verallo *decis. 369. par. 2.* coram Seraphino *decis. 1415. n. 3.* coram Gregorio *decis. 136. nu. 2. & decis. 291. n. 11.*

Neque dismembratio Ecclesiæ à Vicario peracta poterit
† reintegrationem excludere Dum illa tum legitima cau- 4
sa dignoscitur destituta, tùm etiam solemnitatibus in actu
dismembrationis requisitis; † quod illa alienationis natu- 5
ram assumat, vt ab Abb. *in cap. ad audientiam il 1. num. 2. vers. est enim ista alienatio de Eccles. ædifican.* Rebuff. *in tit. de alienat. rei Eccl. n. 68.* coram Achill. *decis. vnica de reb. Eccl. non alien.* coram Seraph. *decis. 1062. n. 1.* coram Greg. *decis. 504. num. 4.* ibique Add. *nu. 8. & decis. 239. num. 1. cum seqq. par. 1. recent. & in Comen. dismembrationis 22. Iunij 1648. in §. nullitas verè, coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Et licet ex dispositione S. Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 18. de reformat.* Beneficiorum dismembratio pro reparan-
dis Seminarij indigentijs † admitti consueuerit, non ta- 6
men hæc poterit pro legitimæ interuentu causæ in proposito casu deseruire; Vel quia prædicta Sac. Concilij disposi-
tio † curata beneficia nullatenus includit, vtpotè dismem- 7
brari prohibita *in sess. 25. cap. 16.* & not. Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 5. §. 7. num. 63. & 64.* Vel quia vnio primæua dum
ex causa necessaria peracta dignoscitur, pro † augmento 8
scilicet Diuini Cultus inde resultantis, quod incolæ 20. annorum cursu, & vltra ex tenuitate redditus Ecclesiarum Parochis † fuerant destituti, validitati omnino censetur innixa, non obstante regula vnionum derogatoria, vt aduertit Gonzal. *ad d. gl. 5. §. 7. nu. 49. & 65.* Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 29. num. 15.* & respondit Rota coram Mohedan. *decis. 7. nu. 1. de priuil.* & coram Crescent. *de Paroch. dec. 1. num. 1.* coram Caualer. *decis. 449. nu. 4.* & not. Add. *ad decis.* Gregor. *419. num. 6.* nec poterat à Vicario proindè infringi, quippe quod causa salutis † animarum vti respiciens vtilitatem publicam debuisset bono priuato Seminarij omninò præferri, vt consuluit, Castr. *cons. 170. volum. 2. vers. nam propter vtilitatem lib. 1.* Rota coram Buratto *decis. 193. n. 22.* & coram bo. me. Merlino *decis. 687. n. 26.*

Quinimmò dum Parochialis Ecclesia vacabat, Vicarius
iura † dismembrationis ex speciali Ecclesiæ defensore, non- 11
dùm constituto inentare non poterat, vt responsum fuit in *Marsicana dismembrationis fructuum 14. Februarij, & 28. Martij 1594. coram Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio impress.* post Garz. *de benef. par. 12. cap. 3. num. 4. & 5.*

Animaduertebant præterea Domini dismembrationem
Ecclesiæ † ex erronea omninò causa prodijsse, quod scili- 12
cet de simplici dumtaxat beneficio agereretur, adeòque cùm Parochialis extiterit debet ex defectu consensus Vi-
carij † præstiti in beneficio simplici omninò corruere, vt 13
in similibus ferè omnis collationis Pontificiæ † motu proprio, & ex erroneo supposito partis, not. Hostien. *in cap. fin. num. 1. de præben.* Paris. *cons. 34. n. 33. lib. 4.* Lotther. *de re benef. lib. 2. quæst. 14. nu. 10. & 11. cum seqq.* & respondit Rota coram Corrado *decis. 3. n. 3. cum seqq.* coram Ægid. *decis. 392. & 775. n. &* coram Seraph. *decis. 398.*

Hinc vrgere non poterit beneplaciti Apostolici præsumptio, ex obseruantia † annorum 30. resultantis, vt ponderauit Rota *dec. 22. nu. 4. & decis. 506. num. 2. cum*

seqq. par. 2. rec. Postquam enim dismembratio ex voluntatis
26 ac † iustæ causæ defectu inefficaa reputatur beneplaciti
Apostolici præsumptio, & penitus excluditur, donec scien-
27 tia Summi Pontificis saltem præsumptiua † comprobetur,
vt not. Alea. *cons. 9. num. 8. lib. 3.* Ruin. *cons. 23. num. 19.
lib. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. num. 70. &
71.* & in terminis Rota *in Cracouien. dismembrationis deci-
marum 3. Iulij 1650. in §. non etiam coram me.* Quia bene-
placitum hoc subreptionis vitio exinde censetur obnoxium,
28 nec † Seminario posset consequenter suffragari, ad textum
in cap. super litteris de rescript. Rota coram Verall. *decis. 34.
num. 5. par. 2.* & coram Greg. *decis. 450. num. 1. & decis. 68.
num. 4. & 5. par. 4. tom. 2. recent.*

Denique non obstat vis quadragenariæ præscriptionis
29 † quæ rationem, *ex cap. reintegranda 3. q. 1.* iuxta verio-
rem opinionem infringere consueuit, vt aduertit Decian.
cons. 63. num. x. lib. 2. Honded. *cons. 82. num. 49. lib. 1.* &
plenè discusso articulo respondit Rota coram Seraph. *decis.
1360. & in decis. 139. num. 8. par. 6. rec.* Cùm enim ex in-
stanti decreto *in Extrauaganti ambitiosa de reb. Eccles. non
30 alien.* expressè apposito, quicumque † titulus ab initio cen-
seatur infectus, itaut aliquo iuris fomento nequeat con-
foueri, vt aduertit Gabr. *de claus. concl. 3. num. 57. & 58.*
Rota *decis. 24. num. 3. par. 2. diuers. decis. 41. num. 9. in fine,
& decis. 613. num. 7. par. 1. recent.* præscriptionis proinde
31 iure in † proprio casu Seminarium se tueri non valet, vt
respondit Rota coram Merlino *decis. 887. num. 28.* mala
fide potissimè perspecta ex euidenti nullitate, ac tituli
32 † iniustitia resultante, quæ præscriptioni debet obesse,
iuxta text. *in cap. vlt. de præscription.* Burs. *in cap. peruenit de
censib.* Paris. *cons. 27. num. 119. lib. 1.* Rota *in adducta Cra-
couien. dismembrationis 3. Iulij 1650. in §. non etiam, vers.
fine euidens coram me.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Societatis.

Veneris 15. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Quod semel reddita ratio, quæ vel dolosa, vel erronea detegitur, iterùm debeat magis legitimè reddi breuiter quidem, sed doctè in hac decisione perquiritur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio semel reddita, amplius reddi non debet, limita vt num. seqq.*
2 *Error, & dolus faciunt esse locum nouæ redditioni rationis, & n. 3.*
4 *Peritorum declaratio facta pro exoneratione conscientiæ, quando sit attendenda.*
5 *Relationi peritorum iudicialiter electorum, stari debet.*
6 *Transactio inita à tutore, qui adhuc non impleuit solemnia, nullitatis subiacet vitio.*
7 *Actus factus à tutore, qui publicè, & palam pro tutore se gessit, quando valeat.*
8 *Dispositio legis 2. C. de rescind. vendit. an habeat locum in transactione.*
9 *Ratio semel reddita quando debeat iterum reddi, etiam si libri non reperiantur.*
10 *Transactionem impugnans quando recepta restituere non teneatur, & num. 11.*

DECISIO CCCXXI.

Dissoluta anno 1628. per obitum Petri Pauli Victorij societate lignorum præuio eius capitale scut. 6000. init. anno 1620. cum Hippolyto Sterpino, & Simone Leonello solam operam præstantibus tam ab eis, quàm à Leandra illius vxore, & matre Catherinæ tunc pupillæ, illiusque filiæ, & hæredis vniuersalis deputati fuerunt extraiudicialiter Periti calculantes super redditione rationis dictæ societatis, qui retulerunt hæreditatem Petri Pauli pro residuo
capitalis, & vtilium remanere creditricem in scutis 1200.
monetæ, & vice versa remanere debitricem in scutis 1100.
similium pro nonnullis debitis contractis occasione cuius-
dam operis ad Burgettum. Verum introducta causa per Ca-
therinam interim nuptam Francisco Pales coram A. C. su-
per noua redditione rationis, & per sententiam ei fauora-
bilem terminata dubitaui in gradu appellationis, an sit locus
nouæ redditioni rationis, & DD. affirmatiuè responderunt,
quia licet regulariter ratio semel reddita non debeat amplius 1
reddi, *l. semel. C. de apoc. publ. lib. 10.* id tamen non proce-
dit † constito de euidenti errore, *l. vnic.* vbi DD. *C. de error.* 2
calcul. Rota *decis. 157. sub num. 1. par. 1. diu. post 2. volum.
cons.* Farinac. *decis. 224. num. 5. & in Romana computorum 23.
Ianuarij 1640. coram me, §. non obstat quod ex causa*; nec
quando prout hic † de manifesto dolo conuincitur, vt ad- 3
misit Rota *post d. 2. vol. cons.* Farinac. *decis. 101. num. 3. &
d. decis. 224. num. 5. & in Romana redditionis rationis 10.
Decembris 1646. §. verum coram bon. mem. Pentingero.*

Error autem, & dolus in casu nostro plenè, & conclu-
denter apparent iustificati tam ex declaratione facta pro
exoneratione conscientiæ à Perito Hippolyti, & Simonis,
qui calculum confecerat anno 1628. † vbi declarauit dictum 4
calculum fuisse factum cum alteratis, & duplicatis partitis
in damnum Catherinæ eius *Summ. num. 9.* quam ex iudi-
cialibus relationibus coram A. C. editis ab alijs duobus pe-
ritis ab eo deputatis, qui pari modo retulerunt in dicto cal-
culo fuisse sæpissimè dupplicatas partitas, & dolosè altera-
tas in damnum Catherinæ pro scutis 10. mil. & vltra *eodem
Summ. num. 7. & 8.* quibus proinde relationibus † vti iudi- 5
cialiter, & ritè peractis omninò standum videtur, vt tradit
Paris. *cons. 96. num. 32. lib. 1.* Rota *decis. 531. num. 1. par.
1. & decis. 393. num. 2. par. 4. recent.* coram Greg. *dec. 220.
num. 4.* coram Butatto *decis. 419. num. 9.* & coram Eminen-
tiss. Card. Otthobono *decis. 7. num. 15.*

Non obstat, quod calculus approbatus fuerit tutorio nomine à Leandra matre Catherinæ præuio instrumento transactionis cum Simone, & Hippolyto celebrato anno 1629. in qua vlterius ab eis eccepit scuta 1500.

Quia præterquod huiusmodi transactio nullitatis vitio
laborat, † dum Leandra tutelare Inuentarium adhuc non 6
confecerat, nec alia solemnia adimpleuerat, ad text. *in l. si
tutor. 4. C. in quib. caus. restit. in integr. necess. non sit*, Bald.
cons. 308. num. 2. lib. 1. cum alijs allegatis coram eodem
Card. Otthobono *decis. 170. num. 22.* Non obstante quod
palam pro tutrice se gesserit, cùm id procedat, † quando 7
actus tendit in commodum, & vtilitatem pupilli, non au-
tem quando prout hic ipsius damnum notabile detrimentũ
præsefert, vt post Bart. *in l. legitimus in fin. ff. de legitim. tu-
tor.* Rota coram san. mem. Greg. *decis. 530. num. 4. & 5.*

Cùm ex prædictis relationibus, & declaratione appareat
de errore, & enormissima læsione, † intrat vtique disposi- 8
tio iuris communis *in l. 2. C. de rescind. vend.* quæ pariter
in transactione locum habet stante magna læsione, vt ibi
notat Bart. *num. 7. vers. quæro vnum hæc lex & prius in l. si
quis cum alter vers. quæro quid si in contractu transactionis ff.
de verb. obligat.* Rota *decis. 102. num. 2. & decis. 732. num.
1. par. 1. diuers. post Cenc. de censib. decis. 121. num. 12. & in
Romana rescissionis transactionis 29. Maij 1648. §. insuper
eidem, & 16. Iunij 1651. §. quare facta coram Eminentissimo
Card. Corrado.*

Nec releuat quod Periti A. C. libros sociales non viderint ea quo alias exhibiti per acta Plebani amplius non reperiuntur, & propterea illorum relationes careant fundamento, & sine libris non possit ad nouam rationis redditionem deueniri.

Quia vltra quod illorum exhibitio cum subsecuta am-
missione sine culpa administratorum non iustificatur, imò
excluditur dum *in Summ. Leonelli num. 6.* libri asserun-
tur exhibiti apud acta Plebani anno 1627. & tamen cal-
culatores anno sequenti in calculo asseruerunt omnes li-
bros tunc habuisse *eodem Sum. num. 2.* Periti A. C. suas
relationes fundaruot super præfato calculo, cùm ab ipsis
repertæ fuerint in eo tot partitæ duplicatæ & erroneæ,
quæ notabilem summam constituunt scut. 10. mil. & vl-
tra † quod vtique sufficit ad effectum, vt ratio semel 9
reddita sufftagetur, neque transactio in præiudicium pupillæ
enormissimam læsionem præseferens substineatur ex de-
ductis.

Nec turbat quod Catherina teneatur priùs restituere scuta 1500. ab eius matre ibidem recepta per text. *in l. si
diuer-*

10 *diuersa Cod. de transact.* Quia † cooclusio non procedit
quando, prout hic transactio est nulla, vt declarando di-
ctum Textum respondit Rota coram san. mem. Greg. *decis.*
473. *num.* 21. & apud Pic. *ad statut. Vrb. dec.* 60. *num.* 5. nec
11 quando pariter, prout hic, impugnans transactionem † est
legitimus creditor maioris summæ, vt in *decis.* 102. *sub n.* 3.
par. 1. *diu. & in Romana rescissionis transactionis* 29. *May*
1648. *§. Quia cum D. Laura, &* 16. *Iun.* 1651. *§. quia*
stante coram D. Card. Corrado.
Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Romana Manutentionis.

Mercurij 27. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Sicut venenum inficit omne compositum, sic excessus reddit nullum omne dispositum, & hoc maximè in materia deliberationis. Subhastationis nullitate stante an possit concedi manutentio. Plura habentur circa validitatem transactionis. Aliqua deducuntur quoad naturam clausulæ, *Parito iudicato.*

SVMMARIVM.

1 *Excessus etiam minimus totam deliberationem reddit nullam, & inualidam.*
2 *Subhastatione nulla stante concedi potest mandatum de manutenendo.*
3 *Spoliatori, vt detur retentio, debet ea prouenire ex eodem credito pro quo facta fuit subhastatio.*
4 *Spoliato impediri non potest restitutio, quoties creditum non est liquidum, & clarum.*
5 *Vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*
6 *Transactio Apostolica authoritate confirmata litis ingressum impedit, & obligationes extinguit.*
7 *Transactionem ab vno ex fideicommissarijs factam Apostolica auctoritate confirmatam cæteri ad fideicommissum vocati impugnare non possunt.*
8 *Verba dubitatiua personas penitus ignotas tantum comprehendunt.*
9 *Repudiatio in præiudicium iuris alijs acquisiti fieri non potest.*
10 *Heres semel nunquam desinit esset hæres.*
11 *Transactio impugnari non potest, nisi restitutis priùs bonis eius occasione receptis.*
12 *Creditum aliquo modo turbidum retentionem excludit.*
13 *Clausula,* Parito indicato, *tria requirit.*
14 *Fructus in casu spolij non percepti non veniunt restituendi.*
15 *Clusula,* Parito iudicato, *rem iudicatam non comprehendit, nec expensas.*
16 *Res iudicata ex tribus sententijs prouenit.*
17 *Clausula,* Parito, &c. *eiusdem possessionem animo retentam non continet.*
18 *Patientia sola sufficit, vbi factum positiuum non est præstandum.*
19 *Clausula,* Parito iudicato, *etiam tacitè renunciari potest.*
20 *Sententia nulla, & iniusta executionem non meretur, nec in iudicatum transit.*
21 *Clausula,* Parito iudicato, *Intelligitur quatenus adsit res iudicata.*
22 *Iudex ad quem executionem iniustè, & nulliter factam etiam per viam manutentionis reuocare potest.*

DECISIO CCCXXII.

CEnsuerunt Domini, causa bis proposita persistendum
esse in decisis sub die 16. Febr. 1556. coram me, quia
nullitates deliberationis ad fauorem Aldini factæ, Virida-
rij, de quo agitur, ibi ponderatæ visæ sunt subsistere, &
præcipuè defectus citationis Horatij, qui tam iure proprio,
quàm vti hæres Petri Pauli eius filij debitoris pro iudicij
validitate omninò citandus erat, vt in §. *altera nullitas,*
& excessus deliberationis ibidem ponderatus; † excessus 1
autem quantumuis minimus totam deliberationem nullam
reddit, & inualidam, Rota *in Rom. Census* 30. *Aprilis cor. bon.*
mem. Dunozetto in princ.
2 Stante verò † nullitate subhastationis, & quod Ho- 2
ratius se pro spoliato non habuit, vtique mandatum de
manutenendo illi concedi potuit, Rota *post alios in Beneuen-*
tana manutentionis 9. *Iunij* 1649. *coram bon. mem. Pen-*
tingerio, §. fin. & in Perusina fideicommissi de manda-
te Sperellis 8. *Februarij proximi præteriti coram me,*
§. vltimo.
Has autem nullitates, nec in præterita, nec in præsenti
positione impugnabat Aldina; sed sibi retentionem compe-
tere prætendebant vigore cessionis à Iulianella reportatæ,
vti hærede fideicommissaria Pompilij Euangelistæ, inter
eius bona hæreditaria Viridarium hoc reperiebatur præ-
senti *Summ. Aldina num.* 2. Quod tamen motiuum Do-
mini reiecerunt, quia ad hoc † vt spoliatori detur retentio, 3
necessarium est, quod illa prætendatur pro eodem credito,
pro quo facta fuit subhastatio, & deliberatio, alias pro
diuerso nullo modo competere potest, vt distinguit Bart. *in*
l. si non sortem 26. *§ si certum num.* 8. *vbi alij ff. de condit. in-*
deb. Rota post Modern. *de manut. decis.* 323. *num.* 23. Caual.
decis. 539. *num.* 4. & coram Eminentiss. Card. Othobono
decis. 104. *num.* 28. † & vlterius, vt pro eodem credito 4
prætendi valeat, necessarium est, quod creditum sit adeo
liquidum, & clarum, quod neque in peritorio sit possibi-
lis probatio in contrarium, aliàs restitutio spoliato impedi-
ri non potest, Surd. *decis.* 46. *in fine sub vers. Senatus dicebat,*
ibique plenè Hodiern. *num.* 3. Gratian. *discept.* 734. *num.* 13.
Caual. *d. decis.* 593. *num.* 5. vbi quod requiritur probatio
crediti, vel per † confessionem partis, vel per rem iudica- 5
tam, *vt in Baren. seu nullius pecuniaria* 26. *May* 1645. *co-*
ram Reuerendissimo D. meo Decano §. finali in fin.
Quorum neutrum hic concurrit, retentio enim præten-
ditur ex capite fideicommissi, & adiudicatio pro credito
pecuniario facta fuit. Tantùm autem abest, quod credi-
tum à Iulianella cessum sit liquidum, quod imò nullius
roboris, & momenti visa sint illius iura in cessione com-
prehensa, cùm sublata fuerint per antecedentem transactio-
nem à Iacobo eius patre cum Rosciolo initam in qua quæ-
stio super testamentis Pompilij per diuisionem bonorum
terminata fuit, quæ quidem transactio † auctoritate Apo- 6
stolica confirmata litis ingressum impedit, præcedentem ti-
tulum peremit, nouat, & transigentium iura, & obliga-
tiones extinguit, *l. fratris* 10. *C. de transact.* Rota *dec.*
447. *num.* 1. *par.* 2. *recentior.* Mantic. *decis.* 241. *num.* 8.
& in Senogalien. Societatis 15. *Iunij* 1645. *coram Reuerendiss.*
Terracinen. in princ.
Neque subsistit responsio, quod transactio comprehen-
dat solùm transigentes, non autem Pompiliam cedentem
ex propria persona ad fideicommissum vocatam, † nam 7
cùm transactio ab vno ex fideicommissarijs bona fide facta
fuerit lite iam in Rota pendente, de consilio Iurisconsul-
torum, & cum expressa confirmatione Apostolica, in qua
Pontifex præuia fideicommissorum in testamentis Pompilij
contentorum derogatione, expresè mandauit transactio-
nem nullo vnquam tempore sub quouis prætextu, etiam
superuenientiæ natorum, aliaque causa cogitata, & inco-
gitata impugnari, & ab ea recedi possit cum clausula subla-
ta, & decreto irritante *Summ.* præteritæ positionis Horatij
num. 1. comprehendit etiam alios ad fideicommissum vo-
catos, qui illam impugnare non possunt, *l. cum hereditas*
36. *ff. ad Senat. consul. Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art.*
52. *num.* 88. Rota *in Romana Successionis de Comitibus* 26.
Iunij 1647. *§. de potestate, &* 26. *Iunij* 1647. *§. firmate co-*
ram Reuerendissimo Terracinen. Romana fideicommissi de
Parisanis 27. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Celso §. imo cum*
d. transactio Romana donationis 9. *Decemb.* 1650. *§. vltimo,*
& 29. *Aprilis* 1652. *coram Reuerendissimo Terracinen. §. fin.*
& fuit admissum *in Bononien. de Delphis* 13. *Martij* 1656.
coram me, §. nec præsenti.
Et licet in eadem Apostolica confirmatione declaratum
fuerit, quod gratia non afficiat nisi exponentes, eo-
rumque hæredes, non autem alios interesse habentes si
qui sint, quæ † verba dubitatiua nequeunt applicari 8
Pompiliæ specialiter nominatæ, sed potiùs alijs penitùs
ignotis tantum conuenire possunt. Clara est eiusdem com-

prehensio, dum fuit hæres Iacobi patris, vt patet ex aditione paternæ hæreditatis facta mediante persona eius matris, & Tutricis *Summ.* prætentis positionis Horatij num. 2. non obstante subsequenti repudiatione eiusdem
9 dem hæreditatis, de qua in *Summ. Aldina num.* 3. † quia in præiudicium iuris alijs acquisiti fieri non potuit, & re-
10 gulariter † semel hæres, nunquam hæres esse desinit, *l. qui soluendo* 60. *ff. de hæred. instit.* Rota coram Buratt. *decis.* 847. *n.* 10.

Omnisque dubitatio remouetur cùm eadem Pompilia habuerit ingentem pecuniarum summam, & bona etiam hodie possideat quæ vigore transactionis per Rosciolos Iacobo eius patri relaxata fuerunt *præsenti Summar. Horatij num.* 3. Vndè perperam negat ab eo causam habere.
11 † Quinimmò etiam ex hoc capite non poterat ipsa transactionem impugnare, nisi restitutis prius omnibus bonis illius occasione receptis, *l. si diuers.* 14. *C. de transf.* Canc. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 35. plenè Capic. Lat. *decis.* 149. *num.* 1. *tom.* 2. Rota coram fa. me. Gregor. *decis.* 418.
12 *num.* 19. & in alijs, quæ hic superabbundant, † cum ad effectum excludendi retentionem sufficiat aliquo modo turbidum esse creditum Rota *in Perusina bonor.* 29. *Maij* 1648. *coram Eminentiss. Domino Card. Corrado §. quare cum huiusmodi.*

Non obstat, quod intempestiua fuerit petita per Horatium manutentio, quæ concedi non poterat, non adim-
13 pletis per ipsum conditionibus contentis in † clausula, *Partito iudicato*, quæ tria requirit, quod nempe pars, quæ vult audiri, possessionem dimittat, restituat fructus, & soluat expensas, Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 10.
14 Hæc enim omnia, vel fuerunt sufficienter adimpleta, † quia fructuum, quia die commissi spolij nuper fuerunt ab Horatio percepti, frustrà petitur restitutio, Caual. *decis.*
15 332. *sub num.* 4. *vers. quo vero ad fructus.* † Expensæ verò sub hac clausula non continentur, cùm illa præsupponat
16 rem iudicatam, quæ super expensis hic non adest; † quia tres sententiæ non fuerunt super illis prolatæ Rota *in Mediolanen. Capellaniæ* 13. *&* 27. *Maij* 1591. coram Card. Seraph. quam sequitur Millin. *decis.* 108. *nu.* 2. *&* 3. & quoad possessionem idem visum est Domini, quia spolium Ho-
17 ratius nunquam amplius naturaliter possedit, † & ciuilis possessio animo retenta, ob quam petita fuit manuten-
18 tio, non videbatur sub clausula contineri, † cùm vbi factum positiuum non est præstandum sola patientia, quod alter possideat sit sufficiens, Millin. *d. decis.* 108. *n.* 1. Merlin. *decis.* 738. *sub numer.* 1. *& in alia decisione §. minus obesse.*

Vel in omnem euentum non erat amplius necessaria paritio; Tùm quia pars aduersa, ad cuius fauorem clausula, *parito*, fuerat apposita de meritis, & iustitia causæ co-
19 gnosci passa est, † vnde illi censetur renunciasse, vt etiam tacitè fieri potest Mart. *de claus. part.* 1. *clausula qu.* 2. *sub num.* 10. *versic. limitata nisi esset*, Marchel. *de commiss. par.* 2. *fol.* 128. *sub num.* 6. Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 88. *nu.* 34. *&* 35. Rota apud Achill. *dec.* 12. *sub num.* 1. *& seqq. de rescript.* Verall. *dec.* 125. *num.* 2. *part.* 3. Coccin. *decis.* 47. *nu.*
20 14. *& seqq.* Tùm etiam quia † cùm ex adductis in alia decisione constet de iniustitia, & nullitate sententiarum, illæ nunquam transiuerunt in iudicatum, neque executionem
21 merebantur, & proindè † talis clausula nihil operari potuit, cùm intelligatur quatenùs adsit res iudicata, vt tradunt omnes mox adducti, & signanter Marescott. *cap.* 88. *nu.* 30. Rota *decis.* 10. *num.* 12. *par.* 1. *diuers. & in Fauentina Monasterij* 22. *Iunij* 1607. coram Penia *decis.* 1309. *num.* 4. *&* 5. *impress. Lugdun.* vbi quod ista opinio præualuit.

Data autem paritione, vel illius necessitate sublata non
22 impeditur † Iudex, ad quem, quin executionem nullitèr, & iniustè factam etiam per viam manutentionis reuocare possit, Add. ad fa. me. Gregr. *dec.* 91. *n.* 13. Rota *in d. Beneuentana manutentionis* 9. *Iunij* 1649. *§. finali coram bo. me. Peutingerio.*

Et ita omnibus Dominis de ordine Rotæ causam videntibus resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papien.

Romana Successionis de Cesijs.

Veneris 29. *Martij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissum ordinarium in fauorem masculorum, quando etiam fœminas masculis non extantibus comprehendat.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio conceditur vocatis in donatione ratione hypothecæ in ea contenta.*
2 *pro Legatis datur tacita hypotheca, ac etiam pro fideicommissis.*
3 *Heredi, competit immissio, quæ competebat defuncto.*
4 *Fideicommissum iam purificatum si est agnitum transmittitur ad heredes.*
5 *ad Fideicommissum vltimo loco vocatus potest de bonis fideicommissarijs disponere.*
6 *Fœminæ si essent ad fideicommissum vocatæ illæ admitterentur quæ sunt de linea vltimi defuncti.*
7 *Fœmina, quando dicantur vocatæ post masculos.*
8 *Familia quæ dicatur ad fideicommissum vocata, effectiua, vel contentiua, & n. seq.*
9 *Dispositio etiam clerici referri potest ad familiam effectiuam vocatoram.*
10 *Dictio*, eadem, *quid importet.*
11 *Prohibitio alienationis consecutiua, & dependens à fideicommisso illius naturam non alterat.*

D E C I S I O CCCXXIII.

BOnæ mem. Angelus Cæsius Episcopus Tudertinus anno 1590. donauit Federico eius ex fratre Nepoti, illiusque descendentibus masculis pro conseruatione agnationis, & familiæ suæ Cesiæ, ac seruato ordine Primogenituræ Prædium, aliaque stabilia in Territorio Tudertino existentia, & deficiente linea masculina dicti Federici vocauit Paulum Emilium alium Nepotem, eiusque descendentes masculos cum eodem ordine Primogenituræ anno 1605. idem Angelus Episcopus in testamento per eum condito præuia ratificatione d. donationis alia bona iure legati, & Institutionis reliquit eidē Federico modo, & forma, ac substitutionibus in eadem donatione contentis. Post obitum Angeli Federicus vigore vtriusque tituli donationis, & testamenti cepit possessionem bonorum d. particulari fideicommisso subiectorum. Verùm cùm illius linea defecisset per obitum bo. me. Petri Donati Cardinalis Cesij defuncti anno 1655. instituta sibi hærede vniuersali D. Domitilla Cæsia eius Sorore contra istam Franciscus Maria Cæsius Dux Ceræ, ad cuius fauorem tanquam descendentis ex linea Pauli Emilij secundo loco vocati aperta fuit substitutio, committi fecit causam in Rota super immissione ad possessionem bonorum d. Primogenituræ subiectorum, qua sic pendente, cùm etiam obierit prædictus bo. me. Dux Ceræ D. Portia Cæsia eius Soror, & hæres testamentaria prosequendo d. iudicium contra D. Domitillam, ac etiam contra DD. Duces de Aquasparta obtinuit disputari dubium, An sibi danda esset immissio in bonis contentis tam in donatione, quàm in testamento d. Angeli Episcopi, & DD. dandam esse responderunt ea potissima ratione.

Quia sicuti Francisco Mariæ Duci Ceræ si adhuc viueret competeret immissio respectu bonorum in donatione contentorum ex hypotheca † inserta in eadem donatione, & stipulata pro omnibus vocatis cum obligatione Camerali, Onded. *cons.* 3. *num.* 9. *lib.* 2. & in his terminis Rot. *in Romana Saluiani de Casalibus* 21. *Iunij* 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano post Zacch. *decis.* 189. *num.* 9. *& seqq.* confirmata coram Merlino *decis.* 895. *num.* 1. & coram bo. me. Peutingerio *decis.* 240. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 271. *numer.* 9. *&* 10. *post eundem Zacch. de obligat. camer.* Et respectu bonorum relictorum in 1

te-

restamento relatiuè condito ad dictam donationem dare-
2 tur immissio † ex tacita legali hypotheca competenti pro
legatis, & fideicommissis, *l. 1. C. communia de legat. §. nostra autem constitutio Instit. de leg.* Fusar. *de substit. q. 611. tit. 17. num. 1. & seqq.* Rota *decis. 131. num. 1. par. 1. rec. & in Romana Domuncularum 10. Febr. 1648. §. caeterum cor. bo. mem. Dunozette*, ita pari ratione danda est immissio D. Por-
3 tiæ, † quæ tanquam hæres ex testamento d. Ducis Ceræ suc-
cessit in vniuersum illius ius, *l. vera haeredes ff. de acquir. possess.* Rot. *dec. 539. num. 1. par. 4. rec. in Bononien. fideicommissi de Rubeis 11. Maij 1648. coram bon. mem. Arguelles & in Terracinen. haereditatis 21. Junij 1649. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. 1.* & hoc procedit etiam respectu istorum
bonorum fideicommissariorum, cùm d. Dux decesserit fidei-
4 commisso ad eius fauorem iam † purificato, & per eum
agnito, *l. cogi §. Metianus, & §. idem Metianus ff. ad Trebell. l. à Testatore rogatus 108. ff. de condit. & demonstr. l. 3. & l. si in personam Cod. de fideicommissis* Giouagn. *cons. 82. num. 83.* Gabr. *cons. 121. num. 21. lib. 1.* Peregr. *de fideic. art. 31. num. 2.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 31.* Bellon. *de iur. accrescendi cap. 7. q. 41. num. 56.* Rota *in Neuerina fideicommissi 1. July 1650. §. minusque refert coram me*, potuitque d. Dux Ceræ tanquam vltimus mascu-
5 lus vocatus † ad fideicommissum de bonis fideicommissa-
rijs liberè disponere per text. *in l. cum Pater §. libertis in fine, & in l. qui solidum*, & ibi communiter DD. *ff. de legat. 2.* Rota *in recent. decis. 203. num. 1. par. 2. & dec. 89. num. 20. par. 6.*

Neque talem immissionem impedire valet D. Domitilla
sob prætextu quod licet fœmina censeatur, nihilominus &
6 ipsa vocata taoquam de familia Cæsia, † quia vltra quod,
& tali casu D. Portia vti de linea vltimi defuncti admittenda potius esset, quàm d. Domitilla, Ruin. *cons. 151. num. 3. & cons. 159. num. 6. lib. 2.* Roland. à Vall. *cons. 100. n. 13. lib. 1.* Peregr. *cons. 56. num. 6. lib. 3.* Bellon. iun. *cons. 61. num. 7.* plures alios cumulans Cephal. *cons. 313. num. 18. & seq.* Cessat prorsus obiectum, dum versamur in Primogenitura, in qua soli masculi de familia Cæsia vocati fuerunt fœminis semper exclusis, vnde tali casu fœminæ nec etiam in defectum masculorum admittuntur, quia conclusio illa vt post
7 masculos censeantur successiuè vocatæ fœminæ † intelligen-
da est, quando fœminæ fuerunt à principio vocatæ, sed illorum vocatio suspenditur propter prædilectionem masculorum, secus est si fœminæ fuerint expressim exclusæ, ita Rota coram Buratt. *dec. 272. num. 17. & dec. 454. num. 4. & in recent. dec. 203. num. 8. par. 2. & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 10. Februarij 1642. coram Reuerendiss. D. Decano.*

Sic nec etiam petitam immissionem controuertere possunt Domini Duces de Aquasparta, eo quia tanquam masculi, & de familia Cæsia præsupponant se ad d. fideicommissum vocatos fuisse, quia cùm Angelus fideicommittens certas duntaxat personas, nempè filios, & descendentes eius fratrum de Primogenito in Primogenitum vocauerit restring. semper dispositionem ad expresè vocatos, illorumque familiam, & agnationem, vt patet ex tenore donationis, vtique vocasse censetur illos solummodo descendentes,
qui essent de familia effectiua eius fratrum seu Nepotum
8 vocatorum, † non autem alios de familia contentiua, quam-
uis essent de eadem familia Cæsia, Ruin. *cons. 153. sub num. 5. vol. 2.* Altograd. *cons. 79. num. 56. lib. 2.* Citiac. *controu. 181. num. 70.* Rota *in Romana fideicommissi de Montesperellis 13. Junij 1657. coram R. P. D. meo Albergato, & in Romana fideicomm. de Coronis 28. Ianuarij 1647. coram Reuerendiss. D. meo Decano sub §. Quia etiam*, vbi in puncto firmatum fuit id etiam procedere quamuis testator vti Clericus
9 non posset habere propriam familiam effectiuam. † Quia
nihilominus dispositio referenda est ad familiam effectiuam vocatorum, Menoch. *cons. 924. num. 1.* Fusar. *de substitut. q. 345. num. 10.* Rota *in recent. dec. 300. num. 20. par. 1. & decis. 15. num. 22. cum seq. par. 7.*

Neque extensio dispositionis ad familiam contentiuam desumi posse visa fuit ex prohibitione alienationis vestita ea
ratione, *vt bona perpetuo remaneant in eadem familia*. Tùm
10 quia illa dictio, *eadem*, † designat familiam superius ex-
pressam in parte vocatiua, quæ restringitur ad effectiuam, Rota coram Eminentiss. Card. Otthobono *decis. 217. num. 13. & 14. & in Bononien. bonorum, seu fideicommissi de Sanctis 16. Martij 1648. coram bon. mem. Bichio*. Tùm quia dicta prohibitio stat consecutiuè, ac dependenter à fideicom-
missò præcedenter ordinato inter easdem personas, ibi, *Prohibuit Federico, & singulis donatarijs, eorumque descendentibus*, & ibi, *Ita, & taliter, quod omnes prædicti vocati non possint contrauenire &c.* & ibi, *In euentum in quem prædicti,*
vt supra quandocunque vocati, & consequenter d. † prohibi- 11
tio non ampliat nec extendit fideicommissum, vltra personas expresè contemplatas, sed ea restringi, & declarari debet secundùm terminos præcedentis substitutionis, quæ sicuti non egreditur descendentes lineæ effectiuæ, ita nec etiam prohibitio, quæ dictæ substitutioni famulatur, iuxta celebre consilium *decis. 636. num. 7. cum seq.* Ruin. *cons. 153. num. 5. vol. 2.* Onded. *cons. 78. num. 35. & seq. lib. 1.* Decian. *cons. 3. num. 38. lib. 2.* Peregrin. *de fideic. art. 29. num. 39. cum alijs cumulatis in d. Romana fideic. de Coronis 28. Ian. 1647. §. fuit enim coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in d. Perusina de Montesperrellis 13. Junij 1657. coram R. P. D. meo Albergato §. nihilominus.*

Et ita informante tantùm D. Portia Cæsia resolutum fuit, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Restitutionis Dotis.

Veneris 29. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Donatio facta in Instrumento matrimonij in quo mulier renunciauit successionibus fauore donatarij, dicaturne facta contemplatione potiùs renunciationis, vel matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Actus duo si celebrantur vnus est causa finalis, & pars alterius, & quando.*
2 *Renunciatio quando dicatur causa finalis donationis, & num. 5.*
3 *Causa impulsiua, & remota non attenditur, eaque si cessat, non perinde cessat dispositio.*
4 *Resolutio donationis ex quibus inducatur.*
5 *Causa finalis attendi debet, & quæ talis dicatur.*
6 *Obseruantia declarat qualis fuerit primarius finis contrahentium.*
7 *Filij in donatione comprehensi, quando intelligantur vti hæredes matris.*
8 *Clausula*, cæterata, *in donatione intelligitur pro hæredibus, & successoribus.*
9 *Donatio quando dicatur correspectiua ad matrimonium.*
10 *Correspectiuitas habet locum, vbi agitur de materia dependenti ab eadem causa.*
11 *Correspectiuitas cessat quando causa est diuersa.*
Contractus plures diuersi, & separati fieri possunt in vno eodemque Instrumento, n. 11.
12 *Confessio omnem superat probationem.*
13 *Confessio probat contra confitentem, eique præiudicat ampliæ, vt n. 14.*
15 *Confessioni statur donec concludenter contrarium probatur.*
16 *Æs alienum diminuit hæreditatem, & præualet legatis.*
17 *Legitima detrahitur post æs alienum.*
18 *Donatio permittitur in summa taxata in constitutione super reformatione dotium.*
19 *Legitima debetur de omnibus bonis per testatorem possessis deducto ære alieno.*

DECISIO CCCXXIII.

CEnsuit Rota in hac causa coram Reuerendiss. Compostellano 16. Iun. 1643. hæredi Cæciliæ Tomillæ agenti ad repetitionem dotis denegandum esse mandatum, sed postea per duas decisiones coram Eminentissimo D. Card. Otthobono, quæ sunt la 32. & 199. recessum fuit à dicta resolutione, & dictum pro quantitate ibi expressa esse relaxandum; Tandem verò sub die 30. Maij 1653. has decisiones reformando pro scut. 1300. tantummodo concedendum esse respondit, & fundamentum

resolutionis tunc fuit, quia ex d. credito dotali Cæciliæ videbantur detrahenda scut. 3500. & à Ludouico fratre donata intuitu matrimonij cum Damiano Testa contrahendi, sic. que debita Io. Antonio Hieronymo filio ex dicto matrimonio procreato, adeout in eius præiudicium non licuit matri de illis disponere ex allegatis in dicto §. *& in hanc resolutionem*. Verum hodie suscepta eadem disputatione, quoad hanc summam Domini à decisia recesserunt, animaduertentes ex facto melius proposito in Instrumento matrimoniali integrè exhibito fuisse in primis à præfato Ludouico pro huiusmodi matrimonio contrahendo constitutam dotem sc. 2. mil. de bonis paternis, & maternis Cæciliæ, & deindè donata dicta sc. 3500. eo quia ipsa D. Cæcilia vice versa velit, & intendat (sunt verba Instrumenti) dicto D. Ludouico finalem, & generalem quietantiam, refutationem, cessionem, & donationem omnium, & singulorum bonorum paternorum & maternorum, & aliarum quarumcumque successionum vnà cum omnibus, & singulis iuribus, & actionibus sibi supradictis omnibus successionibus, tàm ex causa de præsenti, quàm de futuro competen. & competituris facere &c. His constitutis deuentum fuit ad stipulationem Instrumenti matrimonialis inter ipsam, & Damianum eum assignatione dotis sc. 5500. vnà cum alijs 200. pro acconcio soluend. pro rata sc. 2000. de' dictis bonis paternis, & maternis, & pro reliquo ex pecunijs donatis *Sum. vtriusque partis n.* 1.

Quibus in facto præmissis, ac tota serie scriptura perpensa satis aperteque constat quod causa, quæ primariò mouit Ludouicum ad donandum fuit renunciatio, & donatio, quam è contra Cæcilia ad eius fauorem fecit de omnibus successionibus quocunque iure sibi competen. nam supra relata verba, & præcipuè illa, & vice versa ipsa D. Cecilia intendat, & velit finalem quietantiam, refutatio-
1 nem, & donationem facere &c. propriè † ostendunt, quod vnus actus est causa finalis, & pars alterius, *l. lecta* 40. *ff. de rebus cred. l. si ventri* 8. §. *in bonis de priuil. cred.* Decian. *cons.* 32. *n.* 116. *lib.* 2. Crauett. *cons.* 153. *n.* 8. Grat. *discept. for. cap.* 692. *n.* 40. *&* 929. *n.* 2. Ciriac. *controu. foren.* 535. *num.* 2.

Nec refert quod donatio sit stipulata in contractu dotalitio, vnde ob matrimonij causam, non autem renunciationis reputetur facta, quia cùm pro dotando, & collocando in matrimonium Cæciliam præcesserit certa dotis constitutio; Sed donatione ista non obstante adhuc posset ad successiones aspirare illisque omnibus renunciauerit. Verius erit quod renunciatio fuit causa finalis do-
2 nationis † vti per Capitulum distinctum à constitutione dotis, & in recompensam iuris renunciati factæ, alioquin ea se mota Ludouicus non erat donaturus, quamuis tunc nuptiæ sequutæ essent, *l.* 1. *ff. de donat.* Bald. *cons.* 340. *col.* 2. *lib.* 3. Aymon. *cons.* 142. *num.* 9. Rol. à Vall. *cons.* 44. *num.* 15. *& cons.* 69. *num.* 39 *&* 40. *lib.* 4. Rimin. *cons.* 154. *num.* 24. *lib.* 2. Hond. *cons.* 29. *num.* 71. *cum seq. lib.* 2. Mart. *cons.* 40. *num.* 17. Duran. *de condit. & mod. impossib. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. & per Add. ad Buratt. *dec.* 640. *num.* 20. Matrimonium enim non fuit vltimus finis donandi, sed præbuit solummodo occasionem, & præcursionem quandam, & sic causam impulsiuam, & remotam,
3 quæ non attenditur, & si cessat, † non tamen facit deficere dispositionem, & rationem finalem, & immediatam, *l.* 1. §. *sextum ff. de postulat. l. vnica in princ. de caduc. toll. l.* 2. §. *fin.* vbi glos. & Bartol. *ff. de donat.* Bald. *in l. generalium* 41. *num.* 10. *C. de Episc. & cler.* Nati. *cons.* 609. *num.* 11. Nicol. Bell. *cons.* 8. *num.* 2. *vers. vnde* Pancirol. *cons.* 185. *num.* 13. Grat. *cap.* 276. *num.* 68. *&* 971. *n.* 45. Rota coram Penia *dec.* 9. *num.* 13. *&* 14. bon. mem. Merlin. *dec.* 229. *n.* 2.

Quæ veritas colligitur etiam ex pactis, & conditionibus in parte dispositiua adiectis prohibentibus Ceciliæ acceptationem hæreditatum, illarumque portionem, si vllo vnquam tempore ad illam deuoluerentur ex causa de præsenti, vel de futuro, & tam ex testamento, quàm ab intestato agnatorum, vel Cognatorum Ludouici Donatoris sub pœna reuersionis rei donatæ, quoad sortem personalem, non quoad fructus perceptos ad ipsum, & eius hæredes, etsi ab initio donatio facta non esset, vt in §. *quam*
4 *quidem donationem*, quæ verba † inducunt præcisam resolutionem donationis ipso iure, *l.* 3. §. *item si rem ipsa ff. de donat.* Rot. *decis.* 1. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & coram Duran. *decis.* 146. *pariter num.* 2. & demonstratur illam esse totaliter fundatam in renunciatione, nec Ludouicus aliàs donasset, vel non eo modo dum expressè voluit, quod eo tantum casu, & pro eo tempore posset Donataria vti beneficio donatoris, quo renunciationem, & cessionem seruasset, vbi autem contrauenisset petendo, & acceptando successiones, statim esset resoluta ad fauorem d. Donatoris, & hæredum, nulla habita consideratione viri, & filiorum, & quod tunc durauerit, vel dissolutum fuerit matrimonium, & proindè renunciatio; in quam directa est mens Donatoris, & respicit commodum illius, quia ea mediante consequitur hæreditates † pro finali censeri debet, glos. 5
in l. fin. vbi Ang. *num.* 1. *ff. de condic. caus. dat.* Bart. *in l. ambitiosa* 4. *num.* 19. *ff. de decret. ab ord. fact.* Crauet. *cons.* 299. *num.* 1. Rim. iun. *cons.* 662. *num.* 31. Rolan. *in cons. supracitato*, Couar. *cap.* 20. *num.* 2. *var. resol.* Hond. *cons.* 29. *num.* 73. *lib.* 1. vbi quod ex conditione resolutiua, quamuis ratio esset impulsiua, efficitur finalis.

Idque optimè comprobauit euentus subsecutus, nam de facto impugnata per Cæciliam renunciatione Clementia Ludouici donatoris in prioris nuptijs vxor, & filiorum hæres mandatum de immittendo ad possessionem locorum montium ex donatione prouenientium obtinuit; Inita tamen deindè inter eos transactione fuerunt d. Ceciliæ retrocessa dicta loca montium cum libera, & omnimoda facultate de illis in hæredes, & Successores quoscunque disponendi pacto, & alijs vinculis in donatione, & litteris patentibus appositis non obstantibus *Sum. hæredis Cæciliæ num.* 3. ex qua obseruantia satis remanet declara-
tum † finem primarium donatoris non fuisse matrimo- 6
nium, *l. minime* 23. *ff. de leg.* Castrens. *cons.* 347. *num.* 4. Crauet. *cons.* 101. *num.* 3. & in terminis aduertit Rota penes Merlin. *dec.* 392. *num.* 11.

Non obstat, quod pacta, & conditiones istæ prohibitiuæ afficiant etiam filios Ceciliæ, quatenus post illius obitum vellent delatas fortasse ad se hæreditates acquirere, quasi ex hoc deprehendatur animus donatoris, quod sicuti voluit matri, & filijs præcludere viam succedendi, ita quoque putauerit illis donare, ideoque dicendum videtur, quod fuerint etiam principaliter considerati, maternamque dispositionem valeant impugnare, etiam si qualitate hæreditaria careant, vt firmatur in alia *decis.* §. *quod eo magis*, quia iuxta mentem Dominorum hisce legibus, & pactis voluit Ludouicus donare, & renunciationem ita fieri pro eius maiori cautela, ne à filijs defuncta matre,
super bonis ab illa refutatis molestaretur. Indè † tamen 7
non sequitur eos posse aliquid prætendere, nisi vt illius hæredes, Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *de donat. num.* 56. Bur. *dec.* 861. *num.* 8. & coram Card. Othubono *decis.* 99. *num.* 24. *inter eius impress.* Præsertim quia donatio legitur concepta ad fauorem Cæciliæ præsentis apposita immediatè clausula, *cæterata*, ibi, *donauit eidem Cæciliæ præ-
senti &c.* † quæ clausula post dictum verbum, *præsenti*, 8
adiecta, solet extendi ad stipulationem pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, vt tenuit Rot. *in decis.* 393. *in princ. par.* 1. *diuers.* Buratt. *dec.* 310. *num.* 7. & in Romana Census coram D. Card. Othobono *decis.* 255. *num.* 4. *&* 5. Grat. *discept. for. cap.* 568. *num.* 5.

Neque vim facit quod amplius dicebatur vnum esse Instrumentum stipulatum coram eisdem Notario, & Testibus, quocirca donatio præsumitur correspectiua ad
matrimonium, † sitque pars contractus matrimonialis 9
vnusque, & idem reputetur, glos. *in l. vt ius iurandi* 7. *verbis libertatis de oper. liber.* Guidopap. *decis.* 345. *num.* 2. *vers. sed his non obstantibus*, Rota *decis.* 127. *num.* 13. *par.* 6. *recent.* Quoniam id potest totum habere vbi agitur de ma-
teria dependenti ab eadem causa; † eo enim casu intrat 10
correspectiuitatis regula, *l. fin. C. de accept. l.* Mant. *decis.* 257. *num.* 3. Comitul. *decis.* 54. *num.* 6. secus tamen est quando concurrit alia causa, ob quam fit actus, vt in præsenti casu, in quo licet donatio legitur facta in Instrumento matrimoniali, nihilominus emanauit ex causa renunciationis, vt dictum est, quæ est penitùs diuersa à
matrimonio, † & ob id cessat allegata correspectiuitas ad 11
illud Bald. *in l. fin.* §. *præterea num.* 2. *C. de iur. dot.* Rot. coram Put. *decis.* 213. *in fin. lib.* 3. Card. Millin. *decis.* 382. *num.* 1. *cum seq. & decis.* 430. *num.* 1. *in Baren. seu Neapolitana pecuniaria* 4. *Iulij* 1640. *coram Reuerendiss. Tarracon. & in Rom. seu Veliterna restitutionis in integrum* 17. *Decemb.* 1646. *coram bo. me. Bichio post Merlin. de pign. dec.* 142. *n.* 18. vbi quod in eodem Instrumento possunt plures, & distin-

distinctis contractus contineri, & adhuc ab vno ad alium inferri non potest,

Stante igitur, quod in dispositione Testamentaria Cęciliæ veniant ad hæredis commodum comprehendenda prædicta scut. 3500. visum fuit DD, hac summa addita, statum hæreditatis esse firmatum in scu. 10. mil. ex quo totidem ipsa Cæsari Lucatello secundo viro in dotem assignasse fassa fuit
12 in capitulis matrimonialibus, † quæ sanè confessio omnium probationum vim excedit, *l. vnica, C. de confess. c. vlt.*
13 *extra eodem tit.* † & probat contra confitentem, illique
14 præiudicat, *l. cum precum 9. C. de liberal. caus.* † sicut & ab illo causam habenti, *l. cum à matre, C. de rei vindic. l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* & dixit Rota *in prima dec. Reuer. Compostellana, §. secunda probatur.* Cui quidem confessioni
15 standum est, † nisi concludenter fuerit probatum eum, qui confessus est, indebitum, & non verum promisisse, Abb. Butr. & Imol. *in c. si cautio de fid. instr.* post Imol. *cons. 22. num. 7. & 25. & cons. 170. nu. 21. cum seq.*

Et hoc posito censuerunt mandatum esse relaxandum contra dictam hæreditatem pro remanenti summa, detractis prius scut. 2. mill. pro pretio mobilium hæreditariorum q. Damiani primi viri, ad manus Cæciliæ peruentorum cum obligatione illa restituendi; nec non inter vsuris dotalibus secundo viro debitis, & pro quibus fuit in Tribunali A. C. obtentum mandatum executiuum; ista enim
16 tanquam † æs alienum diminuerent vniuersam hæreditatem, & præualent legatis, & omnibus alijs per Testatorem relictis, *l. Papianus 8. §. quarta, ff. de inoff. test.* Peregr. *de fid. art. 35. nu. 39. cum alijs in decis. Eminentissimi Otthoboni, & coram Me allegatis*, quo debito soluto, deducenda de-
17 nique est alia † pars spectans ad Io. Antonium Hieronymum vnicum Cæciliæ filium pro sua legitima, Auth. *nouissima, C. de inoff. test. & in auth. de trient. & semiss. §. 1.* illam calculando, non attenta dote scut. 5500. taxata in con-
18 stitutione super reformatione dotium, † vbi in dicta quantitate donatio permittitur, & sensit Rota *in Romana de Theodolis 23. Ianuarij 1619. coram bo. me. Pirouano*, & ad effectum liquidandi supradictos fructus dotales ponderatum fuit in secunda decisione *D. Cardin. Otthoboni 199. num. 16. & seqq.* sed habita consideratione ad totam hæreditatem, cùm dictus Io. Antonius Hieronymus habeat de iure
19 fundatam intentionem, quod legitima † filio debetur de omnibus bonis deducto ære alieno per Testatores tempore obitus relictis, d. Auth. *nouissima, l. in ratione 51. ff. ad leg. falcid. l. si patronum 44. §. si ex bonis, ff. de bon. liber. l. cum quæsit. ff. de inoff. test.* Surd. *cons. 341. num. 30. & 388. nu. 17.* Gratian. *discept. 243. nu. 52. & 54.* Rota *decis. 213. numer. 1.* post Merlin. *de legit.*

Et ita vtraque &c,

R. P. D. ALBERGATO

Romana Pecuniaria.

Veneris 29. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Societas quando, & quibus verbis inita censeatur, adeout lucri, & damni periculum communiter currat,

SVMMARIVM.

1 *Pactum speciale inter socios initum, communicationem inter eosdem inducit.*
2 *Verba* (con patto di correr egual fortuna nel negotio) *societatem, & communicationem important.*
3 *Socij proportionabiliter inter se exactum communicare debent.*
4 *Solutio non præsumitur nisi plenè, & concludenter probetur.*
5 *Societas ex actibus communiter gestis probatur.*
6 *Societatis diuisio regulariter non præsumitur.*
7 *Et locum non habet nisi ex actibus eam concludentibus.*
8 *Obseruantia demonstrat, qualis fuerit in conuentione partium intentio.*
9 *Instrumentum facit probationem probatam, & rem claram.*
10 *Instrumentum pro se habens, casum legis habere dicitur.*
11 *Verba* (di correr egual fortuna nell'esattione, e negotio) *sortem, & fructus comprehendunt.*
12 *Socij inter se sortis, & fructuum exactionem communicare debent.*
13 *Text. in l. filiusfam. 117. §. Diui. il 2. ff. de legat. 1. dispositio procedit in vltimis voluntatibus tantum.*
14 *Societas accidentalis, vt inter legatarios, non dicitur propriè communio, secus autem voluntaria.*
Societas dicitur inita, vbi verba, & subiecta materia conueniunt.

DECISIO CCCXXIV.

OMnes ferè obiectiones à Parlato, & Pisente repetitæ in præteritis decisionibus sublatæ fuerunt, & ideò persistendum esse in resolutis sub die 27. Aprilis proximi præteriti coram me per DD. resolutum fuit, quia subsistere
semper visum est, † quod vltra naturam societatis adest 1
pactum speciale inter partes expressum, † *di correr egual* 2
fortuna in detta esattione, e negotio, &c. quod societatem
super exactione debitorum importat, & exequutionem
quandam, & communicationem inter eosdem socios inducit, ea traditis per Grat. *discep. 747. nu. 15. & seqq.* Rota *in Romana participationis* per Marches. *de commiss. tom. 2 fol. 509. num. 4.* vigore cuius quicquid à communi debitore exa-
ctum fuit, proportionabiliter communicandum est, Bero. 3
cons. 161. num. 19. & seq. lib. 1. Vallalch. *consult. 118. sub n. 5. tom. 2.* Rota *dec. 493. num. 2. par. 1. recent.* vbi quod socios dicitur habere fundatam intentionem super tali pacto, & latè in decisionibus deductum fuit.

Non obstat, quod Bacca nomine proprio egerit contra debitorem debitoris, quia hoc naturæ societatis non repugnat, nec illam pernecesse excludit, & respectu excessiuitatis, quod nempè, Bacca maiorem quantitatem exegerit
non iustificatur in facto, & tamen solutio tanquam quid fa- 4
cti non præsumitur nisi plenè, & concludenter probetur, *l. quingenta 12. ff. de probat.* Rota *coram Eminentissimo D. Card. Otthobono dec. 28. nu. 24.* & in omnem euentum quatenus iustificantur cogendus esset ad diuisionem proportionabiliter, vt in alia decisione, *§. nec releuat.*

Quinimò, † ex eo quod plures actus communiter gesti 5
fuerunt, præstitum nempè iuramentum suspicionis fugæ, & mandatum eiusdem insimul obtentum, instantia, & citatio ad soluendum communi nomine exequuta, solutio artharum pro extractu, & depositum sportularum à Pisente factum, omninò se reseruandi contra alios, vt in *Sum.* hodiernæ positionis Baccæ, *num. 5. & duob. seqq.* & ex alijs actibus simul, & communi nomine factis, de quibus in *Summ.* eiusdem præteritæ positionis *num. 3. & seq.* subsistere visa est responsio vltimæ decisionis in *§. quia vltra*, quod si expeditio duplicis mandati facta fuit solummodò pro interesse Notarij, qui duplicatas expensas reportare voluit, non autem ad effectum inducendi diuisionem inter socios,
quæ † regulariter non præsumitur, Menoch. *lib. 3. præ-* 6
sumpt. 60. num. 1. † nec locum habere solet nisi ex actibus 7
pernecesse illam concludentibus, vel per assignationem partium inducatur, *l. si quis ades 6. §. si quis*, vbi Castrens. *sub num. 3. vers. sed si in eadem, ff. commun. præd.* Grat. *discept. 874. nu. 13. & seqq.*

Multoque magis dum obseruantia subsequuta idem demonstrauit; Pisentes enim repetijt cum effectu à Bacca me-
dietatem expensarum factam, † ex hac enim obseruantia 8
deducitur qualis fuerit partium intentio in conuentione de qua suprà, *l. quædam 16. ff. de reb. dub.* & in subiecta materia Rota *in Fauentina societatis 16. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Celso*, post Zacch. *de oblig. Cam. decis. 193. num. 9. & in vltima decis. §. eo magis*, parum releuante, quod in libris societatis tam Baccæ, quàm Pisentis adnotata fuerit dissolutio societatis, quia partitæ loquuntur de fine societatis cum Parlato, & idcò non concludunt dissolutionem inter Pisentem, & Baccam, sed potiùs societatis continuatio resultat ex Instrumento publico continente pa-
ctum de quo supra; † quod facit probationem probatam, 9
rem claram, & manifestam, & habens † pro se Instru- 10
mentum dicitur habere casum legis, Rota *in Romana Census 14. Decembris 1648. coram bon. mem. Arguelles, §. creditum in fine, & in Vrbinaten. Salarij 26. Iun. 1652. coram R. P. D. meo Zarate, §. instetia vero.*

Mious

Minus releuat motiuum nouiter deductum, quod exa-
ctio in Ciuitate Neapolis à Pisente facta intelligi possit in
causam Cambiorum in summa longè maiori decursorum,
quæ cùm in societate deducta non fuerint, ideò cesset obli-
gatio contributionis: obiectum enim tollitur ex facto, quia
constat solutionem expresse factam fuisse in causam sortis,
non autem cambiorum, quæ imò specialiter remissa fue-
runt, & ab illorum solutione absolutus Parlatus, vt in
Summ. responsionis Baccæ, *num.* 1. & semper verba illa pa-
cti, *di correr egual fortuna in detta esattione, e negotio, &c.*
12 fortunæ exactioni cambiorum æquè adaptantur, † ac sor-
tis, & ideò in vtroque casu intraret obligatio cum alijs exa-
ctam pecuniam communicandi, vt supra Menoch. *cons.* 46.
nu. 4. *vers.* 1. *confert. text.* Ludouic. Molin. *de contract. tract.*
2. *disput.* 413. *nu.* 18. *& alij in decisionibus adductis.*
Et denique, *text. in l. si filius famil.* 117. *§. Diui, il* 2. *ff. de*
13 *leg.* 1. iam responsum fuit, quod nempè illius dispositio pro-
cedat in vltimis voluntatibus, in quibus legatarij, & fidei-
commissarij licet communem fortunam sortiantur, non ta-
14 men † propriè sunt socij, quia communio euenit per acci-
dens, & præter eorum voluntatem, secus autem in dispo-
sitione inter viuos, vbi ex proposito voluntariè, & per
actum expressum voluerunt communem subire fortunam.
Tunc enim inita dicitur societas, præcipuè vbi verba, &
subiecta materia contractui societatis conueniunt, Hug.
Donell. *in l. fin. C. deposit.* Menoch. *d. cons.* 46. *num.* 8. *& in
vlt. decis. §. argumentum.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decann.

Bononien. Hæreditaris de Pepulis.

Veneris 29. *Martij* 1658.

ARGVMENTVM.

Incestuosi cùm præter alimenta sint incapaces suc-
cessionis, disputatur in præsenti, an filij ex igno-
rato quidem, sed incestuoso concubitu procrea-
ti, naturales tantummodo, an verò incestuosi,
& spurij reputandi sint: hinc qualis notitia in
matre de concubitu viri cum eius sorore, requi-
sita ad effectum, vt incurrat pœnas ordinarias
incestuosis inflictas, & de quo tempore proban-
da sit, nec non quæ probationes requirantur,
quæque non sufficiant, non minùs clarè, quàm
eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Bona Emphyteutica non veniunt sub petitione immissio-
nis in bonis proprijs, & liberis Testatoris, & qua-
re, num. seq.*
2 *Bona Emphyteutica sunt obnoxia oneri restitutionis ad
fauorem successiuè vocatorum in inuestituris ex pacto,
& prouidentia concessis.*
3 *Sententia generaliter prolata super immissione in posses-
sionem bonorum hæreditariorum, recipit declaratio-
nem à petitione, & libello, & num.* 6.
4 *Ægidiana dum agitur in possessorio ex remedio l. fin. C.
de Edict. Diu. Adr. tollen. quando locus sit.*
5 *Clausula,* dummodò possessio sit vacans, *apposita in
mandato de immittendo, quid importet.*
6 *Mandatum de immittendo cum clausula,* dummodò
possessio sit vacans, *& quidquid eius vigore actum est,
attendi non debet, quando subsecuta fuerit iudicialis
petitio immissionis.*
7 *Filij ex ignorato incestuoso concubitu procreati, quando
naturales tantummodo, non autem incestuosi, nec spu-
rij reputandi sint.*
8 *Et ad effectum, vt filij incestuosi reputandi sint, iustifi-
cari debet scientia Matris de concubitu viri cùm eius
sorore antè conceptionem.*
9 *Testis vnicus in aliqua circumstantia non probat etiamsi
deponet de facto proprio.*
10 *Neque coadiuuari potest ab alijs testibus, qui deponant de
auditu ab ipso primo teste.*
11 *Probationes concludentes, & indubitatæ requiruntur,
quando agitur de graui.*
12 *Iuranti aliquid nescire, quando illi standum est, do-
nec concludenter probetur contrarium.*
13 *Quid si post habitam de ea notitiam in concubitu con-
tinuauerit, an censeri debeat incursa in pœnas ordi-
narias incestuosis inflictas, & filijs præcedenter natis
præiudicauerit.*

DECISIO CCCXXV.

Resolutum fuerat coram Me 17. Maij 1656. non esse lo-
cum *Ægidianæ*, siue quia inter bona hæreditaria q.
Comitis Alexandri Mariæ de Pepulia ex eadem causa, &
actione sub vnico libello petita, & in eadem sententia
contenta comprehendebantur tria corpora Emphyteu-
tica Ecclesiastica, siue etiam præter iniustitiam senten-
tiæ ex eo elicitam, quod non poterat concedi immissio An-
toniæ, & Margheritæ sororibus in possessionem hæredita-
tis dict. Comitis Alexandri Mariæ vti illius filiabus, & hæ-
redibus Testamentarijs, cùm sint incestuosæ, & sic præter
alimenta incapaces successionis.
Sed hodiè causa reproposita censuerunt DD. receden. es-
se à decisis. Primum enim fundamentum corruit ex lectu-
ra libelli in secundo process. de partibus *fol.* 17. *à tergo cum
seqq.* vbi non leguntur petita bona Emphyteutica, sed dum-
taxat † omnia bona propria, & libera Comitis Alexandri 1
Mariæ, sub huiusmodi enim petitione † non includuntur 2
Emphyteutica, quæ tanquam obnoxia oneri restitutionis
ad fauorem successiuè vocatorum in inuestituris ex pacto,
& prouidentia concessis, notat Bart. *in l. vt ius iurandi,
§. sic liberi sub nu.* 6. *ff. de oper. libert.* cum alijs per Rotam *de-
cis.* 375. *vbi sub num.* 7. *vers. alia ex pacto par.* 1. *recen. & in
Bononien. fideicommissi Ioannis Mariæ de Bologninis* 4. *Fe-
bruarij* 1654. *coram Me, §. & quamuis in fine.* Nuncupari
non possunt propria, & libera Alexandri Mariæ possesso-
ris, † cùmque sententia generaliter prolata super immis- 3
sione in possessionem hæreditatis illius declarationem de iu-
re recipiat ab huiusmodi petitione, & libello, Castren.
cons. 326. *in princip. vers. quod autem constet lib.* 1. Aym. *cons.*
188. *num.* 1. Menoch. *cons.* 501. *num.* 6. Gregor. *decis.* 470.
num. 6. exindè paret, quod nullatenus in ea comprehen-
duntur asserta corpora Emphyteotica Ecclesiastica, & pro-
tereà locus est *Ægidianæ*, dum actum fuit in † possessorio
ex remedio *leg. final. C. de Edict. D. Adrian. tollen.* inter
personas Laicas, & super bonis tantummodò † merè Lai- 4
calibus, & liberis, vt responsum fuit in *Bononien. fideicom-
missi de Rubeis* 16. *Martij* 1648. *coram bo. me. Dunozetto
in princ.*
Nec refert, quod antè libellum præfatæ sorores vigore
mandati de immitten. in possessionem omnium, & singu-
lorum bonorum in d. hæreditate relictorum ab A. C. rela-
xati, adeptæ fuerint possessionem Prædij in loco nuncupa-
to, *la Molinella*, primo processu de partibus *fol.* 1. *&* 8.
quod est Emphyteuticum Ecclesiæ Archiepiscopalis Rauen-
næ. Quia cùm huiusmodi † mandatum nemine citato 5
concessum haberet in ventre solitam clausulam, *dummodo
tamen possessio sit vacans*, eodem processu *fol.* 4. statim eua-
nuit vnà simul cum eius executione, ex quo possessio erat
plena, Rota *decis.* 513. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* cum alijs in
Romana fideicommissi de Cesiis 14. *Martij* 1657. *coram eo-
dem bo. me. Dunozetto, §. nec anteriorem, vers. tum etiam
quia*, † & perindè id quod eius vigore gestum est attendi 6
non debeat, sed solùm inspicienda, & atten. est subsequens
iudicialis petitio immissionis vigore d. libelli peracta, quæ
tanquam restricta ad sola bona propria, & libera, & ad
ista pariter restringit sententiam generaliter, & successiuè
prolatam ex deductis.
Secundum verò fundamentum cessat ex motiuo nouiter
deducto in dicta decisione non ponderato, † nempè, ex 7
quo non probatur scientia Dianæ antecedentis concubitus
Comitis Alexandri Mariæ cum Dominica sorore antequam
ipsa ex eo filios conciperet, ignorantia enim excusat ab in-
cestu, & filij indè progeniti naturales tantummodò non
autem incestuosi, nec spurij reputantur, *cap. lectum ma-
ritis* 34. *quæst.* 2. *l. si adulterium* 38. *§. stuprum in fine, ff. ad
l. Iul. de adulter.* Bart. *in d. l. si adulterium antè nu.* 1. *vers.
sed ab incestu*, Federic. *de sen. cons.* 167. *sub num.* 1. *vers. ex
hoc expressè probatur*, Aym. *cons.* 144. *post med. nu.* 7. *vers.
amplius etiam*, Surd. *cons.* 303. *num.* 21. Baiard. *ad Clar.*
§. in-

§. *incestus num.* 2. Lup. *de illegitim. Comment.* 1. §. 5. *num.* 73. Rota apud Cassador. *decis. vnic. nu.* 1. *vers. sed maior pars, & per tot. de sponsal. & matrimon. & in recent. dec.* 264. *sub nu.* 41. *vers. vel non deponunt par.* 5. cum concord. allegatis per Farin. *de delict.* Cancer. *qu.* 149. *nu.* 161. *cum seq.*

Nec huiusmodi scientia dici valet comprobata ex Testibus deponentibus de confessione dd. mulierum, & Comitis, quod ab eo carnaliter cognita fuerit prius Dominica, quàm Diana, quia præter quod sunt singulares in proprio dicto contrarij, & plures exceptiones personales patiuntur, vt latè deducunt informantes de huiusmodi confessio-
8 ne, † deponunt longè post conceptionem Dianæ, nempè
de tempore obitus Comitis, quod ista penes eum instabat, vt ipsum desponsaret, quo vtique non suffragatur cùm scientia iustificari debeat ante conceptionem ad effectum, vt filijs præiudicet ex allegat. & licet primus Testis iuxta 22. interrogatorium implicitè d. antecedentem scientiam concludere videtur, dum deponit, quod Diana assistendo primo partui Dominicæ in lecto Comitis sequuto proprios annulos ipsi Testi tradidit, vt loco pignoris eos relinqueret penes Officiales Hospitalis Proiectorum donec solitam eleemosynam Comes illi persolueret pro gemellis in d. partu natis, & in præfato Hospitali dimissis. Nihilominus, quia
9 super hac † circumstantia est vnicus non facit fidem, Card.
Mantic. *dec.* 325. *in princip.* Card. Seraphin. *dec.* 1191. *nu.* 1.
10 quæ ab alijs Testibus suppleri non potest, † dum cæteri de
ea deponunt tantummodò de auditu ab ipso primo Teste, *cap. licet ex quadam de testib.* Surd. *cons.* 135. *num.* 96. Honded. *cons.* 102. *num.* 58. *lib.* 1. Card. Seraphin. *decis.* 1025. *numer.* 3.

Quæ certius admitten. videntur, tum quia agitur de cau-
11 sa † admodum graui, ac de illatione maximi præiudicij
filiabus Comitis dum tractatur de priuando illas paterna hæreditate valde opulenta, ad quem effectum concludentes, & indubitatæ probationes requiruntur, *l. final. C. de*
12 *probat.* Card. Seraphin. *dec.* 1356. *nu.* 1. Tum etiam, † quia
pro ignorantia concurrit iurata attestatio ipsius Dianæ negantis se habuisse scientiam d. copulæ præcedentis Dominicæ, nec de præsenti talem notitiam certam habere, cui statur donec concludenter probetur contrarium, quando, prout hic, iurans nescire aliquid habet pro se præsumptionem ignorantiæ, vt tradit Farin. *de delict. Carnal. d. quæst.* 149. *nu.* 209.

Non obstat prætensio, quod Diana post habitam de ea
13 notitiam † adhuc in concubitu continuauerit, quia vltra
quod huiusmodi notitia nullatenus iustificatur exindè ipsa censeri non debet incursa in pœnas ordinarias incestuosis inflictas, vt tradunt Couarr. *de sponsal. cap.* 6. §. 8. *num.* 9. Clar. *in d. §. incestus num.* 10. Farinac. *d. qu.* 149. *nu.* 198. & sic multò minus filiabus præcedenter natis aliquod fuit præiudicium illatum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO.

Postea Episcopo Papien.

Romana Transactionis.

Luna 10. *Aprilis* 1658.

ARGVMENTVM.

Transactio rescinditur ex capite enormis læsionis, quæ probatur pluribus modis, vt in decisione,

SVMMARIVM.

1 *Læsio in dimidia, seu in tertia ex dispositione statuti reddit transactionem nullam.*
2 *Absolutus à iuramento habilitatus dicitur à periuro.*
3 *Transactio facta super dubio litis euentu substinetur.*
4 *Confessio facta in articulo mortis, probat.*
5 *Scriptura censetur approbata ex illius vsu.*
6 *Transactio facta super iure certo non substinetur, & num.* 7.
8 *Transactio requirit, vt hinc indè aliquid detur.*
9 *Transactio dicitur nulla vbi alicui ex transigentibus nullum affertur commodum, sed potius damnum.*
10 *Sententiæ superuenientes non reddunt rem dubiam ad substinendam transactionem.*
11 *Cessionarius vigore cessionis agere potest ad res, & personas cessat.*

DECISIO CCCXXVI.

FVluia Pacifica, & Angela Coccanaria filia Catharinæ Pacificæ hæredes fideicommissariæ q. Tiburtij Pacifici in solutum dederunt pro prætensis litium expensis, & alijs creditis de anno 1632. Canonico Lucillo Petruccio pro scut. 5000. domum in platea Agonis, quam posteà idem Lucillus vendidit pro eodemmet pretio q. R. P. D. Ioanni Baptist. Honorato: verum cùm deindè pro parte dictæ Angelæ, ac Ioannis Baptistæ de Lutijs filij ipsius fuerit motum iudicium contra dictum R. P. D. Honoratum emptorem d. domus in vim *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.* super immissione in possessionem assertæ domus, vti suppositæ fideicommisso d. Tiburtij, curauit emptor per transactionem reportare à præfatis hæredibus fideicommissarijs ratificationem prædictæ venditionis, vnà cum cessione omnium iurium eis competentium super eadem domo ex causa præfati fideicommissi, cum recompensa solummodò sc. 2000. quorum 400. dicuntur fuisse soluta in contanti, reliqua verò 1600. fuerint depositata in sacro Monte Pietatis Vrbis ad effectum illa reinuestiendi ad contentamentum ipsius emptoris pro euictione dictæ domus, qui emptor postmodum valdè dubitans de validitate initæ transactionis, quam ex capite enormissimæ læsionis prætendebant transigentes fideicommissarij rescindere commissionem causæ super iactationibus, & molestationibus mihi dirigi obtinuit, vndè cùm dubitatum fuerit, An dicta transactio substineretur, proposito sub hac die huiusmodi dubio per Dominos fuit negatiuè responsum.

Fundamentum resolutionis, omissis nullitatibus, quas pati etiam videbatur talis transactio, fuit enormissima læsio, quæ ex eo resultare satis clarè visa fuit, quia cùm domus controuersia spectaret ad præfactos Angelum, & Ioannem Baptistam fideicommissarios q. Tiburtij Pacifici non obstante præcedente datione in solutum facta ad fauorem Canonici Lucilli Petrucci pro scut. 5000. occasione prætensarum, expensarum, ac aliarum partitarum, quas tamen insufficientes, ac prorsus nullius roboris esse ad effectum substinendi alienationem ipsius domus, firmauit Rota sub die 23. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Albergato, vtique cessio iurium reportata super d. domo per eundem R. P. D. Honoratum successorem singularem eiusdem Lucilli Petrucci, solutis tantummodò scutis 2000. iuxta formam supradictam, manifestè reddit transactionem læsiuam nedum
in tertia parte, quæ sufficeret † iuxta dispositionem statuti 1
Vrbis *lib.* 1. *cap.* 154. verùm etiam dimidiam iusti, ac certi pretij; ideoque illa in totum corruit, vt notat Coan. *cons.* 166. *num.* 6. *lib.* 1. Dec. *cons.* 179. *nu.* 11. *lib.* 2. Grat. *cons.* 88. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 40. *num.* 159. *lib.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 29. Rota coram Puteo *decis.* 228. *in fine lib.* 1. *decis.* 102. *par.* 1. *diuers. dec.* 20. *num.* 15. *par.* 1. *recent. tom.* 2. *coram Eminentissimo Card. Otthobono dec.* 25. *num.* 4. & 5. & fuit resolutum in *Bononien. nullitatis concordiæ* 12. *Iunij* 1645. & 13. *Iunij* 1646. *coram Reuerendissimo D. meo Decano confirmata* 27. *Januar.* 1648. *coram bon. mem. Bichio sub §. his positis, & in Romana rescissionis transaction.* 29. *Maij* 1648. *coram Emin. Card. Corrado, sub §. quia constat de læsione.*

Neque releuat, quod huiusmodi transactio facta fuerit mediante iuramento, quia cùm Io: Bapt. obtinuerit absolutionem à dicto iuramento ad effectum agendi, vtique satis indè habilitatus fuit ad comparendum in iudicio absque metu periurij, Bald. *in l. ex scriptura num.* 2. *ff. de cond. & demonstr.* Castr. *cons.* 259. *col.* 3. *post med. versic. sed remanet dubia lib.* 2. Crauett. *cons.* 7. *nu.* 7. Couar. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6.

Vrgere neque visum fuit, quod in instrumento d. transactionis dicatur fuisse soluta prædicta scuta 400. in contanti, & vlterius promissas etiam dictis Angelæ, & Ioanni Baptistæ litis expensas pro recuperatione horrei existentis in Foro Boario subiecti eidem fideicommisso Tiburtij, & propterea huiusmodi transactionem tanquam factam super futuro litis † euentu sustineri debere, ad tradita per Bero. *cons.* 126. *num.* 14. *cum pluribus seq. lib.* 1. Rota *decis.* 98. *num.* 2. *in fin. par.* 4. *recent.*

Quia

Quia vltra, quod respectu 400. asserta numeratio, quæ
de illis facta prætenditur in Instrumento transactionis pror-
sus euanescit ex confessione ab ipsomet R. P. D. Honorato
transigente in articulo mortis emissa, qui pro veritate de-
clarauit huiusmodi quantitatem non numerasse, sed penes
se restrinxisse, vt attestatur illius Confessarius, ac etiam de-
poolt alter Testis *Summ. Io. Baptista num.5.* qui plenam
4 merentur † fidem ex æquitate canonica, iuxta Tex. *in cap.
si cautio*, Felin. *nu. 7. de fid. instr.* Rota coram fa. me. Greg.
XV. *decis.408. num.a.* & fuit resolutum *in Romana pecunia-
ria 9. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Verospio*, præsertim
cùm d. attestatio inserta fuerit per hæredes d. R. P. D. Ho-
norati in alio Instrumento celebrato de anno proximo præ-
terito, cùm præfata Angela Cocanaria *in Summ. eiusdem
5 Io. Baptista num.6.* & sic censeatur † ab eis approbata, *l. fi-
lius familias, ff. ad Sen. Consult. Maced.* Rota coram Card.
Caualerio *decis.26. num. 4. & in recent. dec.185. nu.5. par.6.*
Adhuc ista modica summa etiamsi reuera fuisset numerata,
& expensæ faciendæ in recuperatione d. Horrei, quæ non
potuissent esse nisi modicæ, attenta modica causæ difficul-
tate, sufficere possent pro soluendo huiusmodi contractu
ab enormissima læsione.

Dubitari neque posse censuerunt Domini de aliquo futu-
ro litis euentu respectu dictorum hæredum fideicommissa-
riorum quoad præfatum Horreum existens in Foro Boario,
tùm quia ex testamento fideicommissis litteraliter apparet
vocatio transigentium, quæ deinde fuit etiam approbata
per Rotam coram bo. me. Coccino de anno 1632. sub die 5.
Iulij, quæ est *dec.152. inter impress. par.6. rec.* & in dubium
nonquam fuit reuocata, tùm etiam quia ex Instrumento
dationis in solutum factæ de dicta domo ad fauorem Lucilli
Petrucci oculanter pariter constat de insubsistentia eius cre-
ditorum, vt fuit confirmatum *in decis. in hac causa ema-
nata sub die 23. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Albergato*,
ex cuius fundamentis fuit expedita causa mediante senten-
tiæ promulgatione, quæ transitum fecit in iudicatum, vn-
6 de † cùm talis transactio appareat facta solummodò super
Iure certo, & claro nullam in se habente difficultatem, &
nullo pacto substineri possit, declarat Manent. *cons. 136.
num.42. vers. cum igitur, & cons.137. num.23.* cum pluribus
alijs relatis in allegata *Bononien. nullitatis concordiæ 12. Iu-
nij 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano sub §. At hic*,
7 transactio † enim ex falsa causa facta, cùm præsumatur
inita dolo malo, vt omninò veniat rescindenda, tradit Cra-
uett. *cons.538. num.17.* Cuman. *cons.156. num.4. & 5.* Rota
coram Penia *dec.60. nu.12.*

Accedit vlterius, quod in eadem transactione inter par-
tes transigentes conuentum fuisse demonstratur, vt casu
quo Io: Baptista in causa victoriam reportasset ex pretio
controuersæ Domus iam valutatæ in scut. 5000. duo millia
tantum recuperaret, quatenus verò succubuisset in lite ni-
hil prorsus lucraretur ex quo resultat manifesta, ac euidens
8 huius transactionis insubsistentia, † cùm ad illius validi-
tatem requiratur, vt hinc inde à transigentibus aliquid de-
tur, vt recipiatur ad Tex. *in l. transactio nulle dato, C. de
transact. l. suus 3. C. de repud. hæred.* & dixit Rota *decis.231.
num. a. par.4. rec.* coram Merlin. *dec. 163. num. 6.* & coram
Eminentiss. D. Card. Otthobono *dec. 25. nu.7.*

Ex quibus cum DD. Angela, & Ioannes Baptista de Lu-
tijs fideicommissatij nullum reportauerint commodum per
dictam transactionem, imò damnum euidens, ac certum
quia in casu victoriæ causæ solùm scuta 2000. habere debe-
bant ex 5000. Quibus iam vendita fuerat dicta Domus, in
casu autem succumbentiæ nihil prorsus eis dabatur, hinc
satis constat de legione enormissima in hac transactione, de
9 qua non dubitatur quotiescumque † aliquibus ex transi-
gentibus nullum affertur commodum, sed potius damnum
certum, & in hoc casu, Rota coram Penia *dec. 21. nu.4.*

Obstare neque visæ fuerunt sententiæ A. C. latæ ad fauo-
10 rem creditorum Lucilli, cùm enim † nondum latæ fuissent
de tempore transactionis non potuerunt illi dare causam,
nec aptæ sunt illam sustinere, ex quo nunquam excluditur
enormissima læsio nimium prætensæ supradictis.

Et vlterius huiusmodi sententiæ non fuerunt latæ aduer-
sos fideicommissarios Tiburtij Pacifici, sed contra dictum
R. P. D. Honoratum domus emptorem, qui causam habe-
bat ab eodem Lucillo, & propterea cùm ipse de eo tempo-
re nullam reportasset iuxtam cessionem ab ipsis fideicom-
missarijs non poterat dictis creditoribus impedire satisfa-
ctionem pro debitis dicti Lucilli venditoris, cessionis enim
tamen vigore, quisquis potest agere ad bona, & contra
personas ad quæ, & contra quas potuisset agere ipse-
met cedens, ad tradita per Ruin. *cons. 209. num. 16. lib.
1.* cum alijs relatis per Rotam *decis. 456. numer. 2. in fine
par. 2. rec.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 1. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

de Testamento condito sine scriptis, vt validè per testes probetur, qualiter deponere debeant. Bona sua si probetur, quod quis alicui relinquere intendebat, cùm non sit perfecta dispositio, non est dicendum testamentum, cùm non sit in esse deductum.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à sententia, si Iudex dederit Apostolos reuerentiales, intra quantum tempus sit committenda causa, & nu.2.*
3 *Et in his terminis qualis admittitur diligentia.*
4 *Immissio super bonis hæreditarijs non conceditur alicui, dum non constat de testamento.*
5 *Sententia iniustitia operatur, vt sententia non transeat in iudicatum.*
6 *Testes singulares, & contrarij non probant.*
7 *de Testamento sine scriptis probando, quando agitur testes debent esse idonei, & omni exceptione maiores.*
8 *Testes, vt probent testatorem reliquisse, sua bona alicui, debent deponere de eius perfecta voluntate disponendi.*
9 *Verbum*, volo, *iunctum verbo infinitiui temporis, dispositionem non inducit.*
10 *ex Testamento in scriptis non redacto agens, debet probare, non quod Testator volebat testari, sed quod sic, & sic testatus fuit.*
11 *Testamenti simplex præparatio, dum illud non fuit in esse deductum, non releuat.*
12 *Testamentum dum non fuit perfectum, non attenditur etiamsi sit ad pias causas.*
13 *Testes dum sunt contrarij, vnus adimit fidem alteri.*
14 *Testis consanguineus non probat pro alio consanguineo.*
15 *Testes, quando non probant perfectam voluntatem Testatoris.*
16 *Testes quando sunt contrarij, & singulares nullo modo probant, & nu.17.*
18 *Testamentum sine scriptis factum, vt probetur per testes debent deponere de toto tenore testamenti.*
19 *ad Pauperis fauorem dispositio facta, intelligitur facta ad fauorem piæ causæ.*
20 *Paupertas est concludenter probanda, ad hoc vt dispositio facta ad fauorem pauperis, dicatur pia.*
21 *Testamentum factum an dicatur ad pias causas, ex quo dixit Testator, vt hæres oraret Deum pro eo.*
22 *Testis singularis, vti vnicus non probat.*
23 *Hæredem aliquem si quis facere intendat, vt oret Deum pro se, ista verba potius monitionem, quam onus præseferunt.*
24 *Dispositio facta ad fauorem affinis, quando dubium est an sit ad piam causam, necne.*
Tunc præsumitur potius ex causa affinitatis, seu cognationis, quam intuitu piæ causæ, nu.24.
25 *Testamentum dum non gaudet priuilegijs piæ causæ, in vim illius non potest denegari immissio hæredi in alio testamento scripto.*
26 *Testamentum factum sine debitis solemnitatibus nullo modo potest substineri.*
27 *Testamentum factum, vt valeat secundum terminos, cap. cum esses, de testam. quid requiratur.*

DE-

DECISIO CCCXXVII.

SEntentiam sub die 15. Decembris 1657. latam ad fauo-
rem Laurentij Ranconij, & Caroli eius filij super im-
missione, & manutentione respectiuè in bonis hæredita-
rijs Caroli Balthassaris Boisson (ictu fortuito in venatione
interfecti) in iudicatum transiuisse, idem Laurentius præ-
tendebat, sed dubio proposito responsum hodie fuit non de
re iudicata, sed potius de causis restitutionis in integrum
1 constare; quia licet Iacobus Ferrus appellans post † datos
à Iudice Apostolos reuerentiales in forma causam committi
non obtinuerit intra decem dies, vt necessarium apparet,
tamen in eius Summ. *num. 3. cum duobus seqq.* Appellatio-
nem eadem die latæ sententiæ fuisse interpositam, & suc-
cessiuè partem aduersam coram Eminentissimo Signaturæ
Iustitiæ Præfecto fuisse citatam, qua supersessoria penden-
2 te, superuenit † commissio nihil directa, quæ ad euitan-
dam causæ desertionem satis esse visa sunt, cùm ad hunc
3 effectum qualis qualis † diligentia appellantis sufficiat, Vestr.
in prax. lib. 7. cap. vltim. num. 5. Scacc. *de appellat. quæst. 14.
num. 33.* Rota *dec. 517. numer. 4. & seqq. par. 4. recent. tom. 3.
& in Lucana Pensionis 5. Decembris 1653. coram R. P. D.
meo Beuilaqua.*

4 Et vlteriùs sententia concedit immissionem vt supra, &
nihilominùs neque de testamento Caroli, nec de alia dispo-
sitione ad fauorem Laurentij legitima probatio exhibita
fuit. Vnde concurrere visa est iniustitia sententiæ, quæ
5 operatur, † vt in rem iudicatam transire non potuerit,
Rota coram Eminentissimo D. Cardinali Othobono *de-
cis. 161. nu. 1.* & passim in alijs.

Defectus probationis in eo consistit, quod testes super
6 vltima voluntate Caroli morientis † ex vulnere examina-
ti, sunt singulares, contrarij, & plures exceptiones pa-
tiuntur, & nihilominus ad effectum, de quo agitur, de-
7 bent † esse testes idonei, & omni exceptione maiores, vt
in puncto *cap. cum esses 10. de testam.* Alexan. *cons. 70. nu. 14.
& cons. 177. num. 5. lib. 2.* Honded. *cons. 51. num. 83. vol. 2.*
Soccin. iun. *cons. 89. nu. 10. & seqq. lib. 1.* Nan. *cons. 25. nu. 5.
& 6.* Clar. *in §. testamentum qu. 57. num. 2. in fin. vers. benè
verum est,* Ioseph Ludou. *decis. Lucen. 53. numer. 35.* Reue-
rendissimus Eugubinus *decis. for. Eccles. 81. num. 4. lib. 1. &
de testam. ad pias causas,* Bald. *cons. 167. in fin. lib. 2.* cum alijs
per Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 3. nu. 6.*

Primus enim, qui fuit idemmet interfector formiter exa-
minatus non dicit, quod Carolus bona sua reliquerit Lau-
8 rentio eius compatri, sed quod † ordinauit Laurentium
vocari, quia illi omnia sua relinquere volebat Summario
Iacobi *num. 6.* ibi, *Mi disse che chiamasse Lorenzo suo com-
pare, che venisse presto, che li voleua lasciare quanto ci era:*
9 Ex quibus verbis non colligitur dispositio perfecta, cùm ver-
bum *volo,* iunctum verbo infinitiui temporis dispositionem
10 non inducat, sed præparationem † actus in futurum fa-
ciendi, glo. *in l. seruus electionem 5. verb. possumus, ff. de leg. 3.*
in terminis Soccin. iun. *cons. 179. ex num. 57. & seqq. lib. 1.*
Gratian. *discept. 550. num. 14.* Capyc. Latr. *decis. 140. nu. 23.
lib. 2.* Rota coram Buratt. *dec. 199. num. 5.* & tamen in his
terminis agenti ex testamento non sufficit probare, quod
Testator volebat hoc vel illud relinquere, sed necessariò
11 probandum esset, quod eius voluntas in veram dispositio-
nem transiuerit, Rota *in Senogallien. bonorum 30. Maij
1644. §. nec obstat, & 15. Maij 1645. sub §. iustitia vero co-
ram Reuerendiss. D. meo Decano.* Aliàs hæc simplex præ-
12 paratio testamenti tanquam imperfecta ratione voluntatis,
etiamsi de fauore piæ causæ ageretur (de quo infra) nun-
quam sustineri posset, Oldrad. *cons. 119.* Castr. *cons. 101.
num. 3. vol. 2.* Cancer. *var. resolut. cap. 20. numer. 406. lib. 3.*
Hodier. ad Surd. *dec. 292. num. 7.* plenè Rota *dec. 108. nu. 4.
par. 7. rec.*

Et quamuis iuxta septimum interrogatorium *in Summa-
rio Laurentij num. 3.* idem testis addat Carolum alia verba
non dixisse nisi hæc: *reuoco un'altro testamento, e lascio*
13 *ogni cosa † al mio compare:* tamen alijs testibus contrarian-
tur, & excludit ea, quæ ab ipsis deponuntur, & vlterius
tanquam affinis, & eiusdem Laurentij consanguineus à te-
14 stimonio ferendo repellitur, † nec ad eius fauorem quid-
quam probat, *DD. in l. etiam n. C. de testibus, & in teste
genero hæredis.* Honded. *cons. 77. num. 7. lib. 1.* Rota *post 2.
vol. consil.* Farinac. *decis. 525. num. 1. Fauentina legati 28.
Aprilis 1653. coram R. P. D. meo Celso, §. nec obstat, & de
teste compatre illius pro quo deponit in Anconitana pecuniaria
9. Iunij 1655. coram Reuerendiss. P. D. meo Zarate, §. nec
ex tertio.*

Alij duo testes in eodem *Summario Laurentij num. 7.* non
probant. Secundus enim nihil aliud deponit, † nisi quod 15
Carolus dixit, *Chiamatemi il Compare, che voglio aggiu-
stare le cose mie, disse anche gli lascio la robba mia.* Tertius
verò eumdem Carolum dixisse, *andatemi à chiamare il
Compare, perche io gli lascio tutto il mio, & al mio figliano,
acciò preghino IDDIO per me, &c.* ex quibus verbis manife-
stè patet testes esse contrarios, & singulares † non so- 16
lum circa substantiam asserti testamenti, verum etiam re-
spectu qualitatis causam piam respicientis, & ideò eorum
depositiones † nullo modo sunt attendendæ, Dec. *consil.* 17
120. nu. 3. vers. sed maior, Gabr. *cons. de testib. concl. 2. n. 12.*
Menoch. *præsumpt. 23. num. 1. & seqq. lib. 5.* Farinac. *de te-
stib. qu. 6. num. 2.* Reuerendiss. Eugubin. *d. decis. 81. num. 7.*
vbi loquitur in terminis legati ad pias causas, Rota coram
Buratto *decis. 616. nu. 5. & 6.* Quia vbi agitur de testamen-
to, de quo scriptura non fuit confecta, sed illud † solùm 18
probatur ex testibus, necessarium est, quod testes deponant
de toto tenore testamenti, & in nihilo penitùs discordent
Capra *cons. 75. num. 18. & 19.* Cancer. *var. resol. 1. cap. 4. de
testam. num. 85. & seqq.* Ioseph Ludouic. *dict. decis. 53. nu-
mer. 25. & seqq.* Rota *decis. 588. num. 16. par. 5. recent. tom. 2.
& in Fauentina testamenti 15. Martij 1620. §. vltimo,
vers. & tamen quando tractatur coram bon. mem. Vbaldo.*

Vlterius nec etiam probata fuit qualitas, quod dispositio
facta sit ad fauorem piæ causæ. Nam respectu personæ hæ-
redis instituti licet ipse pauper dicatur, † & regulariter di- 19
spositio ad fauorem pauperis sit pia. Ipsius tamen Ranco-
nij paupertas plenè, & concludenter probata non fuit,
prout † necessarium est, quando vt in præsenti ad certum, 20
& determinatum effectum paupertas allegatur, Bart. *in
l. ex diuerso 8. §. vltimo sub num. 9. ff. solut. matrim.* Rota *de-
cis. 170. num. 3. par. 4. recent.* & in puncto testamenti ad pias
causas *in Fanen. hæreditatis 17. Iunij 1641. coram Reueren-
dissimo Terracin. §. & quamuis DD. cum alijs in Bononien.
alimentorum 23. Ianuarij proximi præteriti coram me.
§. final.*

Nec pietas causæ deduci potest ex eo, quod bona huius-
modi afferantur relicta † ad effectum, vt hæredes orarent 21
Deum pro Testatore, quia vltra quod hæc verba referuntur
à tertio teste tantùm, qui in hoc tanquam † singularis nul- 22
lum gradum probationis facit, talia verba potius monitio-
nem, quàm onus præseferunt, quia etiamsi hæres DEVM
pro Testatore non oraret, quando dispositio esset perfecta,
bona hæreditaria † consequeretur. Et quod magis est, 23
cùm inter Carolum defunctum, & Ranconium amicitia
intercederet, & spiritualis cognatio, præsumendum † est 24
Testatorem motum potius fuisse ad dispositionem, ex cau-
sa cognationis, & amicitiæ, quàm pietatis, iuxta text. *in
cap. requisiuisti 15. de testam.* Honded. *cons. 47. nu. 11. lib. 1.*
Mantic. *de coniect. d. lib. 6. tit. 3. nu. 25. vers. in dubio autem,*
Rota coram Seraph. *decis. 1149. num. 10. & seq.* Caual. *dec.
212. & dec. 377. vtrobique num. 6. & in terminis in d. Fanen.
sub hoc tamen, vers. & propterea non potest dici.*

Vnde cùm testamentum huiusmodi † non gaudeat pri- 25
uilegijs piæ causæ in vim illius non poterat concedi immis-
sio contra Iacobum Ferrum in alio testamento hæredem
institutum, quia hoc postremum tanquam carens † sole- 26
mnitatibus à iure requisitis nullo modo sustineri potest, non
in terminis dicti *cap. cum esses 10. de testam.* quia hic non in-
teruenit Parochus Caroli testatoris, † vel saltem duo alij 27
testes loco illius, vt necessarium esse tradunt DD. *in d. cap.
cum esses,* vbi Moder. Lusitan. *nu. 1. & 7.* Rota coram Ca-
ual *dec. 497. num. 3.* & coram Eminentiss. D. Card. Otho-
bono *dec. 145. nu. 7. & seq. Nec in terminis cap. relatum 11.
eod. tit. quia deficit fundamentum pietatis,* Bec. *consil. 86.
num. 8. lib. 1.* Surd. *cons. 129. num. 23.* Rota *dec. 356. num. 2.
par. 6. rec. & in dicta Fanen. hæreditatis 17. Iunij 1641. co-
ram Reuerendissimo Terracinen. per tot. & §. vltimo, & 27.
Maij 1652. iniustitia verò, & §. fin. coram Reuerendiss. P.
D. meo Zarate.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Ariminen. Succeſſionis.

Die 1. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta ob ingreſſum Religionis, quando realis, vel perſonalis dicatur, ad hoc vt ceſſante perſona, ſeu perſonis in quorum fauorem emanauit renunciatio, poſſit renuncians ad bona renunciata redire.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non datur ſine læſione.*
2 *Læſio opponi non poteſt vbi ſententia eſt valida, & iuſta.*
3 *Validitas ſententiæ reſultat ſi in ea fuerunt ſeruata de iure ſeruanda.*
4 *Renuncians ad bona renunciata aſpirare non poteſt.*
Renuncians ſucceſſioni perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura, nu. 4.
5 *Renunciatio facta fauore certarum perſonarum eis deficientibus reſoluta cenſetur.*
6 *Renuncians intuitu Religionis, & contemplatione agnationis non poteſt ceſſante cauſa agnationis ad bona renunciata redire.*
7 *Renunciatio ſucceſſionis ex quibus verbis dicatur realis.*
8 *Renunciatarius vltimus de bonis renunciatis diſponens renunciationem acceptare videtur.*
Inteſtatus vero decedens dicitur voluiſſe renunciantem ad bona renunciata habere regreſſum, ibid.
9 *Determinatio vera plura ſub vna eademque oratione comprehendens omnia debet æqualiter terminare.*
Renunciatio quando æque ſucceſſionem ex teſtamento, quàm ab inteſtato comprehendat, nu. 9.
10 *Instrumentum non autem Matrix attenditur, quando in Matrice adeſt clauſula, & cætera.*
Notarius poteſt extendere Inſtrumentum cum omnibus clauſulis, pactis, & conuentionibus iuxta mentem contrahentium, nu. 10.
11 *Clauſula cæterata etiam non extenſa in renunciatione intelligitur pro hæredibus quibuſcumque.*
12 *Extentio Notarij præſumitur facta de voluntate contrahentium.*
Notarius præſumitur informatus de voluntate contrahentium, nu. 12.
13 *Notarius, & Inſtrumentum habent pro ſe iuris præſumptionem.*
14 *Agnati in renunciatione comprehenſi donec extſtant iis præiudicari non poteſt.*
15 *Extraneus, quando ob deficientiam agnatorum admittatur ad bona renunciata.*
16 *Acceptans donationem, ſi aliquid ſuperaddat cui non contradicat donator, & ille quoque dicitur acceptare.*
17 *Verba generaliſſima renunciationis omnem ſucceſſionem comprehendunt.*
18 *Renunciatio intuitu Religionis latius interpretatur, quàm renunciatio facta à nubente.*
19 *Ceſſio facta cum obligatione aliquid dandi in caſu victoriæ fieri poteſt, & valet.*

DECISIO CCCXXVIII.

CVm ſententia Rotalis, qua declaratum fuit Hiacynthum Martinellum immittendum fore in poſſeſſionem vniuerſæ hæreditatis Iuliani, excluſo Monaſterio
S. Matthei ex perſona Sororis Mariæ Lucretiæ Monialis in
eo profeſſæ ob non interpoſitam in tempore appellationem
tranſitum feciſſet in iudicatum; Ad eiuſdem Monaſterij
inſtantiam cauſa reſtitutionis in integrum mihi commiſſa,
illam hodie propoſui, & DD. de cauſis reſtitutionis non
conſtare dixerunt, ex hoc moti, quod reſtitutio non da-
1 tur † ſine læſione, Rota *deciſ. 34. num. 1. par. 2. diuerſ.*
Seraph. *dec. 634. num. 1.* læſio autem opponi non poteſt,
vbi † ſententia eſt valida, & iuſta, *cap. 1.* & ibi Panormit. 2
nu. 2. & ſeq. de in integr. reſt. l. quod ſi minor 25. ff. de minor.
Rota coram Card. Seraphio. *deciſ. 1238.* Duran. *deciſ. 94.*
dec. 174. bo. me. Merl. *dec. 1. vbique num. 1. & dec. 170. nu. 2.*
par. 6. rec.

Contra validitatem ſententiæ nihil deducebatur, & eo
ipſo reſultat, quod ex reuolutione Proceſſus † apparet fuiſ- 3
ſe ſeruata omnia de iure ſeruanda iuxta *deciſ.* Capuaq. 260.
par. 2. paſſim à Rota approbatam, *vt in deciſ. 589. num. 1.*
par. 1. rec.

De iuſtitia verò conſtat ex deciſionibus coram bo. mem.
Bichio *emanatis ſub diebus 26. Ian. 1654. & 26. Maij 1655.*
quæ in eo fundantur, quod hæreditas Iuliani debita eſt Hyacintho
tanquam Auunculo, & in gradu proximiori exiſtenti
poſt Sororem Mariam Lucretiam Germanam Sororem,
& in d. Monaſterio profeſſam, & quæ ob ampliſſimam
renunciationem antecedenter Profeſſioni factam habetur
ac ſi non eſſet in rerum natura, † ad finem vt vn- 4
quam ad ſucceſſionem valeat aſpirare, & ad bona renunciata
redire, ad Text. *in cap. eos 7. qu. 1. & cap. ſi illic 23.*
qu. 4. l. quærit 14. §. ſi venditor, ff. de ædil. edict. l. cum donationis, Cod. de tranſact. Gabr. *conſ. 1. num. 6. lib. 1.* Honded.
conſ. 1. num. 5. lib. 1. aliiſque alleg. in princ. coram bon. mem.
Bichio.

Non obſtat, quod d. Maria Lucretia renunciauerit contemplatione
agnationis, & ad hoc vt ſui fratres Domum,
& familiam faciliùs ſubſtentare, & manutenere valerent,
hæcque dicatur renunciatio perſonalis, & reſtricta ad illorum
perſonam, † quibus omnibus iam defectis ratio con- 5
ſeruationis agnationis ceſſat, & in conſequens inefficax,
& reſoluta cenſetur renunciatio, illæque amplius non præiudicet,
quin poſſit ad dicta bona renunciata habere regreſſum,
Bald. *in l. pact. 3. ſub num. 9. verſ. 4. quæro, C. de collat. & in conſ. 437. num. 2. lib. 1.* Alex. *conſ. 29. num. 3.* Peregr.
de fideicomm. art. 52. num. 74. Rota coram bo. me. Merlino
dec. 62. num. 24. & deciſ. 869. num. 7. Nam omiſſo, quod
animaduerſum per DD. fuit ab illa non fuiſſe ex ſola cauſa,
& intuitu agnationis ad huiuſmodi renunciationem deuentum,
vt debeat neceſſariò finalis iudicari, eaque ceſſante,
corruat, & ipſa renunciatio, ſed aliæ concurrunt, & expreſſæ
leguntur in Inſtrumento, & ſignanter quod volens
profeſſionem emittere Dos congrua fuerit ſibi à fratribus
conſtituta, ac annua præſtatio ſcut. 16. fol. 84. donec vixerit
reſeruata; Vnde quamuis præſupponendum eſſet ceſſaſſe
cauſam, & reſpectum conſeruationis, & manutentionis
familiæ ob extinctam fratrum agnationem, non indè tamen
ceſſant cauſæ ingreſſus Religionis, † & ſic non deficit 6
effectus, & diſpoſitio ex his omnibus emanata, *§. affinitatis inſtit. de nupt.* Natt. *conſ. 14. nu. 6.* Surd. *conſ. 361. nu. 14.*
& 531. num. 7. Grat. *diſcept. for. cap. 96. num. 8. & 16.* Cachetan.
deciſ. Pedur. 118. num. 6. Rota *dec. 587. nu. 7. par. 1.*
dec. 251. num. 12. par. 5. rec. & coram Eminentiſs. D. Card.
Otthobono dec. 10. nu. 45 inter eius impreſſ.

Renunciationis realitatem, & perpetuitatem deducebant
ex claris, & puris verbis depoſitiuæ, ibi, *refutauit,*
remiſit, donauit, & irreuocabiliter, & in perpetuum conceſſit dd. Iuliano, & Petro eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque totum illud, quod in quacumque quantitate, & valere, ac importantia ipſa Soror Maria Lucretia,
& ex eius perſona dictum Monaſterium prætenderet, aut
quouis modo habere poterant, & poſſunt tam in re, quàm in
ſpe ſuper bonis quibuſcumque &c. Cùm igitur renunciauerit
omne ius ſuper bonis de quibus agitur fauore fratrum, quod
ſibi competere poterat in caſu deficientiæ illorum, & apud
quos in vim d. renunciationis remanere debeant, & nihilominus
voluit etiam extendere ad illorum hæredes, &
quoſcumque ſucceſſores; † Vtique ex hoc conſtat voluiſſe 7
renunciationem omnibus prodeſſe, illaque realis dici debet,
& abdicatiua refutatio ad eorundem omnium commodum,
& per hanc abdicationis viam à prædictis bonis
ſemper remanet excluſa, Ruin. qui ſimilia verba *ceſſit, C.*
refutauit omnibus iuribus, quæ habet, vel habere poſſet ad
perpetuam renunciantis excluſionem conſiderat *in conſ. 1.*
num. 20. conſ. 7. num. 38. & conſ. 166. nu. 11. & 12. lib. 1. Peregr.
de fideicomm. art. 52. nu. 74. Molin. *de Ritu nupt. lib. 3.*
qu. 85. nu. 60. & ſeq. Rota *in Romana ſucceſſionis de Comitibus 23. Iun. 1642. §. clariſſima cum ſeq. coram bo. me. Dunozetto relata in d. prima cauſa deciſ. §. mox enim allegati,* &
in terminis renunciationis ſimpliciter conceptæ pro hæredibus,
& ſucceſſoribus abſque dictione quibuſcumque reſ-
pon-

ponsum fuit *in Asculana hareditatis* 31. *May* 1649. *& 4. Apr.* 1650. *coram R. P. D. meo Celso*, §. *penult. & in Cesenaten. Bonorum* 15. *May* 1651. *cor. R. P. D. meo Albergato*, §. *vltimo in fine*,

Nec referre visum fuit, quod prædicta procedant, quando vltimus agnatus de bonis renunciatis disponit decedendo testatus, quasi renunciationes huiusmodi recipiantur, vt renunciatarij valeant in filiorum renunciantium præin-
8 dicium disponere, † sed decedens ab intestato oritur præsumptio, quod voluerit renuncianiem ad bona renunciata reuocare, Ang. *cons.* 52. *sub num.* 2. Alex. *d. cons.* 29. *num.* 3. & 5. *lib.* 3. Crauett. *cons.* 289. *nu.* 1. & ita distinguendo Rota *in Maceraten. pecun.* 20. *Iuny* 1644. *coram Card. Orthobono decis.* 10. *num.* 2. 12. & 13.

Quia hanc distinctionem non admittit in præsenti littera controuersæ renunciationis, quæ explicitè continet fraternam hæreditatem de qua hodie est quæstio etiam ab intestato obuenienti, ibi, *tam præteritorum, quàm futurorum siue ab intestato, siue ex testamento, aut ex quacumque dispositione &c.* Ex quibus sanè verbis deprehenditur, quod ex mente renunciantis omnes eadem oratione, & determina-
9 tione fuerunt comprehensi, † & propterea æqualiter debent terminari, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* sa. me. Greg. XV. *dec.* 852. *num.* 19. & aduertit Rota *in d. Romana successionis de Comitibus*, §. *altera verò vers. verum dicebant Domini, & respondet prima decisio coram bon. me. Bichio*, §. *secundo quod*.

Non afficit, quod in Bastardello, seu Breuiatura Instrumenti renunciationis non legatur stipulatio pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, sed simpliciter pro hæredibus, & successoribus. Quia præterquamquod etiam taliter renunciatio concepta extenditur ad extraneos, vt fuit firmatum *in d. Asculana hareditatis, & Cesenaten. bonorum*; Adhuc debet attendi Instrumentum in publicam formam
10 redactum verbum, *quibuscumque*, continens; † Quia cùm in Imbreuiatura post verbum, *successoribus adsit & cætera &c.* Notarius innitida forma illud reducendo potuit omnes clausulas, pacta, & conuentiones per extensum ponere iuxta contrahentium mentem, *DD. in l. Gallus* 29. §. *item credendum, ff. de lib. & Posth.* Specul. *tit. de instrum. edit. lib.* 2. *par.* 2. *num.* 12. Rota coram bo. me. Cocein. *decis.* 76. *num.* 2. & 15. *cum seq. & dec.* 307. *num.* 1. *& in recentior. dec.* 483. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 2. & in terminis renunciatio-
11 nis, quod clausula cæterata extendatur † pro hæredibus quibuscumque etiam quando à Notario non fuit extensa, dixit Rota *dec.* 293 *num.* 1. *par.* 1. *diuers. & decis.* 587. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1. *recent. & in Romana dotis* 20. *May* 1644. *coram bo. mem. Peutingero*. Talisque extensio de partium volun-
12 tate † per d. Notarium vti de illa informatum facta præsumitur, *cap. ad audientiam* 13. *de præscript.* Dec. *consil.* 450. *numer.* 2. Rota *dec.* 183. *num.* 11. apud Zacch. *de oblig. Camer.* nisi contrarium probetur cùm Notarius, & In-
13 strumentum † habeat pro se iuris præsumptionem, *l. cum precibus, C. de probat. l.* 2. *verb. non arbitramur, C. de iurisd. omn. iud.* Cocc. *d. dec.* 76. *nu.* 26. & 27.

Neque applicari visa fuit *decisio Romana successionis* 6. *Marty* 1656. *coram Me*, dum sub §. *non releuat & seq.* firmatur, quod etiam renunciatio concepta cum verbis pro hæredibus, & successoribus quibuscumque non extendatur ad extraneos; Siquidem eo casu renuncians expressè contemplauerat fratrem, & domus decorem, & nihilominus Pater renunciatarius in illius, & agnatorum præiudicium fauore extraneorum disposuerat, quod facere non potuit,
14 quia † in huiusmodi renunciationibus donec extant agnati, & personæ contemplatæ eis per admissionem extraneorum præiudicari non potest ex ibi congestis, secus tamen dicendum est in casu proposito super quo partes litigant; non enim possunt verba renunciationis interpretationem, & talem restrictionem recipere, ideò tenenda est conclusio supra constituta, quod ob deficientiam omnium agnato-
15 rum † ad dd. bona sit admittendus dictus Hyacinthus ab intestato, quamuis extraneus dicatur ex præallegatis, *& in decis.* bo. me. Bichij, *& prius in Romana, seu Florentina Donationis, seu separationis bonorum* 12. *Decembris* 1650. *coram bo. me. Peutingero, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum* 20. *Iuny* 1655. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, §. *non obstat quod in instrumento*.

Ad ea verò, quæ aliàs subtiliter excitata, & denuò repetita fuerunt, quod verba, *pro hæredibus, & successoribus quibuscumque* non fuere à renunciante prolata, sed in acceptatione à renunciatarijs accepta plenè satisfacit *secunda decis.* bo. me. Bichij ex pluribus ibi firmatis, & præcipuè quia ipsamet renuncians talem acceptationem approbauit rogando Notarium, vt publicum, & authenticum desuper extenderet Instrumentum, cum quibus in hac dispuratione
DD. transierunt, † & quando acceptans statim aliquid ad- 16
iecit si promittens non contradicit, censetur ex superaddito contractum fecisse, ad text. *in l.* 1. §. *si quis simpliciter. ff. de verb. obl.*

Prout nec subsistentiam habere dicebatur alterum obiectum nouiter deductum, nempè in prædicta renunciatione non comprehendi fideicommissum, & substitutionem factam in testamento Horatij Patris, & quæ modo purificata prætenditur ad renunciantis fauorem, quoniam illa verba, ibi, *Nec non ex capite cuiuscumque fideicommissi etiam nunc sibi incogniti purificati, & quandocumque purificandi per obitum cuiuscumque personæ præterita, & futura &c. In quacumque dispositione etiam vltimæ voluntatis*,
adeo generalissima sunt, † vt ex earum natura apta sint 17
comprehendere quæcumque bona, ac ipsum paternum testamentum, maximè vbi de alio non docetur, Rota *dec.* 714. *num.* 1. *par.* 3. *recent. & in Romana fideicommissi de Cosciarys* 18. *Ian.* 1648. *cor. Card. Corrado, in* §. *voluntas*.

In quam sententiam pro prædictorum omnium corroboratione DD. eo libentius iuerunt, quia agitur de renunciatione ab ingressa in Monasterium facta, quæ proindè venit latiùs interpretanda, quàm illæ quæ fiunt à viuen-
tibus in sæculo. † Dicuntur enim Religiosi mundo mor- 18
tui, & faciunt id quod Euangelium mandat, vt apud Matth. *cap.* 19. *Amen dico vobis qui secuti estis me, & reliquistis omnia*, & D. Luc. *cap.* 12. *Vendite quæ possidetis*, & Rota *in his terminis dixit in dec.* 714. *num* 9. *par.* 2. *rec. & dec.* 10. *num.* 26. *cum seq.* coram Card. Othobono *in Romana Hæreditatis de Toscanellis* 31. *May* 1649. *coram R. P. D. meo Moltio, & in alijs in fin. secunda causæ decis. citatis*.

Denique non refragatur, quod Hyacinthus reseruando sibi solas actiones directas cesserit totam hæreditatem Valerio Nanno, & alijs cùm obligatione in casu victoriæ ei
tradendo duas tertias partes; † quia id fieri posse non pro- 19
hibetur, sed valet cessio, vt dixit Put. *decis.* 507. *par.* 2. & fuit dictum *in Perusina Manutentionis* 21. *May* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano, & in Romana restitutionis Dotis* 21. *Iuny* 1657. *in princ. coram R. P. D. meo Priolo*.

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO,

Leodien̄ Canonicatus.

Veneris 5. *Aprilis* 1658.

ARGVMENTVM.

In hac decisione agitur, quando dicatur constare de sufficienti paritione.

SVMMARIVM.

1 *Paritio non probatur ex solutione facta ad bonum computum.*
2 *Negligentia exhibitionis librorum inducit præsumptionem contra negligentem, quod amplia vt nn.* 3.
4 *Requisita plura explenda sunt omnia copulatiuè.*
5 *Librorum exhibitio demandata à Patrono ministris non effectuata præsumitur collusiua.*
6 *Ministri attestantes dum habent aliquod interesse iure non probant.*
7 *Solutio integra non præsumitur nisi probetur.*
8 *Culpa culpabili prodesse non potest.*

DECISIO CCCXXIX.

Dubia admodum visa fuerat Dominis Capituli paritio, S. huius Tribunalis mandatis, adeoque absolutis beneficium præstita cautione decreuerat id totum persoluendi Francisco, cuius debitorem compertum foret existere, cùm verò se plenè paruisse mandatis Capitulum contenderet, super hoc dubium hodie proposui resolutum negatiuè, ex ipsius enim Francisci quietantijs ad bonum dumtaxat computum probatur facta solutio, quæ hucusque va-

rijs

tijs sub prætextibus à Capitulo dilata, donec integrè probe-
1 tur expleta, † Sacri huius Tribunalis iussa contempta nos-
cuntur, vt respondit Rota *decis.* 407. *nu.* 8. *par.* 3. *diu. & in*
Asten. pensionis 14. *Februarij* 1640. *coram Eminentis. Card.*
Otthobono inter impressas decis. 134. *num.* 3. Dum maximè
idem Capitulum libros, ex quibus posset portio canonica-
lis vnicuique Cannonico debita desumi exhibere neglexit.
2 Ex his † enim contra Capitulum concludens oritur pro-
batio, postquam ipsiusmet iussu conscripta fuere, vt res-
pondit Rota coram Buratt. *dec.* 598. *num.* 16. *& in Craco-*
uien. Decimarum 28. *Feb. præteriti cor. Me in §. neque falsi-*
tas, & seq.

Neque horum librorum exhibitio ex attestatione Guar-
diani Fratrum S. Francisci facta probatur, ea quippè restri-
cta dignoscitur dumtaxat ad libros anni 1654. & seq. adeo-
3 que dum sequentium annorum libri, non fuerunt exhibiti,
inefficax Capituli paritio reputatur, vt respondit Rota
dec. 134. *num.* 4. *coram Eminentiss. D. Cardin. Otthobono*,
4 vbi ea † potissimè ratio assignatur, quod ex pluribus co-
pulatiuè requisitis vnius dumtaxat interuentus non suffra-
gatur, vt probat Text. *in l. si hered. §. vbi post glos. not. DD.*
ff. de condit. institut. Aym. *cons.* 88. *nu.* 13. Surd. *decis.* 179.
num. 24.

5 Neque † Capitulo poterit demandata Ministris libro-
rum exhibitio suffragari. Cùm ex effectu non subsecuto
6 præsumitur ab ipsis facta collusio, † quinimò neque ipsis-
met Ministris attestantibus Franciscum integrè satisfactum
fides poterit adhiberi postquam quietantiæ ad bonum dum-
taxat computum eundem referunt exegisse, necnon in pro-
priam exonerationem attestantur, vt notat Bart. *in l. dif-*
ferre, §. idem decreuerunt, ff. de iure fisc. Alexand. *cons.* 44.
post num. 8. *vers. item non probat. vol.* 2. Aym. *cons.* 99. *nu.* 2.
& cons. 112. *num.* 10. Riminald. iun. *cons.* 315. *num.* 4. *cum*
7 *seq.* † Vnde donec solutio integrè peracta concludatur non
valet illa præsumi, vt aduertit Bald. *cons.* 200. *in fin. lib.* 1.
& cons. 308. *num.* 2. *lib.* 5. Aym. *cons.* 713. *lib.* 1. Menoch. *de*
præsumpt. lib. 3. *præsumpt.* 113. *num.* 1.

Denique vsque non valet, quod à Capitulo adhuc com-
puta solidata non fuerint, cùm Ministris, ac fructus proin-
8 dè illiquidi censeantur ea † enim solidatio dum ex Capi-
tuli culpa dilata fuit, eidem prodesse non debet, vt respon-
dit Rota post Posth. *de manut. decis.* 558. *num.* 11. *cum seq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Bononien. Fideicommissi.

Veneris 5. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

De conditione si sine filijs subintelligenda cum qualitate masculinitatis, prout fuerant filij præcedenter vocati plenè in hac decisione tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, mancando, e finendosi, *dicuntur indeterminatè concepta, & fideicommissum important quocumque casu, & tempore defectio succedat.*

2 *Linea quæ nunquam fuit, nec incepit esse defecisse non dicitur.*

3 *Verba*, mancando, e finendosi, *comprehendunt vtrumque tempus mortis, & non existentiæ, scilicet, quod quis numquam extiterit.*

4 *Conditio si sine filijs æquè masculos comprehendit, ac fæminas.*

5 *Substitutus in casum obitus sine filijs excluditur, tam à masculis, quàm à fæminis.*

6 *Fæminæ non veniunt in conditione si sine filijs ad masculos restricta.*

7 *Masculi siue fuerint in conditione positi, siue dispositiuè vocati, eo casu sub conditione si sine filijs non admittuntur fæminæ.*

8 *sub Descendentia filiorum masculorum, quando non veniant fæminæ.*

9 *Fæminæ non veniunt sub appellatione descendentiæ masculorum.*

10 *Filij in conditione positi censetur sub qualitate masculinitatis præcedenter vocata, & num. seq.*

11 *Differentia non fit inter dispositiuè vocatos, & in conditione positos, vbi amplia.*

12 *Filiorum appellatione tunc veniunt fæminæ, quando vocatio non est ad masculos restricta, nec apparet de voluntate testatoris contraria.*

13 *Fæminæ dicuntur exclusæ, vbi apparet testatorem de masculis intellexisse.*

14 *Verbum masculinum de sui natura, & proprietate non conuenit fæminis.*

15 *Conditio si sine filijs ad præcedenter vocatos restricta, quomodo intelligatur, & quomodo si de diuersis personis loquatur.*

16 *Dictio*, semper, *in fideicommissis ad omnem casum, omnemque substitutionem porrigitur.*

17 *Fæminæ non veniunt appellatione filiorum vbi qualitas masculinitatis etiam sine qualitate agnationis fuit considerata.*

18 *Dictio*, cioè, *quid operetur specialitas post generalitatem expressa.*

19 *Qualitas masculinitatis in fine posita determinat omnes filios per viam comprehensionis, eiusdemque determinationis.*

20 *Confessio facta in diuisione, & transactione probat inter diuidentes, & transigentes.*

21 *Confessio præiudicat etiam successoribus.*

22 *Inuentarium probat identitatem contra conficientem, & habentem causam ab illo.*

23 *Impensa funeris præsumitur facta ex pecunijs in hæreditate repertis, & quando.*

24 *Satisfactio inducitur ex quietantia.*

25 *Prohibitio detractionis trebellianicæ resultat ex interdicta alienatione.*

26 *Trebellianica non detrahitur vbi hæreditas tota debet ad substitutos deuenire.*

27 *Fideicommissario ratione hypothecæ conceditur immissio.*

28 *Pecunia redacta ex credito fideicommittentis inuestiri debet ad commodum fideicommissarij.*

DECISIO CCCXXX.

GAlassus de Maranis in tertia suæ hæreditatis parte hæredem instituit Lauram sororem, in alia tertia duos nepotes ex q. Paulo fratre, & in eorum defectu filios, & descendentes masculos, in reliqua verò alia tertia remanente Augustinum de Baldis ex Iuliana altera Sorore prædefuncta filium, volensque inter hos tres hæredes substitutionem ordinare adiecit, *& con la reciproca sostitutione in caso di deficienza de figlioli, e figlioli de figlioli maschi sempre di ciascheduno di detti tre heredi instituiti, cioè morendo li figlioli di detto Paolo senza figlioli, e figli de figli maschi legitimi, e naturali all'hora, & in tal caso in detta terza parte essendo finita la linea, e prosapia di detti Marani, a descendenti di detto Paolo, e suoi figlioli come sopra sostituisca volgarmente, pupillarmente, e per fideicommisso d. M. Agostino, ò suoi figlioli, e figlioli di figlioli maschi, e loro descendenti maschi, &c.* & in defectu lineæ Lauræ alterius hæredis dixit, *e mancando la linea de figlioli, e descendenti maschi legitimi, e naturali di detta Sig. Laura, e di legitimo matrimonio nati sostituisce in detta portione di detta heredità li figlioli maschi legitimi, e naturali come sopra, e descendenti di detto M. Agostino*, in stirpes, sicut è contra casum deficientis eiusdem Augustini illiusque lineæ masculinæ præcauendo subdit, *sicome anche mancando, e finendosi la linea mascolina, e descendenza de figlioli maschi legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio nati detto M. Agostino Baldi sostituisce li figlioli, e descendenti maschi legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio nati dalli detti fratelli de Marani, e di detta Sig. Laura in stirpes*, & non in capita *Sum. reformationis num.* 1.

Defuncto Testatore nullisque extantibus masculis filiorum Pauli decessit Augustinos superstitibus Iuliana, & Francisca filiabus fœminis contra quas Valerianus d. Lauræ filius prætendens ad d. Augustinum portionem tanquam sine filijs masculis defuncti ipsum esse admittendum obtinuit causam mihi in Rota committi, & disputari dubium, An esset locus eius vocationi itaut sit danda immissio, quod fuit affirmatiuè resolutum, quia clarissimè visum fuit constare de existentia fideicommissi, illiusque vocatione in testamento Galassi, qui præuidendo euentum obitus sine filijs,

filijs, & descendentibus masculis cuiuslibet instituti ad por-
tionem sic decedentis alios superexistentes filios masculos,
vt supra substitutos vocauit, & signanter vbi deficeret linea,
& descendentia masculina Augustini, ibi, *Sicome anco
mancando, e finendosi*, cumque per obitum illius nullis re-
lictis filijs, & descendentibus masculis defecerit linea mas-
culina eiusdem, & solus Valerianus filius legitimus, & na-
turalis d. Lauræ superstes remansetit habens renunciatio-
nem ab altero fratre Societatem IESV ingresso, ad eius fa-
uorem in integra d. Augustini parte aperta est via succeden-
1 di, nam verba illa, *mancando, e finendosi*, † tanquam in-
determinatè posita fideicommissum important, & verifi-
cantur quocumque casu, & tempore masculi deficiant iuxta
distinctionem Soccin. *in l. 1. solemus 9. num. 6. ff. de cond.
& demonstr.* Alex. *consil.* 101. *num.* 13. *lib.* 7. Surd. *cons.* 110.
num. 9. cum seq. Rota coram bon. me. Buratt. *dec. 689. nu. 1.*
& ibi Add. *litt. B.* Merlin. *dec.* 336. *nu.* 5.

Idque etiam procedit quamuis filij, & descendentes mas-
culi Lauræ in eo casu appareant vocati, quo deficeret li-
nea, & descendentia masculina Augustini, qui cù n filios
masculos non habuerit, huiusmodi casum prætendatur non
euenisse, & ideò Valerianus admitti nequeat in vim talis
2 substitutionis, quasi verificari non possit, † quod linea de-
fecerit dum nunquam fuit, nec incepit esse ad Text. *in l. ne-
mo potest, ff. de reg. iur. l. si extraneus, ff. de condit. & de-
monstr.* nam oppositum est verius cùm verba illa testamen-
3 ti, *mancando, e finendosi*, † sint apta amplecti casum
mortis filiorum præmorientium, & non existentium illorum,
hoc est, quod nunquam extiterint, *l. vnica, §. vbi autem
glos. & §. sin autem deficientis, Cod. de cad. tol. l. 3. §. 1. ff. de
vsufr. quemad. caues.* Soccin. iun. *cons.* 181. *num.* 23. *lib.* 2.
Beto. *con.* 102. *num.* 18. *lib.* 2. Rota *dec.* 453. *nu. 6. par. 2. rec.*
coram Buratt. *dec. 689. nu. 2. in Rauennaten. bonorum 1. Fe-
bruary* 1647. *§. ea tamen coram Eminentiss. D. Cerrado, &
in eadem 9. Ian.* 1649. *coram bo. me. Danozetto.*

Nec dicatur conditionem deficientiæ filiorum Augustini
non esse impletam ob superexistentiam Iulianæ, & Franci-
scæ filiarum, ex quo regulariter fideicommissum sub condi-
4 tione † si sine filijs censetur ordinatum fauore masculorum,
& fœminarum, siue illæ comprehendantur ex proprietate
verbi filiorum siue ex communi vsu loquendi siue ex beni-
gna interpretatione aut alia ratione, *l. si ita scriptum* 46.
ff. de leg. 2. l. quisquis 116. *& l. iusta* 201. *ff. de verb. signif.*
Ginuagn. *cons.* 11. *num.* 11. *lib.* 2. & substitutus perinde per
5 masculos sicut per fœminas † excludit, Canonistæ *in cap.
Raynaldus de testam.* Crot. *cons.* 27. *lib.* 1. Corn. *cons.* 202.
num. 8. *lib.* 3. Rota coram Pen. *dec.* 369. *nu.* 3.

Quoniam huiusmodi conclusio non recipitur nec fœmi-
næ comprehenduntur, quando vt hic sunt positi in condi-
tione masculi, legitur enim considerata, & expressa linea
masculina, & per illam descendentes vnde fœminæ non
6 veniunt, nec comprehenduntur tanquam † explicitè ex-
clusæ ex ipsa masculinitatis qualitate, Bart. *in l. cum
Auus* 101. *num. 4. ff. de condit. & demon.* Castr. *cons.* 198.
nu. 2. in fin. lib. 2. Paris. *cons.* 25. *nu.* 1. Mant. *de coniect. vltim.
vol. lib.* 10. *tit.* 8. *nu.* 10. Peregr. *de fideic. art.* 26. *nu.* 4. Fusar.
de substit. qu. 346. *nu.* 12. Rota *dec.* 203. *nu. 5. p. 2. & decis.* 35.
nu. 1. p. 7. rec. in Ariminen. Castrorum 14. *Febr.* 1642. *coram
bo. me. Dunozetto, & in alia Bononien. fideicom. de Barberys
5. Decembris* 1650. *coram Eminentissimo D. Cerrado &* 15.
Iunij 1652. *coram bo. me. Bichio*, siue de huiusmodi linea sit
7 facta dispositiua mentio, siue posita † fuerit in conditione
iuxta deducta per Peregr. *art.* 25. *nu.* 11. Rota *d. dec.* 203. *n.* 5.
par. 2. & coram bo. me. Merl. *dec.* 864. *num.* 32. *& in d. Ari-
minen. Castror. §. quod autem.*

Neque fœminarum vocatio desumi potest, ex eo quod
Testator non se restrinxerit ad defectum lineæ masculinæ,
sed addidit verbum descendentia filiorum, ibi, *descendenza
delli figlioli maschi*, & sub illo eas comprehendi prætendi-
8 tur, quia præter quod tanquam continuatiuè adiectum
qualitati masculinitatis, & defectu lineæ masculinæ, ea
quoque descendentia de similibus masculis censenda est,
Peregr. *cons.* 159. *nu.* 12. *lib.* 5. Buratt. *dec.* 272. *num.* 4. *& d.
decis. num. 6. & 7. par. 7. recen.* cum alijs per Modern. Bri-
xien. *de subhast. qu.* 325. *nu.* 14. Dum non agitur de Nepoti-
bus, & de in vlteriori gradu existentibus, sed de filijs pri-
mi gradus, quos Testator voluit esse causam effectiuam de-
scendentiæ, esseque masculos, & Augustinus filios mas-
culos non habuit deficit descendentia filiorum masculorum
9 illius extantibus filiabus fœminis, † quæ sub ista appella-

tione non continentur, Peregr. *consil.* 65. *nu.* 21. *lib.* 1. La-
dercb. *cons.* 135. *nu.* 2. Menoch. *cons.* 327. *num.* 34. Ruin. *cons.*
152. *nu. 4. lib. 3. vers. & est tertius casus*, Gabr. *cons.* 130. *sub
nu.* 22. *lib.* 2. Surd. *cons.* 315. *num.* 11. Rota *dec.* 244. *nu.* 3. cor.
Eminentiss. D. Card. Otthobono.

Viget præterea pro filiarum fœminarum exclusione,
quod in parte actiua vocati dumtaxat fuerunt filij, & de-
scendentes masculi institutorum, & signanter Augustini,
sicque censentur positi in conditione ijdem filij, & descen-
dentes, † qui cum d. qualitate masculinitatis sunt nominati, 10
Rota *dec.* 237. *num. 4. & 5. par. 5. rec. & num.* 14. *&* 15. vbi
quod si agatur de eisdem personis, & incontinuato sermo-
ne non sit differentia inter dispositiuè vocatos, & in con-
ditione positos, † præsertim concurrentibus coniecturis, 11
& præsumptionibus, ex quibus positi in conditione censen-
tur vocati, reciproca nempè inter primos institutos digressu
ad plures gradus substitutionum vocationem inducit cum
qualitate masculinitatis sæpiùs repetita, ac prohibitione
alienationis bonorum, prout hæc omnes ad hunc effectum
pluries Rota ponderauit coram bo. me. Merlino *dec.* 359. *&*
447. *per tot. dec.* 355. *par. 4. tom. 2. recent. in Vrbinaten. Præ-
dij 3. Iunij* 1654. *cor. bo. me. Bichio, & in Spoletana fideicom-
missi* 18. *Februarij* 1656. *coram Me, & in Auenionen. fidei-
commissi* 28. *Iunij eiusdem anni, §. vrgentes coram R. P. D.
meo Celso.*

Cæterum vbi tam clara verba pro vocatione masculo-
rum, & fœminarum exclusione cessarent, adhuc desume-
retur ex prædictis, & alijs coniecturis, vt infrà, cùm tunc
demum in vltimis voluntatibus filiorum appellatione ve-
niant fœminæ † ad substitutor. exclusionem, quando condi- 12
tio non est ad masculos restricta, nec aliunde apparet de
contraria disponentis voluntate, vt cauetur *in l.* 15. *ibi, nisi
alia defuncti voluntas euidenter probetur, C. de cond. instr.*
cum concordantibus adductis *in Romana, seu Nepesina
restitutionis in integrum 4. Iulij* 1655. *§. nec subsistit coram
Reuerendiss. D. meo Decano*, secus autem vbicumque ad-
sunt coniecturæ tales, quæ mentem Testatoris indicent ip-
sum de masculis tantum sensisse, † tunc enim fœminæ sem- 13
per dicuntur exclusæ, *ad not. in l. in conditionibus* 19. *ff. de
cond. & demonstr. & in l. cum ita* 33. *§. in fideicomm. ff. de
leg.* 2. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 11. *vers.
tamen*, Rota *dec.* 574. *num. 2. par. 5. recent. & in Bononien.
hereditatis* 25. *Iunij* 1657. *coram me, §. siquidem ab huius-
modi regula.*

In præsenti autem si omnia, quæ Testator disposuit con-
feramus absque dubio colligitur intentionem illius fuisse re-
stringendi substitutionem ad masculos, & vna, ac euiden-
tissima coniectura à DD. & à Rota recepta ex eo deducitur,
quod fuit considerata, & expressa d. qualitas masculinitatis,
& lineæ descendentiæ masculinæ, ex quo constat noluisse
comprehendere fœminas, sed coarctare dispositionem, &
conditionem ad masculos, illosque solummodò vocare, cùm
certum sit quod verbum masculinum † ex sui natura, & 14
proprietate fœminis non conueniat, *l. 1. C. de adult.* Bart.
in l. cum Auus num. 4. ff. de condit. & demonstr. Pereg. *de fi-
deic. art.* 14. *nu.* 39. Rota penes Buratt. *dec.* 272. *num.* 2. *vers.
secundo ex qualitate, & in d. Bonon. hereditatis coram me,
§. non subsistit. in fine.*

Comprobatur huiusmodi Testatoris voluntas ea hac re-
petita quantitate in omnibus casibus ab ipso dispositis, &
tamen tacitè etiam subintelligeretur eo ipso, quod sunt po-
siti in conditione ijdem filij, quos priùs ad fideicommissum
inuitauit, † quidquid esset dicendum vbi ageretur de diuer- 15
sis circa quos potest concurrere diuersa affectionis ratio, &
aduertunt Ruin. *cons.* 140. *num.* 6. *lib.* 2. Surd. *consil.* 21. *nu.* 9.
Hond. *cons.* 57. *num.* 33. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 95. *num.* 83. Fu-
sar. *qu.* 403. *nu.* 19. Rota *dec.* 374. *num. 5. par. 1. diuers. & in
5. parte rec. d. decis.* 237. *num.* 5. Add. ad Buratt. *d. dec.* 272.
nu. 14. vers. item Rota.

Vlteriùs resultat coniectura comprehensionis tantùm
masculorum, quia in substitutionibus illos Testator pertulit
cum dictione semper, ibi, *sempre di ciascheduno*, † quæ di- 16
ctio refertur ad omnem casum, videlicet Testatorem vo-
luisse in quacumque substitutione idem seruari, vt masculi
sint nominati, nec comprehensæ fœminæ, aliàs dictio illa
inaniter diceretur apposita, vt in istis terminis aduertit
Panzirol. *cons.* 91. *num.* 20. Menoch. *cons.* 836. *sub nu.* 24. Ca-
sanat. *cons.* 47. *num.* 123. *cum seqq.*

Non obstat, quod à Testatore non fuerit habita ratio
conseruandæ agnationis per institutionem factam fauore

Lauræ Sororis, quia ad hunc effectum sufficit, quod fue-
rit considerata qualitas masculinitatis substitutorum post-
17 posita consideratio agnationis testatoris, † vt fœminæ ap-
pellatione filiorum non veniant, Corn. *in l. 1. num. 21. C. de cond. instit.* & respondet Rota *dicta dec. 337. num. 9. par. 5. recentior.* Add. ad Buratt. *vbi supra num. 21. & in Bononien. fideicommissi de Barberijs* coram Cardin. Corrado, *vers. deinde.*

Hinc non videtur aliqua vis fieri posse in generica substitutione sub qua saltem fœminas prætenditur in conditione positas in verbis, *in caso di deficienza de' figlioli, e figlioli de' maschi, cioè &c.* quandoquidem cessat generalitas stante specialitate substitutionum cum qualitatibus illarum, exclusiuis, sicque censetur potiùs facta ad declarationem verborum, vt scilicet de masculis non de fœminis intelligatur
18 stante præcipuè dicta dictione, *cioè* Socc. iun. *cons. 124. num. 3. lib. 1.* cum alijs in istis terminis relatis per Modern. Lucan. *cons. 80. num. 72. lib. 2.* Vltra quod qualitas masculi-
19 nitatis in fine posita † determinat omnes filios per viam comprehensionis, & pariformis determinationis, Rota *dec. 194. num. 50. & 51. par. 5. rec. & in Cracouien. Praepositura 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verespio.*

De purificatione autem fideicommissi ad fauorem Valeriani euidenter quoque apparet, nam ipsum esse filium Lauræ, & Constantini Matthioli deprehenditur ex Instrumento diuisionis super bonis per Galassum fideicommisso subiectis initæ, quod Iuliana, & Soror collitigantes præfati Augustini, qui dicto Instrumento interfuit filiæ, & hæredes impugnare non possent es vulg. Identitas verò bonorum probatur nedum ex dicto diuisionis Instrumento in quo hæc ipsa bona enunciantur hæreditaria Galassi fideicom-
20 missis, † nam huiusmodi confessiones in diuisionibus, & transactionibus factæ probant inter diuidentes, Socein. sen. *cons. 461. num. 6. lib. 3.* Decian. *cons. 76. num. 9. lib. 3.* Peregr. *de fideic. art. 44. num. 1.* Fusar. *de substit. qu. 618. num. 11.* Ac
21 etiam illorum † successores, Ruin. *cons. 128. num. 16. lib. 2.* Bursatt. *cons. 268. nu. 7.* bo. me. Coccin. *dec. 120. nu. 2. & in recent. decis. 89. nu. 9. par. 5.* verum etiam ex solemni Inuentario ab ipsomet Augustino facto, & relato *in Summario num. fin.* quod benè iustificat bonorum identitatem contra
22 conficientem, † & habentem ab eo causam, Natt. *cons. 235. nu. 15. cum seqq.* Pacific. de Salu. *inspect. 1. cap. 6. nu. 20.* Rota coram bo. me. Coccino *d. dec. 270. n. 1.* Merl. *dec. 115. & 711. nu. 1. & 796. nu. 7. & in alijs passim.*

Non obstat, quod tres conuentæ pro parte hæreditatis, quam absorbent detractiones sint rutæ aduersus Valerianum fideicommissarium, vt possint bona retinere, quoniam vel nullæ debentur, & signanter funeris impensa detra-
23 henda non est, † cùm præsumatur facta es pecunijs hæreditarijs, nisi iustificetur illas in ea non fuisse repertas, Rota penes bo. me. Merlinum *dec. 715. nu. 7.* vel illa, & alio credito, quod Augustinus consequi prætendebat ex hæredita-
24 te prædicta † satisfactum fuisse liquet es quietantia data *d. Sum. num. 4. l. pecunia,* & ibi Bald. *C. de solut.* Rota apud Coccin. *dec. 223. nu. 1. & 3. & dec. 572. nu. 1. in fin. p. 4. rec.*

Trebellianicam verò ex voluntate fideicommittentis prohibitam esse apparet non solum, quia expressè interdixit
25 alienationem alicuius partis hæreditatis, † ex quo resultat Trebellianicæ detractionis prohibitio, Rota *decis. 253. per tot. & dec. 200. num. 2.* coram Coccino Caual. *dec. 540. nu. 6. & dec. 651. nu. 13. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 226. nu. 54. par. 5.* sed quia voluit omnia sua bona seruari fauore substitutorum in fideicommisso, vbi enim Testator iubet totam suam
26 hæreditatem ad quempiam deuenire, † censetur sublata facultas Trebellianicam detrahen. Bart. *in l. centurio num. 15. vers. quod dicendum est, ff. de vulg. & pupill.* Gratian. *disc. 609. nu. 3.* Add. ad Buratt. *dec. 480. nu. 18.*

Quibus firmatis non potest Valeriano denegari Immissio siue petatur *in vim l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. siue ex remedio vtil. salu. interd.* ratione hypothecæ fideicommisso
27 competentis † in bonis fideicommisso suppositis, Gabr. *cons. 46. num. 20. lib. 1.* Gratian. *discept. 731. nu. 14.* & iuxta Rotæ opinionem, vt coram Seraph. *dec. 218. nu. 1.* Duran. *dec. 258. num. 8. & dec. 301. nu. 1. par. 6. rec. & in alijs sæpe,* & respectiuè restitutio pecuniarum in summa libr. 5361. prouenientium ex duobus creditis hæreditarijs fideicommittentis, quæ Augustino pro sua tertia parte in qua fuit hæres
28 scriptus in diuisione obuenerat, † & ex præcepto Testatoris erant reinuestiendæ ad commodum hæreditatis, & fideicommissariorum *eodem Summ. num. 1. in fin.* ad Tex. *in l. qui negociationem,* vbi Bart. *ff. de administr. Tutor.* Molin. *de primog. Hisp. lib. 4. cap. 4. num. 34. vers. in casu autem,* Bursatt. *cons. 268. num. 8.* Peregr. *de Pataui. 2. sub num. 9. vers. sed tamen,* Rota *in Bononien. bonorum 17. Iunij 1641. §. Ioannes etiam vers. & in executionem percepti confirmata 21. Febr. 1642. §. minus refert, & in Cathacen. hæreditatis 28. Aprilis 1653. §. quia coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita Valeriano tantùm informante altera parte citata fuit resolutum &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Placentina Archidiaconatus.

Veneris 5. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Archidiaconatus Beneficium obtentum à Papa in vim subrogationis gratiosæ vigore regulæ 4. Cancellariæ, quod sit prima Dignitas post Pontificalem, ex quibus talis narratiua nullatenus dicatur iustificata, quod sit prima Dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosa, vt detur, in omnibus est plenè iustificanda.*
2 *Regula 4. Cancellaria Apostolica, quid disponat.*
3 *Probatio illa non est dicenda concludens, & plena, dum ime de contrario constat.*
4 *Clausula sublata, & decreto irritans, tollunt omnem controuersiam, nec Iudices aliter iudicare possunt.*
5 *Præpositura, quod sit prima Dignitas post Cathedralem qualiter potest doceri.*
6 *Beneficij vltimus status qualiter dicatur probatur.*
7 *Regul. 4. Cancell. vt intret quid requiratur.*
8 *Succedens in ius, & possessionem alicuius, non potest controuertere veritatem gestorum ab eo.*
9 *Archidiaconatus, quod non sit prima Dignitas in Cathedrali benè probatur ex attestatione Canonicorum, & & testium depositione, & nu. 10.*
11 *Archidiaconatus, quod non sit prima Dignitas post Pontificalem, benè probatur ex eo quia secuta vacatione, fuit collatus ab Ordinario.*
12 *Beneficij collatio prima Dignitatis in Cathedralibus spectas ad Papam vigore 4. regula Cancellaria.*
13 *Præpositura ex quibus satis doceatur, quod sit prima Dignitas ad exclusionem æqualitatis cum Archidiaconatu, & nu. 14. & 15.*
16 *Resolutiones S. Congreg. Concilij Trid. Eminentiss. DD. Cardinalium in Rota cum debita reuerentia recipiuntur.*
18 *in Maioritate datur magis, & minus.*
19 *Narratiua partis, in qua Papa nullum fecit fundamentum, non venit attendenda.*
20 *Dignitas prima qualis post Pontificalem sit, magis attenditur consuetudo Ecclesiarum, quam positiua Iuris dispositio.*
21 *Probationes coadiuuantur ex adminiculis.*
22 *Scripturis potius, quàm ipsis depositionibus testium est standum.*
23 *Præpositura, quod sit maior Archidiaconatu post Pontificalem, ex quibus dicatur constare.*
24 *Confirmatio facta motu proprio, remouet omnem difficultatem.*
26 *Decretum irritans inficit obseruantiam omnem, etiam si fuerit in contrarium.*

DECISIO CCCXXXI.

VAcante per obitum Io. Baptistæ Asinelli Archidiaconatu Placentino, duæ emanarunt collationes, prima à Sede Apostolica ad fauorem Comitis Landi cum subrogatione gratiosa in ius, & possessionem defuncti ab Ordinario Placentiæ, altera ad fauorem Calicis cum possessione subsecuta, eius *Sum. nu. 2.* cumque hodie dubitauerim, An præ-

1 præfato Comiti Lando in vim † subrogationis gratiosæ
danda esset immissio, fuit per Dominos negatiuè responsum,
quia in omnibus gratiosa subrogatio iustificata non fuit,
Rota coram san. me. Gregor. dec. 58. num. 1. dec. 143. num. 1.
par. 7. recentior. & in Gerunden. Canonicatus 20. Februarij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. in princip. & per tot.
Iustificatio in ea parte deficere visa est, in qua narratum
fuit Pontifici, quod Archidiaconatus est prima Dignitas post
Pontificalem, vel saltem altera ex duabus æqualiter maioribus d. Summ. Calicis num. 2. quod plenè, & concludenter,
& per exactas probationes demonstrandum erat cùm aga-
2 tur de prima dignitate ad effectum regulæ † quartæ Cancellariæ reseruantis primam post Pontificalem, Add. ad
san. me. Gregor. dec. 111. num. 5. in fin. versic. aduerten. est,
Rota decis. 70. num. 11. par. 1. diuersor. Canal. dec. 266. nu. 6.
Ianuen. Canonicatus 31. Maij 1647. sub §. 1. vers. si talis autem iustificatio, coram Reuerendiss. Terracinen. & in Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij eiusdem anni coram bo. me.
Bichio, §. quia regula 4.
Quinimò non solùm deficit talis probatio, sed in contrarium pro parte Calicis exhibitus fuit motus proprius sa. me.
Pij V. anno 1571. editus, in quo inserta apparet, & specialiter approbata sententia ab Ordinario Placentino lata
super controuersijs inter Præpositum, & Archidiaconum
vertentibus, vbi dicitur: Attentis, & consideratis testium
dictis asserentium ex communi opinione, & fama Præposituram reputari, & reputatam esse maiorem Dignitatem visis, &
benè consideratis quampluribus Bullis Apostolicis antiquis supra centum annos, & modernis &c. alijsque authenticis documentis, in quibus asserebatur, & enunciabatur Præposituram esse in Ecclesia Placentina maiorem Dignitatem post
Pontificalem, Archidiaconum verò Dignitatem non tamen
maiorem ex his &c. sententiauit, decreuit, & declarauit
Præposituram intelligi, & esse debere maiorem Dignitatem
&c. & post confirmationem adest clausula sublata, & decretum irritans, Summ. Calicis num. 3. quibus stantibus non
4 potest huiusmodi Primatus † amplius in controuersiam
deduci nec Iudex contra motum proprium iudicare, Gabr.
cons. 83. num. 18. lib. 2. Rota coram Caualerio dec. 423. nu. 2.
Vicen. Canonicatuum 25. Iunij 1638. coram Reuerendiss.
Terracinen Bononien. Archipresbyteratus 23. Martij 1648.
§. præsertim vero, & in Ianuen. priuilegiorum 28. Iunij 1649.
§. 2. quia, coram Eminentiss. D. Card. Corrado.
Præterea ponderatæ fuerunt per DD. pro maioritate
Præpositi sex collationes à Sede Apostolica ab anno 1549.
5 spatio centum annorum continuatæ in quibus † omnibus
expressum fuit, quod Præpositura post Pontificalem est prima Dignitas, eodem Summ. num. 6. vt in his collationibus
eum simili expressione se fundat, Rota coram Buratto dec.
473. num. 6. & decis. 465. nu. 3. par. 4. rec. tom. 2. & quod magis est ex quinque prouisionibus Apostolicis excluditur,
quod Archidiaconatus sit talis, vel coæqualis maiori dum
emanarunt cum expressione, quod Archidiaconatus est Dignitas non tamen maior post Pontificalem d. Sum. Calicis
6 nu. 7. ex quibus probatur qualitas † beneficij, & vltimus
status, Aretin. cons. 63. sub nu. 5. vers. sed tamen, Rota dec. 57.
n. 9. & seqq. p. 7. rec. & in Placentina Beneficij 15. Iunij 1648.
coram R. P. D. meo Celso, §. & ex collationibus, qui omninò
attendendus est, pro cognoscenda qualitate Beneficij, ad effectum † vt intret, vel non regula 4. Cancellariæ, Dec. consil. 126. nu. 1. in puncto Rota dec. 633. nu. 4. par. 4. rec. sem. 3.
dicta Neapolitana Cimiliarcatus vbi supra, & in Placentina
Beneficij 9. Iunij 1645. coram bo. me. Dunozette, §. qua intentio, Gerunden. Prioratus 9. Ianuarij 1646. coram bo. me. Bichio, vbi quod vltimus status sufficeret pro exclusione retentionis, præcipuè quia vltima illarum emanauit ad fauorem Asinelli ex cuius persona cum veniat Comes Landus,
8 vt in iuribus, † & possessione ipsius subrogatus, hanc veritatem amplius controuertere non potest, Rota coram Buratto vbi supra nu. 7. dec. 311. sub nu. 2. p. 3. rec. & in d. Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram bo. me. Bichio,
§. 4. dirimit in fine.
Quibus accedunt attestatio iurata trium Canonicorum,
9 & Primicerij Cathedralis † Placentinæ, & depositiones testium Calicis attestantium de conuocatione Capituli fieri
solita à Præposito negociorum propositione de sessione
in primo loco, subscriptione in eodem Capitulo, obla-
10 tione Aspersorij Principibus, † & delatione Sanctissimi
Sacramenti Eucharistiæ, & alijs actibus Primatum Præpositi, & maioritatem Dignitatis importantibus, de

quibus Summ. Calicis nu. 5. Necnon collatio Archidiaconatus anno 1559. ab Ordinario facta † stante vacatione in ip- 11
sius mense secuta, eodem Sum. num. 8. quam facere non potuisset resistente regula 4. Cancellariæ cuius præcipuus effe-
ctus est † ligare manus inferiorum circa dispositionem re- 12
seruatorum, Rota dec. 141. sub nu. 4. par. 1. recent. d. Gerunden. Canonicatus, §. nec facit in fin. & in Materaten. Archipresbyteratus 31. Ianuarij 1648. coram Eminentiss. D. Card.
Corrado, §. accedit demum collatio. Quæ omnia satis de-
monstrant primam Dignitatem esse † Præposituram ad ex- 13
clusionem qualitatis Archidiaconatus, & tradit Lothet. de
re benef. lib. 2. qu. 33. nu. 45. Barbos. de eff. & potest. Episc. p. 3.
alleg. 57. sub nu. 97. Rota dec. 518. nu. 2. & 3. par. 1. diuers. &
in d. Neapolitana §. 2. & 3. accedit.
His non obstat prouisio Archidiaconatus facta de anno
1567. in persona Romignani cum expressa assertione, quod
esset prima Dignitas Summ. Comitis num. 20. † Quia ex de- 14
creto Vicarij executoris Apostolici remouetur difficultas, in
quo ipse declarauit dicta verba Præposito nullum præiudicium inferre, & pro non appositis haberi Sum. Calicis nu. 9.
& fundamentum in ea fieri non potest, cùm subsequenter
de anno 1571. sublata fuerit de medio per sententiam diffi-
nitiuam, & motum proprium Pij V. de quibus supra, † qui 15
motus proprius fuit obseruatus, vt constat ex litteris sacræ
Congregationis Concilij, in quibus hoc expressè præcipitur, eodem Summ. Calicis nu. 4. Cuius resolutiones Rota
cum omni reuerentia recipere solet, † & citra controuersiam obseruare, Rota coram Eminentissimo D. Card. Otthobono dec. 46. num. 16. & in Mauricen. Parochialis 13.
Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celso.
Vnio autem Canonicatus facta Archidiaconatui ab eodem Pontifice duobus mensibus post motum proprium cum
narratiua, quod esset altera ex Dignitatibus † maioribus, 17
& in contradictorio iudicio executioni contra Præpositum
demandata Summ. Comitis num. 32. non visa est DD. releuare: siue quia huiusmodi maioritas intelligi potest in ordine ad Dignitates inferiores, quæ in eadem Ecclesia existunt
non autem respectu Præpositi, qui declaratus iam fuerat
maior, cùm simul stare possint, quod Archidiaconatus sit
altera ex Dignitatibus maioribus, sed non tamen æqualis,
cum in maioritate † detur magis, & minus: & tunc de- 18
mum æqualitas locum habere posset, quando impossibile
esset cognoscere, quæ nempe duabus Dignitatibus sit absolutè maior, Io. Andr. in cap. deliberatione 4. num. 2. post
med. ibique Gemin. num. 7. de offic. leg. in 6. Siue etiam quia
fuit narratiua partis nam de prædicti Romagnani, in qua
eum † Pontifex nullum fundamentum fecerit, non venit 19
attendenda, Franc. Aret. cons. 23. nu. 8. & 9. Gramm. decis.
64. sub num. 11. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 39. n. 65.
Rota dec. 482. num. 1. par. 2. recent. & in Materaten. Archipresbyteratus 31. Ianuarij 1649. coram Eminentiss. D. Card.
Corrado, §. quæ sunt recent.
Hinc corruit iuris præsumptio pro Archidiaconi Primatu militans, & testes pro Comite inducti ad proban. æqualitatem Archidiaconatus cum Præpositura, eius Sum. nu. 5.
& seqq. Nam in subiecta materia magis attenditur † consue- 20
tudo Ecclesiarum, quam positiua iuris dispositio, vt per
Gramm. dicta dec. 64. num. 16. & 17. Boer. decis. 286. num. 8.
& alios per Modern. Auenionen. qui in specie loquitur in
Præpositum, & Archidiaconum resol. benef. par. 2. cap. 3.
§. vndecimo num. 10. Rota coram san. me. Gregor. dec. 482.
num. 3. & testes prædicti, vel ab alijs pro Calice deponenti-
bus excluduntur, & dubia redditur eorum probatio, † quia 21
isti à motu proprio, & ab vltimo statu sunt adminiculati, vt
ad effectum excludendi reseruationem, ponderauit Rota coram Caualer. dec. 266. sub num. 5. d. decis. 143. nu. 20. par. 7.
rec. & d. Materaten. sub §. præterea excluditur. Vel cum
nonnullas exceptiones patiantur contra formam, & expressum tenorem motus proprij deponant, & tot prouisiones
Apostolicæ in contrarium fuerint exhibitæ scripturis potius
standum est, † quam ipsorum depositionibus, l. census 10. 22
ff. de probat. Rota decis. 582. nu. 6. par. 1. dec. 64. nu. 17. par. 5.
rec. dicta Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram
bo. me. Bichio §. testes deponentes, & in Placentina Beneficij
9. Maij 1648. coram R. P. D. meo Celso, §. maior enim.
Qualitates tandem Archidiaconi, & eius prærogatiuæ
latè in Summ. Comitis à nu. 5. recensitæ nihil concludunt,
quia visæ non sunt DD. incompatibiles † cùm maioritate 23
Præpositi, ad quam substinendam non est necessarium,
quod Præpositus in omnibus Archidiacono, dummodo in

substantialibus præualeat, Cochier. *ad reg. 3. num. 19.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 51. num. 56.* Rota *dec. 687. in fin. par. 4. diuers. & in dicta Neapolitana §. tandem*, & in omnem euentumeùm sint illæ eædem qualitates Archidiacono reseruatæ, quibus non obstantibus pronunciatum fuit Præposituram
24 esse maiorem Dignitatem, Archidiaconatum † verò Dignitatem non tamen maiorem, & sententia motu proprio confirmata non est amplius super illis insisten. stante præcipuè decreto irritanti, quod inficit omnem obseruantiam
25 etiam futuram † in contrarium, Barbos. *claus. 40. per tot.* Rota coram Eminentiss. Card. Otthobono *decis. 39. nu. 14.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Hieracen. Beneficij.

Luna 8. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Fructuum quantitas liquidatur leuioribus probationibus, quando constat de perceptione in genere.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum fieri potest etiam per testes.*
2 *Scriptura contra producentem plenè probat.*
3 *Quantitas liquidatur leuioribus probationibus, quando constat de perceptione in genere.*
4 *Fructuum perceptio probatur ex possessione.*

DECISIO CCCXXXII.

POstquam Rota præuijs duabus decisionibus coram me editis, concessit Carolo Pancolo mandatum de manutenendo in possessione controuersi beneficij, contra Io. Franciscum de Amato assertum, præsentatum, ac intrusum, expediuit idem Carolus litteras subdelegationis in partibus sub liquidatione fructuum, super qua suscepta hodie disputatione, dedi dubium, ad quam summam sint liquidandi, à die petitæ manutentionis, fuitque per DD. resolutum pro summa ducat. 180.

Quia iudicium manutentionis fuit introductum de mense Decembris 1654. à quo tempore vsque, & per totum annum 1657. constat Amatum percepisse omnes fructus beneficij, quos respectu bonorum existentium in territorio Syderonis ascendere ad ducatos 115. monetæ Regni, disertè deponunt quatuor testes formiter examinati vigore Remissoriæ, ac relati in Summario Caroli *num. 1.* qui cùm specificent illorum qualitatem, quantitatem, & pretium, &
1 optimam reddant eorum dicti rationem, † quia scilicet
aliqui fuerunt coloni, aliqui verò redditus exigere viderunt, concludentem faciunt probationem, Bald. *in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expens.* Rota penes Verall. *dec. 30. num. 3.* coram Buratto *dec. 173. num. 1.* Eminentissimo Otthobono *dec. 139. num. 3. & dec. 172. num. 6. & in Pampilonen. Decimarum de Vsurbil. 1. Iuly 1648. coram Reuerendiss. P. D. meo Celso, §. & vlterius.*

Quo verò ad bona existentia in Ciuitate Hieracen. licet quantitas non potuerit præcisè iustificari ob non tutum accessum ad eandem Ciuitatem, vt deponunt testes relati *sub num. 3.* satis tamen resultare visa fuit ex depositione quarti testis affirmantis fructus beneficij ascendere ad annuos ducatos 60. vel 70. ac etiam relatione Ordinarij facta occasione visitationis, qui testatur de valore ducato-
2 rum 100. d. Summario *num. 4.* † quæ cùm fuerit producta ab eodem Amato, contra ipsum plenè probat, *cap. cum olim de censibus, l. publia, §. fin. ff. depos.* Surd. *cons. 151. num. 16.* Rota *decis. 88. par. 6. recentior.* & coram Durano *dec. 185. nu. 17.*

Vnde capiendo minorem summam fructus pro tribus annis ascendunt ad ducatos 180. vt dictum est.

Non obstat, quod huiusmodi probatio non sit omninò
3 perfecta, † nam quando constat de perceptione in genere,
quantitas leuioribus probationibus contentatur, iuxta *decis.* Acchill. *22. de restit. spoliat.* bon. me. Coccino *dec. 439. sub nu. 2. vers. si vero non dubitatur*, Merlin. *dec. 809. nu. 3.* & fuit dictum *in Bargen. Beneficiorum 4. Februarij 1654. coram R. P. D. meo Celso.*

Hic autem apparet fructus fuisse perceptos, tum ex depositione tertij testis affirmantis id audiuisse à procuratoribus eiusdem Amati, tum quarti qui testatus de publica voce, & fama, *d. Summ. num. 5.* † Et eo adiuuatur ex pos- 4
sessione, quam Amatus retinuit, ex qua benè infertur, ad perceptionem fructuum, nisi de contrario doceatur, vt dixit Rota penes Card. Seraph. *dec. 1143. nu. 1. & dec. 1245. num. 6.* coram sa. me. Greg. *decis. 50. nu. 2.* Merlin. *dec. 509. num. 4.*

Atque ita resolutum fuit, Carolo tantùm informante, altera tamen parte pluries citata &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Melioramentorum.

Luna 9. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Conuentione facta de reficiendis certis melioramentis, cætera non expressa excluduntur, & proinde illorum æstimatio facta contra conuentionem prædictam attendenda non est.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio conceditur stante iniustitia mandati.*
2 *Rota omissa pronunciatione restitutionis procedit ad vlteriora in negocio principali.*
3 *Promissio, seu pactum ad certas species restrictum, alias species excludit.*
4 *Æstimatio facta contra formam pacti conuenti substineri non potest.*
5 *Verba antecedentia à subsequentibus restringantur, & declarantur.*
6 *Populus est arbor, & quidem grandis, & cerro similis.*
7 *Vites sunt arbores, & tales nuncupantur.*
8 *Melioramenta perpetuò duratura, licet spectent ad meliorantem, pacto tamen potest firmari contrarium.*
9 *Vites, & arbores plantatæ in fundo ad vsum horti locato non dicantur perpetuò duraturæ.*
Et propterea reficiendæ non sunt.
10 *Melioramenta facta in plantationibus non secundum statum præsentem æstimanda sunt, sed refici tantummodo debent expensa in eorum fundatione facta.*
11 *Melioramenta facta etiam à conductore æstimantur in eo, quod minus est.*

DECISIO CCCXXXIII.

COncessum fuerat in instrumento locationis medietatis vnius horti, quod Tiberius Lancellottus solueret Ioanni Bossio Conductori æstimationem olerum, siue herbarum, & stercorationis, quæ terminata locatione in horto per ipsum sata reperiuntur; cùm autem vigore pacti huiusmodi Hieronymus Bossius obtinuisset ab A. C. condemnari D. Marchionem Lancellotum ad precium arborum, populorum, & vitium, quamuis sub illo non continerentur causam, Signatura mihi commissa, cum clausula, si quid exequen. verùm quia obijciebatur exceptio rei iudicatæ ob appellationem non prosequutam, & terminatam infra biennium; Ideò dubitaui an constaret de re iudicata, siue potius de causis restitutionis in integrum.

Et DD. dixerunt constare de causis restitutionis, qua pro
parte Marchionis doctum fuit de iniustitia mandati, † qua 1
concurrente competit aduersus illud restitutio, vt dictum fuit *decis. 475. num. 4. par. 4. tom. 2 & 540. nu. 2. par. 4. tom. 3. rec.* & apud Mantic. *dec. 315. nu. 7.* & Rota super ea omissa pronunciatione ad vlteriora in negocio principali procedit, vt attestatur Cæs. de Grass. *decis. 3. de restit. in integr.* Mant. *d. dec. 315. num. 5. in rec. dec. 13. num. 1. par. 2. & dec. 275. num. 6. par. 6.*

Iniustitia mandati clara visa est ex eo, quod pactum refectionis melioramentorum non solùm conceptum fuit affirmatiuè, quatenus promittitur illorum solutio, ibi, *che finita il presente affitto s'habbino à stimare le piante di herbe, carciofoli, e stabbio, che vi si ritrouerà, e quello che sarà stimato si paghi all'Affittuario*, sed etiam negatiuè quatenus ab ipsa

æsti-

æstimatione exceptuantur, & excludnntur plantationes rosatum, & fructuum, ibi, *dichiarando, che in questa stima, non si comprendono rose, e frutti, che vi fossero piantati, quali restano à beneficio del luogo*; Vnde quouis modo pactum consideretur semper constat de iniustitia mandati, nam respectu primæ partis, cùm non agatur de oleribus, minusque de cenaris, nec de stercore, non est locus refectioni aliarum rerum, quia promissio refectionis, quoad species expressas
3 excludit † refectionem, quoad alia, *l. in his, ff. de leg. l. fin. ff. de iur. iuran.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. qu. 13. n. 1. ad fin.* Aldobrand. *cons. 58. num. 13.* Gabr. *cons. 108. num. 33. lib. 2.* Ofasch. *decis. 108. num. 8.* Rota post Marches. *de commiss. lib. 1. fol. 939. nu. 2. & dec. 211. nu. 2. par. 5. rec.*

Eo minus respectu secundæ partis ob expressam conuentionem, quòd in æstimatione facienda non comprehenderentur rosæ, & fructus, qui plantati essent, sed cadant in vtilitatem, & beneficium soli, atque ideò cùm æstimatio facta fuerit de populis, & vitibus, & in vim illius relaxatum mandatum nullo modo substineri potest tanquam contra
4 formam pacti prædicti, quod omninò seruan. erat, Ias. *in l. 2. num. 175. in fin. C. de pact.* Gabr. *cons. 1612. num. 92. & seq. lib. 1.* Rimin. iun. *cons. 384. num. 50. lib. 4.* cum alijs relatis per Menoch. *de recuper. remed. 15. num. 504.* & per Manticam *de tac. lib. 22. tit. 21. nu. 53.*

Idemque conuincunt verba subsequentia, dum contrahentes voluerunt, quod pretium melioramentorum deberet compensari cum debito Bossij ea causa herbatum, quæ sibi in ingressu locationis fuerant consignatæ, ibi, *E perche à detto affittuario li si concede herbaggio, carciofoli, & altre cose simili, che di presente si trouano in detto horto, pero dette parti conuengono, che in fin di detto affitto si debba compensare la detta somma nella stima, che si farà dell'hortaglie, è altro, come di sopra*; Vnde clarè elicitur fuisse conuentum
5 solùm de oleribus, & cetaris, † cùm antecedentia à subsequentibus restringantur, & declarentur per text. *in l. si Iul. §. interdum, & §. proinde, ff. ad Macedon.* Rota *in rec. dec. 39. num. 3. in fine par. 4. & dec. 120. num. 14. par. 7. & 587. nu. 12. par. 4. tom. 3.*

Nec dubitari potest, quod populi, & vites non olerum, siue herbatum, sed arborum appellationem contineantur,
6 vt de populis † esse arborem grandem, & cerro similem, tradunt Calepin. Pacif. de Saluian. *inspect. 2. cap. 2. num. 193.* & Ciarlio. *controu. forens. cap. 51. nu. 14. & 58.* & de vitibus
7 propter eorum fructum † specialiter est, *tex. in l. 1. §. arbores, ff. de arbor. cedend. l. sciendum, & l. vitem 3. ff. de arbor. fruct.* Cæsar. Cepoll. *de seruit. vrban. præd. cap. 81. num. 13.* Afflict. *super const. Regn. de offic. instit. Prouinc. rub. 42. sub num. 15. vers. sed quæro,* Costa *de rat. rata qu. 46. num. 10,* Amat. *decis. March. 964.*

Hinc non obstat, quod melioramenta, quæ fiunt in plantandis vitibus, & arboribus perpetuò in fundo duraturis de iure spectent ad illum, qui plantauit, quoniam in præsenti stan. pacto, quod in refectione olerum, cinarium, & stercoris non comprehenderentur rosæ, & fructus cen-
8 sentur recessum à dispositione iuris, & melioramenta prædicta ex tali conuentione Marchioni fuisse acquisita, vt respectiuè probant Natt. *cons. 388. nu. 11.* Rimin. iuo. *cons. 92. num. 2. lib. 1.* Surd. *cons. 471. num. 20.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. qu. 13. num. 13. num. 2.* Grat. *discept. forens. cap. 810. num. 5. & 934. num. 13.* Valasch. *de iur. emphyt. qu. 15. nu. 18.* Rota *dec. 473. num. 1. par. 2. rec.*

Et tamen hic non versamur in vitibus, & arboribus perpetuò in fundo duraturis, sed in plantationibus populorum, & vitium factis in prædio locato ad vsum horti, quæ non
9 erant oee vtiles, nec necessariæ, sed factæ sunt à conductore, vt ex illis vberiores fructus durante locatione perciperet, & propterea tanquam non perpetuæ, nec duraturæ, de iure non reficiuntur, Rip. *in l. vbi purè, §. quod in distrahendis num. 4. ff. ad Trebell.* Contard. *in l. vnic. qu. 24. num. 27. C. de moment. possess.* Pacif. de Sal. *inspect. 2. cap. 2. num. 182.* Rota *decis. 393. num. 6. par. 1. diuers. & dec. 312. eodem num. par. 2.* & in ijsdem terminis *in Mediolanen. bonorum 19. Ianuarij 1650. coram bo. me. Arguelles.*

Imò quatenus ex pacto fuisset locus illorum refectioni non erant æstimandæ iuxta statum præsentem, sed erant
10 reficiendæ expensę tantummodò, † quę fuerant factæ in earum plantatione, vt notat Abb. *in c. 1. nu. 4. de re iudic.* Barb. *in l. diuortio, §. fin. nu. 9. ff. solut. matrim.* Vinc. de Franch. *dec. 38. num. 5.* cum innumeris, qui possent adduci, & in hanc opinionem inclinauit Rota *in Æsina fideicommissi coram Pauia*, penes Pacificum de Saluian. *decis. 81. numer. 2.*

Et in omnem casum probato statu antiquo eiusdem horti non erat reficiendũ, quod fuit expensum, sed solùm id quòd fuit melioratũ, & id quod minus est, † adeò quod si plus fue- 11
rit impensum, & minùs melioratum refici debeat, quod melioratum est, si vero fuerit plus melioratum, quàm impẽsum, soluendum sit, quod fuit impensum, Felin. *in d. cap. cum ea num. 28. de re iudic.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 7. gloss. 1. vers. 8.* Rota *rec. decis. 898. & 1051. nu. 1.* coram Seraphin. *dec. 206. num. 1. & seq. par. 4. 306. num. 4. par. 4. tom. 2. 399. in fin. par. 5. rec.* Roman. *fideicommissi de Spiritibus 12. Decembris 1644. & in Rom. melioram. 16. Iunij 1652. coram bo. me. Bichio.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. BEVILAQVA.

Ferratieñ. Decimarum.

Veneris 8. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Priuilegium exemptiuum Decimarum conceptum per verba, & clausulas prægnantes comprehendit omnes decimas cum derogatione *cap. nuper de decimis*, si meminit conciliorum generalium.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones*, quocunque, & quibuscunque *sunt vniuersales.*

2 *Decretum irritans adimit parti facultatem illud impugnandi, & iudicialiter iudicandi.*

3 Cap. nuper de decimis, *an censeatur derogatum per clausulas generales.*

4 Cap. nuper de decimis, *specificè est derogandum, quod declara, vt num. 5.*

6 *Priuilegium eximens à solutione decimarum intelligitur de diuinis.*

7 *Decimæ spirituales, quæ dicantur, & nu. 8.*

9 *Priuilegium exemptiuum à Decimis, an sit reale, vel personale, & num. 10.*

11 *Declarantur Decisiones de hac materia loquentes.*

DECISIO CCCXXXIV.

EVgenius IV. volens Congregationem Cassinensem Ordinis S. Benedicti à solutione decimarum, aliorumque onerum eximere, Priuilegium exemptionis, quod etiam refert Ferret. *in cons. 123. num. 5. lib. 1.* per hæc verba concessit. *Insuper volumus, & decernimus Monasteria, Prioratus, loca manualia, Grangias, Possessiones, & bona quæ in præsenti sunt ipsius, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & personas prædictas, ab omni impositione, exactione, collecta, decima, subsidio, aut alio quocumque grauamine, quouis nomine censeatur per nos, aut successores nostros facienda, seu imponenda, &c. necnon à Charitatiui, & alterius cuiuscumque subsidij, & impositionis Collecta, vel alterius cuiuscumque exactionis, & oneris realis, personalis, vel mixti solutione de cætero prorsus exemptos, liberos, & immunes fore, itaut cogi, vel inquietari minimè possint, &c. Cæterum de quibuscumque possessionibus vbilibet constitutis, quæ in præsenti sunt, vel in futurum erunt Monasteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum quæ prædicti Prælati, Monachi colunt, seu coli faciunt, &c. nullus ab ipsis, vel ab alijs pro eis primitias, decimas, quartaria, aut alio quocumque nomine censeantur exigere, vel extorquere præsumant, nec illas aliquibus soluere teneantur; siue ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli possint iuxta generalis Concilij, & quibuscumque alijs Apostolicis, vel Prouincialibus, aut synodalibus constitutionibus nequaquam obstan. decernentes ex nunc irritos, & inanes quoscumque Processus, & sententias, &c. non obstantibus in Constantinien. & alijs Concilijs à fel. me. Innocentio IV. & Martino V. necnon alijs summis Pontificibus prædecessoribus nostris editis constitutionibus, & si de illis specialis, & expressa mentio, ac de verbo ad verbum præsentibus haben. esset.*

Cùm autem hoc Priuilegio non obstante fratres de Beccarijs prætenderent exigere decimas de certis bonis sitis in villa Stientæ ad Monasterium S. Benedicti Fertariæ spectan.,

ac in possessione illas percipiendi existere, causa in gradu Appellationis à sententia per A. C. super exemptione promulgata ad Rotam deuoluta, & re ad examen deducta; de eiusdem Monasterij bono iure constare decisum hodiè fuit; cuius resolutionis effectus eò tendit, vt indultum exemptionis ei suffragetur. Et meritò quia ex contextu verborum apparet Papam amplissimè liberasse Congregationem à quibuscumque decimis Prædialibus, & personalibus, ordinarijs, & extraordinarijs pro bonis de eo tempore acquisitis, & in futurum acquirendis sub quocumque nomine exigi velint iuxta naturam dictionum quocumque,
1 & quibuscumque quibus vtitur, † sunt enim vniuersales, & quodammodò effrenatæ, vt nullo obiice contineantur quominus omnia comprehendant, *l. qui autem 14. §. fin. ff. de const. pec. c. solita in 6. in fin. de maior. & obed.* Dec. *cons.* 529. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *dec.* 93. *num.* 1. *post* 2. *vol. cons.* Farinacc. *& in recent. dec.* 36. *num.* 4. *&* 5. *par.* 5. *& in term. similis indulti cum dictione quibuscumque concepti.* Rol. *decis.* 193. *num.* 2. *par.* 7. *& decis.* 30. *num.* 4. *&* 5. *par.* 8. Præsertim quia
2 est munitum clausula Decreti irritantis, † quæ adimit partibus facultatem illud impugnandi, & Iudicibus manus ligat, & os claudit, nec aliter quam isto fauorabili modo interpretetur, *c. si eo tempore 45. de elect. in 6.* Bart. *in l. fin. C. de Canon. frum. verb.* Rom. *lib.* 11. Rota coram Caualer. *decis.* 430. *num.* 3. apud Posth. *de manut. dec.* 217. *num.* 57. *& in rec. dec.* 173. *nu.* 21. *par.* 4.

Nec videtur ambigendum quin dictum Priuilegium contineat derogationem dispositionis Concilij *c. nuper 34. de Decimis*, quamuis explicitè ibi non legatur; quia cùm in illius dispositiua sit facta expressa mentio Generalis Concilij addita clausula quibuscumque alijs Apostolicis, vel prouincialibus aut synodalibus Constitutionibus, & in fine vbi de generali derogatione loquitur adiecta sint verba non obstan. in Constantiensi, alijsque Concilijs, Constitutionibus, &
3 ordinationibus per Pontifices prædecessores editis; † vtique sub tali forma censetur sufficienter derogatum *d. cap. nuper continenti constitutionem Concilij Lateranen.* Dec. *cons.* 341. *num.* 10. *in princ.* Prob. ad Monachum *in c. cum in tua 4. num. 23. vers. & quod necessaria sit de Consuet. in 6.* Garz. *de Benef. par. 4. cap. 5. num. 37. & seq.* & in indiuiduo tenet Antonell. *de regim. Eccles. lib. 3. cap. 15. §. 3. num. 16.* Tambur. *de Iur. Abbat. tit. 1. disput. 15.* Rot. *in Conchen. exemptionis decimarum 17. May 1589. coram Orano* relat. per eund. Garz. *vbi supra num. 39. comprobata in recent. decis. 316. num. 11. par. 5.* Buratt. *decis.* 704. *num.* 2. & ibi adden. *nu.* 14.

Non obstat responsio, quod non suffragetur generica derogatio Concilij generalis, vel omnium Conciliorum gene-
4 ralium, † sed specificè, & nominatim debeat derogari Concilio, de quo in *d. c. nuper de decimis*, vt distinguit Archid. *in Rubr. de rescript. vers. vnde scias, & in c. 1. num. 2. vers. vel die planius de Constit. in 6.* Mohed. *dec. 7. nu. 2. de locat.* Rota apud bo. me. Coccin. *dec. 279. nu. 6. & in Taletana decimarum coram Eminentiss. D. Card. Otthobona inter alias impressas dec.* 185. *n.* 14. cum pluribus ibi alleg. Quoniam hi, & alij adducti loquuntur de Priuilegijs, & Casibus, in quibus fuit facta sola expressio Conciliorum synodalium, Prouincialium, & Constitutionum in eis editarum, sub
5 qua non excluditur Concil. Lateranen. † secus quando vt hic vltrà prædictorum expressionem in clausis derogatorijs adest in Priuilegijs etiam mentio Concilij generalis in hoc enim casu censetur specificè, & indiuidualiter derogatum non verè in generale, vt benè colligitur ex deductis *in d. Conchen. exemptionis decimarum coram Orano, & in annot.* ad Buratt. *in d. dec.* 704. *nu.* 14.

Neque ferendus est intellectus indulto datus, quod Papa ibi intellexerit concedere exemptionem à decimis extraordinarijs ab homine impositis, non autem de ordinarijs
6 diuino debitis, † cùm Priuilegium eximens à solutione decimarum intelligatur de illis, non de istis per dictum Bald. *in l. fistulas 78. §. frumenta in fin. addictionis, ff. de contrah. empt.* Pict. *dec. 65. lib. 3.* Caual. *dec. 747. num. 11.* bo. mem. Coccin. *in cit. dec. 279. num. 4.* Nam vbi tenor Priuilegij aliter suadet, & ex illo colligitur de intentione concedentis fuisse eximere ab omnibus; tunc trahitur, & comprehendit etiam extraordinarias, & in hoc casu nos versari patet, ex eo quod in *l. insuper* specificantur Decimæ, & collectæ cuiusuis naturæ, sint, & quocumque nomine nuncupentur in illis verbis, *ab omni exactione, collecta, decima, sub-*
7 *sidio, aut alio quocumque grauamine quouis nomine, &c.* † in *l. vere certum*, exprimuntur primitiæ, Decimæ, & quartaria, quæ iuris Diuini sunt, & à Deo institutæ pro sacerdotibus, & ministrantibus in Ecclesia, & sic dicuntur Decimæ spirituales, *c. decimas 16. qu. 7. c. non est 22. & c. tua nobis 29. de Decimis*, Rota coram bon. me. Merlin. *dec. 694.*
num. 15. † quæ pari passu procedunt cum primitijs, hæcque 8
vt illæ sunt de præcepto, *vt habetur in c. 22. Exod. & est tex. in c. reuertimini 65. 16. qua prima*, Sot. *de Iust. & iur. lib. 9. qu. 3. art. 4. vers. in contrarium*, Barbos. *de Off. Paroch. c. 27. num. 5. & 6.* Peregr. *dec. Patauin. 143. num. 3. & 4.* Rota coram Put. *dec. 169. per tot. lib. 3.*

Non subsistit, quod etiam opponitur huiusmodi exem-
ptionum indultum esse personale, † & restrictum ad solos 9
Monachos, & bona per eosdem colenda ad *tex. in cap. per exemptionem 9. de Priuil. in 6.* quia huic interpretationi omninò repugnant verba illius, quæ expressè referuntur; & amplectuntur nedum bona, quæ proprijs manibus, & sumptibus ijdem Monachi colunt, sed & cætera, quæ alijs colen-
da traduntur, ibi, † *Quæ prædicti Prælati Monachi colunt, seu* 10
coli faciunt, &c. ne igitur inane sit Priuilegium, & prædicta verba aliquid operentur dicendum est illud esse reale, vt prosit omnibus colentibus bona ad religionem pertinentia, *gl. in Clem. 1. verb. excolendas de decim.* vbi etiam Cardin. *qu. 22. & 23.* Soccin. *cons. 260. col. 1. lib. 2.* Menoch. *cons. 276. sub num. 21.* Abb. *cons. 9. num. 2. lib. 1.* Castropal. *de decim. disput. vnica par. 12. num. 14.* Suarez *de Relig. tit. 1. lib. 1. cap. 19. num. 14.* Fontanell. *dec. 307. num. 27.* Rot. *dec. 4. de Priuil. in Antiq. & dec. 23. num. 6. p. 2. diuers. & in Cartaginen. decimar. 10. Decembris 1578. coram Bubalo.*

Hinc clarè dignoscitur nullo pacto aduersari † decisiones 11
Pampilon. decimarum 26. Aprilis 1652. coram bo. me. Bichio, §. neque Ioannis, & in Calaguritana decimarum de Ocon 1. Iulij 1654. coram Illustriss. Domino meo Cerro Dec. §. vltimo. Quia locum sibi vendicant in casibus Priuilegiorum merè personalium, & ex quibus desumitur enixa voluntas Pontificis intendentis restringere exemptionem ad bona, quæ proprijs sumptibus, & laboribus excoluntur ab illis, ad quorum fauorem fuerunt concessa dicta Priuilegia, vt non obscurè colligitur ex *d. Pampilonen. decimarum coram bo. me. Bichio, & prius in Leodien. decimarum coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 215. num. 3. cum seq.*

R. P. D. PRIOLO.

Romana *Saluiani*.

Veneris 10. *Maij* 1658.

ARGVMENTVM.

De contractu Filijfamilias publicè tanquam Pater familias reputati, quod non ex substantia patris, sed ex peculio propria industria acquisito ille censeatur factus in præsenti decisione firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dicitur probatio certa, & concludens, ac tollit omnem iuris præsumptionem.*

2 *Confessio æquè præiudicat confitenti, ac habentibus ab eo causam.*

3 *Confessio etiam inter patrem, & filium si est adminiculata, & verisimilis plenè probat.*

4 *Filius si industriosus probatur, bona quæ emit, non ex patris, sed ex propria substantia dicitur comparasse.*

5 *Filius acquirens si aliundè apparet acquirere potuisse, cessat præsumptio, quod ex patris substantia acquisiuerit.*

6 *Persona ab auctore alicuius approbata ab eo impugnari non potest.*

7 *Emancipatio, & liberatio à potestate paterna, decennio præsumitur, & quando.*

Contractum filij familias ad sustinendum, quando inducatur emancipationis præsumptio, num. 7. in antecedd. & seqq.

8 *Filius familias publicè se gerens tamquam sui iuris, quanto tempore se constituat in quasi possessione libertatis, & antecedenti.*

9 *Actia*

9 *Actio non datur inter patrem, & filium durante patria potestate.*
10 *Præcedentia ex subsequentibus præsumuntur, & arguuntur.*
11 *Consensus patris in venditione à filio nomine proprio facta, non arguit dominium ad patrem spectare.*
12 *Contractus filiorum familias, quales à Statuto, & iure communi improbentur.*

DECISIO CCCXXXV.

Recessit hodie Rota *à decisione edita coram bo. me. Coccino die* 21. *Iunij* 1630. insistendo ea defectu hypothecæ, quæ est vnum ex extremis in Iudicio Saluiani requisitis sententiam A. C. concedentem Immissionem Alexandro Boncompagno super Domo controuersa aduersus bo. mem. Olympiam seniorem Aldobrandinam illius posseditricem.

Quoniam ex nunc deductis sublatum fuit obiectum, quod prædicta domus præsumatur paterna, & ex pecunijs Patris acquisita, siquidem ex Instrumento Census impositi ab Ouidio super eadem domo anno 1615. fauore Torquati Marescotti iustificatum fuit domum fuisse emptam, & fabricatam de proprijs pecunijs Ouidij, & ad ipsum spectare pleno Iure, cui Instrumento Christophorus Pater, & Ioseph frater eiusdem accesserunt eandem assertionem approbarunt reportata ab Ouidio obligatione eorum indemnitatis, vnde
1 confessio huiusmodi tanquam probatio certa, † & concludens penitus infringit, ac tollit omnem iuris præsumptionem, *l. final. in princ. ff. quod met. caus. l. cum de Indebito, ff. de probat.* Dec. *cons.* 400. *num.* 8. Paris. *cons.* 29. *num.* 76. *lib.* 6. Surd. *cons.* 8. *nu.* 19. *&* 423. *nu.* 12. & sicuti ipsis Confi-
2 tentibus noceret, † ita etiam nocet, & præiudicat Excellentissimæ Dominæ Principissæ Rossani ab eis causam habenti, *l. cum à matre, Cod. de rei vindicat.* Rota *diuers. dec.* 776. *num.* 2. *par.* 1. *& in rec. dec.* 602. *num.* 2. *in fin. par. & dec.* 184. *nu.* 9. *&* 283. *num.* 17. *par.* 6. *& dec.* 327. *nu.* 5. *par.* 8. & apud fa. me. Gregor. *dec.* 172. *nu.* 1.

Et licet confessio emissa inter Patrem, & filium consistere nequeat ob suspicionem prohibitæ donationis, quam lex inter ipsos præsumit. Tamen cùm in præsenti simplex, & nuda non sit, sed fulciatur adminiculis, & probationibus, quod Ouidius aliundè, quam ex substantia Patris multa
3 acquisiuerit, † tanquam verisimilis plenè probat Salic. *in l. si mater, C. de contr. empt. & in l. cum propria in fin. C. si quis alter, vel sibi,* Tiraquell. *in l. si vnquam verbo donatione largitus nu.* 100. *C. de reuocand. donat.* Angel. *cons.* 341. *col.* 1. *in fin. vers. sufficeret autem,* Ruin. *cons.* 69. *n.* 2. *vers. sed præmissis lib.* 5. Socc. sen. *cons.* 61. *num.* 3. *lib.* 4. Alex. *cons.* 18. *num.* 4. *lib.* 3. Roland. *cons.* 90. *num.* 13. *& seqq. lib.* 2. Aldouin. *inter Consil.* Pereg. *cons.* 97. *nu.* 100. *lib.* 4. Dec. *cons.* 96. *num.* 3. *vers. sic etiam de Confessione Patris,* Panzirol. *cons.* 3. *num.* 9.

Probationes, & adminicula sunt, quod Ouidius ante acquisitionem domus anno 1591. vsque ad obitum exercuit artem agrariam nomine proprio publicè emendo, contrahendo, & negociando, vt ex pluribus Instrumentis nouiter exhibitis, ex quibus etiam constat, quod Pater familias, & sui Iuris palam reputabatur conducendo tenutas, & Casalia Agri Romani absque consensu Patris, & de illorum fructibus vti Dominus liberè disponendo. Hinc sanè desumitur, quod tamquam industrius, & promptus ad lucra non ex substantia paterna, sed ex lucro negociationis prædictam domum acquisiuerit vnà cum alijs duabus domibus emptis de anno 1609. & 1610. adiacentibus, & incorpora-
4 tis cum eadem Domo, † vt limitando contrariam Iuris præsumptionem distinguit gloss. 2. *in l. cum oportet verb. ex eius substantia,* & ibi Bald. *num.* 11. *& cons.* 259. *in fin. lib.* 5. Crauett. *cons.* 65. *num.* 8. *in fin.* Roland. *d. cons.* 90. *num.* 12. *& seqq. lib.* 2. Bertazzol. *cons. crimi.* 119. *nu.* 10. Becc. *cons.* 119. *num.* 9. *lib.* 1. Surd. *cons.* 105. *num.* 7. Bart. *cons.* 46. *num.* 2. *& seqq. & per tot.* Menoch. *de Arbitr. cons.* 126. *nu.* 3. *vers. secundus est casus,* Paschal. *de virib. patr. potest. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 24. *in fine,* Cyriac. *contr. for.* 195. *num.* 15. Merlin. *de legit. lib.* 2. *num.* 1. *quæst.* 12. *num.* 11. cum alijs adductis per Rota *in rec. decis.* 226. *num.* 7. *par.* 5. Præsumptio enim, quod bona filij præsumantur ex pecunia patris ac-
5 quisita † procedit, quando non apparet filium aliundè acquirere ea potuisse, secus si ex industria lucrari potuerit, Rota *dec.* 294. *num.* 12. *in fin. &* 406. *nu.* 7. coram Merlino.

Eoque magis cùm ipsamet Olympia eidem tanquam proprij Iuris, & publico mercatori locauerit ad nouennium Casale Vallis Caiæ, & emerit domum ab illo vti domino illius, cum promiserit ex pretio extinguere census super ea impositos, & soluere debita ab eo contracta absque consensu Patris, prout effectiuè soluit, & extinxit. Alias enim si census fuissent impositi super domo paterna, & debita contracta à filio familias ex rationibus, quibus impugnatur iste contractus non promisisset soluere, nec extinguere. Adeò quod hodiè talis negari non potest, † qualis fuit persona 6
illius ab Auctore Dominæ Principissæ approbata, adnotata per Alex. & Castr. *in l. licet, C. de Procurat.* Gozad. *cons.* 3. *num.* 9. Modero. Lucens. *cons.* 45. *num.* 45. Surd. *dec.* 104. *num.* 7. *& seqq. &* 108. *nu.* 12. *&* 13. Rota *in recent. dec.* 78. *num.* 10. *par.* 7. & coram Gregor. *dec.* 227. *nu.* 13.

Imò hinc resultat præsumptio emancipationis, ac liberta-
tis à patria potestate, quæ ex lapso decennij inducitur, vbi 7
non allegatur contra Patrem, sed alios ad sustinendum contractum filij ex Theorica Bald. *in l.* 2. *num.* 5. *in fin. C. si aduersus rem iudicat.* Cæphal. *cons.* 397. *num.* 59. *lib.* 3. *& cons.* 687. *num.* 21. *& seqq. lib.* 50. Morat. *cons.* 52. *nu.* 25. Riminald. sen. *cons.* 108. *numer.* 23. Aldouin. *cons.* 2. *num.* 29. Dec. *in l. emancipati num.* 4. ibique Cagnol. *num.* 82. Riminald. iun. 122. *C. de Collat.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de emancipat. resol.* 1. *num.* 4. *vers. in* 3. *casu.* Et eo faciliùs præsumitur vbi concurrit multiplicitas actuum, quibus filius tanquam Pater familias publicè, † & palam se gessit, 8
quo casu minori temporis spatio constituitur, in quasi possessione libertatis, & existentiæ sui Iuris, Cagnol. *in d. l. emancipati num.* 83. Menoch. *præsumpt.* 55. *num.* 28. *& seq. lib.* 6. Vesill. ad Afflict. *dec.* 183. *num.* 8. *vers. sed si allegatur,* Franch. *dec.* 10. *num.* 4.

Et redditur manifesta præsumptio, dum Christophorus ratificando Instrumentum supranominati census de Marescottis expressè ab Ouidio veluti ab extraneo releuationem indemnitatis stipulatus est, & vlterius dictum Instrumentum ratificationis in domo propria Ouidij stipulatum fuit (ibi) *Actum in domo Ouidij.* Alioquin si non fuisset emancipatus, & à Fratre pro tali habitus, inutilis fuisset dicta stipulatio, cùm durante patria potestate † nulla actio, & 9
obligatio inter Patrem, & filium consistere possit, *l. frater à fratre,* ibique Bart. *num.* 22. *& alij ff. de condit. indebit.* Paschal. *de Virib. patr. potest. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. *& seqq.* Rota *rec. decis.* 227. *num.* 1. *par.* 1. *& in Romana societatis Officij* 10. *Aprilis* 1641. *coram bo. mem. Peutingero impressa* post Zacch. *de oblig. Camer. decis.* 185. *num.* 5.

Non obstat, quod actus huiusmodi gesti sint ab Ouidio longè post annum 1595. de quo tempore fuit empta domus ab Ouidio, quia cessat obiectum, dum hodiè constat, quod Ouidius cœpit negociari ab anno 1591. & quod ab inde citra, continuauerit. Vndè intrat præsumptio, quod sicuti post acquisitionem domus fuit industrius, & diligens, in acquirendo, ita pariter quod pecuniam, seù pretium ex industria, vel diligentia paulatim ante, ac de tempore illius acquisitionis comparauerit, cùm ex † subsequentibus 10
ad statum præcedentem præsumatur, vt in his terminis ratiocinatur Abb. *cons.* 36. *nu.* 2. *vers.* 2. *quia,* Becc. *cons.* 113. *num.* 10. *vers.* 1. *Coniectura, & num.* 11.

Nec releuat, quod Christophorus ratificando venditionem ab Ouidio facta Olympiæ videatur ipsa habuisse domum à ratificante. Quia cùm Ouidius vendiderit nomine proprio consensus Christophori censetur adhibitus ad cautelam pro maiori securitate Emptricis prout quoque sonant verba Instrumenti, † non autem efficit, quod dominium 11
domus dicatur ad Christophorum pertinuisse, vt probat Text. *in l. Testamentum, C. de Testam.* Rota *in recent. decis.* 212. *num.* 12. *par.* 6. *dec.* 307. *nu.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *&* 715. *num.* 6. *& seq. par.* 4. *tom.* 3. & in his terminis coram Caual. *decis.* 100. *num.* 7. *vers. nec visum fuit, & decis.* 125. *num.* 7. *par.* 7. *rec.*

Hinc non refert, quod ex dispositione Statutorum Vrbis, & Iuris communis irritentur contractus, & obligationes filiorum familias absque interuentu Patris. Nam hi solùm tali exceptione repelluntur, quia filijs familia existentibus sub patria potestate inscio Patre contrahuntur, † non 12
autem illi, ad quorum fauorem filij familias sui Iuris effecti, & publicè exercentes negociationem tanquam Pater familias obligantur, *vt ex eodem Statuto cap.* 152. *in fin. & ex l.* 3. *ff. ad Senat. Consult. Macedon.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6.

lib.6. præsumpt. 15. num. 3. Becc. *conf. 113. num. 29.* Rota *dec. 527. num. 3. & seqq. par. 1. rec. & in Romana Societatis Officij 27. Ian. 1653. coram R. P. D. meo Albergato.*
Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. BEVILAQVA.

Vercellen. seu Casalen. Bonorum.

Veneris 10. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Ad bonorum Emphyteuticorum deuolutionem agens, plenè, & concludenter tenetur probare dominium, itaut nisi de eo apertè constet, pars succumbet. Et multa deducuntur circa illam decanatam iuris conclusionem, quod contractus potius censendus, quod sit censualis, quàm Emphyteuticus.

SVMMARIVM.

1 *Ad deuolutionem rei emphyteusis si agatur, probationes debent esse valdè plenæ, & concludentes.*
2 *ad Deuolutionis effectum, non sunt sufficientes instrumenta concessionum.*
3 *Probatio non dicitur plena, & concludenter, quando verba instrumenti loquuntur ambiguè.*
4 *Dictiones*, eatenus, & quatenus, *important conditionem.*
5 *Dictiones*, eatenus, & quatenus, *modificant dispositionem.*
6 *Assertiones ad fauorem asserentium, nullatenus probant.*
7 *Et multo magis si agatur ad effectum probationis deuolutionis, & num. 8.*
9 *Probatio, quæ per alias probationes validiores fuit elisa, non releuat.*
10 *de Præterito ad tempus præsens non benè arguitur.*
11 *Enunciatiua in literis Papæ emanata ad supplicationem partis, non probant.*
Tamquam emanata ab eis, qui habent interesse in causa, num. 11.
12 *Instrumenta concessionis adminiculantur ex coniecturis ad effectum probationis deuolutionis.*
13 *Probatio illa non est admittenda, quæ nullatenus suffragatur ad victoriam causæ.*
14 *Bona concessa alicui, semper præsumuntur remanere in sua primæua natura, & esse.*
15 *Lis, quando fuit extincta, & terminata per transactionem, tunc amplius non attenditur:*
16 *Lis aliqua, quando fuit iam extincta per transactionem, tunc nefas est.*
17 *Contractus in dubio potiùs præsumitur censualis, quàm emphyteuticus.*
18 *Et hoc multò magis si adsint plura adminicula, id suadentia.*
19 *Contractus in dubio præsumitur censualis, donec contrarium probetur.*
20 *Responsiones, quæ soluuntur pro concessione bonorum, solent correspondere fructibus, & quando.*
21 *in Emphyteusi pro responsione Canonis, soluitur quid minimum.*
22 *Bona in Emphyteusim, quando conceduntur solet reseruari consensus Proprietarij, in eorum alienatione.*
23 *in Emphyteutico contractu solet vtile dominium transferri in emphyteutum.*
24 *Dominium directum rei emphyteuticæ semper remanet penes Proprietarium.*
25 *Contractus talis est censendus, qualem verba instrumenti denotant.*
26 *Contractus an sit emphyteuticus, vel censualis, ad id assequendum, multum iuuat obseruantia.*
27 *in Bonis emphyteuticis, an soleant succedere hæredes extranei.*
28 *Obseruantia multum iuuat ad probationem contractum potius esse censualem, quàm emphyteuticum.*
29 *Contractus, quando à concedente fuit nominatus emphyteuticus, & id semel atque iterum tunc non videtur dubitandum de eiusdem natura.*
30 *Contractum esse emphyteuticum, quando ex denominatione ipsius possit constare.*
31 *Concedunt bona in Emphyteusim, & in Censum, ex illis verbis in Censum, præsumitur recessum ab Emphyteusi.*
32 Decis. Seraphin. 313. num. 3. & Buratt. 334. *& aliæ in quibus terminis loquatur.*
33 *Coniectura, quando hinc inde validè, & concludentes adducuntur validiores elidunt debiliores.*
34 *Probationes validiores elidunt tenuiores.*
35 *Probationes contrariæ ad mutuum conquassantur.*
36 *Emphyteutica bona ex capite alienationis irrequisito Domino, ob non solutionem Canonum, &c. deuoluuntur.*
37 *Contractus censualis, ex quibus causis non cadat in commissum, & nu. 38.*
39 *in Emphyteutico contractu habet tantum locum textus in cap. 4. de locat. & conduct.*
40 *Emphyteutica bona, quando alienantur, dicitur translatum in ipsum alienantem dominium.*
41 *in Censuali contractu æquiparantur illa duo, vt quis à iure suo cadat minimè, tam in non soluendo, quàm in alienando.*
42 *à Caducitate, vt quis excusetur sufficit qualibet causa, etiam minus iusta.*
43 *Oblatio iudicialis soluendi totum id, in quo factis calculis apparebit remanere debitorem.*
44 *Ista oblatio ad effectum euitandi caducitatem habet vim solutionis.*

DECISIO CCCXXXVI.

SIxtus fel. rec. Papa V. ad dirimendam litem ortam inter Cardinalem Sancti Eustachij prætendentem Villas Salettæ, & Planchettæ, & nonnulla bona circumcirca, & prope illas posita esse membra Monasterij S. Andreæ Vercellen. seque ea concessione Apostolica donec viueret vsumfructum habere, & Marchionem Montisferrati, easdemque vti proprias, & liberas possidentem auocando causam in Iudicio iam deductam motu proprio declarauit per hæc verba; Villas Salettæ, Blanchettæ, & circumcirca illis consistentia Prædia, Prata, Pascua, nemora &c. imposterum teneri, & possideri debere perpetuum Marchionem, eiusque filios vtriusque sexus descendentes, & successores quoscumque perpetuis futuris temporibus, prout hactenus possessa fuerunt, ipsosque Marchionem hæredes, & successores quoscumque non posse, nec debere super ijs in posterum molestari à præfato Cardinali, Conuentu, & Monasterio. Illaque omnia eatenus, quatenus in totum, vel in aliqua parte ad Monasterium præfatum pertineant cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eisdem Marchioni pro se, hæredibus, & successoribus suis prædictis in Emphyteusim perpetuam pro annuo censu florenorum centum auri de Camera Cardinali durante vsufructu, & demum Monasterio prædicto annis singulis in festo S. Andreæ persoluendum d. auctoritate concedimus, & assignamus, dictumque Marchionem filiosque hæredes, & successores eiusdem prædictos motu, & scientia similibus, quatenus expediat, vel opus sit, & pro maiori voluntatis nostræ declaratione, & robore per præsentes perpetuis duraturis temporibus inuestimus &c.

Anno 1643. cùm ob militum incursionem Punzoni, tunc dictarum Villarum Domini coacti fuissent à Census solutione cessare, & tandem illas Marchioni Mossio vendere contra eumdem modernus Abbas, & Canonici instabant pro mandato de associando ad Villas prædictas, & Castrum Turrionis vti deuolutas ex capite alienationis ipsis irrequisitis factæ, ac non solutionis Laudemij, & Canonis, super qua deuolutione dato dubio de ea non constare decisum hodie fuit. Quia vbi quis ad illam agit per plenas, & concludentes probationes † de suo dominio docere tenetur, *l. officium 9. & l. fin. ff. de rei vendicat.* Bald. *in l. cum res 12. nu. 14. C. de probat.* Marescott. *var. resol. cap. 85. nu. 5. lib. 1.* & ita semper tenuit Rota vt apud Martin. Andr. *dec. 63. n. 1.* Duran. *dec. 431. nu. 8.* & coram Card. Seraph. *dec. 145.* Caual. *dec. 296. num. 2.* Millin. *dec. 11. nu. 8.* & Otthob. *dec. 13. nu. 1. & in rec. dec. 281. nu. 1. par. 4. tom. 2. & in Mediolanen. prætensæ deuolutionis 1. Iulij 1655. coram R. P. D. meo Meltio in principio.* 1

Huius-

Huiusmodi autem non est probatio, quæ hic affereba-
2 tur pro parte Abbatis, † & Canonicorum, siquidem litte-
ræ concessionis Sixti Pontificis anno 1481. emanatæ, qui-
bus primo ipsi nituntur nedum dominij probationem non
concludunt; imò potiùs excludunt cùm Papa non vtatur
3 † verbis illud denotantibus, sed loquatur per verba condi-
tionalia, ibi, *Illaque eatenus, quatenus in totum, vel in
parte Monasterium prædictum pertineant &c.* dictiones
4 enim, † *eatenus, quatenus*, Important conditionem, vt
est text. *in l. Stichum qui meus 6. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. 1.
num. 20. ff. de cond. & demonstr.* Surd. *cons.* 186. *num.* 10.
Hond. *cons.* 68. *num.* 11. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.*
854. *num.* 40. & 49. Rota *decis.* 381. *num.* 1. *par.* 1. *div.* &
decis. 12. *num.* 37. *par.* 6. *recent.* Et modificant concessio-
5 nem, † incertitudinemque dominij Monasterij super om-
nibus, vel parte dictorum bonorum adeò ostendunt, vt
nisi certificetur illa esse sua nullum Ius dicatur interim ha-
bere, *ad notata in l. miles 6. ff. de sad. l. cum de in-
certo ff. de acqur. possess. l. si fur.* 32. *§. vlt. ff. de vsucap.* Bart.
in l. si sic 78. *§. si mihi num.* 4. & ibi Bald. *ante fin. ff. de le-
gat.* 1. Dec. *cons.* 385. *num.* 2. Beto. *cons.* 140. *num.* 17. *lib.*
2. Surd. *cons.* 186. *num.* 14. *cum seq.* Rota *dec.* 296. *num.* 4.
par. 1. *rec.*

Quatenus verò probationem dominij deducere inten-
dunt ex Instrumentis venditionis prædictorum bonorum à
Fratribus Ordinis Humiliatorum factæ probationis Sancti
Andreæ de anno 1272. & possessionis per eumdem successi-
nè adeptæ, nec non ex confirmatione dictæ venditionis in
Capitulo generali venditorum sequutæ sententia arbitra-
mentali, alijsque iuribus relatis *in Summ.* Abbatis, & Ca-
nonicorum *à num. 7. vsque ad* 53. & ex his neque etiam iu-
stificari videbatur, quia vltra quod excepto primo vendi-
6 tionis Instrumento cætera pro maiori parte † continent sim-
plices ipsorum assertiones, quæ ad eorum fauorem non
probant, *l. nonnullis* 14. *C. de probat. l. ex his verbis* 7. *C. de
testam.* Ludou. Bellus *cons.* 87. *num.* 7. Rota *decis.* 989. *nu.*
3. *par.* 2. *rec.* & apud bon. mem. Buratt. *decis.* 136. *num.* 2.
7 & 10. Et multò minus dominium † ad effectum inducendæ
deuolutionis, Bart. *in l. quidam in suo 27. de condit. Inst.* Ro-
ta *decis.* 606. *num.* 3. *par.* 1. & *dec.* 93. *num.* 2. *par.* 7. *recent.*
Placuit responsio, quod vel tempore concessionis multo
post subsequutæ fuerunt coram Pontifice exhibita, vt præ-
8 sumitur attento, quod in motu proprio asserit † super hu-
iusmodi re fuisse coram ipso rationes hinc inde plenè, &
sæpius deductas, & tamen his non obstantibus professus fuit
ad consulendum quieti, & commoditati Monasterij, ac
publicæ vtilitati Villas, & bona Marchioni concessisse, do-
minio ad fauorem dicti Monasterij minimè reseruato, ex
quo satis declarasse videtur illud ei non competere, iuraque
præfata elisa remansisse contrarijs iustificationibus à Mar-
9 chione deductis, † cùm aliàs tam graue præiudicium Mo-
nasterio non intulisset, ad text. cum ibi notatis *in cap. quam-
uis* 10. *de rescript. in* 6. Menochius *cons.* 36. *num.* 65. Rota
decis. 119. *num.* 7. *par.* 5. *recent.* Aut verò ostensa non fue-
runt, & tali casu dicendum est ipsosmet Agentes pro Mo-
nasterio illorum irrelevantiam agnouisse, ideò non curasse
exhibere; Esto enim quod propriùs constaret de Monaste-
rij dominio non inde ididem affirmari potest de tempore in-
10 uestituræ, quia ex dominio de præterito ad hodiernum † in-
ferri non potest in præiudicium tertij, qui medio tempore
potuit ius acquirere, &c. *l. in rem actio* 34. *ff. de rei indic.
l. 1. q. de alienat. Iud. mutan. causa fac.* Corn. *cons.* 24. *num.*
6. *cum seq. lib.* 4. Rota *decis.* 55. *num.* 5. penes Pacif. de Salu.
interd.

Nec visum fuit fundamentum aliquod fieri posse in litte-
ris Alexandri VII. sub Dat. Romæ 10. kal. Aprilis 1594. su-
per reseruatione vsusfructus in fauorem Cardinalis S. Eu-
stachij, & in rescripto Imperatoris Caroli V. qui cognitio-
nem eiusdem causæ Cardinali Caracciolo tunc Mediolani
Gubernatori commisit, in quibus enunciatur hasce Villas,
& bona ad Abbatem S. Andreæ Vercellarum spectare, quan-
doquidem enunciatiuæ emanarunt ad supplicationem par-
11 tis; atque ideò tametsi † antiquæ non probant tanquam
proficiscentes ab habentibus interesse, Loffred. *cons.* 44. *n.* 6.
Rota apud Card. Seraph. *decis.* 1189. *num.* 3. coram fa. me.
Greg. XV. *decis.* 77. *num.* 8. Buratt. *decis.* 178. *num.* 54.

Non obstat, quod Instrumentum concessionis alijs ad-
12 miniculis suffultum † probet dominium concedentis etiam
ad effectum deuolutionis, iuxtà doctr. Bart. *in l. ad proba-
tionem num.* 1. *C. locat.* Buratt. *decis.* 602. *num.* 2. & 15.
Quia non admittitur huiusmodi probatio, vbi insufficiens
quotiescumque, vt hic † subesse potest suspicio, vel possi- 13
bilitas, quod bona in possessionem deuenerint aliunde,
quam mediante Ecclesia dominium prætendente, vt con-
ciliando alias decisiones dictum fuit *in Ariminen. bonorum
4. Febr. 1611. coram Marco Montio in recent. decis.* 290.
num. 6. *par.* 1. In præsenti verò præter superiùs deducta ex
verbis concessionis apparet Summum Pontificem mandas-
se, quod Villæ controuersæ teneri, & possideri deberent,
per Marchionem, & suos successores perpetuis futuris tem-
poribus, prout hactenus possessa fuerunt, nec posse, ne-
que debere super his in posterum molestari, ex quibus indu-
bitatè assequimur dictum Pontificem non intellexisse im-
mutare dominium, & alterare naturam bonorum, sed vo-
luisse, † quod illa semper debeant remanere in suo primo 14
esse, prout antea reperiebantur penes Marchionem, &
successores ad text. *in l. si pro fundo* 33. ibique Bart. *num.* 3.
C. de transact. Surd. *cons.* 418. *num.* 17. *cum seq.* Cardin.
Caual. *decis.* 374. *num.* 8. Cùmque fuerit extincta lis, &
terminatæ differentiæ omnes inter Monasterium, & Mar-
chionem super dominio subortæ mediante dicta concessio- 15
ne per viam transactionis nefas est eas denuò resuscitare
cum expulsione Marchionis sub prætextu deuolutionis,
† quæ ex alio prætendi non potest, quam ex directo domi- 16
nio per Instrumentum d. concessionis exclusio, *d. l. offi-
cium de rei vend.* Alex. *cons.* 10. *lib.* 4. Rota *decis.* 36. &
decis. 288. *vbique num.* 2. *par.* 7. *rec. aliqque in princ.
congest.*

Prætereà æstimarunt Domini concessionem, de qua agi-
tur non esse emphyteuticam, sed censualem, moti primo
ex iuris præsumptione † secundùm quam contractus po- 17
tiùs censetur censuarius, quam emphyteuticus, Alberic. de
Rosate *in l.* 2. *num.* 13. *C. de iur. emphyt.* Ruin. *cons.* 161.
num. 28. *lib.* 1. Hyppolit. de Marsil. *sing.* 95. *num.* 2. Rota
penes Card. Mant. *decis.* 134. *num.* 3. Caual. *decis.* 201.
num. 2. Buratt. *dec* 334. *num. fin.* & *dec.* 601. & 616. bo. me.
Merlino *decis.* 545. *num.* 1. & *in recent. decis.* 400. *num.* 7. &
decis. 606. *num.* 2. *par.* 1. Secundò ex onere Marchioni,
eiusque hæredibus, & successoribus ad inuestituram voca-
tis, iniuncto soluendi in perpetuum † annuos florenos cen- 18
tum auri de Camera Monasterio S. Andreæ, nec enim quan-
titas responsionis tanquam æquans fructus Villarum de tem-
pore concessionis, vt deprehenditur, ex quo altera illarum
nempè Saletta in d. Instrumento de anno 1272. stipulato di-
citur empta ab Abbate pro pretio librarum 625. monetæ
Papien. † via ascendentium ad scuta centum monetæ Ro- 19
manæ, & in dubio etiam præsumitur donec contrarium
probetur Ruin. *d. cons.* 161. *num.* 25. Rota *dec.* 54. *num.* 10.
par. 6. *recent.* præstat maximum argumentum ad decernen-
dam concessionem esse censualem, in qua certi iuris est,
quod regulariter † solutio solet correspondere fructibus, & 20
in emphyteusi † soluitur quid modicum in recognitionem 21
domini directi, non autem in fructuum compensationem,
vt distinguunt Bart. *in l. 1. num.* 4. & ibi etiam Bald. *in se-
cunda lectura num.* 27. *vers. quare C. de iur. emphyt.* Ruin.
d. cons. 161. *num.* 21 & 29. *in fin.* Rolan. à Vall. *cons.* 96.
num. 25. *lib.* 1. Neuizan. *cons.* 92. *num.* 12. & 45. *cum seq.*
Dec. *cons.* 164. *sub num.* 2. Franc. Aret. *cons.* 55. *num.* 5. alij-
que congesti per Rot. coram Buratt. *d. decis.* 334. *num.* 2. &
3. *dec.* 14. *num.* 24. & 25. *par.* 6. *rec.* Tertiò, quia non legitur
reseruatus consensus Abbatis vbi casus alienationis eueniret
† desuntque conuentiones, & pacta illius dominium præfe- 22
rentia, quod pariter demonstret concessionem fuisse habi-
tam pro censuaria, Dec. *d. cons.* 164. *num.* 2. Rota *in præ-
citatis decis.* 400. *num.* 8. *par.* 1. & *decis.* 101. *num.* 4. *coram
Buratt.*

Id quod non accidit † in contractu emphyteutico vbi vti- 23
le dominium transfertur in emphyteutam, *l. 1. §. qui in per-
petuum, & ibi scribentes ff. si agen. vectigal.* Beto. *cons.* 146.
num. 2. *lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 106.
num. 1. & 2. Caual. *dec.* 201. *num.* 3. Dominus verò rei
† in emphyteusim traditæ semper super ea aliquod ius, di- 24
uersumque dominium retinet, Imol. *in cap. ad audientiam* 9.
num. 4. *de reb. Eccles. non alien.* Dec. *eodem cons.* 164. *sub n.*
2. *vers. cum ergo*, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 3. *n.*
9. Rot. *decis.* 545. *num.* 6. bon. mem. Merlin. & *decis.* 14.
num. 31. *par.* 6. Quartò, quia in ipso concessionis Instrumen-
to disertis verbis † habetur solutionem florenorum centum 25
auri esse faciendam pro censu, non pro Canone, talis enim
debet iudicari contractus, quem verba demonstrant, & à
par-

partibus demonstratur, *l. qui fundum* 40. §. *fundi ff. de con-*
trah. empt. & in terminis dixerunt Soccin. sen. *cons.* 167. *n.*
6. *lib.* 2. Aretin. *d. cons.* 55. *in fin.* Rota *dec.* 400. *num.* 8. *par.*
1. *&* 14. *num.* 4. *& decis.* 188. *num.* 2. *par.* 6. *& dec.* 425. *n.* 2.
post Modern. Perus. *de cons. & alij cumulati in sæpè citata*
decis. 545. *num.* 7. *bon. mem. Merlin.* & denique concurrit
26 diuturna † obseruantia nedum in exactione semper facta à
Canonicis pro affictu liuello, & Censu perpetuò; vt ex-
pressè legitur in partitis librorum Monasterij, in quibus so-
lutiones adnotatæ sunt *Summ. Abbatis num.* 2. Verùm etiam
in alienationibus proprietatis ipsarum Villarum, & bono-
rum, in quibus extincta linea Marchionis Montis ferrati
27 successerunt Duces † Mantuæ hæredes extranei, & ab istis
Villa Salettæ, & Castrum Turrionis in Ponzonos districta,
& successiuè ad Marchionem deuenta *eodem Summ. num.* 3.
& 4. Laudemio non soluto, neque adhibito consensu Ca-
nonicorum, imò mediante d. Censuum receptione omnia
gesta approbantium. Per istam igitur obseruantiam tanti
28 temporis satis † dicitur declarata concessio pro censuaria,
& ab ipsis Canonicis exactionibus pro tali tanta, Gabr. *cons.*
76. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *nu.*
35. *&* 36. Menoch. *de præsumpt.* 11. *num.* 3. *lib.* 3. Manent.
cons. 108. *num.* 2. 35. *&* 37. *decis.* 2. *num.* 3. & in terminis
similium partitarum librorum, Rota *dec.* 606. *num. fin.*
par. 1. *rec.*

Non obstat expressio Emphyteusis semel, ac iterùm fa-
29 cta, nb † quam prętenditur de intentione Papæ fuisse con-
cedere bona in Emphyteusim non ad Censum, & liuellum
perpetuum, quoniam huiusmodi intellectus pugnat cum
alijs, & præcipuè correspondentia annuæ præstationis fruct.
bonorum supra animaduersis contrarium demonstrantibus,
30 hæcque † præualere debent nihil obstante, quod denomina-
tio cantet de Emphyteusi, sicuti notant Bald. *in rubr. n.* 12.
C. de iur. emphyt. Ruin. *in cit. cons.* 161. *num.* 27. *cum duob.*
seqq. Neuizan. *in d. cons.* 92. *num.* 2. Natt. *cons.* 3. *num.* 2.
Mantic. *de tacit. eod. lib.* 22. *& tit.* 3. *num.* 12. Dec. *d. consil.*
164. *num.* 3. Bero. *q.* 14. *num.* 3. *&* 4. Menoch. *d. præsumpt.*
106. *num.* 21. vbi quod si dictum fuit, concedo in Emphy-
31 teusim, vel in Censum ex illis verbis in censum dicitur re-
cessum ab illis in Emphyteusim, Seraph. *decis.* 313. *num.* 3.
Buratt. *d. decis.* 334. *sub num.* 10. *vers.* 3. *& seq. &*
in alia 545. Merlin. *num.* 6. *& par.* 6. *decis.* 14. *nu.*
11. *&* 12.

Ex quibus deprehenditur ad pręsentem facti speciem non
32 applicari decisiones, & authoritates † in oppositum addu-
ctę, quia procedunt, vbi adest explicita dominij directi re-
seruatio apud bona concedentem, & concurrunt per acta,
33 quę † magis inferunt Emphyteusim, quam Censum, vt
benè explicat Rota *in decis.* 611. *num.* 28. *&* 29. *par.* 4. *tom.*
3. *recent.* Vel vbi quoque iura pro Monasterio data cum ad-
miniculis ponderatis aliquam dominij probationem consti-
tuerent ad arguendum concessionem Emphyteuticam ad-
34 huc non sufficiunt † cum validiores sint probationes, &
coniecturę supra deductę suadentes esse Censuarium vnà
cum iuris pręsumptione, quę semper firma manet posito
35 circa veri pręiudicium, † quod probationes conquassarentur
ad inuicem, vt benè ad rem firmauit Rota *coram bon. mem.*
Merlin. dicta decis. 545. *num.* 15. *&* 16.

Hinc meritò conclusum fuit nullatenus factum esse lo-
36 cum deuolutioni ex capite alienationis † consensu Abbatis,
& Canonicorum non adhibito, & nb non solutionem Lau-
demij, & Census, quia istis de causis dum non versamur
in contractu Emphyteutico, sed censuali, bona ex natura
37 † contractus non incidunt in commissum propter transla-
tionem vtriusque dominij directi, & vtilis in Censuarium,
38 qui propterea à iure suo non cadit, † vt de non soluente
censum tempore debito, est text. cum glos. *in cap. constitutum*
6. *de Relig. dom.* Imol. *in dicto cap. ad audientiam de reb. Ec-*
cl. non alien. Soccin. sen. *cons.* 167. *num.* 6. *lib.* 2. Dec. *cons.*
164. *supra cit. sub num.* 1. *vers. sed tamen his, & num.* 2.
39 vbi quod Textus *in cap.* 4. *de locat. & conduct.* habet † dum-
taxat locum in contractu Emphyteutico, Mantic. *eodem*
lib. 22. *& tit.* 3. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 134. *n.* 2. Houded.
cons. 81. *num.* 4. *lib.* 2. Menoch. *d. præsumpt.* 106. *num.* 16.
Rota *dec.* 400. *num.* 7. *&* 15. *& dec.* 606. *in fin. par.* 1. *recent.*
& de eo qui distraxit bona irrequisito Domino, quia dicitur
translatum dominium in ipsum alienantem ratione illius, vt
40 Dominus † alienare potest, Dec. *vbi supra sub num.* 3. *vers.*
vltimo non obstat, dicens hæc duo æquiparari in contractu
41 censuali, vt quis à iure suo non † cadat tam in non soluen-
do, quàm in alienando Ruin. *cons.* 42. *num.* 8. *lib.* 5. Me-
noch. *cons.* 414. *num.* 15. *in fin. & seqq. & d. præsumpt.* 106.
num. 19. Hond. *eod. cons.* 81. *num.* 5. Rota *decis.* 425. *n.* 10.
in fin. penes Conc. de cons. nec Laudemium soluit Menoch.
ibidem num. 7. *&* 8. Mantic. *d. tit.* 3. *num.* 15. Rota *in*
allegatis decis. 400. *num.* 8. *par.* 1. *& decis.* 14. *num.* 46. *&*
47. *par.* 6.

Prędictaque facilius recipienda sunt quoad deuolutionem
Castri Turionis muris circumdati, & militibus custoditi, de
quo nulla fit mentio in motu proprio, nec vt asserebatur,
probatum fuit esse sub Villa Planchettæ comprehensum, &
proindè minus respectu illius iustificatur dominium, vt
† Marchio subiaceat caducitati, à qua vt excusetur quali- 42
bet, etiam minus iusta causa solet admitti ad text. *in l. igitur*
12. *ff. de liberal. caus.* Angel. *in l. plagis* 14. *C. ad l. Flamin.*
de plagis, Rota *dec.* 232. *num.* 2. *& decis.* 571. *num.* 4. *par.* 2.
dec. 281. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 293. *num. fin. par.* 6.
recent. Iuncto maximè iudiciali oblatione soluendi totum id,
in quo factis calculis, apparebit remanere debitorem, quæ
oblatio ad effectum euitandi caducitatis pęnam habet vim
solutionis, *l. si rem* 9. §. *vltimo ff. de pignor. action.* Bart. *in l.*
interdum 73. §. *fin. ff. de verb. oblig.* Soccin. sen. *cons.* 118.
num. 10. *lib.* 4. & Soccin. iun. *de communi cons.* 63. *n.* 19. *lib.*
2. Bero. *cons.* 196. *n.* 2. *lib.* 1. Surd. *cons.* 86. *n.* 27. *&* 28. Rota
coram Comitulo *decis.* 78. *num.* 10.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Separationis Thori.

Veneris 10. *Maij* 1658.

ARGVMENTVM.

Adulterij atrox crimen, cùm occultè soleat committi, ideò indicijs probatur, etiam ad obtinendam Thori separationem, & plura ex dictis indicijs deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Thori separationis fit locus ex causa adulterij.*
2 *Adulterium, cùm soleat fieri clam, & in occulto, directè, & per necesse vix probari potest.*
3 *Adulterium ex præsumptionibus, & coniecturis valdè vrgentibus probari potest.*
4 *Adulterium etiam ad effectum separationis Thori probari potest ex vrgentibus, & violentis præsumptionibus.*
5 *Mulier si probetur, absente viro, Amasium in propria domo admisisse, & cum ipso per plures horas in cubiculo clauso stetisse, & an ex hoc argui potest, & num.* 7.
7 *Et ex his, si non physica, saltem moralis certitudo habetur adulterij, ac vehemens, ac violenta copulæ carnalis præsumptio intrat.*
Atque an id sit sufficiens ad effectum separationis Thori.
8 *Solus, cum sola etiam eodem cubiculo clausi per aliquod tempus existentes, quid ex hoc arguatur.*
9 *Adulterij præsumptio valdè redditur fortior ex confessione ipsius adulteri.*
10 *Confessio extraiudicialis licet non probet, tamen id fallit, quando sumus in materia, in qua valdè causæ loqui solet.*
11 *Adulterij præsumptio valdè coadiuuatur, ex pluribus actibus per testes probatis, qui simul iunctis debent considerari, & admitti.*
12 *Adulterij præsumptio satis coadiuuatur ex pernoctatione mulieris extra domum viri, item per oscula, & alios actus impudicos.*
13 *ad Adulterij probationem multa simul consideranda, & ponderanda sunt ad effectum assequendæ veritatis.*
14 *ad Adulterij probationem sufficit animum Iudicis moraliter esse certum.*
15 *contra Testes non ita facile admittuntur exceptiones, dum sumus in materia difficilis probationis.*

16 *Testes*

16 *Testes etiam impuberes admittuntur in materia, quæ clam, & occultè fieri solet.*
17 *ad Separationem Thori aliud est si agatur ciuiliter, & aliud si criminaliter.*
18 *Testes patiens exceptiones adminiculantur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*
19 *Per alienationem ingentem animi, & odium vxoris erga maritum coadiuuatur adulterij præsumptio.*
20 *ad Thori separationem ob adulterium agi non potest, quando illud remissum fuit.*
21 *Adulterij remissio, quando nullatenus præsumatur facta.*

DECISIO CCCXXXVII.

Resolutum fuit constare de causis separationis Thori
inter Petrum Cammillum, & Marcam Cæciliam
1 eius Vxorem propter † adulterium ab ipsa commissum,
cap. significasti 4. & cap. gaudemus 8. de diuers. Sanchez *de
matrim. lib. 10. disp. 8. num. 1. & seq.* Gratian. *discept. 731.
num. 50. & seq.* Rota in Romana separationis Thori coram
Penia *decis. 1018. sub num. 2. & in alia Romana separationis
Thori 22. Apr. 1641. coram bo. me. Peuting. in princ.*
2 Adultarium autem, quod † cum in occulto, & clam
committi soleat directò, & pernecesse vix probari pos-
se, tradit Ferret. *cons. 309. num. 6.* Mascard. *concl. 57.*
3 *num. 3.* Rot. *dec. 95. num. 12. par. 2. diu.* Ex † præsumptio-
nibus, & coniecturis, quæ valdè vrgentes, & violentæ
in præsenti facto concurrunt ad effectum de quo agitur
4 probari visum † est DD. iuxt. text. *in cap. 1. litteris 12. de
præsumpt. cap. dixit D. 32. q. 1.* Barbos. *in l. 2. in princ. nu.
76. & 79. ff. solut. matr.* Menoch. *cons. 31. num. 18.* Rota
*decis. 32. num. 2. & decis. 35. num. 2. post 2. vol. cons. Farinac.
& in Romana nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram
bon. mem. Arguelles.*
5 Constat enim ex † Testibus *in Summ. Petri num. 13.*
Vxorem absente viro quendam Franciscum eius Ama-
sium in propria domo admisisse, & cum illo per plures ho-
ras in Cubiculo clausis ianuis permansisse, cùm pluribus
inhonestis circumstantijs ab ijsdem Testibus plenè recensi-
6 tis ex † quibus negari non potest, quin resultet si non
phisica saltem moralis certitudo adulterij vehemensque,
& violenta copulæ carnalis præsumptio, vt in terminis
quod ex mora viri in cubiculo clauso, cùm muliere
7 adulterium ad † effectum separationis Thori præsumptiuè
probetur, firmat Paris. *cons. 49. num. 61. lib. 4.* Socc. iun.
cons. 32. num. 16. lib. 2. Rolan. à Valle *cons. 50. num. 3. &
4. lib. 1.* Rimin. iun. *cons. 274. num. 21. & 36. lib. 3. & nu.*
8 *51.* vbi † loquitur quando Camera est clausa Menoch. *præ-
sumpt. 41. num. 12. lib. 4.* Rota *dec. 49. num. 3. par. 4. recent.*
& in fortioribus terminis *coram bon. mem. Arguellee in d.
Romana nullitatis Matrimonij*, & in alia coram Eminentiss.
Card. Otthobono *decis. 262. num. 12.*

Quæ quidem præsumptiua probatio fortior reddi visa
est, dum ex confessione ipsius Mulieris, se illa eadem die
9 † à prædicto Francisco carnaliter cognitam asserentis, vt
ex alijs Testibus *Summ. Petri Camilli num. 24.* Talis enim
confessio, licet extraiudicialis, quia tamen in hac materia
10 cautè † loqui solitum est plurimum conferre ad hunc effe-
ctum, tradit Soccin. iun. *d. cons. 32. num. 27. lib. 2.* Rimin.
iun. *d. cons. 274. num. 36.* Cyriac. *contr. 171. num. 14.* Ro-
ta *in d. Romana nullitatis Matrimonij coram bon. mem. Ar-
guellee, & d. decis. 262. num. 13. coram Eminentiss. Ottho-
bono.*

Tùm quia concurrunt alij plures actus probati per testes
in Sum. Petri Cam. num. 3. & seq. qui simul iuncti valdè ad-
11 miniculantur, & maximam † Adulterij præsumptionem
inducunt, nempè feruens propensio, & amor mulieris er-
ga Franciscum, secretæ allocutiones de nocte *eadem Sum.
num. 6.* salutationes, & signa amoris, non solum, è fene-
12 stris domus, sed in † alijs locis, pernoctatio extra Domum
num. 10. oscula denique & alij actus impudici *Sum. num. 9.*
ex quibus omnibus simul iunctis adeo fortis, & intensa
resultat adulterij præsumptio, vt deeo moraliter dubitari
13 nequeat, † & hæc ferè omnia considerando tradunt DD.
in c. præterea 27. vbi Abb. *num. 7.* Hostien. *num. 5. de testib.*
Paris. *d. cons. 54. num. 69. lib. 4.* Rimin. iun. *d. cons. 274.
per tot.* Farinac. *de delict. carn. q. 236. ex num. 113. & seq.*
Cyriac. *decis. contr. 171. ex num. 27.* Rota *in d. Romana nul-
litatis Matrimonij coram Arguellee, & Otthob.* & priùs
decis. 95. num. 6. & per tot. par. 2. diuers. Quodque in his
terminis sufficiat animum Iudicis moraliter † esse certum 14
de Adulterio, Menochius *cons. 31. num. 18. & seq.* Rota co-
ram Duran. *dec. 353. num. 2.*

Oppositæ contra personas Testium exceptiones, quod
nempè Antonius sit impubes, & alij Testes † sint personæ 15
viles, & Petri Camilli familiares, non releuant, quia in
his, quæ clam, & occultè fieri solent, vt in præsenti Te-
stes † etiam impuberes admittuntur post Farinac. *cons. 31.* 16
sub num. 7. Rota *dicta decis. 262. num. 9. coram. Eminentiss.
D. Card. Otthob.* Cùmque non agatur, ad pœnam, sed ci-
uiliter ad separationem Thori, lex recipit probationem,
† quæ verisimiliter haberi potest per Testes quantumuis fa- 17
miliares, consanguineos, aut singulares, Bertaz. *cons. 273.
num. 7.* Cyriac. *d. contr. 171. num. 26.* Rota *decis. 202. num.
9. & decis. 239. num. 19. & seqq. par. 6. recent.* Præsertim quia
illorum depositiones, ab alijs de publica † voce, & fama 18
deponentibus adminiculum recipiunt *Sum. Petri Cammilli
num. 11.* Rota *d. decis. 262. num. 1. & decis. 296. par. 3.
rec.* in puncto Soccin. iun. *d. cons. 32. num. 20. & seq.
lib. 2.*

Supradictis accedit ingens alienatio animi, & odium
mulieris erga virum *Sum. supracitato num. 2.* maledicta,
& imprecationes contra authorem † huius matrimonij, 19
minæ de illum occidendo, altercationes, & iurgia, cùm
querelis criminalibus inter eosdem Coniuges exortæ *d.
Sum. num. 4.* ex quibus, & præcipuè ex capite odij irre-
conciliabilis † esse locum separationi, trad. Aym. *cons. 31.* 20
num. 4. Monald. *cons. 44. num. 4. lib. 1.* Rota *decis. 706.
num. 1. par. 1. recent. Romana separationis Thori 27. Maij
1593. coram Hieron. Card. Pamph.* & admissum fuit *in Nea-
politana Separationis Thori 16. Martij 1646. coram bon. me.
Peutingero sub. §. primo vers. nam licet.*

Non obstat, quod separatio Thori peti non possit, cùm
Adulterium reconciliatione remissum † fuerit, dum ma- 21
ritus cum vxore commoratus est, Farinac. *cons. 157. num. 11.
lib. 2.* Rota *in Bononien. separationis Thori 21. Febr. 1650.
coram bon. mem. Bichio.* Quia pro responsione aduertebant
DD. non probari Maritum fuisse conscium adulterij, & proin-
de ex actibus coniugalibus postea subsecutis frustra præten-
ditur † inducta remissio, vt in specie responsum fuit *in Ro-* 22
mana separationis Thori, coram Penia *d. decis. 1018. num.
3. decis. 1092. eodem num. & in recent. d. decis. 491
sub num. 8. & seq. par. 4.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Spoletana Bonorum.

Lunæ 13. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Fideicommisso purificato immissio non denega-
tur vocato.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum est probandum ad obtinendum immis-
sionem.*
2 *Filij in conditione positi ex statuto Vrbis censentur voca-
ti, quod amplia, vt n. 3.*
4 *Filij in conditione positi admittuntur ad successio-
nem ob successionem ab intestato, quod declara,
vt num. 5.*
6 *Conditio quibus omnibusque requirat, & n. 7.*
8 *Factum impugnari non potest.*
9 *Confessio etiam facta per assertionem in libello pro-
bat.*
10 *Granatus præsumitur decessisse sine filijs, vt n. 11. am-
plia, vt n. 12.*
13 *Inuentarium probat identitatem bonorum testatoris contra
fideicommissarium.*
14 *Capellanus est eligendus eo modo quo testator dis-
posuit.*

DECISIO CCCXXVIII.

Cicaglia hæredes instituit filios nascituros ex quocumque legitimo matrimonio, eosque & eorum filios pupillariter, & per fideicommissum io casu decessus, & mortis absque filijs legitimis, & naturalibus substituti inuicem, & vicissim, quibus omnibus in pupillari ætate, vel postea quandocumque deceden. sine filijs legitimis, & naturalibus pleno iure, & sine aliqua diminutione, & detractione substituit Rentium, & eius descendentes eosque obligando fundare, & erigere Ecclesiam ad honorem Sanctissimæ Trioitatis, in Testamento Cicagliæ Summario num. 1. natus est ex testatore Chrispoldus, & ex Chrispoldo Felix, & Faustina, quibus mortuis sine filijs, Reotij substituti egerunt contra Riccium maritum hæredem Faustinæ vltimæ. defunctæ ex substitutione ad hęreditatem Cicagliæ in eius testamento fideicommissariam, & io partibus obtinuerunt sententiam declarantem per mortem absque filijs Felicis, & Faustinæ nepotum Cicagliæ, & Chrispoldo filio factum locum fideicommisso bonis hæreditarijs testatoris reseruata legitima in sententia, vt in Sum. & in executione, ac diuisione Sum. n. 3.

Sed quia quidam Capellanus S. Antonij, vt fideicommissarius ex testamento Chrispoldi se se intromisit, & intrusit, & manutenendi fuerunt Rentij, vt constat *ex decis.* Rotæ *coram Reuerendissimo Terracinen. in hac Spoletana bonorum 7. Februarij* 1648. quamuis mortuis illis successor per speciale mandatum renunciauerit liti in Summ. num. 7. Attamen intendentibus Reotijs litem in petitorio terminare, & multa ab aduersarijs adducta contra sententiam canonizantem fideicommissum, tamquam impertinentia in iudicio manutentionis fuerint reseruata in hoc petitorio. Ideò fuit coram me dubitatum, an constet de bono iure ipsorum, & hodie DD. constare dixerunt.

1 Probatum † siquidem dixerunt fideicommissum actio-
nis apud Peregr. *de fideicomm. art.* 43. ab initio in testa-
mento, in quo testator filijs, & filiorum filijs quando-
cumque deceden. sine filijs substituit Rentios, cùm ipsi
filij filiorum parentibus suis satis substituti essent, vtpotè
2 in conditione positi, ad Statut. Vrb. de quo Rota coram
Seraph. *decis.* 1329. *num.* 12. coram Ludouis. *decis.* 575. *nu.*
1. Adeòque benè grauati Peregrin. *de fideicomm. art.* 12.
3 *num.* 14. † Et quoad bona sita extra territorium statuen-
tium, vt obseruatur ab Add. ad Buratt. *decis.* 385. *ad fin.*
vers. decimaquinta, ex Rota *coram Seraph. d. loco*.

Et præterea prout iure communi tales filij io conditio-
4 ne † positi, saltem admittuntur ab iotestato prudenti con-
silio testantis, *l. Lucius in fin. ff. de hæred. inst.* & ibi gloss.
5 vlt. † planè tales in conditione positi etiam sub ipso nomi-
ne filiorum grauari possunt, cùm possint grauati etiam
non positi in conditione verisimiles hæredes primi grauati
ex benigniori, & probabiliori sententia apud Crass. §. *legatum q.* 13. *num.* 3. & Fusar. *de subst. q.* 303. *num.* 3.

Insuper testator nisi videatur substituisse filijs filiorum
in conditione positis, videtur substituisse filijs ipsis primi
gradus sub duplici conditione si sine filijs decederent, &
eorum quoque filijs sine filijs ad verba vniuersalia, qui-
bus omnibus &c. quo casu vtrumque deficere necesse est,
6 vt deficiat fideicommissum, & † tunc mortuis filiorum
filijs sine filijs extat conditio fideicommissi, ad Peregr. *de*
fideic. art. 15. *num.* 29. Mant. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 3. *num.*
2. *vers. hæc autem sententia*, Fusar. *q.* 480. *n.* 58. *& seqq. & prius*
7 *q.* 456. *num.* 15. & benè † resoluendo in disiunctione dece-
dentibus filijs, aut etiam filijs filiorum sine filijs, Peregr.
art. 12. *num.* 17. *&* 18. & altius tradita Bart. *ad §. quidam*,
l. Gallus, ff. de lib. & posth. num. 2. *vers. quintus modus*, *&*
seqq. cum alijs apud Socc. sen. *cons.* 13. *num.* 7. *vers. quinto*
hanc opinionem lib. 1.

Purificatio fideicommissi ad secundum actionis funda-
mentum, apud Peregr. *d. art.* 43. *num.* 9. controuerti non
potest, dum Capella obtinuit ex fideicommisso Chrispoldi
per mortem Felicis, & Faustinæ filiorum dicti Chrispol-
8 di absque filijs in dicta sententia, † nec potest in præsen-
ti id impugnare ex quo factum consequitur, argum. *reg. ex*
eo 38. *de reg. iur. in* 6. & ibi gloss. *in fin. vers. item cum ibi al-*
9 *leg.* † necessariò fuit assertio, & confessio in petitione
ipsius Capellæ, quæ plenè probat; Imò nulla est maior
probatio, vt in proposito inquit Rota *decis.* 486. *num.* 2.
par. 1. *recen.*

Deinde vt non apparet filios vnquam fuisse procreatos,
vtique præsumitur † grauatos si sine filijs decessisse, Rota 10
decis. 468. *num.* 8. vbi, & sæpè fuisse io Rota resolutum, *vt*
in alijs decisionibus ibi alleg. & generalius † quemquam præ- 11
sumi decedere sine filijs, Rota *dec.* 408. *n.* 3. *par.* 5. *& d. dec.*
436. *num.* 3. cum alijs, & coram Mant. *decis.* 32. *numer.* 1.

Et † denique ex eo, quod nec aliquis se prætendit descen- 12
dentem, Rota coram Buratt. *dec.* 147. *n.* 9.

De bonis autem fideicommissi, de quibus in Summ. nu. 3.
pariter constare dixerunt, ex † inuentario bonorum hære- 13
ditariorum facto post obitum Cicagliæ per eius vxorem, &
matrem, & tutricem Chrispoldi grauati, quod probat contra Capellam aduersariam fideicommissariam Chrispoldi grauati, vti contra grauatum ipsum, Rota *d. dec.* 575. *n.* 3. & aliæ apud Add. & coram Eminentiss. D. Cardinali Ottobono *dec.* 225. *n.* 8. & superadduntur testes examinati in Summ. num. 8. & relatio periti agrimensoris communiter à partibus electi pro diuisione in Summ. num. 3. nunquam impugnata.

Et hic eo magis, quod Rentij possident, & Capella liti renunciauit vt supra, nihil obstante fideicommisso, ac testamento Chrispoldi in Capellam S. Antonij, quia disponere non potuit contra dd. substitutos à Patre, & contra Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis, vt supra. Adeout ipsi Rentij, & Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis electi in testamento Chrispoldi ex testamento Cicagliæ non possint ab eligente grauari, vt notat Bart. *in l. vnum* 69. *§. sed & si fundum, ff. de leg.* 2.

Et ita Rentijs informantibus fuit decisum.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo Papień.

Romana fideicommissi de Cesijs.

Lunæ 13. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione futuri matrimonij, si post matrimonium fuit inita donatio, & nulla fuit facta mentio de prædicta antecedenti donatione, an ea censeatur facta intuitu præcedentis donationis: & resolutio est affirmatiua, tum quia ista præsumptio iuris, tum quia in hoc casu plura concurrunt, quæ id suadent, & diluuntur obiectiones.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta post obligationem, & promissionem de donando, ex tali præambulo dicitur facta.*
2 *Tradens, & faciens aliquid, dicitur tendere, vel facere in causam præcedentis contractus.*
3 *Actus causa potius debet tradi necessitati, quàm voluntati.*
4 *Actus tunc multò magis adscribendus est, causa præcedenti quando ad hoc plures verisimilitudines adducuntur.*
5 *Actus subsequens tribuendus est causa præcedenti.*
6 *Donationes multiplicandæ non sunt.*
7 *in Dispositionibus attendenda est verisimilis congruentia rerum.*
8 *Obseruantia bonam inducit interpretationem.*
9 *Obseruantia multum attendenda est in contractibus.*
10 *Obseruantia bene declarat qualis fuerit mens contrahentium.*
11 *Bona libera separare à bonis fideicommissarijs alicui valde vtile videtur esse.*
12 *de Bonis liberis suis, quis liberè disponere valet, tam in vita, quàm in morte.*
13 *Donatio quando fuit facta, nulla facta mentione præcedentis promissionis, an sit adscribenda causa nouæ liberalitatis, vel primæua causa.*
14 *Dispositio quando est aperta, & clara, in vanum quæritur eam obnubilari.*
15 *in Claris non cadit obscuritas.*
16 *ab Arbitrio prudentis iudicantis illa coniectura ample-*

plectenda sunt, quæ magis verisimiles sunt.

17 *Donatio si liberè fuerit promissa, & postea fuit subsecuta donatio onere fideicommissi, an possit dici idem cum prima.*

18 *Onus impositum donationis aliud est, si respiciat vsumfructum bonorum, & aliud si proprietatem, & num. 19. & 20. & seq.*

22 *Illatio non benè fit ad diuersa.*

23 *Donatio, quod fuerit facta contemplatione matrimonij, vel pro conseruanda agnatione, an paria sint.*

24 *Agnationis conseruatio virtualiter comprehenditur sub matrimonio.*

25 *Matrimonia contrahuntur propter conseruationem agnationis.*

26 *Donationes quæ fiunt contemplatione matrimonij, non exigunt solemnitate.*

27 *ad Cautelam maiorem, ea quæ fiunt, & ad maiorem actus validitatem, non immutant statum dispositionis.*

28 *Actus sequens censetur gestus in executionem eorum, quæ præcesserunt.*

29 *Obiectus quando cessat ex facto, non releuat.*

30 *Donandi promissio, quando possit dici effectuata.*

31 *Actus aliquis, quando iam ab aliquo fuit approbatus, non potest amplius ab eo impugnari.*

32 *Titulus donationis, quando transfundatur in titulum institutionis hæredis.*

33 *sub Donatione vniuersali, omnia comprehenduntur.*

34 *Verbum,* quorumcumque, *omnia comprehendit, & nihil excludit.*

35 *Verbum,* quodcumque, *comprehendit ea etiam, quæ ex propria significatione non venirent, & specialem mentionem requirerent.*

36 *Dictio,* alios, *est implicatiua similium.*

37 *Bonorum alienatio, quando dicatur prohibita, & num. 38. & seq.*

DECISIO CCCXXXIV.

IN Capitulis matrimonialibus initis de anno 1579. occasione matrimonij contrahendi inter Federicum Cæsium, & Pulcheriam Vrsinam, bon. mem. Cardinalis Petrus Donatus Cæsius senior donare promisit dicto Federico eius nepoti per duos menses ante contractum matrimonium bona stabilia annui redditus scut. 3000. liberè, & absque vlla reseruatione vsusfructus, seu alterius grauaminis, quod impedire posset liberam perceptionem dictorum annuorum scutorum 3000. prout etiam se obligauit intra triennium emere, & donare Castrum iurisdictionale, ita tamen vt eius redditus computarentur in dicta summa scutorum 3000. Anno 1583. die 8. Ianuarij, & sic per duos menses antequam contraheretur matrimonium sub expressione, quod id faciebat pro conseruanda familia, & agnatione sua Cæsia, & ex causa peculiaris amoris, quo dictum Federicum prosequebatur, alijsque de causis, & rationibus animum suum mouentibus, donauit eidem Federico diuersa bona stabilia redditus annuorum scutor. 3000. & vltra, quæ oneri fideicommissi subiecit, seruato tamen ordine primogenituræ prius descendentium Federici, donec eius linea extaret, deinde Pauli Æmilij alterius nepotis, vtraque autem linea deficiente vocauit illam D. Ducis Aquaspartæ, per defectum vtriusque lineæ masculinæ tam Federici, quàm Pauli Æmilij purificato dicto fideicommisso ad fauorem Excellentissimi D. Iosephi Angeli Cæsij descendentis ex linea Ducis Aquaspartæ, egit ipse contra D. Domitillam Cæsiam hæredem bon. mem. Cardinalis Petri Donati Cæsij iunioris, quæ dicta bona fideicommissaria possidet pro immissione ad possessionem eorumdem bonorum fideicommissariorum, sed cùm ipsa exciperet de retentione bonorum annui redditus scutor. 3000. vigore d. promissionis factæ in dd. capitulis matrimonialibus, & vt prætenditur hucusque non adimpletæ. Hinc dubitatum fuit, an bona donari promissa in dd. capitulis matrimonialibus debeantur D. Domitillæ, & Domini negatiuè responderunt.

Quia promissio dandi facta à Cardinali visa fuit sufficienter adimpleta per actualem donationem anni 1583. fauore eiusdem Federici, quæ facta censetur in vim, &
1 executionem præcedentis promissionis, vt in † specie de donatione post obligationem, & promissionem donandi consuluerunt Abb. *cons.* 116. *sub num.* 12. *vers. euadat præterea par.* 2. Surd. *cons.* 19. *num.* 27. & 28. & generaliter quod faciens, aut tradens, dicatur facere, aut tradere in executionem, & causam † præcedentis promissio- 2
nis, probat text. *in l.* 4. §. 4. *vnde quæri potest, ff. de manumiss. l. ad solutionem, C. de re iudicat.* & tenet Surd. *cons.* 119. *num.* 15. Crauett. *cons.* 149. *num.* 12. vbi quod actus
causæ † potiùs necessitati, quam voluntati adscribitur, 3
& firmat Corn. *cons.* 283. *num.* 6. *vers. imo quod plus est lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 74. *num.* 3. *lib.* 3. *præsumpt.* 10. *num.* 23. Cyriac. *controu.* 207. *num.* 41. & *controu.* 479. *num.* 5. *cum seqq.* Rota coram Merlino *decis.* 783. *num.* 10. & in terminis donationis fuit dictum in *Romana prætensæ restitutionis dotis* 28. *Iunij* 1649. *coram bon. mem. Peutingero, & in Romana legati scut.* 50. *mil.* 26. *Iunij* 1641. §. 2. & §. *minus obstat, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Tantò faciliùs DD. pro hac opinione inclinarunt, quia vltra dictam iuris præsumptionem animaduertebant,
quod donatio facta de anno 1583. correspondet † antece- 4
denti promissioni donandi, non solùm quoad redditum dictorum scut. 3000. sed etiam in tempore, quo illa fieri debebat, nempe per duos menses antequam matrimonium contraheretur, ac etiam in pactis, & conuentionibus, dum tam in promissione, quàm in donatione reseruata fuit facultas disponendi de bonis donatis, illaque
† hypothecandi, & censuandi sine præiudicio Federici, 5
& sub congrua illius releuatione quoad fructus, ex tali nanque congruentia summæ, temporis, & pactorum incalescit præsumptio, quod dicta donatio facta fuerit pro implemento propriæ obligationis, & extinctione præcedentis promissionis, non autem ad effectum † multiplicandi 6
donationes, itaut vna ex sola promissione, & altera ex sub-
sequenti instrumento, & contractu debeatur, vt ex † si- 7
mili congruentia pactorum, respondit Rota *in d. Romana legati scut.* 50. *mil.* 1. *Iulij* 1644. *coram eodem Reuerendiss. D. meo Decano,* & firmat Honded. *cons.* 32. *num.* 11. *vol.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1239. *nu.* 8. Cyriac. *controu.* 479. *num.* 5. *cum seqq.* Surd. *decis.* 288. *num.* 33.

Concurrit præterea ad huiusmodi interpretationem sub-
sequuta obseruantia, dum Federicus † nunquam per spa- 8
tium 40. & amplius annorum huiusmodi prætensionem excitauit, signum euidens, quod ipsemet habuit præcedentem
promissionem pro impleta mediante subsequuta donatione, 9
obseruantia enim est optima cuiuscumque dispositionis in-
terpres, Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 5. & † ex 10
ea dignoscitur qualis fuerit mens contrahentium, *l. Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon.* Surd. *cons.* 224. *num.* 7. & *decis.* 134. *num.* 9. Rota coram Seraph. *dec.* 1410. *num.* 3. & coram fan. mem. Gregor. XV. *decis.* 502. *num.* 10. & *decis.* 511. *num.* 8.

Neque releuat responsio, quod ideò Federicus neglexerit instare pro adimplemento primæ donationis, eo quia omnia bona dicti Cardinalis donantis vsque ad eius obitum
possedit, † quia cùm ille possederit sub onere restitutionis, 11
prout actualiter post eius obitum fideicommissario, & primogenito restituta fuerunt, vtique fuisset admodum vtile, & lucrosum Federico separare à fideicommisso, & obtinere bona libera annui redditus sc. 3000. de quibus absque vllo
grauamine ad sui † libitum disponere potuisset tam in vita, 12
quàm in morte, & cùm id facere non curauerit, inde agnouisse videtur præcedentem promissionem donandi fuisse adimpletam per subsecutam actualem donationem anni 1583.

Neque obstat, quod in dicta donatione nulla facta fuerit
mentio de præcedenti † promissione donandi, quodque illa 13
fieret in illius implementum, vnde dictus actus sit potius ad-
scribendus causæ nonæ † liberalitatis, quàm necessitatis, quia 14
si id expressum fuisset, res amplius non esset dubia, ac conie-
cturalis, sed clara, nullam admittens † controuersiam. Cùm 15
autem omissa fuerit talis expressio, hic redditur res dubia,
ac coniecturalis. In dubio autem illæ sunt † amplectendæ 16
coniecturæ, quæ magis conueniunt prudentis iudicantis arbitrio, ac duplicationem donationis excludunt, Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *vers. item vbi, C. ad Sen. Cons. Trebell.* Tiraquel. *in l. si vnquam num.* 27. *vers. etiam si fecit, C. de reuoc. donat.*

Non etiam refragatur, quod donatio promissa in capitu-
lis matrimonialibus fuerit libera, † illa autem quæ facta est 17
in Instrumento fuerit cum onere fideicommissario, & ita tan-

tanquam difformis promissioni censeatur noua donatio, &
18 † non pro executione dictæ præcedentis promissionis.
Quia libertas promissa in dd. capitulis matrimonialibus
respicit, solummodo simplicem vsumfructum, non au-
19 tem bonorum proprietatem, † vt clarè indicat contex-
tus capitulorum integraliter ponderatus in illis verbis:
Che esso Signor Cardinale facci la donatione, e senza re-
seruatione d'vsufrutto, ò d'altra grauezza, la quale possi
impedire in modo alcuno, che detto Sig. Federico non pu-
esse liberamente valersi della detta entrata di 3000.
scudi à beneplacito suo, & idem conuincunt alia verba
adiecta in eisdem capitulis matrimonialibus super faculta-
te reseruata ad fauorem eiusdem Cardinalis promissoris
disponendi de bonis donandis, dummodo Federicus do-
20 natarius consequi † possit eius annuum redditum sc. 3000.
ibi, *Et ancora possa S. Sig. Illustrissima vendere, & alie-*
re assolutamente detti beni, e parte d'essi in vna o piu volte,
secondo che occorrerà ad effetto di reinuestire il prezzo d'essi
beni in altri beni stabili in nome, & ad vtile, & non in
danno del predetto Sig. Federico, il quale habbia d'haue-
re sempre, & in ogni euentu beni stabili, che li diano det-
to frutto di 3000. *scudi ogni anno*. Hinc patet non fuisse
21 habitam aliam † rationem, quam, vt Federicus liberum,
& integrum haberet vsumfructum scut. 3000. quolibet
anno; In huiusmodi autem vsufructu non fuit Federico
vllum præiudicium illatum, sed tantum circa proprieta-
tem, & vsumfructum post eius mortem, addendo onus
fideicommissi, & primogenituræ fauore eius descenden-
22 tium, & aliorum familiæ Cæsiæ, † & consequenter non
potest exinde dici alienata promissio capitulorum, nec
inducta difformitas precedenti promissioni.

Pariter ad prætensam donationis duplicitatem releuare
minimè visa fuit diuersitas causa ex eo desumpta, quod pro-
23 missio facta fuerit † contemplatione matrimonij, & do-
natio ex causa conseruandæ agnationis. Quia vtraque
causa rectè se compatitur, imò in substantia vna, & ea-
24 dem censetur, † cùm contemplatio certi matrimonij vir-
tualiter includat, ac præseferat conseruationem agnatio-
25 nis, pro qua matrimonia † contrahuntur, Gratian. *di-*
scept. forens. cap. 924. *n.* 19. Rota *decis. in princ. par.* 5. *rec.*

Minoris releuantiæ habitæ fuerunt aliæ coniecturæ pon-
deratæ pro diuersitate donationis, & primo quod in pro-
missione comprehensum fuerit Castrum Iurisdictionale, &
de eo nulla facta fuerit mentio in subsecuta donatione;
Quia promissio donandi re vera non continet nisi bona sta-
bilia apta ad reddendum annua scuta 3000. Promissio au-
tem emptionis Castri stat discretiuè, & in tantum non fuit
illud in subsequenti donatione comprehensum, quia de eo
tempore non fuerat adhuc emptum, sed biennio post, &
Cardinalis in testamento deinde per eum condito, dictum
Castrum reliquit eidem Federico donatario, & hæredi vni-
uersaliter instituto sub ijsdem vinculis fideicommissi, & pri-
mogenituræ.

Nullius pariter momenti visa fuit alia coniectura elicita
ex eo, quod dum Cardinalis in dicta donatione seruari vo-
26 luit solemnitates statuti, † quæ non erant necessariæ in do-
natione facta contemplatione certi matrimonij, inde vi-
deatur fuere voluisse donationem non in adimplementum
præcedentis promissionis, sed aliam omninò diuersam, &
separatam. Quia omisso quod dd. solemnitates potuerint
27 seruari ad maiorem cautelam, & pro maioris actus validi-
tate, Rota *decis.* 219 *num.* 10. *par.* 7. *recent.* dum in ca-
pitulis matrimonialibus expressè conuentum legitur, quod
desuper confici deberent Instrumentum cum debitis solem-
nitatibus, argui inde potest, vt Cardinalis adhibendo so-
lemnitates, id fecerit pro adimplemento prædictæ conuen-
28 tionis actus enim sequens præsumitur gestus in executionem
eorum, quæ præcesserunt, *l.* 4. 8. *verum, ff. de manumiss.*
Crauett. *cons.* 91. Surd. *dec.* 55. *n.* 7.

Denique nihil refert alia coniectura desumpta ex eo,
quod quemadmodum Cardinalis donauit Paulo Æmilio al-
teri nepoti bona annui redditus scut. 12000. ita ratione pa-
ris affectionis censeri debeat duplicare voluisse donationes,
29 & æquare liberalitatem, † quia obiectum cessat ex facto
dum Cardinalis ex dd. bonis vt supra donatis Paulo Æmilio
reliquit illi solum annuum redditum scut. 3000. residuum
verò fructuum sibi reseruauit, vltra quod liberalitas si quæ
maior extitisset in donatione facta Paulo Æmilio, satis & illa
compensata diceretur in vniuersali institutione, quam
Cardinalis fecit fauore Federici.

Addebant præterea DD. pro maiori huius resolutionis
subsistentia, quod & quatenus dubitari possit, an dicta pro-
missio donandi dici † potest effectuata per subsecutam do- 30
nationem, & bonorum traditionem, adhuc cum Cardina-
lis in testamento deinde per eum condito omnia sua bona,
ac etiam Castrum Oliueti in donatione comprehensum
subiecerit fideicommisso fauore descendentium, & alio-
rum de agnatione Cæsia cum amplissima prohibitione;
quicquam nec minimum detrahendi, non solùm ratione le-
gitimæ, aut trebellianicæ, sed ex quauis alia causa dictum-
que testamentum sic conditum acceptauerint, ac illius ob-
seruantiam cum iuramento promiserint, tam Federicus,
quàm alij eius successores, ac etiam Cardinalis Petrus Do-
natus iunior, cuius hæres testamentaria extitit D. Domi-
tilla Cæsia, vtique non potest modo ipsa dictam disposi-
tionem † impugnando petere bona donata tanquam com- 31
prehensa sub vniuersali fideicommisso, Paris. *cons.* 2. *nu.*
29. *& seq. lib.* 3. Rota *in Romana donationis* 25. *Iunij* 1649.
§. *iam non reuocabatur*, & §. *quia respondetur*, *coram*
Reuerendissimo Terracinen. Potest enim Testator dispo-
nere de bonis donatis hæredi, in vita, eaque grauare fi-
deicommissis, & substitutionibus, *l. filius familias*, §. *cum*
pater, ff. de legat. 1. Roman. *cons.* 35. *in fine*, Guidopap.
cons. 194. *num.* 2. Decius *cons.* 254. *num.* 1. Caneet. *var.*
resolut. par. 3. *cap.* 7. *num.* 315. & hærede acceptante te-
stamentum non potest separare donationem, nam titu-
lus donationis, † tali casu transfunditur in titulum vni- 32
uersalis institutionis, Paris. *cons.* 33. *num.* 89. *lib.* 3. Cra-
uett. *cons.* 133. *num.* 3. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 130. *num.* 89. *lib.*
3. Curt. iun. *cons.* 54. *num.* 1. *lib.* 1. Decian. *cons.* 3. *dub.*
1. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 6. *num.* 6. *& seq.* Fon-
tanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 5. *num.* 28. Fusar. *de subst.*
q. 632. *num.* 8. Capyc. Latr. *dec.* 44. *n.* 23. & 27. Rota *in rec.*
dec. 444. *n.* 2. *par.* 4.

Voluntas autem Testatoris comprehendendi bona dona-
ta sub vniuersali fideicommisso, & ipsa conuincitur tum ex
mentione expressim facta de Castro Oliueti donari promis-
so, ex quo sequitur, vt quemadmodum Testator expres-
sim onere fideicommissi subiecit dictum Castrum, † ita ve- 33
risimiliter includere voluerit alia bona donata sub generali
illa omnium aliorum, & quorumcumque bonorum institu-
tione, ponderando dictionem illam, *quorumcumque*, † quæ 34
tanquam vniuersalis omnia comprehendit, & nihil exclu-
dit, *l. à Procuratore, C. mandat. & cap. solita de maior.*
& obed. Honded. *cons.* 64. *num.* 4. *volum.* 1. Menoch. *cons.*
600. *num.* 5. etiam ea, quæ ex propria significatione non
venirent, & † specialem mentionem requirerent, Rota co- 35
ram Seraph. *dec.* 325. *num.* 7. & coram san. mem. Greg. XV.
dec. 265. *num.* 5. Necnon ponderata etiam dictione illa, *alio-*
rum, quæ est implicatiua similium expressis, vt † in puncto 36
consuluerunt Menoch. *cons.* 688. *num.* 13. *vers. secunda est*
coniectura, Gabr. *cons.* 85. *num.* 1. *in fine*, & *num.* 2. *lib.* 1.
Surd. *cons.* 357. *num.* 2. Natt. *cons.* 159. *num.* 30. Menoch.
de præsumpt. lib. 4. *præsumpt.* 197. *n.* 17. & 21. Rota coram
Durano *dec.* 93. *n.* 13. & 14. & *in recent. d. decis.* 444. *n.* 3.
par. 4. Tùm quia † Testator prohibuit Federico, alijsque 37
vocatis, ne de suis bonis, vel aliquibus eorum quicquam,
vel minimum quauis causa detraherent, & pro maiori huius
suæ dispositionis firmitate voluit, vt idem Federicus, om-
nesque alij futuri successores, priusquam possessionem ca-
perent, tenerentur iurare obseruantiam dispositorum in
dicto testamento, ex tali nanque † adeò stricta prohibitio- 38
ne, nil prorsus detrahendi ex quacumque causa, præcepto
Testatoris acceptato obseruandi omnia per eum disposita,
certum est, quod D. Domitilla dictum prætensum creditum
proueniens ex † promissione donandi, detrahere non po- 39
test, sed tenetur reseruare præceptum Testatoris, & fidei-
commissum super omnibus bonis ordinatum præstare, Pe-
regrin. *de fideicomm. art.* 6. *num.* 47. & 48. Thesaur. *var.*
quæst. lib. 6. *q.* 66. *sub n.* 6. & *seq.* Rota *in recent. dec.* 19. *n.* 3.
cum seqq. par. 1. & *in Bononien. Primogenituræ* 26. *Maij* 1656.
coram bo. me. Bichio §. *hæc autem voluntas*.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Vrbinateñ. Prædij.

Lunæ 13. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Bini tractantur articuli in præsenti decisione, & quidem magistraliter. Primus respicit quæstionem instrumenti apostillati, an & quando illud probet. Alter an lex comprehendat subditos mediatè, vel immediatè Legislatori subiectos ad intellectum Bullæ Baronum Clementis VIII. in statu Vrbini.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum.*

2 *Filij in conditione positi concurrentibus coniecturis dicuntur vocati.*

3 *Fideicommissario particulari datur immissio vigore vtilis Saluiani interdicti.*

4 *Apostilla non scripta in corpore testamenti si est circa substantialia reddit testamentum suspectum.*

5 *Apostilla instrumenti si est de manu eiusdem Notarij rogati, tollitur quæcumque falsitatis suspicio.*

6 *Apostilla quando censeatur apposita de voluntate Testatoris.*

7 *Notarius attestans apostillam de ordine Testatoris apposuisse, quam fidem faciat.*

Immissio hæredi non retardatur eo prætextu, quod testamentum sit apostillatum, n. 7. in fine.

8 *Immissio non datur hæredi, qui alienationi consensit.*

9 *Consensus in parte ex falsa causa præstitus, facit corruere contractum in totum.*

Decretum Iudicis ex falsa causa etiam in parte inficit contractum in totum n. 9.

10 *Lex à Principe edita, dicitur casus fortuitus, eique resisti non potest.*

11 *Bulla Baronum Clementis Octaui, de quibus Baronibus loquatur.*

Subditi qui propriè dicantur, n. 11. in fine.

12 *Status appellatione venit status immediatè, non autem mediatè Legislatori subiectus.*

13 *Status Ecclesiastici nomine, non intelliguntur feuda maiora.*

14 *Subditi Principum feudatariorum Principibus dicuntur immediatè subiecti, Papæ verò mediatè.*

15 *Habitatores Ciuitatum status Ecclesiastici sunt immediatè Sedi Apostolicæ subiecti.*

Narnienses dicuntur subiecti immediatè Pontifici, num. 15.

16 *Princeps censetur suis subditis prouidere voluisse, non autem alienis.*

17 *Verba subsequentia, quando restringant antecedentia.*

18 *Tempus quale sit attendendum in alienatione facta viuente feudatario, per cuius obitum feudum fuit deuolutum.*

19 *Status deuolutus subiaceat ne legibus primæui Principis, aut illius cui fuit quæsita deuolutio.*

20 *Bulla Baronum Clementis Octaui extenditur ad minores, debita transuersalium, creditores præteritos, & futuros.*

21 *Lex regulariter dat formam futuris, non autem præteritis.*

DECISIO CCCXL.

SEntentiam Rotalem concedentem Comiti Iulio Cæsari de Odatijs immissionem in prædio, de quo agitur, particulari fideicommisso subiecto, hodie post tertiam causæ propositionem Domini confirmandam esse censuerunt; Illius autem validitas innotescebat ex actorum reuolutione, † quibus apparet de commis-
1 sione causæ, mandatis procuræ, citationibus, & alijs ad validitatem requisitis, *iuxta vulgat. decis.* Capuraq. 260. *par. 2.*

De iustitia verò constare existimarunt ex plenè deductis in tribus decisionibus emanatis *coram bon. mem. Bichio sub diebus 3. Iunij 1650. 23. Maij 1653. & 12. Iunij 1654.* in
quibus firmatum fuit, dictum Comitem Iulium Cæsarem 2
vti in conditione positum pluribus concurrentibus coniecturis fuisse vocatum ad fideicommissum à Co. Cæsare ordinatum in testamento, quod exhibuit non cancellatum, neque abolitum, nec in aliqua sui parte suspectum, ideoque probata prædij identitate, eidem dandam esse immissionem contra Comites de Brancaleonibus illius possessores,
saltem ex remedio vtilis Saluiani interdicti, quod æquè com- 3
petit fideicommissario particulari ea allegatis in principio secundæ decisionis.

Nec aliàs obiecta, & denuo repetita suspicio argui potest ex eo, quia conditio si sine filijs non est scripta in corpore
testamenti, sed posita in illius margine, † cùmque sit circa 4
substantialia, & magni præiudicij testamentum suspectum reddit, vt non sit fides adhibenda, Bald. *in l. si vnus 12. num. 3. C. de testam.* Ancharr. *cons. 431. num. 2.* Decian. *cons. 100. num. 45. lib. 2.* Nam quando apostilla licet in margine legitur scripta, vt hæc manu ipsius Notarij, qui fuit de Instru-
mento rogatus, † ex ea non oritur aliqua falsitatis suspi- 5
cio, vt tenet idem Bald. *in rubr. 52. C. de fid. instrum.* Alex. *cons. 59. num. 8. lib. 2.* Gramm. *decis. 160. num. 17.* Censetur enim tali casu de Testatoris voluntate in continenti ap-
posita Bald. *in l. nostram 30. C. de testam.* Castr. *cons. 131.* 6
num. 2 vers. si constat, quod sit de manu lib. 2. Rota *decis. 276. num. 3. par. 2. recens.* & alijs pluribus cumulatis respondet 3. *decis. bon. mem. Bichij* §. 1. Præsertim quia ipse Notarius in fine testamenti fidem facit dictam additionem,
& apostillam iussu Testatoris apposuisse, & propria manu 7
scripsisse, † quapropter cessat omnis suspicio, & ab eo Notario concepta, & posita præsumitur, vt aduertunt Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de instrum. edit. num. 15.* Dec. *post alios in l. fin. num. 37.* & ibi Zuccard. *num. 291. C. de edict. Diu. Adr. Toll.* Crauett. *cons. 88. num. 1.* Acchill. Personal. *de adipiscen. possess. num. 142. vers. ego autem*, vbi quod hac exceptione non retardatur immissio hæredi.

Prout quoque fuit alterum obiectum, quod Comes Iulius Cæsar ob proprium consensum & ab Alda matre, cuius est hæres præstitum alienationi de hoc prædio factæ per Com. Petrum Antonium patrem Comitibus de Brancaleonibus cum obligatione omnium amplissimæ euictionis,
† veniat à petita immissione repellendus exceptione *l. vin-* 8
dicantem, 17. ff. de euict. Quandoquidem sua, & materna promissio corruit ea falsa causa, qua fuit ad venditionem deuentum, quæ satis est, quod sit in parte talis,
vt contractus, & obligatio corruat in totum ob indiuidui- 9
tatem consensus, & Iudicis decretum desuper interpositum, vt comprobat 2. *decisio* §. *non obstat consensus, & seq.* & dictum fuit *in Romana Domuncularum 10. Februarij 1648. coram bon. mem. Dunozetto, & in Romana pecuniaria 25. Iunij 1655. coram me.*

Neque alienatio prædij, quamuis fideicommisso subiecti sustineri potest, ex eo quia partes conueniebant Co. Petrum Antonium venditorem, & Iulium Cæsarem consentientem possedisse Castrum iurisdictionale Insulæ Fussatiæ in statu Vrbini, qui casu subiacebant dispositioni generalis Constitutionis san. mem. Clementis VIII. inter eius impressas 41. in ordin. Bullar. tom. 3. in qua constituitur Congregatio super Baronibus Status Ecclesiastici, *ad effectum satisfaciendi illorum creditoribus etiam pro debito ab eorum maioribus, & antecessoribus contracto cum facultate distrahendi bona, & Castra, & procedendi ad eorumdem apprehensionem, subhastationem, & deliberationem, & cum amplissima derogatione fideicommissariorum, primogeniturarum, & quarumcumque dispositionum*, qua Constitutione attenta valdè potuit ad distractionem prædij deueniri pro extinctione debiti absque obstaculo fideicommissi per illam sublati; Dicitur enim lex à Principe edita tali-
ter, quod † reputatur casus fortuitus, cuius imperio non 10
potest resisti, *l. item si verberatum, §. item si fusè, ff. de rei vindic. l. apud Iulianum, §. si constat de legat. 1.* Gratian. *discept. forens. cap. 520. num. 25. & 26.* & in puncto huius Bullæ pluries respondit Rota, & signanter coram bon. me. Buratto *decis. 401. num. 3. & 482. num. 1. cum seq. & in recent. dec. 336. num. 17. & 18. par. 4. tom. 2. & decis. 36. num. 7. & 75. par. 5.*

Quo-

Quoniam perpensis verbis Constitutionis visum fuit sub
ea non esse comprehensos Barones Status prædicti, restri-
ctu ad immediatè sub Sedis Apostolicæ legibus, & regimi-
ne viuentes, loquitur enim in proœmio de suis subditis,
ibi, *vt eorum qui pecunias nostris, & S. R. E. subditis cre-*
diderunt &c. & meliùs exprimitur in §. 1. ibi, *Nonnullos*
Barones, Domicellos nostros, & S. R. E. subditos, tam in
Vrbe, eiusque Districtu, quàm in vniuerso Statu Ecclesia-
11 *stico existentes &c.* † & verba apertè demonstrant Ponti-
ficem sensisse de Baronibus, & Domicellis existentibus in
suo proprio Statu, quia subditi propriè dicuntur ratione
domicilij in loco, glos. *in Clem. vnica, verb. subditos in*
fin. de for. comp. Anchar. *cons.* 437. *num.* 2. Dec. *in cap. ad*
nostram 3. *num.* 3. *de appell. & cons.* 352. *num.* 2. *&* 661. *in*
6. Soccin. sen. *cons.* 79 *num.* 13. *cum tribus seqq. lib.* 2. Ce-
phal. *cons.* 161. *num.* 9. *lib.* 2. Honded. *cons.* 6. *nu.* 16. *&* 17.
lib. 2. Tiraquell. *de retract. lignag. gloss.* 2. §. 9. *num.* 22. &
potissimum ex illis, *existentes in Statu nostro*, sub cuius Sta-
12 tus appellatione non venit mediatus, † sed immediatus
ipsi Legislatori, argum. text. *l. sed & si loci* 4. §. *final. & l.*
seq. ff. fin. regund. l. serui electione 5. §. *fin. ff. de legat.* 1. *&*
l. seruos 71. *de leg.* 3. Menoch. *cons.* 338. *n.* 14. *&* 15. Cyriac.
contrion. 178. *n.* 21. *&* 22.

Quod etiam suadetur ex repetitione eorumdem ferè
verborum facta in §. 3. dum Congregationi tribuitur fa-
cultas exequendi mandata contra Barones, Domicellos,
Comites, Marchiones, & alios à Iudicibus ordinarijs re-
laxata sub quibuscumque bonis, & Castris sitis in Statu
Ecclesiastico nulla facta specificatione de positis in Statu
Vrbinaten. ibi, *Omnium, & quarumcumque Ciuitatum,*
Terrarum. Castrorum, Casalium, Palatiorum, & alio-
rum bonorum, immobilium, tam in Vrbe, eiusque Distri-
ctu, quàm alibi vbicumque in Statu nostro Ecclesiastico exi-
13 *stentium*, nomine enim Status † Ecclesiastici, non intelli-
gitur Status mediatus, & feuda maiora, vt de Statu Vr-
bini, aduertitur per Adden. ad votum Cardinalis Sera-
phini, *post dec.* 610. 2. *vol. cons.* Farin. *litt. E.* Sicque in
eo existentes dicebantur homines mediati ipsius Papæ,
14 Ducis † verò cui fuerat infeudatus immediati, vt in si-
milibus terminis tradunt Specul. *in tit. de feud.* §. 1. *vers.* 14.
num. 28. Ruin. *cons.* 219. *num.* 5. *lib.* 1. Guidop. *decis.* 551.
num. 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 102. *num.* 1.
existentes autem in Ciuitatibus d. Status Ecclesiastici di-
cuntur Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, vt de populo
15 Narniensi meminit Rota *in decis.* 353. *num.* 55. *coram bon.*
mem. Merlino.

Comprobantur eò magis prædicta, quia Constitutio
hunc solummodò scopum habuit, vt occurreret indemni-
tati creditorum, & pro facili, & expedita eorum crediti
consecutione à Ducibus, Domicellis, & alijs similibus, qui
ære alieno contracto non sine maximo dictorum credi-
torum incommodo, & magnis expensis, & varijs litibus
cogi poterant, quemadmodum Pontifex in principio, &
§. 1. his disertis verbis profitetur; vnde dicendum vide-
tur prouidere voluisse creditoribus subditis, qui sub suo
gubernio, & regimine existunt, *& quotidianas querelas,*
16 *& expostulationes eidem Pontifici porrigebant d.* §. 1. † non
verò illis, quos alteri per dictam concessionem Status in
feudum ei factam omninò regendos tradidit, cùm de il-
lis circa hæc ipsi non incumbebat, nec quicquam amplius
edicere, ac statuere, vt ad rem faciunt tradita per Socc.
iun. *cons.* 126. *num.* 12. *cum seqq. lib.* 3. Ruin. *d. cons.* 119.
num. 5. *lib.* 1. Ias. *cons.* 57. *col.* 3. *lib.* 3. Panzirol. *cons.* 185.
num. 5. *& seqq.*

Cui intellectui non resistit illud verbum, *Vniuerso*, qua-
si ex eo colligi possit Pontificem sub hac lege voluisse vni-
uersum Statum Ecclesiasticum, & sic quoque mediatè sibi
subiectum amplecti, quia cùm statim subsequantur, *Statu*
17 *nostro*, hæc verba coarctant, & limitant antecedens, † cui
adiuncta sunt quamuis vniuersale sit, *l. emptor* 47. §. *Lu-*
cius, ff. de pact. Bero. *cons.* 159. *num.* 38. *cum seq. lib.* 1. *&*
cons. 20. *n.* 15. *lib.* 2. Cyriac. *contr.* 531. *n.* 50. *& seq.* Surd.
decis. 233. *num.* 19. vbi exemplificat, quod si quis dicat om-
nis, & quicumque homo albus non venit omnis homo, sed
qui albus solummodo erit.

Nec dicatur, quod hæc omnia procedere poterant viuen-
te Duce, secus inspecto tempore quo per illius obitum status
fuit deuolutus ad Sedem Apostolicam, per quam deuolu-
tionem cessat distinctio Status mediati, & immediati; Nam
omisso quod prædij distractio facta fuit de anno 1612. & sic
de tempore, quo deuolutio non erat sequuta, cùm vltimus
Dux decesserit die 28. Aprilis 1631. quod tempus videtur at- 18
tendendum ad effectum, de quo agitur ex allegatis *in Ro-*
mana fideicommissi 8. *Iunij* 1654. *coram R. P. D. meo Verospio.*
Id non importat, vt secundùm formam Bullæ sit cum Ba-
ronibus illius Status procedendum, dum non constat ibi fuis-
se vnquam publicatum, prout de publicatione, & expressa
Pontificis voluntate murandi iura doceri deberet † aliàs enim 19
ob dictam deuolutionem Status dicitur quidem vnitus Ec-
clesiastico, non tamen effectum vnum corpus, vt secundum
reliqui Status Ecclesiastici Constitutiones sit regendus, imò
iuxta suas antiquas leges, & statum gubernatur, Bart. *in l. si*
conuenerit la 2. § *si nuda num.* 3. *de pignorat. act. & in tract.*
de Tiberiad. in tit. de Insula, in verb. nullus num. 10. Butr.
in cap. fin. num. 63. *de constit.* Alex. *cons.* 114. *num.* 19. *lib.* 4.
Honded. *cons.* 13. *num.* 50. *&* 51. *lib.* 1. Contard. *in l. vnic.*
C. si de moment. poss. limit. 3. *num.* 19.

Tandem non aduersari dicebatur, quod coram bo. mem.
Coccino *in decis.* 36. *par.* 5. *rec.* resolutum † fuerit Bullam 20
hanc extendi ad minores, debita transuersalium, & credi-
tores præteritos, & futuros, super quo articulo scripsit etiam
Gratian. *vt in discept.* 608. *per totam* contra naturam legis,
& constitutionis † quæ regulariter dat formam futuris, non 21
autem præteritis negocijs *vulg. leges, & consuetudines, C. de*
legib. DD. in cap. fin. de constit. Surd. *cons.* 553. *n.* 1. quia præ-
dicta resolutio non officit præsenti, dum sin reliquis, ibi *age-*
batur de alienatione bonorum Baronis Sedi Apostolicæ imme-
diatè subiecti contra successorem pro dissolutione æris alieni per
illum ante obitum contracti. Ex hoc enim non sequitur esse
ita procedendum contra Barones mediatè subiectos in vim
Constitutionis, ex cuius verbis sunt exclusi, iuxta su-
perius firmata.

Et ita vtraque parte Informante.

REVERENDISS. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Iurispatronatus.

Lunæ 13. *Maij* 1658.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus donatio, si à Papa auctoritate
Apostolica fuerit confirmata cum clausula,
constito de Iurepatronatus, cùm ista gratia
sit conditionalis, ideòque illa plenè, & con-
cludenter est iustificanda. Verisimilia ea quæ
non sunt, non sunt credenda.

SVMMARIVM.

1 *Clausula (constito) importat conditionem.*
2 *Gratia, quando est conditionalis præcisam, & concluden-*
tem probationem requirit.
3 *Præsentandi quasi possessio deducitur ex præsentatio-*
nibus.
4 *Iuspatronatus, quando non præsumatur ex vsurpatio-*
ne.
5 *Iuspatronatus quando non est ex vsurpatione, probatur*
ex centenaria quasi possessione præsentandi vel cum
quadragenaria cum titulo.
6 *Etiam ad effectum iustificandi iuspatronatus ex funda-*
tione, & donatione & n. 7.
8 *Iuspatronatus dicitur de Iure competere ex fundatione,*
& dotatione.
9 *Dictio*, dumtaxat, *est taxatiua.*
10 *Consensus tacitus ex quibus eliciatur.*
11 *Scripturam aliquam simpliciter producens in actis, vide-*
tur eam in totum approbare.
12 *Scripturarum productio facta per compulsum, non inducit*
consensum, & n. 13
13 *Concilium Tridentinum emanauit post annum* 1462.
14 *Iurapatronatus qualia fuerunt sublata per Concilium*
Tridentinum.
15 *Iuspatronatus ex quo potest probari, quod fuerit subla-*
tum.
16 *Prouisiones Apostolicæ non immutant statum Bene-*
ficij.
17 *Enunciatiua vnica non probat iuspatronatus.*

18 *Enun-*

18 *Enunciatina vnica tunc multò minus probat, quando principaliter dubitatur de enunciato.*
19 *In verisimile quod valdè est, non est credendum.*
20 *Pauperum Leprosorum communitas, si sit mendica, non est verisimile quod fundauerit, & dotauerit Iuspatronatus.*
21 *Probatio dum non concludit per necesse, sed per possibile, non releuat.*
22 *Probatio per possibile tunc multò minus releuat, quando requiritur plena, & concludens probatio.*

DECISIO CCCXLI.

CVm Pauperes Leprosi Hospitalis Sancti Lazari extra
Mœnia Bononiæ donauerint anno 1605. Io. Antonio
Petramelario pro se, suisque filijs, & descendentibus ius
præsentandi Rectorem dicti Hospitalis, & pro huiusmodi
donationis confirmatione idem Petramelarius supplicauerit san.mem. Gregorium XV. demandauit ipse Anno 1621.
Vicario Episcopi Bononien. vt præfatam donationem Apostolica auctoritate approbaret, verificato tamen priùs quòd
dictum Iuspatronatus, seu præsentandi ex fundatione, vel
dotatione existeret; Verùm quia Rector tunc temporis
Hospitalis ab eodem Pontifice obtinuerat committi causam in Rota præuia auocatione à Vicario. Ideò dubium
proposui; an constet de Iurepatronatus, hodiè negatiuè
1 resolutum. Quia dicta clausula per † ablatiuum absolutum
concepta, ibi, *Verificato priùs, quod dictum Iuspatronatus præsentandi ex fundatione, vel dotatione existeret.* Gra-
2 tiam reddit conditionalem, † ac proindè præcisam, & concludentem iustificationem exposcit, vt in terminis dixit Rota coram Buratt. *decis.* 178. *num.* 1. *repetita in rec. decis.* 276. *num.* 2. *part.* 4. coram Durano *decis.* 87. *num.* 18. *&* 19. *in Pistorien. seu nullius Beneficij* 8. *Decembris* 1634. *coram bo.me.* Dunozetto *in rec. decis.* 569. *num.* 29. 30. *&* 31. *par.* 5. *in Lucana Beneficij* 16. *Iunij* 1651. *coram me*, §. *corruit etiam*, *& in Aquilana Capellania* 26. *Maij* 1656. *coram R. P. D. meo Priolo* §. *Nullitas possessionis.*
3 Non obstat centenaria quasi possessio † præsentandi edu-
cta ex præsentationibus relatis *in Summ. Petramelarij n.* 2. *cum seqq.*
Licet enim versemur in personix, in quibus non intrare
4 † præsumptionem vsurpationix *declarauit de anno* 1617.
Sac. Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium Sac. Concilij Tridentini interpretum dicto Sum. num. 1. & propte-
5 rea † sufficiat centenaria, vel quadragenaria cum fama
iuxta cons. Federic. de Senis 234. *num.* 3. *vers. sic ad propositum sæpius à Rota comprobatum*, *& signanter in decisionibus allegatis in Aretina Plebania* 16. *Februarij* 1654. *coram me*,
6 §. *Præmisso enim.* Etiam ad † effectum iustificandi Iuspatro-
natus ex dotatione, & fundatione, vt respondit Rota coram Card. Puteo *decis.* 199. *num.* 1. *vers. sed si essemus lib.* 1. *in corr. decis.* 254. *sub num.* 10. *vers. & propterea lib.* 3. *part.* 4. *diuers. in rec. decis.* 312. *num.* 4. *par.* 1. Comitul. *dec.* 60. *n.* 11. Card. Caualer. *decis.* 547. *num.* 1. & Buratt. *decis.* 172. *num.* 1.
7 *& decis.* 875. *num.* 1. *&* 2. Præsertim † etiam in dictis præsen-
tationibus enuncietur ad Pauperes leprosos electionem, &
præsentationem Rectoris pertinere de iure, & ex consue-
8 tudine, de iure autem † Iuspatronatus pertinère dicitur ex
fundatione, vel dotatione, iuxta *decis.* 7. Acchill. *num.* 2. *de Iurepatr.* Comitul. *dicta decis.* 60. *n.* 14.
Nihilominus quicquid sit, an adducta centenaria legitimè completa iustificetur ex scripturis dd. præsentationum
ad id exhibitis. Ex sequentibus existimarunt Domini titulum fundationis, vel dotationis valdè turbidum reddi. Et primo ex quo Clemens VII. fel. rec. anno 1526. eligendo in Rectorem Hieronymum de Aposa explicitè asseruit Iuspa-
tronatus ex consuetudine dumtaxat existere. *Sum. D. Mar-*
9 *chionis Vetian.* 1. Huiusmodi enim † dictio taxatiua dum-
taxat omnem alium titulum protsus excludit, Bart. *in l. vn. num.* 1. *ff. si quis ius dicent. non obtemper.* Card. *in Clem.* 1. *vers. Nos igitur de summa Trinit. & fid. Cathol.* Rota apud Pacific. de Saluian. *decis.* 58. *num.* 4. *in Toletana Canonicatus Pœnitentiaria* 4. *Maij* 1644. §. *Idque non solum*, *& in Romana fideicommissi de Maximis* 11. *Ianuarij* 1649. §. *Quia præter quod coram me.* Quæ quidem Summi Pontificis assertio Pauperibux, & Petramelario videtur obstare, siue gratia dictæ electionis effectum habuit, & electus admissus fuit ab
10 ipsismet Pauperibus, † exindè enim tacitus eorumdem
consensux in ipsorum præiudicium elicitur, vt in similibus
terminis, respondit Rota apud Verall. *decis.* 81. *n.* 4. *part.* 3.
siue etiam quia à dicto Petramelario iudicialiter in partibus
simpliciter producta fuit; † Vndè omnia ibi enunciata ab 11
ipso acceptata, & approbata censentur, *cap. Venerabilis*, *vbi scribentes de except. cap. cum olim de Cens.* Aym. *cons.* 134. *n.* 8. *cum concordantibus allegatis in Leodien. successionis* 1. *Iulij* 1654. *coram me*, §. *vltimo.* Quamuis in vlterioribux productionibus deinde factis in Curia addita fuerit clausula per
compulsum, † quia exindè non remouetur consensus resul- 12
tans ex antecedenti productione in † partibus simpliciter 13
facta, Buratt. *decis.* 551. *num.* 1. *&* 2.
Secundò ex quo assertæ præsentationes, iuxta prætensionem ipsiusmet Petramelarij incipiunt ab anno 1359. & vltima emanauit anno 1562. abindè verò citra nulla vlterior datur præsentatio à dictis Pauperibus peracta, sed vsque nunc à Sede Apostolica Rectores electi, & deputati fue-
runt; Cùm autem Sacrum Concilium Tridentinum, † quod 14
post vltimam præsentationem anno 1641. factam publicatum fuit, *sess.* 25. *cap.* 9. *de refor.* expresè abrogauerit quodcunque Iuspatronatus ex priuilegio, Constitutione, & consuetudine etiam immemorabili competens, indè satis apertè conuincitur, quod Iuspatronatus à Pauperibus prætensum, & ab eix vsque tunc possessum ex † sola consuetudi- 15
ne ad illos pertinebat, & quod proindè ipsimet Pauperes agnouerint omne ipsorum ius tanquam in sola consuetudine verè consistens à Sacro Concilio remansisse sublatum, quod etiam demonstrant subsequentex prouisiones Aposto-
licæ effectum sortitæ, † quæ licet regulariter non immu- 16
tent statum beneficij, illum tamen declarant, & ostendunt qualis fuerit de præterito, sa.mem. Greg. *decis.* 482. *num.* 1. Card. Caualer. *decis.* 252. *num.* 3. *in recent. decis.* 315. *num.* 1. *par.* 3. Merlin. *decis.* 521. *num.* 4. *&* 5. *& in Spoletana Iuspatronatus* 24. *Nouembris* 1655. *coram me*, §. *vltimo.* Simplex autem enunciatiua Ordinarij de anno 1606. quod de Iure-
patronatux Pauperum legitimè, † & secundum formam 17
traditam à Concilio constaret *d. Sum. Petramelarij num.* 11. *in fine*, tamquam vnica, nullius est releuantiæ, Aret. *in cap. cum caus. num.* 22. *in fine de probat.* Buratt. *decis.* 178. *n.* 13.
præsertim † dum hodie, quo principaliter contingit dubi- 18
tari de enunciato nulla prorsus concludenti iustificatione fulcitur, Felio. *in cap. per tuas num.* 12. *de probat.* Rot. *decis.* 552. *num.* 13. *par.* 8. *rec.*
Tertiò demum quia inuerisimile admodum est, quod
Pauperes leprosi, qui † prorsùx mendici sunt, controuer- 19
sum Iuspatronatus dotare, † & fundare potuerint, vt in 20
similibus terminix ponderauit Rota apud Crescent. *decis.* 1. *alias* 13. *num.* 2. *de Iurepatron. in recent. decis.* 23. *sub num.* 5. *par.* 2. apud Viuian. *de Iurepatron. decis.* 28. *num.* 1. *& in Lucana Iurispatronatus* 1645. §. *nam respectu*, *&* 3. *Decembris* 1646. §. *Ratio cum duob. seqq. coram Reuerendissimo D. Terracinen.*
Dum itaquè ex præfatis saltem per possibile educi valet,
quod controuersum † Iuspatronatus non sit ex fundatio- 21
ne, vel dotatione, sed ex sola consuetudine, inde resultat
quod ex hac solum possibilitate probatio † pro Petramela- 22
rio deducta non sit plena, & concludens, vt ex prædicta clausula de necessitate requiritur, ex notatix per Castrens. *in l. si per alium*, §. *Docere num.* 4. *ff. ne quis eum, qui in ius vocat est vi eximat*, Dec. *cons.* 37. *num.* 9. *circa med.* Rot. *decis.* 216. *n.* 13. *par.* 6. *recent.* *& alijs allegat. in Asten. Coadiutoria* 14. *Februarij* 1653. *coram R. P. D. meo Celso*, §. *probatio vero.*
Quapropter Domini existimarunt, ad effectum de quo agitur non constare de Iurepatronatux vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Engubina Diuisionis.

Lunæ 13. *Maij* 1658.

ARGVMENTVM.

Bonorum diuisio, quando fuit facta, vel iam fuit præscripta forma circa ipsam diuisionem, tunc aliter non potest fieri dicta diuisio, nisi in casu enormissimè læsionis. Plura notanda deducuntur circa statuta exclusiua fœminarum, & præsertim circa earum dotem.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum diuisio, quando fuit facta, vel forma diuisionis est firmata, tunc aliter bona non possunt diuidi.*
2 *Nec amplius possunt bona aliter diuidi etiam prætextu læsionis, aut erroris, nisi &c. vt hic.*
3 *Diuisio bonorum paternorum inter fratres, & sorores æqualiter est facienda de iure communi.*
4 *Statutum Eugubinum rub.62. lib.2. excludit fœminas propter masculos.*
5 *Statutum vt releuet, debet esse in forma probante.*
6 *Statuta particularia locorum potissimum inter Ciues seruanda sunt.*
7 *Statuta exclusiua fœminarum propter masculos sunt fauorabilia.*
Vel saltem non sunt odiosa odio irrationabili, & hoc fauore agnationis.
8 *Statuta exclusiua fœminarum plura per Orbem terrarum adsunt, & ferè per totam Italiam vigent.*
9 *Dos an succedat loco legitimæ, quando fœminæ excluduntur propter masculos.*
10 *Statutum, quod voluerit, vt dos succedat loco legitimæ, dum excludit fœminas ab hæreditate patris quando dicatur.*
11 *Et quando non dicatur voluisse, vt non succederet loco legitimæ, & num.13.*
13 *Dotis consignatio, quando sit necessaria, vt fuerit facta, dum masculus succedit in bonis paternis, stante statuto exclusiuo fœminarum.*
14 *In statutorum declaratione ponderanda sunt verba eorum.*
15 *Statuentium mens ex eorum verbis colligitur.*
16 *Rubrica statutorum dum sunt perfectæ orationis possunt allegari ad causæ decisionem.*
17 *Quod procedit etiam licet per nigrum strictius loquens illius dispositio restringatur.*
18 *Statuti rubrica restringitur à nigro.*
19 *Rigores sunt moderandi.*
20 *Statuta exclusiua fœminarum, vbicumque excludunt dotatam ab hæreditate, intelligi debet ab hæreditate dotantis non aliorum.*
21 *Quod limitatur nisi statutum personas à quarum hæreditate excludit, enumeret, quia talis numeratio excludit non numeratas, & num.22.*
23 *Statutum exclusiuum fœminarum si incipiat à dotatione, vt deinde procedat ad exclusionem quid importet.*
Declara tamen, vt num.23. & 24.
25 *Statuta exclusiua fœminarum propter masculos, quando intrent, licet iam fœminæ non habuerint dotem.*
26 *Interpretatio illa non est admittenda, ex qua sequeretur aliquod absurdum.*
27 *Statuta excludentia fœminas à successione parentum cum conditione, vt dotentur, tunc dos est consignanda ad effectum successionis.*
28 *Quod secus est dicendum dum statutum loquitur modaliter vt fœmina dotentur, vnde secundario dos consideratur, & tunc quid iuris sit.*
29 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, et si partis citatione non probant.*
30 *Possessio si non habeat alium titulum, quam familiaritatis, nullius considerationis est.*

DECISIO CCCXLII.

SVper modo diuidendi bona, quæ indiuisa relicta erant, fratres de Grottis apocam confecerunt iuxtà cuius formam illorum diuisionem faciendam esse Rota censuit, quia vbicumque res sunt diuisæ, aut diuisionis est forma præscri-
1 pta, non sunt ampliùs, † vel aliter quam in ea continetur diuidendæ, *l. si filiæ 20. §. familiæ ff. fam. Erc. l. si inter 8. cum seq. Cod. com. vtr. Iudic. l. si maior 4. C. com. diuid. gloss. final. in fin. in l. soror tua 8. C. de collat.* Menoch. *cons. 91. num. 28.* Etiamsi velit diuisio sub prætextu læsionis, vel erroris re-
2 tractari, nisi vltra † dimidiam læsio probetur, & error manifestè detegatur, vt de læsiua est, *gloss. in l. 3. verb. vel perperam C. com. vtr. Iudic.* Gratian. *discept. forens. cap. 788. n. 1.* Cyriac. *controu. 325. num. 28.* & de erronea, *l. cum putarem 37. ff. fam. Ercisc. l. post diuisionem, ff. de iur. & fact. ign. & d. l. 3. C. com. vtr. Iud.* Menoch. *cons. 91. n. 26.* Rot. *decis. 600. n. 1. cum seq. par. 5. rec.*

Non obstat, quod in dicta apoca non sit nominata Magdalena Francisci, & Aloysij fratrum germana soror, quæ debuit omninò compræhendi, ac fieri diuisio in tres viriles partes, eam pro sua rata bonorum admittendo ex iuris dispositione debita, secundùm quam hæreditas Patris defuncti æqualiter diuiditur inter † fratres, & sorores, ex- 3
clusa omni sexus differentia, *l. maximum vitium 4. C. de liber. præter auth. in successione C. de suis, & legit. liber. auth. defuncto vers. sed si cum parentibus Cod. ad sen. consult. Tertull.* Quoniam obstat ei statutum Eugubinum † *sub rub. 62.* 4
lib. 2. excludens fœminas à successione, masculis extantibus, ad quos proindè integræ, & plenariæ portiones, etiam pro rata dictæ Magdalenæ de iure debita pertinent, Roman. *in l. vnic. num. 63. C. quando non pet. par. pet. accresc.* Socc. Sen. *cons. 5. num. 5. & seqq. lib. 1.* Honded. *cons. 1. n. 34. cum seq. lib. 2.*

Non afficit, quod statutum non appareat in forma specifica † confirmatum, quia præter quod de confirmatio- 5
ne constat ex decreto per Ducem Vrbini edito, vbi omnia particularia statuta locorum seruari mandauit, & inter Ciues potissimum † attenduntur, vt refert Honded. *cons. 9.* 6
num. 7. cum seqq. & num. 24. referens verba decreti *lib. 2.* Gabr. *cons. 18.* in figuratione casus *vers. alterum*, Guidobaldi *lib. 2.* Tob. Non. *cons. 10. num. 3.* cum huiusmodi statuta sint fauorabilia, vel saltem † non odiosa odio irrationa- 7
bili attento fauore agnationis, qui inspici debet, & plura per vniuersum Orbem reperiantur, † ac ferè in omnibus 8
Italiæ Ciuitatibus existunt, vt testantur plures Doctores, quos Rota refert in *decis. 405. num. 31. par. 5. rec.* non requiritur ad illorum validitatem specialis, & indiuidua confirmatio, sed in forma communi facta sufficiens iudicatur, ut respondit Rot. *in Bononien. Successionis 9. Decembr. 1622. coram Vbaldo in rec. decis. 438. num. 47. & 48. par. 4. to. 2.* bo. me. Merlin. *decis. 698. num. 7.*

Non subsistit, quòd ex bonis paternis inter fratres ad formam apocæ diuidendis, sit priùs detrahenda dos dictæ Magdalenæ adhuc innuptæ, † quæ loco legitimæ debetur, 9
ex quo statutum nonnisi fœminas dotatas excludit, easque dotari mandat, si dotatæ non sint. Quoniam tunc demum dos vigore statuti loco legitimæ succedit, † quando illius 10
dispositio est directa ad exclusionem fœminarum, si fuerint dotatæ, tunc etiam ad illas excludendas, ne concurrant ad † successionem, vera, & formalis dotatio exigi- 11
tur, tempore quo successio ei impediri prætenditur, quamuis matrimonio non fuerint collocatæ, vtpotè illa sit causa finalis exclusionis, secùs verò vbi statutum † fœminas 12
excludit propter masculos, & ipsas dotari mandat, si dotatæ non fuerint, & hoc casu dos non succedit loco legitimæ quia non ipsa dos, sed solus fauor masculorum, & agnationis conseruatio est exclusionis causa, sicque † non est 13
necessaria dotatio, nisi nuptiæ actualiter contrahantur, ita magistraliter distinguendo tradit Castrens. *in l. Titio centum 70. §. Titio genero sub num. 8. vers. ego pluries ff. de condit. & demonstrat. & in consil. vltim. num. 4. vers. super 3. lib. 2.* Socc. Sen. *cons. 75. n. 8. vsque ad fin. lib. 3.* Menoch. *cons. 81. num. 4.* Honded. *cons. 16. n. 54. & 55. lib. 1.* Giouagn. *cons. 42. num. 77. lib. 1.* Rot. *decis. 538. & 540. n. 1. cum seqq. par. 1. diuers. in Perusina fideicomm. de Alphanis coram bon. me.* Coccino *decis. 106. num. 5. 6. & 7. post tract. de legit. in Tiburtina Hæreditatis 13. Februarij* 1634. coram bo. mem. Card. Hieronymo Verospio post Fenzon. *ad stat. Vrb. decis. 113. sub §. & licet, & in rec. dec. 399. n. 32. & seqq. & dec. 405. n. 23. cum seqq. par. 5. & in Interamnen. Vsusfructus 10. Iunij 1649. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. idemque etiam.*

Quam distinctionem communiter approbatam retinendo existimarunt Domini † secundùm caput illius applicatæ 14
præpositæ quæstioni ponderantes in primis verba rubricæ statuti, quæ inducunt simpliciter exclusionem fœminarum in casu existentiæ masculorum, ibi, *quod stantibus* 15
masculis fœmina non succedant, ex quibus verbis apertè colligitur, quod ob solam existentiam masculorum, non autem ex causa dotis, cuius ibi nulla fit mentio, statuentes voluerint excludere fœminas, sunt enim verba † dictæ 16
rubricæ generalia habentia perfectam orationem, ideò ad causæ decisionem allegari possunt, licet † per nigrum stri- 17
ctiùs loquens illius dispositio restringatur, *gloss. in l. 1. Cod. de cap. ciu. lib. 11.* Castrens. *cons. 40. & cons. 83. n. 4. li. 2.* Rota *decis. 548. num. 1. in fin. par. 1. & decis. 31. num. 1.*

pariter

pariter in fin. par. 2. rec. & in Fanen. Nullitatis Apoca 13.
Martij 1648. §. *Vlterius coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Secundò aduertebant, quod statutum in nigro excludit
fœminas dotatas, iniungitque onus Patruo, & alijs ibi
18 expressis, illas, † quæ dotatæ non sunt, congruè dotandi,
inspecta qualitate personarum, patrimonij, & consuetudine
earum domus, quo fit, vt per masculorum existentiam, abs-
que dotatione dicantur exclusæ, non autem habita ratione
dotis, quæ secundariò fuit à statuentibus considerata ad
19 moderandum rigorem † statuti, & quasi in recompensam
exclusionis ordinata, & in consequens dicta dos non ha-
betur loco legitimæ, nec tanquam purè debita transmitti-
tur, sed conditionaliter, idest si nubent, & sic adueniente
die nuptiarum, Socc. Sen. *consil.* 278. *sub num.* 27. *lib.* 2. Gabr.
cons. 11. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 139. *nu.* 15. *& seqq. lib.* 2. Me-
noch. *d. cons.* 81. *nu.* 4. *& cons.* 327. *num.* 127. Cephal. *cons.*
245. *nu.* 28. *lib.* 2. Hond. *cons.* 16. *nu.* 54. *lib.* 1. Rota *in dd.*
Decisionibus 540. *num.* 1. *vers. distinctio par.* 1. *diuers. & de-*
cis. 405. *num.* 25. *& seqq. par.* 5. *recens.* coram Card. Millino,
decis. 317. *num.* 4. *&* 5. post Merlin. *de legit. decis.* 74. *n.* 2.
& decis. 106. *n.* 7.

Pariter fuisse contemplatum masculorum fauorem dedu-
cebatur ex eo, quod statutum disponit, quod fœminæ ab
vno tantum dotatæ, ab aliorum omnium successione cen-
seantur exclusæ, ibi, *ita quod ab vno tantum ipsorum, vel*
ipsarum dotata, ab omnium supranominatorum hæreditate
exclusa censeantur &c. Licèt enim certissimum sit Iuris axio-
20 ma, quod † vbicunque statutum excludit fœminam dota-
tam, intelligi debeat exclusa à sola hæreditate dotantis, non
autem aliorum, qui non dotarunt, Bald. *in l.* 1. *num.* 4. *C.*
legit. hæred. Surd. *cons.* 535. *num.* 13. Menoch. *cons.* 3. *num.*
27. *vers. nono, ac vltimo.* Attamen conclusio communiter
limitatur, quando vlteriùs progreditur, enumerando per-
21 sonas, à quarum successione intendit fœminas excludere,
vt hic, nam huiusmodi expressio demonstrat, statuentes
22 principaliter considerasse fauorem masculi † excludentis,
non verò exclusionem esse consequntiuam ad dotem,
quæ aliàs cùm esset vnica, vices plurium dotantium exple-
ret, quod fieri non posset habita ratione ad ipsam dotem,
secus inspecto fauorem illorum, quibus hæreditates defe-
runtur, exclusis fœminis vnica dotatione iuxta statuentium
intentionem, vt in terminis similis statuti arguit Castr.
consil. 91. *nu.* 2. *vers. Nam respondetur lib.* 2. Cephal. *cons.* 5.
num. 70. Rot. *dicta decis.* 405. *n.* 28. *&* 29. *par.* 5. *recent.* & co-
ram bo. me. Merlin. *decis.* 390. *n.* 10. *& decis.* 429. *n.* 1. *&* 2.
23 Nec prædictis obesse visum fuit, † quod statutum in ni-
gro incipiat à dotatione, & deinde procedat ad exclusio-
nem, quoniam responsum fuit, quod tametsi in prima
parte statutum loquatur de dotatis, dum in altera parte
subdit, quod si dotatæ non fuerint, dotari debeant, indè
25 assequimur vim, † & efficaciam statuti non consistere in
dotatione, sed in ratione, ob quam fœminæ excluduntur,
videlicet propter masculos, qui debent integraliter in om-
25 nibus bonis succedere, † habentque dumtaxat necessitatem
dotem fœminis constituendi, quàm tamen illæ antequam
maritentur, petere non possunt, sed sat est, quòd fratres
sint cum effectu parati dotare de paragrio, adueniente die
nuptiarum, non antea, *vt de stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 145.
quod etiam à dotatione incipit, ibi. *Si quis decesserit &c.*
superstitibus filiabus fœminis, vna, vel pluribus maritatis,
& dotatis ipsa fœmina in aliquo non succedant, Gabr. *cons.*
139. *nu.* 15. *cum seqq. lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 579.
num. 31. *&* 32. Rot. coram Card. Seraph. *decis.* 112. *per tot.*
& d. decis. 538. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* Nihil obstante, quod
admissa hac interpretatione mulier exclusa nihil haberet, si
ante nuptias moreretur, quia sufficit ad effectum, vt locus
26 † sit statuto, quod interim donec nubat, vel moriatur,
alimenta consequatur, vt post Bald. *in l. non sine* 5, *C. de*
bon. qua liber. tradit Cuman. *cons.* 40. *col. fin.* Socc. Sen. *cons.*
278. *sub n.* 27. *vers. præterea lib.* 2. Gabr. *vbi supra n.* 29. Gra-
tian. *d. cap.* 579. *n.* 31.

Neque applicantur tradita per Dec. *in consil.* 261. & Ruin.
27 *cons.* 74. *lib.* 2. quia loquuntur in casu † statuti excludentis
fœminas cum conditione, si dotentur, & sic propter dotem
principaliter, de hoc autem aliter dicendum est, quia loqui-
tur modaliter, vt dotentur, si dotatæ non sint, & ob id dos
28 dicitur † causa secundaria, prout prædicta consilia referen-
tes explicant idem Gabr. *in d. cons.* 139. *numer.* 2.
Rota *in eadem decis.* 540. *sub num.* 6. *vers. auctoritates al-*
legata par. 1. *diuers.*

Non obstant Testes deponentes de possessione Magdale-
næ bonorum controuersorum vnà cum fratribus, nam vi-
sum fuit, non esse attendendos, nedùm quia sunt examina-
ti ad perpetuam rei memoriam, † sine partis citatione, re- 29
quisita ad finem, vt fidem faciant, Rota *decis.* 128. *num.* 1.
& decis. 259. *num.* 2. *par.* 1. *rec. & decis.* 182. *num.* 1. *coram*
bon. me. Coccino. Cùm aliundè non constet illam fuisse
admissam à fratribus ad successionem, imò liquet de contra-
ria eorumdem mente ex dicta apoca diuidendi bona inter
ipsos, nulla de sorore habita ratione, consequenter nullo
alio titulo, quàm familiaritatis ea possidere potuit, & de 30
huiusmodi possessione intelligendæ sunt Testium depositio-
nes, Angel. *in l. assiduis* 12. *num.* 2. Cod. *qui pot. in pign. hab.*
Ruin. *cons.* 34. *num.* 13. *lib.* 1. Rot. coram bo. me. Coccino
decis. 239. *nu.* 4. *& decis.* 298. *n.* 6. *par.* 6. *recent. & in Nea-*
politana bonorum 7. *Februarij* 1642. *coram bo. me. Dunozet-*
to, §. *Non obstant.* Nec est habenda in consideratione ex
allegatis per Modern. *de manut. obser.* 54. *n.* 2.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Romana seù Ianueñ Locorum Montium.

Veneris 27. *Maij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Testator licet possit disponere de bonis hæredis sicuti de bonis suis, & hoc tam in vltima voluntate, quam inter viuos; Attamen id non procedit quoad hypotecationem dd. bonorum nisi copulatiuè constet de voluntate defuncti, & quod hæres simpliciter adiuerit hæreditatem, & alia, vt latè habetur in decisione.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca est vnum ex requisitis Iudicij Saluiani.*
2 *Super bonis heredis non extenditur obligatio, seu hypotheca defuncti.*
3 *Testator potest disponere de bonis defuncti, sicut de bonis proprijs.*
Testator potest de bonis heredis disponere, tam in testamento, quàm inter viuos, nu. 3.
4 *Hypotheca super bonis heredis vt intret ad fauorem Creditorum Testatoris, quid sic necessarium.*
5 *Hypotheca super bonis heredis ad fauorem Creditorum defuncti, vt intret debet constare de voluntate defuncti, quod voluerit illa obligare.*
6 *Heres adeundo hereditatem simpliciter dispositiones defuncti approbare dicitur.*
Bona heredis, vt valide dicantur hypothecata à Testatore, quid copulatiuè requiratur, nu. 6.
7 *Testator iure legati disponens de certis bonis heredis, debitis vigore fideicommissi, quando teneat talis dispositio, & n.* 8. *&* 9. *& seq.*
12 *Obligatio Cameralis includit etiam bona heredis.*
13 *Bona heredis, vt remaneant hypothecata pro debitis defuncti copulatiuè consideranda sunt simplex aditio hereditatis, & voluntas Testatoris.*
14 *Heres simpliciter adeundo hereditatem, quasi contrahit cum creditoribus hereditarijs.*
Vnde tenetur actione personali cui accedit hypotecaria, num. 14. *Quod procedit in legatis, seu fideicommissis.*
16 *In contractibus heredis, vt intret obligatio bonorum heredum, ad fauorem Creditorum hereditariorum, quod requiratur.*
17 Text. in l. final. C. commun. de legat. *declarat.*
18 *Actio personalis oritur ex quasi contractu.*
19 *Obligatio defuncti si sit restricta ad bona ipsius defuncti, vtique per simplicem aditionem heredis, an extendatur ad ipsius bona.*
20 *Quasi contractus non potest plus operari, quàm ipse contractus.*
21 *Ex actione personali, non benè infertur ad hypothecariam.*
22 *Bona heredis non possunt dici bona defuncti.*

23 *Testator obligans bona propria sua nulla facta mentione bonorum hæredum, non possunt dici illa obligata.*

24 *Hæres sine beneficio legis, & inuentario potest dici hæres dolosus.*

25 *Hæres sine beneficio legis, & Inuentarij in bonis proprijs non tenetur actione hypotecaria, pro adimplenda voluntate defuncti, sed actione personali.*

Quæ non est leuis pœna pro dolo præsumpto.

26 *Hæres adeundo simpliciter hæreditatem obligatur quidem, sed tantum ad id, in quo defunctus se obligauit.*

26 *Administrator dolosus tenetur actione hypotecaria.*

Et id procedit specialiter fauore pupilli, & sic statutum est à Iure, num. 27.

28 *Hypotheca nunquam censetur inducta, nisi in casibus à Iure expressis.*

29 *Hæres, quando non possit dici, quod adiuerit hæreditatem sine beneficio legis, & Inuentarij.*

Quia Inuentarium intra legitimum tempus non fuit factum.

30 *Hæres conficiens Inuentarium intra tempus prorogatum, perinde est, ac si fuisset confectum in primo termino.*

31 *Termini prorogatio non valet dum fuit obtenta post expiratum terminum.*

32 *Prorogationis terminus non incipit currere à die, qua illa præuentiue conceditur, sed à die qua expirat tempus prorogationis, cum quo coniungitur, & inmer. 33.*

34 *Prorogatio temporis confectionis Inuentarij hæreditarij, quando petitur, sunt citandi Creditores hæreditarij.*

35 *Creditores, tunc non sunt citandi in prorogatione termini dati ad conficiendum Inuentarium hæreditarium, quando petitur intra tempus, quo non fuit spiratus iam concessus terminus.*

36 *Statuta laicorum prosunt etiam Ecclesiasticis, quando sunt fauorabilia, & nu. 37.*

37 *In Inuentario bonorum hæreditariorum, bona mobilia, & argentea in pondere, numero, & mensura sunt describenda.*

38 *Sed id limitatur, quando non adest dolus hæredis, veluti si dicta bona fuerunt de eo tempore distracta, & sic eorum notitia non potuit haberi. Vnde fuit descriptum illorum pretium.*

39 *Hæres, quod dolose omiserit aliquid describere in Inuentario non præsumitur id fecisse dolosè, sed qui id dicit, tenetur probare.*

40 *Hæres omittendo dolosè aliquid describere in Inuentario ex hoc non priuatur hæreditatem, sed solum punitur in duplum, n. 41.*

42 *Debita mandans solui ex bonis suis, ex tali designatione censetur inducta hypoteca.*

43 *Hæres mandans solui debita ex bonis suis, intelligitur de debitis proprijs, non de debitis defuncti.*

44 *Extensio non est facienda in materia stricta, & odiosa.*

45 *Loca Montium empta ex bonis hæreditarijs succedunt loco dictorum bonorum.*

46 *Loca Montium non remanent hypotecatis, si emantur ex bonis hypotecatis, an ipsa remaneant hypotecata.*

DECISIO CCCXLIII.

EX defectu hypothecæ, quæ est vnum de extremis in
1 Iudicio Saluiani requisitis † recessit hodie Rota à de-
cisis coram me sub die 31. Ianuarij 1656. pro confirmatione
sententiæ A. C. concedentis immissionem Coniugibus de
Leuizarijs super locis Montium, de quibus agitur.

Quia non controuertitur, & admittit etiam contraria
decisio, quod hæc loca Montium non sunt propria Ioannis
Augustini debitoris nec ab ipso vnquam fuerunt possessa,
sed spectabant ad Patrem Marinum illius hæredem super
2 † quibus proindè non cadit obligatio, nec hypotheca de-
functi, iuxtà textum in *l. Paulus 29. ff. de pignor. gloss. in l.
assiduis verb. licet, vers. Item an bona C. qui potior. in pign.
hab.* Loffred. *cons.* 32. *num.* 15. Franc. *decis.* 53. *num.* 6. Surd.
decis. 315. *num.* 6. *in fin. cum seqq.* Merlin. *de pign. lib.* 2.
tit. 1. *q.* 15. *n.* 1.

3 Quamuis enim defunctus possit de bonis hæredis † dispo-
nere, sicut de proprijs, siue in vltima voluntate, siue inter
viuos, *l. vnum ex familia 69. §. si rem ff. de legat. secundo lib.
1. in princip. ff. de except. rei vendit.* & tradit Capyc. *decis.* 175.
n. 15. Cyriac. *controu.* 160. *nu.* 82. Gratian. *discept.* 225. *n.* 77.
Rot. *decis.* 19. *n.* 1. *& decis.* 89. *n.* 2. *par.* 5. *recent.* Tamen
ad effectum, vt in illis intret hypotheca ad fauorem † Credi- 4
torum ipsius defuncti, necesse est, quod defunctus obliget
etiam bona hæredis expresè, vel per clausulas id importan-
tes, quodque hæres adeat eius hæreditatem sine beneficio
† legis, & Inuentarij, sic enim constat de animo defuncti 5
vtendi potestate, quàm habet ea obligandi, ac de volunta-
te hæredis ratificandi factum defuncti mediante † simplici 6
aditione, prout copulatiuè requiritur, vt conciliando pu-
gnantes Doctorum opiniones, resoluit Consilium Neapo-
litanum apud Afflict. *decis.* 111. *num.* 15. *cum seqq.* & me-
liùs *decis.* 200. *per tot.* quem in puncto sequitur Franc. *decis.*
53. *num.* 7. *& seqq.* Pacific. de Saluiano *interdicto inspect.* 3.
cap. 2. *n.* 289. *iunctis numeris præcedentibus*, Mantic. *de Tacitis lib.* 11. *tit.* 17. *num.* 9. & videtur sensisse Rot. *in Viterbien. Castrorum* 12. *Iunij* 1623. *coram bon. mem.* Coccino *in
recent. decis.* 438. *par.* 5. vbi † defunctus iure legati dispoue- 7
rat de certis bonis hæredi debitis vigore fideicommissi, & Ro-
ta resoluit, quod † stante hac expressa dispositione, & acce- 8
ptatione hæreditatis sine beneficio legis, & Inuentarij hæ-
res censebatur illius dispositionem approbasse, & noluisse
succedere in eisdem bonis vigore substitutionis † fideicom- 9
missariæ, vt benè declarat *decis. sub n.* 31. *&* 32. & clariùs
in *Romana Saluiani, seu Domus 27. Nouembris 1634. coram
bo. me. Buccabella*, apud Zacch. *de oblig. Camer. decis.* 239.
n. 7. *&* 8. vbi copulatiuè consideratur tam expressa obligatio
bonorum hæredis, † quàm illius aditio non docto in Inuen- 10
tario, & rursùs *in S. Seuerini Dotis, seu Saluiani 4. Maij
1640. coram bo. mem. Dunozetto*, apud eundem Zacch.
decis. 187. *vbi num.* 25. *& seqq.* non solùm consideratur adi-
tio sine beneficio legis, & Inuentarij, † sed etiam principa- 11
liter deducitur obligatio bonorum hæredis tum ex amplitu-
dine verborum, & clausularum, quæ aderant in Instrumen-
to, de quo ibi agebatur, & in casu isto desunt. Tum quia
Instrumentum continebat obligationem Cameralem, † quæ 12
vt probat idem Zacch. post Gallef. *qu.* 4. *num.* 7. includit quo-
que bona hæredis, ac demùm firmatum fuit *in Romana Census, seu Saluiani 5. Maij 1655. coram Reuerendiss. D. meo
Decano, §. primo*, vbi ad effectum hypothecæ copulatiuè
consideratur † expressa obligatio bonorum hæredis, & eius 13
aditio sine beneficio legis, & Inuentarij.

Non obstat, quòd hæres simpliciter adeundo quasi con-
trahat cum Creditoribus † hæreditarijs, indèque teneatur 14
actione personali, cui accedit hypothecaria, vt dicitur in dicta
Viterbien. Castrorum *decis.* 438. *num.* 7. *& seq. pars.* 5. *recent.*

Quia conclusio, vel procedit † in legatis, seu fideicom- 15
missis iuxta textum in *l. final. in fine C. commun. de legat.* in
quibus terminis loquitur *dicta decisio*, vel † quatenus exten- 16
ditur ad Contractus per *l. primam pariter in fine, ff. de pigner. act.* intelligi debet concurrente præcedenti obligatio-
ne bonorum hæredis, vt declarando † dictum textum fir- 17
mat Afflict. *dicta decis.* 111. *num.* 7. Pacific. *d. cap.* 2. *num.* 290.
benè Franc. *d. decis.* 53. *n.* 7. *& seqq.*

Quod & ratione comprobatur, nam quasi contractus,
† ex quo oritur actio personalis non causatur per aditio- 18
nem hæredis, sed per contractum celebratum à defuncto,
iuxta tradita per Bart. *in l. de eo in princip. vers. sed certè ff.
de iudic.* Surd. *cons.* 112. *num.* 68. *cum seqq. & cons.* 425. *n.* 28.
& seqq. Gratian, *discept.* 981. *num.* 17. cum alijs relatis per
Modern. Hispan. *in laberint. credit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. Si
ergo obligatio defuncti est restricta † ad bona propria vti- 19
que per aditionem extendi non potest ad bona hæredis ne
alioquin plus contineat, & operetur, † quasi Contractus, 20
quàm ipse Contractus, vt ponderat Franc. *d. decis.* 53. *n.* 8.
vers. nihilominus.

Nec ex eo quòd hæres teneatur actione personali rectè
infertur † ad hypothecariam. 21

Quia ideò hæres conuenitur actione personali, quia re-
præsenta personam defuncti, sed bona hæredis non possunt
dici bona eiusdem † defuncti, vt aduertit Aretin. *in l. si hære- 22
dis seruus in princip. vers. Sed ad hoc ff. de legat.* 1. Surd. *decis.*
315. *n.* 6. *& seqq.*

Cùm itaque Ioannes Augustinus Debitor in obligatio-
ne nullam fecerit mentionem de bonis † hæredis, deficit 23
eius voluntas illa obligandi, & bona tantùm propria hypo-
thecasse censetur, *d. l. Paulus in princip. ff. de pignor.* Alciat.
in

in l. 1. num. 29. verf. fed an contra, ff. de legat. 1. Mantic. *de tacit. d. lib. 11. tit. 17. fub n. 9. verf. verum plane*, Pacific. de Saluian. *d. cap. 2. num. 284. verf. & quod in generali*, plenè Surd. *decif. 315. num. 4. cum feqq.*

Hinc parum refert an Pater Marinus adiuerit abfque
24 beneficio legis, † & Inuentarij, & exindè dicatur hæres
dolofus.

Quia non propterea tenetur in bonis proprijs actione hypothecaria, fed folùm actione perfonali pro implenda
25 voluntate defuncti, † quæ non eft leuis pœna pro dolo præfumpto, Phanuc. *de inuent. quæft. 244. num. 72. 143. & 146.* Franc. *dicta decif. 53. num. 8. & feqq.* vbi quod hæres adeun-
26 do fimpliciter obligatur quidem, † fed tantùm ad id in quo defunctus fe obligauit, Cardinalis Tufcus *verb. Hæres concluf. 51. num. 23. & concl. 58. num. 39.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 15. num. 13. & feqq.*

27 Nec applicatur exemplum † adminiftratoris dolofi, qui tenetur actione hypothecaria.

28 Quia hoc eft fpecialiter à † lege cautum fauore pupilli in *l. pro officio 20. C. de administrat. Tutor.* De cætero autem
29 hypotheca nunquam cenfetur inducta † nifi in cafibus à Iure expreffis, *glofs. fin. in fin. in l. 2. ff. de priuil. credit.* Rip. *in l. dabimus 4. §. 1. num. 2. ff. eodem*, Crauett. *conf. 692. num. 2.* Surd. *decif. 31. num. 9. & decif. 271. n. 10.*

Sed ceffat difficultas, quia Pater Marinus non adiuit fim-
29 pliciter, fed fecit † Inuentarium, quod gratis prætenditur non fuiffe confectum intra tempus legitimum, quia contrarium conuincitur ex prorogationibus obtentis à Magiftratu Ianuenfi ad illud perficiendum, quæ operantur, vt tem-
30 pus † prorogatum cenfeatur vnum, & idem cum primo termino, *l. fed & fi manente, ff. de precario*, Bart. *in l. final. in fine, ff. de damn. infect.* Berous *conf. 156. num. 1. lib. 3.* Maftrill. *decif. 35. num. 2. par. 1.* Rota *decif. 505. num. 1. in fine par. 2. recent.*

31 Nec fubfiftit, quod tertia prorogatio † fuerit conceffa poft expiratam fecundam.

Quia fecunda ad fex menfes duratura, quamuis conceffa die 5. Decembris 1642. non expirabat die 5. Iulij fe-
32 quentis, cùm de tempore illius † conceffionis duraret adhuc prima, vfque & per totam diem 14. Ianuarij 1643. *Sum. Patris Marini num. 4.* Terminus enim prorogationis non
33 incipit currere à die qua illa præuentiuè conceditur, † fed à die qua expirat terminus prorogatus, cum quo coniungitur Mandof. *in Commiff. prorog. fatal. 24. verb. lite, & caufa, verf. & fic pro qualibet vice fol. mihi 57.* Scacc. *de appell. lib. 3. cap. 2. q. 15. n. 235.*

34 Minùs refert quod prorogationes † fuerint conceffæ non citatis Creditoribus. Nam quando, prout hic, petuntur, & obtinentur ante lapfum temporis, ficque ante ius quæfi-
35 tum eifdem Creditoribus non † eft opus illorum citatione, ex traditis per Bald. *in cap. de caufis in princ. verf. fed quæro de offic. deleg.* Rolan. *de Inuent. q. 81. num. 6. verf. quia tunc valet &c.*

Prout nec obftat, quod fuerint conceffæ per Magiftratum fæcularem hæredi Ecclefiaftico. Tum quia tempore præcedentium prorogationum Pater Marinus erat fæcula-
36 ris, nec adhuc Religionem ingreffus, † tum quia ftatutum, cuius vigore fuerunt conceffæ tanquam fauorabile prodeft etiam perfonis Ecclefiafticis, quæ benè eo vti poffunt per modum priuilegij, vt de fimili Statuto Ianuæ refponfum
37 fuit in alia *Romana, feu Ianuen. Locorum Montium 26. Iunij 1648. coram Reuerendiffimo D. meo Decano, §. hoc enim procederet.*

Non item officit, quod mobilia, & argenta non fuerint
38 defcripta cum pondere, † numero, & menfura, fed dumtaxat adnotatum eorum pretium, quia id non euenit ex dolo hæredis, fed ex quo tunc temporis dicta bona fuerant diftracta, vndè certior illorum notitia dari non poterat, quàm defcribendo pretium. At efto quod omiffio fuif-
39 fet dolofa, † quod non præfumitur, fed effet exaduerfo concludenter probandum per *text. in l. final. §. licentia, ibi Conuicti, &c. Cod. de iur. deliberandi*, Rota coram fan. me. Gregorio *decif. 169. num. 1. & feqq. & decif. 181. n. 13. cum*
40 *feqq. par. 6. recent.* Non propterea hæres priuatur † beneficio Inuentarij, fed folùm punitur in duplum, iuxta verio-
41 rem, & magis † communem fententiam, quam ex verbis *d. l. finalis §. licentia Cod. de iur. deliberan.* latè firmauit Rot. *in Romana Legati 17. Decembr. 1629. & 14. February 1633. coram bon. mem. Pirouano, in recent. decif. 331. num. 21. par. 5. & d. decif. 181. num. 4. & feqq. par. 6. ac in Romana Saluiani,*

feu Attentatorum 29. Maij 1641. coram Reuerendifs. Compoftellano.

Cæterùm non releuat, quod Pater Marinus in donatione, quam fecit Patribus Iefuitis mandauerit folui debita de fuis bonis, ideòque ex tali defignatione † cenfeatur illa hy- 42
pothecaffe, iuxta doctrinam Bart. *in l. Lucius num. 2. ff. de alim. & cib. leg.* cum alijs per Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 3. q. 91. num. 1.*

Quia non mandauit folui debita defuncti, fed debita
† propria ipfius donantis *Summ. refponfiuis P. Marini n. 2.* 43
vndè præceptum vltrà illa extendi non poteft, cùm materia
tanquam ftricta, † & odiofa id non patiatur, vt in proxi- 44
mis terminis dixit Rot. coram fan. mem. Gregor. *decif. 225. num. 8.*

Poftremò non obftat, quod loca montium fuerint acquifita ex pretio rerum hæreditariarum, quæ erant hypotheca-
tæ, † ideòque fuccedant loco eiufdem pretij. Nam (præ- 45
termiffo, quod id non probatur) nihilominùs fuper eis non transfertur hypotheca, licet effent acquifita ex pecunijs,
† vel rebus hæreditarijs, vt in fpecie tradunt *gloff. in l. affi-* 46
duis verb. licet propè finem, verf. Item an bona, Cod. qui potior. in pign. habean. Surd. *decif. 315. n. 4.* Pacific. de Saluian. *infpect. 3. cap. 2. fub num. 284.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 15. num. 35.*

Atque ita refolutum fuit caufa bis propofita, & partibus acerrimè informantibus &c.

R. P. D. MELTIO,

Poftea Epifcopo Papien.

Abulen. Beneficij.

Veneris 17. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Indultarius tenetur probare requifita indulti, vbi eft limitatum.

SVMMARIVM.

1 *Indultum limitatum requirit probationem qualitatis ab ipfo requifita.*

2 *Prouifus à Nuntio Hifpaniarum tenetur probare beneficium non excedere ducatos 24.*

3 *Declaratio facta à concedente denotat illius mentem.*

4 *Reo fufficit vincere per non ius actoris.*

5 *Actor debet concludenter probare fuam intentionem.*

6 *Atteftatio non releuat quando non percutit tempus controuerfum, quod amplia vt num. 7.*

8 *Atteftatio officialis non probat quando non refert tenorem partitarum libri.*

9 *Indultum pro vnione non tribuit facultatem pro diuifione beneficij.*

DECISIO CCCXLIV.

Recol. mem. Vrb. VIII. ad fupplicationem Comitis de Montereij anno 1630. vniuit certis locis pijs per ipfum eligendis duo beneficia tunc vacantia nempè de Molinares, & de Montemajor Corduben. & Salamantin. diœc. & alia beneficia fimplicia ex primo vacaturis in diuerfis Diœcefibus Regni Caftellæ ad fummam ducat. 1500. anni de Camera conceffit fimiliter, vt vnirentur ad electionem eiufdem Com. fiendam intra fex menfes à die vacationis. Vigore talis Breuis, feu Indulti facta fuit vnio, feu applicatio 17. beneficiorum fimplicium Monafterio Sanctæ Annæ Salamantinæ Ciuitatis, qua non obftante cùm adhuc prætenderetur effe vniendum aliud Beneficium fimplex, quod anno 1653. vacauit in Parochiali Ecclefia loci de la Adtada per obitum Antonij de Terrones, de illoque per ordinarium prouifus extitit Francifcus de Argaez, inde orta lite inter dictum Francifcum ex vna, & Comitem de Montereij, ac d. Monafterium S. Annæ parte ex altera, caufaque introducta coram Reuerendifs. Nuncio Hifpaniarum, emanauit decretum pro vnione, à quo commiffa appellationis caufa in Rota dubitaui, An effet locus prætenfæ vnioni d. benef. & D. negatiuè refponderunt.

Quia Indultum desuper à Sede Apostolica concessum
Com. de Montereij legitur restrictum, & limitatum ad tot
beneficia, quorum valor non excederet annuos duc. 1500.
Auri de Camera, & dum vigore talis indulti probantur
vnita alia decem, & septem beneficia simplicia, vtique
non videtur locus vlteriori vnioni saltem donec concluden-
ter iustificetur, quod valor dd. beneficiorum vnitorum non
ascendat ad d. annuum redditum duc. 1500. & quod pro il-
lius complemento requiratur integer valor controuersi be-
1 neficij. Habens enim indultum † limitatum tenetur prius
qualitatem ab ipso requisitam plenè, & concludenter pro-
bare *glos. in cap. si fortè de elect. in 6.* Rota *decis. 665. num. 3. & 5. par. 3. diuers.* & in similibus terminis firmauit Rota *in Leodien. Canonicatus de anno 1587. coram Card. Hier. Pamphilio, & in Hispalen. Decimar. 20. Nouembr. 1651. §. quia*
2 *cum coram Reuerendiss. D. meo Decano.* † Idemque dici-
tur de prouiso à Nuncio habente limitatam facultatem
conferendi beneficia simplicia non excedentia valorem
duc. 24. de Camera, vt teneatur huiusmodi non exces-
sum plenè, & concludenter probare Rota coram Eminen-
tiss. Othobono *decis. 221. num. 3. & 6.* & fuit resolutum
in Toletana Archipresbyteratus 10. Aprilis 1587. coram
Gipsio relat. per Garz. *part. 1. cap. 3. num. 183. in Pampelonen. Beneficij de Esparza 15. Decembris 1649. coram bon. mem. Arguelles nullius autem, vers. & huiusmodi, & in Leodien. Beneficij 27. Martij 1656. coram R. P. D. meo Bevilaqua.*

Neque magis visa fuit necessaria hæc probatio tùm quia
orta de anno 1641. lite super vnione beneficij de Monte-
major fa. me. Vrbanus VIII. qui dictum Indultum concesse-
rat mandauit, quod antequam ad illius vnionem procede-
retur constare deberet, quod beneficia prius vnita non
3 compleuissent dictos ducatos 1500. † Huiusmodi autem
declaratio tanquam emanata ab ipsomet concedente opti-
mè demonstrat, quænam fuerit illius intentio, & cui in-
cumbat onus id probandi, à qua proindè non est receden-
dum, *l. ex facto, ff. de vulg. cap. cum venissent*, & ibi glos.
extr. de Iudic. Dec. *cons. 4. num. 17. lib. 2.* Rota coram Burat.
decis. 228. n. 2. & in rec. dec. 281. num. 5. par. 1.

Tùm quia Franciscus prouisus ab Ordinario reperitur in
possessione controuersi beneficij, & ita tanquam Reus ha-
4 bet intentionem fundatam † in regula, quod sufficit vin-
cere ex non iure Actoris, *ad text. in l. vlt. C. de rei vendit.*
Caputaq. *decis. 11. num. 1. cum seq. par. 1.* Monasterio autem
5 † Actori incumbit onus fundandi suam intentionem ple-
nè, & concludenter probando beneficium cadere sub in-
dulto ex quo alia beneficia non ascendunt ad dd. duc. 1500.
de Camera. Felin. *in cap. ad aures num. 4. vers. similiter dicit de rescript.* Mohedan. *decis. 9. num. 1. de præbend.*

In huiusmodi autem probatione nedum deficit Mona-
sterium, vt imò ex probationibus hucusque ab illo factis
contrarium constat, nempè valorem beneficiorum vni-
torum excedere d. annuam quantitatem duc. 1500. etiam
subducto Cambio solui solito pro reducenda moneta ærea
in duc. de Camera ad rationem decem, viginti, & viginti-
quinque pro quolibet centenario, vt ex calculo *in Summ. Iosephi informantis num. 12.*

Neque visa fuit attendenda attestatio Computistæ Regij,
super eo quod Cambium pro d. reductione fuerit etiam so-
6 lutum in longè maiori quantitate, quia non percutit † an-
nos quibus facta fuit vnio, Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 20. num. 56. & seqq.* Cæs. de Graff. *decis. 4. num. 3. de sent. & re iud.* Rota coram Seraph. *decis. 101. num. 3.* coram san. mem.
Gregor. *decis. 13. num. 1. & 2.* coram Cocc. *decis. 82. num. 3.*
7 † Nec minus concludit respectu locorum in quibus bene-
cia vnita sita reperiuntur, Rota coram Pen. *decis. 268.*
num. 3. coram Buratt. *decis. 334. num. 9. & 10. & decis. 468.*
8 *num. 7.* † Additur etiam quod d. attestatio non refert (prout
ad hunc effectum requiritur) partitas librorum per teno-
rem, prout iacent Rota coram san. mem. Gregor. *decis.*
359. num. 5. ibique Add. *num. 9.* & Add. ad Buratt. *decis. 11. num. 5.*

Fuit præterea consideratum, quod admisso etiam vt va-
lor beneficiorum vnitorum non æquaret summam d. an-
nui redditus scuta 1500. sed deficeret aliqua quantitas pro
illius complemento, adhuc si pars quæ suppleri debet non
adæquet integrum redditum controuersi beneficij ascen-
dentis ad annuum valorem scut. 700. prætensa vnio, nec
in parte necessaria pro d. complemento substineri posset.
9 † Quia indultum non tribuit facultatem diuidendi bene-
ficium, sed illa tamen vniendi vsque ad quantitatem li-
mitatem, vt tradunt Mandos. *ad reg. 22. Cancell. tit. de vnion. quæst. 13. num. 12.* & Lotther. *de re benef. lib. 1. q. 28. num. 38.*

Et ita resolutum fuit informante tantùm Iosepho, & per
contradictas procedendo ex quo altera pars legitimè in par-
tibus citata non comparuit &c.

R. P. D. PRIOLO.

Tirasonen. Beneficij.

Die 20. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione, quando beneficium di-
catur sacerdotale.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus, & num. 2.*
3 *Præsentatus à minori numero patronorum vbi pollet qualitate in beneficio requisita præferendus est.*
4 *Beneficium de iure præsumitur simplex.*
5 *Beneficium simplex non requirit residentiam.*
6 *Celebrandi onus dum non est iniunctum personæ Sacerdoti beneficium non dicitur sacerdotale, & numer. 7. & 8.*
9 *Idem est respectu seruitij præstandi, & num. 10.*
11 *Bulla præscribens residentiam sub pœna priuationis fructuum beneficij, non facit beneficium sacerdotale.*
12 *Beneficium vt euadat sacerdotale requirit obseruantiam fundationi proximam, nec sufficit vltimus status, & num. 13.*
14 *Beneficiati constituuntur pro maiori Ecclesiæ seruitio.*
15 *Simonia non committitur absque præcedenti pactione.*

DECISIO CCCXLV.

Erectis vsque ab anno 1539. in Ecclesia Parochiali S.
Ioannis Oppidi de Centruengo sex perpetuis simpli-
cibus beneficijs Ecclesiasticis pro totidem Clericis filijs Pa-
trimonialibus eiusdem loci cum onere in dictis beneficijs
personaliter residendi, & alios dictæ Parochiali Ecclesiæ
inseruientes coadiuuandi, nec non celebrandi omnia offi-
cia diuina, & nocturna missas, & anniuersalia cum per
obitum Ioannis Trincado alterum ex dictis beneficijs va-
care contigerit, & Rectores eiusdem Oppidi, quibus re-
seruatum est Iuspatronatus in discordia præsentauerint
Ioannem Erasum, & Hieronymum Andres inter quos su-
per institutione orta fuit controuersia, commissa mihi cau-
sa dubitaui cui sit adiudicandum beneficium.

Et DD. responderunt Hieronymo tanquam Clerico
Patrimoniali habenti plures voces iuxta formam erectio-
nis ordinantis ad prædicta beneficia institui per Thesaura-
rium Tirasonen. Clericos naturales illius Oppidi habentes
maiorem partem patronorum; Ideò † tam vti præsenta- 1
tus à maiori parte colligitanti est præferendus, *ad Text. in cap. quoniam*, vbi Abb. *num. 13. de Iurep.* Lambert. *eod. tit. lib. 1. quæst. 2. par. 1. art. 26.* Rota *diu. decis. 117. num. 1. par. 2. decis. 446. num. 4. par. 2. recent.* apud Buratt. *decis. 633.*
n. 10. & decis. 334. apud Merl. quam vti habens † qualita- 2
tem à fundatione, & constitutione Pauli III. in concur-
su requisitam, *cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus de re iudic. cap. dilectus*, ibique glos. *verb. plus iuris de offic. delegat.* Rota coram Caualer. *decis. 368. in princip. & 427. sub num. 1. cum alijs relatis in Pampelonen. beneficij 5. Martij 1657. & ratio resolutionis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Idque non obstante, quod Beneficium propter annexio-
nem oneris celebrandi Sacra, & diuina officia videatur es-
se sacerdotale, vt perindè quamuis Hieronymus à maiori
parte, Ioannes verò à minori fuerit præsentatus. Nihilomi-
nus, † cùm in Hieronymo deficiat qualitas sacerdotalis, 3
quæ in Ioanne concurrit illius præsentatio frustratoria
sit, & inutilis, vt respondit Rota coram Seraph. *dec. 1270. num. 2.*

*num.2. in recent. dec.15. num.1. par.2. & in Cracouien. præ-
positura S. Floriani* 28. *Nouemb.* 1650. *§. non obstat coram bo.
me. Bichio* .
Quoniam vltra quod constat ex Bulla ipsios erectionis
4 beneficium esse simplex , prout ita de † iure præsumitur ,
Abb. *in cap. recolentes ad fin. de stat. Monachor*. Seraph. *de li-
ber*. Grat. *tit. de qualit. & stat. benefic*. Rebuff. *in prax. tit. fa-
cul. benef. quotuplex num.* 11. Gabr. *cons.* 191. *n.* 1. *lib.* 1. quod
5 ex † consuetudine generali totius orbis residentiam perso-
nalem non expostulat , Innoc. *in cap. fin. n.* 1. & ibid. Card.
num.7. & 16. Imol. *num.9. vers. attento de Cleric. non resid.
Dec. in cap. ad aures num.22. in fin. de rescript*. Abb. *in cap.
extirpanda, §. qui verè n.8. de praben*. Samb. *cons. moral. lib.7.
cap.1. dub.33. n.6*. Rota coram Seraph. *decis.639. n.4. cum
seq. in rec. decis.375. n.2. par.2. & alibi sæpius* .
Ponderato tenore fundationis , à qua tota pendet dubij
6 resolutio visum fuit beneficium non esse sacerdotale, † quia
cùm vltra onus celebrandi expressum non fuerit , quod
præsentatus non possit per aliom illud explere ex annexio-
ne solius meræ celebrationis missarum , & diuinorum
officiorum non infertur ad qualitatem sacerdotalem præ-
7 sentati , sed † sufficit quod onera impleantur per substit.
Gonzal. *ad reg.8. glos.5. num.* 81. Lotter. *de re benef. lib.2.
quæst.47. num.34. cum seq.* & ita post resolutioneio S. Con-
gregationis Conc. Trident. Rota recedendo à contraria
opinione hanc sententiam indubitanter tenet , *vt in Roma-
na Capellania* 23. *Ianuarij* 1589. coram Pamph. *impres. pe-
nes* March. *par.1. fol.140. in Pampilonen. Beneficij* , coram
Mant. *decis.129. num.1. & 4. cum alijs alleg. in Macerasen.
Beneficij* 16. *Ianuarij* 1640. coram Merlin. *inter impress. de-
cis.825. num.10. & per tot. & prius in Regien. Beneficij 9. De-
cembris* 1639. *coram bon. mem. Bichio , & nouissime coram
Me , in Aquilana Capellania* 26. *May* 1656. *§. possessionis
verò Claudij* .
Nam dicta verba cum onere celebrandi , & si videantur
8 respicere actum præsentationis tamen † dum expresse non
remnuent facultatem celebrandi per aliam posita censen-
tur solum demonstratiuè ad denotandam qualitatem one-
ris beneficio impressi non autem taxatiuè ad eligendam
dumtaxat personam Sacerdotis , vt inquit Lap. *alleg.* 35.
num.2. & alleg.117. eod. num. vers. non obstat prædictis , Lot-
ther. *vbi supra lib.2. quæst.47. num.35. & seq.* & sequendo
declarationes einsdem S. Concilij , quas Rota reuerenter
amplectitur relatas per Garz. *de benef. par.7. cap.1. num.* 88.
dictum fuit coram Buratt. *dec.92. n.3*. coram Merlin. *d. de-
cis.825. n.4. in Macerasen. Capellania* 28. *Aprilis* 1656. *co-
ram R.P.D. meo Beuilaqua , & in Aquilana Capellania* 26.
May 1656. *coram Me* .
Nec refertur , quod vltra obligationem personaliter resi-
dendi habeat quoque annexum onus coadiuuandi Ecclesiæ
9 inseruientes , quia præter eum † iniunctum expresse non
fuerit , quod præsentatus per se ipsum inseruiat ex hoc non
infertur ad personalem residentiam , ita vt per alium non
possit huic oneri satisfieri *d. alleg. Lap.35. n.2.* & ita respon-
sum fuit *in Brixien. Capellania* 2. *May* 1598. coram Litta
apud Garz. *d. par.7. cap.1. num.88. in recent. dec.155. num.2.*
10 *par.4.* Et † simplex beneficium , quamuis addictum sit ser-
uitio Rectoris aliorum Ecclesiæ interuenientium simplex
nihilominus esse non desinat , Staph. *de litter*. Grat. *sub tit.
de qualit. & stat. benef. num.3.* Lotter. *de re benef. lib.2. q.50.
num.47. & lib.3. q.4. n.43.* cum alijs adductis per Rotam *de-
cis.433. n.12. coram Reuerendiss. Vrgellen.*
Quod comprobat Bolla fundationis eum residentiam
11 non exigat sub priuatione tituli , sed solum sub pœna † pri-
uationis fructuum , quo casu verba personalis residentiæ
non intelliguntur de residentia præcisa , quæ inseparabilis
est ab ipso beneficio , sed de residentia causatiua adiecta so-
lum respectu priuationis fructuum adeò, quod Beneficiatos
licèt non residendo priuetur fructibus , titulo tamen priua-
ri non potest , iuxt. doctr. Innoc. *in cap. fin. n.1. de Cler. non
resid.* Gonz. *ad reg.8. glos.15. à num.20.* & firmatum fuit co-
ram Caualer. *decis.551. num.6. in rec. dec.489. num.2. par.2.
cum alijs relatis in Regien. Beneficij 9. Decembris 1639. §. non
tamen coram bo. me. Bichio* .
Non obstat obseruantia , quod beneficium collatum fue-
rit Sacerdotibus actu , & Sacerdos esset vltimus possessor
illius, nam vltra quod non solum est difformis , vt apparet
ex contrarijs præsentationibus relatis per Testes pro hac
12 parte examinatos , sed etiam nimis remota † ad quem effe-
ctum non sufficit vltimus status , sed obseruantia proxima
fundationi requiritur , vt ponderatum fuit *in d. Maceraten.
beneficij decis.825. num.23.* apud Merl. non concludit bene-
ficium esse Sacerdotale eum non implicet repugnantiam ,
quod † in simplici seruitorio beneficio prout beneficium ao 13
Sacerdos sit actu propter compatibilitatem status Sacerdo-
talis cum clericali , *l. Gemin. in cap. cum de beneficio n.11. de
præb. num.6. cum alij alleg. in d. dec.825. num.23.* apud Merl.
& in Lucana Capellania 28. *Aprilis* 1656. *prout in fin. coram
R.P.D. meo Beuilaqua* .
Ponderatio verò , quod huiusmodi beneficia dotata fue-
rint ex decimis dismembratis in Thesauraria Ecclesiæ Ca-
thedralis Tirasoneñ noo præbet augumentum qualitatis
Sacerdotalis , cùm erectio facta noo fuerit pro cura ani-
marum , sed pro maiori cultu , & Ecclesiæ seruitio , † vn- 14
de beneficiati Rectores non fiunt , sed meri coadiutores
Staph. *vbi supra de qualit. & stat. benef.* Gonz. *glos.6. num.*
68. 69. & 70. Rota *decis.433. num.52. coram Reuerendiss.
Vrgellen.*
Denique ex Testibus pro Ioanne examinatis dictum
fuit non probati aliquam præcedentem pactionem simo-
niæ ex assecutione huius beneficij sine qua illa non com-
mittitur , *adnotata per DD. in cap. veniens de test.* Rota
coram Pur. *decis.167. lib.2. in correct. & decis.350. num.10.
part.2. recent.* † Ad hunc enim effectum vbi (prout hic) 15
agitur de beneficio iam assecuto non assequendo simplex
coniectura non sufficit , sed exigitur certa , & conclu-
dens probatio , iuxta distinctionem Rotæ *in Calagurrita-
na beneficij de Bilbao* 5. *Iulij* 1655. & 15. *Maij* 1656. *coram
bon. mem. Bichio confirmata* 18. *Iunij* 1657. *coram R.P.D. meo
Beuilaqua* .
Et ita vtraque parte informante decisum fuit &c.

R. P. D. P R I O L O.

Romana Primogenituræ .

Veneris 24. *Maij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Primogenitura instituta cum qualitate nubendi pro conseruatione agnationis perditur à Primogenito assumpto ad Sacerdotium , & deuoluitur ad Secundogenitum .

S V M M A R I V M.

1 *Sententia validitas probatur ex reuolutione proces-
sus* .
2 *Primogenitus effectus incapax primogenituræ eam deuolui
facit ad secundumgenitum , & n.3. & 11.*
4 *Primogenituram cum qualitate nubendi perdit assum-
ptus ad sacerdotium , & num.12.*
5 *Præcedentia in subsequentibus non censentur repetita de-
clara , vt num.7. & 8.*
6 *Tempus delatæ successionis attenditur in primogeni-
tura* .
9 *Testamenti vna pars declarat aliam , & n.10.*

D E C I S I O CCCXLVI.

SEntentia Rotalis per bo. me. Dunozettum prolata soper
purificatione Primogenituræ de Sarazanis ad fauo-
rem Iosephi Ignatij Secundogeniti Alexandri Milesij vl-
timi illius possessoris visa fuit DD. confirmanda, validi- 1
tas † enim illius ex processu probatur , iuxta vulgatam
decisionem Verall.262. *part.2.* Iustitia verò ex doctè , &
egregiè deductis *in decisione edita coram eodem Reue-
rendissimo Dunozetto die 7. Maij 1657. tunc Sacr. Ro-
tæ Dec.*
Nam ponderato toto contextu testamenti Alexandri Sa-
razani institutoris Primogenituræ dignoscitur , quod ipse
exoptans conseruationem propriæ familiæ , & Patrimo-
nij nedum ad nominis insigniumque declarationem pri-
mogenitos successuros adstrinxit , eisque alienationem
bonorum prohibuit , sed vt familia de primogenito in pri-
mogenitum traheretur onus nubendi primogenito insti-
tuto , & alijs successiuè substitutis iniunxit , vnde cùm
Iacobus Antonius sacerdotium assumpserit , & sic inca-

2 pax effectus fuerit matrimonij primogenitura † ad Iose-
phom Ignatium sequentem in gradu deuoluta fuit, qui
ob inhabilitatem fratris natu maioris genitus dicitur, & Iu-
ra primogenituræ consequitur, ut benè Tiraquell. *in tract.
de iur. primog. q.3. num.6. cum seq.* alijsque relatis per Rota
3 *decis. 254. num.2. coram Eminentiss. D.Card.Ottbob.* † non
secus, ac si Primogenitus naturaliter præmortuus fuisset,
vt inquiunt omnes scribentes *in cap.placuit il 2. 16. q.1.& in
l.Deo nobis, C.de Episc.& Cleric.* Molin. *de primog. Hispan.
cap.13.num.91.& seq. cum alijs pleno calamo congestis in Me-
diolanen.bonorum 31. Maij 1649.coram Eminentiss. D.Card.
Corrado relata in decisione huius causa, §.Post obitum Testa-
toris.*

Et licet regulariter neque naturæ Primogenitorum, ne-
que Ecclesiasticæ dignitati repugnat, quod in ea constituti
successionem ex maioratu capere possint, cùm adhuc reti-
neant maioritatem gradus, & iura suitatis, & sanguinis
4 non amittant, † tamen vbi repugnat voluntas Testatoris
jubentis primogenitos nuptias contrahere pro perpetua
conseruatione familiæ, & agnationis, quam assumptus ad
sacerdotium implere non potest successionis primogenitu-
ræ incapaces efficiuntur, ab eaque ac si numquam in rerum
natura extitissent exclusi censentur, vt respondit Molin. *d.
tract. de primog. lib. 1. cap. 13. n.9. cum tribus seq.* & ita quo-
que respondit Rota *in d. Mediolanen. bonorum coram Emi-
nentiss. Corrado, §.neque applicatur cum seq.*

Obiecta verò contra huiusmodi resolutionem ad duo
præcipuè capita reducebantur, alterum scilicet, quod con-
ditio nubendi adiecta in sola vocatione primogeniti institu-
ti in sequentibus substitutionibus aliorum repetenda non
5 esset, † cùm numquam procedentia in subsequentibus re-
petitia censeantur, alterum verò quod Iacobus Antonius
cum de tempore delatæ successionis esset capax, liceat po-
stea per assumptionem ad sacerdotium qualitas incompati-
bilis superuenerit, tamen sibi præiudicare non potuit,
6 † nam in primogenituris non qualitas superueniens, sed
de tempore delatæ successionis existens attendi debet, vt
in prima decis. §.non obstat, & in §.prout minus releuat.

Vtrumque autem ex responsionibus, quæ in eadem de-
cisione afferentur validè eliditur quoniam primogenitura
ab Alexandro non constituitur dumtaxat pro splendore
familiæ, & vt bona patrimonialia illius perpetuò conser-
uentur, sed pro conseruanda perpetuitate agnationis pri-
mogeniti, & vt familia à Primogenitis in perpetuum pro-
pagetur, quo casu ex coniecturata mente Testantis con-
7 ditio nubendi, † sine qua tamquam tractum successiuum
præseferente perpetua conseruatio haberi non posset de
primogenito in primogenitum est repetenda, vt respondet
Iurisconsultus *in l.si seruus plurium, §.fin.ff.de legat.1.* & vl-
tra in decisione relatos aduertit Molin. *eod. tract. lib.1.c.6.
n.26. & cap.5. num.56. lib.3.*

Imò eadem qualitas vniformiter expressa fuit in substitu-
tionibus, ac in substitutione. Siquidem cùm Alexander
postquam vocauit in defectum descendentiæ primogeniti
ex Martio Milesij, nempè & hærede nascituri primogeni-
tum fratris eiusdem Martij, & subinde primogenitum, al-
terius fratris subiunxerit, & deficiente linea masculina om-
nium trium dd. fratrum succedant filij masculi ex fœminis
ab eis descendentibus, apparet Testatorem vnicam, &
8 eamdem rationem habuisse totius stipitis Martij, † proin-
deque omnia in institutione primogenituræ adiecta in sub-
stitutionibus aliorum repetita censentur *ad Text. in l. iam
hoc iure, ff.de vulgar.* & ibi ata doctr. Bartol. *in l.Seia §.Caio
ff.de fund. instr.* & ita in specie consuluerunt Abb. *cons.36.
lib.1.* Menoch. *cons.95. n.81. & 204. num.43. & 54. de præ-
sumpt.lib.4. præsumpt.84. n.5.* Cephal. *cons.68. n.17.* Marea-
brun. *cons.54.n.14.* Cels. Vgo *consil.49.num.12.* & Riminald.
Iun. *cons.544. num.201.* cum alijs relatis per Gabr. *concl.10.
num.1. tit. de testam.*

Confirmatur hoc ex eo quod Testator in defectum vtriusque
lineæ masculorum scilicet, & fœminarum subiunxit,
quod sibi in grado proximior, cùm eodem ordine Primoge-
nituræ, & eisdem honoribus succedat, cùm itaque in su-
periori, & in inferiori parte testamenti, & in proximiori-
bus, & remotioribus primogenitura cum eorundem one-
rum qualitate fuerit instituta, valdè congruum est, quod
etiam in hac substitutione, quæ medio clauditur idem onus
9 Testator subintellexerit, † quia vna pars testamenti per
aliam declarari debet, vt inquit *text.in l.qui filius*, vbi Bart.
10 *ff.de legat.1.* † & ad continendam voluntatem disponen-
tis coniungi, & insimul declarari Rota apud sa.me. Greg.
*decis.315. num.9. vers. qua coniectura, & in rec. decis.266.
num.19. par.1.* & dictum fuit *in supracitata Mediolanen. bo-
norum 31. Maij 1649. §. quoniam in fine coram Eminentiss.
Card.Corrado.*

Habilitas Iacobi Antonij de tempore delatæ successionis
eidem suffragari non potest, cùm huiusmodi † conditio nu- 11
bendi, quæ perseuerantiam capacitatis exigit, vsque ad sui
implementum actualem apprehensionem hæreditatis su-
spendat, donec successor onus iniunctum adimpleat adeò,
ut si secùs eueniat censeatur ab initio non vocatus, & hæ-
reditas in sequentem successorem transfusa, ut probatur
*ex Text. in auth. cui relictum ibi ab eo relictum, vel ordina-
tum non esset*, vbi Bald. Castr. Ias. & communiter scribentes,
C.de indict.vidust.tollen. Emanuel à Costa *in select.circa con-
ditiones lib.2. cap.6. num.5. & seq.* Paris. *cons.19. num.63.
lib.1.* & dixit Angel. *cons.165. in princ.* Rota *decis.241. n.40.
part.5. recent.* Vnde licet Iacobus Antonius tempore dela-
tæ primogenituræ foret successibilis, † quia tamen inca- 12
pax, & quidem irreuocabiliter ob sacerdotalem qualita-
tem assumptam effectus est ad illius successionem eo ex-
cluso Ioseph Ignatius secundogenitus admittitur tamquam
ad matrimonium, & familiæ propagationem habilis, vt
limitando regulam, quod primogenitus semper cæteros
natu minores excludat, inquit Molin. *tract. hoc eod. lib.3.
cap.2. num.28. & cap.13. num.16. & seq. cum alijs relat. in
prima decisione d. §.prout minus, vers. imo per assecutionem.*

Cuius fundamenta, cæteraque omnia in ea optimè pon-
derata DD. approbantibus vnica rantùm parte informan-
te, altera verò per septem supra decem vices monita ita re-
solutum fuit.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana, seù Sabineñ Fideicommissi.

Veneris 24. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa illam validam, & famigeratam præsumptionem iuris, de qua *in leg.Miles, §.defunctus, ff. ad leg. Iul. de adulter.* nempè, quod filius potiùs præsumitur esse Mariti, quàm adulteri, quæ semper elucet, nisi fuerit in totum obtenebrata, à contrarijs validioribus præsumptionibus, veluti si Maritus fuerit absens, infirmus, impotens &c. de tempore conceptionis.

Quæ tamen præsumptiones contrariæ debent esse validè probatæ, alias semper intrabit talis præsumptio, quod filius sit Mariti, & non adulteri, nec ea offuscabitur, licet Vxor asseruit, quod filius est adulteri, quia ista potest esse non veritas, sed credulitas ipsius mulieris, alia vide in Summ.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio, quando est fundamentum intentionis agentis, ea plenè, & concludenter est probanda.*
2 *Filius potius præsumitur natus ex Marito, quando ex adultero.*
Et ista est validissima iuris præsumptio.
3 *Filius tunc non præsumitur ex Marito, quando ipse fuit absens, infirmus, impotens.*
4 *Vel aliter cum vxore misceere non potuerit.*
5 *Præsumptio* leg.Miles, §.defunctus, ff. ad leg.Iul. de adulter. *cessat existentibus vrgentibus, & validioribus præsumptionibus in contrarium.*
6 *Præsumptiones contrariæ, quando contra præsumptionem*, l.Miles, §.defunctus, ff. ad leg. Iul. de adult. *non probantur, intrare d.præsumptio debet, & numer.7. & 8.*
9 *Testis coniunctus de mendacio nullatenus probat.*
10 *Testis, quando suspectus de falso, nullum gradum probationis facit.*
11 *Filiatio ex quibus argui possit.*

12 *Filia-*

12 *Filiatio tunc arguitur ex tractatu, & nominatione, quando quaeritur de filiatione respectu Parentum.*

13 *Filiatio ad effectum praeiudicandi tertio, non ita faciliter probatur.*

15 *Nam hoc casu, requiruntur fortiores coniecturae, vt constet de tali probatione filiationis.*

16 *Filiationis possibilitatem iura valde attendunt.*

17 *Matris assertioni, quod filius est adulteri non statur.*

18 *Assertioni Matris, quod filius non est Mariti, ideo non statur, quia illa potest esse credulitas, & non veritas.*

19 *Filium aliquem facere alicui, qui non est, non debet esse in potestate alicuius, & alijs sic praeiudicare*

20 *in Potestate alicuius non debet esse praeiudicare tertio.*

21 *Filiatio non probatur per verba perfunctoriè prolata, nec cum in actu proportionabili dicta, & numero 22.*

23 *ex Nominatione, vt quis in filium dicatur approbatus, quid requiratur.*

24 *Filium suum aliquem simpliciter nominans, non constituit quem in statu filiationis, & confitenti non praeiudicat.*

25 *Filiatio quando non probetur ex publica voce, & fama.*

26 *Obiectiua, quando est materia, tunc non sufficit simplex probatio.*

27 *Opinionem communem vt testes probent, non sufficit, quod dicant illam esse communem opinionem.*

28 *Testes, vt probent communem opinionem, qualiter debeant deponere.*

29 *Fama, quando per testes non dicatur probata.*

30 *Praesumptio* leg. Miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adult. *cum sit emanata in fauorem filiorum, non debet in eorum odio retorqueri.*

31 *ad Filiationem probandam mordicè non sunt admittenda praesumptiones, & coniectura.*

32 *Filiatio naturalis ex adulterio, quando pro fundamento successionis admittitur tunc quantam vrgeat praesumptio* d. leg. Miles, *& nu.* 33.

34 *Testator, si ad fideicommissum filios naturales spurios, & ex quocumque damnato coitu natos.*

35 *Cum eos vocauerit sub filiationis qualitate, tunc sanè dicta qualitas est plenè probanda, & n.* 36.

37 *ad Fideicommissum vocatus sub certa qualitate, eam concludenter debet iustificare.*

38 *Filiationis legitima probatio valde coadiuuatur ex libro Baptismali, in quo reperitur notatum &c. vide hic, & n.* 39.

40 *Matrimonij praesumptio Matris honestatem supponit.*

41 *Praeiudicium magnum alicui non est praesupponendum, quod quis voluerit facere alicui.*

42 *Probatio, quae excluditur ab alia probatione, non releuat.*

43 *Coniectura quae obscurantur ab aliqua probatione, corruunt.*

44 *Legitimatio filij vt valeat debet constare legitimandum esse filium eius, qui petit legitimationem.*

45 *Legitimari non potest filius, qui est alterius.*

DECISIO CCCXLVII.

AD successionem bonorum Fabij concurrebant Vin-
centius vti filius naturalis Tiberij nepotis, & Fran-
ciscus filius Amatildis neptis respectiuè dicti Fabij, qui ad
fideicommissum in suo testamento ordinatum deficientibus
filijs masculis legitimis vocauit naturales, & his non ex-
tantibus foeminas, illarumque descendentes; Sed hodie
post tertiam causae propositionem tentum fuit pro exclusio-
ne Vincentij, quia cùm ipse petat haereditatem veluti fi-
lius d. Tiberij, vt eam consequi possit, debet prius talem
1 filiationem, quae ab altera parte negatur, † vt fundamen-
tum suae intentionis plenè probare, *l. 3. C. de educ. liber.*
Paris. *cons.* 12. *num.* 240. *cum sequen. lib.* 2. Soccin. Iun. *cons.*
86. *num.* 24. *lib.* 2. Rolan. à Valle *cons.* 63. *num.* 13. *lib.* 1.
cons. 22. *num.* 1. *lib.* 3. *& consil.* 49. *num.* 23. *lib.* 4. Burfatt.
cons. 88. *num.* 5. Rota coram fa. mc. Gregor. XV. *decis.* 223.
n. 22. Praesertim quia in confesso est Catherinam, ex
qua natus fuit Vincentius, fuisse nuptam Io: Andreae;
Vnde intrat validissima iuris praesumptio, † quod potius 2
iudicari debeat susceptus ex Marito, quàm ex adultero,
iuxta *responsum Papiniani in l. miles* 11. *§. defuncto ff. ad leg.*
Iul. de adult. l. filium definimus 6. *ff. de his, qui sunt sui, vel*
alien. iuris, Cyn. *in l. si vicinus* 10. *num.* 3. *in tertia q. C. de*
nupt. Alex. *cons.* 88. *num.* 8. *lib.* 7. Natt. *cons.* 205. *num.* 1.
Soccin. Iun. *d. cons.* 86. *num.* 44. Berous *cons.* 161. *num.* 7. *lib.*
2. Roland. *d. cons.* 49. *num.* 23. Giouagn. *cons.* 6. *num.* 34.
& 35. *lib.* 1. Surd. *cons.* 552. *num.* 16. Peregr. *decis. Patau.*
9. *n.* 2. Rota coram Coccino *decis.* 7. *num.* 3. *& in rec. decis.*
164. *nu.* 1. *par.* 3. *& decis.* 363. *n.* 2. *par.* 5. *& in Romana ali-*
mentorum 31. *Ian.* 1656. *§. prima autem coram bo. me. Du-*
nozetto.

Et licet huiusmodi iuris praesumptio locum non habeat,
† & cedat veritati quando docetur, quod Maritus fuit ab- 3
sens, infirmus, impotens, † vel aliter cum Vxore misceri 4
non poterat *d. l. filium diffinimus* 6. Alex. *d. consil.* 88. *num.*
8. *lib.* 7. Paris. *cons.* 10. *&* 29. *lib.* 2. Surd. *decis.* 83. *num.* 20.
Rota *in d. decis.* 7. Coccin. *&* 363. *num.* 5. *part.* 5. & coram
bo. me. Merlino. *decis.* 716. *num.* 2. Aut concurrunt aliae † 5
vrgentes, & validiores coniecturae aduersus *d. l. praesum-*
ptionem cùm non sit praesumptio iuris, & de iure, sed
iuris tantum admittens probationem in contrarium, vt di-
xerunt Anchar. *in cons.* 225. *num.* 6. Alex. *eodem cons.* 88. *nu.*
9. Surd. *cons.* 1. *n.* 57. *&* 61. Gozzadin. *cons.* 13. *num.* 62.
Decian. *cons.* 1. *lib.* 3. *n.* 127. Rota *d. decis.* 164. *num.* 2. *par.*
3. *& in Romana filiationis* 27. *Iunij* 1650. *coram Eminentiss.*
D. Card. Corrado §. quia in praetermissis; In praesenti tamen
probatio non affertur, quia impotentia Mariti neque fuit
† allegata, absentiam verò illius ab Vrbe, vbi Catharina 6
morabatur, & impossibilitatem, accessus ad illam non pro-
bant Testes inducti, nullatenus coarctantes tempus, quo
Vincentius † potuit concipi, quodque tunc Tiberius eam 7
agnosceret ipsique soli pateret accessus cum illorum deposi-
tio cadat in tempore natiuitatis, † non conceptionis, 8
quod est praecisè probandum alioquin probatio non con-
cludit Ruin. *cons.* 92. *num.* 8. *lib.* 3. Grat. *discept. for. cap.*
562. *num.* 30. 60. *&* 61. Rota *in praedictis decis.* 716. bo. me.
Merlin. *num.* 5. *&* 164. *num.* 4. *cum seq. par.* 3. *rec.* Non at-
tento, quod quintus, & vnicus Testis conetur deponere
vidisse Io: Andream † in certis Lombardiae Ciuitatibus, dum 9
eisdem annis, & tempore ipse Testis erat Arcis Antiquae
Gubernator, ibique ratione officij continuò residebat, vt
innotescebat ex pluribus actibus in Sum. Francisci relatis,
propter quod inuerisimile est potuisse Io: Andream in locis
praedictis, & se miscere ea hoc illius dictum † nullum gra- 10
dum probationis constituit, & potius suspectum redditur
iuxta in his terminis deducta per Soccin. Iun. *in supra*
citata cons. 86. *num.* 42. Rota coram Penia *decis.* 407. *nu.*
13. *&* 14.

Ex coniecturis verò, quae adducebantur minus DD. vi-
sum fuit resultare sufficientem filiationis probationem; non
ex illa, † quod Tiberius nominauit Vincentium filium 11
suum & antequam decesserit per actum publicum apertè
declarauerit, fueritque ab ipso educatus, & mediante le-
gitimatione natalibus restrictus, quasi haec omnia arguant
filiationem tam † legitimam, quàm naturalem, Surd. 12
consil. 8. *num.* 46. Grat. *d. discept.* 562. *num.* 70. Quia tunc
demum tractatus, nominatio, educatio, & alia signa at-
tendi solent, quando quaeritur de filiatione † respectu Pa- 13
rentum, à quibus actus hi proficiscuntur, & agitur de illis
succedendo, Ias. *cons.* 106. *per tot. lib.* 1. Menoch. *cons.* 687.
nu. 24. Surd. *cons.* 562. *n.* 21. Rot. *decis.* 309. *n.* 30. *&* 597. *n.*
8. *par.* 5. *rec.* diuersum tamen est si inde fit praeiudicium ter-
tio ad fideicommissum vocato, aut alias venienti ab intesta-
to, † quique actus inferente filiationem non gessit; Hoc 14
enim casu desiderantur fortiores coniecturae d. filiationem
necessariò importantes, vel probatio impotentiae, seù † ab- 15
sentiae Viri, per quas constare non possit filium esse suum,
vt distinguendo dixerunt Ias. *cons.* 106. Paris. *cons* 16.
num. 3. 10. 11. *&* 15. *lib.* 5. Natt. *cons.* 473. *numer.* 24. *in*
fin. Surd. *cons.* 552. *num.* 21. *&* 22. dicens filium semper
praesumi Mariti, quando possibile est esse natum ex matri-
monio, & possibilitatem hanc considerasse Text.
in d. l. miles, Menoch. *cons.* 461. *num.* 43. Bandell. *cons.* 68.
num. 15. Giouagn. *consil.* 6. *num.* 37. *lib.* 1. Grat. *d. discept.*
562. *num.* 74. *vsque ad fin. & cap.* 744. *num.* 9. Rota coram
Cardin. Seraph. *decis.* 1081. *num.* 2. *& in rec. decis.* 164.
num.

num. 8. & 9. par. 3. 645. num. 4. par. 4. penes Merlin. d. de-
cis. 716. num. 7. & seq. & in Romana fideicommissi de Arro-
nijs 23. Iunij 1642. §. casui nostro coram bo. mem. Bichio,
quemadmodum non est attendenda negatio Catherinæ
17 Matris, Vincentium filium fuisse † ab eius Viro genitum,
quia filius assertioni non statur, vt probat Alea. dicto cons.
88. num. 8. in fin. Rolan. à Valle cons. 11. num. 11. lib. 4.
Surd. in eodem cons. 552. num. 24. Peregrin. decis. Patauin.
9. num. 2. ea ratione quia possent hæc procedere ea creduli-
18 tate Parentum filium esse † naturalem, sed eum possit
esse erronea omnia corruunt, ne sit in potestate alterius fa-
19 cere filium, qui non est, & alijs † detrimentum inferre,
l. neque professio 5. C. de testam. Paris. cons. 11. num. 20.
& seq. lib. 2. Surd. vbi supra num. 22. & 23. Mascard.
de probat. concl. 788. num. 15. Acchil. de Grass. decis. 1.
num. 2. qui fil. sint legit.

Non obstat, quod ipsemet Franciscus fideicommissarius,
& collitigans habuerit Vincentium pro filio Tiberij, dum
20 aliquando vocauit illum Bastardum, † quod si alienum
fuisset à veritate, sibique non constitisset de vera filiatione
non esset fassus in eius maximum præiudicium, vt pro al-
tera coniectura filiationis aduertunt Natt. in cons. 59. num.
15. per l. fin. ff. de probat. Menoch. de arbitr. cas. 89. num.
72. & de præsumpt. 53. numero. 23. Quia vel Te-
stes verba Francisci referentes tanquam in eorum dictis
21 singulares, † & plures exceptiones patientes non probant;
Vel nullo modo important filiationis probationem, cùm
22 non fuerit seriò prolata, † nec eum actu proportionabili
filiationis, in quibus terminis loquitur Natta d. cons. 59. n.
15. & Rota detulit huiusmodi confessiones in illa Romana
de Gratianis coram Reuerendiss. Terracinen. sed potuit al-
lucinari iudicio Tiberij ob actus ab eodem erga d. Vincen-
tium gestos; Ad hoc enim, vt quis vti filius ea nominatio-
23 ne dicatur approbatus † nominationi, & asseuerationi de-
beat adiungi actus illi proportionatus & quasi filio debitus,
& ad d. finem emitti, Ant. de Butr. in cap. transmissa num.
10. vers. aut nominat ipsum, qui fil. sint legit. Rota coram
Penia decis. 215. num. 4. & 223. num. fin. Quia si perfun-
24 ctoria fuerit non † constituit illum in statu filiationis, &
confitenti nihil præiudicat, vt Teat. in l. ex his C. de te-
stam. milit. l. epistola in princ. de pact. distinguit Bart. in l. 1.
§. quod Senatus consulte n. 3. ff. de lib. agnosc. Gozzadin. cons.
13. num. 13. & 52. Rota in præallegatis decis. Peniæ, & co-
ram bo. me. Merlin. decis. 716. nu. 11. & in Bononien. fidei-
commissi de Victorijs 5. Maij 1655. coram Præside Vallisole-
tano §. nil facienda.

Pari modo validum argumentum filiationis deduci non
25 potest ex † publica voce, & fama, quod Vincentius esset
filius Tiberij; Quia præter quod versamur in materia
26 obiectiua, nempè in † probando adulterio, quod non
præsumitur, sed perfecta probatio requiritur, non simplex
depositio Testium in fama se fundantium Ang. cons. 19. in
fin. vers. dicatur, Surd. cons. sæpe citato 552. num. 25. Grat.
vbi supra num. 3. Giouagn. allegat. cons. 6. num. 32. & 33.
& ponderatum fuit in d. Bononien. fideicomm. de Victorijs
§. parui quoque in fin. Non sufficit quod Testes de ea depo-
27 nentes † dicant hanc esse communem opinionem, & fa-
mam in aliquo loco, sed opus est, quod exprimant perso-
28 nas, à quibus audiuerunt, † etiamsi non sint interrogati
ad hoc, vt noscatur, an talis opinio originem trahat à fide
29 dignis, vel ab interesse habentibus, † & suspectis, in
qua specificatione cum deficiant Testes pro parte Vincen-
tij inducti non dicitur probata fama, vt scripserunt Ruin.
in cons. 52. nu. 7. lib. 5. Gozaad. cons. 13. num. 29. Rota
decis. 164. numer. 9. par. 3. & decis. 739. num. 35. par. 4.
tom. 3. rec.

30 Nec refert, quod † præsumptio l. miles inducta fuerit
ad fauorem filij; Ideò non debet in eius odium retorqueri,
31 nec ita mordicus illi inhærere, quin faciliùs † admittantur
præsumptiones filiationem suadentes, Gozzad. vbi supra
num. 48. vers. præterea, Decian. consil. 1. num. 128. lib. 1. Ro-
ta decis. 409. num. 31. par. 5. rec. & in d. Romana filiationis
coram D. Card. Corrado §. quia prætermissis in fin. Quoniam
hoc intelligendum est procedere quatenus filij allegent le-
gitimam filiationem, & ortos esse à Parentibus, ac agatur
32 de succedendo in bonis paternis, prout loquuntur † Goz-
zadin. & doctrina proximè allegata; At vbi pro fundamen-
to successionis deducitur filiatio naturalis ex Adultero, &
tunc verius est, quod d. l. præsumptio, adeò vrget contra
33 ipsum † filium ita prætendentem, vt duriori probatione
adstrictus sit ad concludentem iustificationem suę assertæ 34
filiationis gloss. & DD. in l. transactione C. de transact. Surd.
in d. cons. 552. n. 24. Paris. cons. 64. n. 5. & 6. lib. 3. Natt. cons.
473. n. 26. alijque in eo congesti.

Non subsistit, quod dum Fabius Testator expressè voca-
uit naturales, spurios, & ex quocumque † damnato coitu 35
natos habita legitimatione sine citatione interesse haben-
tium, & adita hęreditate videatur admittere voluisse quam-
cumque etiam simplicem filiationis probationem, nam non
vocauit naturales, & alios prædictos simpliciter, sed sub
qualitate † filiationis, ibi tunc succedant filij naturales pro- 36
indè ille, qui vti talis prætendit succedere, debet
plenius † qualitatem hanc, scilicet quod sint verè filij pro- 37
bare, Angel. in l. liberat. num. 2. ff. de his qui not. infam.
Decian. cons. 54. in princ. & Surd. cons. 552. n. 7.

Cæterùm hasce coniecturas DD. existimarunt quoque
elidi ex duabus validioribus per informantes pro Francisco
deductis. Altera videlicet ex libro baptismali, in quo legi-
tur notatus, & descriptus † Vincentius Pancasius tanquam 38
filius legitimus Io: Andreæ, & Catherinæ coniugum, quod
maximum inditium prębet fuisse † talem, nec Tiberium 39
agnouisse in suum, ad tradita in specie per Berou. in cons.
162. num. 9. lib. 2. Surd. cons. 1. num. 45. bon. mem. Coccin.
decis. 7. in fin. & decis. 251. num. 2. coram D. Cardinali Ot-
thobono, etiam si factum fuisset ad cohonestandam matris
æstimationem; Quia præsumptio † matrimonij illam supe- 40
rat Bart. cons. vnico num. 55. post decis. Reuerendiss. Sperell.
decis. 174. num. 28. & 30. Pen. decis. 667. num. 6. & in Ro-
mana alimentorum 31. Ianuarij 1656. coram bon. me. Duno-
zetto. Altera quod Tiberius agnoscens in bonis fideicom-
missis Fabij esse successurum Franciscum post eius obitum
præuentiua restitutione, ea omnia illi cessit, nulla facta
Vincentij mentione, cui non est credibile, quod † tam 41
graue præiudicium inferre voluisset, si illi bona erant de-
bita, constito sibi de filiatione, & pro filio habebat, ex qua
cessione † igitur licet postea ex alia causa reuocata oritur 42
quasi certa confessio Tiberij, Vincentium non fuisse à se
† progenitum, quæ penitùs excludit contrariam probatio- 43
nem, vel in omnem casum sufficit ad offuscandum conie-
cturas pro filiatione ad effectum, de quo agitur.

Hinc superflua † redditur indagatio legitimitatis, quia ad 44
illius validitatem, & releuantiam debet priùs constare legi-
timatum esse filium eius, qui in legitimatione asseritur, cum
legitimari † non possit fil. qui sit alterius, Signorol. cons.
183. & 221. Paris. cons. 10. num. 21. lib. 2. Peregr. cons. 69.
num. 1. lib. 2. Menoch. consil. 181. num. 1. lib. 2. cons. 581. n.
4. lib. 6. & consil. 722. n. 25. & 45. lib. 8. Surd. in dicto cons.
552. nu. 14. Aldobrand. cons. 11. num. 10. Pacian. cons. 1. nu.
52. Gratian. disceptat. forens. cap. 744. num. 4. & 5. Rota in
dicta Romana fideicommissi de Arronijs 23. Iunij 1642. §. &
ex his, coram bo. me. Bichio.

Cùm itaque non fuerit probata filiatio Vincentij; Indè
fit, vt ad bona fideicommissaria Fabij nullo modo aspirare
possit, sed omnia spectant ad Franciscum explicitè ad fi-
deicommissum vocatum etiam vt debeat in possessionem,
in qua existit manuteneri, prout conclusum fuit vtraque
parte informante &c.

R. P. D. VEROSPIO,

Fulginaten. Censuum.

Veneris 24. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Causa si sit commissa in Rota, cùm clausula, *si quid exequen.* quid ea importet. Cambia, quando præter vsurariam prauitatem exigi non possint. Terminum suspiciens ad soluendum, tunc solutio ineuitabilis est.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis Cameralis vigore procedi potest executiuè.*
2 *Signatura Iustitiæ quando committit causam in Rota, cum clausula, si quid exequendum, quid importet.*
3 *Cambia quando non possint exigi citra vsurariam prauitatem.*

4 pro

4 *pro Cambijs aliud est si agatur, & aliud si ad census, & num. 5.*

6 *Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, non admittuntur ad retardandam obligationem Cameralem.*

7 *Computa non benè dicuntur reddita, illis, qui sunt constituti in puerili ætate.*

8 *Terminum ad soluendum, quando quis suscepit, debitum consequenter agnouisse censetur.*

9 *Terminum ad soluendum, quando iam fuit susceptum, nulla valida exceptione, si quis tueri potest, pro euitanda executione mandate.*

D E C I S I O CCCXLVIII.

EXtincta societate inter Petrum Marinum, Carolum,
atque Franciscum antea contracta, pro computorum
reuisione periti concorditer electi debitorem societatis Pe-
trum Marinum decreuere in scutis 2118. Carolum verò in
summa scut. 2990. cuius debitum, idemmet Petrus Mari-
nus in se pro dimidia parte suscepit, & pro vtriusque solu-
tione quantitatis ad censuum extinctionem eiusdem socie-
tatis causa impositionum se successiuè astrinxerat intra
triennium peragen. alterius, scilicet scut. bis mille Petro Ma-
rino Bernabò venditi, necnon alterius scut. 1400. impositi
ad fauorem Curtij Guerretij, cùm verò elapso trienoio
Francisci hæredes mandatum contra Petrum Marinum pro
promissionis implemento ab A.C. reportassent, ad huius
instantiam commissa mihi causa, dubitaui, an executio
mandati admitti debeat, affirmatiuè à DD. hodiè resolu-
tum innixis potissimè promissioni Petri Marini extinguendi
1 † census intra triennium sub obligatione Camerali, cuius
virtute debet executiuè procedi, secundum Castr. *in l. post
rem iudicatam ad fin. ff. de re iud.* not. Callef. *de oblig. Cam.
par.* 1. *q.* 2. *n.* 11. *&* 12. Rota coram Vrgellen. *decis.* 404. *n.*
4. & in his terminis coram Caual. *decis.* 605. & not. Cenc.
2 *de cens. q.* 106. *n.* 15. licet cum clausula, † *si quid exequendum*, in hoc sacro Tribunali causa commissa fuerit cum ea-
dem clausula viam executiuam, nullatenus infringat quo-
ties de iure eidē locus esse noscatur, vt aduertit Grat. *discept.
foren. c.* 968. *n.* 8. Rota coram Millino *dec.* 362. *n.* 2. *&* 3. *& in
Romana pecuniaria* 7. *Maij* 1649. *in §. nec refert, coram R.P.
D. meo Celso, & in Romana Cambiorum* 28. *Aprilis* 1651. *post
princ. coram me.*

Neque mandati iniustitia poterit exinde desumi, quod
à Peritis in calculo apposita fuerint scut. 2800. pro cambijs
tunc vsque decursis, ac Honestæ matris Francisci debitis,
quæ tamen, vtpotè literam saltem redditus iustificationem
destituta citra vsurariam prauitatem exigi non poterunt, vt
not. Lup. *in tract. de vsur. comment.* 3. §. 2. *nu.* 68. *cum seq.*
Scacc. *de camb.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 3. *limit.* 5. Bursat. *cons.* 399.
num. 29. Rota coram Vrgellen. *decis.* 32. *num.* 20. *&* 21. *in
Mediolanen. Cambij* 18. *Martij* 1654. *coram me.* Siquidem
præterquam eadem cambia exaduerso contendunt iustifica-
4 ta procedere posset obiectio, quoties pro ijsdemmet † cam-
bijs ageretur, secùs verò dum de censibus ad commodum
societatis impositis modo tractatur, quos idem Petrus Ma-
rinus post generalem computorum solidationem extinguere
promisit. Hoc enim casu mandati executio retardari non
debet, eo sub prætextu, quod cambia mediante accol-
latione persoluta illicita forent, vt in his ferè terminis res-
5 pondit Rota *decis.* 52. *num.* 34. *cum seqq. & decis.* 287. *num.*
23. *&* 24. *& decis.* 292. *num.* 22. *cum seqq. par.* 7. *recent.*
6 sed huiusmodi exceptio vti altioris indaginis in iudicio † re-
petitionis indebiti discuti debet, nec viam poterit executi-
uam coercere, vt consuluit Rom. *cons.* 76. *num.* 3. Rota
coram Seraph. *decis.* 1450. *num.* 2. coram Gregor. *decis.*
234. *prope finem*, *& decis.* 686. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* &
in similibus ferè terminis apud Zacch. *de oblig. Cam. dec.*
199. *n.* 8.

In quam præterea sententiam eo faciliùs DD. inclinarunt,
7 quod à Petro Marino cui societatis status innotescat com-
puta nepotibus Francisci in puerili ætate constitutis reddita
probantur. Hinc enim dum in ipsius obligatione nulla
poterit fraus ponderari, reali proindè debitum extitisse
præsumitur, postquam maximè idemmet Petrus Mari-
8 nus terminum coram A. C. pro censuum extinctione † su-
scepit, ac debitum consequenter agnouisse censetur, adeout
se nulla valeat aduersus executione mandati exceptione
tueri, iux. text. *in l. ad solutionem*, vbi Bald. *num.* 1. *C. de re
iudic.* vt dixit Rota *dec.* 227. *n.* 9. *&* 10. *par.* 4. *diuers. & dec.*
299. *num.* 13. *par.* 1. *& decis.* 722. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & co-
ram Buratto *decis.* 888. *num.* 6.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Lunæ 27. Maij 1658.

A R G V M E N T V M.

Remissoria peti licet non possit, postquam sententiam transiuit, tamen id fallit stantibus latè deductis hic in decisione.

S V M M A R I V M.

1 *Litis introductio in Rota, ex quo iustificetur.*

2 *Lis super quo fuerit commissa in Rota iustificatur ex commissione causa.*

3 *Iurisdictionis defectus, ex quo tollatur.*

4 *Ecclesia tunc efficitur Cathedralis, quando incipit esse Episcopalis.*

5 *Obseruatum, quod est per tempus immemorabile, non est immutandum.*

6 *Remissoria denegatur ob irreleuantiam.*

7 *Decisio 353. par. 5. recent. est celebris.*

9 *Decis. Cæsaraugustana Cathedralitatis 4. Maij 1656. coram bo. me. Bichio, quid declaret.*

10 *Sententia declaratur à libello, & commissione.*

11 *Articuli sunt loco libelli.*

12 *Sententia declaratur ex decisionibus præcedentes factis.*

13 *Continuatio status rei facilè conseruatur.*

14 *Sententia etiam capiat ea quæ licet literaliter non sint expressa, tamen veniunt in necessariam consequentiam expressorum.*

15 *Expressio per necessariam consequentiam, quando deducatur.*

16 *Expressio quando dicatur facta ex vi attractiua.*

17 *Articulata materia, quando dicatur ex antiqua, & non noua.*

18 *Remissoria petitioni obstat res iudicata.*

19 *Remissoria tunc solum conceditur post rem iudicatam, quando fuit concessa restitutio.*

20 *sine Iurisdictione ea quæ fiunt, non habent subsistentiam.*

21 *Cathedralitas vnius Ecclesiæ non potest transferri in aliam Ecclesiam sine expresso beneplacito Romani Pontificis.*

22 *Regibus Aragoniæ per Bullas Gregorij VII. & Vrbani II. fuit prohibitum posse transferre Cathedralitatem vnius Ecclesiæ in aliam.*

23 *Ecclesia Cathedralis celebrat festum Dedicationis suæ Ecclesiæ.*

24 *Ecclesia Cathedralis habet præheminentiam super omnibus alijs Ecclesijs, & n. 25.*

25 *Cathedralitas vnius Ecclesiæ in aliam, quando non dicatur ius extinctum præeminentiarum eius.*

26 *Retentio status etiam per vnicum actum præseruatur.*

27 *Remissoria denegatur ex capite irreleuantia.*

28 *Probatio per scripturas, præualet probationi per testes.*

29 *Actus aliqui, quod sint facti ex vrbanitate, tollitur tum ex diuturnitate temporis, tum ex multiplicate actuum.*

Actus vrbanitatis excluditur titulo præambulo, numer. 29.

30 *Actus vrbanitatis excluduntur, stantibus desuper actibus præiudicialibus.*

31 *Veritas quando constat esse in contrarium, parum attenduntur in contrarium.*

32 *Consuetudo omnis, & quoque etiam quadragenaria, imò, & immemorabilis, quando dicatur sublata, & num. 33. vsque ad 37.*

Ec-

35 *Ecclesia quando efficitur Cathedralis hoc solum operatur vt non amplius Ecclesia dicatur suffraganea sed Episcopalis.*
38 *Confessio eorum, quæ non negantur, non releuat.*
39 *Clausula declaratiua quid importent.*
40 *Clausula præseruatiua, etiam quid minimum præseruant.*
41 *Exemptio obtenta intelligitur facta secundùm subiectam materiam.*
42 *Exemptio non operatur quoad præseruata.*
43 *Remissoria facilius denegatur quando ea aliàs fuit petita, sed talis petitio fuit denegata.*
44 *Remissoria denegatur quando petitur ad protrahendam causæ terminationem.*

DECISIO CCCXLXI.

CОram bon. mem. Dunozetto 27. Aprilis 1657. reso-
lutum fuerat Capitula Sancti Saluatoris dandam
esse remissoriam ad effectum probandi, quod Cathedra
post recuperatam Cæsaraugustam à Maurorum tyrannide
anno 1118. ad eius Ecclesiam translata fuerit priuatiuè, res-
pectu Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari, quodque abinde
citra semper fuerit habita pro vnica Cathedrali, ac succes-
siuè Metropolitana ea pluribus actibus in articulis recen-
sitis. Idque cùm supposito, quod talis materia in Rota
prorsus sit noua, & in sententijs Rotalibus in iudicatum
transactis non contenta; Verùm quia huiusmodi funda-
mentum corruit ea facto hodie meliùs dilucidato e a commis-
sione, articulis, & interrogatorijs hinc inde aliàs exhibitis,
decisionibus, & sententijs; Ideò existimarunt DD. rece-
deodum esse à decisis.

Prima enim, & originalis commissio huius causæ ad in-
stantiam eiusdem Capituli S. Saluatoris Rotæ directa anno
1620. non solùm continet Cathedralitatem antiquam
1 † ante annum 1118. sed etiam modernam vsque ad diem
motæ litis, Summario Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari
num. 4. ibi, *Beatissime Pater Metropolitana Ecclesia S.
Saluatoris &c. fuit ab initio nascentis Ecclesia Cathedralis
illius Ciuitatis &c. & deinde simul atque fuit de anno* 1118. *à
dictis Mauris recuperata, ad pristinum statum fuit restitu-
ta, & ab inde citra vsque in præsentem diem absque aliqua
contradictione ab omnibus pro Cathedrali cognita, & ha-
bita &c.* & ibi, *nihilominus moderni Prior, & Canonici
dicta Ecclesia iactantes se velle, & de iure præcedere debere
S.V. Oratores &c. & hoc sub vano prætextu, quod dicta eo-
rum Ecclesia fuerit prius Cathedralis, quàm Ecclesia S.Sal-
uatoris, & quod per amissionem status Cathedralis, in quo
nunquam fuit, non amiserit suas prætensas præeminentias,
& antelationes; Immò quod illa fuerint ei integrè reseruata*
2 *&c.* Cuius quidem lectura sicut iustificat litis † introductio-
nem tam super antiqua, quàm super moderna Cathedra-
litate, ita pari modo clarè excludit replicationem alterius
partis, quod huiusmodi commissio emanauerit super præ-
cedentia in Synodo, non autem super Cathedralitate,
3 vt reijciendo nullitatem † ex defectu iurisdictionis exinde
obiectam aduersus primam sententiam Rotalem, res-
ponsum fuit coram Cardinali Vbaldo *in recent. decis.* 85.
*per tot. & signanter §. vltimo, & decis. 91. num. 3. cum
seqq. par. 6.*

Anno autem 1625. pro Ecclesia Beatæ Mariæ exhibiti
fuerunt articuli, & desuper eaaminari Testes à Rota in
præteritis decisionibus approbati, in quibus inter alia sub
3. continetur, ibi, *qualiter veritas fuit & est, quod Eccle-
sia B. Maria &c. fuit ædificata &c. per prædictum Sanctum*
4 *Iacobum &c. & tunc cœpit esse Cathedralis propter † digni-
tatem Episcopalem, & continuauit esse Cathedralis &c.*
Sub 7. ibi, *Et Canonici dictarum Ecclesiarum simul cum
Episcopo modo in vna, modo in altera Ecclesia conueniebant,
præcedentibus semper tam in Choro, Ecclesia, & Processio-
nibus, quàm in alijs quibuscumque actibus Canonicis Beata*
5 *Mariæ ratione antiquitatis, & Cathedralitatis, † & ita
semper obseruatum fuit à tempore immemorabili, & hodie
seruatur &c.* & sub 8. ibi, *Et de præsenti retinere in ea,
præeminentias, & prærogatiuas Cathedralitatis, & illis
de præsenti frui, & gaudere &c.* d. Summ. *n.* 5.

E contra verò Capitulum S. Saluatoris dedit interrogato-
ria, & super centesimo quinto testes interrogari voluit,
*In quo consistant præeminentia Cathedralitatis quas dicunt
præseruatas fuisse Ecclesia del Pilar*, Summ. *num.* 6. ac
successiuè in tertia instantia coram bon. memor. Mot- 6
manno dedit articulos, super quibus Rota denegauit Re-
missoriam ob illorum irreleuantiam *ex decis.* 142. *par.* 6.
recent. vbi in 4. articulauit, ibi, *Item qualiter eadem Ec-
clesia S. Saluatoris tam ante supradictam captiuitatem Ci-
uitatis, quàm post redemptam, & restitutam suo primæuo
statui Cathedralitatis vsque in præsentem diem fuit & est ha-
bita, tenta, & reputata pro matrice &c.* & in 24. ibi, *&
quod sub nomine, seu appellatione Ecclesia Cæsaraugustana,
seu Ecclesia Sedis, seu S. Sedis Cæsaraugustana fuit sem-
per communi opinione habita, & intellecta Ecclesia S. Sal-
uatoris, & non Ecclesia del Pilar &c.* Summ. *num.* 7.

Decisiones demum super negotio principali emanatæ ple-
nissimè ponderant actus continuatæ Cathedralitatis Eccle-
siæ Beatæ Mariæ vsque ad diem motæ litis, & in illa † ce- 7
lebri *coram rec. mem. Coccino sub die* 20. *Martij* 1630. *in re-
cent. decis.* 353. *par.* 5. *sub num.* 78. habentur hæc præcisa
verba, ibi, *quæ quidem vestigia, & Cathedralitatis anti-
quæ reliquias Ecclesia ista de Pilari post translatam à se Ca-
thedram retinuit, & hanc vsque in diem retinet, quemadmo-
dum constat ex sententijs, & concordijs desuper emanatis*, &
latè e apendit Murillus *in tractatu supracitato cap.* 19. *fol.*
159. *& seq.* & concordant testes Summ. *num.* 19. quæ per
extensum referuntur in alia *coram bon. mem. Bichio* 7.
Martij 1656. *sub §. qua continuatio*, vbi in fine dicitur, quod
gratis ab † Agentibus Capituli S. Saluatoris asserebatur no- 9
uam esse prætensionem apud Pilarenses continuatæ Ca-
thedralitatis.

Cùm enim de iure sententia † declaretur ex Libello, & 10
Commissione, Castr. *cons.* 376. *in princip. vers. quod autem
constet lib.* 1. Gregor. *dec.* 470. *num.* 6. Ex articulis, † qui 11
in loco libelli succedunt, Rota *dec.* 87. *num.* 7. *par.* 7. *recent.*
& coram Durano *dec.* 90. *num.* 2. & ex decisionibus in cau-
sa præcedenter † emanatis, Buratt. *decis.* 327. *num.* 1. Rota
in Melenitana Antianitatis 4. *Iulij* 1646. *coram R. P. D.
meo Verospio §. vltimo, & in Romana Cambij* 26. *Maij* 1656.
coram me §. verum; Apertè conuincitur, quod hinc inde
continuatio Cathedralitatis ab initio † causæ in iudicium 13
deducta fuit, à Pilarensibus scilicet, qui eam semper allega-
runt, & scripturis, ac testibus iustificarunt, à Capitulo
verò, & Canonicis S. Saluatoris, qui illam negarunt, &
priuatiuam Cathedræ translationem fauore ipsorum Eccle-
siæ mordicùs contenderunt: Ac proindè sequitur, quod
etiam ipsa Cathedralitatis continuatio determinata censea-
tur fauore Ecclesiæ B. Mariæ in ipsis sententijs de antiqua
Cathedralitate loquentibus, quodque res iudicata illam
etiam † capiat, quamuis in verbis sententiarum litteraliter 14
non sit expressa, cùm veniat in necessariam consequentiam
expressorum, Aym. *cons.* 79. *n.* 4. Surd. *cons.* 467. *n.* 11. Rota
in Volaterna Pensionis 17. *Iunij* 1587. *coram Robasterio rela-
ta per Garz. de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 514. *vers. non obstat
sententia, & in d. Melenitana Antianitatis coram R. P. D.
meo Verospio §.* 1. *per totam.*

Certiùs ponderando, quod in eis non solùm pronuncia-
tur Ecclesiam Beatæ Mariæ antiquitùs fuisse Cathedralem,
& in ea primam Sedem Episcopalem Ciuitatis Cæsarau-
gustanæ extitisse, sed etiam declaratur molestationes, &
vexationes desuper præstitas à Capitulo, & Canonicis S.
Saluatoris fuisse, & esse iniustas, & iniquas, temerarias,
& indebitas, illisque perpetuum silentium imponitur, om-
niaque mandata necessaria, & opportuna fauore Pilaren-
sium decernuntur: Inde enim argumentum educitur, quod
saltem † implicitè in eis continetur continuatio Cathedra- 15
litatis; Nam si Rota voluisset illas restringere ad Cathedra-
litatem ante annum 1118. non liberasset Pilarenses à mole-
stijs tunc illatis concernentibus modernam etiam Cathedra-
litatem, vt in articulis, & alijs supra ponderatis, nec il-
lorum fauore mandata necessaria decreuisset, multoque
minùs perpetuum silentium Capitulo, & Canonicis colli-
tigantibus imposuisset; Quinimmò inepta omninò fuisset
instantia, & petitio Pilariensium antiquæ Cathedralitatis
tot laboribus, & expensis facta, si sententiæ ab eis acce-
ptatæ restringerentur ad Cathedralitatem ante ann. 1118.
quæ de præsenti † nihil esset profutura; sententia autem 16
ex vi attractiua extenditur etiam ad aliud sine quo ipsa
nullius esset effectus, Angel. *cons.* 257. *numer.* 6. *ante
medium, versic. superest autem*, Duran. *decis.* 266. *nu-
mer.* 27.

Dum itaque ea prædictis patet, quod materia articula-
ta non est noua, sed antiqua, † & processu, ac sententijs 17
Ro-

Rotalibus discussa, & comprehensa, sequitur proinde,
18 quod petitæ Remissoriæ obstet res iudicata, † quæ est exceptio litis finitæ, ac vlteriorem dilationem, & probationem excludit *iuxta decisionem Caputaq. 51. per tot. par. 3.* Nihil refragante, quod commissa reperiatur causa restitutionis in integrum, quia tunc solum Remissoria conceditur;
19 vel ante disputationem, vel quando est resolutum constare de causis restitutionis, secùs quando prout hìc, resolutum fuit de illis non constare Rot. *in recent. decis.* 381. *num. 6. & 7. par. 8. in Bononien. pecuniaria 27. Iunij* 1646. *coram bo. me. Bichio §. primo quia, & in Leodien. bonorum* 15. *Decembris* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato §. & quicquid sit.*
20 Accedit insuper irrelevantia, quæ † resultat, tùm ex defectu iurisdictionis in transferente cum de iure Cathedra à nemine abdicari possit ab vna Ecclesia, & in aliam trans-
21 ferri priuatiuè nisi à Summo † Pontifice, vel cum expresso ipsius beneplacito Apostolico, *cap. nisi speciali de offic. delegat. cum concordantibus allegatis in dicta decisione bon. me.*
22 *Bichij §. deueniendo igitur.* Eòque magis dum explicitè † huiusmodi facultas prohibita fuit Regibus Aragoniæ per Bullas Gregorij VII. & Vrbani II. relatas in d. Summ. *n.* 6.

Tùm etiam ea quo continuatio Cathedralitatis in Ecclesia B. Mariæ comprobata fuit ex pluribus actibus in præfatis decisionibus 353. *par. 5. recent. & bo. me. Bichij* latè recensitis, comprobatisque ex pluribus documentis, atque ex testibus ritè examinatis; & signanter ex inueterata consuetudine ipsius Ecclesiæ de Pilari, celebrandi Dedicationem Ecclesiæ Cathedralis Cæsaraugustanæ cu-
23 mulatiuè cum Ecclesia S. Saluatoris, super qua obtinuit fauorabiles resolutiones coram sa. me. Greg. *dec.* 472. *&* 493. cum subsecuta sententia, Summ. num. 9. in iudicatum transacta; Ex inseparabilitate ab Archiepiscopo, qua etiam de præsenti gaudet vtraque Ecclesia, in omnibus maioribus festiuitatibus anni, tam in vna, quàm in altera Ecclesia,
24 † in quibus insuper digniorem locum semper occuparunt Prior, & Canonici B. Mariæ, vt in mandatis Rotalibus, Summar. num. 10. Ex sententijs tum Ioannis Ferrer Vicarij Generalis Archiepiscopi Cæsaraugustani vbi Ecclesia Beatæ Mariæ eximitur à subsidio charitatiuo præuia declaratione, quod fuerit prima Sedes Cæsaraugustana, quodque multa insignia, & prærogatiuæ Cathedralitatis penes eam remanserint. Tum Tribunalibus Iustitiæ Regni Aragoniæ vbi declarator per translationem non amisisse priuilegia, & prærogatiuas Cathedralis Ecclesiæ cum transla-
25 tio non fuerit facta cum omnimoda dictarum † præeminentiarum extinctione, sed cum expressa reseruatione earundem Summ. num. 11. & demum ex attestatione *Murili in suo tractatu mirabil. fundat. Angelic. Dom. de Pilar. cap. 19. pag.* 157. Summ. *num.* 12. cuius testimonium magnificauit Rota *in dicta dec.* 353. *sub n.* 22. 47. 50. 78. *& seqq. par. 5. recent.* Huiusmodi enim actus certè exuberant ad
26 † excludendam articulatam priuatiuam, cum ad istum effectum etiam vnicus actus contrarius sufficiat, vt probatur *ibidem num. 79. & in d. decisione Bichy §. quæ omnia.* Cùmque (vt dictum est) pro maiori parte iustificentur publicis
27 documentis † tanto certiùs deneganda est Remissoria ex capite irreleuantiæ, cùm in concursu scripturis magis quam testibus sit deferendum Roman. *cons.* 319. *num.* 1. Card. Seraph. *decis.* 339. *num. 7. & decis.* 1460. *num.* 3. Card. Mant. *dec. 61. nu. 6. cum seqq.* Rota *in Cæsaraugustana Distributionum* 13. *Martij* 1643. *§. Quæ concessio, vers. aut deponent, & in Placentina Decimarum* 24. *Ianuarij* 1656. *§. Quoad primum, coram me.*

Non subsistente, quod huiusmodi actus permissi fuerint
28 ex causa vrbanitatis, quia † hoc prorsus excluditur, siue ex temporis diuturnitate, illorumque multiplicatione, ex notat. per Osasch. *decision. Pedemon. 99. num. 17. vers. nihilominus ratione, cum duob. seqq.* Siue ex præcedenti titulo antiquæ Cathedralitatis, cuius vigore gesti, & pera-
29 cti censentur † ad excludendam allegatam causam vrbanitatis, vt dixit Rota *decis.* 389. *num. 4. par. 3. & decis.* 389. *num. 4. par. 4. & decis. 409. num. 4. par. 4. rec.* Stantibus
30 præsertim iudicialibus † controuersijs à sæculo motis, in quibus Pilarenses contra colligitantes, & mandata, & sententias fauorabiles reportarunt d. Summario *num. 9. & 10.* Vnde à fortiori applicantur deducta *in dec.* 224. *num. 9. & 10. par. 6. recent.* Atque ex his improbabilis etiam videtur priuatiua ista erectio Cathedralis, cum ex tot actibus constet de contrario, & vnicus sufficiat ad excludendam quam-
uis consuetudinem non † solùm immemorabilem, sed etiam 31
quadragenariam, Surd. *cons.* 476. *num.* 13. san. me. Gregor. *dec.* 162. *num.* 9. ibique Add. *num.* 5. Imò, & interpretatiuam obseruantiam Surd. *cons.* 313. *nu.* 33. Rota *in Romana Grani* 11. *Maij* 1643. *coram me §. penultimo, vers. probatio vero.*

Non obstat erectio in Metropolim, sæcularizatio Ecclesiæ S. Saluatoris, & erectio Pilarensis in Collegiatam.

Ius enim Metropoliticum, vltra quod fuit enunciatum in dicta originali commissione, ibi, *Signanter verò de anno* 1518. *fel. recor. Ioannes Papa XXII. eam è Cathedrali in Metropolim erexit &c.* d. Summario *num.* 4. Non fuit con- 32
cessum ipsi Ecclesiæ S. Saluatoris, sed Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, vt ex Bulla erectionis in Metropolim Summ. *num.* 13. & sic concessum dicitur vtrique Ecclesiæ Beatæ Mariæ,
& S. Saluatoris † vnitiuè cum in vtraque consistat Ecclesia 33
Cæsaraugustana, quod etiam sensisse videtur Lupus Archiepiscopus Cæsaraugustanus anno 1361. dum Ecclesia B. Mariæ nuncupauit Ecclesiā Cæsaraugustanam, & eius Sponsam, atque vti talem à subsidio charitatiuo exemit Summ. *nu.* 14. Quæ quidem exemptio, qua etiam in præsentem diem gaudent Pilarenses, confirmata fuit per dictas sententias Io:
Ferrer, & Tribunalis † Iustitiæ Regni Aragoniæ de annis 34
1502. & 1605. Summ. *nu.* 11. idemque comprobauit Martinus Garzia *in suo sermone* 91. vbi habentur hæc præcisa verba, ibi, *Hæc autem Ecclesia Cæsaraugustana principaliter fundata à Christo sicut alia, sed principaliter ad hanc fundandam non misit &c. sed vnum de principalioribus scilicet Iacobum &c. qui &c. hanc Ecclesiam &c. fundauit, & ædificauit, quæ dicta est S. Maria de Pilari, vel Columna &c.* Et apertè etiam conuincitur dum insimul ab vtroque Capi-
tulo celebrabatur solemnitas dictę Erectionis † in Metro- 35
polim in die festiuitatis SS. Iustę, & Ruffinæ, in qua Ecclesia Cæsaraugustana fuit facta Metropolis, vt ex mandato Rotali desuper Ecclesiæ Beatæ Mariæ concesso, & relato in dicto Summario *num.* 10.

Præterea aduertendum est, quod erectio in Metropolim solùm operatur, quod vbi prius Ecclesia Episcopalis erat suf-
fraganea ab hoc onere † exempta remaneat, & efficiatur 36
Superior, nempè Archiepiscopalis, vt litteraliter probat *textus in Extrauag. Saluator de Præb. inter communes vers. & quia Ecclesia Tholosana sicut solemniori.* Satisque declarauit Ioannes XXII. in dicta erectione, dum Cæsaraugustanam Ecclesiam, quæ vsque tunc suffraganea fuit Ecclesiæ Archiepiscopalis, & Metropolitanæ Tarraconeñ ab
eius iurisdictione, potestate, & subiectione † exemit, il- 37
lamque erexit in Archiepiscopalem, & Metropolitanam, assignando illi tam certam Prouinciam distinctam à Prouincia Tarraconeñ, quàm etiam congruum numerum Ecclesiarum suffraganearum, nempè Osceñ, & Tirasoneñ cum alijs duabus; Hinc igitur dicta erectio in Metropolim respicere videtur statum Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, dumtaxat quoad Ecclesias suffraganeas illi subiectas, & respectu Ecclesiæ Tarraconeñ à cuius iurisdictione fuit exempta, non autem quoad ipsas Ecclesias Archiepiscopatus Cæsaraugustani, & sic allegari non potest in præiudicium Ecclesiæ Beatę Mariæ; Confessiones verò Pilarensium, quod Ecclesia
S. Saluatoris † sit Metropolitana, vt in eius Summario *nu.* 38
7. *&* 8. non vrgent quia ipsi id nunquam negarunt, nec hodie negant, sed fassi fuerunt, & fatentur vnitiuè cum ipsorum Ecclesia, non autem priuatiuè.

Sæcularizatio verò cū facta fuerit † addita clausula decla- 39
ratiua *sine præiudicio Ecclesiæ Beatæ Mariæ*, vt patet in Sum. *num.* 15. & dixit Rota *inter eusdem partes in Cæsaraugustana præheminentiarum* 13. *Martij* 1609. *§. nec relenat,* 10. *Nouembris* 1623. *§. ex quibus, &* 15. *Nouembr.* 1624. *§. quod autem, coram clar. mem. Coccino.* Non auxit iura Ecclesiæ S. Saluatoris, quæ præiudicium inferre valeant Ecclesiæ Bea-
tæ Mariæ, cum ex dicta clausula, omnia † istius iura etiam 40
in minimis præseruata dicantur, vt dixit Rota apud Put. *decis. 6. num. 1. & 2. lib. 3.* Lotther. *de re benef. lib. 1. quæst.* 40. *num.* 287. Erectio tandem Pilarensis in Collegiatam, præterquod negatur, non repugnat continuationi cumulatiuæ Cathedralitatis, vt latè firmatur *in dicta decis. bo. me. Bichij §. erectio tandem, vt sub §. sententia,* respondetur etiam sententiæ Archiepiscopi Alphonsi latæ anno 1513.

Non obstat, quod Ecclesia Beatæ Mariæ sit exempta ex litteris Apostolicis Innocentij II. Eugenij III. Alexandri III. & Clementis VII. confirmatis per Sixtum V. de quibus meminit Rota *in recent. dec. 43. num. 4. par. 6.* Tum quia huius-

mo-

modi exemptio refertur ad concernentia inſtitutum regula-
re, vt reſpondetur *in d. deciſione Bichij §. exemptio refer-*
42 *tur*. Tùm etiam quia dictæ litteræ habent clauſulam, †
ibi, *Salua canonica iuſtitia Epiſcopi Cæſarauguſtani*, vt re-
fert Rota *in eadem cauſa d. par. 6. recent. deciſ. 157. ſub num.*
14. verſ. clauſula autem.

Cęterùm libentiùs Domini denegarũt Remiſſoriam, quia
alias hanc eandem materiam priuatiuè articularunt, & quam
43 uis Rota † coram Motmanno petitam deſuper Remiſſoriam
denegauerit *ex dicta deciſ. 142. par. 6. recent.* Nihilominus
ea expedita de conſenſu Agentis Capituli B. Mariæ (vt aſ-
ſerunt informantes) nil prorſus probatum fuit; Vnde mo-
do cenſetur non abſque calumnia petita ad protrahendam
cauſæ terminationem, quamuis moderni articuli maiorem
diſtinctionem contineant in cortice verborum, *vt in Palen-*
43 *tina Decimarum 24. Ianuarij 1656. coram me §. vltimo*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Toletana Decimarum.

Lunæ 27. Maij 1658.

A R G V M E N T V M.

Ordinario debentur decimæ de omnibus fructibus, quarum ſolutio non retardatur, niſi per quadragenariam cum titulo, vel per immemorabilem.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinario de iure debentur decima.*
2 *Decimæ ſoluuntur de apibus, & de omnibus fructibus.*
3 *De omnibus fructibus Ordinario debetur quarta Pontificalis.*
4 *Exemptio à decimis contra Epiſcopum non admittitur niſi per immemorabilem, vel quadragenariam cum fama.*
5 *Teſtes de immemorabili debent eſſe annorum 54.*
6 *Solutio decimarum contingere poteſt, vel in recollectione fructuum, vel in alia parte anni.*
7 *Ordinario quomodo debeantur decimæ, & num. 8.*
9 *Ius decimandi non mutatur ex mutatione ſeminis, aut ex modo colendi agrum.*
10 *Negatiua quomodo probanda, & num. 12.*
11 *Eccleſia non præiudicatur ex negligentia Prælati.*
14 *Quarta decimarum quanta ſit.*

D E C I S I O C C C L.

EMinentiſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardi-
nalis Archiepiſcopus Toletanus in hac ipſa Toletana
Decimarum, de qua eſt deciſio 320. coram Durano, re-
licto poſſeſſorio manutentionis obtinuit dubium, an ſibi
debeatur integra quarta decimarum minutarum, nempè
pomorum, olerum, & ſimilium magni horti Ducis de Vze-
da nuncupati del Rey, ſeù Peña rubra ſito in territorio Op-
pidi de Vzeda propoſitum 22. Iunij 1657. eoque hodie per
me à Reuerendiſſimo Domino Decano ſubrogatum re-
propoſito, † reſponderunt deberi, ad text. *mani-*
feſtum, in cap. conquerente 16. §. nos autem, ibi, *quar-*
tam decimarum, de offic. Iud. ordin. & c. dudum 31. ſub init.
ibi, *Intentione tua de iure communi fundata, de decim. & ibi*
gloſ. & pro ipſo Archiepiſcopo Toletano, ſæpè Rota *dec. 402.*
n. 2. par. 2. recent. & coram Caual. *dec. 247. & deciſ. 487. vtro-*
bique n. 1. & nouiſſime in Illerden. Decimarum 27. Ianuarij
1642. coram bo. me. Peutingero, & in hac ipſa cauſa in pun-
cto iam admiſſo confirmauit Rot. *d. dec. 320. n. 2.*

Nec in ſpecie fructuum fuit aliqua dubitatio, ſicuti nec
2 aliqua controuerſia potuit eſſe, cùm † & de apibus, & de
3 omni fructu decimæ perſoluantur *cap. 6. de decim.* † &
de his quarta Pontificalis de iure communi Archiepiſcopo
debeatur *ad d. §. nos autem cum ibi alleg.* Et propterea ſub-
iungebat, quod Parochi, & Rectores contra D. Archie-
piſcopum debeant docere de immemorabili poſſeſſione,
aut de quadragenaria cum titulo, vt dicebat Rota co-
ram Coccino *deciſ. 485. num. 2.* & coram Caual. *deciſ.*
468. num. 2.

Titulus autem nullus probatur, neque tentatur quidem 4
immemorabilis nulla conuincitur, quia deducto tempore
litis, nempè 26. Februarij 1644. *in Summario num. 3.* cum
alijs, ac tribus conſequentibus ibidem *num. 1. & 4.* Te-
ſtes examinati de anno 1614. debuiſſent eſſe ætatis 74. an-
norum, à qua tamen plurimum diſtant cùm eſſent 60. &
66. & vix vnus 72. *in Summario Parochi n. 1.* Adeòque lo-
quendo cum Rota coram Ludouiſio *dec. 298. nu. 1.* & Add.
nu. 12. & fuſius coram Ortemberge in Taurinen. decimarum
14. Aprilis 1606. num. 2. & 3. apud Marcheſ. *de commiſs.*
par. 1. pag. 679. & coram Buratto *deciſ. 673. n. 1. & 2.* &
ibi Add. *nu. 12.* † ad probandam immemorabilem de ſub- 5
ſtantia requiritur certa ætas, ſaltem vſque ad 54. annum
neceſſariò completum, nec ſatis inceptum ex ſæpè deciſis
locis citatis.

Sed neque conuincit ipſa probatio, & licet teſtes depone-
rent Parochos percepiſſe integras decimas, abſque eo quod
D. Archiepiſcopus quidquam perceperit, non tamen depo-
nunt D. Archiepiſcopum non percepiſſe quartam de manu
ipſorum Parochorum, prout percipere potuit, † adeòque 6
potuerit ſolui ſi non recollectione fructuum ſaltem in aliqua
parte anni ab ijs, qui fructus recollegerunt, vt de ipſo Ar-
chiepiſcopo Toletano inquit Rota *dicta deciſ. 487. ſub n.*
2. & 3. & maximè quod perceptio decimarum non ſpectat
ad Epiſcopum, ſed decimis perceptis à Parochis, & Recto- 7
ribus recipiũ quartam partem, † quod de iure eſt, *cap. 4.*
de præſcript. in que gloſ. marginalis incipiens imò de iure poſt
alios ad cap. conquerente de offic. Iud. ordin. Rota coram Se-
raph. *deciſ. 1449. nu. 5. & 6.* & coram Ludou. *dec. 519. num.*
2. & ibi Add. *& dec. 122. num. 7. & ſeqq. par. 5. recent.*
Quod ſi Archiepiſcopus non poteſt exigere à Parochis *ad d.* 8
deciſ. 247. num. 7. & 8. tunc implorare poſſet officium Iu-
dicis ad laicos cogendos, vt firmauit Rota *deciſ. 327. &*
deciſ. 357. par. 5. recent.

Et quod plurimum iuuat, concordant partes, & etiam
teſtes non ſolùm D. Archiepiſcopi, ſed etiam Parochorum
in ſummarijs ex huiuſmodi agris, cùm ſererentur tritico ſo-
lutas fuiſſe, ac adhuc ſolui decimas ſiccas, quicquid contro-
uertatur poſtea de eiſdem mutata ſeminatione, & dum con-
uertuntur in hortum, nam mutatione ſeminis, † aut mo- 9
di colendi agrum non cenſetur in aliquo dicto iuri, aut quaſi
poſſeſſioni exigendi decimas præiudicatum, in hac eadem
cauſa, Rota *deciſ. 402. nu. 3. par. 2. recent. & deciſ. 17. n.*
10. par. 2. diuerſ. cum alleg. & vtrobique Couar. *pract. q. 34.*
n. 5. de huiuſce eadem quaſi poſſeſſione exigendi.

Ponderatum quoque fuit à Dominis, quod cùm teſtes non
concludant negatiuam, prout deberent, † videlicet, quod 10
ſolutio fieri non potuiſſet, quin ipſi vidiſſent, & ſciuiſſent
minùs prædictos teſtes probare ſcientiam, & patientiam D.
Archiepiſcopi, ſine qua Parochis nulla potuit acquiri quaſi
poſſeſſio exemptiua non ſoluen. quartam, præſertim in dam-
num Eccleſiæ, † cui ex negligentia Prælati, & aliorum nul- 11
lum inferri poteſt præiudicium, *vt ex cumulatis deciſ. fir-*
matum fuit in Hiſpalen. à Rota coram Eminentiſſimo D.
meo Cardinali Otthobono *deciſ. 185. num. 2. & ſeqq.* † Imò 12
teſtes illi non deponunt quartam petitam denegatam fuiſſe,
cùm D. Archiepiſcopi acquieſcentia, vt requiritur ad hoc,
vt inferatur præiudicium Eccleſiæ, cui decima debetur, con-
cludit Rota *deciſ. 667. in fin.*

Quanta autem ſit quarta, quod ius diuerſum eſt, † dicitur 13
enim quandoque medietas, quandoque tertia, & quando-
que quarta, vt gloſſ. *quarta omnium, cap. cum olim 16. de cenſ.*
cum alijs ibi alleg. & nouiſſimè apud Barboſ. *de offic. & poteſt.*
Epiſcop. alleg. 8. num. 33. & proprius in Toletana Decima-
rum Rota *d. deciſ. 247. num. 2.* & cùm pro parte Eminen-
tiſſimi D. Archiepiſcopi prætenderetur ex generali conſue-
tudine Archiepiſcopatus pro quarta in dubio contenta ſibi
deberi tertiam. Domini nunc ſuper huiuſmodi prætenſione
nihil determinare voluerunt.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Romana Succeſſionis.

Lunæ 27. Maij 1658.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio filiæ propter dotem, quando omnia bona, & iura comprehendat plenè in præſenti deciſ. firmatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Immissio non datur ad bona super quibus quis liberationem fecit.*
2 *Dotis receptio facta pro omni, & toto eo, &c. importat pactum de non petendo, & de non succedendo.*
3 *Dos quando contemplationem renunciationis, dicatur constituta.*
4 *Dictio*, & non aliàs, *remouet consensum ab actu.*
5 *Renunciatio correspectiua ad dotem operatur exclusionem renunciatis.*
6 *Pater transeundo ad secundas nuptias, an priuetur successione filiorum, & quando num. seqq.*
10 *Dictio*, quomodolibet, *omnes casus excogitabiles comprehendit.*
11 *Verbum*, posset, *comprehendit successiones tam delatas, quam deferendas.*
12 *Renunciatio quales ius comprehendere dicatur.*
13 *Pater dotando filiam, quæ renunciauit omnem portionem illi debitam, in renunciatione comprehendisse dicitur.*
14 *Præuentiua restitutio valde considerabilis dicitur.*
15 *Dictio* etiam *implicat casum magis dubitabilem, & argumentatiuam habet naturam.*
16 *Dos præsumitur constituta de bonis paternis.*
Limita vt num. seq.

D E C I S I O   CCCLI.

VEronica vltra dotem scutor. 3000. illi ab Antonio pa-
tre resolutam, mortuo Io: Baptista eius fratre in
bonis maternis, & fraternis immissionem petebat, quam
non esse concedendam, DD. super hoc consulti hodie
responderunt obstante illi pacto in assignatione dotis, &
quietantia vnico contextu facta, Summ. Antonij num. 6.
in qua espressè declaratum fuit dotem constitui, & respe-
ctiuè recipi pro omni, & toto eo, quod ipsa Veronica posset
quomodolibet prætendere tam in bonis paternis, quàm ma-
ternis, & fraternis. Quæ quidem quietatio, & capitula
matrimonialia expressè cum debitis solemnitatibus à Vero-
1 nica fuerunt ratificata eod. Sum. num. 7. Vnde † perperam
visum est DD. immissionem petere in possessionem eorum-
dem bonorum, de quibus ipsa liberationem fecit, iuxta
text. *in l. qui superstites* 93. vbi Roman. *num. 7. vers. quod
limita, ff. de acquir. hered.* Paris. *consil.* 26. *num.* 37. *&
& seqq. lib.* 3. Rota *in Romana Dotis* 30. *Aprilis* 1644. *co-
ram bo. me. Peutingerio sub* §. 1. *Asculana Hereditatis* 7.
Iunij 1649. *sub* §. *contrariam verò, coram Reuerendissimo
Tarraconen. & in Ariminen. successionis* 24. *Iunij* 1654. *co-
ram bo. me. Bichio in princ.* Ea ratione, quia talis receptio
per omnia, vt supra facta patri, fratrique, & acceptanti-
2 bus importat † pactum de aliud non petendo, & de non
succedendo in bonis, quibus renunciatum fuit, Surd.
cons. 398. *n.* 3. *& seqq.* Rota coram Buratto *decis.* 333. *num.*
1. *& in d. Asculana Hereditatis.*

Quod faciliùs à DD. amplexum fuit, quia non agitur
de renunciatione gratuita, sed respectiua ad dotem egre-
giæ quantitatis tam in ordine ad conditionem filiæ, quàm
respectu virium bonorum patris non diuitis, & artem su-
toriam exercentis, qui tradendo dotem in hac quantitate
scut. 3000. non solùm competenter, sed etiam excessiuè
3 † videtur dotasse, nec alias in tanta summa filiæ dotem
tradidisset, nisi ipsa dd. bonis, & successionibus parentum,
& fratrum renunciasset, vt considerat in specie Montan.
contrau. 10. *num.* 24. *vers.* 2. respondet Modern. Carpen.
contrau. Forens. 56. *num.* 21. & denotat dictio illa, *& non
4 alias* †, quæ consensum ab actu remouet, Cancer. *var. re-
solut. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 100. *& seq.* Rot. *decis.* 619. *num.*
2. *par.* 1. *rec.* quod autem vbi renunciatio est correspectiua
5 ad dotem † operetur esclusionem renunciantis in fortiori-
bus terminis post Dec. Surd. *& alias resolutum fuit in Cese-
naten. bonorum* 17. *Maij* 1656. *coram me sub* §. 1. *in fine.*

Non obstat, quod in dicta renunciatione non compræ-
6 hendantur portiones fratrum, † quibus Pater ad secunda
vota transeundo remanet priuatus ex dispositione *l. fœmina*
3. *C. de secundis nupt.*

Quia quicquid sit de prima limitatione adducta ab infor-
7 mantibus pro Antonio, quod nempè † *d. l. fœmina* non
habeat locum in marito ad secondas nuptias transeunte,
8 & de alijs duabus, quando necessitate ductus † id fecit,
seu pro vtilitate † filiorum, super quibus DD. visum est 9
non esse opus insistere. Responsum fuit primò, quod cum
verba renunciationis sint satis ampla, vt in dicto sum-
matio num. 6. ibi, *quomodolibet prætendere posset* † sub huius- 10
modi verbis omnes modi, & casus excogitabiles compre-
henduntur, & sic etiam iste, de quo *in d. l. fœmina Glos. in
clement.* 2. *quomodolibet de sent. excomm.* Dec. *cons.* 29. *num.*
3. Aymon. *cons.* 308. *num.* 4. Gratian. *discept.* 527. *num.* 38.
Rot. *decis.* 35. *num.* 4. *&* 53. *& decis.* 143. *num.* 3. *& seqq.
par.* 5. *rec.* & insuper verbum posset tamquam ad futurum
tempus adaptabile, † non solum in renunciatione successio- 11
nes iam delatas comprehendit, sed etiam in futurum defe-
rendas, Bart. *in l. qui Romæ* 122. §. *duo fratres in* 6. *quæst.
n.* 19. *vers. ad solutionem ff. de verbor. oblig. & in l. quod Ser-
uucius* 8. *num.* 4. *ff. de condit. caus. dat.* Surd. *cons.* 267. *nu.*
24. *in fine, & seqq.* Peregrin. *de fideic. art.* 52. *sub num.* 32.
Rot. coram Buratt. *decis.* 226. *num.* 7.

Secundò placuit DD. responsio, quod cum quietantia fa-
cta fuerit postquam alij fratres Veronicæ obierant, Iaco-
bus nempè ciuiliter per professionem in religione emissam
summatio Antonij num. 2. & Ioannes Franciscus naturali-
ter, & postquam Antonius Pater secundas nuptias contra-
xerat † comprehenderet vtique Ius, si quod Veronicæ ex 12
dd. causis in spe quæsitum esset post mortem Ioannis Bapti-
stæ purificandum, vt per Castren. *cons.* 252. *n.* 2. *ad finem
vers. videndum lib.* 1. Gabr. *cons.* 156. *nu.* 15. *&* 17. *lib.* 1. Dec.
cons. 206. *num.* 9. *vers. illud quia potest habere locum*, Gas-
par. Ant. Thesaur. *quæst. for.* 66 *num.* 2. *lib.* 4. Molf. *ad
consuetud. Neap. tom.* 1. *tit. de renunciat. quæst.* 10. *num.* 35.
quasi quod Pater filiam dotando omnem portionem illi de-
bitam † præuentiuè restituere voluerit, vt considerat Ro- 13
uit, *cons.* 46. *num.* 26. Montan. *d. contrau.* 10. *num.* 24. *in fine*
Rota *in Romana dotis* 3. *Decembris* 1632. *coram eodem bo.
me. Dunozzetta* §. *Nec obstat*, & ab illa renunciationem om-
nium bonorum etiam fraternorum recipere, quod facere
potuit ob commodum præuentiuæ restitutionis bonorum † 14
plus quam commensurabile cum Iuribus filiæ, vt per Pa-
ris. *cons.* 26. *num.* 46. *prope med. vers. eo etiam quia l.* 3. Mo-
lin. *de primog. Hispan. l.* 2. *cap.* 4. *n.* 32. Cancer. *var. resol. lib.*
13. *cap.* 15. *nu.* 173. & post illos Rot. *in Auximana dotium*
27. *Maij* 1652. *coram me in princ.*

Propterea renunciationem comprehendere portionem
Ioannis Baptistæ fratris tunc viuentis benè deducitur ex
verbo *etiam* dicto summario num. 6. *ibi paternis, maternis,
& fraternis etiam defunctis*, quasi quod Veronica patrem
voluerit quietare non solùm de bonis fratrum viuentium,
sed etiam defunctorum, cum dictio † *etiam* sit implicatiua 15
casus magis dubitabilis, & argumentatiuam naturam ha-
beat, Alex. *cons.* 116. *num.* 146. *l.* 2. Bero. *cons.* 57. *& seqq.
lib.* 3. Rut. post Zacch. *de obligatione camerali decis.* 138.
num. 8.

Minus releuat, quod dos filiæ constituta præsumatur † 16
de bonis paternis, iuxt. text. *in l. final. C. de dot. promis.*
nam à dicta præsumptione receditur, vbi constat partes
(vt in præsenti) voluisse † dotare, & dotari respectiuè 17
non in totum de bonis patris, sed maternis, & fraternis si-
mul, vt in citato summario Antonij num. 6. & 7. Menoch.
cons. 81. *num.* 31. *& declaran. d. l. vltimo*, Crauett. *cons.* 84.
num. 4. *&* 5. Altograd. *cons.* 5. *nu.* 40. *lib.* 1. Mantic. *de tacit.
lib.* 12. *tit.* 19. *num.* 27. Gratian. *discept.* 509. *num.* 20. *&
seqq.* subsecuta præcipuè renunciatione † ipsius filiæ ijsdem 18
bonis, ex quibus dotata fuerat, Altograd. *vbi supra num.* 41.
Rot. *in Romana prætensæ dotis* 15. *Ianuarij* §. *non obstat*, *&*
21, *Iunij* 1649. *coram bo. me. Peutingerio* §. *quia quoad com-
prehensionem.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D.   P R I O L O.

Auenionen. Legitimæ.

Luna 27. *Maij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Filius, qui poterat matri legitimam non relinquere, quia cum filijs decedebat, an per legatum de ea matri factum illam voluntariè reliquisse dicatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Legitima non debetur matri in bonis filij, quando illo cum filijs decessit.*
2 *Filius si legauit legitimam matri quam credidit esse debitam non dicitur voluntariè legasse.*
3 *Doctores non omnes sciunt ea quæ sunt de apicibus iuris.*
Legitima debeatur ne matri si filius cum filijs decesserit est valdè dubius articulus, num. 3.
4 *Voluntas testatoris qui legauit id quod dubitare potuit quod fuisset debitum, vel ne non potest dici verè voluntaria.*
5 *Testes de auditu admittuntur in antiquis.*
6 *Obliuio per decennium præsumitur in teste, & quando & ad quem effectum.*
7 *Transitus matris ad secundas nuptias irrogat iniuriam tam viro, quàm filijs.*
8 *Mulier transiens ad secunda vota tria negligit, primo Deum, secundo memoriam primi viri, tertio filiorum dilectionem, & num. 7.*
9 *Taciturnitas longissimi temporis cum acquiescencia partis valde considerabilis est.*
10 *Nullitas examinis testium prius super articulis, deinde super interrogatorijs non aufert fidem testibus.*
11 *Nullitas examinis sanatur per interuentum interpretis vtriusque partis.*

D E C I S I O CCCLII.

CONfirmarunt DD. Decisionem in hoc Causa emissam die 8. Iunij præteriti coram me iogoa recedendo à contrarijs decisionibus cor. bo. me. Peutingerio, ac pariter coram me editis firmatum fuit legatum legitimæ à Francisco matri relictum tempore, quo filios non babebat fuisse caducatum per natiuitatem filiæ posthumæ.

Quià explorati Iuris est, quod matri non debetur legiòma ex bonis filij, qui cum filijs decessit †, quippè tunc amittit successionem ab Intestato, cuius tantum ratione
1 legitima debetur §. 1. Auth. *de hæred. ab Intest. non. §. Presbyteros Auth. de Sanctiss. Episcop. Authent. Presbyteros 2. C. de Episcopis & Clericis*, Cephal. *cons.* 398. *num.* 1. Crass. *in §. legitima quæst.* 4. *num.* 2. Cyriac. *Controu.* 243. *num.* 31. Et licet Conclusio intelligi debebat contra voluntatem filij secus verò illo volente, vt firmatur in præcedentibus Decisionibus. Hodiè tamen constat ex probationibus desuper factis, & in vltima Decisione latè discussis, quod filius legitimam in tantum legauit, in quantum credidit esse debitam, quodque si potuisset illam matri non legasset ob eius mala tractamenta, aliasque causas à Testibus recensitas, † vndè excluditur præsumpta liberalitas,
2 in qua fondantur Contrariæ Decisiones iuxt. Text. *in l. cum tale §. falsam causam in fin. ff. de condit. & demonstr.* Bartol. *in l. demonstratio §. quod autem sub nu.* 13. *versic. nisi alter ff. eodem* Gabr. *cons.* 132. *q.* 2. *num.* 16. *lib.* 1. Rota *decis.* 538. *sub nu.* 2. *versic. cum enim par.* 3. *recent.*

Non obstat, quod Testator Iurisconsultus esset certus, quod legitima non erat matri debita, etiam non natis filijs, ex quo transiuerat ad secunda vota.

Quia huiusmodi certitudo non potest absolutè affirmari, tum quia non omnes Iurisconsulti sciunt apices Iuris, † tum quia cùm articulus sit valdè controuersus, vt patet
3 ex Merlio. *de legit. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 2. potius credendum est Testatorem ad euitandas difficultates, ac sobstinendam Testamentariam dispositionem voluisse legitimam relinquere quatenus matri esset debita, † prout ipse explicitè de-
4 clarauit, vt proindè non sit opus recurrere ad huiusmodi præsumptiones, *l. fin. in princip. ff. de eo quod met Causa*, Crauett. *cons.* 35. *n.* 5. Rota coram bo. me. Greg. *decis.* 242. *n.* 7. *& decis.* 247. *n.* 2.

Nec releuat, quod Testes deponant de auditu.

Quia vt respondit vltima Decisio in materia tam antiqua † prout ista admittuntur Testes etiam de auditu *l. si arbiter*
5 *ff. de probat. gloss. in l. in summa §. idem labeo verb. audierint ff. de aqua pluu. arc.* Dec. *cons.* 320. *num.* 6. Rota coram bo. me. Coccino *decis.* 180. *num.* 3. *& decis.* 235. *num.* 13. Nihil obstante, quod deponant de re à multis annis retrò audita, & regulariter in Teste præsumitur obliuio post de-
6 cennium †. Quia regula procedit ad euitandam falsitatem secùs tamen ad illam inducendam quo casu reminiscentia præsumitur eo ipso, quod Testis dicit se recordari ex traditis per Menocch. *de arbitr. cas.* 308. *num.* 3. *&* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 1227. *numer.* 25. *& sub num.* 33. Rot. coram sa. me. Greg. *decis.* 194. *num.* 6.

Minus subsistit, quod deponunt inuerisimilia.

Quia eorum depositiones esse valde verisimiles comprobatur non solùm ex transito matris ad secunda vota, †, quæ 7
non merebatur prætensam liberalitatem, eùm ex eo fuerit irrogata iniuria tam viro præmortuo, quàm ipsi filio §. *fin autem tutelam Auth. de nuptijs*, vbi dicitur mulierem nuptias repetentem tria negligere †, Deum scilicet, memoriam 8
defuncti, & filiorum dilectionem, Gayll. *practic. obseru. lib.* 2. *cap.* 98. *num.* 2. Laderch. *cons.* 33. *num.* 9. Rot. *decis.* 45. *num.* 6. *& seq. par.* 7. *rec.* verùm etiam ex Consulto Præsidis Auensis antiquitus edito pro veritate, ac ex sententia lata ad fauorem Baronis de Grillon. † iuncta taciturnita- 9
te, & acquiescentia Partis aduersæ per longissimum tempus *l. ob carmen §. si Testes*, ibi, *Confirmabitque Iudex ff. de Testibus*, Buratt. *cons.* 72. *sub num.* 48. *versic. attamen lib.* 1. Farinac. *de Testib. quæst.* 65. *num.* 129. Rota apud Pacif. de Salu. *decis.* 294. *num.* 5.

Demum non officit obiecta nullitas examinis ex eo quod prius fuerit receptum super articulis, quam super interrogatorijs. Quia vt dixit Rota *in Toletana Hæreditatis 6. Iunij* 1618. *coram Andrea impress. inter rec. decis.* 663. *numer.* 12.
par. 4. † huiusmodi nullitas non est tanti momenti, vt ex 12
ea fides examini adimatur; præterquod remanet sublata
ex † præsentia Interpretum vtriusque partis, vt responsum 11
fuit *in Moten. Monasterij 16. Februarij* 1598. *coram bo. me. Litta post* 2. *vol. consil.* Farinac. *decis.* 122. *in fin.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 8. Iunij 1657. coram eodem R. P. D. Priolo est supra in hac eadem Parte XII. decis. 252.

R. P. D. T A I A.

Baren. Beneficij.

Veneris 31. Martij 1658.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus fundatum ex bonis laicalibus interdum dicitur Ecclesiasticum, & cadit sub regula reseruatoria.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarius reducere potest beneficium in cuius fundatione fuit dispositum aliquid contra ius.*
2 *Iuspatronatus quando dicatur Ecclesiasticum, etiam si sit fundatum ex bonis laicalibus, & num. 3. & 9.*
3 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub regula reseruatoria, limitat num. 5. declara limitationem num. 6. & 7.*
8 *Contraria decisiones declarantur.*

D E C I S I O CCCLIII.

REu. P. D. Cæsar Lambertinus Episcopus Insulensis rei Beneficiariæ æstimator idoneus pro suo munere Episcopali, pro vberrimo tractatu de Iurepatronatus, qui in etiam pro 37. Beneficij in quibus institutum se profitetur, licet pro more Apuliæ tenuissimis, quorum fructus non ascendebant ad summam ducat. 130. de Camera, vt inquit *Iurepat. lib.* 2. *p. princip. q.* 7. *art.* 15. *n.* 15. occasione consensus requisiti 4. Nouembris 1529. vti Episcopus. Visa fundatione, & inuentis in illa multis conditionibus præter, &
contra ius † commune reduxit, vt reducere potuit ad doctr. 1
Abb. *ad c. significatum de præbend. sub n.* 5. apud Lotther. *de re benef. lib.* 1. *q.* 32. *ab init.* Barbos. *de Off. & potest Episcopi alleg.* 70. *num.* 40. Rot. apud Viu. *de iurepat. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 56. *vers. ex ordine ad fin. & quæ conditiones requirendæ quæue reducendæ sint*, Lambert. *de Iurepat. lib.* 1. *p.* 1. *princ. quæst.* 9. *tot. art.* 1. Videlicet, quod Augustinus sit primus Beneficiatus, & in Mortis articulo possit sibi eligere successorem filium Io: Stephani, vel Victorij fratris sui, dummodo eligendus sit Clericus ad arbitrium Augustini, & sic vnus Capellanus eligere habeat alterum de linea masculina, nullo modo

do eligatur laicus, sed Clericus S. Eustachij terræ Aquaui-
uæ, qui in mortis articulo eligat aliquem de linea masculina
si eaistit, sin autem de gremio &c. *in summ. Nicolai num.* 1.
Cùm autem Thomas vltimus Beneficiatus decessisset 19.
Maij 1653. Archipresbyter vti ordinarius loci excluso Nico-
lao Aotonio instituit Dominicum, qui non erat Clericus
tempore mortis vltimi Beneficiati, quod assumitur in dec.
in quibus primum coram bon. mem. Bichio 18. Februarij
1656. deindè coram R. P. D. meo Zarate 18. Maij 1647. de-
cisum fuit Beneficium pertinere ad Dominicum, nunc au-
tem concessa noua audientia, & proposito dubio non satis
inter partes concordato DD. responderunt, & Iuspatrona-
tus Beneficium esse Ecclesiasticum, & cadere sub regul. 9. &
de reliquis videndum.

Quia post alias conditiones, quibus Beneficium declara-
tum est Eccesiasticum ad infrascripta requisita Abb. condi-
2 tio illa præcipuè à D. Episcopo Insulano declarata vt vnus
Capellanus eligere debeat alterum faciunt etiam, & Ius-
patronatus Ecclesiasticum etiamsi esset fundatum de bonis
Laicalibus, vt cum Abb. & alijs sensit Rot. *dec.* 615. *n.* 5.
3 *p. par. rec.* † & generalius ea eo solum quod reseruetur per-
4 soois Ecclesiasticis Rot. *dec.* 740. *n.* 2. *par.* 2. *rec.* adeoque
† sub ista regulæ reseruatione comprehendi Rot. *d. dec.*
740. *d. num.* 2. *in fin.* & planè sui not. Rot. coram Seraph.
dec. 1420. *num.* 2. & coram Caual. *dec.* 378. *num.* 3. &
passim.

5 Nec obsistit † deberi certo generi personarum ex *alleg. d.
dec.* 1420. §. *quantum ad electionem*,

6 Quia his † non obstantibus DD. censuerunt comprehen-
di ea Rot. *d. dec.* 1420. *n.* 3. & coram Pen. *cota dec.* 301. &
7 coram Ludouis. *dec.* 240. *num.* 19. *& ibi Add.* † & maximè
non solum obseruando longissimam obseruantiam compro-
batam ex sententia 13. Febr. 1602. pro Iure patronatus lineæ
Contellæ *in summ. Addit. num.* 2. sed vltimum statum ad
Rot. coram Pen. *dec.* 659. *sub n.* 24. *&* 25. coram Ludou. *dec.*
77. *in fin. & ibi add.*

8 Et ea † his diaerunt non obstare *Calaguritana seu Nul-
lius Capellania* 17. *Mart.* 1645. *coram D. meo Meltio ad Be-
neficium Laicum*.

9 Quia in hac pro Beneficio Ecclesiastico concurrunt sex
requisita, quæ tradit Abb. & repetunt alij apud Gonzal. *super
reg.* 8. *Glos.* 5. *in princ. num.* 6. *& seqq.* quin etiam alia, vt
etiam Patronatus Ecclesiasticus sit ad d. Episcopalem refor-
mationem vt supra, quæ neqnaquam ibi concurrebant.

Et hactenus decisum vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Bononien. Dotis, seu Tertiæ.

Veneris 31. *Maij* 658.

ARGVMENTVM.

Causa expressa in contractu probanda est aliundè, quam ex osseruatione partium.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua pro legatis non datur in Rota.*
2 *Renunciatio facta ex falsa causa non venit attendenda.*
3 *Falsitas causa omnem contractum corruere facit.*
4 *Assertio facta ad actus validitatem non verificata facit corruere totum contractum.*
5 *Causa in contractu est probanda aliunde, quam ex assertione contrahentium.*
7 *Dotis congruentia ex quibus præsumatur, & n. 7.*
8 *Contrahentium assertioni non statur in prohibitis.*
10 *Verba specialia fauore dotium, & filiarum non coarctantur ex generalibus.*

DECISIO CCCLIV.

ANtequàm Comitissa Brigitta de Campegijs D. Vin-
centio Marescotto nuberet, legato Dotis sc. 14.
mil. a Marchione Aotooio Pane relicto, renunciauit, Do-
te scut. 10500. contenta, vt in summario DD. de
Campegijs num. 2. sed quia postmodum ipsa in testamento
sub quo decessit hærede instituto D. Vincentio viro, decla-
rauit, *Che se li fratelli di detta Signora testatrice, ò suoi
heredi pretendessero ouero se li douesse alcuna portione delle
sue doti in vigore di leggi ò statuti, in tal Caso intende, vuo-*

*le e comanda, che detti suoi fratelli, ò heredi debbano sola-
mente riceuere quella parte che da loro non è stata pagata, per-
che asserisce che il Signor suo Padre li lasciò sc. 14. mil. & à
lei non son stati pagati se non* 10500. *summ. D. Vincentij nu.* 6.
Orta est inter fratres, & virum respectiuè controuersia,
quorum vterque pro mandati relaxatione instabat, illi pro
lib. 2000. pro residuo tertiæ partis Dotis debitæ fratribus in
bonis sororis sine filijs defunctæ vigore statuti Bononiens.
lib. 4. Rubr. de Dot. relict. §. & si decesserit. Hic verò pro
residuo legati vsque ad summam scut. 14. mil. Verùm dispu-
tato dubio DD. censuerunt mandatum non esse relaxan-
dum, sed tantum DD. fratres de Campegijs teneri pro resi-
duo legati Dotis. Ipsi enim mandatoni obtinere non pos-
sunt, cùm sint debitores in maiori summa pro dote D. Bri-
gittæ sororis, oeque D. Vincentius, † quia in hoc S. Tri- 1
bunali præualuit opinio, quod pro legatis via exequutina
non competat, *vt in decis. relat.* per Modern. *Cortonen. in
prax. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 93. & coram Buratt. *dec.* 208. *num.*
3. *vbi add. num.* 12. post Zacch. *de oblig. Cam. dec.* 188. *num.*
17. *& in Rom. Dotis, & legati* 15. *Ianuar.* 1620. *coram bo. me.
Manzanedo*.

Nec renunciatio facta à D. Brigitta DD. de Campegijs suf-
fragari potest, quia omisso an illa sapiat donationem, ita vt
comprehendatur sub statuto in Rubr. de Donat. lib. 3. §. 1. re-
quirente vltra insiouationem, & præsentiam Prætoris rogi-
tum duorum Notariorum, & interuentum septem testium
super quo DD. insistere noluerunt, † cùm fuerit erronea & 2
ex falsa causa nullo modo debet attendi error enim tollit cō-
sensum, sine quo contractus non sustinetur, *l. si per errorem*
15. *ff. de iurisd. omn. ind. l. nihil consensus* 117. §. *non videtur
de reg. iur.* Rot. *in Bononien. nullitatis Concordiæ* 27. *Iunij*
1648. *coram bo. me. Bichio* §. *fin.*

Et ea falsitate causæ omnis † contractus vitiatur eodem 3
modo ac si non fuisset celebratus, *l. magis puto* §. *si ex alienum
ff. de reb. eorum*, Decian. *cons.* 59. *n.* 74. *lib.* 1. Cyriac. *contr.*
257. *n.* 12. *&* 13. vbi ampliat etiamsi Decretum Iudicis in-
teruenìat Rot. *dec.* 20. *num.* 16. *par.* 4. *rec. tom.* 2. *& in ter-
minis Renunciat. in Rom. Domuncularum* 14. *Febr.* 1648. *co-
ram bo. me. Dunozetto* §. *vltra quod etiam si partim causa vera
esset partem falsa, vt in Rom. pecun.* 25. *Iunij* 1655. §. *certi
iuris, &* 19. *Iun.* 1656. *sub* §. *euidens app. coram R. P. D. meo
Beuilaqua*.

Renunciationem verò per errorē ea falsa causa emanasse
constat, quia facta fuit sub pretextu quo vires hereditates pa-
ternæ non paterentur Brigittæ tantam dotem constitui, &
quod ipsa de hoc esset informata *sum. D. Vincentij n.* 4. quæ
tamen assertio ea Confessione mulieris iustificata non rema-
net, quia sicut eadem Brigitta sine causa renunciare oon po-
terat, † ita nec asserere id, quod renunciatio validitatem, & 4
robur assumeret, *l. qui testam.* 27. *ff. de probat.* Batt. *in l. si fortè
8. sub n.* 4. *vers. ego dico quod illud est verum, & n.* 5. *ff. de Ca-
stren. pecul.* † & tamen de subsistentia, & veritate causæ de- 5
bet aliunde constare, quam ex assertione Contrahentium,
Paris. *cons.* 85. *n.* 19. *&* 36. *lib.* 3. Mant. *de tac. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 8.
Rot. post Pic. *ad statut. Vrb. dec.* 31. *n.* 5. Merl. *dec.* 540. *n.* 2.
& dec. 575. *n.* 11. *& in Auximana fideicom.* 13. *Ianuar.* 1640.
coram bo. me. Dunozetto §. *quod dotes*.

Quinimò non solum deficit probatio veritatis suppositi,
sed etiam contrarium, quod nempè in bonis paternis Dos in
ea quantitate esset commensurabilis iustificatur non solum
ex ipso Patris legato, qui de viribus sui patrimonij satis infor-
matus dotem in hac quantitate legauit, † condecentia enim 6
dotis ex Patris eam constituentis iudicio potissimum desumi-
tur, *l. quidam cum filium* 46. *ff. de hered. Instit.* Honded. *cons.*
63. *n.* 85. *lib.* 1. plenè Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 149. *n.* 5.
Rot. cor. Mant. *d.* 329. *n.* 2. in puncto Rot. *dec.* 409. *n.* 4. *par.* 4.
rec. tom. 2. *Rom. Casalis Aguzzani* 29. *Nouemb.* 1649. *coram
bo. me. Dunozetto* §. *vlterius non procedit, Rom. Dotis* 29. *Ian.*
1652. *in princ. &* 10. *Mart.* 1653. *cor. R. P. D. meo Verospio, &
in Auximana Dotiū* 24. *Ian. eiusdē anni* 1653. *cor. me sub* §. 1.

Verùm etiam ea facultate concessa ab eodem Marchione
Antonio fratri, & vxori *di dare detta Signora quel più che à
loro piacerà summ. D. Vincentij n.* 1. & ea solito eiusdem Pa-
tris dotandi filias in maiori quantitate, & familiæ recipiendi
dotes longè maioris summæ, † quę considerate fuerunt in his 7
terminis per Rot. *in Bonon. Legati de Marescottis*, coram
Merl. *dec.* 249. *n.* 2. *& dec.* 49. *n.* 2. *par.* 6. *rec. & coram me in d.
Auximana* §. *eoque magis & in Rom. dotis de Lancellottis* 14.
Iunij 1655. *coram Illustr. D. meo Zarate nunc Præside Valli-
soletano* §. *ex consuetudine earumdem familiarum*.

Quibus accedit pro maiori onere hæreditatis, quod Vrsina soror Brigittæ, cui pariter legata fuerat Dos scut. 14. mil. renunciauit huic legato, & longè minori dote contenta Domino nupta est. Pro demonstrando autem errore, & inuerisimilitudine assertionis Brigittæ sufficit dicere quod ipsa Puella Minor in monasterio existens se informatam asserit de viribus hæreditatis paternæ, quarum cognitionem non habeant fratres hæredes in sæculo existentes, nec de facili haberi posse, ipsi confessi sunt in positionibus *Summ. d. Vincentij num. 9.* ex quibus error manifestus appa-
8 ret quamuis eadem Brigitta contrarium dixerit, quia † in prohibitis vt supra dictum est non statur assertioni contrahentium, ne sit in eorum potestate de illicito licitum facere, Crauett. *cons. 175. n. 2. & 4.* Rota *dec. 713. n. 1. par. 7. & dec. 541. n. 31. par. 5. rec.*

Proinde vix fieri non potest in eo, quod Marchio Pater in eodem testamento facultatem dederit fratri omnia superius disposita minuendi summ. DD. de Campegijs *nu. 1.* ibi, *al sudetto Monsignore il sudetto testatore diede facoltà di potere accrescere e minuire ciascheduna delle cose disposte.*
10 † Quia vltra quod verba specialia fauore filiarum & dotium apposita coarctari nequeunt ex verbis generalibus subsequenter insertis, sed hæc intelligi debent de alijs rebus dispositis in testamento excepta constitutione dotis in omnem euentum, sufficit dotem non fuisse à Patre diminutam, sed post mortem ipsius à dictis fratribus, qui hanc facultatem non habebant, & maximè sub erroneo prætextu vt supra.

Ex quibus dempta tertia parte vigore statuti DD. de Campegijs debita, vt plenè per Rot. *in Bononien. tertia 27. Ianuar. 1651. coram R. P. D. meo Meltio §.* validitas siquidem, & per tot resolutum fuit eosdem DD. de Campegijs teneri ad residuum legati vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Firmana Census.

Luna 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Statuta Locorum super solemnitate adhibenda in alienatione bonorum Minorum, cùm sint fundata in publica vtilitate, ideòque ad vnguem seruanda sunt vt in Prouincia Marchiæ, vltra statuta Locorum est seruanda Ægidiana circa insinuationem. Causa in contractu Minorum qualis esse debeat, cum non sit standum simplici assertioni. Decretum Iudicis appositum in alienatione bonorum Minorum facit præsumere pro validitate actus, tamen id præsumitur in dubio, secus si constet de inualiditate, & falsitate causæ.

SVMMARIVM.

1 *In minorum contractibus ad vnguem sunt seruandæ solemnitates statutorum Loci.*
2 *Et hoc multò magis est dicendum, si statuta iubeant quod contractus aliter facti, sint nulli, & infecti.*
3 *Insinuatio in contractibus Minorum est necessaria in Prouincia Marchia ex Ægidiana, vltra solemnitates statutorum Loci, & n. 6.*
4 *Constitutio Ægidiana circa insinuationem contractuum Minorum emanauit ob publicam vtilitatem.*
5 *Census contractus æquiparatur contractui alienationis.*
7 *Solemnitas aliqua, quando non in ipso contractu, sed post ipsum, statutum requirit, quando sat est vt adhibeatur.*
8 *Solemnitas si ex lege poterit interuenire in contractu, post contractum tunc nulliter adhibetur, dum iam fuit datum de nullitate contractus.*
9 *Causa est necessaria pro validitate contractus minorum.*
10 *Causa necessaria in contractibus minorum, non iustificatur ex simplici assertione.*
11 *Minoribus sicuti prohibitum est contrahere, ne defraudentur, ita prohibitum est alijs eos defraudare.*
12 *Assertio sola non potest reddere contractum minoris validum, dum est nullum.*
13 *Assertionibus contrahentium non est standum in prohibitis.*
14 *Causa asserta in contractibus minorum, tunc multò minus iuuat, dum nec vera nec necessaria est, & num. 15.*
16 *Causa in contractibus Minorum non debet probari in genere, cùm non sufficit vaga, & in genere, & num. 25.*
17 *Forma statutorum loci est seruanda in contractibus Minorum.*
18 *Pro Censuum extinctione est necessaria pulsatio creditorum.*
19 *Census respectu debitorum dicitur perpetuus, respectu verò creditorum ad libitum.*
20 *Decretum Iudicis, quando interuenit in contractu Minorum, præsumitur causa, & omnia solemniter gesta.*
21 *Quod tamen procedit, quando sumus in dubio, non autem quando constat de falsitate causæ, & insufficientia.*
22 *Quod multò magis procedit, si Iudex in contractu Minorum habeat interesse.*
23 *Pater etiam vti suspectus reijcitur ad authorizandum contractum Filiorum, si in ea habent interesse.*
24 *Causa pro substinendo contractu Minorum, quando est partim vera, & partim falsa, tunc contractus corruit in totum.*
26 *Debita minorum dum possunt solui ex fructibus, non sunt alienanda stabilia.*
27 *Iudex debet inquirere super veritate causæ contractus Minorum.*
28 *Causa vtilitas in contractibus Minorum est diligenter inquirenda, & n. 29.*
30 *Quia ea debet esse euidens, & indubitata.*
31 *Census an sit creatus pro minore pro certa causa, & illa non fuit adimpleta, an teneat Census.*
32 *Contrahens cum minore ex causa vtilitatis, quod non debeat esse solicitus de versione, quando ista conclusio limitetur.*
33 *Causa contractus minorum aliud est si deducatur per viam causæ, & aliud si per viam pacti.*
34 *Contrahens cum minore quando solicitus esse debet, vt pretium integrum in causam propter quam fuit datum conuertatur.*
35 *Testator si tribuerit Tutori facultatem alienandi, an sine solemnitatibus possit distrahere.*
36 *Et an dicta facultas censeatur data, non seruata Iuris dispositione.*
37 *Alienandi facultas concessa Tutori à Testatore, aliud est, si concedatur in genere, & aliud si in specie.*

DECISIO CCCLV.

DOmini dixerunt Censum scut. 1300. impositum per Hippolytam Tutricem nomine filiorum Vincentij de Lutijs fauore Liberati Triuisani ex defectu tam Solemnitatum, quàm causæ non sustineri. Respectu solemnitatum quia non interuenerunt quatuor Consanguinei proximiores, quæ solemnitas, cùm per statutum montis Florum ad euitandum fraudem præsumptam in contractibus † mi- 1
norum fuerit introducta, erat ad vnguem seruanda per text. *in cap. cum dilecta de rescript.* Gozad. *cons. 73. num. 2.* Alex. *cons. 42. num. 16. lib. 1.* Rota *dec. 73. num. 2.* post Pic. *ad stat. Vrb. dec. 189. num. 1. par. 4. diuers. & dec. 410. num. eodem coram Buratt.* Præsertim cùm statutum ea non † im- 2
pleta contractus annullet, & pro infectis haberi declarat, iux. text. *in l. non dubium C. de legib.* Rot. *in rec. dec. 688. num. 2. par. 1. cum alijs relatis in d. dec. 410. num. 1. apud Buratt.*

Et quia caret insinuatione ex constitutione Ægidiana lib. 5. cap. 25. † in contract. minorum vltra solemnitates 3
requisitas, & per Cardinalem Carpensem ad omnes contractus intra Marchiæ Prouinciam extensa, Rota *dec. 385. n. 1. & 6. par. 2. dec. 178. num. 7. & 8. p. 7. rec. dec. 260. num. 2.* apud

apud San. mem. Greg. & alibi passim, quæ pariter cùm fue-
4 rit edita † causa publicæ vtilitatis, & ne minores directè
siue indirectè lædantur, omninò erat implenda in constitu-
tione Census huiusmodi, io quo tanquam specie aliena-
5 tionis militat eadem † ratio læsionis per text. in l. fin. C.
de reb. alien. non alien. Bald. in cap. ad audentiam il 2. n. 9.
de rescript. Rota apud Merlin. dec. 540. n. 1. cum alijs relatis
per Cene. de Cens. q. 16. n. 3. & apud Baratt. 7. dec. 410. n. 3.

Quod procedit & si particularia statuta locorum illius
6 Prouinciæ seruata certa forma solemnitatum † declarent
contractus validos & executioni demandandos, nam cùm
iosinuatio ooo in ipso contractu, sed post illius celebratio-
7 nem interuenire debeat quoad solemnitates † locorum sta-
tuta seruantur, quoad insinuationem constitutio Prouin-
cialis attenditur, vt in his terminis dictum fuit coram Gre-
gor. dec. 260. n. 4. & coram Pamphil. dec. 8. Pic. stat. Vrb. con-
firmata coram eodem dec. 1625. coram Manzanedo.

Cuius defectus suppleri non potuit per subsecutam in-
sinuationem; quamuis enim hæc solemnitas tanquam re-
8 quisita post celebrationem actus quandocumque apponi
valeat, tamen cùm in præseno superuenerit, post nullita-
tem in Iudicium deductam non suffragatur, ad tradita
per Innoc. in cap. 1. n. 2. vers. plenior intellectus est de confir-
mat. vtil. vel inutil. Roman. in l. Modestinus n. 19. ff. de do-
nat. Cyriac. controu. 10. n. 76. Angel. cons. 179. n. 7. post med.
Decian. cons. 60. n. 3. lib. 4. Rota dec. 168. n. 10. p. 7. rec. &
in Rom. seu Aeximana bonorum 28. Iunij 1656. coram R. Præ-
side Vallisoletano.

Respectu verò causæ oulla datur probatio super illius ve-
9 ritate, nisi † quod census fuit impositus pro extinguendis
alijs censibus constitutis sub vsuris grauioribus in sorte scu-
torum 1052. partim à Vincentio Procuratore, partim post il-
10 lius obitum ab Hippolyta Matre † ad succurrendum indigen-
tijs filiorum, nec non alia debita exsoluenda eadem occasio-
11 ne contracta, quæ † simplex assertio, & enunciatiua atten-
denda non est in præiudicium minorum, quibus sicuti
12 prohibitis alienare, contrahendo præiudicare non potest,
† ita nec asserendo id per quod contractus validus redderetur,
tur, Rota dicta dec. 480. n. 2. in Romana fideicommissi 7. Iu-
nij 1652. coram Reuerendissimo Præside Vallisoletano, & in
Vrbinaten. Prædij 23. Martij 1643. coram bo. me. Bichio vers.
eadem responsione in fin. eoque minus quia existentia æris
13 alieni, & causa † necessitatis aliunde, quàm ex assertione
contrahentium probari debet ad text. in l. magis puto, ff. de
reb. eor. & l. ob æs alienum, C. de Præd. minor. Rota dec. 444.
n. 9. & 575. n. 6. & 7. apud Merlin. & dec. 27. n. 40. & 52. n. 6.
apud Cenc. de cens.

14 Imò constat causam † neque veram fuisse neque necessa-
riam, nam licet dictum fuerit censum imponi pro extinguen-
do ære alieoo, quo filij premebantur, tamen præter census
impositos per Vincentium ascendentes ad scuta 577. reliquos
ad prædictos filios nullo modo spectasse deprehenditur ex
15 Instrumentis in Summ. illorum de Lutijs n. 5. 13. & 14. ex qui-
bus apparet ab hæreditate Vincentij debitos non fuisse tot
census quot in notula descripti sunt, nec alia debita ab illo
fuisse contracta, & alios census in summa scut. 400. ab Hi-
polyta Matre constitutos pro reparandis necessitatibus do-
mus, & alijs debitis dissoluendis sustineri non posse. Tum
16 quia † causa expressa non fuit specialis, & indiuidua, sed
generalis, & nimis vaga, & consequenter inefficax, vt ad-
uertit Pic. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. gloss. 27. n. 4. & dixit
Rota in Rom. pec. 9. Iunij 1636. coram Merlin. inter eius im-
press. dec. 714. n. 35. & alijs relatis in Rom. Domus 14. Ianua-
rij confirmata 12. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Verospio &
14. Maij 1658. coram R. P. D. meo Celso. Tum etiam quia
fuerunt impositi absque interuentu filiorum, & non serua-
17 ta forma † statuti montis florum, ac tenuit Rota dec. 540. n.
1. & seqq. & dictum fuit in Bononien. de Beroijs 28. Iunij 1641.
coram Reu. Compostellano, in Ariminen. Computorum 18. Iunij
1646. coram Reu. Terracinen. & in Romana Domus 4. Maij
1648. coram bo. me. Bichio.

18 Sicuti quoque necessaria noo † fuit, dum pro extinctione
Censuum minores à Creditoribus non pulsabantur, vt io-
quit Rota dec. 40. n. 3. & 7. par. 7. rec. apud Merlin. dec. 344.
n. 5. & seqq. & in Romana Saluiani 27. Ianuarij 1640. coram
bo. me. Dunozetto, nec cogi poterunt, cùm census quoad em-
19 ptorem debeat † esse perpetuus, respectu verò Venditoris sit
temporalis, vt respondit Rota dec. 534. coram Card.
Caual. & dec. 25. num. 5. & 26. numer. 3. & 27. numer. 6.
post Cenc. de Cens. & alibi passim.

Noo obstat, quod interuenerit decretum Iudicis, ex quo
oritur † præsumptio causæ, & censentur omnia solemni- 20
ter acta, quia prædicta in contractibus interuenisse io dubio
præsumitur, non autem, quando prout hic in Instrumento
fuerunt † expressæ causæ iniustæ, & insufficientes, Natt. 21
cons. 126. n. 19. 20. Rolan. cons. 7. n. 66. lib. 3. Rota dec. 136.
n. 2. & seq. & 143. eodem num. par. 3. rec. & in Rom. Domus
14. Ianuarij 1656. §. hinc non vrget coram R. P. D. meo Ve-
rospio. Præcipuè cùm ipsemet † Iudex habuerit interesse io 22
vno ex censibus extinguendis, vt aduertit Natt. cons. 163.
num. 21. in fin. quo posito † etiam Pater, vt suspectus recu- 23
satur ad authorizandum personam filij, vt ponderauit Rota
decis. 218. num. 7. par. 2. recent. & decis. 585. num. 16. apud
Merlin.

Cumque appareat causam æris alieni præter summam
scut. 577. in residuo fuisse falsam tam impositio census, &
† obligatio filiorum, quàm decretum Iudicis corruunt in to- 24
tum ratione indiuiduitatis, vt in d. l. magis puto §. si æs alie-
num ff. de reb. eor. Rot. decis. 575. n. 10. apud Merlin.
cum alijs relatis in Viterbien. Prædij 28. Maij 1653. &
9. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & An-
conitana pecuniaria 27. Iunij 1657. coram Reu. Præside
Valisoletano.

His accedit, quod instrumento adnotatus ooo fuit dies, &
annus illorum censuum, † pro quibus extinguendis hic no- 25
ous imponebatur, vt aliàs obseruatum fuit coram Med. dec.
540. num. 14. nec legitur allegatum fuisse quod creditores vr-
gerent, vel immineret exequutio aliqua super bonis pro sol-
uendis debitis, nec quod Hyppolita Tutrix seu Consangui-
nei, aut proximiores adhibiti, attestati sint † de non exi- 26
stentia pecuniarum, aut mobilium vel nominum debitorum,
ex quibus asserto ære alieno satisfieri posset, sicuti aderat ele-
gans Prædium, ex cuius fructibus potuisset censum extenua- 27
ri, vt hæc omnia pro habenda diligenti causæ discussione
Iudex † perquirere tenebatur, ita de mente text. in dict. l. 28
1. §. si forte, l. magis puto §. ne passim ff. de reb. eor. consu-
luerunt Rom. cons. 321. n. 1. Corn. cons. 109. n. 2. lib. 3. dec.
cons. 575. à n. 3. vsque ad 7. Rolan. cons. 33. n. 4. & 5. & de-
cisum fuit à Rota cons. Neapol. apud Afflict. decis. 249. n. 1.
& seqq. latè dixit Rota decis. 444. num. 5. & seqq. coram
Merlin.

Hinc causa vtilitatis desumpta ex eo, quod census impo-
sitio † facta fuerit ad rationem sex pro extinguendis alijs ad 29
rationem septem, & octo frustratoria redditur, & inutilis.
Constat enim ad censum intercepta scut. 1300. longè exclu-
dere fructus scut. 577. quamuis sub grauioribus extent vsu-
ris, vtilitas autem minorum ad validandum eorum contra-
ctus exigita euidens, & indubitata esse debet, † vt Lamber- 30
teng. de contract. minor. titul. 8. n. 19. Corn. cons. 243. n. 3.
vers. præterea lib. 2. Rota coram Seraph. dec. 1242. n. 3. apud
Merlin. dict. dec. 540. n. 18.

Et ad hunc effectum quia census est nullus, esset vlterius
† probanda versio in causam talis extinctionis in text. l. si 31
prædium, vbi gloss. verb. probare, C. de Præd. minor. & ita
limitando regulam, quod contrahens cum minore ex causa
† vtilitatis non tenetur esse sollicitus de vers. distinxit Rota 32
dec. 688. num. 7. & seq. par. 1. rec. & dec. 18. n. 29. & 30.
apud Reu. Vrgellen. & in dicta Romana Saluiani 27. Ianua-
rij 1640. §. minus obstat coram bo. me. Dunozetto, maximè
quia extinctio supradictorum censuum non solùm fuit de-
ducta per modum causæ, sed vlterius per viam pacti, & con-
ditionis ex Instrumento, ibi dummodo ex eis redimantur su- 33
pradicti census, & Creditores cedant Iura &c. Ideò cùm
causa sit præcessa, & sub hac expressione decretum † Iudi- 34
cis interuenerit tenebatur, Triuisanus esse solicitus, vt in
causam determinatam pretium integrum conuerteretur,
Gratian. discept. 45. n. 2. & 555. num. 7. Rot. apud Seraph.
decis. 338. n. 7. cum seqq. dec. 178. n. 13. vers. demum nullitas
cum seqq. par. 7. rec. dec. 79. n. 6. & 7. coram Matt. Andr. &
dec. 676. n. 4. & seqq. coram Pensa.

Nec suffragatur facultas alienandi per Testatorem attri-
buta Hippolytæ † Tutrici ratione cuius solemnitates in 35
contractibus eorum minorum cessasse videntur, iuxta text.
in l. 1. C. quando decr. opu. non est & l. pariter 1. ff. de prædijs
minor. quia hæc facultas non † aliter concessa intelligitur,
quam Iuris solemnitate seruata, ad text. in l. si quando, C.
de inoffic. Testam. Anchar. in cap. gratum 3. de postulat. Præ-
latur. Gratian. discept. 5. n. 42. & seqq. Rimin. in cons. 79. n.
88. lib. 6. Castr. cons. 65. n. 4. vers. nam dispositio ista, Surd.
cons. n. 1. cum seqq. Grat. decis. Marcb. 131. n. 4. & alios

Hh 2 rela-

relatis dixit Rota *dec. 31. sub num. 5.* post Merlin. *de pignor.*
36 eo magis quia dispositio Testatoris continet † facultatem distrahendi solùm in genere, quæ solemnitatem non tollit, non autem mandatum præcisum alienandi rem certam, nec determinatam speciem contractus in distractione seruan-
37 dam, in quibus terminis in contrarium allegata † procedunt, iuxta declarationem Cagnol. *in l. singularia 72. ff. si cert. pet.* Lamberteng. *de contract. eorum qui sine certis solemnitatibus, gloss. 1. num. 2.* Rolan. *cons. 99. num. 47.* Paril. *cons. 85. num. 50. lib. 3.* Surd. *cons. 191. sub num. 18. vers. ex his sublata sunt, & decis. 77. num. 2. & seqq.* Hodiern. *ad decis.* eiusdem Surd. *dec. 285. n. 19.*

Ex quibus dempta summa erogata in estinctionem censuum impositorum per Vincentium Lutium constituentium scuta 233. in quibus Triussianus remanet solummodo Creditor, quod residuum mandatum A. C. non esse exequendum decisum fuit vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Donationis.

Die 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Donatio quando remanet resoluta ob pacta non seruata, perinde est ac si non esset facta, & dominium numquam fuisset abdicatum à donatore; & hoc est inditatum in iure, sed qualiter id procedat, magistraliter hic declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absenti, Notario stipulante, & acceptante pro eo dicitur acquisitum ius irreuocabiliter.*

Quod procedit etiam ante illius acceptationem, & approbationem.

2 *Pactis non seruatis, donatio remanet resoluta ac si nunquam fuisset facta.*

3 *Donatio, quando est nulla ob defectum, quia pacta non fueraut seruata, ista opinio est indubitata.*

4 *Quæ conclusio procedit, sine in præiudicium contrauenientis, & eius vita durante.*

5 *Donatio, quando fuit reddita inualida, ob pacta non seruata, corruit in totum.*

6 *Donatio, quando fuit facta cum pacto expresso, vt in casu non adimplementi donatio reuertatur ad donantem cum clausula,* non alias &c.

Id enim efficit, vt nullus successiuè vocatus, possit prætendere, stante contrauersione ius in ea quæsitum fuisse ei.

7 *Donatio facta sub conditione, vt in casu non adimplementi res redeat ad donantem cum clausula,* & non alias &c. *& tunc ista clausula præiudicat vocatis.*

Secus autem defuncto contrauenientе, & non extante d. pacto resolutiuo.

8 *Donatio facta pluribus personis, independenter, & personaliter, tunc ex contrauentione vnius, non infertur præiudicium alijs tamquam ex propria persona venientibus.*

9 *Donans, quando dicatur satis declarasse suam voluntatem.*

10 *Declarationi eius, qui aliquid fecit standum est.*

11 *Donatio facta pluribus independenter vnius ab alio tunc vnus non præiudicat alteri.*

12 *Donatarius quando non possit in præiudicium vocatorum de bonis donatis disponere*

Nec fauore creditorum bona donata expressè, vel nec tacite hypothecare.

13 *Verbum,* relinquere, *intelligitur post mortem per viam vltima voluntatis.*

14 *Vita durante testatoris non datur actio ad consequenda ab eo relicta.*

15 *Reseruatio dispositionis quid importet in vltimis voluntatibus.*

16 *Dispositio facta sub aliqua expressa reseruatione, quid importet talis reseruatio.*

17 *Bulla Baronum fel. rec. Clementis VIII. non comprehendit fideicommissa eorum, quorum institutores mortui non sunt, cum num. seq.*

DECISIO CCCLVI.

REV. P. D. Angelus Andosilla Signat. Iustitiæ meritissimus Decanus, contemplatione Matrimonij à Rafaele eius nepote tunc contrahendo cum Angela Palazzola promisit eidem relinquere annua scut. 2. mil. monetæ, & interim sponsos in propria domo retinere, & alere, reseruata tamen sibi semper, & omni casu facultate illa supponendi fideicommisso post obitum Rafaelis, & suorum in perpetuum, cùm prohibitione cuiuscumque alienationis, vt ea Apocha priuata *sub die prima Aprilis 1646.* per ipsum confecta.

Contracto, & consumato inter eos Matrimonio, indeque suscepto Angelo iuniore communi filio, idem D. Angelus senior *die 20. Martij 1651.* per publicum instrumentum enunciando duas præcedentes donationes certorum bonorum eidem Rafaeli ab ipso factas *9. Ianuarij 1634. & 18. Decembris 1637.* Prospiciens conseruationi eius agnationis de Andosillis, & cupiens, nedum dictam suam promissionem executioni demandare, sed etiam omnia, & singula bona ibidem espressa in sua agnatione conseruari, & ampliari, inter viuos irreuocabiliter donauit Rafaeli, omnibusque, & singulis eius filijs, & descendentibus masculis in infinitum, alijsque in ea nominatis dicto Rafaele vnà simul cum Notario pro ipsis acceptante, & stipulante, omnia, & singula eius bona stabilia, mobilia, semouentia, & loca montium cuiusuis generis, & speciei descripta, & adnotata in Notula, seu lista ab ipso subscripta, & in præfato instrumento inserta; Iuncto eidem, suisque descendentibus, & successoribus onere inuestiendi scu. 25. mil. nempè scut. 1000. quolibet anno à die donationis incipiendo; Et addita arctissima prohibitione alienandi etiam alienationis latissimè sumpto vocabulo, & detrahendi quantumvis minimum occasione falcidiæ, & Trebellianicæ, aut alia quauis de causa, & occasione sub pęna caducitatis ipso facto incurrenda, etiam quo ad commoditatem fructuum percipiendorum; Viceque versa dictus Rafael recognoscendo à præfato eius Patruo tam gratum beneficium sibi & suis factum, volens ipse quoque se cum mente, & eius voluntate conformare, ipsique adhærere pro conseruatione eorum agnationis, & familiæ submisit, supposuit, obligauit, & hypothecauit omnibus supradictis vinculis, conditionibus, fideicommisso, substitutionibus, & alijs in d. Instrumento contentis *scut. decem, & septem mille, ac quingenta moneta* in tot corporibus existentia, & ad ipsum spectantia occasione dotium, tam primæ prædefunctæ, quàm secundæ eius vxoris superstantis, vt sunt ferè præcisa verba instrumenti donationis, *Summario impresso D. Andosilla num. 10.*

Decessit deindè Rafael superstitibus, tam Angelo Iuniore eius filio, quàm D. Angelo seniore eius Patruo, & Donatore, qui comperto, quod ille ad maximam iacturam bonorum donatorum deuenerat, enunciando se credere posse reuocare d. donationem, vel de iure subintelligendum esse pactum resolutiuum, nihilominus continuando amorem, & affectum erga suam agnationem, *die 30. Augusti 1653.* per aliud publicum instrumentum præfatam donationem confirmauit, aliaque bona addidit ad fauorem dicti Angeli iunioris, aliorumque in ea nominatorum, *Summ. DD. Creditorum num. 4.*

Verùm cùm creditores Rafaelis prætenderent eorum iura exercere super bonis in donatione comprehensis, D. Andosilla donator se opposuit, deducens donationem quoad Rafaelem esse resolutam, tam ob alienationes, atque obligationes bonorum donatorum factas contra arctissimam prohibitionem ibi adiectam, quam ob non factum inuestimentum annuorum scutorum mille illi iniunctum, alijsque de causis in facto deductis, sed illam incipere ab Angelo iuniore illius filio, atque in ipso radicari proindè, ac si ei ab initio fuisset donatum, & sic creditoribus super bonis in donatione contentis nul-

lum

lum ius competere; Ideò dubitaui, An donatio sit resoluta,
& ius competat creditoribus super bonis donatis, & negati-
uè in omnibus DD. responderunt.

Quo enim ad primam partem fuit consideratum, quod
donatio nedum fuit facta Rafaeli, sed etiam æquè principa-
liter, & independenter Angelo eius filio, eorumque filijs,
& descendentibus masculis in infinitum, d. Rafaele vna
1 simul cum Notario (vt dictum est) acceptante, † stipu-
lante, quibus propterea irreuocabile ius quæsitum fuit etiam
ante ipsorum acceptationem, & ratificationem, *l. quoties C. de donat. quæ sub modo*, Rota *decis.* 683. *num.* 8. *par.* 1.
diuers. in Romana pecuniaria 30. *Apr.* 1629. *coram bon. mem. Merlino, inter eius impressas decis.* 404. *n.* 1. *repetita in recent. dec.* 270. *par.* 5. *& in Romana Saluiani de Casalibus* 21.
Iunij 1641. *coram me §. secundum vero.*

2 Vnde etiamsi pactis non seruatis donatio remaneat † re-
soluta, ac si nunquam fuisset facta, & dominium nunquam
fuisset abdicatum à donatore per text. *in l. final. C. de reuocat. donat. & in l.* 1. *C. de donat. quæ sub modo.*

Nihilominus huiusmodi conclusio, quàm indubitatam
3 † in iure appellat Rota *in Mediolanen. donationis* 10. *Iunij*
1645. *coram Reuerendiss. Terracinen. §. quia in donatione, vers. siquidem*, procedit dumtaxat, siue in præiudicium solius
4 controuenientis, † & eius vita durante tantùm, *vt in terminis decisum fuit in eadem Mediolanen. donationis* 16. *Mar-*
5 *tij, &* 17. *Dec.* 1646. *coram eodem D. Terracinen.* † siue
quando in casu non implementi, & contrauentionis adest
expressum pactum reuersiuum ad donantem cum clausula,
non alias aliter, nec alio modo, quod efficit, vt nullus suc-
6 cessiuè vocatus possit prætendere ius sibi quæsitum, † nisi
cum conditione resolutiua, quæ etiam non contrauenien-
tibus præiudicat, vt optimè declaratur *in Cremonen. Donationis de Montanis* 9. *Maij* 1633. *coram Card. Panzirolo, in rec. dec.* 203. *num.* 23. *cum tribus seqq. par.* 6. Secus autem
defuncto (prout hic) controueniente, & non extante d.
7 pacto reuersiuo, † sic expressè, & explicitè stipulato; Hoc
enim casu, cùm tot dicantur donationes, quot sunt per-
sonæ, quibus æquè principaliter, & independenter dona-
tum est, singulæque non à primo donatario, qui contraue-
nit, sed à donante acceptam referant ipsam donationem,
8 vtique etiam si donans ob contrauentionem † à primo com-
missam illum à beneficio donationis voluerit, & potuerit
excludere, indè tamen præiudicium inferre non valet illius
filijs, & descendentibus alijsque ex propria persona vocatis,
Castrens. *cons.* 385. *in princ. par.* 1. Aym. *cons.* 19. *sub num.* 8.
Gratian. *discept.* 247. *num.* 5. *& disc.* 332. *num.* 14. Rota
decis. 683. *num.* 9. *par.* 1. *diuers. & in recent. dec.* 494. *num.* 1. *par.* 2. *& in d. Romana pecuniaria coram Merlino num.* 7. *cum seqq.*

Et ad idetiam respexit doctissimus Donator, dum post
obitum Rafaelis comperto, quod ad maximam iacturam
bonorum donatorum deuenerat, asserendo se credere pos-
se donationem reuocare, vel subintelligendum esse pactum
resolutiuum, ad fauorem Angeli Iunioris illius filij, aliorum-
que vocatorum eam expressè confirmauit, imò eidem mul-
ta alia bona addidit *d. Summ. Credit. num.* 4. Hinc enim sa-
9 tis declarauit animum † suum, quod alijs Condonatarijs ex
propria persona vocatis per contrauentionem, vel non im-
plementum primi, nolebat præiudicare, sed quo ad eos in-
tendebat donationem subsistere, & firmam remanere, at-
10 que in ipsis radicari, cui quidem † declarationi plurimum
est deferendum, adnotata per Bart. *in l. cum quis decedens §. codicillis num.* 6. *ff. de legat.* 3. Card. Seraph. *dec.* 837. *n.* 14.
Rota *in recent. dec.* 238. *num.* 5. *par.* 3.

Indeque sicut ex præfatis donatio non est resoluta in præ-
iudicium Angeli Iunioris aliorum vocatorum, ita pari modo
resultat resolutio secundæ partis dubij, nempè nullum ius
11 competere † creditoribus Rafaelis super bonis donatis; quia
cùm pertineant ad illius filios, & vlteriores descendentes
masculos non vti eius hæredes, sed tanquam filios indepen-
denter, & æquè principaliter condonatarios, non potuit
12 Rafael in ipsorum præiudicium de eis disponere, † nec fa-
uore eius creditorum illa tacitè, vel expressè hypothecare,
vt notat Dec. *cons.* 238. *sub num.* 5. *vers. sed breuiter his non obstan.* Bero. *cons.* 125. *num.* 21. *vers. itaut Pater eo casu non possit, cum alijs allegatis in Florentina donationis, seu separationis bonorum* 2. *Decembris* 1650. *coram bon. mem. Peutingerio §. nec obstat, quod idem.*

Nec subsistit, quod saltem rata sc. 2. mil. in Apoca præce-
denti contenta, libera sit ab omni onere fideicommissi.

Quia præter quod D. Andosilla in ea non promisit dona-
re, sed relinquere dicta annua sc. 2. mil. quod verbum † *re-* 13
linquere intelligitur post mortem per viam vltimæ voluntatis,
vt aduertit Menoch. *cons.* 344. *num.* 2. *&* 7. & proinde ipso
viuente † nulla ex dicta promissione oriri, & exerceri potuit 14
actio, Gabr. *cons.* 114. *num.* 5. *lib.* 1. Gomes *variar. resol. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 21. *vers. quod tamen primo limita*, Rota post
Merlin. *de pignor. dec.* 40. *num.* 4. *cum seqq.* In eadem Apoca
sibi explicitam † reseruauit facultatem in hæc verba; *Riser-* 15
uandomi però sempre di poter fare sopra d. entrata fideicommisso dopo la morte di d. Sig. Rafaele, e suoi, & in perpetuo, e come à me piacerà, & in tanto, e sempre prohibire ogni alienatione, &c. Quæ quidem reseruatio operatur, vt fideicom-
missum, alienationis prohibitio, & omnia alia pacta apposi-
ta in sequenti donatione ab ipso peracta etiam in executio-
nem dictæ † Apocæ, proindè habeantur, ac si de verbo ad 16
verbum contextualiter in ipsa Apoca essent inserta, *l. si testamentum* 8. *C. de Institut. & substit.* Rota *decis.* 194. *num.* 48. *&* 49. *par.* 5. *rec.* & coram Merlino *dec.* 802. *num.* 3.

Deducebant vlterius informantes pro D. Andosilla nullum
ius competere Creditoribus vigore Bullæ Baronum felic. re-
cordat. Clementis VIII. siue ex quo non † comprehendat 17
fideicommissa, quorum Institutor, & Ordinator (vt hic) ad-
huc viuit, ad text. *in l. final. ff. de his quibus vt indign. & in d. l. fin. C. de reuoc. donat.* Molin. *de inst. & iur. par.* 3. *disp.* 650. *n.* 1. *vers. quo loco*, Moneta *de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *sub num.* 665. siue etiam ex quo penes Rafaelem debi-
torem † nunquam adfuerunt Castra cum actuali iurisdictio- 18
ne (vt requiritur) & saltem tempore, quo ipse donationem
reportauit quamcumque Baroniam amiserat, cùm præce-
denter vendita, & alienata fuerit asserta quarta pars Castro- 19
rum Cantalupi, & Bordellæ proueniens ex dote suæ primæ
Vxoris, *ex allegatis in Romana fideicomm.* 8. *Iunij* 1654. *coram. R. P. D. meo Verospio.*

Cæterùm super † hoc DD. noluerunt aliquid firmare, sed 20
eius resolutionem particulari discussioni reseruarunt, quia
scribentes pro creditoribus super hoc non informarunt, alle-
gantes iura ad hunc effectum necessaria adhuc ab ipsis non
fuisse producta, & ideò solum responderunt ex superiùs de-
ductis donationem non esse resolutam, sed nullum ius com-
petere Creditoribus. Vtraque parte informante.

R. P. D. ALBERGATO.

Toletana Archipresbyteratus.

Die 3. *Iunij* 1658.

ARGVMENTVM.

Beneficium non dicitur vacare ob defectum publicationis non factæ in tempore, dum illa fuit facta in tempore prorogato, & maximè si prorogatio fuit facta, antequam expirauit primus terminus, & alia plura circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio impleta in termino prorogato, perinde est, ac si in termino habili fuisset adimpleta.*

2 *Gratia subreptitia non iuuat.*

3 *Gratia prorogationis dum fuit obtenta, durante adhuc prima gratia, non dicitur noua gratia, sed prioris prorogatio.*

4 *Gratia non redditur subreptitia ex quo non fuit narratum id, quod non retraxisset à concessione Princeps.*

5 *Beneficium resignatum dicitur vacare ob non factam resignationem.*

Quod procedit, etiamsi medio tempore decesserit resignans, quia non dicitur vacare per obitum, num. 5.

6 *Beneficij collatio facta ab Ordinario dicitur inualida, dum beneficium est reseruatum.*

7 *Episcopus, quando est Cardinalis, habet facultatem conferendi beneficia reseruata.*

8 *Beneficij collatio facta ex falso supposito non substinetur, & num.* 9.

10 *Beneficij collatio facta ob vacationem, quia non fuit facta publicatio, si sit hoc suppositum falsum, inualida est collatio.*

11 *in Beneficij collatione si sit expressus vnus modus, alius non venit.*

12 *Simonia cessare dicitur, ex inserta reseruatione beneplaciti Apostolici cum clausula,* non alias aliter, *vel alio modo.*

13 *Simonia cessare dicitur stante reseruatione beneplaciti Apostolici.*

14 *Oppositio, quando tollitur, ex facto ipso, non releuat.*

15 *Simonia, quando non possit considerari in beneficiorum reseruatione.*

16 *Simonia non arguitur ex eo quod fuit cautum procautione, seu securitate resignantis beneficium.*

17 *in Resignatione beneficiorum censetur tacita inesse conditio, quatenus à Papa conuentiones fuerint approbata.*

Et quatenus non sequatur talis approbatio.

18 *ad Simoniæ exclusionem scientia simoniæ sufficit in Papa in genere, & potuisse aliquid intelligere.*

19 *Consus conditionalis in resignationibus beneficiorum, quomodo intelligitur.*

20 *Resignatio beneficij facta, vt pendeat à nutu Sanctissimi quid importet.*

21 *in Resignatione beneficij pactum appositum sub beneplacito Apostolico, tunc gratia ex defectu consensus redargui non potest, & n.22.*

22 *Resignans beneficium cum quibusdam pactis sub beneplacito Sanctissimi si Papa ea non admittat, & partes recedunt ab eis.*

Quid ex hoc inferatur.

24 *Mens contrahentium, quod ab initio fuerit talis benè colligitur ex actibus sequentibus.*

25 *Ius vnius partis, colligi potest ex non iure alterius partis.*

26 *Narratiua Papæ, an veniat iustificanda.*

D E C I S I O CCCLVII.

EX serie facti plenius ab informantibus pro Francisco
deducta, tolli visa sunt DD. fundamenta decisionis in
hac causa coram me editę 13. Iunij 1657. à qua disputatam du-
bio ideò recedendum esse responsum fuit: non enim potest
constare de bono iure Petri, ex capite non publicatæ resi-
1 gnationis obtentæ a Francisco, quia licet † post nouem men-
ses, dum tamen in tempore prorogato facta fuit *Summ. eius-
dem Francisci n.* 4. perinde est, ac si intra statutum tempus
nouem mensium publicata fuisset, vt de stylo testatur Paris.
de resign. lib. 11. *q.* 13. *n.* 139. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 21.
n. 3. Rota coram Eminentiss. Card. Otthobono *dec.* 154. *n.*
9. *& in Beneuentana Canonicatus* 8. *Febr.* 1647. *coram bo. me.
Bichio §. Tandem constat.*

Non obstante subreptione opposita contra gratiam pro-
rogationis temporis ad publican. ex quo narrata non fuerit
2 Pontifici mors resignantis, vt in præterita † decisione §.
Quia facta. Quicquid enim sit vbi agitur de gratia restitu-
toria post lapsum temporis ad publicandum, in quibus ter-
minis loquuntur DD. exaduerso adducti, certum est, quod
3 vbi adhuc primum † tempus durat, gratia prorogationis
non est noua gratia sed eadem cum prima, Castreol. *cons.*
390. *in princ. & per tot. lib.* 1. Dec. *cons.* 497. *n.* 2. Mandos.
super regul. de annal. q. 66. *n.* 10. Et propterea cùm proroga-
4 tio nulli inferat † præiudicium, eo quia beneficium antece-
denter resignatum per mortem vacare non poterat, vt infra,
pernecesse sequitur quod huius qualitatis notitia Pontificem
non retraxisset à concessione prorogationis, & consequen-
ter non erat necessaria illius mentio, Innoc. *in cap. cum no-
stris 6. de concess. prab.* Felin. *in cap. super litteris* 20. *n.* 8. *de
rescript.* Rota in Oscen. Canonicatus per Marchesan. *de com-
miss. tom.* 2. *fol.* 547. *n.* 3. *& in Valentina Parochialis* 31.
Iuly 1647. *coram Reuerendiss. D. meo Decano §. obiectum
enim procederet.*

Cæterùm etiamsi resignatio controuersi Archipresbyte-
ratus in tempore publicata non fuisset, prout fuit, adhuc be-
5 neficium ob non factam † publicationem vacasset, non au-
tem per obitum resignantis Rota *dec.* 539. *n.* 15. *par.* 4. *rec.
tom.* 3. *Legionen. Canonicatus* 23. *Ianuary, &* 27. *Aprilis*
1640. *coram Reuerendissimo Tarraconen. Viterbien. benefi-
ciorum* 23. *Iunij* 1653. *§. quod adeo verum, &* 26. *Iunij* 1654.
coram R. P. D. meo Celso. Vnde gratis contendit Petrus suum
bonum ius deducere ex prouisione ordinarij, tali enim casu
collatio † tanquam de reseruato ad Sedem Apostolicam spe- 6
ctabat iuxta *Constitutionem fel. rec. Greg. XIII. Bullar. nou.
tom.* 2. *constit.* 85. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 51. *n.* 106. Rota *in
Tridentina Parochialis* 5. *Decembr.* 1646. *coram Reuerendiss.
D. meo Decano §. respectu vero, & §. quia date* cum alijs in
dictis *Viterbien. vbi supra plenè in Colonien. Canonicatus seu
ferculi* 16. *Decembris* 1647. *coram R. P. D. meo Meltio sub §.
tollitur etiam altera.*

Et quamuis ordinarius † tanquam Cardinalis habeat in- 7
dultum conferendi beneficia etiam reseruata, ratione cuius
prouisio Petri non obstante reseruatione sustineri potuisset,
vt per Rot. *dicta decis.* 539. *sub n.* 15. *vers. hoc tamen non re-
fert par.* 4. *rec. tom.* 3. dum tamen collatio facta fuit ex falso
supposito, † quod beneficium vacaret *dicto Summ. Fran- 8
cisci n.* 3. quod tamen in facto non subsistebat, quia de illo
tempore non cesserat dies vacationis ob non publicationem,
† & ex erroneo præsupposito collatio sustineri non potest ad 9
text. *in cap. si eo tempore* 45. *de elect. in* 6. Paris. *de resign. lib.*
2. *q.* 16. *n.* 7. *vers. ratio est cum seq.* plenè Rota *in Compostel-
lana Parochialis* 20. *February* 1650. *coram bo. me. Dunozetto
§. non obstat collatio dicti ordinary;* Et fortius, quia non so-
lum expressa fuit vacatio, sed etiam certo modo, nempè
per obitum; Ideòque sustineri non potuit tanquam † de va- 10
catione ob non factam publicationem, quia expresso vno mo-
do vacationis, † alius non venit, *cap. susceptum* 6. vbi DD.
& Franc. *n.* 3. *vers. tamen expresso vno modo de rescript. in* 6.
Garz. *de benef. par.* 11. *cap.* 1. *n.* 8. Rota coram Put. *dec.* 50.
n. 1. *in correctis lib.* 2. Buratt. *dec.* 162. *n.* 3. *Colonien. Decana-
tus* 15. *May* 1648. *coram bo. me. Bichio §. cum itaque electio.*

Respectu verò † Simoniæ illam cessare dixerunt ex in- 12
serta reseruatione beneplaciti Apostolici cum clausola, *&
non alias aliter, &c.* Hæc enim reseruatio contractum à
† Simonia præseruat, vt per Azor. *instit. moral. par.* 3. *cap.* 13
8. *qu.* 4. *in fine §. Hinc est vt in tali,* Less. *de iust. & iur. lib.* 2.
cap. 35. *dubit.* 15. *num.* 93. Rota *in Braccaren. Parochialis*
21. *May §. & DD. dixerunt, &* 17. *Decembr.* 1635. *§. primo
coram bon. mem. Coccino, & in Compostellana Coadiu-
toria* 9. *May* 1653. *coram R. P. D. meo Zarate nunc Præsi-
de Vallisoletano.*

Nec releuat, quod depositum effectuatum fuerit ante-
quam beneplacitum obtineretur, quia ex Instrumento
† desuper celebrato *Sum. Francisci n.* 5. constat *pro maiori* 14
*securitate, & cautela annua pensionis constituentem conuenis-
se cum Domino Francisco, sub beneplacito Apostolico, & non
alio modo, in eo quod ipsi dari debeat, & det cedulam banca-
riam cum effectu ad illius satisfactionem in hac Curia facien.
ex nunc depositum, &c.* Vnde cùm effectuatio depositi reda-
cta fuerit ad terminos simplicis assecurationis, sine vlla vti-
litate deponentis, aut resignantis (qui exigere non poterat
sine beneplacito Papæ) Simonia † considerari non potest, 15
ex quo iure prohibitum non reperitur dare pecuniam tanquā
in depositum, & securitatem resignantis pro tempore bene-
placiti obtenti, vt sit certus, & securus de solutione pensio-
nis, eo modo † quo posset accipere fideiussorem pecuniæ sol- 16
uendæ post obtentum beneplacitum, vt in specie declarat
Garz. *de benef. lib.* 1. *cap.* 5. *sub n.* 38. *vers. potest tamen illa
dare pecuniam,* & prosequitur Bonacin. *tom.* 1. *de Simon.
disp.* 1. *q.* 4. *§.* 13. *n.* 10. Modern. Perusin. *cons. crimin. ad de-
fens.* 160. *n.* 8. *&* 13. *& cons.* 162. *n.* 7. Modern. Aueoion. *re-
sol. benef.* 160. *n.* 8. *par.* 2. Ea ratione quia in deposito tacita
videtur inesse conditio quatenus à Pontifice admittatur, adeò
vt pro non facto habeatur illo † per Papam reprobato. Quod 17
fortius procedit, quia Pontifici expressa fuit conuentio super
deposito, verbis quibus potuit intelligere effectuationem il-
lius iam fuisse secutam *Summario Francisci n.* 6. ibi, *præfati
Gaspar, & Franciscus inter se conuenerunt, quod Franciscus
eidem Gaspari cedulam bancariam ad eius satisfactionem in
Oppido Matriti Toletana diœcesis dare, & ex tunc realiter in
forma* 4163. *duc. &c. debeat &c.* Ad excludendam autem
† Simoniam sufficit scientia in genere, & potuisse Ponti- 18
cem intelligere effectuationem depositi, antequam pro be-
neplacito porrigeretur supplicatio Paris. *de confid. q.* 41. *n.* 16.
post alios Rota *in Ferrarien. seu Romana pecuniaria* 14. *Feb.*
1656. *coram bo. me. Dunozetto §. eoque libentius.*

Hinc corruit nullitas deducta ex asserto defectu cōsensus
resignantis, quia conuentio illa conditionalis non debet ita
intelligi, vt resignans † nisi conditionibus expressis per San- 19
ctissi-

ctissimumadmissis resignare noluerit,sed stante dicta clao-
sula restrictiua in tantum cootrahentes pactorum effectua-
20 rionem volebant, in † quaotum Sanctissimo placuissent,
cuius arbitrio, & notui omnia submittere voluerunt, vt
scilicet si Pontifex admisserit, & ipse resignans eum dictis
pactis, sin minus etiam sine illis resignare voluisset, vt in
subiecta materia declarat Gonzal. *ad reg. 8. glos.* 12. *sub n.*
93. *vers. similiter*, Rota *decis.* 538. *num.* 7. 18. *& seq. par.* 4.
recent. tom. 3. *dicta Bracharen. Parochialis* 21. *May* 1635.
§. & ad hoc respondetur in fin. coram bon. mem. Coccino, confirmata 17. *Decembris eiusdem anni coram eodem in princ. & in d. Compostellana Coadiutoria* 9. *Maij* 1653. *coram Reuerendissimo D. meo Zarate sub §. minus autem officit in fine.*
21 vbi quod † quando pactum est conceptum sub benepla-
cito Sanctissimi, gratia ex defectu coosensus redargui non
potest.

Et DD. cessare visa est omnis difficultas ea eo, quod habita
22 in partibus † notitia Pontificem noluisse admittere deposi-
tum, sed solùm cedulam bancariam pro sex annis, quæ
constabat summam scutor. anti 1800. recesserunt partes à
deposito contenti assecuratione cedulæ pro sola portione
23 † supradicta, ex quibus cessant in facto quæ dicebantur de
continuatione depositi, & melius colligitor mentem con-
trahentium ab initio fuisse dependentem à beneplacito,
24 † cùm ex subsequentibus benè desumatur qualitas actus
præcedentis, vt io istis terminis considerat Modern. Perus.
d. cons. 160. *num.* 12.

Exclusa autem simonia, & defectu poblicationis, vel
25 etiam consensus † resignantis bonum ius Francisci clarè de-
sumitor ea litteris Apostolicis, Rota *in Cornetana Canonicatus* 20. *May proximi prateriti coram R. P. D. meo Verospio §. siquidem bonus ius*, & ex iustificatione omnium oarra-
torum in eius supplicatione, & prouisione, resignationem
enim fuisse factam; Vltra quod non controuertitur, iusti-
26 ficatione non indiget, † cùm sit narratiua Pontificis: Cleri-
catus, & idoneitas Francisci ea testibus eius *Sum. num.* 11.
comprobata remanet, quod autem resignans posset aliunde
viuere, constat quod habebat Canonicatum Toletanum,
& per successionem obtinuerat Comitatum de Sirnela, vt
ex testibus *eodem Summario num.* 13. fructus deoique bene-
ficij per non excessum probantur à testibus *d. Summario nu.*
14. vt in specie de his omoibus qualitatibus respondit Rota
in dicta Compostellana Canonicatus 21. *Febr.* 1650. *coram bo. me. Dunozetto sub §. etiam presbyteratus, & seqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Romana retrouenditionis Domus.

Veneris 7. Iunij 658.

A R G V M E N T V M.

Repudiatio hæreditatis ex quo probetur facta. Restitutio in integrum minori aduersus repudiationem hæreditatis, quando non debetur. Restitutio in integrum, vt detur ex capite ignorantiæ, qualis esse debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Repudiatio hereditatis benè probatur per declarationem partis.*
2 *Hereditas semel repudiata, amplius adiri non potest.*
3 *Minori aduersus repudiatam hereditatem datur restitutio in integrum.*
4 *Minor speciali fauore minoris atatis etiam post quadriennium habet indultum ad adeundam hereditatem, vel reuocandam eius repudiationem.*
5 *Repudiatio hereditatis non valet facta à procuratore sine speciali mandato.*
6 *Repudiatio hereditatis facta à procuratore sine mandato, quando dicatur ratificata ab herede.*
7 *Principalis quando producit instrumenta, & iura facta ab eius procuratore, censetur ab eo approbata.*
8 *ex Productione iurium factorum à Procuratore, censetur producens ea fecisse.*
9 *Aditio hereditatis probatur ex solutione debitorum.*
10 *Hereditatis aditio non probatur ex solutione debitorum, quando ex alio titulo potuit fieri solutio.*
11 *Hereditas quando est damnosa, tunc in dubio, minus est prasumenda aditio.*
12 *Solutio sufficit, quod sit aequiuoca, vt ex ea non arguatur aditio hereditatis.*
13 *Probatio quando est concludens, & plena, tollit omnem prasumptionem in contrarium.*
14 *contra Prascriptionem iuris redimendi, datur restitutio in integrum ex capite iusta ignorantia.*
15 *de Negligentia quando constat, non datur restitutio in integrum ex capite in ignorantia.*
16 *Ignorantia debet esse iusta, & probabilis, atque ex omni parte excusabilis.*
Ignorantia quando est vafra, & supina non meretur restitutionem in integrum, n. 16.
17 *Restitutio in integrum non ita facilè datur, si tractetur de iure quarendo, cum damno tertij.*
18 *Ius redimendum aliqua bona si sit hereditarium, vt intret, debet probari, quod dicta bona sint hereditaria.*

D E C I S I O CCCLVIII.

EX capite restitutioois io integrum resolutum fuit die 18.
Iunij 1657. coram me esse locum retrouenditioni domus, non obstante lapsu annorum 50. & vltra cum supposito, quod ageretur de muliere hærede, quæ propter ignorantiam præsumptam in integrum restituitur aduersus lapsum temporis ad redimendum, sed iterùm disputata decisione, quia nouiter allata pro parte D. Victoriæ Paracchæ de Palutijs Albertonibus fundamentum resolutionis euertent DD. ab ea recesserunt.

Visum enim foit oon subsistere, quod Moranda agens ad
retrouenditionem domus sit hæres Io. Iacobi patris vendito-
ris, nam & iuribus datis io præterita, & ea alijs, quæ dan-
tur hodie constat vsque ab anno 1638. ipsum à creditoribus
hæreditarijs iudicialiter conuentum declarasse mediante suo
Procuratore nolle esse illius hæredem, & de anno 1650. post
geminatam huiusmodi declarationem datum fuisse hæredi-
tati iacenti curatorem, † quæ declaratio cùm importet ex- 1
pressam hæreditatis repudiationem, *l. qui se patris*, vbi Bart.
& alij Cod. vnde liber. l. pro herede, & l. recusari, vbi Angel.
& Castr. *ff. de acquir. hered.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.*
12. *tit.* 14. *num.* 18. Gratian. *discept.* 706. *n.* 31. Bellon. *cons.*
50. *sub n.* 8. *in fin.* Corn. *cons* 312. *n.* 2. Peregr. *cons.* 55. *num.*
11. *lib.* 4. intrat axioma, quod hæreditas † semel repudiata 2
amplius adiri non potest, *l. cum ignorantia, C. de iur. & fact. ignor.* Bertazol. *cons. ciuil.* 18. *num.* 19. Rota *in Romana aditionis* 19. *Nouembris* 1610. *coram Pensa* 1541. *inter eius impress.*

Non obstat aditio præuia restitotione in iotegrum post-
modum subsecuta anno 1656. lite pendente, sicut enim ad-
uersus repudiatam hæreditatem minores restituuntur, tam 3
in præsenti, cùm à die repudiationis non solùm sit elapsum
quadriennium, intra quod temporis spatium omninò peten-
da erat, sed interius triennium effluxerit minoribus speciali
† fauore ætatis indultum ad adeundam hæreditatem, & re- 4
uocandam repudiationem, etiam post transactum quadrien-
nium, iuxta text. *in l. fin. C. de repud. vel obtin. hered.* vbi
Bald. Alex. Castr. & reliqui iuris Interpretes, Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 21. Costa *lib.* 2. *tit. de re integra distinct.* 76. *n.* 1. Odd. *de restit. in integr. par.* 2. *q.* 63. *art.* 1. *n.* 8. Mandell. Alba *cons.* 301. *in princip.* Restitutio in
integrum non potuit sibi amplius competere, iuxta text. *in l. fin. dictum fuit in supracitata Romana aditionis hereditatis decis.* 1541. *n.* 5. *apud Penam.*

Nec obstare dixeront Domini repudiationem fuisse fa-
ctam à Procuratore non habente † speciale mandatum, quia 5
de eo dubitari non posse responsum fuit, attento quod repu-
diatio facta fuit à Roccho Procuratore, & à Tarquinio pa-
trio einsdem Morandæ, quorum vterque io termino assi-
gnato ad instantiam creditorum ad declarandum an illa
sit, vel esse velit hæres dicti † Io. Iacobi, patris produ- 6
xit instrumentum d. repudiationis eiusdem hæredita-
tis factæ ab alijs fratribus, & sororibus, necnon in-
strumentum quietantiæ dotis illius, vnà cum quietantia
scutorum 2100. occasione societatis officij. Vnde cùm
repudiatio facta fuerit ad illam liberandam à molestijs iu-

7 dicialibus, quæ sibi per creditores † inferebantur, & ex hac
repudiatione liber euaserit ab eorum incursu Procurato-
reio ad hunc effectom constituisse, vel tacitè repudiatio-
nem ab eo factam ratificasse censeri debet, ad tradita per
Oldrad. *cons.* 126. *num.* 5. Addeo. ad Buratt. *decis.* 270. *n.* 12.
& Iuuenacen. & Melphiten. bonorum 15. *Ianuarij* 1646. *vers.*
verum etiam, coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado,
8 & sufficienter probari ex dicta productiooe iurium, † quæ
ab ipsa principali habuisse, censetur Bart. *in l. vulgo in fin. de*
admin. tut. Roman. *cons.* 486. *num.* 11. Crauett. *cons.* 80. *n.* 5.
Rota apud Millin. *dec.* 278. *num.* 3. Rota *in Bonon. Prædij* 10.
Martij 1653. *& in Romana redditionis rationis* 14. *Iunij*
1654. *coram R.P.D. meo Celso*.
9 Minùs suffragari, quod additio ex solotione debitorum
facta per Morandam præsumatur adeòut firmat prima de-
cisio, quia solutio facta non fuit ab ea tamquam patris hæ-
10 rede, sed Fratris Aleaandri, & velut possident domum cen-
su grauatam, adeout referri nequeat ad aditionem hæredi-
tatis paternæ, præsertim cùm sit damnosa, & debitis in-
11 uoluta, † vt desumitur ex illius repudiatione, & curato-
ris deputatione, quo casu non præsumitur aditio, Rota
coram sao. mem. Gregor. *decis.* 460. *num.* 15. quamuis suffi-
ciat, quod solutio sit æquiuoca ad hoc, vt aditionem hæ-
12 reditatis † non inferat, *l. si pupillus*, §. *fin. l. gerit, ac l. pro hæ-*
reditate, *ff. de acquir. hered.* Surd. *consil.* 359. *num.* 17. *&*
399. *num.* 15. cum alijs relatis per Rotam *decis.* 873. *num.* 3.
apud Merlio. & hoc idem comprobat aditio per viam re-
stitutionis in integrum facta, quæ excludit omnem aliam
13 præcedentem aditionem, & † tamquam probatio certa,
& concludens penitùs infringit, ac tollit omnem iuris præ-
sumptionem, *l. fin. in princ. ff. quod metus caus. l. cum in debi-*
to, ff. de probat. Dec. *cons.* 400. *num.* 8. Surd. *consil.* 80. *n.* 19.
& 423. *num.* 12.

Hinc sublato fundameoto secundæ partis decisionis,
quod Moranda sit hæres Io. Iacobi venditoris corruit, &
fundamentum, quod sibi competat aduersus præsumptio-
nem iuris redimendi restitutiu in integrum ea capite præ-
14 sumptæ ignorantiæ, quia dum illius procurator anno 1638.
produxit repudiationem factam anno 1424. ab eius sorori-
bus, & Alexandro fratre, cuius ipsa est hæres testameo-
taria ea reputatione prædictorum existentium in eodem
15 gradu arguitur scientia sibi delatæ hæreditatis, vel saltem
constat potius de negligentia ob taciturnitate tot annorum
in adeundo quæ non impedit cursum quadriennij, vt diait
Rota *in Romana Saluiani interdicti* 22. *Iunij* 1602. *coram Iu-*
sto impress. apud Marchel. *de commiss. par.* 2. *fol.* 83. *num.* 3.
vsque in fin. quæ quidem ignorantia cum debeat esse iusta,
16 & probabilis, † atque ab omni parte excusabilis, non au-
tem vafra, & supioa, Mandell. Abb. *cons.* 18. *num.* 1. *& in*
dicta Romana Saluiani interdicti apud Marches. num. 2. præ-
17 sertim quia † agitur de hæreditate adeunda, & sic iure quæ-
rendo cum damno tertij, at proiode nouissima hæc sollici-
tudo non mereatur io integrum restitutionem, Odd. *hoc*
tractat. quæst 86. *num.* 47. Rota coram Penia *decis.* 115.
18 *num.* 5. *cum seqq.* & quia ius redimendi † est hæreditarium,
vt in præcedenti decisione dictum fuit, adeout nullo modo
Moranda possit agere ad retrouenditionem domus, cùm
in ea deficiat qualitas hæreditaria, nec valeat amplius illam
recuperare ad rear. *in l. item quæritur* §. *si venditor. ff. de edil.*
edict. & d. l. cum ignorantia, *C. de iur. & fact. ignor.*

Atque ita ex capite repudiatę hęreditatis recedendum esse
vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Fructuum Dotis.

Veneris 7. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione quando in bonis fidei-
commissarijs debeantur dos, & fructus do-
tales.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria pro dotibus alienari possunt, & num. 2.*
3 *Obligatio pro sorte extenditur etiam ad fructus.*
4 *Hæres fideicommissarius tenetur ad solutionem fructuum post factam interpellationem, quod limita, & declara vt n. 5. 6. & 7.*
8 *Non existentia bonorum fideicommissariorum, quomodo probetur.*
8 *Mora censetur remissa ex subsecuta receptione pecuniarum.*
10 *Salutio dotis facta de proprio non excludit agnitionem fideicommissi.*
11 *Circuitus sunt euitandi, quod amplia, vt n. 12.*
13 *Fructus dotales debentur ex fructibus fideicommissi, non autem ex proprietate.*

DECISIO CCCLIX.

PRo iure dotali in scut. 4500. à Iolio Porcario Faustinæ filiæ, ac Pompeo viro promisso, nec non pro interusurijs ijdemmet coniuges contra Sauum Iolij filium, ac cum beneficio legis, & inuentarij hæredem, iudicium corans A. C. instituerant. Verùm quia deficientibus bonis liberis in promissione dotis executio instrumenti protsos inefficaa reddebatur Sauum proinde vt Pompei proaui fideicommissarium hæredem pulsantex, ea quo delata mihi causa dubitaui, an fructus dotis successiuè in sacro Monte Pietatis depositæ ea fideicommissi bonis, & à quo tempore prestari debeant; necnon valeat Pompeus ipse pro restitutiune quantitatis exactæ scut. scilicet 2530. à conductore casalis obnoxij fideicomroisso legitimè compelli, & dotales fructus à die obitus Iulij debitos esse, hodie DD. responderunt contrarium verò alterius respectu articuli firmarunt.

Siquidem ascendentium bona supposita licet fideicommissis, nedum pro dotium constitutione, ac restitutione fauore mulierum descendentium, deficientibus tamen bonis li-
beris † hypothecata censentur, iuat. text. *in authen. res quæ* 1
vbi communiter DD. C. commun. de leg. Castr. *in l. si mulier*
§. *cum proponeretur num.* 3. *ff. ad trebell. & in cons.* 319. *n.* 3.
Dec. *consil.* 515. *num.* 3. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 33. *num.* 11.
12. *&* 13. *cum seqq.* Thesaur *dec.* 151. *num.* 4. Surd. *decis.*
162. *num.* 20. *cum seqq.* Rota coram boo. mem. Merlino
decis. 652. *& decis.* 318. *num.* 17. *par.* 6. *rec. & in Auenionen.*
pecuniaria 10. *Decembris* 1646. *in* §. *& demum*, *& in Anco-*
nitana dotis 30. *Maij* 1650. *tertiam denique, vers. remoue-*
tur præterea coram me. † Sed etiam pro fructibus dotalibus 2
existunt obligata, vt notat Ruio. *cons.* 146. *num.* 3. *lib.* 2.
Felician. *de cens. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. *ad fin.* Marta
de success. legal. par. 4. *q.* 21. *art.* 10. *num.* 51. Peregrin. *de fi-*
deicom. art. 42. *num.* 86. *&* 96. Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.*
19. *num.* 105. Franc. *decis.* 613. *num.* 2. *circa finem*, Mastrill.
dec. 256. *num.* 10. Paschal. *de patr. potestat. par.* 2. *cap.* 7. *nu.*
39. *in fin. cum seqq.* Rota *in Auenionen. pecuniaria* 5. *Aprilis*
1647. *in* 1. §. *coram me*, vbi † ea potissima ratio assignatur, 3
quod obligatio adstipulata pro sorte ad vsuras quoque valet prorogari, iuxta text. *in l. Lucius aqui. potior. in pig. hab.*

Hinc fructus dotales debent Faustinę Pompei fideicomm. Pronepoti persolui, dum ex inuentario ad Sauometipso confecto, nec non ex reddita successiuè ratione existentia bonorum liberorum Iulij penitus remouetur.

Nec releuat, quod grauatus hæres ad solutionem fru- 4
ctuum post subsecutam interpellationem, ex qua in mora
constituitur, debeat dumtaxat condemnari, vt respondit Rota *dec.* 103. *& dec.* 201. *coram Eminentiss. D. Car. Otthobono, & in Romana Saluiani* 4. *Decembris* 1653. *in* §. *demum quoad fructus coram me*. Posset enim obiectio procedere,
quoties de fructibus per mulierem à viri prædefuncti hęredi- 5
bus petitis ageretur. Quo casu exinde interpellatio necessario reputatur, quod fructus dissoluto matrimonio post moram dumtaxat incursam præstari debeant, in quibus terminis loquuntur auctoritates supra relatæ, † secus verò quoties
iudicium, vt in proposito casu, contra dotis promissionem, 6
seu illius hæredem pro fructibus constante matrimonio debitis foret institutum. Tunc enim ab ijs ex substentatione onerum matrimonij irregularis mora contrahitur, vt not. Bald. *cons.* 94. *in princ. lib.* 1. Castr. *cons.* 11. *n.* 4. *vers. quate-*
nus lib. 1. Rota coram Greg. *dec.* 573. *n.* 7. † nec vlla necessi- 7
tas interpellationis acquiritur, vt distinguendo casum vtrumque respondet Rota *in Romana dotis* 19. *Iunij* 1654. *in* §. *non obstat, vers. interpellationis vero coram me*.

Neque subsistit quod fructus post iudicij varietatem per coniuges habitam debiti dumtaxat censeantur, dum enim

ex

ex dispositione *auth. res quæ, C. commun. de leg.* bona fi-
deicommissi pro dote in casu dumtaxat, pro quo bona libe-
8 ra deficiant permittuntur alienari, † propterea iudicium
contra Sauum vti patris hæredem pernecesse debuerat insti-
tui. Inde enim deficientia bonorum filij comprobatur, cu-
ius virtute Sauus vti hæres fideicommissarius potuit con-
ueniri.

Animaduertebatur prætereà DD. Sauum met ipsum fructi-
bus pluribus annis persoluendo coniugibus interpellationis,
9 licet necessariç beneficio renunciasse, † in terminis moræ
incursæ, quod eadem à creditore ex subsecuta pecuniarum
receptione remissa censeatur, respondit Rota coram Gre-
gor. *dec. 75. nu. 2. & dec. 577. nu. 10. par. 1. recent. & dec. 246.*
num. 6. in fin. coram bo. me. Merlino.

Et licet Sauus cessionem à coniugibus contra paterna bo-
na receperit, non inde tamen excluditur, quin solutiones
fuerint ab eo tanquam fideicommissario hærede peractæ,
10 vel quia ipsi bonorum paternorum non existentia satis in-
notuerat, vel quia in venditione prædij fideicommisso ob-
noxij declarauerat creditum dotis ex pretio extinguendum
fore, & si hac enim subsecuta debiti agnitione, iuxta text.
in l. Iulian. §. proinde, ff. de Senat. Cons. Macedon. not. Al-
ciat. *in cons. 107. num. 3. cum seq. lib.* 8. Rota *dec. 365. num. 1,*
in fin. par. 1. rec.

Ex his verò alterius partis dubij resolutio contingit, dum
enim Sauus ex fideicommissi bonis fructus persoluere con-
11 iugibus tenebatur. Quantitas per † ipsos exacta nullate-
nus debet restitui ad euitandos inanes circuitus ex iuris dis-
positione prohibitos, iuxta tex. *in Clem. Aud. de rescript.*
not. Bald. *consil. 100. ad fin. lib.* 4. Decius *cons. 408. numer. 6.*
12 Afflict. *dec. 8. num.* 4. Quoties † præsertim inter sanguine
coniunctos agatur, vt dixit Rota *decis. 770. num. 1. par. 2.*
recentior.

13 Nec vrget obiectio, † quod fructuum dotalium solutio ex
redditibus fideicommissi dumtaxat, non autem ex ipsa pro-
prietate præstari debeat, vt respondit Rota *dec. 607. num. 7.*
& 8. par. 4. tom. 3. recent. & in Romana dotis 23. Iunij 1645.
in §. quæ quidem actio coram Eminentissimo Cardinali Ottho-
bono, & in Auenionen. pecuniaria 5. Aprilis 1647. in §. has
tamen fructus coram me. Ex facto namque corruit obiectio
ex quo constat satisfactionem ex casalis redditibus con-
tigisse. Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Farfeñ. Canonicatus.

Lunæ 21. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Vide in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio Canonici non residentis, quæ requirat.*
2 *Coniunctus pro coniuncto in Procuratorem non admitti-*
tur, nec minus cum promissione de rato.
3 *Procurator constitui potest etiam per epistolam.*
4 *Scriptura priuata non recognita post oppositionem, non*
probat fallit, vt nu. 5. & 6.
7 *Possessio attentata est sequestranda.*
8 *Iudex deputat sequestratarium in possessione attentata.*

DECISIO CCCLX.

AGentes pro Paulo petebant expeditionem mandati de
manutenendo eidem à Rota decreti, vt in decisione
4. Iulij proximi præteriti coram me; sed cum Donatus po-
tissimum obijceret non constare de mandato procuræ, cau-
sam reproposui, & DD. iterùm resolutionem approbarunt,
& vlterius apponendum esse sequestrum censuerunt.

Nam confirmata in decisione nihil fuit deductum, & ir-
refragabile visum fuit fundamentum, quod in procedendo
ad priuationem Pauli in controuerso Canonicatu ob non
1 residentiam non seruata † fuit forma *Canon. cap. ex tua de*
Cler. non residen. Vbi cauetur, quod vltra trinam monitio-
nem per publicum edictum in loco Beneficij expectetur Be-
neficiatus per sex menses, vt præter allegatos *in decis. §. ho-*
die vero, respondit Rota *in Teralben. Rectoriæ 29. Iunij &*
9. Decembris 1619. coram bon. me. Pirouano, in rec. dec. 131.
& dec. 163. par. 4. tom. 2.

Non obstat, quod pro dicto Paulo comparens careat
mandato procuræ, de quo semper debet doceri ab eo, qui
pro alio assistit in iudicio, præsertim in beneficialibus, † in a
quibus nec admittitur coniuncta persona cùm promissione
de rato, vt notant Mandol. *reg. 34. de Annal. quæst. 38. sub*
num. 4. Gratian. *discept. for. cap. 66. num.* 35. Lotther. *de re*
benef. lib. 2. cap. 20. num. 120. Cassad. *dec. vlt. nu. 5. super reg.*
de subrogand. collit. quoniam videbatur de eo constare ex
litteris missiuis in personam Manilij, cui hanc causam com-
mendat ex quibus resultat mandatum † cum etiam per epi- 3
stolas possit Procurator constitui, Clem. *de procurat. cap. si-*
gnificauit 48. de appell. l. 1. ff. mandat. l. 1. §. constituitur, &
l. si procuratorem, ff. de procurat. Rota coram Mant. *dec. 100.*
num. 1. & dec. 197. nu. 8. par. 4. tom. 2. rec.

Et quamuis patiantur defectum recognitionis parte cita-
ta faciendæ stante oppositione per illam super hoc factæ, at-
que ideò non probent, cum iura non recognita remaneant
scripturæ priuatæ, † & in forma non probanti, & ob id 4
non sit eis fides adhibenda, ex cumulant per Modern. Perus.
de manut. obseru. 98. num. 6. cum seq. Rota *dec. 470. nu. 4. p. 4.*
recent. attamen dum antecedenter fuerunt à duobus testi-
bus recognitæ, & per vnius obitum, & alterius absentiam
non potuerint super recognitione iam facta repeti, † ne- 5
gari non potest, quin deseruiant pro adminiculo, ad tradit.
per glos. *in cap. olim il 1. verb. factum de priuil.* Rota *dec. 94.*
nu. 7. par. 1. & dec. 470. num. 5. par. 4. rec. † donec exhibea- 6
tur sufficiens mandatum, vel fiat illarum recognitio, quæ
potest fieri etiam post sententiam, Seraph. *dec. 1407. nu. 3.*
cum aliis relat. per eund. Perus. *vbi supra nu. 4.*

Quo autem ad sequestrum ideò DD. fructibus, & pos-
sessione Canonicatus apponendum esse dicebant, quia ex
firmatis in alia decisione constat, nedùm à Donato fuisse ap-
prehensam possessionem intra tempus datum ad appellan-
dum, sed post appellationem pro parte Pauli interpositam,
& causam in Rota commissam, † vnde dicitur attentata, 7
sicque est locus sequestro iuxta Tribunalis stylum, ne atten-
tans gaudeat commodo vitiosæ possessionis, Garz. *de bene-*
fic. par. 9. cap. 4. nu. 22. Cassad. *dec. 3. de rest. spoliat.* Rota co-
ram Comitulo *dec. 90. nu. 1.* san. me. Gregor. *dec. 91. & dec.*
251. nu. 1. Card. 175. *nu. fin.* Reuerendiss. Vrgellen. *dec. 96.*
num. 1. & ipse † Iudex ex officio tali casu potest sequestra- 8
tarium deputare, Gratian. *discept. for. cap. 114. num. 9.* Ro-
ta apud Seraph. *dec. 797. nu. 7.* Duran. *dec. 149. num. 4. & in*
recent. dec. 307. num. 3. par. 1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Atimineñ. Prædij.

Veneris 14. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

In manutentionis iudicio cùm leuiores admit-
tantur probationes, vnicus etiam testis recipi-
tur, maximè si fuerit à parte inductus, & appro-
batus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti ad terminos possessionis de*
tempore motæ litis.
2 *ad quasi Possessionis effectum sola fructuum exactio suf-*
fragatur.
3 *Testis vnicus sufficit in iudicio manutentionis.*
4 *Testis vnicus probat contra inducentem, & eum qui il-*
lius depositionem approbauit.
5 *Possessio vbi adest dominium ad titulum iure familiarita-*
tis referri non potest, amplia vt nu. 6.
6 *Titulus quamuis dubius, vel nullus excludit tamen pos-*
sessionem iure familiaritatis.
7 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admit-*
titur in iudicio manutentionis, sed ad petitorium
reijciuntur.

DECISIO CCCLXI.

SVper prædio Montis Galeri tanquam in dotalem fun-
dum Laotæ matri attributo, manutentionem Angeli-
nus, necnon adiudicationem successiuè fuerat ab A. C. con-
secu-

ſecutus; Verùm quia Archangelus eiuſdem Angelini frater
conſanguineus prædium in abſolutum Franciſci communis
patris dominium tranſijſſe, necnon ab ipſo pro indiuiſo con-
tendebat poſſeſſum; Ad huius inſtantiam cauſa mihi delata
cum facultate manutenendi quem de iure, dubium proin-
de hodie propoſui, cui debeat manutentio decerni vtriuſque
fauore partis à DD. reſolutum.

Ratio reſolutionis potiſſima fuit, quia tum Angelini, tum
Archangeli poſſeſſio pro indiuiſo ante litem excitatam di-
1 gnoſcitur comprobata, cuius virtute † ad ſtatum eiuſdem
poſſeſſionis de tempore litis motæ ipſis debet manutentio
decerni, iuxta text. *in §. retinendæ*, vbi not. communiter
DD. *inſtit. de interd.* Rota coram Greg. *decis. 569. num. 3.*
coram Buratt. *dec. 504. num. 11. & dec. 76. num. 1. par. 1. rec.
& in Anglonen. ſeu Turſen. maſſæ communis 3. Iunij 1650.
coram Reuerendiſſimo Taraconen. & in Cauallicen. decurſus
aquarum 18. Iunij 1657. in §. dum enim, coram me.*

Angelini verò poſſeſſio, præterquam non reuocatur in
dubium ex teſtibus formiter examinatis concludenti proba-
tione conuincitur; At Archangeli ex perceptione fructuum
pro indiuiſo per ipſum habita, iuſtificationem legitimam
aſſumit, vt quintus in ordine Teſtis eiuſdem prædij colonus
expreſsè deponit, qui vtrumque in dominos agnouiſſe te-
2 ſtatur; † ad hunc enim quaſi poſſeſſionis effectum ſola fru-
ctuum exactio ſuffragatur, iuxta textum *in l. Titia*, vbi
DD. *ff. de ſolut.* Socc. ſen. *conſ. 13. nu. 15. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 5.
num. 21. lib. 4.* Ferret. *conſ. 220. num. 17.* Rota coram Cæſ. de
Graſs. *dec. 10. nu. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* coram Gregor.
dec. 549. num. 3. ibique Add. *num. 7. & dec. 629. nu. 5. p. 1. rec.*

Et licet idemmet Teſtis in ſua depoſitione vnicus exiſtat,
3 in hoc tamen manutentionis iudicio † ſemiplenam proba-
tionem exquirente ſufficiens reputatur, vt dixit Rota co-
ram Seraph. *decis. 624. num. 5. & dec. 1326. num. 1. & in de-
cis. 15. par. 6. recent.* Dum maximè eumdem Teſtem Ange-
4 linus induxit, † & ſucceſſiuè ipſius depoſitione vtendo ap-
probauit, vt notat Burſatt. *conſ. 89. nu. 11. lib. 1.* Honded.
conſ. 84. num. 50. cum ſeq. lib. 2. Rota *dec. 249. num. 2. par. 1.
recen. & in Romana pecuniaria 9. Iunij 1656. §. verumta-
men in fin. coram me*, & not. Add. *ad deciſionem* Gre-
gor. 215.

Neque Archangeli poſſeſſio poterat ad familiaritatis cau-
ſam referri: dum enim is eo potiſſimum titulo fulcitur,
quod prædium in patris dominium omninò tranſlatum fue-
5 rit, † ipſi potiùs debet aſcribi poſſeſſio, vt notat Angel.
in l. aſſiduis nu. 1. C. qui potior. in pign. habeatur, Soccin. ſen.
conſ. 131. num. 4. lib. 4. Surd. *conſ. 94. num. 36.* licet idemmet
titulus dubietatem admittat, vel ea nullitatis vitio corrue-
ret, vt notat Ruin. *conſ. 53. num. 12. in fin. lib. 4.* Natt. *con-
ſil. 520. num. 7.* Cephal. *conſ. 4. num. 39. in fine*, Rota coram
Gregor. *dec. 92. num. 3. & 4. & in Romana Diuiſionis 15. Iu-
nij 1640. in §. poſſeſſio pariter, coram bo. me. Bichio.*

Neque viſa fuit vrgere exceptio, quod prædium naturam
fundi dotalis aſſumpſerit; Hanc enim, tanquam altioris
7 indaginis ad petitorium DD. iudicium reijciunt, prout
aliàs ſeruatum fuit in *Cauallicen. decurſus aquarum 18. Iunij
1657. in §. emphyteuſis autem, coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Auenionen. Bonorum.

Veneris 14. Iunij 1658.

A R G V M E N T V M.

Verba teſtamenti, quando repugnant volunta-
ti Teſtatoris, quod noluerit conſtituere hære-
dem fiduciarium, nullatenus dicendum vene-
rit, quod voluerit talem inſtituere. Quid re-
quiratur, vt dicatur inſtitutus hæres fiducia-
rius, & quid debet concurrere. Donatio, quando
ſit nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Legatario ſpeciei competit actio pro re legata, & pro fructibus.*
2 *Hæres fiduciarius, quando quis eſt inſtitutus non poteſt dici verè hæres.*
3 *Hæres non poteſt dici fiduciarius, ſi verba teſtamenti non conueniunt, nec adeſt cauſa.*
4 *Hæres fiduciarius, vt quis dicatur conſtitutus, quid requiratur.*
5 *Exceptiones ſingulares non admittuntur contra teſtes, quando agitur de declaranda mente teſtatoris.*
6 *ad Teſtatoris mentem ſubſtantialem declarandam ſunt neceſſarij ſeptem teſtes.*
7 *Hæres, quod fuerit inſtitutus fiducialiter non probatur per teſtes ſingulares.*
8 *Actus, quando eſt momentaneus, & non ſucceſſiuus probandus eſt per duos teſtes de loco, & tempore conteſtes.*
9 *Donatio corruit ex defectu cauſæ finalis.*
10 *Donationis cauſa, quando eſt vnica, an illa dicatur finalis.*
11 *ad Euictionem regulariter non tenetur donans.*
12 *Donatio non habet ſubſiſtentiam, dum ex falſa cauſa fuit extorta.*
13 *ad Fideicommiſſi onus probandum, quid ſolùm ſit neceſſarium.*
14 *Fideicommiſſum, non poteſt dici iniunctum, quando illud in teſtamento non legitur.*
15 *Subſtitutionis fideicommiſſariæ, quid penitus repugnet.*
16 *Fideicommiſſum in vanum quæritur induci, quando mens manifeſtiſſima Teſtatoris repugnat.*
17 *Subſtitutio fideicommiſſaria, vt ex integro inducatur, quid requiratur.*
18 *Teſtes ſingulares non probant, licet eſſent viginti.*
19 *Teſtes, quando patiuntur aliquas exceptiones ex numero non valent ſuppleri, quando ſunt inhabiles, & defectuoſi.*

D E C I S I O C C C L X I I.

PLacuerunt Dominis fundamenta reſolutionis emanatæ
die 7. Maij 1657. coram bo. me. Dunozetto conſtare
ſcilicet de bono Iure Franciſci, & Ioannis Baptiſtæ etiam
ad effectum manutentionis, cùm alter habeat donationem
ad ſui fauorem factam per Florettam, alter verò Legatum
Vineæ per eandem ſibi relictum, vndè firmatum fuit primo
vti Donatario deberi ſuper bonis Florettæ quantitatem do-
tatam, & fructus, ex quo donatio eſt pro dotis augumen-
to, & ſecundo vti Legatario † ſpeciei competere actionem 1
tam pro re legata, quàm fructibus iuxta deciſionem per me
in eius locum ſubrogatum extenſam.

Nec viſum fuit ſubſiſtere, quod bona de quibus Floretta
diſpoſuit prouenerint à Iacobo Maurelio Seniore, qui in-
ſtituit illam in triente hæredem † dumtaxat fiduciariam, 2
& confidentialem cum onere reſtituendi Iacobo Maurello
Iuniori.

Quoniam remouent obiectum reſponſiones datę in prio-
ri deciſione, quod cùm non concurrant neque verba Teſta-
menti, ex quibus deſumatur Teſtatorem inſtituiſſe illam hæ- 3
redem † fiduciariam, neque cauſa motiua ipſius Teſtato-
ris ad fiducialiter inſtituendum, confidentia, & fiducia non
probatur † ad cuius probationem vtrumque requiri, no- 4
tant DD. *in l. quidem cum filium familias 46. ff. de hæred. in-
ſtit. in l. fideicommiſſi 3. §. cum poſſidens, ff. de vſur. & in
l. ſeius Saturninus 46. ad Trebell.* Rota coram Caual. *decis.
381. num. 2.* coram Buratt. *dec. 616. num. 15. & 23.* cum alijs
allegatis *in d. deciſione, §. non obſtat cum duob. ſeq.*

Minus fundamentum fieri poſſe ſuper depoſitionibus Te-
ſtium; Nam vltra eorum exceptiones † ſunt ſingulares, 5
qui licet admittantur vbi agitur de declaratione voluntatis
Teſtatoris, tamen ſecus eſt vbi agitur de probanda ſubſtan-
tia † Teſtamenti, quo caſu ſeptem Teſtes omni exceptio- 6
ne maiores requiruntur prout in Teſtamento, Grat. *diſcept.
forenſ. cap. 650. num. 26. & ſeqq.* & firmatum fuit coram Bu-
ratt. *d. dec. 616. num. 14.* cum alijs concordantibus adductis
*in Carpentoraten. hæreditatis 28. Iunij 1647. cor. bon. mem.
Bichio comprobatus in deciſione huius cauſæ, §. non obſtat.*

Quemadmodum confeſſionem extraiudicialem eiuſdem
Florettæ ſuper tali fiducia, & confidentia † attendendam 7
non eſſe ob ſingularitatem eorumdem Teſtium de ea depo-
nentium, qui licet eſſent ſingulares ſingularitate adminicu-
latiua, confeſſionem non probarent, quæ cùm ſit actus
momentaneus, non ſucceſſiuus † probari debet per duos 8
Teſtes de loco, & tempore conteſtes, Bald. *in l. 1. C. de Te-
ſtib.* Cyn. *in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* Afflict.
de-

dec. 364. *sub nu.* 4. Put. *dec.* 466. *lib.* 2. cum alijs relatis *in alia decisione*, §. *minus obstat*.

Hinc corruere donationem per eandem Flotettam fauore
9 Iacobi Iunioris emissam ex defectu † causæ finalis, quod nempè fuisset instituta dumtaxat hæres confidentialis, & grauata eidem Iacobo restituere, qua cessante cessare, & ipsam donationem tanquam illius effectum, probat Text. *in l. in omni*, *ff. de adopt. in l.* 1. *& in l. cum Ancilla*, *cap. de coniect. ob caus. & in l.* 1. *C. de donat. qua sub mod.* ad latè tradita per Grat. *discept.* 26. *numer.* 46. *&* 508. *num.* 24. *& seqq.* Non obstantibus alijs causis beneuolentiæ, & liberi arbitrij, cùm neutra sit intrinseca ratio motiua donantis, velut
10 illa oneris confidentialis † posita in procemio donationis, quæ sola causa finalis reputatur, vt docent Bald. *in l. generaliter nu.* 10. *C. de Episc. & Cleric.* Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2. Natt. *cons.* 609. *num.* 11. *lib.* 3. Rota *decis.* 285. *num.* 72. coram Reuerendissimo Vrgellen. cum alijs cumulatis *in prima decisione*, §. *exclusa autem cum seqq* vbi adduntur vrgentes coniecturæ, quarum præcipua est, quod donatrix commorabatur in Domo Donatarij senio confecta, ac ferè in mortis articulo constituta, ac donauit etiam propria bona, in quibus non aderat obligatio restituendi, altera quod donatio continet pactum euictionis, ad quod
11 regulariter donans † non adstringitur, & reseruationem vsusfructus, quæ in moribundis inanis est, & inutilis. Ex quibus, & alijs ibidem ponderatis præexistente falsitate
12 causæ † finalis arguitur donatricem circumuentam fuisse importuna instigatione donatarij, indeque donationem non substineri, Decian. *cons.* 32. *num.* 13. *&* 15. *lib.* 3. Rot. apud Mant. *dec.* 60. *num.* 6. apud Merlin. *dec.* 701. *eodem num. & firmatur in priori decisione*, §. *praterea*.

Nec releuare obiectum, quod non agatur de probanda fiduciaria, sed tantummodo de onere fideicommissi, ad quod probandum nec causa fideicommittendi, nec verba Testamenti hanc voluntatem Testatoris præferentia exi-
13 guntur, sed probatur † duobus Testibus etiam extrinsecus à Testamento iuxtà tradita per Ias. *in l. fin. nu.* 17. *cap. de fideicommiss.* Bart. *in l. nemo potest*, *vers. contra hoc*, *ff. de legat. primo*, quos sequitur Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 14. *tit.* 28. *numer.* 45. Rota apud Buratt. *dicta decis.* 616. *num.* 17.

Siquidem talis substitutio fideicommissaria in Testamento facta non legitur, quod sufficit, vt non dicatur iniun-
14 ctum † fideicommissum cuius negatiua ex inspectione Testamenti probari solet, Fusar. *qu.* 283. *in fin.* Hond. *cons.* 51. *num.* 68. *lib.* 2. Surd. *cons.* 129. *num.* 16. *cum seqq.* imò contrarium expresè desumitur dùm relicta eidem Iacobo Iuniori tertia hæreditatis, prohibuit, quod nec ipse, nec sui possint quocumque tempore aliquid petere super duobus alijs tertijs bonorum quocumque modo, & ex quauis causa,
15 quæ verba penitus excludunt † substitutionem fideicommissariam, & repugnant oneri restituendi per fideicommissum, Bart. *in l. quoties*, §. *si duo num.* 1. *&* 5. *ff. de hæred. instit.* Ruin. *cons.* 98. *num.* 11. *lib.* 2. Rnuit. *cons.* 47. *n.* 14. Rot. *decis.* 635. *num.* 4. *par.* 1. *rec. & in dicta Carpenteraten. hæreditatis* 28. *Iuny* 1647. §. *at in casu nostro*.

Ideò non vrgere, quod ad probandam voluntatem Testatoris duo Testes sufficiant plures enim non requiruntur ad ineuodam probationem super interpretatione fideicom-
16 missi, & declaratione † verborum Testamenti, secus autem vbi probatio tendit ad euertendam institutionem directam, & inducendam ex integro fideicommissariam, cui
13 mens Testatoris ex Testamento manifestissima † repugnat; Iure enim requiri probationem per septem Testes ita declarando inquiunt DD. *in l. heredes palam* 21. §. 4. *si quid post factum*, *ff. de Testam.* vbi Bart. *num.* 4. Cast. *num.* 2. *&* 4. *in fin. & num.* 15. latè probat Simon de Pret. *de interp. vlt. vol. lib.* 1. *fol.* 17. *num.* 28. *&* 40. *& fol.* 47. *num.* 3. *&* 8. Surd. *cons.* 129. *num.* 34. *& seqq.* Hond. *cons.* 51. *num.* 73. *cum alijs seqq. lib.* 2. Natt. *cons.* 363. *sub nu.* 20. Rota *dec.* 351. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* cum alijs superiùs allegatis.

Et quamuis etiam sufficerent, hic deficerent, nam & si
18 examinati fuerint viginti, & vltra, † tamen omnes sunt singulares, & patiuntur exceptiones tam in personis, quàm in dictis, vt firmatum fuit *in alia decisione*, §. *non releuant Testes*, & latè prosequitur *decisio Rota Aueniouen. facta in hac causa die* 3. *Iuly* 1653. *à num.* 52. *vsque ad num.* 110. pro-
19 pter quas † vti defectuosi, & inhabiles ad inuicem suppleri non possunt ex numero, Farinac. *de Testib. qu.* 62. *num.* 317. *&* 343. *cum seqq.* Crauett. *cons.* 6. *num.* 125. *& cons.* 99. *num.* 10. Surd. *cons.* 61. *num.* 56. *cum seqq.* dixitque Rota apud Merlin. *dec.* 277. *num.* 11.

Et ita standum esse in decisis vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. P R I O L O.

Romana locorum Montium.

Veneris 14. *Iunij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Filius cui debetur legitima potest illam etiam ex bonis legatis detrahere; quantumuis in hæreditate adsint alia bona, ex quibus illius quoque detractio fieri potuisset, & quando.

S V M M A R I V M.

1 *pro Legitima competit hypotheca, & datur immissio.*
2 *Legitima est fauorabilior pia causa, & antè eam detrahitur.*
3 *Legitima detrahi, quando possit ex bonis legatis, & quando non.*
4 *Bona legata, vt non possit ex illis detrahi legitima, probari debet etiam cætera esse eiusdem qualitatis.*
5 *ex Bonis feudalibus, quæ sine regio assensu alienari non possunt an detrahatur legitima.*
6 *Legitimam filio, ex incertis corporibus assignare, quando possit iudex.*
7 *Sequestrum non priuat possessione, sed suspendit perceptionem fructuum.*
8 *Bona quando dicantur litigiosa.*
9 *Donatarius particularis non tenetur ad debita donantis.*
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immissionem vigore Saluiani.*
11 *Dominium locorum Montium probatur ex attergatione cum libera dispositione.*

D E C I S I O CCCLXIII.

Concessa super locis Montium, de quibus agitur hæreditarijs Principissæ Hieracis immissione pro tertia parte D. Principi eius filio in legitima instituto, & pro alijs duabus partibus D. Consiliario Nauarrettæ hæredi fiduciario, *iux. decis. editam sub die* 4. *Iulij præteriti coram me*: Non acquieuit Nauarretta resolutioni quoad legitimam, vnde reassumpta desuper disputatione, neque denuò exactè discussa DD. in decisis perstiterunt.

Quia receptissima est conclusio in decisione firmata, quod pro legitima competit hypotheca, ac datur etiam im-
missio, † quæ vt in hoc casu, fuit specialiter in testamen- 1
to relicta secundum Rip. *in l. in quartum num.* 115. *ff. ad leg. Falcid.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 13. *sub nu.* 73. *& seq.* Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 158. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *qu.* 3. *num.* 3. *& seq.* Rota coram Buratt. *dec.* 115. *num.* 12. coram Eminentissimo Orthobono *dec.* 73. *nu.* 6. *& in Romana hæreditatis de Fabys* 11. *Marty* 1644. *coram bo. me. Bichio.*

Etiam ante detractionem ad pias Causas, quia legitima est fauorabilior quacumque pia causa, iuxt. celebrem sententiam Dini Augustini *in cap. vlt.* 17. *quæst.* 4. Castren. *cons.* 456. *num.* 4. *lib.* 1. Roland. *cons.* 39. *nu.* 24. *& seq. lib.* 3. Peregrin. *cons.* 31. *num.* 18. *lib.* 4. Cyriac. *controu.* 304. *num.* 16. *& seq.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 10. *num.* 2. Rota coram sa. me. Greg. *dec.* 539. *nu.* 5.

Non obstat, quod regulariter detrahi non possit ex bonis alteri relictis dum alia in hæreditate supersunt.

Quia obiectum procedit, quando bona super extantia sunt eiusdem qualitatis, & bonitatis, & æquè vtilia, & commoda † sicut ipsa bona legata non autem è contra, vt probant Gabr. *cons.* 38. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. Gratian. *discept.* 700. *num.* 24. Merlin. *de legit. dicto lib.* 2. *tit.* 1. *quæstione* 10. *num.* 10.

Talia autem esse bona super extantia in hæreditate Prin-
cipissæ tantum abest, quod probetur, vt debet ab allegan- 4
te, *ex authoritatibus in decisione congestis*, §. *sed ex illis in fin.*

Quin

Quin prorsus excluditur tum ex quo sunt feudalia, quæ
3 alienari non possunt sine regio assensu, † ac vlterius non
reddunt eundem fructum, ac loca montium, vt dixit Rota
coram Cardinali Seraph. *dec.* 30. *num.* 3. *& dec.* 94. *num.* 56.
& seq. par. 7. *rec.* Tum quia sunt litigiosa intricata, ac plu-
ribus sequestris obnoxia, vt constat ex Iuribus relatis *in*
Summario Principis num. 1. Quapropter non tenetur filius
6 ea recipere pro suæ legitima; † Nam licet Index possit ar-
bitrari, vt illa soluatur ex certis corporibus arbitrium ta-
men extendi non debet ad bona peiora, ac filio damnosa,
vt latè tradit Peregr. *de fideicommiss. artic.* 36. *num.* 13.
& seqq.

Nec dubitari potest de effectuatione sequestrorum.

Quia satis iustificatur ex iuribus in eodem *Summ. relatis*
num. 2. *& in alio additionali nu.* 2.

Nihil obstante, quod Princeps in solutione releuij enun-
cietur possessor dd. bonorum, quia talis etiam dicitur passus
7 sequestrum iudiciale, † quod non priuat possessione, sed
dumtaxat, eo durante suspendit perceptionem fructuum,
ex alleg. à Modern. Perusin. *de manut. obser.* 52. *num.* 6. *&*
seq. At esto, quod non essent effectuata, nihilominus so-
8 la decreta pro eis emanata operantur, † vt bona reputari
debeant litigiosa, & intricata, vt ponderauit Rota *decis.*
528. *nu.* 3. *par.* 3. *rec.*

Minus releuat exceptio crediti contra Principem opposi-
ta tamquam donatarium Patris debitoris pro dote materna.
Nam præter quod non est donatarius vniuersalis, sed parti-
9 cularis, † qui non tenetur ad debita donantis *per tex. ex-*
press. in l. Oratoris alieni, Cod. de donat. cum alijs relatis *in*
præcedenti decisione, §. *Demum non subsistit*.

Huiusmodi exceptio, vtporè requirens altiorem indagi-
10 nem non impedit immissionem vigore † Saluiani saltem
pro indiuiso, vt in specie respondit Rota *dec.* 19. *num.* 12.
par. 5. *rec.* & coram bo. me. Merlin. *decis.* 552. *num.* 11. *ac*
dec. 566. *sub num.* 15. *vers. Demum non obstat*.

Postremò gratis repetitur, quod loca montium non
sint propria D. Principissæ, quia hoc admisso neque sobstine-
retur immissio Concessa Nauarrettæ, tanquam eius hæredi
super alijs duabus partibus eorumdem locorum, sed esse
propria ipsius Principissæ conuincunt declarationes factæ ab
11 Emptore, ac attergatio † litterarum Patentium, cum li-
bera dispositione ad illius fauorem, vt ponderatum fuit *in*
1. *Decisione*, §. *Quia contrarium &c.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Alatrina Dotis.

Lunæ 17. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Sentencia iniusta non transit in iudicatum. *Verba, dedit, cessit, &c.* posita in instrumento venditionis, quando transferant possessionem, & quando non. Dolus ex assertione falsa arguitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ob non prosecutam appellationem intra biennium.*

2 *Sententia vitio iniustitiæ obnoxia, non transit in iudicatum.*

3 *Executiuè potest procedi stante obligatione Camerali.*

4 Verba, dedit, cessit, assignauit, &c. *posita in instrumento, quid importent.*

5 Verba, dedit, cessit, &c. *posita in instrumento cessionis, non important translationem possessionis si partes non sint in conspectu rei, de qua agitur.*

6 *Possessionem in aliquem, quis transferre non valet dum eam non habet.*

Clausula', constituti, *nullam vim habet transferendi possessionem, si quis eam non habeat, num.* 6.

7 Verba, dedit, cessit, assignauit, &c. *posita in instrumento venditionis, quando transferant possessionem, licet non fiat in facie rei, & nu.* 9.

9 *Assignatio rei, facta sub certis, pactis, & conditionibus, vt ea intret sunt iustificanda dicta conditiones.*

10 Verba, *quod quis aliquid possidebat, ex dictis verbis non potest argui ad translationem possessionis.*

11 *Dolus ex assertione falsa causa regulariter arguitur.*

12 *Confessio, quæ emanauit ex erronea assertione non nocet.*

13 *Confessio erronea debet omninò corruere.*

14 *Assignatio rei facta sub certa conditione, vt habeat suum effectum, adimplenda venit, & nu.* 15.

16 *Obligatio Cameralis, quando est vulnerata, ordinariè procedendum.*

DECISIO CCCLXIV.

PRo satisfactione dotis à Hieronymo Patre Elisabettæ fi-
liæ in scutis quingentis constitutæ iuxta formam pro-
priæ obligationis ipsemet Hieronymus scuta centum Persio
Viro persoluerat pro reliqua verò summa partem Tenutæ
Zancati ijsdem sub iuribus, quibus eam pro dote receperat
coniugibus assignauerat. Adiecto insuper pacto, quod si
matrimonialia Capitula inter Hieronymum, ac Flauiam an-
te contracta ab Instrumento assignationis in substantiali-
bus dissentirent tunc actio in pecunia pro quantitate scuto-
rum 400. Persio competeret. Quam sanè actionem cum
pro eorumdem scutorum consecutione Persius contra Hie-
ronymum intentasset, sententiam omninò contrariam ob
non prosecutam in tempore appellationem, in iudicatum
successiuè prolapsam reportauit, super cuius Sententiæ iu-
ribus commissa mihi causa dubium hodie proposui, an iu-
dicatum ipsa transiret, vel potius fauore coniugum debeat
mandati relaxatio decerni, in omnibus resolutum nega-
tiuè.

Licet enim ob non prosecutam appellationem infra bien-
nium absque prorogatione † fatalium sententia regulariter 1
in iudicatum transire consueuit, *iuxt. authen. hodie, C. de*
appellat. cap. cum sit Romana eodem titulo, Felin. *in cap. quo-*
niam frequenter in fine, vt lit. non contest. Rota coram Bu-
ratt. *dec.* 885. *num.* 1. *& in Tirasonen. Vnionis 26. Iunij 1645.*
coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono inter impres-
sas dec. 44. *num.* 4. Attamen præfata conclusio nullitaris ad- 2
mittitur si prout in præsenti casu, sententia vitio iniustitiæ
probetur obnoxia, vt not. communiter DD. *in l.* 4. §. *conde-*
mnatum, ff. de re iudic. Felin. *in cap. super litteris num.* 15.
de rescript. Rota coram Seraph. *dec.* 1123. *nu.* 6. *& dec.* 594.
nu. 4. *p.* 2. *rec. & in Rauennaten. Pecuniaria 1. Decemb.* 1653.
in principio coram me.

Quæ sanè iniustitia exinde desumitur, quod A. C. Hie-
ronymum à solutione scutorum 400. reddidit immunem, li- 3
cet eiusdem dotis effectiua solutio, vel consignatio Tenutæ
nulla præcesserit iuxta formam promissionis Camerali obli-
gatione vallatæ ex cuius vi poterat executiuè procedi, ad
tradita per Castrens. *in l. post rem iudicatam in fine, ff. de re*
iud. Galles. *de obligat. Cameral. par.* 1. *qu.* 2. *num.* 11. *&* 12.
Rota coram Vrgellen. *dec.* 404. *num.* 4. *& in Fulginaten.*
Census 24. May proximi præteriti coram me, & in his ter-
minis iniustitiam sententiæ deduxit, Rota *dec.* 381. *num.* 2.
par. 2. *rec.*

Nec aliqua Tenutæ † portio ex his verbis Instrumenti, 4
dedit, cessit, assignauit, in coniuges translata præsumitur.
Præterquam enim eadem verba † extra conspectum Te- 5
nutæ prolata translationem possessionis nullatenus pote-
rant operari, sed facultatem dumtaxat attribuere eandem
auctoritatem propterea apprehendi, iuxta doctrinam Bar-
tol. *in l. prædia nu.* 1. *&* 4. *ff. de acquiren. possess.* Alex. *cons.* 28.
num. 3. *lib.* 2. Roman. *cons.* 482. *num.* 2. *in fin. cum seqq.* Aym.
cons. 245. *nu.* 13. Speculat. *in tit. de empt. & vendit.* §. *sciendum.*
num. 32. *vers.* sed qui si in Instrumento quælibet ex iurata fi-
de Testium remouetur obiectio, concludentium nimirum
partem aliquam Tenutæ à Hieronymo nunquam extitisse
possessam. Vnde nec † ipse ius possessionis coniugibus va- 6
luit attribuere licet clausula *constitui* in Instrumento apposi-
ta foret ea namque vim aliquam habere non poterit quoties
bona, vt in proposito casu, penes ipsum constituentem
haud existant, vt not. Angel. *in l. quadam mulier nu.* 2. *vers.*
item attende, ff. de re iudic. Alex. *cons.* 2 *num.* 2. *lib.* 4. Gra-
tian. *discept. forens. cap.* 954. *num.* 3. Afflict. *dec.* 335. *num.* 4.
Rota coram Seraph. *dec.* 302. *num.* 6. coram Buratt. *dec.* 136.
num. 11. *& in Perusina Bonorum 18. Iunij 1649. in* §. *alterum*
verò coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado.

Nec releuare visum fuit, quod in casu concursus tradi-
tionis † comprobantis ex eisdem verbis licet extra rei con- 7
spectum

pectum prolatis præsumatur translata possessio, iuat. teat.
in l. 1. Cod. de donat. Speculat. *de empt. & vendit. ad dicto §. sciendum num. 3. vers. item etiam*, Soce. sen. *cons. 55. nu. 8. lib. 4.* Gratian. *discept. forens. cap. 10. num. 29. cum seqq.* Rota
penes Pacif. de Saluian. *dec. 181. num. 5.* Siquidem limitatio
8 prædicta proposito casui congruere non † valet, quo In-
strumentum præseferens assignationem Tenutæ factam
Hieronymo, nullatenus Pertio traditum fuisse probatur.

Hinc vrgere non poterit, quod sub ijsdem pactis, & con-
9 ditionibus eadem assignatio processerit, † quibus ipsemet
Hieronymus portionem Tenutæ pro dotali iure receperat,
ità vt iurium dumtaxat sibi competentium cessio exinde de-
ducatur, vt adnotat Natt. *cons. 38. num. 1. & 2.* Mangil. *de euict. qu. 151. num. 3.* & respondit Rota *in Rom. Cambiorum*
16. *Marty* 1640. *in §. præterea aduersabatur*, & 10. *Iuny eiusdem anni in §. qua omnia facilius coram R. P. D. meo Decano.* Dum enim Hieronymus in Instrumento asseruit
10 à semetipso Tenutæ partem tunc possideri † nequeunt ea-
dem verba ad cessionem simplicem coarctari. Quinimò
animus exindè potius elicitur decipiendi propriam filiam,
11 dum dolus ex assertione † falsa regulariter argui solet, iust.
teat. *in l. si quis affirmauerit*, *§. 1. ff. de dol.* Aym. *cons. 282. num. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 52.* Rota
coram Seraph. *decis. 617. num. 4.* & coram Buratt. *decis. 361. num. 11.*

Vnde non vrget integræ dotis receptæ confessio sub ge-
12 nerali quietantia à coniugibus peracta. Cùm ea † ex er-
ronea, ac falsa Hieronymi assertione prodierit, quod sci-
licet Tenutæ partem possideret, ac ex defectu consensus
13 consequenter debet omninò corruere, † iuxta doctrinam
Bartol. *in l. damus principio*, & *num. 3. & 4. ff. de condit. indebit.* Paris. *cons. 12. num. 96. cum seqq. lib. 2.* Dec. *cons. 475. num. 30. & 31.* Gabr. *cons. 62. num. 34. lib. 2.* Grammat. *decis. 59. num. 5.* Surd. *dec. 114. num. 19.* Rota coram Buratt.
dec. 282. nu. 1. & 9.

Animaduertebant prætereà Domini nuptiarum Capitula
ab Instrumento assignationis Tenutæ Hieronymo successi-
14 uè peractæ esse difformia in ijs, † quippè iure dominij ab
Annibale eodem Tenuta pollicetur, at in Instrumento pro
dotali pignore dumtaxat cum facultate eandem redimendi,
legitimè attributa, adeoque hac conditione purificata Hie-
15 ronymus † potuit pro summa scutorum 400. in vim pacti
conueniri, iust. teat. *in l. cedere diem, ff. de verb. significat.*
not. Bartol. *in l. ita stipulatus num. 51. vers. aut conditio, ff. de verb. obligat.* Rota coram Verall. *dec. 272. nu. 1. & 2. p. 2. & decis. 109. num. 1. par. 7. recent. & in Romana Camby* 9. *Iuny* 1649. *in §. impleta vero coram bo. me. Arguelles*, & *in Melitana Camby* 1. *Aprilis proximi præteriti in §. hinc barattaria coram me.*

Attamen mandati relaxationi in fauorem Pertij locus esse
non poterit ex quo A. C. sententia obligationis substantiam
16 elisit, ac viæ, executiuæ proinde vulnus inflixit, ita † vt de-
beret ordinariè procedi, vt adnotat. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 6. nu. 235. & 238.* Gratian. *discept. forens. cap. 968. num. 2.* Rota *decis. 132. num. 12. vers. siquidem par. 2. diuers.*
coram Buratt. *dec. 329. num. 6.* coram bo. me. Cocc. *dec. 78. num. 5.* & cum alijs plenè congestis *in Romana Pecuniaria* 5.
July 1655. *in §. siquidem coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & *in Romana, seu Ferrarien. Pecuniaria* 14. *May* 1656. *in principio coram me.*

Et ita Hieronymum pro solutione scutorum 400. ac fru-
ctuum decursorum, posse conueniri responsum fuit vtra-
que &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Toletana Beneficij.

Luna 17. *Iuny* 1658.

ARGVMENTVM.

In subrogatione gratiosa, quæ veniant probanda, & an locum habeat in beneficijs vnitis.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa, quas iustificationes requirat.*
2 *Clericatus probatur, ex litteris patentibus ordinarij.*
3 *Obitus probatur per testes de publica voce, & fama deponentes.*
4 *Item ex attestatione Parochi.*
5 *Aprilis est mensis reseruatus Sedi Apostolicæ.*
6 *Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante sunt reseruata Sedi Apostolicæ.*
7 *Vnio beneficij, quando suffragetur, & quando non aduersus reseruationes Apostolicas.*

DECISIO CCCLXV.

Concordi DD. suffragio resolutum fuit sententiam
Rotalem ad fauorem Ioannis Passerini super execu-
tione litterarum Apostolicarum tanquam validam, & iu-
stam esse confirmandam: Validitas etenim probatur ex re-
uolutione Processus, & iustitia resultat, ex eo quod Passa-
rinus omnia iustificauit in huiusmodi subrogatione necessa-
ria, † suum nempè Clericatum, obitum Sancij in Posses- 1
sionem Beneficij controuersi, & huius reseruatione, Rota
post alios coram Eminentissimo D. Card. Otthobono *decis. 154. num. 1. Bambergen. Præpositura* 24. *Marty* 1656.
coram Reuerendiss. D. meo Decano in princ. & sub §. Prouisio siquidem.

Clericatus autem Ioannis, & obitus Sancij in possessio-
ne probantur, † ille ex litteris patentibus sui Ordinarij Sum. 2
num. 5. Rota *in Burgen. Benef. de Ontana* 1. *July* 1654. *cor. R. P. D. meo Meltio*, & *in Colonien. Canonicatus* 28. *Iuny*
1656. *in princ. coram bo. me. Dunozett.* † Hic verò ex testi- 3
bus de publica voce, & fama deponentibus, Rota coram
fa. me. Greg. *dec. 166. num. 7. & in Calagarisana Archidiaconatus* 26. *May* 1656. *coram Reuerendiss. D. meo Decano,*
§. Obitus Didaci, † & vlterius ex confirmatione Bernardi- 4
ni Parochi antecessoris, Rota coram Buratt. *dec. 300. nu. 6. ibique add. nu. 13.*

Reseruatio etiam sufficienter iustificari visa est, tum ex
eo quod Sancius obijt Anno 1644. de mense Aprilis præsen-
ti Summ. num. 6. qui † mensis Sedi Apostolicæ est reserua- 5
tus, Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 11. num. 10.* Rota coram Duran.
decis. 391. num. 2. cum alijs *in decisione Reuerendissimi D. mei*
Zarate nunc Præsidis Vallisoletani sub §. quamobrem, † tum 6
ex quod id contigit Sede Archiepiscopali vacante, quo tem-
pore Sedi Apostolicæ Beneficia reseruata sunt, vt per Lot-
ter. *de re benef. lib. 2. qu. 2. nu. 29. & alij in præfata decisione adductis.*

Nec reseruationem impedire potest vnio de hoc Beneficio
Sede vacante facta ad fauorem Beneficij Curati. † Quia vt 7
responsum fuit in alia decisione cùm agatur de Beneficio re-
seruato vnio nihil operari potest, vt per Rotam coram fa. me.
Greg. *dec. 419.* ibique Add. *num. 7.* Quæ † autem adduci 8
possent in contrarium habent locum in vnione facta ante-
quam Beneficium vacaret, & de tempore quo Sedi Aposto-
licæ non erat reseruatum, vt sæpè declarauit S. Concil. Con-
gregatio, & not. Add. *vbi supra*, Rot. *pluribus relatis in Marianen. seu Accianen. Benef.* 13. *May* 1650. *in fin. coram Reuerendissimo Tarraconen. & 23. Ianuar.* 1561. *§. quia cum coram Eminentissimo D. Card. Corrado.*

Et ita altera tantùm, altera pluries citata resolutum
fuit &c.

R. P. D. PRIOLO.

Calagurritana Beneficij de Bilbaò.

Luna 17. *Iuny* 1658.

ARGVMENTVM.

Diffamatus de Simonia si non priuatur beneficio assecuto, repellitur tamen ab assequendo, præsertim in concursu alterius à tali macula immunis.

SVMMARIVM.

1 *Diffamationes de Simonia non priuat diffamatum beneficio assecuto.*
2 *Diffamationes de Simonia repellunt diffamatum à consecutione beneficij.*
3 *Sententia lata ex hactenus deductis, & non ex capite innocentiæ non purgat à macula, & ratio datur, num. 4.*

5 *In-*

5 *Inquisitus de Simonia in concursu alterius non inquisiti post habetur, quod amplia, vt nu.6. & 7.*
6 *Inquisitus de Simonia ratione publici scandali repellitur ab assecutione beneficij.*

DECISIO CCCLXVI.

ITerum in hac tertia Instantia Rota censuit Beneficium
Controuersum fore adiudicandum Ignatio de Arbolanca
excluso Antonio de Goiri propter illius diffamationem
commissæ simoniæ in oppositione huius Beneficij, quæ
abundè probatur, vt ab eo sit repellendus, & in Iudicio
prælationis cum Ignatio succumbat.

Probatio resultat ex Testibus deponentibus etiam de pu-
blica voce, & fama traditam fuisse pecuniam vni ex Exa-
minatoribus synodalibus, vt Antonius approbaretur, &
Ignatius reprobaretur, & satis concluditur ex Inquisitione,
& promulgatione sententiæ, cum subsequuta paciscentium
1 carceratione, † quæ licet haud satis essent ad incurren-
dam priuationem Beneficij iam assecuti, ea latè deductis
per Marescott. *var. resol. lib.2. cap.35. nu.18. cum seqq.* Rota
2 coram Card. Seraph. *decis.1029. num.1. & per tot.* † tamen
vbi agitur, prout hic ad repellendum aliquem ab assecutio-
ne Beneficij obtinendi sufficiunt, Marescott. *vbi supra num.*
19. & semper tenuit Rota signanter coram eodem Seraph.
dec.516. num. 3. & 4. & dec.77. in principio post cons. Farin.
lib.1. cum alijs relatis *in dec.* 202. *nu.* 16. coram Eminentissi-
mo D. Cardinali Otthobono.

3 Cui nihil suffragatur sententia absolutoria, † cùm lata
non sit ex capite innocentiæ, nec liquet ex ea Reum fuisse
per calumniam inquisitum, & denunciatum, prout respon-
dendo huic obiecto requiri tradidit Loter. *de re benef. lib.2.*
4 *num.150. & seqq.* Sed ex hactenus deductis. Vnde † licet
Antonius non fuerit iudicatus culpabilis ad defectum suffi-
cientis probationis delati criminis, quia tamen nouis super-
uenientibus probationibus sub hac forma absolutus, iterum
vexari potest ob remanentem maculam ex diffamatione
5 contractam, † hoc satis est, vt in concursu Ignatij hanc
notam non habentis à Beneficio repellatur, vt firmatum
fuit *in decis.* 219. *num.* 3. & 521. *eadem nu.*3. *par.* 3. *recen.* &
plenissimè resolutum fuit in decisionibus huius causæ, 5. *Iu-
lij* 1655. *§. nihil suffragatur, & 15. Maij* 1656. *§. penult. co-
ram bon. me. Bichio, & 8. Iunij* 1657. *§. nec Antonio coram
R. P. D. meo Beuilaqua, & coram me super denegatione re-
missoria 28. Ianij præteriti, §. vltimo quod sententia.*

Hinc autem grauata eius opinio, & fama denigrata re-
manserit, cæteræ qualitates attendendæ non sunt, namque
6 prærogatiuæ Sacerdotij maioris ætatis, & similes † de Si-
monia diffamato prælationem non tribuunt, vt responsum
fuit in secunda decisione bon. me. Bichij, *sub §. hic est casus*
7 *noster*, † sed Ignatius ab examinatoribus in gradu opinio-
nis approbatus eidem est præferendus, Lotther. *d. tract.
quæst.31. num.144. cum seqq.* Rota *dec.566. num. 2. par.4. di-
uers.* & vbi etiam nullum alium defectum pateretur, quia
tamen ingens scandalum præbiturus, si esset Beneficium
8 assequutus, † Ideò ex hoc solùm est repellendus, ad trad.
per Abb. *in cap. 1. num. 6. & seqq. de elect. comprobatur in
1. dec. bon. me. Bichij, §. Hac tamen, & in dec. R. P. D. mei
Beuilaqua, §. nec Antonio in fine.*

Et ita pro sententiæ Rotalis informatione Ignatio tantùm
informante, Antonio autem pluries citato resolutum fuit.

R. P. D. MELTIO,

Bononien. Prædij.

Mercurij 19. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Mandata validè relaxata sunt exequenda. Executor merus nulliter in meritis causæ cognoscit bona data in dotem inæstimata; ipsa, & non alia prætendi possunt in restitutione eorum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum executiuum, quando validè est relaxatum, tunc non est retardanda executio, nu.2.*
3 *Ex actorum reuolutione probatur validitas mandati relaxati.*
4 *Validitas, vel inualiditas sententiæ probatur ex reuolutione processus.*
5 *Sententia iustitia benè iustificatur ex decisionibus in causa factis.*
6 *Executor merus non potest præter disposita in mandata excedere.*
7 *Executor merus, sine vitio nullitatis non potest cognoscere super nullitate exceptionum.*
8 *Iudex superior dum manum apposuit super aliqua causa, tunc Iudex inferior in ea nullo modo se intromittere valet.*
9 *In dotem, quando fuerunt data bona inæstimata, tunc alia bona non possunt in casu restitutionis.*
10 *Bona data in dotem inæstimata, ipsa sunt restituenda secundum statutum Bononiæ.*
11 *Idemque procedit secundùm dispositionem Iuris communis.*
12 *Assertio eius, qui habet interesse in causa; & est præiudicialis tertio non venit attendenda.*
13 *Vidua, quando fuit satisfacta de sua dote, non potest aliud prætendere in bonis mariti, num.14.*

DECISIO CCCLXVII.

POstquam præuia decisione emanata coram R. P. D. meo
Albergato sub die 5. Iunij 1655. superuenit decretum,
quo per viam purgationis Attentatorum fuit demandatum,
vt procederetur ad vlteriora in executionem Mandati Ro-
talis relaxati ad fauorem D. Marchionis Ioannis Mariç Fon-
tanæ etiam respectu Prædij Calcatiæ, necnon aliorum bo-
norum, quæ prætendebantur optata à D. Comitissa Iulia
Cappacello pro repetitione suç Dotis, fuit ab ipsa appellatum
infra legitima tempora, ac etiam habitus recursus ad signa-
turam, à qua obtinuit mihi rescribere cum clausula, vt pro-
cederetur ad vlteriorem legitimam exequutionem, vnde ad
formam rescripti proposito sub hac die dubio an esset proce-
dendum ad legitimam exequutionem, affirmatiuè fuit per
DD responsum.

Ratio resolutionis fuit, quia cùm assertum mandatum
Rotale relaxatum † ad fauorem supradicti Marchionis 1
Fontanæ contra bona hæreditaria Bulcherij debitoris ad
quem spectabat d. Prædium Calcatiæ sit validum, & iustum,
vlterior † exequutio super eo denegari minimè potest, vt 2
firmauit Rota, *decis.* 38. *num.* 3. *par.* 7. *recentior.* & fuit re-
solutum *in Maioricen. Beneficij 17. Decembris præteriti co-
ram R. P. D. meo Verospio.*

Validitas autem vltra quod non controuertitur satis eui-
dens apparet ex reuolutione Processus, † ex quo desumitur 3
probatio illorum omnium, quæ requiruntur, *iuxta vulgat.
decis.* Caputaquen. 260. *par.*2. *& dec.* 123. *& 139. par. 3. &
decis.708. num.1. par.2. recent.* Nec dubitari † potest, quin 4
validitas, vel inualiditas Sententiæ probetur ex reuolutio-
ne processus, vt tradidit Vestr. *in prax. lib. 4. cap.*1. Rota *in
recentior. decis.*204. *num.*1. *par.*1. *& decis.*178. *num.*1. *par.*2.
& coram Coccin. *decis.* 429. *num.* 1. & fuit dictum *in Colo-
nien. Abbatissat.2. Martij* 1643. *coram Reuerendiss. Compo-
stellano.* Iustitia etiam d. mandati † patens est ex d. Deci- 5
sione emanata in hac causa *coram R. P. D. meo Albergato*,
quæ vt satis esse possit ad ostendendam illius iustitiam, di-
ctum fuit *in dec.*617. *num.*2. *par.*1. *recentior. & dec.*678. *n.*1.
*par.*2. coram Gregor. XV. *decis.*524. *num.* 4. & aliàs sæpis-
simè.

Obstare neque visum fuit asserta declaratio Prætoris Bo-
noniæ super eo facta, vt nempè competat actio Dominæ
Comitissæ Cappacellæ † respectu Prædij Calcatiæ, de quo 6
principaliter agitur pro restitutione suæ Dotis. Quoniam
cùm ille esset merus Exequutor Mandati Rotalis relaxati
contra bona hæreditaria Bolcherij Debitoris, † vtique non 7
potuit ille citra nullitatis vitium causas contradictionum co-
gnoscere, & disposita in d. mandato restringere, Bald. *in
cap. super quæstionum nu.* 1. *de Offic. delegat.* Surd. *cons.*405
num. 16. *lib.* 3. Rota *dec.* 576. *num.* 6. *par.*4. *rec.* & coram
Eminentiss. D. Card. Otthobono *dec.*95. *num.* 36. & hoc
pluribus doctrinis etiam con probat supracitata decisio hu-
ius causæ *coram R. P. D. meo Albergato*, & nuper firmauit
Rota in Perusina Attentatorum 8. Februarij proximi præ-
teriti *sub §. hinc vrgere coram R. P. D. meo Verospio*, ratio
autem est, quia vbi Iudex Superior semel manum † appo- 8
suit

suit ad aliquam causam committendo, vel aliter cognoscen-
do, tunc non potest Iudex inferior in ea vllo modo se intro-
mittere, iuxta doctrinam Baldi *in l. si vt proponis 4. nu. 12. vers. quem Papa delegauit, C. quomodo, & quando Iud.* cum
alijs relatia per Surd. *dec. 175. nu. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 40. num. 33.*

Et multò magia id procedere debet, quia cùm eadem
9 D. Comitissa tradiderit † in Dotem Boschetto viro diuersa
bona non æstimata, inter quæ comprehensum non fuit præ-
dium Calcariæ controuersum, sequuto ipsius viri obitu non
potuit ipsa Comitissa Cappacella eligere alia illius bona hæ-
reditaria sicuti nec D. Bononiæ Prætor potuit aliter proce-
dere, quàm per solam assignationem eorumdem bono-
10 rum, quæ iam fuerant ab ipsa Vxore in Dotem tradita iux-
ta dispositionem statuti Bononien. *lib. 4. Rubr. de dot. rest. sub §. item dicimus*, idemque procedit etiam de Iure com-
11 muni, † vt testatur Alea. *cons. 38. nu. 2. in fin. lib. 2.* Gabr.
cons. 60. num. 70. lib. 2. Rota coram Merlino *dec. 792. num. 1.*
cum alijs relatis *in eadem decis. R. P. D. mei Albergati sub §. Iniustitia vero resultat.*

Minus releuat, quod præsupponitur, vt Boschettus ex
bonis dotalibua Comitissæ Cappacellæ vaoris retraaerit scu-
ta 10. mill. monetæ. Quia præterquam quod hoc non iu-
stificatur nisi ea confessione Claudij filij, quæ tanquam me-
rè præiudicialis, ac nociua Creditoribua Patris nullatenus
illi obesse potest, vt firmat Rota coram Coccin. *decis. 321. num. 2.* & coram Merlino *decis. 543. nu. 9. & decis. 820. nu. 8.*
12 obiectum huiusmodi prorsus eliditur, ea quo eadem Comi-
tissa in satisfactionem suæ Dotis recepit in solutum ab eo-
dem Claudio filio Palatium Bononiæ eaistens in Contrada
Galeræ pro libris 28. mill. & pro residuo tot nomina Debi-
13 torum, vndè nulla ampliua ei actio † competebat aduer-
sua bona hæreditaria mariti post d. Dationem in solutum,
quæ adeò veræ resolutionis naturam assumpsit, vt eatincta
remanserit quæcumque primæua obligatio, & hypotheca
ad notata per Surd. *cons. 531. nu. 7. & decis. 51. num. 3.* Paci-
fic. de Saluian. *inter. dict. inspect. 3. cap. 2. num. 369. & 307.*
Rota *decis. 278. num. 21. par. 5. & decis. 114. num. 15. par. 7. recent.* & coram Merlino *decis. 517. num. 8.* Et ita resolutum
fuit informante tantùm D. Marchione Io. Maria Fontana,
altera tamen parte pluries intimata, ac informata recu-
sante, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Mediolaneñ. Pensionis.

Mercurij 25. Iunij 1658.

A R G V M E N T V M.

Agitur hìc quando distributiones quotidianæ de-
beantur ratione interessentiæ, & quando ratione
residentiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia validitas resultat ex reuolutione proces-
sus.*
2 *Sententia iustitia resultat ex decisione causa.*
3 *Fructus non debentur nisi à die mota litis, & nu-
mer. 4.*
5 *Fructus debentur, etiam ante motam litem, quando pe-
tuntur, vt sors principalis, & nu. 6. & 7.*
8 *Singulorum consensus nihil operatur in re ad omnes com-
muniter spectante.*
9 *Distributiones quotidiana debentur ijs, qui diuinis offi-
cijs intersunt.*
10 *Difficultas exactionis iuris acquisitiones non impedit.*
11 *Distributiones reposita in massa communi debentur resi-
dentibus de tempore exactionis.*
12 *Distributiones quotidiana comprehendere possunt fructus
massa collegialis.*
13 *Residentia, & interessentia differunt inter se.*
14 *Distributiones quotidiana non nisi interessentibus conce-
di solent.*
15 *Distributiones reposita in massa residentiali quibus de-
beantur.*
16 *Distributiones quotidiana non veniunt appellatione fru-
ctuum beneficij.*
17 *Distributiones quotidiana debentur contemplatione labo-
ris, non autem beneficij, & nu. 18.*
19 *Conclusio proxima declaratur.*
20 *Verba clara dispositionem non inducunt, & nu. 21.*
22 *Redditus massæ grossa constituuntur etiam ratione Diuini
cultus, & Ecclesia seruitij.*
23 *Testes deponentes per verba dubitatiua non pro-
bant.*
24 *Distributiones reposita in massa non residentiali succe-
dunt loco prabenda.*
25 *Modus distribuendi distributiones quotidianas declaran-
tur à consuetudine.*
26 *Obseruantia est optima interpres dispositionum.*
27 *Obseruantia interpretatiua non indiget prascriptione,
sed sufficit ita semel fuisse obseruatum.*

D E C I S I O CCCLXXVII.

ABsoluto Iudicio contra Capitulum Ecclesiæ Metropo-
litanæ Mediolanen. tam super Iure eaigendi in futu-
rum, quàm super condemnatione restituendi terminos à
die motæ litis decursos officialibus, & Beneficiatis eiusdem
Ecclesiæ annuæ pensionis scut. auri mille, quam eorum
massæ distributionum quotidianarum, seu residentiæ au-
ctoritate Apostolica S. Carolus Archiepiscopus assignaue-
rat. Alterum assumptum fuit pro restitutione terminorum
decursorum ante d. litem, nempè ab anno 1588. vsque ad
annum 1613. in quo pariter officiales, & Beneficiati ad
illorum solutionem Capitulum condemnari obtinuerunt, su-
per quibus hodiè in tertia instantia causa iterùm proposita,
sententiam rotalem ex vtroque tam validitatis, quàm iu-
stitiæ fundamento confirmandam esse DD. censuerunt.

Validitas manifesta resultat ex † reuolutione processus 1
iuata decis. Verall. 260. par. 2.

Iustitia verò remanet abundè probata ex rationibus ple-
no, doctoque calamo eaaratis in decisionibus editis in pri-
ma instantia *coram bon. mem. Merlino die 6. Iunij 1633. & 16. Ianuarij 1635. inter eius impress. dec. 585. & 663. & in secunda coram bon. mem. Bichio die 31. Ianuarij 1646. & 27. Iunij eiusdem anni*, in quibus dictum fuit, pensiones no-
mine Capituli eaactas ante motam litem esse restitueñ. quia
licet regulariter fructus non debeantur, nisi à die motæ li-
tis, iuata Tcat. *in l. 2. C. de fructibus, & lit. expens. & in l. certum, C. de rei vendic.* Nihilominus cùm in hoc Iudicio
Officiales, & Beneficiati non egerint ad iua exigendi pen-
sionem, † quo casu accessoriæ, & per modum sequelæ de- 4
bentur fructus decursi à die motæ litis dumtaxat, sed inste-
terint pro consequutione terminorum decursorum, quo 5
casu pensiones ante motam litem eaactæ non vti fructus
accessorij ad pensionem tamquam ad aliquod subiectum, &
distinctum capitale debentur, sed vti sota principalia, &
capitale de per se consideratum, adeout, nisi fiat conde-
mnatio ad omnea pensiones decursas à die purificatæ obli-
gationis, dici non possit facta plenaria restitutio pensionia,
iuata propositam actionem ea doctrina Innocentij in *Cod. querelam num. 3. vers. & nota extra de elect.* & fuit ponde-
ratum *in Mediolanen. fructuum 26. May 1589. coram Platto*, apud Marches. *de Commis. par. 2. fol. 106.* † quemadmo- 6
dum in potestatibus annuia, & in annuis legatis, quæ non
vti fructus, sed tamquam sors principalis debentur, Gra-
tian. *discept. forens. cap. 206. nu. 20.* Pacif. de Salu. *inspect. 4. cap. 1. num. 82.* † Ac etiam in decimia, quando illæ petuntur
vt sora, non autem vti accessoriæ ad ius decimandi, Rota
diuers. dec. 689. num. 3. & 6. par. 3. Seraph. *dec. 1168. num. 3. in Toletana decimarum 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Celso, & in decisionibus huius causa alia, quàm plures referuntur.*

Nec ex eo, quod non fuerint detractæ portiones tresde-
cim Beneficiatorum, qui transegerunt super eorum por-
tionibus, & consenserunt illarum erogationi in opus fa-
bricæ ædium canonicalium argui potest eacessus sententiæ
Rotalis condemnañ. ad illam integrè restituendam vsque ab
initio, quo eapirauit assignatio d. pensionis factæ ab eo-
dem S. Carolo eidem fabricæ; † quoniam pensiones tunc 8
decursæ non ad eos vti singulos, sed ad mensam commu-
nes, seu massam Beneficiatorum spectabant. Idcò super
illis pro eorum interesse transigere minimè potuerunt ad
not. per Garz. *de benef. par. 3. cap. 2. num. 428. & 429.* Gon-
zal. *super regul. 8. glos. 37. numer. 26. vers. propterea*, fru-
ctus enim ineaati debentur successoribus, qui sunt de Col-
legio de tempore eaactionis, non autem hæredibua præteri-
torum, qui nullum particulare ius super illis vnquam ha-
buere,

buere, vt post multa iura concludit Calder. de offic. leg. lib.6. quæst.24. num.562. Barbos. de Iur. ecclef. vniuerf. lib. 3. cap. 17. num. 80. idemque seruañ. in Prouincia Mediolani determinatum fuit in Concil. Prou. 4. de ijs, quæ ad Capitulum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum pertinent lib.4. num.28. fol. 413. Et ita reprobando consuetudinem contrarium resolutum fuit in Papien. fructuum 21. Februarij 1622. coram Remboldo, & in Nouarien. pensionis 27. Nouembris 1626. coram Pirouano.

Minus arguitur excessus ex eo, quod pensio fuerit simpliciter reseruata massæ distributionum quotidianarum,
9 quæ debentur illis, † qui Diuinis officijs intersunt, vt propterea Beneficiati transigentes eorum portiones, quamuis solutio ob litem pendentem impediretur Capitulo cedere, vel remittere potuerint, cum difficultas exactionis Iuris acquisitionem non impediat, ad Text. in l. continuus, §. illud, ff. de verb. oblig. Monet. de distrib. quotid. par. 3. qu. 3. num. 16. cum pluribus alijs relatis in decis. huius causa super remissoria, §. quia mandata articulata 12. Decembris 1647. coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado.

Contrarium namque disponitur tam in Breue Gregorij, ibi pensionem verò mille scut. auri prædictarum mensæ distributionum quotidianarum, seu residentiæ, iam constitutæ, seu denuò constituendæ &c. quàm ex decreto S. Caroli edito die 3. Februarij 1573. ibi. Nunc mensæ residentiali, seu distributionibus quotidianis, & ex altero sub die 5. Iunij 1577. ibi. Nunc verò mensæ residentiali, seu massæ Officialium Ecclesiæ Mediolaneñ. vnita, & applicata &c. ex quo sanè verbo residentiæ liquet assignationem fuisse factam non distributionibus quotidianis, quas minutas dicunt, & quæ solis actu inseruientibus Ecclesiæ, & interessentibus tribuuntur, sed massæ communi, quam grossam appellant, & in qua grossi fructus, seu maiores redditus
11 reponuntur, † qui residentibus de tempore exactionis nulla habita interessentiæ ratione præstantur, vt in extrauag. postulasti, §. licet autem, & in extrauag. cum nonnulla de preben. in Commun. & Felin. in cap. eam te num.13. vers. per istam differentiam il 1. de rescript. & penes Calderin. cons. 21. de preben. cum alijs allegatis in decis. edita 27. Iunij 1646. §. nam respondetur coram bo. me. Bichio.

Nec aduersantur verba illa quotidianarum distributionum, cum hæc quoque apta sint comprehendere etiam fructus massæ Collegialis, & residentiæ, vt ex mente aliorum tradit Monet. de distribut. par. 1. quæst. 3. nu.4.5.6. & dictum fuit in Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. coram bon. mem. Dunozetto, §. circa primum, & §. alij verò sunt, & comprobatur ex dispositionibus septem Testium formiter examinatorum, qui asserunt, Beneficiatos habere, & massam distributionum quotidianarum, nec non residentia-
13 lem, vndè cùm plurimum inter se differant residentiæ, & interessentia, vt tradunt glos. & DD. in Cod. vnico de Cleric. non resident. Cassad. decis. vnica eodem tit. Cæsar de Grass. decis.116. artic.5. num.3. de præben. necessariò dicendum est, vocem illam distributionum tam in libris Apostolicis, quàm in decretis Sancti Caroli expressam non indue-
14 re naturam simplicium distributionum † quotidianarum, quæ singulis diebus distribuuntur, & propriè non nisi interessentibus concedi solent, iuxtà Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. §. distributiones de reformat. & ita ait Rota dec. 608. num.5. par.1. & 107. num.2. par. 2. rec. Sed potius assumere qualitatem eorum fructuum applicatorum massæ communi,
15 & residentiali, † qui vel in fine anni, vel infra ante de tempore exactionis præsentibus, & interessentibus distribuantur, quamuis antea maturauerint, iuxtà celebre cons. Calderin. 21. de præben. quod sequuntur Gonzal. ad reg. 8. gl.37. num.26. vers. propterea, Garz. de benef. par.3. cap. 2. nu. 428. & seq. & Rota semper amplexa est, vt in supra citata Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. vers. 3. species fructuum coram bon. me. Dunozetto, & in decis. huius causa 27. Iunij 1646. coram bo. me. Bichio, §. Nam respondetur in fine.
16 Licet autem † distributiones quotidianæ appellatione fructuum bonorum non veniant cum non contemplatione
17 beneficij, sed ratione laboris † impensi debeantur, cap. vnico de Cleric. non residen. ibique communiter scribentes, & post Oldrad. cons. 118. Cassad. decis. vnic. eodem tit. & decis.1170. num.2. par.3. diuers. Conclusio tamen procedit in
18 distributionibus, † qui dantur ijs, quæ Ecclesiæ quotidiè
19 statis horis inseruiunt, secus verò in his, † quæ infrà annum certo determinato tempore distribuuntur, vt probatur in cap. fin. de rescript. in 6. ibi de fructibus Beneficiatorum distributionibus quotidianis exceptis, exceptio namque est de regular. iuxta glos. in rubr. de reg. iur. in 6. & idem etiam habetur in extrag. expostulasti de præben. inter concess. ibi, Licet autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum procuratorum exclusæ, tradit Monet. vbi supra, qu.6. lib.3. sub n.9. & & ita voluit Rota apud Verall. dec.29. nu.3. lib.2. & in d. Eugubina distributionum, §. Alij verò sunt coram bo. me. Dunozetto.

Et interpretationem incongruam esse, conuincunt litteræ assignationis pensionis, ibi Massæ distributionum quotidianarum, seu residentiæ iam constitutæ, seu denuò constituendæ, si enim Pontifex de massa simplicium distributionum quotidianarum intellexisset, non opus fuisset addere, seu residentiæ iam constitutæ, seu denuò constituendæ, cùm de existentia prioris massæ, quam minutam vocant, dubitari non posset. Verum quia pensionem massæ residentiali assignare decreuerat, ideò vltra verba distributionum quotidianarum, alia, seu residentiæ iam constitutæ, seu
denuò constituendæ subiunxit, † quæ cum clara sint, dis- 20
positionem determinare debent, non autem antecedentia,
quæ dubia sunt, & obscura, † hoc enim casu verba subse- 21
quentia ad antecedentium declarationem adiecta censentur, vt inquit Rota dec.125. num.38. par.2. diuers. cum alijs relatis per Altogr. cons.12. num.24. lib.2. nihil referente, quod prædictæ assignationis fuerit ratio, cultus diuinus, & Ecclesiæ seruitium, quia vltra quod expressio illa facta fuit ad ostendendam solummodo tenuitatem redditum Beneficiatorum, quibus commodè non valebant se substentare ex hoc non infertur pensionem Papam reseruasse massæ minu-
tæ distributionum quotidianarum cum præbendæ, † & alij 22
redditus massæ grossæ rationem etiam Diuini cultus, & Ecclesiæ seruitij constituantur, vt originaliter habetur in Conc. Trid. sess.21. cap.3. de reform.

Nec releuant Testes pro parte Capituli examinati deponentes massam Beneficiatorum esse vnicam, nempè distributionum quotidianarum, nam vltra exceptiones persona-
les loquuntur per verba dubitatiua (putat, & credit) † sic 23
non probant, C. quoties de Testib. Bald. in l. Testium, C. eodem tit. Alex. cons. 68. in fine, vers. tertius Testis lib. 2. Cyriac. coner. 150. num. 12. & 28. Rot. dec.88. sub num.4. & dec.439. num.8. par.4. rec. & apud sa. mem. Greg. dec. 517. nu.17. & 18. dec.578. nu.12.

Imò neque ipsi negant, quod Collegium Beneficiatorum vltra ordinarias distributiones habeat etiam alios redditus, qui infra annum certo determinato tempore inter Beneficiatos etiam officijs non interuenientes distribuuntur, atque ideò dubitari non potest de existentia massæ residentialis sub qua non nisi tertia illa species distributionum continentur, † quas etiam Diuinis non interessentes lucrantur, ita vt loco præbendæ succedant, vt dixit Rota coram Put. decis.365. num.3. lib.2. in rec. dec.1. num.12. par. 4. tom.2. & in sæpè citata Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. coram bon. me. Dunozetto.

Et cessare vila est difficultas ex consuetudine antiquissima eiusdem Ecclesiæ, de qua ijdem Testes in vim remissorialium examinati attestantur, quod omnes introitus ad mensam attestantur, quod eosdem introitus ad mensam huius Capituli quomodolibet spectantes exiguntur per Sindicum, & penè Thesaurarium depositi in Kal. Nouembris cuiuslibet anni inter Beneficiatos præsentes distribuuntur nulla habita ratione seruitij, seu interessentiæ, minutuè
quod annis præcedentibus maturauerint, † ex qua satis te- 25
manet declarata assignatio huius pensionis circa modum eam administrandi, prout iuxta prædictam consuetudinem illius distributio fuit à Summo Pontifice demandata, vt ponderatum fuit in Mediolanen. decimarum 8. Iunij 1612. coram Pamphilio, relata per Gratian. discept. forens. cap.861. num.4. & 46.

Accedit, quod ita obseruatum fuit in restitutione aliorum terminorum, & fructuum facta à Canonicis anno 1630. ex causa istius pensionis nomine Capituli indebitè exactæ, qui fuerunt diuisi, & distributi inter Beneficiatos existentes de tempore diuisionis nulla habita ratione præteritorum, † quę obseruantia est optima cuiuslibet dispositionis interpres, & plurimum in proposito operatur, cum simus in obseruantia
interpretatiua, in qua non requiritur perscriptio, † sed suffi- 27
cit aliquando ita fuisse obseruatum, Castr. cons.347. sub n. 4. lib.1. Aym. cons.110. nu.4. vers. & adeo, Valenz. cons.8. nu.5. & seqq. Crescent. dec.1. de Constit. Mantic. dec.296. nu.3. & in d. Eugubina distributionum coram bo. me. Dunozetto.

Atque

Atque ita in hac instantia causa tertio ad disputationis trutinam reuocata vtraque parte informante resoluta fuit.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papien.

Meleuitana Nullitatis Professionis.

Mercurij 26. Iunii 1658.

A R G V M E N T V M.

Recensentur multi casus, in quibus Rota solita est reijcere, & denegare Remissoriæ petitionem.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria denegatur, dum materia articulata est irreleuans, & contraria statutis.*
2 *Probatum, quando aliquid est, non eget vlteriori probatione.*
3 *Remissoria petitio reiicitur quando materia articulata est inuerisimilis, & num. 4.*
5 *Testium subornationis timor quando adest, denegatur remissoria.*
6 *Materia articulata, quando censetur imaginaria denegatur remissoria.*
7 *Ex Nouitiatu primo, quando quis non possit valide ad professionem admitti.*
8 *Remissoria denegatar, quando materia articulata non pendet à facto, sed à iure.*
A iure, ea quæ pendent omnino adeundus est Iudex n. 8.
9 *Concil. Trid. cap. 15. sess. 25. de regular. quid disponat. & num. 10.*
11 *Materia, quando est improbabilis, denegatur remissoria.*
12 *Remissoria denegatur, dum petitur probari, id cuius contrarium est decisum ex statutis, & constitutionibus.*
13 *Nouitius si decedat à Conuentu animo non redeundi tunc, vt valida sit, an iterum incipiendus sit annus Nouitiatus.*

D E C I C I O CCCLXXIX.

POstquam Rota post plures huius causæ repropositiones
absque resolutione ordinauerat, vt strictè informaretur
super Nouitiatu, D. Marchio Andreas institit pro remissoria
ad proban. nonnullas materias in actis exhibitas; Vndè pro-
posito hodiè dubio; an remissoria esset concedenda, DD. eã nõ
esse concedendã dixerunt, quia materia articulata visa fuit
1 irreleuans, vel † contraria scripturis, & statutis Religionis,
ideòque non debet ad eam probandam concedi remisso-
ria, Rota *in recent. decis.* 556. *numer.* 1. *par.* 5. *tom.* 2.
Merlin. *decis.* 515. *num.* 1. *& decis.* 156. *num.* 11. & coram
Eminentiss. Card. Otthobono *decis.* 45. *n.* 1. *in Bononien. fi-
deicommissi de Nascentorijs* 15. *Ianuarij* 1649. *coram bo. me.
Arguelles* §. 1. *& in Auenionen. Pecuniaria* 25. *Iunii* 1649.
coram Reuerendiss. Tarraconen.
Irreleuantia est clara, quia primus Articulus continens,
quod licentiæ solitæ concedi Nouitijs cum conditione re-
deundi infra biennium ad peragendum annum Nouitiatus,
sint communes, & sub eadem formula concipiantur, tam
pro ijs, qui discedunt ante completum annum, quàm pro
2 descendentibus eo integrè completo †, admittitur pro ve-
ro ab ipsomet D. Marchione Petro, & hoc ipsum compro-
bant eius Testes; Vndè non eget vlteriori Remissoria, vt
dixit Rota *in recent. decis.* 606. *num.* 11. *par.* 5. *& in Seno-
gallien. Pradij* 4. *Maii* 1646. §. *articulatur enim coram Re-
uerendiss. D. meo Decano.*
Secundus, in quo articulatur, quod Nouitij, qui disce-
dunt completo anno Nouitiatus, cùm redeant non tenentur
nouum peragere nouitiatum, sed possit Magnus Magister,
& Consilium statim illos ad professionem admittere, vltra
quod videtur continere litteralem contradictionem, dum
immediatè post subdit, quod non solent longo tempore
in nouo Nouitiatu retineri; adhuc dictus articulus omni-
3 nò inuerisimilis † redditur, tum attentis stabilimentis Re-
ligionis, quorum alterum emanatum anno 1638. requi-
rit nouum Nouitiatum saltem per alios sex menses alte-
rum anni 1641. requirit integrum annum, nisi quatenus
exibeantur attestationes de anteacta laudabili vita: Vn-
dè non datur remissoria ad probandum contrarium, vt in
specie de remissoria contra stabilimenta Religionis dixit Ro-
ta *decis.* 584. *num.* 1. *vers. præcipuè par.* 4. tum etiam atten-
tis depositionibus Testium formiter pro parte Marchionis
Petri examinatorum, qui de facto proprio deponentes te-
stantur debuisse renouitiare, & actualiter renouitiasse post
† redditum, quamuis antecedenter integrum annum pere- 4
gissent, & cùm huiusmodi depositiones fuerint didicitæ, &
per tot positiones discussæ, excludunt facultatem probandi
contrarium ob manifestum periculum subornationis Te- 5
stium, *cap. fraternitati, cap. intimauit, & cap. cum venissent
de Testib. Clem. fin. eodem tit.* Rota coram Seraph. *decis.*
688. *nu.* 2. *vers. stylus vero* coram sa. me. Gregor. XV. *dec.*
497. *sub n.* 3. *vers. & hoc præsertim cauendum cum alijs cumu-
latis in Romana dotis* 28. *Iunii* 1651. *coram Eminentiss. D.
Card. Corrado* §. 1. *in fin.* Præcipuè quia non articulantur ca-
sus contrarij, in quibus Nouitij fuerint absque noua proba-
tione admissi, prout † requiritur, cùm alias præsumatur ma- 6
teria imaginaria, Rota *in Perusina successionis de Alphanis*
29. *Maij* 1643. §. *tamquia coram bon. me. Dunozetto.*
Eòque magis manifesta visa fuit huius articuli irreleuan-
tia, quia nullitas controuersæ Professionis principaliter de-
ducitur ex secundo discessu facto per Marchionem Petrum
ab Insulæ Melitæ animo deliberato non redeundi, nec pro-
fitendi, ex quo prætenditur inducta mutatio conditionis per-
sonæ, & consequenter cassus, & extinctus primus Nouitia-
tus, ita vt non potuerit D. Marchio Petrus ad professionem
validè admitti † sine nouo Nouitiatu, esto quod primus fuis- 7
set integraliter completus, Suarez *de Religion. lib.* 5. *cap.* 15.
nu. 3. *&* 8. *cum alijs adductis in decisione causæ coram Reue-
rendissimo Tarraconen. die* 12. *Ianuarij* 1653. §. *præterea
dixerunt cum seqq.* Huiusmodi autem articulum non tangit
materia articulata, nec tangere potest eum tanquam mate-
ria, quæ non pendet à facto, sed ab Articulo Iuris, illius cogni-
tio, & discussio † omninò spectat ad Iudicem, vt dixit Rota 8
in rec. decis. 642. *sub nu.* 1. *par.* 3. *decis.* 593. *n.* 1. *vers. deni-
que par.* 4. *dec.* 606. *n.* 2. *par.* 5. *& in Senogallien. Pradij* 4. *Maii*
1646. *coram Reuerendiss. D. meo Decano* §. *final.*
Tertius articulus, quod ante statutum 28. de recept. Frat.
conditum anno 1584. Nouitiatus non esset in vsu, non so-
lùm, & ipse visus fuit irreleuans, ex quo agitur de professio-
ne emissa anno 1639. & sic valdè post dictum annum 1584.
sed etiam improbabilis, quia ante d. Statutum erat publi-
catum † Concilium Tridentinum, quod sub *cap.* 15. *sess.* 25. 9
de Regular. non solùm decernit professionem fieri debere
ante annum 16. sed etiam copulatiuè statuit ne quis ad eam
admittatur, qui minori tempore, quam per annum post su-
sceptum habitum in probatione steterit, & quod sub huius-
modi conciliari dispositione irritante Professionem aliter fa-
ctam comprehendantur etiam milites Hieronymi, (quicquid
dubitauerit Sac. Congregatio *in vna Mediolanen. anno* 1601.
allegata ab Informantibus pro parte Marchionis Andreæ)
reuent ex † antecedenti resolutione eiusdem Congregatio- 10
nis, Paris. *de Resig. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 120. quem sequuntur
Ricc. *in prax. for. Ecclesi. resol.* 172. *sub num.* 2. Tamb. de Iur.
Abb. *tom.* 2. *disput.* 6. *quæst.* 11. *n.* 6. *in fin.* Barbos. *de offic. &
potest. Episc. alleg.* 101. *nu.* 8. *& in collect. d. Sac. Conc. dicto
c.* 15. *n.* 5. *de regular.* Gratian. *discept. forens. cap.* 363. *num.* 27. &
fuit resolutum *in Fulginaten. hereditatis* 14. *Februarij* 1650.
coram R. P. D. meo Verospio §. *cum maxime.*
Quartus, & vltimus articulus continet, quod existentes
de Carauana habentur pro residentibus in Conuentu, &
id admittitur etiam ab informantibus pro Marchione Petro;
quatenus verò subditur quod si relinquunt Carauanas per
aliquos dies sufficit, quod redeant cum eisdem ad Conuen-
tum, redditur † in hac parte improbabilis stantibus sta- 11
tutis 36. *&* 45. *de triremibus* prohibentibus sub pœna pro
nullo temporis spatio derelinquere Triremes, & ab eis di-
scedere, Remissoria autem non datur ad proban. id †, cuius 12
contrarium apparet ex statutis, & constitutionibus ad tradita
per Bald. *in c. cum Causa n.* 8. *de probat.* Cranett. *cons.* 54. *n.* 1.
Rota coram Seraph. *decis.* 1460. *n.* 3. Rota *d. decis.* 584. *n.* 4.
vers. præcipuè part. 4. *rec.* Præterea est etiam irreleuans, tum
quia necessitas renouitiandi, & consequenter nullitas Pro-
fessionis deducitur principaliter, vt dictum est, ex secundo
discessu † facto animo deliberato non redeundi, nec profi- 13
tendi, ex quo conditio personæ mutata censetur, *vt in deci-
sione causæ coram Reuerendiss. Tarraconen.* 23. *Ianuarii* 1653.

§. præterea. Tum quia Marchio Petrus discessit cum licentia, quam registrari curauit, quod non requiritur in ijs, qui sunt de Carauana, vt deponunt Testes pro eius parte examinati, qui etiam testantur quod non erat de Carauana, & ob id Thesaurarius Communis ærarij, ad quem spectat, noluit eidem imputari tempus suæ absentiæ in residentia, *vt in eius Summ. num. 7. 8. & 10.*

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO.

Posteà Episcopo Papiensi.

Bononien. Fideicommissi de Amorinis,

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Immissio in bonis fideicommissarijs, quando alicui non possit denegari, & qualiter existentia fideicommissi dicatur iustificata, & casus iustificationis dicatur probatus venisse.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vltimo grauato qualiter concedatur.*
2 *Fideicommissi existentia ex quibus satis dicatur iustificata.*
3 *Fideicommissi casus, quando dicatur euenisse.*
4 *Ad Fideicommissum fuisse vocatum aliquem, ex quo iustificatur.*
5 *Substitutio ad fauorem extraneorum, quando dicatur cessare.*
6 *Vocatio filiorum ad fideicommissum quando fuit facta simpliciter, tunc ex coniecturis, potest induci vocatio nepotum sub nomine filiorum.*
7 *Testator quando declarauit, quod nomine filiorum, non venirent nepotes nisi in certo casu, tunc præter illum casum non intrant nepotes appellatione filiorum.*
8 *Fideicommissum, quando est restrictum ad certas personas, tunc non est dubitandum de comprehensione aliorum, nec extendendum ad alias personas.*
9 *Extensiones in fideicommissis nullatenus admittuntur quando clare constat de clara mente Testatoris.*
10 *Declarationi Testatoris omnino standum est dum aliquid ambiguum declarauit.*
11 *Verba illa,* quo casu, *quid importent.*
12 *Verba illa,* nisi in casu quo, *quid supponant.*
13 *Fœmina, quando fuit expressè exclusa à Testatore, non potest induci vllo modo inclusio.*
14 *Testator à fideicommisso quando exclusit fœminas ex quadam linea tantum, non censetur cæteras lineas exclusisse.*
15 *Vnde descendentes ex fœminis ex alia linea non exclusa, benè admittuntur ad exclusionem extraneorum, & nu. 16.*

DECISIO CCCLXXX.

MAtthæus Amorinus hæredibus institutis Iulio Cæsare, & Alexandro ex Dominico ipsius germano fratre nepotibus perpetuum, & absolutum inter illos in casu obitus alicuius quandocumque sine filijs masculis, & de legitimo matrimonio natis fideicommissum cum reciproca substitutione ordinauit, in defectum eorumdem hæredum cum liberis masculis, & per masculum descendentibus legitimis, & naturalibus quandocumque cuiuslibet ipsorum liberos masculos cum eadem masculinitatis, & legitimitatis qualitate reciprocè pariter substituit. Deindè verò post obitũ dd. hęredum, ac omnium ipsorum filiorum masculorum, & per masculum descendentium, vltimo decedenti naturales, spurios, seu aliter illegitimè ab eisdem institutis proximiores masculos, & per lineam masculinam naturalium descendentes in infinitum in omnibus ipsius Testatoris bonis substituit, & in illorum descendentium naturalium, & spuriorum, ac totalis lineæ masculinæ extinctionis defectum filios masculos legitimos, & naturales ex Lucretia, & Ludouica ipsius fideicommittentis nepotibus vocauit cum expressa tamen declaratione concepta sub his formalibus verbis: *Declarans etiam idem Testator ad euitandum dubium à Doctoribus consideratum hoc casu appellatione filiorum nepotes non contineri, sed solum filios præcisè, & non vlteriores esse vocatos, & sic futuros pronepotes ipsius Testatoris, nisi casu quo aliquis, seu aliquis filiorum prædictarum DD. Ludouicæ, & Lucretiæ, vel alterius earum extaret, seu extarent, & admitteretur, quo casu tantum voluit præmortuorum filiorum masculorum prædictarum neptum filios, vnà cum illarum filijs superstitibus admitti, & patris personam repræsentare.* Vltimò demum ex prædictis quandocumque sine filijs masculis legitimis, & naturalibus decedenti, ac deficientibus alijs successiuè vocatis, duos pueros, seu Adolescentes ex Agnationibus, & Prosapijs DD. de Pepulis, de Grassis, de Vrsis, de Bolognjnis, & aliarum familiarum Bononiensium de quibus in testamento in §. 44. ab Officialibus Pauperum Verecundorum Montis Pietatis, ac alijs Ciuitatis Bononiæ Officialibus cum onere tamen deferendi Insignia, & nomen Domus Amorinæ eligendos substituit.

Defuncto testatore ex descendentibus masculis institutorum Alexander iunior filius Virgilij Alexandri senioris alterius ex primis hæredibus nepos vnicus superstitit, qui donatis prius omnibus bonis fideicommisso d. Matthæi obnoxijs Com. Gabrieli de Grassis, absque filijs decessit & propterea purificato vigore vltimæ substitutionis fideicommisso ad fauorem puerorum, seu adolescentium Bononiensium stante deficientia aliorum prius vocatorum, fuerunt ab Officialibus dictę Ciuitatis ad præscriptam testamenti formam electi Com. Ioseph Maria de Vrsis, & Ioannes Andreas de Bologninis, qui cùm petant aduersus ipsum D. Com. Gabrielem de Grassis pronepotem dictæ Lucretiæ, ac Donatarium dicti Alexandri iunioris de Amorinis vltimi grauati immissionem in possessionem bonorum fideicommissorum in vim † *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* delata 1
huiusmodi causa ad Rotam, ac mihi commissa dubitatum fuit, an ipsis sit concedenda immissio, & omnibus valde perpensis, ac maturè discussis per Dominos fuit affirmatiuè resolutum.

Existentia enim supradicti fideicommissi præter quod inter partes non controuertitur, literaliter colligitur ex inspectione eiusdem testamenti, & † comprobatur ex deci- 2
sionibus emanatis coram me in hac causa sub d. e 18. Maij 1648. & 4. Aprilis 1650. prout quoque de bonorum identitate constat ex eodem testamento impresso sub § 55. cum seqq. vbi illa registrata leguntur. Purificatio autem dicti fideicommissi ad fauorem dd. de Vrsis, & Bolognінis in vim
vltimæ substitutionis satis resultare † dicitur ex obitu Ale- 3
xandri iunioris vltimi descendentis sine filijs. Cùm igitur isti electi habeant omnes qualitates per Testatorem requi-
sitas †, dubitari non potest quin dicantur esse in casu voca- 4
tionis, & consequenter petitam immissionem assequi debeant ad not. per glos. *in l. qui duos verb. superstes fuit ff. de reb. dub.* Peregr. *de fideic. art. 43. n. 2. cum seqq. & n. 17.* Rota coram Penia *decis. 719. n. 3. & in recent. decis. 93. nu. 1. & decis. 131. n. 1. par. 7.* & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis. 111. num. 2.*

Neque obstare visum fuit, quod d. Com. Gabriel descendat à Paride Maria filio Dianæ filiæ Lucretiæ neptis ipsius fi-
deicommittentis, † qui propterea cessare faciat casum vlti- 5
mæ substitutionis ad fauorem extraneorum per text. *in l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. l. in testamento, ff. de condit. & demonstr.* Quia ille tanquam pronepos Lucretiæ ex Diana filia fœmina non potest comprehendi in dispo-
sitione filiorum, nec sub descendentium † vocatione, quic- 6
quid enim dici posset, quando vocatio esset simpliciter concepta, & intrarent coniecturæ ad inducendam comprehensionem nepotum nomine filiorum, prout admisit Rota *in Bononien. fideicommissi de Bargellinis* 10. *February* 1653. *coram bo. me. Bichio.* Cessat in proposito casu omnis difficultas,
ex quo Testator expressè declarauit, † quod nolebat com- 7
prehendi nepotes, sub eo nomine, nisi in casu quo † filij Lu- 8
douicæ, & Lucretiæ extarent, & admitterentur, tunc enim voluit duntaxat præmortuorum filiorum masculorum prædictarum neptum filios, vnà cum illarum filijs superstitibus admitti, & patris personam repræsentare. Cum igitur de tempore defectus descendentiæ masculinæ hæredũ institutorũ nõ adesset aliquis filius masculus Ludouicæ, & Lucretiæ, qui ex lege Testatoris potuerit admitti, vtiq; casus remanent in simplicibus terminis primæ partis dictæ declarationis excludentis nepotes, & pronepotes, qualis est Co. Gabriel, quæ

vti

vti per se clara ex voluotate eiusdem fideicommittentis, &
9 restricta ad certas † personas non admittit aliam interpretationem, nec patitur extensionem substitutionis ad alias personas, Bald. *in l. illa n. 3. C. de collat. & in l. quicumq. n. 12. C. de seru. fugis.* Aretin. *cons.* 143. *n.* 5. Rota *decis.* 43. *n.* 2. *par.* 7. *recent.* & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis.* 217. *num.* 16.

Nec ad huiusmodi effectum quicquam operantur coniecturæ ponderatæ ab Informantibus pro dicto Co. Gabriele ad inducendam dictam comprehensionem, quia illæ non
10 sunt attendendæ † vbi concurrit clara Testatoris dispositio, & euidenter constat ipsum aliter intellexisse, quàm coniecturæ demonstrant, iuxta not. per Crauet. *cons.* 47. *num.* 2. Rot. coram Merlino *decis.* 12. *n.* 51. *& decis.* 411. *n.* 22. *& in recent.* 348. *nu.* 10. *par.* 6. tunc enim omnino standum est dictæ declarationi ad text. *in l. fin. §. sin autem, C. de bonis quæ liberis*, Betrana, *cons.* 286. *nu.* 6. *vers. facit quod*, *vol.* 2. Peregr. *cons.* 23. *n.* 45. *cum seqq. lib.* 3. Rota coram Card. Mantic. *decis.* 247. *num.* 3. & coram Buratt. *decis.* 73. *num.* 9. & dixit Rota *in Nucerina fideicommissi* 1. *Iulij* 1650. *coram me in §. quæ verè ad testamentum &c.*

Dictam autem declarationem intelligendam esse restrictam ad illum casum quo concurrerent filij nascituri simul cum † patruis propter illa verba, *hoc casu &c.* Nullatenus subsistere visum est, quoniam explicitè Testator loquutus fuit de significatione verbi filiorum ad tollendum dubium à Doctoribus consideratum, non autem de concursu, nec dicta verba diuersificant sensum substitutionis, ex quo nepotes admittuntur à Testatore in casu prædecessus filiorum dd. fœminarum, cùm id non possit verificari, nisi in casu quo dd. nepotes possent repræsentare filios dd. fœminarum, vt claré demonstrant alia verba subsequen-
12 tia †, ibi, *nisi in casu quo &c.* Hoc autem dici non potest de dicto Com. Gabriele, nec respectu patris, qui cum non esset filius, sed nepos ex Diana filia Lucretiæ, non fuit admissus, nec admitti poterat repugnante Testatoris voluntate ad filios primi gradus literaliter restricta, nec respectu matris descendentis ex alia fœmina, quæ tanquam finis lineæ masculinæ fuit expressè ab eodem Testatore exclusa, & consequen-
13 ter tam ex defectu iuris repræsentauit, † quàm masculinitatis, modo superius expresso requisitæ, ille prorsus substitutionis incapax redditur, vt not. Gratian. *discept. for.* 901. *nu.* 22. Peregr. *de fideicomm. art.* 26. *n.* 29. *propè fin.* Menoch. *cons.* 1229. *n.* 21. Fusar. *de substit. q.* 404. *n.* 24. & firmauit Rota *in Bonon. fideicommissi de Barberijs* 5. *Decembris* 1650. *siquidem certum est*, *coram Eminentiss. D. Card. Corrado*, 19. *Februarij* 1652. *coram bo. me. Bichio*, *& in Baren. Beneficij* 18. *February* 1656. *§. E conuerso*, *coram eodem*.

Et huiusmodi exclusio clarior redditur ex alia declaratione facta per eundem Testatorem in §. 47. ibi, *Et pro maiori declaratione*, vbi loquendo de exclusione filiorum fœminarum excepit solummodo filios dd. Ludouicæ, & Lucretiæ, earumque liberos masculos, & per masculum de-
14 scendentes, † dum enim restrinxit dispositionem ad filios masculos dd. fœminarum tantum, certum est non comprehendi cæteros descendentes ex linea fœminina, & mediantibus alijs fœminis, qualis est d. D. Comes Gabriel tanquam filius Paridis Mariæ filij Dianæ, filiæ Lucretiæ, nam d. fœminæ ab ipso Testatore nullatenus fuerunt consideratæ, imò per supradictam declarationem manifestè exclusæ, & pro-
15 pterea d. Gabriel vti † descendens mediatè per lineam fœminam loco extranei considerandus est in d. substitutione, iuxt. not. per Menoch. *cons.* 878. *n.* 18. *& 19. & in præcit. cons.* 1229. *num.* 27. & dixit Rota *in Bononien. fideicommissi de Barberijs* 19. *Februarij* 1652. *coram bo. me. Bichio. §. Quapropter*, & hoc tollit absurdum ponderatum ab Informan-
16 tibus pro Com. Gabriele, quod isto retento intellectu † proximiores excluderentur ab extraneis; Vltra quod nullum allegari potest absurdum, vbi constat de clara, & expressa voluntate Testatoris hoc modo substituentis, vt Rota *firmauit in allegata Bonon. fideicommissi de Barberijs* 10. *Decemb.* 1650. *in §. deinde*, *coram*, *Eminentiss. D. Card. Corrado*, *& 19. Februarij* 1652. *in §. quapropter*, *coram bo. me. Bichio*, sub prætextu autem absurdi non licet recedere à verbis dispositoris, Gabr. *consil.* 69. *sub num.* 14. *lib.* 2. nec trahenda est vocatio ad personas expressè exclusas, & non comprehensas in verbis, Peregr. *de fideic. art.* 11. *sub n.* 45. *vers. in hac repute Ege*.

Et ita resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Bononien Prædij seù manutentio.

Mercurij 26. Iunij 1658.

A R G V M E N T V M.

Litigiosi vitium non contrahitur in actione personali, quod latius vide in decisione.

S V M M A R I V M.

1 *Via enunciatiua contra tertium non datur.*
2 *Litigiosi vitium non contrahitur in actione personali ampliа vt num. 4. & 6.*
3 *Litigiosi vitium non contrahitur in alienatione facta ex causa dotis.*
6 *Clausula sine præiudicio plenæ signatura non retardat manutentionem quando constat de iniustitia sententiæ.*

D E C I S I O CCCLXXXI.

CVm de anno 1619. concluso matrimonio inter Maximum & D. Catherinam filiam Co. Alberti, idem Com. Albertus promiserit eidem Maximo lib. 10. mill. Bononien. intra annos 15. proximos cum pactis pignorum, & interim in recompensationem lib. 500. annuos, & pro annua summa, & vsque ad integram satisfactionem hypothecauerit duas partes ex tribus Prædijs Iacobi Pontij in Conuentu Sancti Ioannis in Pusiceto. Quarterio S. Bartoli loco dicto la Sarmogia. In quibus nulli alij ius & hypotheca acquiri posset in præiudicium Maximi, & insuper cum promiserit idem Co. Albertus dare alias lib. 14. mill. intra annus 14. proximos cum aliquibus pactis, & conuentionibus Instructis 16. Martij 1621. *in summ. nu.* 1. & mortuo Com. Alberto Co. Franciscus Maria eius filius executionem paternæ obligationis fecerit anno 1629. obligare conductores d. partis prædij pro solutione d. annui interesse fauore eiusdem D. Catherinæ eodem *summar. num.* 2. & postea mortuo ipso Com. Francisco Maria institutis tum Hæredibus in Bonis Bononien. Com. Fuluio, & fratribus ipsius Testatoris sobrinis D. Catherina obtinuerit associari ad Prædium pro duabus ex tribus partibus in eodem *summ. num.* 3. Volentes d. Hæredes quod Domina Catherina d. satisfactionem consequeretur requisierunt Bartholomeum Pelonum ad acquirendam partē d. Possessionis, & ex pretio illius exbursan. eidem D. Catherinæ lib. 10200. quod factum est 3. Septembris 1655. cum cessione iurium, & acquisitione possessionis, & alijs *in summ. à num.* 4. *vsque ad* 8. Cùm autem 26. Nouembris 1652. D. Com. Auersa, & fratres occasione census scut. 20. mil. in sorte obtinuissent mandatum exequutiuum contra bona hæred. D. Com. Francisci Mariæ *in summ. n.* 9. & postea exequi super d. Prædio d. Bartholomeus emptor & possessor 17. Martij 1657. obtinuit Monitorium iactationis in forma *in summ. n.* 10. & nihilominus 14. Augusti 1657. D. Com. Auersa, & fratres obtinuerunt exequatur super eodem Prædio citato d. Bartolomeo *n.* 11. & successiuè 27. Augusti facta est exequutio, & 15. Septembris citatio ad subhastationem *in summ. n.* 12. à quibus commissa mihi causa Appellationis sine præiudicio legitimæ executionis propositum est dubium de ordine Rotæ an executio cum omnibus indè sequutis sit nulla, vel notoriè iniusta, ita vt Bartholomeo sit danda manutentio, & DD. ipso tantum informante affirmatiuè responderunt.

Quia contra ipsum vti tertium non potuit procedi via exequutiua, † præsertim quià protestatus fuerit ne executio fieret in bonis per ipsum possessis *secundum Canthelam Angel. in l. à Pio §. super rebus nu.* 1. *ff. de re iud.* propter quam protestationem tanto magis reddebatur nulla executio postea facta vt inquit Rot. coram Ludou. *decis.* 22. *n.* 1. *&* 2. & ibi add. *& decis.* 574. *ab init.* & ibi add. & coram Buratt. *dec.* 133. *ab init.* & ibi add. *& decis.* 574. *ab init. & ibi add.*

Nec referre visum fuit venditionem factam fuisse posterius anno 1655. post litem & mandatum relaxatum 1652. & exequatur super dicto Prædio.

Etenim cùm lis in actione personali non reddiderit d. Prædium litigiosum †, consequenter non fuit impedita translatio possessionis, Rot. coram Buratt. *decis.* 133. *num.* 8. & ibi add. *quod confirmauit decis.* 204. *num.* 2. *&* 3. *nec post*

immiſſionem ex primo Decreto, Rota coram Duran. *decif.* 364.*num.* 8.

3 Fortiùs verò † in propoſito, in quo alienatio facta fuit pro
dote, quæ præcipua exceptio eſt *in l. fin.in fin. C.de litig.*co-
ram Duran. *dec.* 281. *n.*3. & 4.ſvbi limitatio ſiue procediſſdos
conſtituatur ſiuè reſtituatur.

Quæ eo magis viſa ſunt admittenda, quia ceſſat hic om-
nis præſumptio fraudis ſuper qua fundatur totum vitium
litigioſi, dum enim D. Catherina eſſet creditris potior ex
cauſa dotis, & cum ſpeciali hypotecha, & anteriori per
tot annos Credito Co. Auerſæ & fratrum vt ſupra illa alie-
natiu facta à debitotibus ad Commodum Creditricis ante-
4 rioris non fuit voluntaria, ſed neceſſaria, † hic ceſſabat fraus
& vitium litigioſi, Rota coram Merlin. *dec.* 847. *num.*7.*verſ.
quæ eo magis & ſeqq. deciſ.* 613. *num.* 10. *par.* 8. Add. ad Bu-
ratt. *deciſ.* 166. *nu.* 10. Maximè quando alienatio fit cum
5 ceſſione creditoris anterioris in venditione, ſicuti quando
fit in Creditorem ipſum anteriorem, vt inquit Rot. coram
Merl. *d. loco*.

Nec obſtare viſum fuit, quod cùm in Rot. commiſſa
fuerit cauſa nullitatis cum clauſula non retardata executio-
ne, & clariùs ſine præiudicio executionis non poſſit proce-
di per viam manutentionis, ſed diſputationem ſuper dicta
executione priùs eſſe terminandam iudicio ordinari. Quo-
6 niam huiuſmodi clauſula non facit, quod ſi poſtea dete-
gatur iniuſtitia, vel nullitas ſententiæ Iudicis à quo, vt
in hoc caſu non poſſit concedi manutentio, Rota coram
Merlin. *deciſ.* 410. *n.*6.*verſ. nec obſtare, & ſeqq. & deciſ.* 132.
n. 7. *verſ. non obſtat par.*7. Nec enim † ſenſus præſumitur Si-
gnaturæ per huiuſmodi clauſulam confouere executionem
7 ſententiæ ſi ea iniuſta vel nulla detegatur à Iudice ad quem
nec remedium manutentionis auferri ab eo, cui per d. Iudi-
cem à quo illatum eſt grauamen, concludit Rot. *dicta deciſ.*
410. & coram Buratt. *deciſ.* 185. *n.* 6. & ibi Add.

Et ita deciſum fuit Pellono tantùm Informante, & altera parte pluries, & pluries intimata, & pro hac propoſitione concordata, &c.

R. P. D. M E L T I O.

Poſteà Epiſcopo Papienſi.

Meleuitana nullitatis Profeſſionis.

Mercurij 26. Iunij 1658.

A R G V M E N T V M.

Denegatur Remiſſoria ad probandum contraria Scripturis, vel Statutis, vel didicitis teſtificatis, vel ſi ſint articuli imaginarij, vel Iuris apices concernentes, vel ſi per partem materia pro vera admittatur.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſoria denegatur ad probandum contraria Statutis, & Scripturis, & n.* 3. *&* 10.

2 *Remiſſoria denegatur ad probandum ea, quæ per partem admittuntur.*

4 *Remiſſoria denegatur didicitis teſtificatis, & numero* 2.

5 *Materia articulata imaginaria præſumitur, quando non articulantur caſus contrarij.*

6 *Nouitius anno non completo diſcedens tenetur nouum complere.*

7 *Remiſſoria non conceditur ad probandum iuris apices.*

8 *Profeſſionis tempus quale debeat eſſe ex diſpoſitione Concilij.*

9 *Equites Hieroſolymitani ſubiacent diſpoſitioni Concil. Trid. ad profitendum.*

D E C I S I O CCCLXXXII.

POſtquam Rota poſt plures huius cauſæ repropoſitiones abſque vlla reſolutione ordinauerat, vt ſtrictè informaretur ſuper Nouitiatu D. Marchio Andreas inſtetit in Remiſſoria ad probandum nonnullas materias in actis exhibitis. Vndè propoſito hodie dubio, an dicta remiſſoria eſſet concedenda, DD. eam non eſſe concedendam diſerunt, quia materia allata viſa fuit irrelenans, vel contraria
Scripturis, & Statutis Religionis. † Idcòque non debuit 1
ad eam proban. concedi Remiſſoria, Rot. *in recent. deciſ.*
556. *n.*1.*par.* 5.*to.* 2. Merlin. *deciſ.* 515. *num.* 1. *& deciſ.* 756.
num. 11. & coram Eminentiſs. Card. Otthobono *deciſ.* 45.
numer. 1. *in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentorijs* 15. *Ianuarij* 1649. *coram bon. mem. Arguelles*, §. 1. *& in Auenionen. Pecuniaria* 25. *Iunij* 1649. *coram Reuerendiſs. Tarraconen.*

Irrelenantia eſt clara, quia primus articulus continens,
quod licentię ſolitæ concedi Nouitijs cum conditione re-
deundi infra biennium ad peragendum annum Nouitiatus
ſint communes, & ſub eadem formula concipiantur, tam
pro iis, qui diſcedunt ante completum annum, quàm pro
deſcedentibus eo integrè completo, admittitur pro vero ab
ipſomet D. Marchione Petro, & hoc ipſum comprobant
eius Teſtes. † Vndè non eget vlteriori Remiſſoria, vt dixit 2
Rot. *in recent. deciſ.* 606. *n.* 11. *par.* 5. & coram Eminentiſs.
D. Cardinali *deciſ.* 36. *num.* 6. *& in Senegallien. Pradij* 4.
Maij 1646. §. *articulatur enim, coram Reuerendiſs. D. meo
Decano*.

Secundus, in quo articulatur, quod Nouitij, qui diſce-
dunt completo anno Nouitiatus, cùm redeant, non teneantur nouum peragere Nouitiatum, ſed poſſit Magnus Ma-
giſter, & Concilium ſtatim illos ad Profeſſionem admittere
vltrà quod videtur continere litteralem contradictionem,
dum immediatè poſt ſubditur, quod non ſolet longo tempo-
re in nouo Nouitiatu retineri adhuc dictus articulus omni-
nò inueriſimilis redditur, tum attentis ſtabilimentis Reli-
gionis, quorum alterum emanatum anno 1638. requirit no-
num Nouitiatum ſaltem per alios ſex menſes, alterum anni
1641. requirit integrum annum, niſi quatenus exhibeantur
atteſtationes de anteacta laudabili vita. Vndè † non datur 3
Remiſſoria ad probandum contrarium, vt in ſpecie de Re-
miſſoria contra ſtabilimenta Religionis, dixit Rota *deciſ.*
581. *n.* 1. *verſ. præcipuè par.* 4. *rec.* Cùm etiam attentis de-
poſitionibus Teſtium formiter pro parte Marchionis Petri
examinatorum, qui de facto proprio deponentes teſtantur
debuiſſe renouitiare, & actualiter renouitiaſſe poſt reditum,
quamuis antecedenter integrum annum peregiſſent, & cùm
huiuſmodi depoſitiones fuerint didicitæ, & per tot poſitio-
nes diſcuſſæ, † excludunt facultatem probandi contrarium 4
ob manifeſtum periculum ſubornationis Teſtium, *cap. Con-
fratern. cap. intimauit, & cap. cum veniſſent de Teſtib.Clem.
fin. eod. tit.* Rota coram Seraph. *deciſ.* 688. *n.*2.*verſ. ſtylus ve-
rò*, coram ſan. me. Greg. XV. *deciſ.* 497. *ſub nu.* 3. *verſ. &
hoc præſertim cauendum, cum alijs cumulatis in Romana Do-
tis* 28. *Iunij* 1651. *coram Eminentiſs. D. Card. Cerrado*, §.
1. *in fin.* Præcipuè quia non articulantur caſus contrarij, in
quibus Nouitij fuerint abſque noua probatione admiſſi,
prout requiritur, † cùm aliàs præſumatur materia imagina- 5
ria, Rota in Peruſina *Succeſſionis de Alphanis* 29. *Maij* 1634.
§. *Tum quia coram bo. me. Dunozetto*.

Eòque magis manifeſta viſa fuit huius articuli irreleuan-
tia, quia nullitas controuerſæ Profeſſionis principaliter de-
ducitur ex ſecundo diſceſſu facto per Marchionem Petrum
ab Inſula Melitæ animo deliberato non redeundi, nec pro-
fitendi, ex quo prætenditur inducta mutatio conditionis per-
ſonæ, † & conſequenter caſſus, & extinctus nouus Noui- 6
tiatus, itaut non potuerit D. Marchio Petrus ad Profeſſio-
nem validè admitti ſine nouo Nouitiatu, eſto quod primus
fuiſſet integraliter completus, Suarez *de Religioſ. lib.* 5.*c.* 15.
nam. 3. *& 8. cum alijs adductis in Deciſione cauſæ coram Re-
uerendiſs. Terracinen. die* 13. *Ianuarij* 1653. §. *Præterea dixerunt cum ſeqq.* Huiuſmodi autem articulum non tangit
materia articulata, nec tangere poteſt, † cùm tamquam ma- 7
teria, quæ non pendet à facto, ſed ab articulo Iuris illius co-
gnitio, & diſcuſſio omninò ſpectet ad Iudicem, vt dixit Ro-
ta *in recent. dec.* 542. *ſub n.* 1. *par.* 3. *deciſ.* 593.*n.* 1.*verſ. De-
nique par.*4.*deciſ.*606.*n.*2. *par.* 5. *& in Senegallien. Pradij* 4.
Maij 1646. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano*, §. *fin.*

Tertius articulus, quod ante Statutum 28. de receptione
fratrum conditum anno 1584. Nouitiatus non eſſet in vno,
non ſolùm, & ipſe viſus fuit irrelenans, ex quo agitur de
profeſſione emiſſa anno 1639. & ſic valdè poſt dictum an-
num 1584. Sed etiam improbabilis quia ante dictum Statu-
tum erat publicatum Concilium † Tridentinum, quod ſub 8
cap. 15. *ſub* §. 25. *de Regular.* non ſolùm decernit profeſſio-
nem fieri debere ante annum 16. ſed etiam compulſatiuè ſta-
tuit ne quis ad eam admittatur, qui minori tempore, quàm
per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit,

& quod

9 & quod sub † huiusmodi conciliari dispositione irritantem professionem aliter factam comprehendantur etiam milites Hierosolymitani, *quicquid dubitauerat Sacra Congregatio in vna Mediolanen. anno* 1601. *allegata ab Informantibus pro parte Marchionis Andreæ tenet ex antecedenti resolutione eiusdem Congregationis*, Patil. *de resignat. lib.*6.*q.*2.*nu.*120. quem sequuntur Ricc. *in prax.forens. Eccles. resol.*172.*sub n.* 2. Tambur. *de Iur. Abb.tom.*2. *disp.*6.*q.* 11. *n.*6.*in fin.* Barbos. *de offic. & potest Episc.allegat.*101.*n.*8. *& in collect. dicti Sac. Concil. d.c.*15.*n.*5.*de regul.* Gratian. *discept. forens.c.* 363. *nu.* 27. *& fuit resolutum in Fulginaten. Hæreditatis* 14. *Februarij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio*, §. *Cum maximè*.

Quartus, & vltimus articulus continet, quod existentes de Carauana habeantur pro Residentibus in Conuentu, & id admittitur etiam ab Informantibus per Marchionem Petrum, quatenus verò subditur, quod si relinquunt Carauanas per aliquos dies, sufficit quod redeant cum eisdem ad Conuentum, redditur in hac parte improbabilis, stantibus Statutis 36. & 45. de Triremibus prohibentibus sub pœna pro nullo temporis spatio derelinquere Triremes, & ab eis 10 discedere. Remissoria autem non datur ad probandum id, cuius contrarium apparet ex Statutis, & Constitutionibus ad tradit. per Bald. *in cap. cum causa num.*8. *de probat.* Crauett. *cons.* 54.*n.*1. Rota coram Seraph. *decis.*1460. *num.* 3. Rot. *d. decis.*584.*n.*1.*vers. Præcipuè par.*4. *recent.* Præterea est etiam 11 irrelevans; Tùm quia necessitas renouitiandi, & consequenter nullitas Professionis deducitur principaliter, vt dictum est ex secundo discessu facto animo deliberato non redeundi, nec profitendi, ex quo conditio personæ mutata censetur, *vt in Decisione causa coram Reuerendissimo Tarraconen.* 13. *Iunij* 1653. §. *Præterea*. Tùm quia Marchio Petrus discessit cum licentia, quàm registrari curauit, quod non requiritur in ijs, qui sunt de Carauana, vt deponunt Testes pro eius parte examinati, qui etiam testantur, quod non erat de Carauana, & ob id Thesaurarius communis ærarij, ad quem spectat, noluit eidem imputari tempus suæ absentiæ in residentia, vt in eius *Summar. n.*7.8.*&* 10.

Et ità resolutum fuit vtraque Parte Informante.

R. P. D. ALBERGATO.

Narnien. Census.

Mercurij 26. *Iunij* 1658.

ARGVMENTVM.

Census posterior celebratus pro extinguendo priore censu, dum est sub grauiori vsura, si iste anterior erat nulliter creatus, veluti si fuerit celebratus sine numeratione pecuniæ, sanè cum iste anterior ex defectu nullitatis sit inualidus, corruet secundus quoque.

SVMMARIVM.

1 *Census creatus sine pecunia numerata, vt fœneratitius substineri non potest.*
2 *Census secundus creatus pro extinguendo primo, si primus sit nullus an secundus corruat.*
3 *Census, quando est nullus fructus exigi non possunt.*
4 *Mulieris obligatio ex falsa causa non subsistit.*
5 *Statutum Narniæ in contractibus mulierum non requirit causam.*
6 *Obligatio mulieris liberandi maritum à Carceribus, an sit iusta causa obligationis.*
7 *Statutum requirens decretum Iudicis in contractibus mulierum, si illud interponatur ex falsa causa, cum Decreto corruit contractus cum illo.*
8 *Iudicis decretum si corruat, corruunt, omnia in eo decretata, cum eo.*
9 *Causa expressa in contractu mulierum, cum Decreto Iudicis celebrata, si sit falsa, non potest ex diuersa causa substineri.*
10 *Statutum Laicorum non potest se intromittere in eo, ex defectu Iurisdictionis.*
11 *Consensus vbi abest, non operatur iuramentum.*
12 *Iuramentum illam tacitam habet conditionem, quatenus iurata sint vera.*
13 *Dictio*, hinc est, *denotat causam finalem.*
14 *Dictio*, maximè, *demonstrat causam magis potentem fuisse expressam.*
15 *Pro Decreto Iudicis præsumitur, donec contrarium probetur.*
16 *Veritas præferenda est præsumptioni.*

DECISIO CCCLXXXIII.

Censum, pro quo extinguendo in impositione alterius Census ad fauorem illorum de Caldoris se obligauit Francisca tanquam creatus mediante cessione aliorum Censuum, & non † præsente pecunia erat nullus, & vti fœneratitius sustineri non poterat, 1 Gratian. *discept.* 853.*n.*36. Rota *decis.* 477. *par.* 3. *recent. & in Lucien. Census* 18. *Maij* 1654. §. *pro alijs verò ducatis*, & 7. *Maij* 1655. §. *Posterioris vero*, & §. *Verum ad primum coram R. P. D. meo Priolo*, & proindè cum dicti de Caldoris instarent pro solutione fructuum, causa per appellationem ad Sacrum Rotæ Tribunal deuoluta, me proponente responsum fuit, obligationem Franciscæ non sustineri. Quia cùm secundi Census † impositio fa- 2 cta fuerit ad effectum extinguendi alium sub grauioribus vsuris. Et quia eidem Franciscæ, id magis expediebat, vt in Instrumento impositionis eius *Summ. num.* 2. & illorum de Caldoris *num.* 4. Hæcque Causa esset falsa, quia ex primo tanquam nulliter imposito † fructus de Iure exigi non pote- 3 rant nec vtilis erat mulieri pro extinguendo Censu nullo, aliũ validum imponere. Hinc fit, quod obligatio tanquam ex falsa, & insubsistenti Causa † substineri nequeat, & simul 4 cum † Decreto Iudicis corruat, *l. si non saltem* 26. §. *Si Censum, vbi DD. ff. de condit. indebit.* plenè Gratian. *discept.*691. *n.* 31. *& seqq.* Rota *in Vrbinaten. Pradij* 23. *Maij* 1653. *coram bo. me. Bichio* §. *non obstat consensus Romana Domus* 14. *Ianuarij sub* §. *Et licet*, & 12. *Iunij* 1656. *in princ. coram R. P. D. meo Verospio*, & *nuper coram me, in Bononien. Pecuniaria, seu Tertia* 31. *Maij proximè præteriti*, §. *Et ex falsitate causa &c.*

Nec obligatio conualidari potest ex eo, quod Statutum 5 Narniæ † datum *in Summ. illorum de Caldoris num.* 6. inter solemnitates in Contractibus mulierum adhibendas nullibi expressionem Causæ requirat, vt in terminis ponderatum fuit *in Bononien. Indemnitatis* 30. *Ianuarij* 1651. *coram me*, §. *nec obstare potest*. Quæ tamen licet non expressa, hic adesse dicebatur, liberandi nempè virum à Carceratione; Quæ illi imminebat † ex eo, quod Caldetinus Emptor primi Cen- 6 sus in casu nullitatis illius ob regressum ad primæua Iura sibi reseruatum, mandata executiua obtinuerat &c.

Nam placuit DD. responsio, quod idem Statutum requirit Decretum Iudicis, † quod cum ex eadem falsa Causa 7 interpositum fuerit, pariter corruere debet, & cum illo mulieris † obligatio, Alex. *cons.*69.*n.*3.*lib.*3. Dec. *cons.*403.*n.*20. 8 Menoch. *cons.* 91 *n.*49. Valenzuel. *cons.*187.*nu.* 82.83.*&* 89. *lib.* 2. coram Buratt. *decis.* 261.*n.*2. *& decis.* 408.*n.*22.*par.* 6. *recent. & Romana fideicommissi de Capogallis* 18. *Iunij* 1657. *coram bo. me. Dunozetto*, §. *Quo vero ad secunda*; Vltrà quod in omnem euentum sufficeret, quod Causa, ex qua mulier inducta fuit ad contrahendam obligationem † expressa fuerit, 9 & successiuè falsa appareat, & erronea, ad hoc, vt nullius roboris, & valoris ex defectu consensus sit eadem obligatio, nec ex alia causa sustineri valeat, Gemin. *cons.*53.*n.*15. & post Pett. Duen. *reg.*185.*n.*2. Simoncell. *de Decretis lib.*1.*tit.*1.*nu.* 22. & in similibus terminis Rot. *decis.* 5.*n.*14.*&* 15.*& decis.* 134.*n.*21.*par.*4.*recent.tom.*2.

Minùs super Iuramento per Franciscam interposito fundamentum fieri potest sub prætextu, quod Statutum † Nar- 10 niæ casus iuratos non comprehendat, vt per Rot. *dec.* 682. *n.* 24.*par.*4. *recent. tom.*3. Quia eadem falsitas Causæ manifestum errorem præsefert, quo stante deficit consensus, † si- 11 ne quo Iuramentum nihil operatur, Castr. *cons.*377.*sub n.* 2. *vers. Ex quibus sequitur lib.* 2. Menoch. *d.cons.*91.*n.*43. Valenzuel. *cons.*11.*nu.*27. *lib.*1. Card. Mantic. *de tacit. lib.*26.*tit.* 2.*n.*36. *& seqq.* Rota coram Penia *decis.* 60. *n.*3.*&* 4. Caualer. *decis.* 612.*n.*45. Buratt. *d.decis.* 361.*nu.* 3. Duran. *decis.* 373. *nu.* 3. *& seqq. & in Romana dotis* 21. *Februarij* 1650. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado*, §. *final.vers. neque Iuramento, Rauennaten. Pecuniaria* 22. *Iunij* 1656. *coram R. P. D. meo Meltio, sub* §. *Iustitia etiam in fine*, quia in eo tacita inest conditio, † si narrata in Iuramento sint vera, vt in 12 specie respondit Dec. *d. cons.*403.*n.* 22.*vers. secundo quoad Iuramentum*, Rota coram Puteo *decis.*204.*sub nu.* 4. *& seqq. lib.*3. Pen. *d. decis.*60.*n.*13. *& duobus seqq.*

Cootrouerti autem nequit causam expressam fuisse prin-
cipalem, & potissimam, qua inducta fuit Francisca ad se
13 obligandum; Tum quia adest † dictio *Hinc est*, quæ cau-
sam finalem importat, Barbos. *decis.* 134. *num. vlt.* Rota *in*
Bononien. Nullitatis Concordiæ 12. *Iunij* 1645. *coram Reue-*
rendiss. D. meo Decano, §. *Nec dubitari*. Tum & vlterius
14 quia expressa fuit † per dictionem, *maximè*, quæ demon-
strat causam magis potentem, & præcipuam esse illam, quæ
exprimitur Barr. *in Constit. ad reprimen. verbo, & maximè n.*
20. *ad med. vers. per hanc dictionem*, Rot. *in dicta Romana*
Domus 14. *Ianuarii* 1656. *coram R. P. D. meo Verospio*, §.
altera vera causa.
15 Hinc denique non obstat, quod pro Decreto Iudicis præ-
sumatur, quia Regula non habet locum, quando adest va-
16 lidior probatio in contrarium, deducta † ex falsitate Causæ,
Paris. *cons.* 9. *nu.* 15. *lib.* 1. & cum eo Rot. *decis.* 529. *num.* 2.
par. 1. *diuers. decis.* 143. *nu.* 2. *in fin. par.* 3. vbi quod hæc pro-
17 batio tanquam desumpta ex eodem met Instrumento, † est
præferenda præsumptioni generali, quæ alias stat pro Iudice,
& decis. 294. *n.* 3. *par.* 5. *recent.*

Et ità resolutum fuit obligationem Franciscæ non sustineri vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Mediolaneñ Pensionis.

Mercurij 26. *Iunij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Fructus rei controuersæ licet regulariter loquendo non debeantur, nisi à die motæ litis, attamen prædicta conclusio non prodit, quando fructus vti accessorij ad rem petitam, sed per se, & principaliter, & alias, vt latiùs in Summarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia quando est valida, & iusta confirmanda venit.*
2 *ex Processus reuolutione probatur validitas sententiæ.*
3 *Sententiæ iustitia docetur ex decisionibus in causa factis.*
4 *Fructus regulariter à die motæ litis debentur.*
5 *Fructus quando petuntur vti accessorij ad rem tunc debentur à die motæ litis.*
6 *Fructus, quando petuntur de per se, & non vti sequela ad rem, tunc debentur à principio, & non à die motæ litis.*
7 *Pensionis plenaria restitutio, quando non possit dici facta.*
8 *Fructuum annuarum præstationum, & legatorum annorum, si non accessoria, sed principaliter petuntur debentur ab initio.*
10 *Decimæ, quando petuntur vti sors non autem vti accessoria, & tunc debentur vsque ab initio.*
11 *Pensiones, quando spectant ad Beneficiatos non vt singulos, sed ad mensam communem spectantes, & tunc super illis non potest transigi.*
12 *Pensiones Beneficiatis, quando debentur non vti singulis, tunc illæ quæ non fuerunt exactæ, cui debeantur.*
13 *Distributiones quotidianæ debentur illis, qui intersunt diuinis, & num.* 14.
15 *Verbum*, residentiæ, *quid importet.*
16 *Distributiones quotidianæ debentur residentibus nulla habita ratione residentiæ.*
17 *Verba illa*, distributiones quotidianæ, *apta sunt quoque comprehendere fructus Massæ Collegialis, & residentiæ.*
18 *Residentia, & interessentia, plurimum inter se differunt.*
19 *Verbum*, distributiones, *non inducit naturam simplicium distributionum quotidianarum, quæ singulis diebus distribuuntur.*
Distributiones quotidianæ verè nisi interessentibus dantur num. 19.
20 *Fructus Massæ communis, vel residentialis intra quale tempus, soleant distribui.*
21 *Distributiones quotidianæ non veniant appellatione fructuum Beneficiorum, quia non contemplatione beneficij,*
22 Text. in cap. fin. de rescript. in 6. *declaratur.*
23 *Interpretationes incongruæ non sunt admittendæ.*
24 *Verba, quando sunt clara dispositionem determinare debent, non autem antecedentia, si dubia, & obscura sunt.*
Cum hoc casu verba subsequentia ad antecedentium declarationem adiecta censentur.
clarationem adiecta censentur.
25 *Declaratio facta ad certum effectum, non debet trahi ad aliud.*
26 *Præbenda, & alij redditus Massæ grossæ, etiam ratione diuini cultus, & Ecclesiæ seruitij constituuntur.*
27 *Testis deponens per verba dubitatiua*, puta credit, &c. *probant.*
28 *Distributionum tertia species est, quæ etiam Beneficiatis Diuinis non interessentibus debentur.*
29 *Declaratio, quæ bene congruit rei declaratæ amplectenda venit.*
30 *Obseruantia, est optima cuiuslibet dispositionis interpres.*
31 *in Obseruantia interpretatiua non requirit præscriptionem, sed sufficit aliquando ita fuisse obseruatum.*

D E C I S I O CCCLXX XIV.

ABsoluto Iudicio contra Capitulum Ecclesiæ Metropo-
litanæ Mediolaneñ tam super iure exigendi in futu-
rum, quàm super condemnatione restituendi terminos à
die litis motæ decursos Officialibus, & Beneficiatis eiusdem
Ecclesiæ annuæ pensionis scutorum auri mille, quàm eorum
massæ distributionum quotidianarum, seù residentiæ autho-
ritate Apostolica S. Carolus Archiepiscopus assignauerat;
Alterum assumptum fuit pro restitutione terminorum decur-
sorum ante d. litem, nempè ab anno 1588. vsque ad annum
1613. In quo pariter Officiales, & Beneficiati ad illorum so-
lutionem Capitulum condemnari obtinuerunt. Super qui-
bus hodie in tertia instantia causa † iterùm proposita sen- 1
tentiam Rotalem ex vtroque tam validitatis, quàm iustitiæ
fundamento confirmandam esse Domini censuerunt.
Validitas manifesta resultat ex reuolutione Processus † 2
iuxta decis. Veralli 260. *par.* 2.
Iustitia verò remanet abundè probata ex rationibus pleno,
doctoque calamo exaratis in decisionibus † editis in prima 3
instantia coram bo. me. Merlino die 6. Iunij 1633. & 19. Ia-
nuarij 1635. inter eius impressas *dec.* 585. *&* 663. & in secun-
da coram bo. me. Bichio die 31. Ianuarij 1646. & 27. Iunij
eiusdem anni, in quibus dictum fuit, Pensiones nomine Ca-
pituli exactas ante motam litem esse restituendas, quia licet
regulariter † fructus non debeantur nisi à die motæ litis iux- 4
ta Text. *in l.* 2. *de fructib. & lit. expens. & in l. certum C. de*
rei vendic. Nihilominus, cùm in hoc iudicio Officiales, & Be-
neficiati non egerint ad ius exigendi † pensionem quo casu 5
accessoriè, & per modum sequelæ debentur fructus decursi
à die motæ litis dumtaxat, sed insteterint pro consecutione
terminorum decursorum, quo casu Pensiones ante motam
litem exactæ non vti fructus accessorij ad pensionem tan-
quam ad aliquod subiectum, & distinctum † capitale deben- 6
tur, sed vt sors principalis, & capitale de per se consideratum,
adeò vt nisi fiat condemnatio ad omnes pensiones decursas à
die purificatæ obligationis, dici non possit facta plenaria re-
stitutio pensionis iuxta † propositam actionem ex doctrina 7
Innocentij *in cap. querelam n.* 3. *vers. & nota extra de election.*
& fuit ponderatum *in Mediolanen. fructuum* 26. *Maij* 1589.
coram Platto apud Marches. *de commiss. par.* 2. *fol.* 106. quem-
admodum in præstationibus annuis, & in annuis legatis, † 8
quæ non vti fructus, sed tanquam sors principalis debentur
Grat. *discept. for. c.* 206. *num.* 20. Pacific. de Salu. *inspect.* 4.
cap. 2. *n.* 82. ac etiam in decimis, quando illæ, petuntur vti
sors, † non autem vti accessoriæ ad ius decimandi, Rota *di-*
uers. decis. 689. *num.* 3. *&* 6. *par.* 3. Seraph. *decis.* 1168. *n.* 3. *in*
Toletana decimarum 21. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Celso.*
& in decisionibus huius causæ aliæ quam plures referuntur.
Nec ex eo, quod non fuerint detractæ portiones tresde-
cim Beneficiatorum, qui transegerunt super eorum portio-
nibus, & consenserunt illarum erogationi in opus fabricæ

ædium

ædium canonicalium, argui potest excessus sententiæ Ro-
ralis condemnantis ad illam integrè restituendam vsque ab
initio, quo expirauit assignatio d. pensionis facta ab eo-
dem S. Carolo eidem fabricæ, quoniam pensiones tunc
10 decursæ † non ad eos vti singulos, sed ad mensam com-
munem, seu massam Beneficiatorum spectabant, ideò su-
per illis pro eorum interesse transigere minimè potuerunt
ad notata per Garz. de benef. par. 3. c. 2. num. 428. & 429.
Gonz. super reg. 8. gloss. 37. num. 26. vers. propterea; fructus
enim inexacti debentur successoribus, qui sunt de Collegio
de tempore exactionis, non autem hæredibus præterito-
11 rum, qui nullum † particulare ius super illis vnquam ha-
buere, vt post multa iura concludit Calderin. cons. 2. n. 2.
vers. tertius casus de Pecul. Cleric. Gambar. de effic. legat. lib.
6. q. 24. n. 562. Barbos. de iure Eccles. vniuers. lib. 3. cap. 17.
num. 80. Idemque seruari in Prouincia Mediolani determi-
natum fuit in Concilio Prouinciali quarto, de ijs quæ ad Ca-
pitulum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum per-
tinent lib. 4. num. 28. fol. 413. & ita reprobando consuetu-
12 dinem † contrariam resolutum fuit in Papien. fructuum 21.
Febr. 1622. coram Remboldo, & in Nouarien. Pensionis 29.
Nouemb. 1626. coram Pirouano.

Minùs arguitur excessus ex eo, quod pensio fuerit sim-
pliciter reseruata massæ distributionum quotidianarum,
13 quæ † debentur illis, qui diuinis officijs intersunt, vt propte-
rea Beneficiati transigentes eorum portiones quamuis so-
lutio ob litem pendentem impediretur, capitulo cedere, vel
remittere potuerint, cùm difficultas exactionis iuris ac-
14 quisitionem non † impediat, ad Text. in l. centumns §. illud
ff. de verb. obl. Moneta de distribution. quotidian. par. 3. q. 3.
num. 16. cum pluribus alijs relatis in decisione huius causæ
super remissoria §. quia materia articulata 12. Decemb. 1647.
coram Eminentiss. D. Card. Corrado.

Contrarium namque disponitur tam in Breue Gregorij,
ibi, Pensionem verò mille scutorum auri prædictam mensæ di-
stributionum quotidianarum, seu residentiæ iam constituta,
seu de nouo constituenda &c. quàm ex decreto S. Caroli edi-
to die 3. Febr. 1573. ibi, nunc verò mensa residentialis, siuè
distributionibus quotidianis, & ex altero sub die 5. Iunij
1577. ibi, nunc verò mensa residentiali, seu massa Officia-
lium Ecclesiæ Mediolanen. vnita, & applicata &c. Ex quo
15 sanè † verbo, residentia, liquet assignationem factam fuisse
non distributionibus quotidianis, quas minutas dicunt, &
quæ solis actu inseruientibus Ecclesiæ, & interessentibus tri-
buuntur, sed massæ communi, quam grossam appellant, &
16 in † qua grossi fructus, seu maiores redditus reponuntur,
qui residentibus de tempore exactionis nulla habita interes-
sentiæ ratione præstantur, vt in Extrauaganti postulasti §.
licet autem, & in Extrauaganti Cum nonnulla de prabend. in
commun. & Felin. in cap. cam te num. 13. vers. per istam dif-
ferentiam il 1. de rescrip. & penes Calderin. cons. 21. de pra-
bend. cum alijs allegatis in decis. edita 27. Iunij 1646. §. nam
respondetur coram bo. me. Bichio.

Nec aduersantur verba illa, quotidianarum distributio-
num, cùm hæc quoque apta sint comprehendere, & fru-
17 ctus † massæ Collegialis, & residentiæ, vt ex mente alio-
rum tradit Moneta de distribution. par. 1. q. 3. n. 4. 5. & 6. & di-
ctum fuit in Eugubina distribut. 28. April. 1634. coram bon.
me. Dunozette §. circa primum, & §. alij verò sunt, & com-
probatur ex depositionibus septem testium formiter exami-
natorum qui asserunt Beneficiatos habere, & massam distri-
butionum quotidianarum, necnon residentialem, vndè cùm
18 plurimum inter se differant † residentia, & interessentia, vt
tradunt glosæ. & DD. in cap. vnico de Cler. non residen. Cas-
sad. decis. vnic. eodem tit. Cæs. de Grass. decis. 116. aliàs 5.
num. 3. de prabend. Necessariò dicendum est vocem illam,
distributionum, tam in litteris Apostolicis, quàm in
decretis S. Caroli expressam non induere naturam simpli-
cium distributionum quotidianarum, quæ singulis diebus
19 † distribuuntur, & propriè non nisi interessentibus conce-
di solent, iuxta cons. Trid. sess. 24. cap. 12. §. distributiones de
reformue. & ita ait Rota decis. 608. num. 5. par. 1. & 107. nu.
2. par. 2. recens. sed potiùs assumere qualitatem eorum fru-
ctuum applicatorum massæ communi, & residentiali qui,
vel in fine anni, vel infrà, aut de tempore exactionis præ-
sentibus, & interessentibus distribuuntur quamuis antea
20 maturauerint † iuxt. celebre consilium Calderin. 21. de pra-
bend. quod sequuntur Gonzal. ad reg. 8. glos. 37. num. 26. vers.
Propterea, Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 428. & seqq.
& Rota semper amplexa est, vt in supracitata Eugubina di-

stributionum 28. Aprilis 1634. vers. tertia species fructuum
coram bo. me. Dunozetto, & in decis. huius causa 27. Iunij 1646.
coram bo. me. Bichio §. nam respondetur in fin.

Licet autem distributiones quotidianæ appellatione † fru- 21
ctuum Beneficiatorum non veniant eum non contempla-
tione beneficij, sed ratione laboris impensi debeantur, cap.
vnico de Cleric. non resid. ibique communiter, scribentes,
& post Oldrad. cons. 118. Cassad. dec. vnica eodem tit. & dec.
1170. n. 2. par. 3. diuers. conclusio tamen procedit in distribu-
tionibus, quæ dantur ijs, † qui Ecclesiæ quotidiè statis horis 22
inseruiunt, secus verò in his quæ infrà annum certo deter-
minato tempore distribuuntur, vt probatur in cap. fin. de re-
script. in 6. ibi de fructibus Beneficiorum distributionibus
quotidianis exceptis, exceptio namque est de regula iuxt.
gloss. in rubr. de reg. iur. in 6. & idem etiam habetur in extra-
uaganti 10. Postulasti de prabend. inter communes, ibi, licet
autem distributiones quotidiana per nos fuerint à perceptione
fructuum prædictorum exclusa, tradit Moneta vbi sup. q. 6. lib.
3. sub n. 9. & ita voluit Rota apud Verall. decis. 29. n. 3. lib. 2.
& in dicta Eugubina distributionum §. alij verò sunt coram bo.
me. Dunozetto.

Et interpretationem contrariam incongruam esse conuin-
cunt litteræ assignationis pensionis, ibi, massa distributio-
num quotidianarum, seu residentia iam constituta, seu de nouo
constituenda, si enim Pontifex de † massa simplicium quoti- 23
dianarum intellexisset, non opus fuisset addere, seu residen-
tia iam constituta, seu de nouo constituenda, cùm de existen-
tia prioris massæ, quam minutam vocant dubitari non posset;
Verùm quia pensionem massæ residentiali assignare decreue-
rat; Ideò vltra verba, distributionum quotidianarum, alia, seu
residentia iam constituta, seu de nouo constituenda, subiunxit,
quæ cum clara sint dispositionem determinare debent, non
autem antecedentia, † quæ dubia sunt, & obscura; hoc enim 24
casu verba subsequentia ad antecedentium declarationem
dicta censentur, vt inquit Rot. decis. 125. n. 38. par. 2. diuers.
cum alijs relatis per Modernum Lucensem consil. 2. num. 24.
lib. 2. Nil referente, quod prædictæ assignationis fuerit ratio
cultus diuinus, & Ecclesiæ seruitium, quia vltrà quod expres-
sio † illa facta fuit ad ostendendam solummodo tenuitatem 25
redditimm Beneficiatorum, quibus comodè non valebant
se substentare, ex hoc non infertur Pensionem Papam reser-
nasse massæ minutæ distributionū quotidianarum cum Præ-
bendæ, & alijs redditus † massæ grossæ ratione etiam diuini 26
cultus, & Ecclesiæ seruitij constituantur, vt originaliter ha-
betur in Conc. Trident. sess. 21. c. 3. de reformat.

Nec releuant Testes pro parte Capituli examinati depo-
nentes massam Beneficiatorum esse vnicam, nempè distribu-
tionum quotidianarum; nam vltra exceptiones personales
loquuntur † per verba dubitatiua (putat, & credit) & sic 27
non probant cap. quoties de Test. Bald. in l. Testium Cod. eod.
tit. Alex. cons. 68. in fine, vers. tertius Testis lib. 2. Cyriac.
contr. 150. n. 12. & 29. Rota decis. 88. sub n. 4. & dec. 439. n. 8.
par. 4. rec. & apud san. mem. Greg. decis. 517. nu. 17. & 18.
& decis. 678. n. 12.

Imò neque ipsi negant, quod Collegium Beneficiatorum
vltrà ordinaria distributione habeat etiam alios redditus, qui
infra annum certo determinato tempore inter Beneficiatos
etiam officijs non interuenientes distribuuntur; Atque ideò
dubitari non potest de existentia massæ Residentialis sub qua
nonnisi tertia illa species distributionum continetur, quas 28
etiam Diuinis non interessentes lucrantur, ita vt loco præ-
bendæ succedant, vt dixit Rota coram Put. decis. 365. nu. 3.
lib. 2. in recent. decis. 1. num. 12. par. 4. te. 2. & in sæpè citata
Eugubina Distributionum 28. Aprilis 1634. coram bo. me.
Dunozetto.

Et cessare visa est difficultas ex consuetudine antiquissi-
ma eiusdem Ecclesiæ de qua ijdem Testes in vim Remisso-
rialium examinati attestantur, quod omnes introitus ad
mensam huius Capituli quomodolibet spectantes exigun-
tur per Syndicum, & penes Thesaurarium depositi in Kalen-
dis Nouembris cuiuslibet anni inter Beneficiatos præsentes
distribuuntur, nulla habita ratione seruitij, seù interessen-
tiæ, minusuè, quod annis præcedentibus maturauerint, ex
qua satis † remanet declarata assignatio huius Pensionis cir- 29
ca modum eam administrandi, prout iuxta prædictam con-
suetudinem illius distributio fuit à Summo Pontifice deman-
data, vt ponderatum fuit in Mediolanen. Decimarum 8. Iu-
nij 1612. coram Pamphilio, relata per Gratian. discept. forens.
cap. 867. n. 45. & 46.

Accedit, quod ita obseruatum fuit in restitutione alio-

rum terminorum, & fructuum facta à Canonicia anno
1630. ea causa istius Pensionis nomine Capituli indebitè
exactæ, qui fuerunt diuisi, & distributi inter Beneficiatos
existentes de tempore diuisionis, nulla habita ratione præ-
30 teritorum, quæ obseruantia est optima cuiuslibet dispositionis interpres, & plurimum in proposito operatur cum
simus in obseruantia interpretatiua, in qua non requiritur
31 præscriptio, † sed sufficit aliquando ita fuisse obseruatum
Castr. *cons.* 347. *sub num.* 4. *lib.* 1. Aym. *cons.* 110. *num.* 4.
vers. Et ideo, Valenz. *cons.* 8. *numer.* 5. *& seqq.* Crescent. *decis.* 1. *de Constit.* Mantic. *decis.* 296. *n.* 3. *& in dicta Eugubina Distributionum coram bo. me. Dunozetto.*

Atque ità in hac vltima instantia causa tertiò ad disputationis trutinam reuocata vtraque parte Informante resolutum fuit.

R. P. D. M E L T I O,

Posteà Episcopo Papiensi.

Bononien. Separationis Bonorum.

Veneris 28. *Iunij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Bona descripta in Inuentario præsumuntur hæreditaria, imò & tale Inuentarium probat contra Tertium, quando est adminiculatum. Hæres grauatus restituere hæreditatem, quidquid ipsa acquirit ex ipsis bonis hæreditarijs, proprium facit, hanc tamen conclusionem limita, vt habet in Decisione.

S V M M A R I V M.

1 *Bona descripta in Inuentario hæreditario, probant bona esse hæreditaria.*
2 *Et hoc non solum contra conficientem illud, verum est contra habentes causam ab eo.*
3 *Bona hæreditaria descripta in Inuentario præsumuntur eo magis talia, quando sunt adminiculata.*
4 *Inuentarium hæreditarium probat etiam contra tertium, si sit adminiculatum.*
5 *Bona fideicommissarij sub fideicommisso, quando comprehendantur.*
6 *Fideicommissarius, quando præsumat bona pro fideicommisso acquirere.*
7 *Bona producta à bonis fideicommissarijs, quando efficiatur quoque ipsa fideicommissaria.*
8 *Bona, & acquisitiones factæ ab hærede grauato, an veniant in restitutione bonorum, limita, vt n. 9.*
10 *Hæres satis dicitur grauatus ex quo Testator eum onerauit ad faciendum aliquid.*
11 *Acquisitiones factæ ab hærede grauato censentur factæ secundum præcedens mandatum Testatoris.*
12 *Fideicommissum si fuerit super aliquo capitali, factum, quando acquisita ex eo dicantur fideicommisso subiecta.*
13 *Bona mobilia spatio longi temporis consumuntur.*
14 *Bona fideicommissaria mobilia quando adsunt, non est disputandum, an spatio longi temporis consumantur.*
15 *In hæreditate quando dicantur comprehensa etiam illa bona, quæ reperiuntur per ipsum hæredem acquisita iure proprio, dum prouenerunt ex effectibus hæreditarijs.*
16 *Bona præsumuntur hæreditaria ex descriptione eorum in Inuentario, donec contrarium non iustificatur.*

D E C I S I O CCCLXXXV.

POst vltimam Decisionem in hac causa editam sub die 27. Martij 1651. coram bo. mem. Dunozetto, in qua resolutum fuit Guglielmo, & alijs filijs q. Pauli Dondini competere separationem medietatis bonorum stabilium, quę eidem Paulo obuenerant in diuisione facta cum suis fratribus cohæredibus grauatis q. Iacobi Dondini ordinarunt DD. vt fieret omnium bonorum in Inuentario dicti Pauli descriptorum vniuersalissima æstimatio ad effectum restituendi Dotem Diamanti Sighicellæ ipsius vxori, ac alia debita soluendi, quibus obnoxia reperiebatur dicta Hæreditas fauore dd. filiorum in vim Auiti fideicommissi supradicti Iacobi. Completa postmodum prædicta æstimatione emanauit dubium coram dicto bo. me. Dunozetto, sub die 17. Maij 1656. An & quæ bona comprehenderentur in hæreditate Iacobi, illoque hodie per me in eius locum subrogatum propositum fuit per DD. responsum.

Primo loco in hæreditate Iacobi esse comprehensa omnia
illa bona tam stabilia, quàm mobilia, argenta, gemmas, pecunias, ac nomina debitorum, quæ reperiuntur descripta
in illius Inuentario hæreditario legitimè per dd. Paulum,
& eius fratres confecto, vt *Summ. DD. de Dondinis nu.*
5. ex qua quidem descriptione plena resultat probatio † bo- 1
na in eo contenta pertinere ad hæreditatem Iacobi fidei-
committentis tam contra ipsum Paulum conficientem, † 2
quàm contra alios ab eo causam habentes, *decis.* 426. *nu.*
2. *par.* 1. *& decis.* 261. *numer.* 6. *par.* 7. *recent.* coram Card.
Caualer. *decis.* 357. *num.* 2. *& decis.* 578. *num.* 5. coram Durano *decis.* 155. *nu.* 3. coram fel. mem. Gregor. *decis.* 575. *n.*
3. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis.* 242. *num.*
4. Præsertim concurrente Instrumento Diuisionis factæ in-
ter dd. fratres, in quo eadem † bona enunciantur tanquam 3
hæreditaria prædicti Iacobi fideicommittentis, Rota coram Duran. *decis.* 325. *num.* 4. *&* 5. *& in Cornetana Legatis*
4. *Decembris* 1620. *coram Dunozetto Sen. relat.* per Add. ad
Buratt. *decis.* 637. *num.* 18. vbi quod Inuentarium † admi- 4
niculatum probat etiam contra tertium, & nuper *in Bononien. fideicommissi* 5. *Aprilis proximi præteriti*, §. *De purificatione autem coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Secondò esse comprehensa omnia bona stabilia acquisita
à d. Paulo post obitum † Iacobi Patris ex effectibus negocij 5
Anconæ ab ipso Iacobo erecti, ac deinde renouati de anno 1628. per quinquennium duraturum, & sic per totum
annum 1633. cum onere tamen suis hæredibus iniuncto de 6
illud iuxtà currentes conditiones continuando; Nam cum
huiusmodi negocium post obitum dicti Iacobi in executionem dicti præcepti fuerit administratum à Paulo, † & po- 7
stea in subsequuta diuisione inter bona hæreditaria fideicommittentis reperiantur enumerata illa quoque per administrationem acquisita, resultat manifesta præsumptio talem acquisitionem fuisse factam pro fideicommisso, nempè
de pecunijs ad illud spectan. & ad manus administratoris
peruentis, *iuxta notata per DD. in l. Imperator*, §. *final.*
ff. de leg. & ità dixit Rota coram Merlino *decis.* 396. *in princ.*
coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis.* 235. *num.* 34.
in Bononien. de Glauarinis 4. *Maij* 1640. *coram Reuerendiss. D. Terracinen. in Bonon. Bonorum* 17. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in hac causa sub die* 27. *Martij*
1651. §. *respectu verò coram bo. me. Dunozetto.*

Tertiò fuit responsum in eadem Hæreditate Iacobi esse pariter comprehensa cætera alia credita, & effectus supradicti negocij ascenden. ad scuta 39579. quæ peruenerunt ad manus dd. Pauli, & fratrum de Dondinis mediante diuisione eiusdem negocij facta de anno 1637. cum Demetrio Pieritio consocio, vt in *Summ. prædicto n.* 11. *&* 12. qui effectus tamquam producti, à bonis ipsi fideicommisso subiectis cadunt sub eadem reseruatione ex rationibus supra adductis, & ita comprobauit etiam Rot. *in Amerina Successionis* 15. *Maij* 1656. §. *Neque respectu bonorum, coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Nec vrgere visum fuit, quod regulariter bona, & acquisi-
tiones factę ab hærede grauato non veniant † in restitutione 8
fideicommissi, sed commodo ipsius hæredis cedere soleant ex
congestis *in Romana Casalis* 14. *Iunij* 1649. §. *indubitati quidem coram bo. me. Arguelles.* Quia talis conclusio non applicatur casui nostro, in quo fideicommittens expressè ordina-
uit † negocium prædictum continuari debere per suos 9
hæredes iuxtà conditiones currentes, ex isto enim
onere censetur grauare voluisse dd. hæredes etiam
in fructibus d. negocij ad Text. *in l. vnum ex familia*, §. *Sed et si fundum vbi gloss. ff. de leg.* 2. Peregrin. *de fideicomm. art.* 49. *n.* 25. Cùm satis grauasse dicatur, ex quo
onerauit † ad id faciendum Rot. *in Bononien. Palatij de Ele-*
phantacii 16. *Ianuarij* 1640. *coram Reuerendiss. D. Terra-* 10
cinen. in Romana fideicommissi de Spiritibus 12. *Decembris*
1644. *coram bo. me. Bichio, & in Bononien. fideicommissi de Glauarinis* 5. *Maij* 1645. *vers. ex supra partita coram bo. me. Peutingerio.* Ideoque tales acquisitiones præsumuntur factæ
secundum præcedens mandatum Testatoris ad commodum 11

ip-

ipsius fidei commissi, quamuis stipulatio cōcepta fuerit nomine proprio hæredis, *l. ipse negotiationem* 59. vbi Batt. *ff. de administrat. Tutor.* Surd. *decis.*15. *n.*28. *&* 29. Rot. *in Cathacen. Hereditatis* 28. *Aprilis* 1653. §. *quia cum iste coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in allegata Amerina Successionis dicto* §. *neque respectu vers. nam omisso*, & consequenter capitale dicti negocij, cùm subsequentibus lucris eidem re-
12 stitutioni censetur † obnoxium, vt declarat Peregrin. *de fideicomm. art.*44.*n.*21. *vers. cum scilicet Testator, & art.*49. *dicto num.*25.

Minùs restagatur exceptio obiecta pro parte Scafiglioni quoad mobilia relicta per fideicommittentem, & signanter
13 respectu illorum fragilis materiæ, † quæ per lapsum 28. annorum à die obitus eiusdem fideicommittentis prætenduntur consumpta, nam hodie non agitur de separatione bo-
14 norum consumptorum, sed de ijs tantum mobilibus, † quæ adhuc existunt, & ex lectura Inuentarij dicti Iacobi non apparent consumpta, prout nec quidquam facit, quod penes Paulum remanserit tantummodò tertia pars bonorum supradicti fideicommittentis, cùm aliæ duæ fuerint consignatæ Francisco Mariæ, & Carolo Antonio cohæredibus in actu diuisionis, quia præsens quæstio non est super portionibus aliorum fratrum, sed tantummodò super illa Pauli, quæ debetur suis filijs vigore Auiti fideicommissi.

In hæreditate verò Pauli existimarunt DD. esse comprehensa omnia illa bona, quæ reperiuntur per ipsum iure
15 proprio acquisita, † ac in Inuentario hæreditario post eius obitum confecto fuerunt descripta, *vt in dicto Summ. de Dondanie num.*7. necnon mobilia valoris librarum 17501. iuxta æstimationem factam à Peritis relatam in eodem *Summ. num.*16. Item Domum per ipsum Paulum emptam
16 † pretio librarum 8000. ab Ermete de Muccia, & in diuisione supradicta sibimet Paulo reseruatam *dicto Sum. num.*6. *sub litteris FF.* Et demum possessionem in communi Anzolæ nuncupat. *Li doi serragli* in Inuentario ipsius Paoli descriptam, & à Peritis æstimatam in libris 15800. *eodem Summ. num.*15. *sub litteris GG.* Ex descriptione enim huiusmodi bonorum facta post obitum ipsius Pauli in suo Inuen-
17 tario satis demonstratur illa bona esse hæreditaria eiusdem, dum contrarium non iustificatur, *l. ab meritorum, vbi gloss. in verb. occupata C. ne vxor. pro Marit.* Rot. coram Duran. *decis.*155. *num.*2. cum alijs relatis *in dicta Amerina Successionis*, §. *Nec visum fuit*.

An autem cætera bona supradicti Pauli censeantur comprehensa illa, quæ sibi à Iacobo Patre inter viuos cum onere Primogenituræ fuerunt donata, & an ei debeatur legitima super bonis fideicommissarijs, vel potiùs intelligatur comprehensa sub dicta donatione placuit DD. peculiari inspectioni reseruare.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Fructuum Census.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Census impositus super Castro eo vendito non remanet extinctus, licet Castrum transeat in emptorem ab omni onere liberum.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua competit pro fructibus Census contra debitorem, & illius heredes, & n.*2.

3 *Facultas A.C. Rota communicata operantur, vt via executiua procedatur.*

4 *Castrum venditum à Congregatione Baronum remanet liberum ab hypotheca.*

5 *Census impositi super Castro vendito à Congregatione Baronum non remanent nulli.*

6 *Census non extinguitur nisi praeuia solutione, quod ampliа, vt num.*7. *&* 8.

9 *Exceptiones altioris indaginis reijciuntur à Iudicio executiuo.*

DECISIO CCCLXXXVI.

EVander 20. Octobris 1611. vendidit censum scutorum 35. pro pretio scut. 500. Liuiæ cum fideiussione Ferdinandi, & Pompilij *in Summ. num.*1. qui posteà pertinuit ad Magdalenam filiam, & hæredem ex sententia bon. mem. Peutingerij 14. Februarij 1648. Vndè & 20. Maij 1649. & 20. Iunij 1651. successerunt solutiones fructuum censualium factæ ipsi Magdalenæ à Ioanne filio, & hærede dicti Pompilij, *in dicto Summ. num.*2. & posteà 27. Maij 1654. venditus fuit Census ab Alexandro, vti cohærede Magdalenæ, ad quem Census ex diuisione pertinuit R. P. D. Iuliano Amadeo in eodem *Summ. num.*3. & proximè Marcus Antonius mediatus hæres dicti Euandri principalis Debitoris, & dictus Ioannes hæres dicti Pompilij fideiussoris iudicium super extinctione Census instituerunt coram A. C. contra modernum Census Dominum, à quo sententiam fauorabilem habuerunt à Signatora Iustitiæ, & ita fuit mihi causa commissa cum omnibus incidentibus, & dependentibus, ac toto negotio principali ex integro cum facultatibus A.C. *in dicto Summ. num.*4. vndè hodie dubitatum fuit, An sit relaxandum mandatum pro fructibus, & dd. relaxandum esse responderunt.

Quia constat de Censu, † cum promissione de soluendo 1
fructus per publicum Instrumentum, vt inquit Rota coram
Caualer. *decis.*71. *ab init.* & ampliùs contra hæredes, † nam 2
sicut agi poterat via executiua contra debitorem, ita contra eius hæredes, cùm non differant à persona sui, vt *decis.*439. *num.*1. *par.*4. *rec.* Nec hodiè controuertitur posse
per me executiuè procedi † stante commissione, in qua 3
communicantur facultates A.C. vt concludit Rota coram Burat. *decis.*752. *& ibi Adden.*

Nec obstare visa est DD. prætensa extinctio ex eo, quod Castrum Turricolæ cum Territorio, ac bonis, & ita fortasse cum fundo Census de mandato Congregationis Baronum instantibus Creditoribus Euandri subhastatum fuerit anno 1541. & liberum ab hypothecis transierit ex Constitutione Clementina contra Barones.

Quia vt † in puncto respondit Rota coram Ludon. *de- 4
cis.*445. *num.*5. Licet Castrum fuerit liberatum ab hypothecis respectu emptoris, ita vt super eo nulla competat actio,
† non tamen sequitur, quod fuerint extincti Census, & 5
remanserint sine fundo, ita firmauit Rota *in Signina Saluiani* 14. *Martij* 1639. *coram Carillo, &* 4. *Maij* 1643. *coram bon. mem. Bichio*, & nuncupatim contra debitorem eiusque fideiussorem, Rota *d. decis.*445. *num.*4. *& dec.*449. *num.*3. *par.*4. *recent.*

Et multò minùs obstare crediderunt depositionem pretij oblati ad effectum soluendi debita principalium debitorum, & tale depositum notificatum anno 1641. Magdalenæ cum protestatione, vt ex illo fructus, & pretium census acciperet.

Quia non constat † talem assignationem fuisse effectua- 6
tam mediante solutione, vt loquitur Rota *dicta decis.*71. *num.*1. & fortiùs post Cenc. *de censib. decis.*204. *num.*3. *vers. Respondebatur, & seqq. & dec.*389. *num.*11. *vers. non obstat.*
Neque fortè † potuit effectuari, nisi creditrix ipsa peteret 7
non solum fructus, sed etiam sortem, quæ magna controuersia est inter allegata à Moderno Salg. *Labyr. Credit. par.*1. *cap.*22. *num.*36. *& seqq.* Et maximè cùm Creditrix
haberet suos fideiussores, † contra quos salua manet actio, 8
vt supra, & de fructibus pro damnis, & interesse, benè Rota *dict. decis.*389. *sub num.*11. *versic. & quidquid sit, & num.*12.

Addebantque insuper quod interim hæc, quæ deduce-
bantur super extinctione Census, erant † remittenda ad 9
petitionem tamquam requirentia altiorem indaginem, in puncto Rota *d. decis.*71. *sub num.*4. *&* 5.

Et ita decisum fuit vna tantum Parte Informante &c.

R. P. D.

R. P. D. BEVILAQVA,

Romana Censns.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

De Census impositione, & de recognitione bonæ fidei, cùm obligatione soluendi fructus, & fideiussorem renouandi, quando constat ex publico Instrumento, hoc perindè est, ac si iste recognoscens esset principalis debitor, atque ipse Censum imposuisset, ideòque omnia in Instrumento posita obseruare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Instrumentum publicum probat etiam contra tertium, si agatur de probando ipso facto.*
3 *Obligans se ad renouandos fideiussores in casu mortis, id negligens tenetur ad pœnam conuentam.*
4 *Recognoscens bonam fidem in Censu, perinde est, ac si esset principalis.*
5 *Obligatus ad aliquid cum obligatione Camerali, adueniente tempore promissionis habetur pro condemnato.*
6 *Obligatio Cameralis tribuit etiam ius agendi contra hæredes.*
7 *Iura remanent extincta, stante confusione eorum.*
8 *Deuolutio rei, est probanda ab allegante.*
9 *Deuolutioni emphyteusis quando non possit dici deuoluta.*
10 *Linea noui acquirentis, non autem primi inuestiti, attenditur in inuestituris.*
11 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur ad retardandam obligationem Cameralem, & num. 12.*
13 *Legitimatio personarum in quocunque iudicio quantumcumque executiuo parte petente est facienda.*
14 *Aditio hæreditatis ex quo actu necessario inferatur.*
15 *Fides baptismatis, dum est adminiculata, an probet filiationem.*
16 *Hæreditas materna inter filios æqualiter est diuidenda.*
17 *Liber Parochi, vbi describuntur mortui, solet attendi ad probandam mortem, & n. 21.*
18 *Patris est prima causa successionis, dum quis non reliquit descendentes, & num. 19.*
20 *Hæreditas, quod spectet ad aliquem ex quo doceatur.*
22 *Filijs de iure debetur hæreditas Patris.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

SOcietas Sancti Bernardi de Vrbe recognoscendo bonam fidem erga Franciscum de Rusticis impositorem Census scut. 65. & bai. 90. monetæ, & Anastasiæ Apolloniæ, & alijs de Bonauenis pretio scut. 879. venditi illum sui contemplatione impositum fuisse, & pecunias ad eius manus peruenisse declarauit, onusque soluendi fructus, & fideiussores renouandi in se suscepit, sed quia in his defecit commissa causa in Rota cum facultatibus A. C. Robutus ad quem Census pro rata Apolloniæ tangen. peruenit petebat mandatum contra d. Societatem, & Monasterium S. Annæ hæredem d. principalis impositoris, quod relaxan. esse hodie decisum fuit.

Quia de impositione Census, & recognitione bonæ fidei cum obligatione soluendi fructus, & fideiussorem renouandi constat per publica Instrumenta, quæ faciunt
1 probationem † probatam, *l. emancipatione 11. Cod. de fid. Instr.* Rot. coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 180. num. 1.*
2 Etiamsi agatur † inter alios, & contra quoscumque dum agitur de probando ipso facto, vt tradit Bart. *in l. 2. in prima lectura num. 12. Cod. de edend.* Aym. *cons. 31. num. 7.* Greg. *decis. 484. num. 3. & ibi Adden.* Vndè sequuto obitu fideiussoris rectè agit Robutus pro illius renouatione, & solutio-
3 ne † fructuum in vim dd. Instrumentorum continentium obligationem Cameralem contra d. Monasterium S. Annæ, & d. Societatem, quæ per huiusmodi bonæ fidei recognitionem, & declarationem perindè reputatur principalis † de- 4
bitrix, ac si ipsa ab initio Censum imposuisset, & cùm emptoribus illius contraxisset, ex allegatis per Modern. Perusin. *de cens. quæst. 76. num. 6.* Rot. penes eundem *decis. 134. num. 1. & decis. 534. num. 1. decis. 556. num. 3. & in recent. decis. 46. & 271. vbique num. 1. par. 7.* Adeò vt adueniente tempore renouationis, & semestre solutionis fructuum
† habetur pro condemnata, Castr. *consil. 319. col. 2. post princ.* 5
vers. & hoc ideò lib. 1. Rota *decis. 415. num. 8. par. 1. recent. & coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 75. num. 4.* Et ius † tri- 6
buit agendi quoque contra hæredes, Merlin. *decis. 413. n. 1. & decis. 116. pariter n. 1. apud Cenc. de censib.*

Nec relaxationem mandati retardari visum fuit posse ex eo, quod census prouenit ex pretio quarundam domuncularum, quæ olim existebant sub proprietate Parochialis Ecclesiæ S. Sebastiani ad Valles, & ad illam deuoluantur ob deficientiam descendentium Constantini Pinaciri, & Catherinæ Querre Coniugum, quibus erant in emphyteusim perpetuam de anno 1529. concessæ, & subindè occasione nouæ fabricæ Templi S. Andreæ diruptæ, & Census in locum illarum subrogatus modo spectet ad Monasterium S. Susannæ ad quod prædicta S. Sebastiani Ecclesia eadem causa noui ædificij fuerat translata, vt habetur *in principio Decisionis 94.* coram Card. Caualer. & per successionem d. Monasterij in omnibus Iuribus, & bonis d. Societatis Laico-
rum S. Bernardi principalis † census debitricis, ille reman- 7
sit extinctus ob Iurium confusionem, cùm non possit quis esse Dominus rei, & super ea censum habere, Seraph. *decis. 872. num. 3. alijque congesti ab eod.* Cenc. *de censib. q. 114. n. 1. vltim. impress.* quia præter quod successio, quæ ab altera parte impugnabatur, non apparebat iustificata minusque Monasterium prædictum esse in causa, & de deuolutione domuncularum ad Ecclesiam S. Sebastiani Dominam dire-
ctam, quæ ab † allegante est probanda, *l. actor. Cod. de pro-* 8
bat. Rot. coram Card. Caual. *decis. 295. num. 1. & 344. num. 5.* coram bon. mem. Merlin. *decis. 506. num. 1. & 2.* Nedum non apparet, sed constat alias fuisse de anno 1577. à prædicta Catherina Constantini vxore, & ab eius filijs venditam Desiderio Bonauenæ auctori Apolloniæ, & aliarum de Bo-
nauenis acquirenti pro se suisque † hæredibus, & successo- 9
ribus quibuscumq; cum clausula ad haben. & consensu Rectoris Ecclesiæ S. Sebastiani, qui acquirentem in emphyteusim recognouit, & Laudemium recepit, hoc enim habet vim renouationis, *cap. potuit de locat. l. vltim. Cod. de Iur.*
Emph. Rot. *decis. 182. num. 12. par. 6. rec.* Et efficit, † vt noui 10
acquirentis, linea, non autem primi inuestiti debeat attendi, Castr. *cons. 329. vers. nec obstat lib. 2.* Rota *vbi supra num. 4. & 5.*

Sed omnis difficultas remouetur, cùm hæc sit exceptio
requirens † altiorem indaginem, & desuper agitata Cau- 11
sa in Tribunali Eminentissimi Vrbis Vicarij lata fuit sententia absolutoria Roburi ab impensis; Quapropter non
est apta retardare solutione fructuum Census, † ac præsta- 12
tionem noui fideiussoris vigore obligationis Cameralis, Bald. *cons. 152. in fine lib. 3.* Roman. *cons. 76. num. 3. & seqq.* Seraphin. *d. decis. 110. n. 7.* Rot. *decis. 191. n. 3.* apud Cenc. *de censib. & decis. 23. num. 10. par. 7. rec.*

Minusque impediri potest relaxatio mandati ex eo, quod Robutus agat, vti Pater, & hæres Ioannis Francisci filij donatarij Catherinæ de Fratellis, ac eiusdem cohæredis q. Horatij Roscis causam haben. à Christophoro, & alijs filijs, & hæredibus Constantiæ Vamperiæ descendentis ab Apollonia de Bonauenis altera Census de quo agitur creditrice, & id non probet, vt tenetur cùm in quolibet Iudicio, quan-
tumuis † Summario, & executiuo parte opponente neces- 13
saria sit personarum legitimatio, Bart. *in l. 2. in fine, C. de edict. Diu. Adr. tollend.* Paris. *cons. 11. num. 2. lib. 2.* Bursatt. *cons. 129. num. 7. & cons. 225. num. 7. lib. 2.* Gregor. *decis. 264. num. 2. & ibi Add. Litt. A.*

Nam quod ex d. Apollonia nupta Ioanni Petro Vamperio orta sit Constantia vnica filia, & hæres deprehendendo ex hoc, quod vti talis fuit admissa à Iudice cum consensu Dorotheæ Pinauræ eius Curatricis ad hæreditatem illius vendidit vineam dotalem Matris pro illius debitorum solutione comput. d. Dorotheæ eius matertere, & Curatricis de bonis maternis ab eadem administratis solidauit, & de anno 1613. pro fructibus huius Census contra Societatem
S. Bernardi mandatum reportauit, † isti enim sunt actus 14
necessario inferentes aditionem hæreditatis, *l. 2. C. de Iur.*

deli-

deliberand. Menoch. *conf.*772. *num.* 12. Cyriac. *controu.* 301.
num. 1. Rot. apud Greg. *decis.*98. *num.* 3. *& decis.*371. *num.*8.
*& in rec. decis.*82. *n.* 1. *par.* 2. *& decis.*22. *num.* 4. *par.*6. Iniun-
15 cta fide Baptismatis, † quæ ex prædictis benè adminiculata
probat filiationem, Caualer. *decis.* 128. *n.* 2. *& decis.* 10. *n.* 3.
coram Card. Millino *decis.*59. *n.*5. *par.*5. *& decis.*331. *num.*2.
*& 3. par.*6. *rec.* Buratt. *decis.*349. *n.* 2.

Ex Constantia verò, & Horatio Roseo Coniugibus na-
tos fuisse Christophorum, Apolloniam, & Octauiam pro-
batur ex fide baptismatis, comprobata ex dictis Testium,
& Instrumento donationis sc. 100. per dictam Dorotheam
Pinauram facti d. Octauiæ, ex quibus resultat sufficiens fi-
liationis probatio ex prææallegata, d. autem Constantia de-
functa superstitibus dictis filijs ad eos æqualiter materna
16 hæreditas † fuit delata, *l. maximum vitium*, *C. de lib. prate-
rit.* Soc. Iun. *conf.* 119. *num.* 7. Honded. *conf.* 65. *num.* 18. *lib.* 1.
Rot. *decis.* 175. *num.* 16. *par.* 7. *recent.* illisque filijs successiuè
mortuis, vt deponunt Testes examinati, & relata *in Sum.
Robuts n.* 10. & partita libri extracta à Parocho, vbi nomina
17 mortuorum describuntur, † quæ mortem probant Rot. *de-
cis.*29. *num.* 75. *& decis.*251. *num.* 41. *coram Eminentissimo D.
Card. Otthobono.* Successit d. Horatius Pater ex Iuris dispo-
18 sitione, cùm prima causa † succedendi sit ipsius Patris, vbi
filius sine descendentibus decedit, *Auth. defuncto inucl. a glos.
in vers. gradus ead. Tertull.* Honded. *conf.* 32. *n.* 26. *lib.* 1. Rot.
19 *decis.* 217. *n.* 1. *par.* 5. *rec.* Et vti Pater, † & hæres pro fructi-
bus huiusmet Census egit contra Societatem debitricem
eodem *Summ. num.* 11.

Quod autem hæreditas Horatij Rosei spectaret ad Ca-
20 therinam † de fratellis illius in secundis nuptijs Vxorem, &
ad Ioannem Franciscum Robutum patet ex testamento re-
lato *in d. Sum. num.* 9. in quo æqualiter fuerunt ab ipso hære-
des scripti, & ab eis cum beneficio legis, & Inuentarii ad-
dita hæreditas *Summ. n.* 12. & postea Catherina suam ratam
eidem Ioanni Francisco suo cohæredi donauit *Summ. n.* 14.
21 † & defuncta vt ex partita libri Parochi *num.* 16. Ioannes
Franciscus proprio, & donatario nominato mandatum pro
fructibus ab A. C. vel Iudice ab eo deputo reportauit, vt
Sum. n. 17. *&* 19.

Tandem satis etiam innotescit Simonem Robutum esse
d. Ioannis Francisci defuncti Patrem, tum ex testamento
Horatij, & ex Instrumento donationis Catherinæ, in
quibus eiusdem filius enunciatur, & in Instrumento adi-
22 tionis hæreditatis † ad ipsum de iure spectantis, *§. si igi-
tur defunctus Auth. de hæred. ab intestat. alijsque superius
allegatis.*

Et ita vtraque &c.

Confirmata fuit præsens decisio sub die 7. Iulij 1659. coram eodem R.P.D. Beuilaqua.

R. P. D. BEVILAQVA.

Auximana Donationis.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Filius volens succedere parentibus tam ex testamento, quàm ab intestato, tenetur fratribus cohæredibus, ea omnia conferre, quæ dicti parentes, eidem etiam contemplatione matrimonij donarunt, nisi fuerit à parentibus prohibitum, cùm id dependeat à voluntate parentum.

SVMMARIVM.

1 *Fratres omnes simul admittuntur æqualiter ad hæreditatem parentum.*

2 *Filius volens succedere parentibus simul cum alijs fratribus, quid conferre teneatur.*

3 *Donatio facta filio à patre ex causa matrimonij, an sit ex causa voluntaria, & an sit conferenda, & n.* 4.

5 *Bona omnia donata à patre filio sunt computanda in legitimam, & num.*6.

7 *Bona omnia, quæ imputationi in quartam legitimæ subiacent collationi quoque obnoxia sunt.*

8 *Æqualitas inter fratres parentibus succedentes seruanda est. Ius collationis inter fratres quare fuit introductum.*

9 *Pater donando filio ob causam matrimonij, quando præsumatur, vt voluerit ea bona conferre cum fratribus.*

10 Crauett. in consil. 85. num. 7. *quo casu loquatur.*

11 *Donatio facta à patre filio ob causam matrimonij, quando ei facta sine onere conferendi dicatur.*

12 *Donatio facta à patre filio an sit conferenda, nec ne, in hoc paternum iudicium est seruandum.*

13 *Cuius iudicium desumi etiam potest ex coniecturis, quæ tamen debent esse vrgentes, & de necessitate concludentes.*

14 *Filius, quando possit hæreditatem paternam repudiare.*

15 *Filius, quando iudicialiter bonorum parentum diuisionem petijt, non potest amplius hæreditatem repudiare.*

16 *Heres, quando quis fuit semel, amplius ab aditione hæreditatis non potest se abstinere.*

17 *Filius dum adit hæreditatem parentum, per dictam aditionem obligat se ad ea, quæ de iure ob d. aditionem tenetur.*

18 Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 1. num. 44. *in quo casu loquatur.*

19 *Filius recusans conferrens, quæ habuit in vita patris, non dicitur repudiare hæreditatem.*

20 *Filius postquam adiuit, & se immiscuit in hæreditate parentum, non potest amplius se abstinere.*

21 *Filius, quando possit inuitus cogi, ad conferendum, ita vt non valeat se abstinere ab hæreditate.*

23 *Donatio facta filio à patre ex causa matrimonij cum aliqua contracti, censetur facta etiam singulis filijs nascituris.*

24 *Collatio bonorum habet tantum locum inter succedentes.*

25 *Instrumentum cum solemnitatibus celebratum est attendendum.*

26 *Donatio facta pro filijs nondum natis, censetur facta contemplatione ipsius patris, & num.* 27.

28 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij à patre filio, ea venit conferenda in successione fratrum, & num.* 29.

DECISIO CCCLXXXIX.

DEfuncta ab intestato Ludonica Guzzulina Ioseph fi-
lius intendens æqualiter cum suis fratribus admitti ad
illius hæreditatem † iuxtà iuris dispositionem, de qua in 1
leg. maximum vitium 4. *C. de liber. præter. l.* 1. *C. de suis, &
legit. hæred. auth. in successione, Cod. de suis, & legit. li-
ber.* iudicium contra eos instituit pro bonorum diuisio-
ne, sed quia renuebat conferre alia bona à d. Ludouica
sibi, & filijs nascituris antecedenter donata occasione ma-
trimonij inter ipsum, & Isabellam contracti, orta super
hoc lite, latisque contrarijs sententijs, fuit tandem causa
ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, hodie proposui du-
bium, An donatio esset conferenda, quod fuit affirmatiuè
resolutum.

Resolutionis fundamentum fuit, quia de iure quando fi-
lius vult succedere parentibus, tam ex testamento, † quàm 2
ab intestato, tenetur fratribus cohæredibus ea omnia con-
ferre, quæ dicti parentes eidem etiam contemplatione ma-
trimonij donauerunt, nisi fuerit prohibita collatio per *Tex.
in l. vt liberis* 17. *Cod. de collat.* Berengar. *in l. in quartam* 90.
ff. ad l. falcid. cap. 3. *art.* 3. *num.* 10. *vers. alij etiam*, Alex.
*cons.*56. *lib.* 3. Bertrand. *cons.*203. *num.* 2. *cum seqq. lib.* 3. *par.* 2.
Franc. Becc. *cons.* 20. *num.* 26. Paril. *consil.* 16. *num.* 33. *cum seq.
lib.* 4. Roland. *cons.* 70. *num.* 13. *cum seq. & num.* 16. *&* 17. as-
serens donationem intuitu † matrimonij à patre filio, fa- 3
ctam dici ob causam, quæ à principio valet, & est confe-
renda *lib.* 4. Surd. *cons.*361. *num.* 29. Ludou. Bell. *cons.* 19. *n.* 6.
& seq. num. 34. Soccin. Sen. *cons.*91. *num.* 8. *lib.* 1. Giouagn.
cons. 83. *num.* 60. *cum seq. lib.* 1. Perege. *de fideicom. art.* 30.
sub n. 34. Bar. *de success. lib.* 14. *tit.* 4. *num.* 14. *vers. sed quid*,
vbi de veriori, & receptiori † sententia testatur, & de com- 4
muni Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *q.* 21. *num.* 14. *cum seq.* Cutell.
de donat. sem. 2. *disp.* 1. *special.* 5. *num.* 5. *par.* 1. *fol.* 56. Fonta-
nell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 1. *num.* 4. *vers. nos vero*, Cy-
riac. *contr.* 368. *num.* 1. *&* 2. Thesaur. *decis.* 46. *num.* 1. & in
terminis donationis maternæ consuluit Cassan. *cons.* 73.
num.

num.70. & seq. Rota coram bon.mem. Merlino *decis.586.*
num.2.

Et faciliùs in proposito casu, quo ad hanc collationem
faciendam visum fuit concurrere donatricis voluntatem;
illa enim hac lege donauit, quod donatio in Iosephi legiti-
mam computaretur, quando enim à disponente hoc onus
5 † imponitur, proculdubio sunt computanda omnia dona-
ta, *l.quando §.generaliter, C. de inoffic.test. l.quæ pater filio*,
ff.famil.ercisc. Bart. *in l.in quartam num.10.* vbi Pic. *n.187.*
6 dicens hanc † sententiam ab omnibus sequi, Thesaur. *d.de-*
cis.46. num.11. Merlin. *de legitim. lib.2. tit.2. quæst.29. n.46.*
Rota coram san.mem. Greg.XV. *decis.568. num.3.* vbi Add.
num.18. vers.limitatur autem, ex quo imputationis onere
inferebatur de intentione donatricis fuisse, quod bona do-
7 nata conferantur † ex regula generali, quod omnia quæ
imputationi in quartam legitimæ subiacent, collationi quo-
que obnoxia sunt, vt probat *Text.in l.illud* 20. *§.hæc autem*
regula Cod.de collat. vbi Dec. *num.5.* Corn. *num.8.* Thesaur.
d.decis.46. num.5. Merlin. *eodem tract. de legitim. lib.2. tit.2.*
quæst.1. num.2. Fontanell. *de pact.nupt. vbi supra num.49.* &
sic, quod vnus filius assequeretur de bonis maternis quan-
8 tum alius, & æqualitas † seruaretur inter eos, cuius causa
introductum fuit ius collationis, *d.l.vt liberis*, *& l.illud C.*
de collat. Bald. *cons.37. vers.4. vertitur dubium lib.2.* Rolan.
d.cons.70. in fin. Crauett. *cons.85. num.8. & cons.125.num.7.*
Surd. *cons.*219. *num.12.* Merlin. *d.tit.2. quæst.29. à num.50.*
vsque ad fin.

Non obstant coniecturæ, quæ deducuntur in contrarium
ad ostendendum donatricem huiusmodi voluntatem non
habuisse, & signanter non facit, quod illa bonorum dona-
torum integrum vsumfructum sibi toto suæ vitæ tempore
reseruauerit, quasi ex hoc donatio censeatur collata in
tempus mortis donatricis; vnde elusoria quodammodo fuis-
set, cum matre viuente Ioseph nullum poterat sentire
commodum, d. vsufructu reseruato; ea autem mortua
conferri debet donatio, sine qua tunc temporis Ioseph ha-
9 biturus erat suam † portionem in bonis maternis; atque
ideò verisimile non est, quod intellexerit illum obligare
ad collationem, vt in specie ratiocinatur Crauett. *cons.85.*
num.7. quem sequitur Surd. *in cons.143. sub num.32. vers.*
considerandum est, quoniam respondebatur doctrinam
10 Crauettæ † non subsistere, est enim fundata in præsupposi-
to, quod donatio stante reseruatione vsusfructus fauore
donatricis remaneat sine effectu, & nullam vtilitatem do-
natario afferat, & ex hoc arguit donationem esse puram,
11 † & absque onere conferendi, quàm tamen vti falsam, &
erroneam reijciunt, Giouagn. *in d. cons.83. num.72. & 73.*
vbi plures vtilitates recenset idem Surd. *in cons.361.num.34.*
versic.quod verò, & priùs Roland. *in d. cons.70. num.15.*
lib.4. Ludouic.Bell. *consil.19. n.33.*

Aliæ autem desumptæ ex clausulis penè, & liberè, ac ir-
reuocabiliter, & perpetuò, alijsque vulgaribus, ordinarijs,
executiuis, & aliàs apponi solitis, minùs videbantur in
consideratione habendæ, quia licet collationi locus non
12 sit; † quando constat patrem voluisse, quod donatio non
conferatur, tali enim casu necesse est paternum amplecti
iudicium, *auth.ex testamento, & in corpore vnde sumitur*,
C.de collat. Crauett. *à cons.85. num.8. & 125. num.5.* Surd.
vbi supra num.28. & 33. si tamen id expressum non dispo-
suit, sed prætenditur ex coniecturis desumi tacita intentio
13 † illos liberandi à collatione, illæ debent esse vrgentes, &
de necessitate concludentes, non autem generales, & le-
ues, vt illæ exaduerso deducta, quæ non sufficiunt, vt tra-
dunt in terminis Riminald. *in d. auth. ex testamento num.2.*
C.de collat. & in cons.238. Bologn. *in l.si emancipati num.41.*
Cod.eod. Soccin.Sen. *cons.127. num.13. vers.sed hic incurrit*
lib.3. latissimè Surd. *in citato cons.361. à num.33. vsque ad*
fin. Giouagn. *eod. cons.83. num.85.* Cyriac. *d. contrau.368.*
num.5. & 6.

Nec dicatur, quod Ioseph mutando consilium potuit bo-
14 nis donatis inhærere, & successionem † maternam repu-
diare, & ita collationem euitare, ex tradit. per Fontanell.
de pact.nupt.claus.4. gloss.1. num.44. nam cùm iam accepta-
uerit hæreditatem ad effectum consequendi suam ratam,
& duos annos, & vltra in possessione permanserit, & in
15 hac prætensione perseuerauerit petendo † iudicialiter bo-
norum diuisionem, aliosque actus fecerit, qui necessario
aditionem inducunt, *l.pro herede in princip. ff.de acquir.he-*
red. Bart. *in l.gerit ff. eadem*, non valet ampliùs ab aditione
16 se abstinere, & nomen hæredis dimittere, † quia dum semel
fuit hæres, semper remanet talis, *l.sed & si sine, §.sed Pa-*
pinianus, ff.de minor. l.ex qua soluendo, ff.de hered. instit. l.si-
cut, C.de repudiat. hered. vbi Castr. & Ias. Surd. *consil.457.*
n.32. & 34. sed debet conferre donationem, ad quod per di-
ctam † aditionem se obligauit, & iuri non conferendi re- 17
nunciauit, *l. fin. ff. de collat.* Surd. *cons.143. num. 41. &*
361. num.49. & seq. Paris. *consil.16. num.33.* Rolan. *in sæpè*
cit. cons.70. sub num.14. lib.4. Giouagn. *in d. consil.83. num.*
77. lib.1.

Quibus non aduersantur Fontanell. † & ibi relati, per 18
quos videtur concludi esse in donatarii potestate bona do-
nata retinere, vel illa conferendo cum aliis fratribus succe-
dere, quia loquuntur in terminis ab hoc casu longè diuer-
sis, hoc est quando filius priùs recusauit conferre, & po-
stea mutauit propositum, quod ei † permittitur, nam recu- 19
sans conferre, non repudiat hæreditatem, secùs vbi, vt hic
fuit adita hæreditas, vel immiscuit, tunc enim non potest
ampliùs pœnitere † ad effugiendam collationem, *l.si soror*, 20
& ibi gloss. & DD. C. de collat. glos. in l.1. in princ. ff. de col-
lat.dot. Corn. *cons.289. num.fi. lib.4.* vbi quod si filius, qui
adiuit, vel se immiscuit in hæreditate absque præcedenti
protestatione, taliter concepta, quod reddat † immixtio- 21
nem non factam, potest inuitus cogi ad conferendum,
nec valet se abstinere, & immistionem reuocabilem red-
dere, Valasc. *de partit.cap.15. n.4. vers.cæterum circa istam*
legum praxim.

Neque tandem visum fuit obstare, quod donatio † æquè 22
principaliter facta fuerit Iosepho, & filiis ex matrimonio
cum Isabella contracto nascituris, quapropter reputetur
vnicuique, & † singulis independenter de per se facta, 23
adeout tot censeantur donationes, & primi donatarii filii,
quot sunt Bald. *in cap.1. num.3. in fin. vers. pone dicit Domi-*
nus, tit. si vassall. feud. priuet. Castren. *in l.si pecunia n.11.*
ff.de condit. caus.dat. Rolan. *consil.15. num.3. lib.4.* Vndè si
Ioseph ob aditionem hæreditatis, illiusque petitionem ad-
strictus remanserit ad conferendum, non inde potuit præiu-
dicium inferre Ludouico filio iam nato, & ad donationem
ex propria persona vocato, † qua ait esse contentum, nec 24
curat de auia hæreditate minusque cum patruis succedere;
collatio enim locum habet solum inter succedentes *DD. in*
rubr. & in l.2. & in d. auth. ex testamento C. de collat. Gio-
uagn. *d.cons.83. num.56.* quia vltra, quod ex tenore Instru-
menti donationis sub die 25. Februarii 1650. quod tam-
quam cum solemnitatibus † stipulatum est attendendum 25
constat Iosephum esse principalem donatarium eoque tan-
tùm casu filii nascituri sunt, vt primi donatarii ad donatio-
nem vocati quo Iosephi creditores quantumuis priuilegiati
vellent aliquod † ius etiam super fructibus bonorum do- 26
natorum prætendere, non fuit ipsi solummodò donatum,
sed & patri simul, ad quem priùs bona peruenerunt, quo
fit vt donatio pro filiis nondum natis, nec donatrici cogni-
tis, stipulata dicatur † contemplatione ipsius patris, Bart. 27
cons.131. lib.1. Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.28. n.9.*
Surd. *cons.177. num.19. & decis.332. n.46. & seq.* & proinde
locus est collationi, Cyn. *in l.scimus q.5. Cod. de collat.* Bart.
in l.dotem dedit. num.2. ff. de collat. bonor. Surd. *d.consil.361.*
num.30. & seq. Cephal. *cons.105.* & pleniùs per has, & alias
rationes conclusioni in obiecto firmatæ occurrit, Giouagn.
in d.cons.83. sub num.69. à vers.secundum pariter, ad vers.
tertium verò, & in specie donationis ob causam, † & in- 28
tuitu certi, & determinati matrimonii emanatæ, quod
semper intret collatio, est clara dispositio *Text.in d.l.vt li-*
beris 17. C.de collat. dum nulla habita consideratione, An
pater, vel Mater, & alii pro filio, vel filia donauerint, &
vtrum in sponsos, vel † sponsas pro liberis suis parentes do- 29
nationem contulerit, eam in rebus diuidendis conferen-
dam esse sancitur, & præter in principio relatos firmant
Gamm. *decis. Lusitan.64. num.1.* Modern. Lucan. *cons.7.*
num.27.

Et ita vtraque parte informante &c.

ANNOTATIO.

DEcisio præsens post longum tempus idest post deci-
mum annum, & sic *sub die 18. Iunij 1668. coram eo-*
dem R.P.D. Beuilaqua, parte aduersa acerrimè informan-
te fuit confirmata. Non obstante duæ validæ oppositio-
nes allatæ à d. parte ad destruendam conclusionem hic in
præsenti decisione solidè firmatam. Prima fuit, quod col-
lationi non erat locus in præsenti causa, quia donatio fuit
volun-

voluntatis. Altera verò, quia donatio non fuit facta Ioſepho, ſed filijs ab eo procreandis, & cooſequenter ceſſare collationem, cùm nepotes noo tractent de ſuccedendo auiæ vnà cum patruis, & collatio ſolum detur inter æqualiter ſuccedentes, iuxta doctrinam *Baldi, & alios in authent. ex teſtamento, C. de collat.*

Verum limitationes iſtæ ad incudem diſputationis in Rota poſitæ, ſub potentibus rationum malleis fuerunt fractæ. Quare cùm non eſſent adamantinæ, fuerunt reiectæ vnde in deciſis fuit permanſum, & alias prout latius habetur *in d. deciſione ſub die 18. Iunij 1668. coram R.P.D. Benilaqua*, quæ deciſio magiſtralis eſt, more tam integerrimi, & doctiſſimi Auditoris Sacræ Rotæ, Romanæ cuius ingenium acerrimum eſt, ac eius doctrina mirabilis, Animi verò candor ſatis per ſe elucet, Fama communis non mentitur.

Paulus Rubeus.

R. P. D. P R I O L O.

Romana prætenſi Fideicommiſſi de Attauantibus.

Die Lunæ 1. Iulij 1658.

A R G V M E N T V M.

Attentata ſunt geſta poſt inhibitionis Rotalis exequutionem. Appellatio vnius, An & quando prodeſt Conſortibus in eadem cauſa condemnatis.

S V M M A R I V M.

1 *Inhibitio ſtatim ac eſt præſentata retardat exequutionem ſententiæ.*

2 *Appellatio interpoſita ab vno ex pluribus colliticantibus prodeſt alijs condemnatis, itaut contra eos exequi non poſſit, alias dicitur attentare.*

3 *Reſtitutio in integrum alicui conceſſa prodeſt reliquis in eadem cauſa condemnatis.*

4 *Prorogatio fatalium ab vno ex litis conſortibus petita, excuſat omnes alios à deſertione cauſæ.*

5 *Appellatio ab vno interpoſita, ad excludendam rem indicatam, iuuat alijs in eadem ſententia, & cauſa condemnatis.*

6 *Procurator ſi non habet mandatum procura ad appellandum, appellatio non præiudicat principali, niſi fuerit ab eo ratificata.*

7 *Appellatio Conſortis non ſuffragatur alteris, quando ſeparatim appellauit.*

8 *A Procuratore geſta facta generale mandatum habente, non nocent principali, quando ſpeciale requiritur.*

9 *Poſſeſſio capta poſt præſentatam inhibitionem, dicitur attentata etiam in illa parte, in qua inhibitio non operatur.*

10 *Commiſſio per citationem ad dicendum contra efficitur communis, & cauſat litem, & attentatum quoad impetrantem.*

D E C I S I O CCCXC.

QVamuis à ſententia lata ab A. C. fauore Franciſci Attauantis contra Hoſpitale S. Ioannis Nationis Iannuen. Octauium Chiattonum, ac Domitillam Elianam de Gherardellis ſuper Immiſſione in poſſeſſionem domorum de qoibus agitur pro parte Hoſpitalis appellatio interpoſita
1 fuiſſet, & inhibitio † totalis præſentata eidem Attauanti, nihilominus idem Attauantes domorum præfatarum poſſeſſionem cepit; Ideò Rota ſuper dubio à me hodiè propoſito, An conſtat de attentatis, quæ veniant reuocanda, affirmatiuè reſpondit *per text. in l. 1. & tot. tit. 5. ff. nil. non. appell. interpoſ. & cap. non ſolum de appell. in 6.* Rota coram Boratt. *deciſ. 181. num. 1. alijſque relatis in Bononien. Attentatorum 5. Iulij 1655. & 27. Iunij 1657. coram R.P.D. meo Celſo.*

Nec euitantur ex eo, quod Domitilla de Gherardellis in commiſſione nominata non ſit, ſufficit enim fuiſſe appellatum, & cauſam appellationis ad inſtantiam Hoſpitalis in Rota commiſſam, quia cùm ſub vno, eodemque libello omnes conuenti fuerunt, & in vna, eademque cauſa fuerit lata ſententia, appellatio vnius ratione conſortij, 2
& communionis alteri prodeſt, vt deſumitur *ex l. 1. & 2. Cod. ſi vnus ex pluribus, & cap. vna ſententia penult. de appellat.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 11. num. 1. & ſeq.* Rota *deciſ. 52. de appellat. in nou. deciſ. 315. num. 7.* ibique Add. *deciſ. 456. ſub num. 1. par. 3. recent. & deciſ. 298. num. 12.* apud Pacif. de Salu. Adeò vt tali appellatione pendente cæteris non appellan. exequutio fieri non poſſit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 115. num. 1. deciſ. Marchia 142. n. 5.* Prout † reſtitutio in integrum, ſuſpenſio Iuriſdictionis, & 3
ſimilia propter connexationem, & indiuiduitatem materiæ vni conceſſa prodeſt reliquis, Rota *d. deciſ. 456. num. 1.* Et prorogatio † fatalium petita ab vno ex litis conſortibus om- 4
nes excuſat à cauſæ deſertione, Lanceli. vbi ſupra *ampliat. 11. num. 3.* & dixit Rota coram Put. *deciſ. 466. per tot. lib. 2.* Ita quoque † ad excludendam rem iudicatam appellatio 5
per vnum interpoſita iouat alios in eadem ſententia condemnatos, & eadem cauſam defenſionis habentes, Rota *in Romana fideicommiſſi de Marianis 1. Martij 1649. coram Reuerendiſs. Tarraconen. relata in deciſ. 259. n. 9. apud Eminentiſs. D. Card. Otthobonum.*

Neque releuat, quod per Procuratorem ſuum ſeparatim ab Hoſpitali appellauerit, atque ideò illius appellatione iuoari non poſſit, quia vltra quod † non probatur ap- 6
pellantem habuiſſe mandatum, ſeu Domitillam appellationem ratificaſſe, & ſic inutilis redditur appellatio, perinde ac ſi interpoſita non fuiſſet, vt tradit Lanceli. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 22.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 573. num. 6. & ſeq.* Caputaq. *deciſ. 35. num. 6. par. 1.* Acchill. *deciſ. 10. de appell. in recent. deciſ. 627. num. 1. par. 3.* & coram Caual. *deciſ. 31. eod. num.* Præſertim quia in tantum † Con- 7
ſortis appellatio alteri non ſuffragatur in quantum iſte ſeparatim appellando beneficio, *l. prima, & ſecunda C. ſi vnus ex pluribus renunciaſſe videtur*, vt aduertit Bart. *in l. à ſententia 5. num. 6. ff. de appellat.* & omnes ſuperius allegati declarant. Et tamen quis facto alterius etiam habentis generale mandatum iuri ſuo renunciaſſe non dicitur, † cùm 9
ſpeciale requiratur, Gregor. *deciſ. 270. num. 8.* Dum cauſa communis reperiebatur in Rota ſuper exiſtentia fideicommiſſi Petri Pauli de Attauantibus, & ſuper Domibus controuerſis vti prouenien. ex eodem fideicommiſſo † non po- 9
tuit Franciſcus Attauantes non expectato Rotæ iudicio, & ſententia citra vitium attentatorum poſſeſſionem apprehendere etiam reſpectu Domorum per Domitillam poſſeſſarum propter cauſæ connexionem, & vnitatem ex auctoritatibus ſupra allegatis, quibus additur Rota *in deciſ. 148. num. 7. par. 5. rec. & in Romana Palatij 4. Maij 1648. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Et ceſſare viſa eſt difficultas ex commiſſione † exequuto- 10
riali impetrata per Attauantem etiam contra Domitillam, quæ cùm fuerit effecta communis per citationem ad dicendum contra facit litem, & attentatum quoad impetrantem, Rota *deciſ. 17. de dol. & contum. in nou. & in Bonon. Iuriſpatronatus de Varigrana vltima Ianuarij 1586.* poſt Marchel. *de commiſſ. par. 2. fol. 294. num. 3.* & coram Burat. *deciſ. 262. ſub num. 2.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit &c.

R. P. D. B E V I L A Q V A.

Bononien. bonorum de Amotinis.

Die 1. Iulij 1658.

A R G V M E N T V M.

Bona fideicommiſſaria, quando ſunt arctiſſimo vinculo ſubiecta, cum prohibitione alienationis, quando hypothecantur, nulliter agitur, limita tamen, vt hic. Vidua ſuper bonis poſſeſſis à Marito habet præſumptionem pro ſe, quod fuerint propria Mariti, ideòque ſuper eis poteſt repetere ſuam dotem.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Clausula*, precarij, *secundum Statutum Bononiæ qualiter extendatur.*
2 *Bona fideicommissaria sub arctissimo vinculo ligata non possunt hypothecari.*
3 *Clausula*, constituti, *quando nihil operatur.*
4 *Clausula*, constituti, *tunc non operatur suum effectum, quando possessio rerum non est penes constituentem.*
5 *Vxor vidua habet præsumptionem pro se, quod bona, quæ possidebantur à marito erant eius propria.*
6 *Fideicommissi exceptio non admittitur in summarissimo iudicio manutentionis, & n.11.*
7 *Possessionis iustitiam non requirit summarissimum iudicium manutentionis.*
8 Fontanell. de pact. nupt. claus.7. par.4. glos.3. num.7. *& alij in quibus terminis loquantur.*
9 *Bona fideicommissaria sunt obnoxia mulieribus pro restitutione dotium.*
10 *Bona fideicommissaria transuersalium etiam, quando sint.*
12 *Testes, quando satis probent possessionem alicuius.*
13 *Exceptiones personales contra testes in summarissimo iudicio non admittuntur.*
14 *Possessio, quando est iure familiaritatis non est manutenibilis.*
15 *Possessio iure familiaritatis, superueniente titulo apto, dicitur mutata absque alia declaratione.*
16 *Clausula*, constituti, *vigore potest prætendi manutentio.*
17 *Dispositio, quando est conditionalis, nihil ponit in esse, non obstante clausula*, constituti.

DECISIO CCCXCI.

FVit in hac causa dubitatum coram bon.me. Bichio sub die 15. Maij 1654. cui esset dandum mandatum de manutenendo in possessione bonorum, de quibus agitur, & Octauiæ tanquam docenti de sua anteriori possessione concedendum esse conclusum, vt in decisione desuper extensa, quæ cùm hodie coram Me subrogato reuideretur DD. permanserunt in decisis.

Visum enim fuit subsistere decisionis fundamentum, quod de possessione Octauiæ constet per publicum Instrumentum, in quo Virgilius eius maritus promisit Dotem receptam restituere sub obligatione omnium bonorum cum
1 clausula, *precarij*, quæ iuxta extensionem † statutorum
Bononiæ continet verba, *constituit ex nunc prout ex tunc*, & possessio manutenibilis transfertur, vt tenet Gratian. *cons.63. num.37. & seq. lib.2.* Rota coram Buratt. *decis.179. alijque in d.decis.adductis*, quibus addi possunt *decis.220.n.9. coram eod. & post tractat. de manut.150. num.14. & 15. & 229.num.7.*

Non obstat, quod bona non spectarent ad Virgilium vi-
2 rum, sed subiecta sunt arctissimo † fideicommisso transuer-
sali cum prohibitione sub pœna priuationis illorum obligationis, hypothecæ, & alienationis. Vnde constitutum
3 non potest † suffragari, vt in vim illius possit petitam manutentionem obtinere, cùm effectus huiusmodi clausulæ,
4 non operetur, vbi bona ad alium quam † constituentem
pertinent, Marz. *cons.41.per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. claus.7.par.4.glos.3.num.7.* Quia cùm stet præsumptio pro vxore, quod bona reperta penes virum, seu quæ possidebat
5 bat † præsumantur esse libera illius, habeatque in illis intentionem fundatam non debet in illorum possessione in qua existit molestari, eo quod ab alijs dicatur inculcata, ac fi-
6 deicommisso subiecta. Nam exceptio fideicommissi † non
admittitur in iudicio summarijssimo manutentionis tanquam ea, quæ respicit iustitiam possessionis mulieris, & al-
7 tiorem † indaginem requirit *DD.in l.fin.C.de edict.D.Adr. toll.*Surd. *cons.93. num.7.* & in terminis, dixit Rota coram Duran. *d.decis.269. num.fin.* penes Post. *de manut. decis.28. num.vlt. & decis.337. num.3. par.6. rec.* Nec contrarium dicunt Fontanell. *de pact. nupt. loc.cit. & alij*, quia non loquuntur in terminis iudicij possessorij manutentionis, sed
8 † in alio per fideicommissarium instituto, quo petit bona
fideicommisso ad sui fauorem subiecta, & à muliere reten-
9 ta sibi restitui, vt non † obscurè colligitur ex solutionibus
ab ipso Fontanell. *relatis sub num.26. & seq.*

Quæ faciliùs admittenda esse videbantur in præsenti, ne-
dum quia ex fideicommisso quamuis † transuersali com- 10
petere possent detractiones, vt ponderat *decis.* quæ reuidetur, *§.quæ dicuntur*, sed etiam quia prætensio purificationis illius ad fauorem Co: Grassi sublata remanet ex resolutis *die 26. Ianij præteriti capta coram R.P.D. meo Meltio*, vbi alijs non sibi decreta fuit immissio, & inconse-
quens magis suffragatur † hæredi Octauiæ, quod hæc fi- 11
deicommissi exceptio non valeat manutentionem impedire ex alleg.

Insuper iustificata remanet possessio Octauiæ dum viue-
bat Virgilius maritus † ex pluribus testibus examinatis as- 12
serentibus vnita bona insimul cum eo possedisse, qui satis probant Rota apud Duran. *decis.269. num.1.* tametsi aliquas exceptiones personales paterentur, cùm hæ in hoc
† iudicio non admittantur *ex trad. in decis.§.2. & dec.166.* 13
num.14. apud Modern. *de manut.* Cui non obstat quod viuentibus Virgilio, & Alexandro filio, cuius fuit hæres ipsa
Octauia nonnisi † iure familiaritatis possidebat, quæ pos- 14
sessio non est manutenibilis nec in consideratione habenda, Buratt. *decis.216. num.3. & decis.774. num.10.* quia sequuto illorum obitu censetur mutasse causam possessionis
absque alia declaratione ex iure † dotis super dictis bonis 15
competente, & casu restitutionis superueniente etiam hæreditario Alexandri *ad tex. in l.si filio la 10.* vbi Bart.& alij, *ff.sol.mat.* Dec. *cons.400.num.5.* Grazarell. *decis.45.a.1.& 5.* Rota *decis.601. num.2. & 3. part.3. diuers. & d. decis.269. num.13.* coram Duran. & in alijs alleg. per Modern. *de manut. obseru.54. num.23.*

Nec visa fuit obstare replicatio, quæ fiebat contra possessionem ex titulo hæreditario Alexandri filij habitam atten-
ta præcedente donatione ab eodem † cum clausula, *consti-* 16
tuti, facta Com. Gabrieli collitiganti, cui propterea competat manutentio, quoniam donatio facta legitur in executionem fideicommissi, illique adhæret, cumque ab illo, vel hodie sit exclusus, aut pro vocatione altior exigatur indago non potest constituto iuuari ibi apposito, vt valeat
† in possessione bonorum manuteneri, quia illud non 17
operatur ante impletam conditionem adiectam in Instrumento cui est appositum, Menoch. *consil.122. n.54.* Surd. *cons.369. num.34.* Magon. *decis.Lucen.31. num.35.* & benè huic obiecto respondet decisio in vltimis, §. quam ex his confirmandam esse fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Tiburtina Domus.

Luna 1. Iulij 1658.

ARGVMENTVM.

Clausula, *constituti*, quid operetur. Reintegrationem petens ad bona fatetur Aduersarium possidere. Attentata est possessio capta intra terminum datum ad appellandum. Et alia circa hanc materiam de quibus in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio tam ciuilis, quàm naturalis transfertur, per clausulam*, constituti.
2 *Reintegrationem, & immissionem ad bona, petens, fatetur possessionem aduersarij.*
3 *Possessionem probanti non potest denegari manutentio.*
4 *Possessio capta authoritate Iudicis, & quidem vigore sententiæ priuat possessorem sua possessione.*
5 *Possessio capta vigore sententiæ nondum in iudicatum transacta, est nulliter capta.*
6 *Appellatione pendente omnia quæ gesta sunt dicuntur attentata.*
7 *Quod procedit etiam si reus non appellauerit, vel non fuerit prosequutus appellationem.*
8 *Possessio capta pendente tempore appellationis, tunc est attentata, quando sententia est appellabilis.*
9 *Sententia lata in iudicio immissionis, & reintegrationis de iure est appellabilis.*
10 *Aegidiana constitutio non ligat Clericos.*
Clericus est dignior Laico num.10.

11 *Sen-*

11 *Sententia quando est in parte appellabilis, & pro parte non appellabilis tunc pars appellabilis trahit ad se inappellabilem.*
12 *Sententia tunc satis dicitur appellabilis, quando vti talis fuit admissa à Signatura.*
13 *Signatura, quando admisit appellationem, tunc omnia ante gesta dicuntur attentata.*
14 *Iudex, quando ritè, & rectè non dicatur processisse.*
15 *Solutionis præsumptio longo cursu annorum triginta præsumitur.*
16 *Iudex nulliter procedens, non priuat quem sua possessione, si se non habuerit pro spoliato.*
17 *Solutio, quando possit dici verisimilis.*
18 *Protestatio tollit mentem à facto, & conseruat ius protestantis.*

DECISIO CCCXCII.

CEnsuerunt DD. mandatum de manutenendo in possessione Domus de qua agitur, dandum esse fratribus de Serbuccijs, de quorum possessione constat non tantùm ex Instrumento assignationis, & dationis insolutum eiusdem Domus ipsis de anno 1630. factæ per Antoinam sororem Mathiæ in satisfactionem eorum Crediti
1 cum clausula, *constituti*, † ex qua in illos licet per actum
fictum traoslata fuit vera, ciuilis, & naturalis possessio, *l. certè §. primo, ff. de precar. l. quod meo, ff. de acquir. poss.* Bart. *in l. ab Imperatore in fin. ff. de pact.* Rota coram Duran. *decis. 40. num. 3. & decis. 228. num. 1.* apud Moderh. *de manut.* Sed etiam ex confessione Albuneæ, & aliorum de Massarijs, quæ præuio monitorio Iudicium immissionis,
2 & reintegrationis † ad illam introduxerunt cum subsequuta sententia amotis, & expulsis prædictis de Serbuccijs, *ad text. in l. decem, ff. de verb. obl. l. manumissiones ff. de iust. & iur.* Rota coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 40. num. 2.* Buratt. *decis. 160. num. 4. decis. 252. num. 1. & decis. 155. & 170. num. 5. inter eius impress. & in recent. decis. 166. n. 1.*
3 *& 2. par. 5. & decis. 210. num. 1. par. 7.* Habenti autem † possessionem non potest denegari manutentio; *§. retinendæ inst. de interdict. l. 1. §. interdictum autem, ff. de acquir. possess.* Alex. *cons. 88. ad fin. lib. 5.*
4 Non obstat possessio † medio tempore capta à d. de Massarijs authoritate Iudicis, & præcedente sententia, per quam Serbuccij fuerunt anteriori possessione priuati, *l. iuste possidet, ff. de acquir. poss.* Siquidem deuentum fuit ad apprehensionem possessionis mediante exequutione senten-
5 tiæ † nondum lapso decennio ad appellationem statuto *in Auth. hodie C. de temp. appell. contra text. express. in cap. non solum 7. de appell. in 6.* Alex. *cons. 99. num. 5. lib. 5.* Cæsar. de Graff. *decis. 2. num. 5. de Appell.* Caual. *decis. 211. num. 3.* In-
6 tra quod tempus certum est, quòd omnia gesta † sunt attentata, & reuocanda, *d. cap. non solum de appell.* Lancell. *de attent. par. 2. cap. 21. num. 13.* Rota *decis. 598. num. 2. decis. 678. num. 1. par. 1. rec.* coram Duran. *decis. 96. num. 1. & in citatis decisionibus 155. & 170.* Card. Otthob. vbi quod conclusio procedit etiam, quod reus conuentus non appel-
7 lauerit, vel appellationem non † fuerit prosequutus Add. ad Greg. *dec. 339. num. 6. & in Anglonen. Territerij 13. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*
8 Nec facit quod possessio † tunc reputetur attentata, quando sententia, cuius vigore capta fuit, est appellabilis, in præsenti autem nequaquam talis dici potest; ex quo pro-
9 mulgata fuit in † iudicio immissionis, & reintegrationis, in quo non admittitur ex iuris communis dispositione, & ex constitutione Ægidiana Statil. Pacif. de Saluian. *inspect. 10. cap. 2. num. 35.* Rota *decis. 51. num. 1. par. 5. recent. & decis. 24. num. 5.* apud Posth. *de manut.* quia appellabilem fuisse sententiam ex eo deducebatur, quia Io: Maria alter ex eis conuentis tanquam hæredibus Francisci Patris est Cle-
10 ricus † cuius persona veluti magis digna trahit ad se Laicos, itaut omnes subsint Iurisdictioni Ecclesiasticæ ne sit locus Ægidianæ, Gratian. *discept. 641. num. 3. & 4.* & dixit in his terminis Rota *in Ariminen. Spolij 10. Decembris 1629.* coram bon. mem. Motman. quam sequuta fuit in *Ariminen. Saluiani 19. Iunij 1643.* coram bon. mem. Bichio post Mer-
11 lin. *de pignor. decis. 72. n. 3.* vbi pro ratione dicitur, † quod in connexis pars appellans trahit ad se partem non appellantem, *& in Bononien. fideicommissi de Bargellinis 24. Nouembris 1651. coram eodem.* Et cessat difficultas, quia Signatura Iustitiæ causam appellationis Rotæ commisit ea fa-
cultate manuten. † quem de iure, cuius rescriptum licet non 12
inficiat exequutionem factam tempore legitimo, inficit tamen illam, quæ facta est pendente decennio ad appellan-
dum Statuto, vt est possessio capta per Massarios, † & 13
quidquid medio tempore gestum est dicitur attentatum, vt respondit Rota apud Caualer. *decis. 615. num. 1. & 3. in Romana Vineæ 30. Maij 1644. coram Reuerendiss. Tarraconen. & in alijs relat. in citat. decisionibus 155. & 170. D. Card. Otthobon.*

Dicenda præterea DD. Iudicem concedendo mandatum de reintegrando ad domum venditam sub prætextu, quod
illius precium in certis paghis, † & causis destinatum non 14
fuerit solutum haud ritè, & rectè processisse, nam cùm ab anno 1616. quo fuit vendita Domus vsque ad diem mandati Iudicis super reintegratione sint lapsi 30. & vltra anni intrat præsumptio solutionis, vel saltem non competebat
† Massarijs actio spolij, nec remedium *Canonis reintegranda tertia quæst. 1. iuxta communem sententiam*, de qua An- 15
ton. Butr. Card. & Archid. *in cap. sollicitè de rest. spol.* Crot. *cons. 47. num. 29. lib. 1.* Honded. *cons. 82. num. 49. lib. 1.* Rota *decis. 11. de restitut. spol. in nouiss.* & coram Card. Seraph. *decis. 1360. num. 11. & 7. & in recent. decis. 81. num. 3. decis. 150. num. 1. par. 4. & decis. 139. num. 8. par. 6. & in Anagnina Spolij 13. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Meltio.* Vndè Serbuccij, qui non habuerunt se pro spoliatis non fuerunt
eorum anteriori possessione spoliati, † quominus veniant 16
in ea manutenendi tali reintegratione non obstante, Bart. *in l. 1. §. huius num. 3. ff. vti possid.* Abb. *in cap. conquerente sub num. 8. de restit. spoliat.* san. mem. Greg. XV. *decis. 46. num. 1. decis. 488. num. 2. & 560. num. 5. par. 5. & decis. 210. sub n. 1. vers. neque obstat par. 7. recent. & decis. 261. num. 3.* apud Moderh. Perus. *de manut.*

Neque dicatur satis constare de non solutione pretij Do-
mus ex eo, quia post concessam reintegrationem † Maria 17
Massaria Soror, & Donataria Io: Caroli Massarij medietatem illius cum pacto redimendi cessit, & insolutum dedit Francisco Graliæ, & hic eum simili pacto, & habita fide de pretio retrocessit Io: Mariæ Serbuccio, qui in Instrumento desuper inter ipsos inito asseruit, quòd ob non solutionem pretij obtenta fuerat sententia reintegratoria ad possessionem; quia præter quod prædictum Instrumentum ex pluribus, & signanter ex non interuentu Curatoris Io: Mariæ tunc minoris impugnabatur; solamque enunciatiuam probatæ sententiæ continet, ex qua non resultat vera Confessio nullumque per eam potuit fratribus condominis, & Domus possessoribus præiudicium inferre, cessat obie-
ctum dum idem Instrumentum legitur stipulatum † præ- 18
uia declaratione; & protestatione, quod per retrocessionem Iurium, & medietatis dictæ Domus in nihilo intelligeretur præiudicatum Iuribus, & actionibus contra illos de Massarijs competentibus, quæ protestatio tollit mentem à facto, & conseruat ius protestantis, *ad text. in l. non solum, §. morte, vbi DD. ff. de nou. oper. enuncias.* Alex. *cons. 130. num. 13. & 17. lib. 4.* Honded. *cons. 89. num. 11. lib. 1.* Cephal. *cons. 613. num. 29.* Gratian. *discept. forens. cap. 515. n. 7. & decis. 937. num. 27.* Rota *decis. 55. num. 4. & decis. 29. n. 1. par. 6. recent.*

Et ita decisum Serbucciis, & Massariis Informantibus, Francisco Gralia pluries intimato, & informare non curante.

R. P. D. BEVILAQVA.

Reatina Saluiani.

Veneris 20. Nouembris 1658.

ARGVMENTVM.

Requisita ad obtinendum in iudicio Saluiani, quæ sint necessaria, & qualiter veniant iustificanda. Sententia conditionalis nihil ponit in esse, nisi data iustificatione. Ius accrescendi, vt intret inter hæredes qualiter sufficiat, vt sint coniuncti.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *In Iudicio Saluiani, quidnam sit iustificandum.*
2 *Creditum cum hypotheca in iudicio Saluiano iustificatur ex publico Instrumento.*
3 *Vxor reddenda est tuta de sua dote.*
4 *Instrumentum publicum facit rem claram, & probationem probatam.*
5 *Creditum dotale, ex quo dicatur iustificatum.*
6 *Ex clausula, constituti, inducitur vera possessionis translatio.*
7 *Probanda non sunt, quæ non controuertuntur.*
Possessio posterior probatur ex substentatione litis, num.7.
8 *Sententia, quando est conditionalis, nihil ponit in esse nisi conditio adimpleatur.*
9 *Iudex, quando pronunciat aliquem heredem esse admittendum ad possessionem hereditatis, quando habeatur pro admisso, & num.10.*
11 *De fideicommisso quando dicatur constare ad fauorem alicuius.*
12 *Sine filiis quis præsumitur decedere, itaut id sit probandum si allegetur.*
13 *Ad fideicommissum sunt admittendi, illi, qui sunt vocati.*
14 *Ad fideicommissum in ea parte quis est admittendus in qua reperitur vocatus.*
15 *Hæredes, quando re, & verbis dicantur coniuncti.*
16 *Ius accrescendi, vt intret inter cohæredes, quid sufficiat.*
17 *Statutum Reatinum circa Testamentum mulierum, quid disponat. & num.18. & 19.*
20 *Immissio super aliquibus bonis, quando non possit impediri.*

D E C I S I O CCCXCIII.

PRonunciauit A.C. Carolum, & Angelam de Collinis fideicommissarios Egeriæ Auiæ Creditricis Alexandri, & aliorum de Sanctis immittendos esse ex remed. Saluiani in possessionem prædii per RR. Patres S. Duminici de Reate possess. & hodie in gradu appellationis id ipsum Rota censuit, quia iustificantur omnia in hoc Iudicio requisita, Creditum nimirùm cum hypotheca, possessio Alexandri
1 debitoris à tempore contracti debiti, † vel postea & moderna possessio Patrum Reatini Conuentus, quibus concurrentibus certum est intrare Saluianum, *l.1. & ibi gloss. in verb. compet. in fin. Cod. de prec. & Salu. interd.* Bart. *num.3.* Gabr. *cons.141. num.7. lib.1.* Roland. à Valle *cons.14. num.13. lib.1.* Menoch. *de adipisc. remed.3. quæst.29.* ibi Rot. coram Greg. XV. *decis.491. num.6.*

Creditum enim cum hypotheca constat ex publico In-
2 strumento die 14. Iunii 1617. stipulato † super venditione vnius Domus per Egeriam, & Alexandrum, & alios eius filios facta Annibali Vicentino, in quo prædicti Alexander, & fratres hæredes Fabii Patris volentes dictam Egeriam matrem tutam reddere de sua dote, aliisque creditis ad
3 summam ibi † singulariter expressis ascendentibus, ea omnia super omnibus, & singulis eorum bonis assecurarunt, & cautelarunt ad fauorem D. Egeriæ cum pacto Constituti, & obligatione Camerali continente hypothecam expressam, vt dixit Rota apud Buratt. *decis.905. num.2.* quod
4 quidem † Instrumentum facit rem claram, & probationem probatam, *cap. cum dilecti 99. de fid. Instr.* Bald. *in l. Imperator 18. num.12. ff. de stat. hom.* Rot. *decis.23. num.15.* apud Pacif. de Saluian. Duran. *decis.40. num.1. & decis.59. num.2. par.6. rec.* Et quemadmodum ex eo remanet iustificatum
5 † creditum maternum, illiusque assecuratio ab ipso Alexandro impugnari ampliùs non poterat, ita pari ratione viget contra PP. Dominicanos singulares successores ex causa posterioris emptionis, Bald. *cons.364. sub num.2. lib.2.* Aym. *cons.29. num.1.* Gratian. *cons.42. num.12. & seqq. lib.2.* Rota coram bo.me. Coccino *decis.98. num. fin. & decis.152. n.1.* & post Merlin. *de pignor. decis.105. pariter n.1.*

Possessio autem anterior Alexandri probata quoque remanet ex prædicto venditionis Instrumento adiecta clau-
6 sula Constituti, † ex qua inducitur vera possessionis translatio Constituentis aduersus causam ab eo habentes, Angel. *in l. quadam mulier n.2. ff. de rei vendit.* Ruin. *cons.169. in fin. lib.1.* san. mem. Greg. XV. *decis.481. Reuerendiss. Vrgellen. d. decis.40. num.2. & seqq. & decis.93. num.3.* bon. me. Merlin. *decis.776. num.4. & dec.59. num.4. par.6. recent.* Posterior demum possessio Patrum emptorum, & Prædij identitas non † controuertebatur, eaque probatur ex litis sub- 7
stentatione, Rot. apud Duran. *in pract. decis.40. num.5. & 193. num.4.* & alibi passim.

Nec retardari potest immissio Collinis, ex quo illam petunt, & ab A.C. sententiam reportauerunt, † non obten- 8
ta priùs ab hærede grauati restitutione integralis fideicommissi, nam cùm ipsi Iudicium Saluiani introduxissent, tanquam hæredes substituti in Testamento Egeriæ, & Iudex vti tales immittendos esse pronunciasset, vt legitur in dicta sententia † relata in illorum *Summ. num.1.* Id sat fuit, vt 9
recta via, & absque alia verbali restitutione fideicommissi agere potuerunt, ad effectum à tertiis possessoribus bona fideicommissaria vindicandi mediante immissione, & Interdicto Saluiani. Huiusmodi enim pronunciatio, † & immis- 10
sio succedit loco restitutionis, & habet vim declarationis, quod apertum, & purificatum erat fideicommissum ad actorum fauorem, vt consuluit Gabr. *in cons.44. num.1. cum seqq.* Salust. *in prax. cap.5. num.2. ex sententia*, Rota *in Romana Hæreditatis de Comitibus coram Clem. VIII. ab eodem in fin. cap. relata*, quam sequuta fuit coram Card. Caualer. *decis.357. num.1.* & pluties respondit in aliis, & signanter coram Buratt. *decis.175. n.11. dec.320. n.2. & 494. num.2. in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 10. May 1641. coram bo.me. Card. Panzirolo in princ. & in eadem 10. Iuny 1642. coram Rouer. D. meo Cerre Decano, §. concurreret, & in decis.1. n.18. dec.111. n.3. & 4. & decis.242. n.5. & 6. inter impress. Eminentiss. Card. Otthoboni, & in Bononien. Hæreditatis 25. Iuny 1657. §. Decessit, coram me.*

De vocatione autem, & fideicommisso purificato ad eorumdem Caroli, & Angelæ fauorem satis apparere visum fuit ex lectura Testamenti Egeriæ, quæ dicto Alexandro hæredi instituto, & quandocumque decedenti † sine filiis 11
masculis legitimis, & naturalibus substituit Liuiam nuptam, in futurum nubendas, & earum filios masculos, & fœminas, *l. ille à quo §. si de Testamento, C. ad Trebell. l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg.3.* Peregr. *de fideicomm. art.43. num.2.* Rota apud Merlin. *decis.212. n.7.* Cumque euenerit casus obitus dicti Alexandri sine filiis, † vt præsumitur, dum 12
non docetur illos vnquam procreasse, *l. ex facto 17. §. penultim. ff. ad Trebell.* vbi Bart. Alex. *cons.20. num.12. lib.2.* Rota coram Buratt. *decis.494. num.5.* Merlin. *d. decis.212. num.8. & in recent. decis.408. n.5. par.5. & in d. Bononien. Hæreditatis coram me*, & Liuiæ relictis post se ipso Carolo, & sorore, vt probant Testes *Summ. num.4.* debent † ad fideicom- 13
missum admitti, ac si essent hæredes instituti, Rot. *dec.444. n.4. in fin. par.4. rec.*

Non obstat, quod de tribus filiabus substitutis vna sine filiis decesserit ante † mortem Alexandri hæredis, altera ve- 14
rò effecta monialis, quorum proindè portiones liberè remanserunt eidem Alexandro, ita vt si locus est fideicommisso, nonnisi in vna tertia parte spectante ad Liuiam erit purificatum, quia præter quod solas filias nuptas, & nubendas, illarumque filios vocatos esse prætendebant informantes pro Collinis; obiectum cessare dicebatur ex tenore Testamenti, in quo substituti leguntur vno verborum contextu comprehensi, & re, & verbis coniuncti, quo casu cæ- 15
terarum portiones per Ius accrescendi in ipsos Collinos filios Liuiæ superexistentes fuerunt translatæ, *l. cum triplici 142. ff. de verb. signif.* Bart. & Bald. *in l.1. §. interdum ff. de vsufruct. accr.*, idem Bart. *in l. re coniuncti num.16. de leg.3.* Soccin. Sen. *cons.94. ad fin. vers. sed quia lib.4.* Honded. *cons.49. num.72. lib.2.* Fusar. *de substit. q.495. num.12. & 14.* Et tamen vt intret ius accrescendi sufficit, † quod substituti 16
sint verbis coniuncti, & re non totaliter disiuncti, *l.1. §. vbi autem C. de caduc. tollen. l. si duobus, §. fin. ff. de leg.1.* Socc. Iun. *cons.139. n.20. & 21. lib.1.* Grat. *discept. forens. cap.807. num.24. cum seqq.* Rota *in Interamnen. fideicommissi 19. Iunij 1656. §. non obstat coram me.*

Quod autem deducebatur Egeriam de sola tertia parte suæ dotis potuisse testari, & fideicommissum ordinare, nam aliæ duæ partes debent † liberæ filiis remanere ex 17
dispositione Statuti Reatini, responsum fuit, non vrgere in primis pro rata crediti extradotalis in Statuto non comprehensi, cùm illud simpliciter disponat, quod mulier habens filios, vel filias, vel nepotes ex filiis, & habens Testamenti factionem testari possit de tertia parte suæ dotis † ad 18
libitum

libitum suæ voluntatis, & in alijs duabus partibus succe-
dant filij, vel nepotes; talis facultas disponendi de tertia
parte intelligitur restricta ad casum, quo disponere vellet
fauore extranei, sed non censetur ei prohibitum, quin in-
tegrum patrimonium valeat filijs, vel nepotibus relinquere,
fideicommissum desuper constituere, vel alias inter eos inæ-
qualiter testari, ad tradita per Cuman. *cons.* 114. Castr. *cons.*
222. *col.* 2. *& cons. fin. lib.* 2. Angel. *cons.* 81. *nu.* 2. *& cons.* 82.
num. 1. Merlin. *de leg. lib.* 3. *qu.* 24. *tit.* 1. 17. 18. 33. 36.

Tandem non obstat detractionum exceptio, nam credi-
tum Egeriæ longè excedit summam scut. 1027. 50. pro qua
fuit decreta immissio, & modò petitur, inde fit, vt in re-
20 manenti quantitate possint † fieri quæcumque detractio-
nes, quatenus faciendæ veniunt. Interim verò æquitas
non patitur, vt impediri debeat immissio in possessionem
huius prædij, prout nunquam retardari, quia remanent
bona, super quibus possit de oppositis detractionibus sa-
tisfieri, dixit Rota coram Card. Caual. *dec.* 573. *& in rec.
dec.* 47. *num. fin. & dec.* 77. *num.* 6. *&* 16. *& dec.* 391. *num.* 5.
par. 5.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. P R I O L O.

Firmana Iurispatronatus.

Veneris 20. *Nouembris* 1658.

A R G V M E N T V M.

Executio litterarum Apostolicarum non retarda-
tur, nisi per exceptiones validas.

S V M M A R I V M.

1 *Obitus probatur ex partita extracta per Parochum ex li-
bro mortuorum.*
2 *Patronis Laicis datur quadrimestre ad præsentan-
dum.*
3 *Habilitas probatur ex attestatione examinatorum.*
4 *Qualitas vitæ, & morum probatur ex attestatione or-
dinarij.*
5 *Beneficij valor probatur per publicam vocem, & famam,
quod amplia vt nu.* 6.
7 *Valor beneficij per non excessum, quomodo probetur, &
num.* 8.
9 *Valor beneficij non probatur in sexta parte, non irritat
gratiam.*
10 *Præsentatio facta lite pendente est nulla, & atten-
tata.*
11 *Sententia transit in iudicatum ex permissione rei.*
12 *Lis in beneficialibus extinguitur per mortem liti-
gantis.*
13 *Declarantur decis. Buratti, & alia hic allegata, &
num.* 14.
15 *Lis extinguitur aut per rem iudicatam, aut per acquie-
scentiam partis.*
16 *Iuspatronatus Laicorum non cadit sub reseruationibus
Apostolicis.*

D E C I S I O CCCXCIV.

ADmisso de ordine DD. meorum ad examen hic in
Vrbe Bonifacio prouiso in forma dignum de Ecclesia
Parrochiali Laicorum, quam Examinatores Synodales ap-
probare, nec reprobare denegabant, & cum fuerit idoneus
repertus, dubitaui an ipsius gratia esset iustificata, adeout
litteræ Apostolicæ sint exequen. & affirmatiuè responsum
fuit.

Nam præsupposita existentia Iurispatronatus, necnon
illius pertinentia ad fauorem Raymundi de Rainaldis, vt ex
Decisionibus editis die 18. Martij 1654. & 18. Iunij 1656.
coram R. P. D. meo Albergato. Iustificatio controuerti
non potest respectu obitus Vincentij Vitalis vltimi illius
1 possessoris de mense Nouembris 1657. probatur † enim ex
libro in quo adnotantur nomina defunctorum ex fide Paro-
chi, data in Summ. num. 1. Mandos. *super regul. Cancell.
reg.* 8. *qu.* 10. *nu.* 4. Lotther. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 10. *n.* 45. Ro-
ta coram Merlin. *dec.* 365. *num.* 1. *& in Montis Falisci Ca-
nonicatus* 28. *Iunij* 1655. *coram bo. me. Bichio.*

Minus controuerti valet respectu præsentationis, quod
facta fuerit infra legitima tempora; Cùm beneficium
controuersum vacauerit die 9. Nouembris 1657. Præsenta-
tio verò sequuta fuerit die 26 Februarij sequentis anni *Sum.
num.* 2. & sic intra quadrimestre concessum Patronis Laicis 2
ad præsentandum, *cap.* 1. *§. Verum de Iurepatr. in* 6. Rot.
dec. 238. *nu.* 8. *&* 9. *par.* 5. *dec.* 101. *num.* 3. *par.* 6. *& dec.* 302.
nu. 4. *par.* 7. *rec.*

De habilitate præsentati constat ex relatione Examinato-
rum Eminentiss. D. Cardinalis Vrbis Vicarij, † quorum 3
attestationi super idoneitate respectu litteraturæ referen-
dum esse firmat *gloss. in clem.* 1. *verbo deputamus de concess.
prebend.* Rota coram Buratt. *dec.* 613. *num.* 6. coram Gregor.
decis. 327. *num.* 2. vbi Add. *num.* 4. *& in Bononien. Archi-
presbyteratus* 23. *Martij* 1648. *coram Eminentiss. D. Card.
Corrado.*

Super moribus, & qualitate personæ exhibentur litteræ
patentes Ordinarij *Summ. num.* 5. attestantis Bonifacium
esse Presbyterum, & optimis moribus imbutum, cui in hac
materia † plenam fidem adhibendam esse probat Tex. *in* 4
cap. 2. ibique gloss. *verb. litteras de probat.* Rota coram Du-
ran. *dec.* 430. *num.* 2. *in d. Bononien. Archipresbyteratus co-
ram Eminentiss. Corrado, & in Auellina Canonicatus* 27.
Martij 1651. *coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano.*

Quo verò ad iustificationem valoris expressi per non ex-
cessum in ducatis aureis quinquaginta de Camera remanet
sufficienter iustificatus ex Testibus datis in *Summ. nu.* 6. qui
tanquam de eodem loco, † & informati de statu huiusmo- 5
di Parochialis, deponunt nedum de publica voce, & fama,
quod sufficeret, *iuxta dec.* 293. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* coram
Buratt. *decis.* 255. *num.* 11. & coram Caualer. *dec.* 517. Ve- 6
rùm etiam ex certa scientia de illius valore attestan-
tur, Rot. *decis.* 587. *num.* 6. *& decis.* 896. *num.* 7. coram
Merlino.

Nihil obstante, quod prædicti Testes videantur deponere
affirmatiuè, & per ascensum ad scuta centum, † & sic non 7
probant valorem narratum per non excessum. Imò exclu-
dunt d. non excessum, dum dicunt redditus ascendere ad
scuta 100. monetæ. Ideoque gratia ex defectu expressio-
nis veri valoris sustineri non possit, per tex. *in cap.* 1. *de præ-
bend. cap. ad aures de rescript. & iuxta regul. Cancell.* 53.
Quæ irritat, & annullat prouisiones Apostolicas, non ex-
presso vero valore impetratas.

Quia cùm loquantur per verba in totum, & per totum,
nec affirment deductis oneribus, videntur deponere per
non excessum, nec concludere vltra summam narratam;
Nam deductis oneribus, & expensis pro manutentione Ec-
clesiæ, & celebrationis festiuitatis S. Ioannis Baptistæ, cui
est dicata, † quæ in probatione valoris detrahuntur, vt 8
responsum fuit in *Romana Pensionis* 25. *Maij* 1646. *coram
bon. mem. Bichio.* Constat fructus non ascendere annua-
tim ad dicta scuta 100. itant excedant sextam partem valo-
ris expressi in ducatis 50. auri de Camera, & sic valor de-
bet haberi pro iustificato, cùm excessus solum, † in sexta 9
parte tanquam modicus gratiam non irritet, neque annul-
let, sed remittatur, ac tolleretur, Mandos. *de signat. Grat.
tit. de prouis. vers. Rotæ stylus*, Anchar. *cons.* 138. *nu.* 1. *vers.
vt in sexta parte*, Gabr. *cons.* 200. *nu.* 11. *& seqq. lib.* 2. *& in
Leodien. Beneficij* 27. *Febr.* 1612. *coram Sacrato*, relata per
Lotther. *de re benef. lib.* 3. *q.* 20. *nu.* 65. *& nu.* 104. *in Asculana
Iurispatr.* 1. *Iulij* 1650. *coram R. P. D. meo Melzio, & in
Mediolanen. Beneficij* 1. *Iulij præteriti coram me.*

Prout non obstat, quod super huiusmodi beneficio pen-
deret lis in hoc Sacro Tribunali inter d. Vincentium, &
Raymundum Rainaldum. † Ideoque præsentatio vti facta 10
pendente lite nulla sit, & attentata, *cap.* 1. *&* 2. *vt lit. pend.*
quod habere locum etiam in præsentationibus, dixit Rot.
dec. 258. *nu.* 406. *vtrobique nu.* 1. coram Buratt. *& in Pientı-
na Parochialis* 28. *Iunij* 1655. *§. Tum etiam, coram Reue-
rendiss. D. meo Decano.*

Quia lis inter Vitalem, & Raymundum iam erat termi-
nata tam per sententiam ad fauorem Vitalis latam, quæ
acceptata fuit à Raymundo, dum deserendo appellationem
agnouit Beneficium controuersum vacasse per obitum il-
lius, & tanquam Patronus ad illud præsentauit Bonifa-
cium, adeout ex permissione ipsius collitigantis † senten- 11
tia transierit in iudicatum, & suam executionem habue-
rit, ex quibus lis terminatur, & extinguitur, Paris. *cons.* 30.
num. 36. *lib.* 4. Afflict. *dec.* 352. *num.* 3. Rot. *dec.* 10. *num.* 3.
vt lit. pend. in nou. & dec. 535. *nu.* 5. *par.* 1. *rec.* Quam ex sub-

12 sequuta morte eiusdem Vitalis, † quæ in beneficialibus litem extinguit, vbi prout hic Collitigans illam prosequi noluit ea adductis *in dec.* 350. *nu.* 8. apud Merlin. *& in Valentina Rectoria* 3. *Decembr.* 1646. §. *fuerat siquidem coram bon. me. Bichio.*

13 Decisiones verò Buratti † non applicantur, loquuntur enim in terminis litis pendentis inter Patronos super pertinentia Iurispatronatus, in præsenti autem non controuertitur Iuspatronatus, nec eius pertinentia, vt dictum est. Sed
14 lis erat solum inter Præsentatos. Et decisio *Pientina Parochialis Reuerendiss. D. mei Decani*, loquens de lite inter Præsentatos procedit, quando secunda præsentatio fit à Patrono pendente adhuc lite super prima. Hic autem cùm de tempore factæ præsentationis in personam Bonifacij d. lis esset extincta, deficiunt attentata, quæ non dantur sine lite,
15 nec quando lis est terminata, † aut per rem iudicatam, aut acquiescentia partis, aut alio modo, Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 6. *num.* 1. *& per tot.* Rot. *dec.* 693. *num.* 1. *par.* 4. *diuers.*

Demum non obstat, quod saltem ea d. lite inducta fuerit reseruatio fauore Sedis Apostolicæ, cùm d. Beneficium,
16 tanquam † de Iurepatronatus Laicorum non cadat sub reseruationibus Apostolicis, Achill. *dec.* 3. *de Iurep.* Put. *decis.* 311. *num.* 1. *lib.* 1. *&* 307. *nu.* 3. *lib.* 3. *in correct.* Rot. *in Lucana Beneficij* 16. *Iunij* 1651. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita litteras Apostolicas esse exequendas Bonifacio tantùm Informante, resolutum fuit.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pretij Officiorum.

Veneris 27. Nouembris 1658.

ARGVMENTVM.

Principi, quando ipsa veritas non fuit narrata, quæ narrata ipsum retraxisset à concessione gratiæ, vel difficilius reddidisset, tunc gratia corruit. Romanæ Curiæ Officia, quatenus sit verum, quod non recipiunt hypothecam, & non cadant sub commercio.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Principis ex causa obreptionis, & subreptionis remanet nulla.*
2 *Papa, si nuda veritas rei fuisset narrata, dum non concessisset, vel difficilius concessisset, gratia remanet subreptitia.*
3 *Stilus, & consuetudo Dataria est seruandus, dum legitimè probatur.*
4 *Fides simplex regulariter non facit fidem.*
5 *Fides simplex, tunc multo magis facit fidem, dum veritas est in contrarium*
6 *Gratia, quando dicatur nulla ex defectu obreptionis, vel subreptionis.*
8 *Officia Romana Curia non recipiunt hypothecam, nec sunt in Commercio.*
9 *Pretium, & fructus Officiorum Romana Curia benè possunt hypothecari, cum aliud sit ipsa officia, & aliud ipsorum fructus.*
. *Officia Romana Curia in quo comparantur bonis patrimonialibus, num.* 9.
10 *Officia Romana Curia non possunt alienari sine consensu Summi Pontificis.*
11 *Officia Romana Curia quatenus sint in commercio.*
12 *Exceptio, quod tua non interest, ponit falcem ad radicem.*
13 *Exceptio tua non interest, remouet quem à iuditio.*
14 *Vendens rem, & pretium mala fide consumens, tunc illud habetur pro existente, ac si non esset consumptum.*

DECISIO CCCXCV.

VAlerius de Maximis vnum Ianniceratus, & alterum militis Sancti Petri officia obtinens præuia licentia per san. mem. Vrban. VIII. sibi concessa ad preces Francisci Adriani Ceuæ, postea Cardinalis eiusdem nominis ea proprijs pecunijs dicta officia in supplicatione porrecta asserentis reseruationi decreti ad dicti Cardinalis fauorem consensit, qui successiuè illum vendidit, & pretium in satisfactionem sui crediti recepit. Commissa mihi causa hodie instantibus Venerabili monasterio Speculorum, & litis consortibus dicti Valerij Creditoribus proposui dubium, An gratia suffragetur, vel potius pecuniæ sint deponendæ, &
restituendæ, & DD. gratiam † non suffragari responderunt ex capite obreptionis, & subreptionis. Ideò nullius est 1
roboris, & momenti ea regula: *tex. in cap. super litteris* 30. *& cap. si proponente* 42. *de rescript.* Crauett. *cons.* 68. *nu.* 5. *&* 6. *in fin.* Gratian. *discept. foren. cap.* 415. *nu.* 2. Rota apud Cardinalem Mantic. *dec.* 358. *num. finali*, Duran. *decis.* 100. *nu.* 6. *&* 7. *& in rec. dec.* 351. *nu.* 4. *par.* 6.

De obreptione manifestè constat, dum pro obtinendo beneficio à Pontifice fuit ei narratum, quod officia empta fuerant de pecunijs Cardinalis supplicantis, quod quantum fuerit à veritate alienum ex eo patet, quia Valerius erat debitor Cardinalis occasione societatis officij de anno 1620. contractæ, officia verò empta ab illo fuerant de anno 1607. & sic per 20. annos antequam Cardinalis esset Creditor; certum enim est, quod si Papæ hæc rei veritas, vt se habet
exposita † fuisset vtique concessionem Decreti, vel nullatenus admisisset, aut non ita facilè, & verisimiliter gratiam 2
non concessisset, quod vtrumque sufficit ad inducendam obreptionem, vel subreptionem, *cap. ad audientiam* 21. *cap. postulasti* 27. *& d. cap. si proponente* 42. *de rescriptis cap. dudum* 54. *el* 2. *vers. insuper de elect.* Cyriac. *contrmicontrou.* 160. *num.* 21. *cum seqq.* Rota *decis.* 24. *& decis.* 496. *num.* 2. *par.* 5. *recent.*

Nec ad obreptionem euitandam habita fuit ratio attestationi vnius expeditoris asserentis de stylo, † & consuetudi- 3
ne Datariæ consueuisse apponi in supplicationibus super reseruatione decreti, quod officia sint empta de pecunijs Reseruatarij. Nam est simplex fides extra iudicialis, † quæ 4
regolariter nullum gradum probationis facit, *iuxta vulgar. Reg. in l.* 3. §. *idem diuus, ff. de testibus, l. instrumenta* 5. *l. rationes, & l. exempla* 7. *C. de probat.* & in terminis probationis styl. Buratt. *decis.* 497. *num.* 2. *&* 9. Et multò minus,
quando † in contrarium stat rei veritas, & vt hîc agatur 5
de præiudicio Creditorum, *ad textum in l.* 2. §. *merito, ff. ne quid in loco publico.*

Alterum obreptionis, siue subreptionis caput patens etiam
videbatur, quandoquidem in petitione gratiæ † reserua- 6.
tionis decreti prætermissum fuit exprimere, quod antecedenter ad instantiam eiusdemmet Cardinalis tanquam Creditoris Valerij obtentæ, & in actis exhibitæ fuerunt binæ commissiones cum facultate subhastandi dicta officia, & bona, & pretium deponendi, vt ex illo alij plures creditores d. Valerij contra quem de eo tempore plura mandata fuerant expedita iuxta etiam anterioritatem, & potioritatem possent satisfieri, si enim de prædictis commissionibus assensum Papæ continent pro officiorum, & bonorum subhastatione Cardinalis mentionem fecisset in sua postrema
supplicatione, † non solùm difficilius obtinuisset reseruatio- 7
nis decreti gratiam, sed omnino potuisset retrahi à concessione, *dict. cap. super litteris de rescript.* Gozzad. *in cons.* 6. *num* 6. Rota apud Pen. *dec.* 52. *num.* 58. *iuxta antiquam impressionem aliaque supra allegata*, cum verisimile, & præsupponendum sit eum non fuisse in Creditorum detrimentum, aliud in contrarium facturum, & Cardinali soli gratificaturum, *cap. cum nostris* 6. *de concess. Præben.* Aym. *d. cons.* 68. *num.* 10. *vers.* 2. *sine dubio*, Cardinal. *cons.* 96. *in fin.* Rota coram bon. mem. Cocciu. *decis.* 327. *num.* 5. *& in rec. dec.* 297. *num.* 9. *&* 10. *par.* 5. & in terminis reseruationis decreti, & admissionis reseruationis officiorum tradit Grat. *discept.* 130. *nu.* 31. *& seqq.*

Nec obstat, quod facta prædictorum mentione adhuc Papa non denegasset, ex quo Creditores ius aliquod prætendere non possent super officijs, nam officia † Romanæ Cu- 8
riæ non recipiunt Hypothecam, nec sunt in Commercio iuxtà specialem constitutionem eiusdem Vrbani Pontificis in ordine la 154. & declarant Gratianus *discept. forens. cap.* 50. *num.* 27. Statil. Pacific. de Saluian. *interdict.* 3. *cap.* 2. *num.* 37. Cardinalis Seraph. *dec.* 1294. *nu.* 3. Rota *in rec. dec.* 516. *nu.* 2. *num.* 4. *tom.* 2. Vnde conclusio firmata, quod eatenus intrat subreptionis defectus, & gratia vitiatur, quatenus fuit tacitum id, quod Principem retraxisset ab illius concessione non posset ex his hic congruè applicari, & consequenter non fuit necessarium exprimere, nec gratia dici potest subreptio, & nulla, Felin. *in d. cap. super litteris num.* 2.

num. 2. de rescript. Rota decis. 73. eodem tit. in antiq. Quo-
niam prædicta procedunt respectu tituli officij, & proprie-
tatis, quæ spectant ad Papam, & in hoc non consideratur
præiudicium Creditum officialis, diuersum tamen est, quoad
9 pretium, & fructus, † super quibus benè cadit hypothe-
ca, & officia in hoc ferè æquiparantur bonis patrimoniali-
bus, vt distinguunt Grat. cap. 670. num. 12. cum seqq. Paci-
fic. de Salu. vbi supra num. 647. Rota coram Cardinali Se-
raph. dec. 389. num. 6. & dicta dec. 1294. num. 3. & d. dec. 116.
num. 12. & 13. par. 4. tom. 2. & dec. 5. num. 4. post primum vo-
lum. cons. Farinac.

Et ex his patet etiam responsio ad obiectum, quod præ-
fata officia alienari non possunt sine Pontificis beneplacito,
10 quia præter quod non inde † efficiuntur inalienabilia cum
licentia de facili obtineri soleat, vt aduertit Merlin. de legi-
tim. lib. 2. tit. 2. qu. 24. num. 3. Rota in citata decis. 116. nu-
mer. 14. par. 4. Idque intelligendum est, quoad titulum ad
effectum euitandi fraudes, & vt Papa possit esse certus de
vacatione. Respectu autem contrahentium, vbi non mu-
11 tatur persona officialis, † & periculum vitæ in ea manet,
& sic circumscripto interesse, & præiudicio Principis offi-
cia, semel in commercio, & fructus possunt in totum
communicari, Rota d. dec. 389. num. 7. apud Seraph. & co-
ram Cardinali Millino decis. 351. num. 9. impress. etiam post
Cenc. de censibus decis. 9. & par. 4. diuers. dec. 336. sub num. 3.
vers. Præter, & post Marchet. de commiss. par. 1. fol. 756.
num. 6. & in Romana census, seu Saluiani 8. Iunij 1654. §. ve-
rum coram bo. me. Bichio.

Prout corruit quoque motiuum, quod per obitum Vale-
12 rij officia † vacabant ad fauorem Datariæ, cesseretque pro-
pterea obiecta exceptio obreptionis, & subreptionis gratiæ
factæ Cardinali, à Papa de officijs ad se spectañ. nec valeat
13 per Monasterium, & litis consortes obijci, † & apposita
non debeat attendi tamquam sua non intersit, l. loci corpus,
§. competet, ff. si res vend. l. ille à quo, §. si testam. ff. de Tre-
bell. quia attenta licentia vendendi officia, & quod gratia
Cardinalis facta obreptitiè extorta fuerit, non erat locus
vacationi per obitum, & sic principaliter intererat monia-
lium, quod officia alienarentur, & pretium deponeretur.
Quo casu rectè opponitur exceptio, quæ ipsis prodest, Surd.
cons. 415. num. 17. & 18. Menoch. cons. 1. nu. 321. Cardinalis
Caualer. dec. 253. nu. 5.

Ex quibus facilis visa fuit resolutio secundæ partis dubij
concerneñ pecuniarum depositionem, quia cum Cardinali
optimè innotesceret extare Creditores anteriores, & Va-
lerium communem debitorem non esse soluendo, & deco-
ctioni proximum, & hac de causa curauit beneplacito Apo-
stolico accedente, quod officia subhastarentur, & pretium
14 deponeretur, & his non obstan. illa cum † licentia subre-
ptitia alienauit, & pretium mala fide consumpsit venit de-
ponendum, ac si extaret, & non esset consumptum, l. fin.
num 23. ff. de rebus credit. l. si ipsa 18. ff. quod met. caus. l. vl-
tima de negot. gestis, Surd. cons. 11. num. 45. & 49. Thesaur.
quæst. Forens. 16. num. 3. lib. 2. Cephal. cons. 86. nu. 8. Seraph.
decis. 1074. num 4. alijque relati per modern. Credit. cap. 4.
quæst. 11. num. 1319. cum seqq. Rota dec. 516. num. 1. par. 4.
recent.

Et ita fuit decisum gratiam non suffragari, & pecunias
esse deponendas, vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 2. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. qualiter disponat circa exclusionem fæminarum, & vt intret quale tempus attendatur. Monasteria pro admissione Monialium non possunt aliquid recipere.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis excludit fœminas dotatas non solum ab hæreditate patris, sed etiam matris, & auiæ.*

2 *Ab hæreditate exclusus à statuto, perperam agit ad eius assecutionem.*

3 *Oblatæ in Monasterio Turris Speculorum Vrbis, non sunt verè Moniales.*

4 *Statutum exclusiuum fæminarum ad effectum, vt intret, attendi debet tempus successionis.*

5 *Potestati statuentium, quando quis subest de tempore successionis non attenditur, quid postea acciderit.*

6 *Statutum promissionis, & destinatæ solutionis est attendendum.*

7 *Instrumentum facit probationem probatam.*

8 *Monasterium pro admittenda Moniali nihil potest recipere.*

Monasterium pro recipienda Moniali aliquid recipiens committit vsuram.

Et ideo vt plurimum instrumenta conficiuntur sub titulo dotis, seu eleemosynæ.

9 *Dos data fæminæ, siue sit data nomine dotis, seu eleemosyna Monasterio, in quo fuit facta Monialis, dicitur satisfactum statuto Vrbis excludentis fæminas à successione propter masculos.*

10 *Fæmina exclusa à statuto propter dotem probata datatione satisfactum est statuto.*

11 *A successione exclusus à statuto, non potest aliquid prætendere.*

12 *Dotans mulierem non tenentur ei subministrare alimenta.*

13 *Alimenta non sunt præstanda ei, qui potest se alere, & vide nu. 14. & 15.*

DECISIO CCCXCVI.

EX tribus mandatis ab A. C. relaxatis ad fauorem DD.
Geltrudæ, & Lauræ de Marerijs oblatarum in Mona-
sterio Turris Speculorum, primum continebat scuta 3950.
pro portione Dotis maternæ. Alterum erat relaxatum pro
scutis 2085. pro alimentis, seu prouisionibus præteritis: ter-
tium denique pro futuris indigentijs in scutis 75. annuis pro
qualibet. Super quorum exequutione cùm per quatuor vi-
ces dubium proposuerim, hodie tamen ex capite iniustitiæ
neutrum esse exequendum placuit DD. rescribere. Iniusti-
tia primi resultat ex dispositione statuti Vrbis lib. 1. cap. 145.
excludentis fœminas dotatas tam ab hæreditate dotantis,
† quàm matris, & Auiæ, & ideò successionem frustra pe-
tunt in bonis maternis, à quorum † consecutione repel- 2
luntur à statuto Rota dec. 175. num. 9. par. 7. rec. & in Roma-
na Cambij 16. Ianuarij 1651. coram Reuerendiss. Tarracon.
§. minus prætendi.

Nec euitari potest dispositio statuti, siue quia dictæ soro-
res de Marerijs sint Moniales, siue etiam ex quo non sint
dotatæ, siue demum ex quo agatur de bonis extra Territo-
rium statuentium positis. Nam in ordine ad primum,
omisso quod oblatæ in Monasterio Turris † Speculorum 3
non sunt verè moniales, & professæ, vt in puncto tradit
Nauarr. cons. 6. num. 10. & per tot. & cons. 7. lib. 3. de stat.
Monach. Cyriac. contr. 504. num. 6. & seqq. Rot. in Fulgina-
ten. hæreditatis 14. Febr. 1650. §. nec etiam coram R. P. D.
Verospio. Inanis visa est Dominis, & frustatoria inspectio
an Moniales excludantur à statuto, cùm non essent oblatæ
de tempore mortis earum matris. Et tamen in subiecta ma-
teria receptum est, quod ad effectum † cognoscendi an 4
habeat locum statutum fœminarum exclusiuum attenden-
dum est tempus delatæ successionis, quo tempore cum Gel-
truda, & Laura essent sæculares tanquam potestati statuen-
tium † subiectæ benè excludebantur à statuto, vt in his ter- 5
minis tempus delatæ successionis esse attendendum, tradit
Salicet. in Auth. cassa num. 4. C. de Sacros. Eccles. Ruin.
cons. 204. num. 10. & 11. lib. 1. Rol. à Valle cons. 57. num. 29.
lib. 2. Mandell. Alb. cons. 513. num. 21. Surd. dec. 20. num. 8.
Sperel. dec. 11. num. 23. & seqq. Rot. in Tudertina successio-
nis 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Meltio, sub §. non
obstat, & in Bononien. hæreditatis 28. Iunij eiusdem anni co-
ram bo. me. Bichio, sub §. quæ ratio, vbi concordantes afferuntur.

Cùmque hæreditas Eleonoræ matris in dote consisteret,
quæ in Vrbe promissa fuit, & in Vrbe eius destinata solutio,
† ipsaque esset pariter Romana perperam opponitur de non 6
subiectione bonorum, Marescott. var. resol. lib. 1. resol. 9.
nu. 13. & seqq. Rot. post Cenc. de cens. dec. 3. nu. 19. & cor.
Buratt. dec. 474. nu. 4. & 5. Quod autem dotatio concurreret
† à statuto requisita constat ex publico Instrumento. Et li- 7
cet assignatio quantitatis, quæ fit monasterio impropriè, &
secundum quid dos appelletur, cum pro admittenda moniali
nihil † possit monasterium recipere, & recipiendo vsura 8

committeretur, atque ideò instrumenta, vt plurimum concipi solcant sub titulo dotis, seu eleemosinæ. Quidquid ta-
9 men pro muliere siue eleemosynæ, siue Dotis nomine soluitur, & præstatur statuentium intentioni satisfacit, ad hoc vt fœmina (modo tempore successionis, vt in præsenti statuto esset subiecta) propter illam præstationem tanquam dotata censeatur exclusa, Bart. *in l. Titio centum* 70. §. *Titio genus num.* 8. *ff. de cond. & demonstr.* Gulielm. de Benedict. *in repetit. cap. Raynutius* 16. *nu.* 164. *de testam.* Gaspar Ant. Thesaur. *quæst. forens.* 92. *num.* 12. *lib.* 2. Rot. *decis.* 63. *num.* 11. *&* 12. coram sa. me. Greg. XV. & apud Fenzon. *ad stat. Vrb. dec.* 115. *sub §. similiter*.

Respectu secundi, & tertij mandati eorum iniustitiam
10 deducebant DD. ex eo quod cum prædictæ mulieres † essent exclusæ nihil prætendere poterant, eo quia alimenta, pro quibus mandatum relaxatum fuit præstantur à Mona-
11 sterio, nulloque iure cautum † reperitur, quod Moniali subministranda sint à Dotante, maximè quia habuit Geltru-
12 da vineam, ex cuius fructibus subsidium aliquod † percipere potuit, & vlterius scuta 60. Annua, quæ illis à Patribus Societatis Iesu soluuntur. Et tamen Domini omnem æquitatis mensuram implentes considerando, quod de consuetudine solet quid annuum, moderatè tamen præstari ad effectum renunciationem reportandi à Monialibus, iusserunt Lauræ, à Thoma de Materija, pro futuris prouisio-
13 nibus † subministrari scuta 40. annua, incipiendo à die assignationis factæ ab A. C. vt possit eadem Laura pro vestitu, alijsque curandi corporis gratia necessitatis, quæ ex
14 redditibus monasterij subpeditari † nequeunt quantitatem aliquam habere, quam omninò necessariam in his terminis appellat Rota coram Merlin. *dec.* 671. *nu.* 31. *& seqq. & in Romana Saluiani* 23. *Maij* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio, §. neque vrget*.

Et ita post quartam causæ propositionem vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Albanen. Pensionis.

Mercurij 4. Decembris 1658.

A R G V M E N T V M.

Agitur in hac decisione An pensionarius pensione iam alteri cessa possit illam in alium transferre.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Clausula,* Arbitrio, *dat facultatem relaxandi iuris rigorem.*
3 *Cedi potest commoditas percipiendi pensionem ad vitam.*
4 *Cedens pensionem ad vitam non potest transferre rem cessam in alium in præiudicium cessionarij, & declarantur contrariæ decisiones, & nu. 5. 6. & 7. amplia, vt num. 12.*
8 *Pensionarius cedens pensionem remanet nudatus ab omni actione, & num. 10.*
9 *Vsufructuarius non potest remittere vsumfructum post cessionem illius alteri factam.*
11 *Declaratur* dec. 129. par. 1. rec.
13 *Priuilegia transferendi non derogant partium conuentionibus.*
14 *Pensionis translatio, quid sit, & quid operetur, & num. 15.*
16 *Cessionarius primus pensionis præferendus est, quando est in possessione.*
17 *Cedens non potest ex facto proprio præiudicare cessionario.*
18 *Officia Datariæ an sint alienabilia.*
19 *Pensio alienari, & hypothecari potest, & nu. 20.*
21 *Pensionis materia regulatur secundum terminos vsusfructus.*
22 *Transferendi materia est odiosa, & strictè intelligenda.*
23 *Cedens non potest plus iuris in alium transferre eius, quod ipse habet.*

D E C I S I O CCCXCVII.

COmes Federicus Vbaldinus duas obtinens pensiones alteram super Beneficiatu Sancti Petri in Vaticano tunc à Comite Sauo de Marcianis obtento, alteram super Canonicatu Cathedralis Albanen. possesso à Io: Pelagallo. Cesserat commodum illas exigendi eius vita naturali durante Gasparo Morello, qui cessionem quoad pensionem super Canonicatu reseruatam renunciauerat eidem Canonico Pelagallo. Cùm autem Vbaldinus vigore indulti transferendi Conclauistarum vtramque transtulisset in articulo mortis ad fauorem Abbatis Tamantini orta fuit controuersia super executione litterarum dictæ Translationis coram A. C. inter ipsum, & dictum Canonicum Pelagallum; Commissa verò causa in Rota cum clausula Partito litteris Arbitrio super quo semel, & iterum disputato dubio DD. responderunt intrare Arbitrium pro retardatione.

Quia licet arbitrium † sit regulandum à Iure per Bart. *in extrauag. ad reprim. verbo videbitur num.* 8. Tamen con- 1
currente fumo boni Iuris illud petentis † clausula hæc tri- 2
buit facultatem relaxandi illius rigorem, & examinandi validitatem litterarum, vt in terminis pensionis dixit Rota coram Seraph. *dec.* 674. *nu.* 4. coram Andr. *dec.* 96. *eodem num.* & Coc. *dec.* 568. *sub num.* 1. *par.* 2. *rec.*

Fumus autem boni Iuris in præsenti casu deducitur ex eo, quod cum Vbaldinus irreuocabiliter cesserit commoditatem percipiendi pensionem controuersam donec, & quo-
usque naturaliter vixerit, quam cedi, † & alienari po- 3
tuisse, firmauit Rota coram san. mem. Greg. *dec.* 440. *nu.* 7. comprobata à Lotther. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 42. *cum seq.* ac
per Salgad. *Laber. Cred. par.* 1. *c.* 43. *nu.* 8. *&* 23. † Non po- 4
tuit illam in alium transferre in præiudicium Iuris quæsiti Cessionario, vt latè tradunt Lotther. *d. quæst.* 42. *num.* 14. *& seqq.* & Salgad. *d. cap.* 43. *num.* 12. *& seqq. & num.* 45. *pariter cum seqq.*

Quod fortius admittendum videbatur in proposito, quo Vbaldinus non simpliciter cessit commoditatem, sed simul constituit cessionarium Procuratorem, vt in rem propriam cùm facultate consentiendi illius cassationi, & extinctioni,
ac etiam promissione præstandi consensum; † vndè cùm 5
fuisset eidem Ius quæsitum tam quoad commoditatem, quàm quoad extinctionem, eo minùs licuit Vbaldino in illius præiudicium pensionem aotiquam extinguere, & nouam ad fauorem alterius reseruare, vt respondit Rota coram Cardinali Millino *dec.* 56. *num.* 3. quæ licet sit in terminis pensionis fiduciariæ reseruatæ super Capite Hispani contemplatione Itali. Tamen præter quod nulla solida differentia considerari potest, vt notat Lotter. *d. quæst.* 42. *num.* 35.
† sufficit, quod ratio, & conclusiones ibi firmatæ casui no- 6
stro conueniant in eo, quod principaliter ibi discussum, &
deductum fuit Rot. *in rec. decis.* 17. *num.* 9. *par.* 3. dictamque 7
Card. Millini decisionem exornant Lotter. *in eadem qu.* 42. *num.* 18. *cum seqq.* & Salg. *d. cap.* 43. *num.* 51.

Hinc licet commoditas exigendi nihil commune habeat cum Titulo pensionis, adeout cessa, & translata commoditate in alium remaneat Ius formale ipsius pensionis radicatum in Pensionario; Attamen quia ab ipso Iure formali fuerunt separata omnia Iura d. commoditatis, & translata in Cessionarium, quinimò translata fuit ipsamet com-
moditas, † simplex, Iuris formale non reputatur alicuius 8
momenti, sed reducitur ad nostrum titulum, & ad solas actiones directas, quæ sine d. commoditate remanent, apud cedentem inefficaces, & prorsus inutiles ad validam pensionis translationem, vt resolutum fuit *in dict. dec.* 56.
num. 3. *& seqq.* coram Card. Millin. † Non secus ac in vsu- 9
fructu, cuius commoditas postquam fuit alteri cessa non potest remitti in præiudicium Cessionarij, iuxtà text. *in l.* 3.
ff. de his quæ in fraud. cred. † quia secuta separatione Iuris 10
causalis, siue commoditatis ab ipso Iure formali, simplex titulus remanens durante causa separationis est totaliter inefficax, ac inutilis, Gabr. *cons.* 162. *sub num.* 8. *&* 10. *lib.* 2. & prosequitur Lotther. *d. qu.* 42. *num.* 21. *cum seqq.* & Salgad. *d. cap.* 43. *nu.* 46. *&* 47.

Decisio autem † 129. *par.* 1. *recen.* firmans Pensionarium 11
potuisse extinguere, non obstante cessione commoditatis non applicatus; Nam præterquod fuit in dubium reuocata, & causa per tres vices repproposita nunquam confirmata, vt notat Lotter. *d. quæst.* 42, *sub num.* 19. *& constat ex*

illius

illius Positionibus coram Marqoemontio *anno* 1608. *Ideoque*
non est attendenda, ficuti aduertit Rota *decis.* 405. *num.* 54.
p. 5. *rec. & in Leodien. Beneficij* 31. *Ianuarij* 1648. §. *fin. coram bon. me. Pentingerio*. Casus illius admodum distat à nostro, nam hic Vbaldinus non solùm constituit Morellum
Procuratorem irreuocabilem ad exigendum, sed vlterius
tribuit ei facultatem illam extinguendi, quæ sanè facultas
æquipollet pacto de non transferendo, adeò vt quemadmo-
12 dum non sustinetur † translatio facta vigore Indulti so-
peruenienti absque derogatione dicti pacti, vt censuit Rota
coram Eminentissimo D. Card. Otthobono *dec.* 239. *num.* 8.
Ita etiam post mandatum ad extinguendum alij concessum
non potuerit pensio transferri sine consensu Cessionarij.
Quia sicuti circumscripto Indulto propter huiusmodi pactum, & conuentionem cassandi pensionem, & consentiendi extinctioni, non potuisset fieri translatio; Ita pariter
13 fieri non potuit vigore indulti, cùm priuilegia † transferendi pacta, & conuentiones partium non tollant, Felin. *in cap.* 1. *num.* 3. *de rescript.* Cresc. *dec.* 2. *de Priuileg.* Rot. *decis.* 153. *num.* 8. *par.* 5. *rec. & dec.* 239. *num.* 9. coram Eminentissimo Otthobono.

Præterea fundamenta in eadem decisione adducta visum
fuit non subsistere, dum postea causa reproposita, noluit
Rota capere resolutionem ob responsiones tunc datas, quæ
referuntur, & ornatur per Lotter. & examinantur etiam à
Salgado locis præcitatis.

Non obstat, quod Morellus non vsus fuerit facultate extinguendi sibi attributa, & propterea eidem nullum fuisse
illarum præiudicium considerabile ex translatione tanquam
14 facta in articulo mortis, † quia cùm translatio pensionis
fiat per extinctionem pensionis antiquæ, & reseruationem
nouæ, Rota *decis.* 450. *num.* 41. *par.* 5. *rec.* non potuit fieri
citra præiudicium commoditatis anteà cessæ; Implicat enim
contradictionem, quod Cessionarius frui possit commoditate sibi cessa, & Pensionarius vtatur facultate transferendi
15 pensionem in aliam, † cùm translatio ex eodem momento, quo fit abdicet omne Ius à transferente non expectata
eius morte, nec fieri possit conditionaliter si mors ex ea
infirmitate contingat, Nauarr. *cons.* 65. *per tot. tit. de Simon.* Gonz. *de benef. lib.* 1. *quæst.* 40. *num* 80. Atque ideò data
validitate translationis si Vbaldinus conualuisset Morellus
remansisset destitutus commoditate fructuum sibi irreuocabiliter cessa.

Quamuis verò replicaretur Cessionario competere actionem personalem contra cedentem pro consecutione damnorum, & interesse ad instar eius, qui promisit vni vendere, & posteà contraueniendo promissioni, alteri vendidit.
Responsum fuit id posse procedere, quando primo Cessionario res non fuisset tradita, secus vbi prout hic, commoditas pensionis fuit à cedente translata in cessionarium, &
16 per eumdem exacta. † Vnde videtur potius applicari alia
Iuris conclusio, quod primus Cessionarius præferri debeat,
dummodo res fuerit illi tradita, & in illius possessione reperiatur ex adductis per Olea. *de cession. Iur. tit.* 6. *quæst.* 8.
num. 3. *in fin. & in pluribus seqq. firmat etiam in casum non traditionis semper perferendum esse primum Cessionarium*.

Et tamen vis nullitatis translationis non consistit in huiusmodi præiudicio, sicuti minus in non vsu facultatis extinguendi pensionem, sed in deficientia substantiæ, & in
defectu formæ, quia non habens commoditatem pensionis,
non potest consentire illius cassationi, & nouæ impositioni
non obstante, quod cessio tanquam facta ad Vitam Vbaldini eo defuncto extinguatur, cùm aliud sit pensionem extingui per mortem, & sic ex natura rei, aliud mediante
17 translatione, & sic ex volontate Pensionarij, † qui non
potest facto proprio præiudicare Cessionario, vt latè probauit Rota coram d. Card. Millin. *dec.* 56. *num.* 3. & 4. & probant Lotter. *vbi supra d. qu.* 42. *num.* 18. *cum seqq.* & Salgad.
d. cap. 43. *per tot.*

Nec vrget exemplum officiorum Datariæ, & Cancellariæ, quorum resignatio sostinetur, non obstante cessione fructuum alteri facta, quia militat diuersa ratio; Ideò
enim cessio commoditatis officiorum Datariæ non impedit
18 illorum resignationem, † quia huiusmodi officia non recipiunt hypothecam nec alienari possunt absque speciali licentia Pontificis iuxtà Constitutionem Vrbanam 154. in
19 ordine, quod secus est in pensione, cuius † commoditas
exigendi cadit in commercio, recipit hypothecam, & potest liberè vendi, Azor. *instit. moral. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 10.
qu. 11. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 17.
Bonaccin. *de Simon. qu.* 4. §. 13. *num.* 16. Larrea *alleg.* 25. *n.* 4.
& 5. Rota coram Buratt. *dec.* 835. *num.* 11. † Imò eadem- 20
met pensio potest gratuito remitti sine vlla auctoritate Papæ,
Lotter. *d. qu.* 42. *num.* 7. & 8. latè modern. Carpen. *controu. forens.* 202. *sub num.* 10. *& per tot. par.* 2. Catthar. *decis. crimin.* 16. *nu.* 33. & 65. Rota *dec.* 47. *nu.* 10. *par.* 1. *diuers.*

Minus applicatur simile de feudis, Tum quia concurrit
pariter diuersa ratio scilicet interesse Principis, propter quod
feuda sunt prohibita hypothecari, ac vendi, quæ non concurrit in pensione in qua cessa commoditate, vel contracta
hypotheca super fructibus nullum resultat præiudicium Papæ; Tum quia † materia Pensionis solet regulari secun- 21
dum terminos vsusfructus, non autem feudi vt in innumeris locis tradunt Paul. Rom. Io. Baptista Caccialup. & Hier. Gig. *de Pens. Eccles. inter tract. Magn. tom.* 15.
fol. 310. *cum seq.*

Quibus accedit, quod Vbaldinus obtinuit priuilegium
transferendi postquam fecerat cessionem, & sic de tempore, quo super pensione non habebat nisi nudum titulum, & solas actiones directas; vnde sequitur eo certius
non potuisse illam extinguere, quia aut Priuilegium huiusmodi non comprehendit, nisi pensiones, quas ipse habitu,
& actu possidebat, non autem pensionem, cuius commoditatem irreuocabiliter cesserat, † cùm facultas transferen- 22
di sit odiosa, ac strictè intelligenda, Rot. *decis.* 400. *num.*
12. & *decis.* 454. *num.* 7. *par.* 1. *diuers.* Canal. *decis.* 148. *n.*
6. & *in Romana Pensionis* 23. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Melzio*. Aut restringitur ad illud Ius formale, & nudum
titulum, siue simplices actiones directas, quæ cùm sint
apud cedentem inefficaciter, & totaliter inutiles pro facienda, & substinenda translatione † non potuit Vbaldinus 23
plus Iuris transferre in Tamantinum quam ipse haberet,
Gig. *de pens. q.* 88. *sub n.* 3. *vers. pro contraria parte*.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. ALBERGATO,

Rauennaten. Emphyteusis.

Lunæ 9. *Decembris* 1658.

ARGVMENTVM.

Bona Emphiteutica, quando alienari possint contra formam inuestituræ.

SVMMARIVM.

1 Cuiuslibet *dictio tribuit actum vnicuique in solidum*, *quod amplia, vt num.* 2.
3 *Beneplaciti præsumptio ex lapsu temporis inuestituris ablata fuit ex Vrbana constitutione*, & *n.* 4.
5 *Emphyteutica bona redacta, vt allodialia alienari possunt, vt libera*, & *num.* 6. & 7.

DECISIO CCCXCVIII.

COncessa fuerant vsque de anno 1525. à Commendatario S. Mariæ in Cosmedin S. Spiritus Rauennæ bona de quibus agitur DD. Magdalucciæ de Sanutis, & Cantianæ de Emo pro se, & cuiuslibet ipsarum filijs legitimis,
& naturalibus in infinitum, & in eorum defectum pro descendentibus masculis ex prole feminina. Defuncto nuper
Stephano de Gordijs vltimo ex linea fœminina Magdaluccie inter R. P. D. Bentinolum Ecclesiæ Commendatarium
D. Andream de Emo Contianæ pronepotem, & Canonicum Gordium Stephani ex testamento hæredem, triangularis orta est quæstio super possessione bonorum, & prolata ad fauorem d. Emi sententia à Locumtenente Eminen.
D. Cardinalis Legati Rauennæ in gradu appellationis, Dubitaui an, & cui sit danda immissio, & eidem D. Emo
concedendam esse responsum fuit ex forma inuestituræ,
quæ per ius accrescendi portionem lineæ deficientis attribuit superstiti stante dictione illa (*Cuiuslibet*) quæ
inter † ipsos descendentes, & successiuè vocatos con- 1
cessionem, in solidum importat. Mantic. *de tacit. lib.* 2.
tit. 34. *numer.* 28. Marescott. *vol.* 75. *nu.* 3. & *seq. lib.* 1. Rot.
dec. 198. *nu.* 1. & *per tot. par.* 4. *rec. tom.* 2. *Forolivien. bonor.*
14. *Decembris* 1618. *coram Remboldo in princ.* & §. *in proposito autem Bononien. bonorum de Herculanis* 19. *Iunij* 1645.

coram bon. me. Puntinger. sub §. & in Forolinien. seu mulline Castrorum 14. Martij 1657. coram me, §. maximè cum præsentis.

Non obstante, quod præfata dictio, *cuiuslibet*, apposita fuerit hæredibus, & descendentibus non autem personis Magdaluccíæ, & Contianæ, *vt in casu decis. Rauennaten. Emphyteusis 15. Iunij 1626. coram bo. me. Pirouano in princ.* Cùm enim præsens quæstio hodie inter descendentes verse-
2 tur, dictio illa inter † eosdem suum effectum operari debet, & in his terminis, quando distributiua cadit inter solos descendentes loquitur Rot. *d. dec. 192. nu. 1. & in d. Bononien. de Herculanis sub §. 1.*

Neque obesse visum fuit, quod in antiqois inuestituris non contineretur præinserta dictio *cuiuslibet*, & proinde hæc vltima tamquam alterata in præiudicium Ecclesiæ substineri
3 nequeat absque beneplacito Apostolico, † cuius præsumptionem ea lapsu temporis deductam abstulit *Constitutio fel. rec. Vrbani VIII. edita anno 1641.* vt per Rot. *in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. coram Reuerendissimo Tarraconen. sub §. nec huiusmodi*, quia responsum fuit, quod cùm vltima inuestitura, seu renouatio facta fuit anno 1525. vt supra, & successiuè per centum, & plures annos obser-
4 uata, † beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse etiam in terminis constitutionis Vrbanæ, in cuius §. final. centinaria nominatim præseruata fuit ad effectum inducendi præsumptionem beneplaciti, vt in terminis tradit Annot. *ad dec. 12. num. 33. par. 3. rec.* & in articulo discusso responsum fuit *in Romana prætensa deuolutionis Palatij 18. Iunij, §. quia ponderatum, & 7. Iunij proximè præteriti coram me, §. defectus beneplaciti.*

Quo verò ad Gordium eius institutio sustineri nequit ea facultate data inuestitis, quod possent vti concordia inita inter Ecclesiam, & Populum Rauennæ de qua in eius Sum-
3 mario nu. 7. vigore cuius † bona esse redacta ad instar allodialium, & pone de illis quomodolibet in præiudicium vocatorum disponi, dixit Rota *in Rauennaten. bonorum emphyteuticorum 27. Maij 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. præterquod.*

Primo, quia dicta concordia habet locum, quando forma inuestituræ non repugnat tenori concordiæ, in quibus terminis loquuntur DD. in contrarium adducti, & prædicta decisio Reuerendissimi D. mei Decani, secus autem quando à tenore concordiæ partes recesserunt præscribendo formam prorsus repugnantem libertati dispositionis in concordia concessæ, quod scilicet emphyteutæ non possint ipsa bona in totum, vel in parte, vendere, donare, vel permutare, nec de eis aliquem contractum facere, & quod in casu alienationis, & non solutionis bona cadant in commissum primo *Sum. d. Em. nu. 1.*

6 Tunc enim magis † attendi debet ordo inuestituræ, quàm forma statuti, vel concordiæ, vt in terminis respondit Ancharan. *cons. 427. num. 4. vers. de iure vero*, Angel. Aretin. *cons. 124. in princ. & num. 17. vers. nec huic*, Guiz in puncto Rota *in Rauennaten. concursus* coram Merlin. *decis. 85. num. 12. & seq. d. Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. sub §. vltimo, & 17. Iunij 1651. §. fin. vers. vel quatenus coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Secundo, quod concessio vsus concordiæ intelligi debet in præiudicium Ecclesiæ concedentis, non autem illorum vocatorum, Rota *dec. 750. nu. 3. par. 3. rec.* & vlterius idem vsus limitatè concessus fuit durante scilicet emphyteusi *Summario Canonici num. 2. litt. H.* † vnde illa quoad lineam Magdaluccię finita respectu eius descendentium debet cessare facultas ex concordia resultans, Ofasc. *dec. 164. nu. 5.* Rot. *dec. 86. num. 16. & seqq. par. 5. rec. & in terminis consuetudinis Mantuanæ reducentis bona emphyteutica ad instar allodialium, in Mantuana bonorum 28. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Decano, §. fin.*

Et ita causa bis proposita, & vltima vice omnibus informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Salamantina Cucullæ.

Lunæ 9. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Cuculla, quid & quotuplex sit, & à quibus monachis, & sub qua forma gestetur.

SVMMARIVM.

1 *Cuculla quænam dicatur, & à quibus religiosis gestetur priuatiuè quoad alios, & nu. 2. 4. 5. 6. 7. & 13.*
2 *Benedictini dicuntur Monachi Nigri.*
3 *Ordinum confusio vitandus est.*
9 *Cucullarum genus quotuplex sit, & quibus illarum species conueniat, & nu. 10.*
11 *Constitutiones Gregoriana, & Clementina de quibus hic declarantur.*
12 *Dictio, sine, stat declaratiuè, & expositiuè pro id est.*
14 *Constitutio generalis generaliter tangit omnes.*
15 *Clausula,* sublata, & decretum irritans, *inficit titulum, & possessionem.*

DECISIO CCCXCIX.

Vertente iudiciali controuersia inter Monachos Sancti Benedicti ex vna, & Sancti Basilij Hispaniarum ex altera super delatione Cucullę manicatæ Sanctissimus D. N. Alexander VII. in Signatura Gratiæ rescripsit S. R. Congregationi, vt in ea procederet de voto Rotæ, appellatione remota; Ideo dubitaui, an & cui liceat ex Monachis Benedictinis, & Basiliensibus Hispaniarum deferre Cucullam amplam talarem, & manicatam, & pro P. P. Benedictinis responsum fuit.

Cuculla enim controuersa longas, † & amplas habens 1
manicas propriè flocus appellatur, vt declarauit fa. me. Clemens V. *in Clem. ne in agro, §. verum de stat. monach. ibi: verum ne ex diuersa acceptatione, quæ ex diuersis Regionibus huiusmodi vocabula flocus videlicet, & Cuculla dicuntur habere hæsitandi circa permissam materiam relinquatur, Cuculla nomine habitum longum, & amplum, sed manicas non habentem, nomine vero flocci habitum, qui longas, & amplas habet manicas nos intelligere declaramus.* † Quæ ad Mo- 2
nachos nigros, & non ad alios pertinet, velatè sancitur *in d. Clem.* ibique gloss. *verb. Nigrorum*, Imol. *num. 12. ad med.* Anchar. *nu. 1. vers. 2. nota*, Abb. *post princ. vers. Constitutio ipsius Clementinæ*, Vitalian. *nu. 18.* & Card. Zabarell. *num. 7.*
† Benedictinos autem esse Monachos nigros refert Tam- 3
bur. *de Iur. Abb. tom. 2. disp. 24. qu. 5. nu. 46.*

Idque † satis clarè disposuisse videtur Gregor. IX. in re- 4
formatione Monachorum Cluniacen. Ordinis Sancti Benedicti, Bullar. *nouo tom. 1. Const. 5. §. 18.* ibi: *Illud quoque obseruari præcipimus, vt Monachi sicut ex claustro, ita & foris honestè se habeant, nec incedant sine Cuculla, & flocco &c. & per eadem verba Nicolaus Quintus in declaratione dictæ reformationis d. tom. 1. eius constit. 3. §. 24.*

Quod insuper comprobatur, tum ex constitutionibus
Religionis, nempè Congregationis Cassinen. † de anno 5
1580. *in cap. §. regula Sancti Benedicti*, ibi: *Et ordinamus, quod fratres nostri habeant singuli tunicam &c. habeant & Cucullam, quæ secundum Clem. ne in agro vocatur flocus. Congregationis Hispaniarum cap. 44. de vestiario*, ibi: *Cuculla confici debet, manicæ non sint longiores corpore ipsius Cucullæ, atque ita longa, vt manibus ad ora Capitis appositis palmo distent ab illius fimbria Cucullæ. Congregationis Austriacæ eodem tit. cap. 4.* ibi: *Habeant quoque Cucullam, quæ secundum Clem. ne in agro vocatur flocus, quo vtantur in templo, & aliquando foras procedentes.* Et † Congregationis 6
Bruseldensis in Germania *dist. 3. cap. 24. tit. de habit. & vest.* ibi: *Tam Abbas, & Prior, quàm Cæteri professi floccis vtantur, flocus siquidem qui habitus est rotundus manicatus &c. Summ. Benedictinorum num. 7.*

Tum ex Historicis, nempè Card. à Turrecrem. † *in Com-* 7
men. regul. S. Benedicti cap. 55. tr. 1 a 1. tit. de dispensat. vestiment. & qualit. & mensur. eor. vbi in §. circa Cucullam in fin. hæc præcisa verba ponit: Alij vero Cucullam nominant eum habitum, qui apud alios dicitur flocus, videlicet cum caputio ex omni parte clausum longisque manicis manicatum: Anton. Perez. *in Commen. eiusdem Relig. eodem loco*, ibi: *manicatis teneamur vti Cucullis, & ijsdem semper Benedictini nostri vsi sunt &c. quare Cuculla manicata nobis in signo nostræ Religionis est, & veluti impressa nota.* Bernard. Card. Cassinen. *in exposit. dict. regul. dict. cap. 55. tit. de vestim. vers. Cucullam appellans*; & demum Io: Bertles Louanien. *in eadem regul. dialog. 23. dd. cap. 54. & 55. regula Sancti Benedicti, qui distinguendo Cucullam in duo*

genera

genera dicit, ibi: *Et secundum genus vocamus eum habitum, qui apud alios flocus dicitur videlicet cum capucio ex omni parte clausum longisque manicis manicatum &c. eumque gestant omnes Religiosi de obseruantia Brusfaldensi per Germaniam Ordinis Sancti Benedicti.*

Tum demum ea pluribus testibus pro Benedictinis diuersis temporibus, & io diuersis Tribunalibus formiter examinatis, qui concorditer deponunt ab immemorabili illos semper consueuisse controuersam Cucullam deferre amplam talarem, & manicatam, *Sum. nu.* 8.

Inde igitur sicut ea præfatis concludenter probata remanet intentio Benedictinorum, ita de consequenti concluditur prorsus prætensio à P.P. Basiliensibus deducta gestandi similem, & pariformem Cucullam, alias enim resultaret
8 confusio Ordioum io Populo, † quæ vitanda est, ea tradit. per Roderic. *quæst. Regular. tom.* 2. *qu.* 76. *art.* 4. Nonar. *in Lucer. Regular. verb. Capucini num.* 2. & io termiois aliarum Religionum declararunt Summi Pontifices Greg. XIII. *Constit.* 11. *tom.* 2. Clemeos VIII. *Constit.* 3. *tom.* 3. & Vrbanus VIII. *Constit.* 12. *tom.* 2. *& in append. Constit.* 13. *art.* 123.

Et quamuis tam ea Regula Sancti Basilij, quam ex Constitutionibus eius Religionis Italiæ, & Hispaniarum debeaot
9 ipsi deferre Cucullam Monacalem; † Attamen cùm duplea sit Cucullarum genus, alterum ooo maoicatum, quod capucium, seu cappa appellatur, & alterum manicatum habens manicas amplas, & longas, quod denominatur flocus, iuxta distinctionem præscriptam *in d. Clem. ne in agro d. §. verum*, comprobatum communiter à Rectoribus ibi scribentibus, & à Ioanne Bertles Louanien. *vbi supra*, & per Tambur. *de Iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 27. *qu.* 1. *num.* 3. *vers.*
10 *Est autem.* † Vtique ad euitandam Ordinum confusionem præceptum ex d. regula, & præfatis Coostitutionibus eductum intelligendum est de primo, non autem de secundo genere Cucullarum, sicut io dubio intelligi debeat, ex probatis per eumdem Tambur. *d. qu.* 1. *d. num.* 3. *vers. Vnde licet.*

Nec repugnant Constitutio 58. Gregorij XIII. tom. 3. & decreta reformationis pro Ordine Sancti Basilij Hispaniarum à Clemente Octauo edita anno 1602. sub tit. de vestit. calceam. & Zona *Summ. Basiliens. nu.* 5.

11 Constitutio enim Gregoriana † §. 7. loquitur de capucio siue cuculla Monacali, quæ intelligitur de cuculla primi generis sine manicis, & probatur ea prædictis, & colligitur
12 etiam ex illa dictione intermedia *sine*, quæ † de sui oatura stat declaratiuè, & expositiuè pro idest, Apostill. ad Roman. *cons.* 179. *num.* 7. *vers. Et idcirco litt. D.* Gemin. *cons.* 115. *num.* 7.

13 Decreta verò † Clemeotis VIII. (& hoc tollit omnem difficultatem) licet videantur illis permittere cucullam cum manicis subduat tamen, ibi: *Erit tamen stricta nullas, vel paruas habens rugas, siuè sinus, nec adeo amplas manicas, vt à Benedictinorum cuculla, & habitu in aliquo distinguatur*, & sic etiam iuxta sensum eorundem decretorum Basiliensibus interdicta est cuculla, de qua agitur, quam gestare solent, & debent Benedictini.

Certius, cum ab eodem Clemente anno sequenti 1603. in eius constit. 103. cap. 6. tom. 3. prohibita fuerit Basiliensibus cuculla Benedictinorum addendo rationem, ex qoo manifestè contrariatur Regulæ Sancti Basilij. Nec refragatur respoosio, quod huiusmodi constitutio emaoauerit pro reformatione duorum monasteriorum particularium, quia fundamentum constituitur in eo, quod cuculla Benedicti-
14 oorum manifestè contrariatur Regulæ Sancti Basilij, † quod tanquam generale generaliter respicit omoes sub huiusmodi regula viuentes ad tex. *in l. regula*, §. *cum quis, ff. de fact. & Iur. Ignorat.*

Quibus accedit, quod cùm de anoo 1634. impressa fuerit imago S. Basilij cum babito cucullari manicato, Congregatio Sancti Officij Hispaniarum prohibuit illam retineri sub pœna excommuuicationis *d. Sum. num.* 9. *litt. A.* Ac inde S. Congregatio Indicis 10. Decembris 1636. decreuit in hæc verba, ibi, *Et mandauit sub pœnis &c. tollendam esse, & à fidelium oculis amouendam effigiem S. Basilij Magni cucullati habitu prorsus Benedictino d. num.* 9. *lit. B.* decreta enim, & resolutiones huiusmodi Sacrarum Congregationum Vrbis Rota semper consueuit reuerenter amplecti.

Testes autem in magno numero adductos pro Basiliensibus D.D. noluerunt attendere siue vti examinatos ad perpetuam rei memoriam, siue quia loquuntur de actibus, vel post motam litem, vel iis proximis, siuè etiam, quia intelligendi sunt de vso cucullæ primi generis, aliter deponerent contra dispositionem *D. Clem. ne in agro*, tot Constitutionum Apostolicarum, & præsertim Clementis VIII. aliorumque sæpius deductorum, quibus in concursu DD. visum est magis deferendum, præcipuè attento decreto irritaori cum clausula sublata, quibus omnia prædicta munita
sunt, † quæ regulariter irritant, & inficiunt quemcum- 15
que titulum, & possessionem incontrarium, Rota *decis.* 10. & 11. *de caus. possess. & propriet. in nou.* Card. Mantic. *dec.* 40. *num.* 8. Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Mediolaneñ. Iurispatronatus.

Mercurij 4. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, licet verum sit, quod non transeant in substitutum, seu in fideicommissarium, verùm ista conclusio non procedit, quando voluntas Testatoris in contrarium militaret, quæ tamen limitatio, vt intret debet hæres adire hæreditatem, vt in substitutum possit illud transire.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus remanet apud hæredes institutos.*
2 *Donatio est modus legitimus acquirendi Iuspatronatus.*
3 *Iuspatronatus potest etiam transire ad substitutum hæreditarium, quando super hoc concurrit voluntas Testatoris.*
4 *Iuspatronatus, quando est transmissibile ad substitutum, cessat ista conclusio, si institutus non adit hæreditatem.*
5 *Iuspatronatus vt acquiretur per fideicommissum, quid requiratur.*
6 *Iuspatronatus si detur casus, vt acquiratur per substitutum fideicommissarium, debet per hæredem fieri restitutio fideicommissi, re, vel verbis.*
7 *Iurispatronatus acquisitio, si facienda sit ex aliquo titulo, si ille cesset, cessat quoque talis acquisitio.*
8 *Clausula*, omni meliori modo, *si respiciat minimè titulum, circa illum non operatur.*
Clausula, omni meliori modo, *non valet extendere dispositionem*, *nu.* 8.
9 *Potestate sua dum quis vsus non est, sibi imputet.*
10 *Donatio, quando est inanis, aliquid non operatur.*
11 *Donatio facta de rebus Ecclesiæ sine Beneplacito Apostolico, facta non tenet.*
12 *in Fauorem alicuius ea, quæ sunt concessa, non possunt à tertio allegari.*
13 *in Iurepatronatus non attenditur numerus Patronatus, in abstracto, sed eorum, qui verè præsentarunt, cum ius sit penes singulos insolidum.*

DECISIO CCCC.

EXistentia Iorispatrooatus Beneficij S. Apollinaris, de quo agitur iam firmata fuit coram Me sub die 30. Iaouarij 1654. sed cùm de pertineotia suorum Authorum ioter DD. Federicum Vicecomitem, & Nicolaum Montium ageretur proposui dubium, ad quem, seu quos, & pro qua rata spectet Iuspatronatus, & pro D. Vicecomite causa quatuor vicibus proposita responsum fuit; Quia cùm vtcunque admittatur, quod Iuspatronatus ab initio spectabat integraliter ad Io: Baptistam Baggium, qui duos filios masculos Anselmum scilicet, & Hilarium æquis portionibus sibi hæredes instituit, eosque io casu obitus sine filijs, & delicti inuicem substituit *Sum. vtriusque partis tertiæ position. nu.* 1. pertinentia ad Bassanum Baggium D. Vicecomitis Authorem resultat ex quo ipse, vti filius, & hæres Flauij Antonij habet donationem ab Anselmo, quæ tamquam confirmata à Vicario Generali de consensu Ordinarij *d. Summ. D. Vicecomitis numer.* 2. pro acquisitione Iurispatrona-

tronatus 14. *Martij* 1653. *coram Reuerendiss. D. Zarate*, §. *tota vere quæstio*.
Respectu autem vocis Hilarij negari non potest, quin
1 remanserit † apud Patres ab eo hæredes institutos *d. Sum.*
num. 3. ex traditis per Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 12. *num.* 6.
Rota *in Florentina Capellaniæ* 29. *Maij* 1634. *coram bon.*
me. Dunozetto, §. *non obstat*. Quiquidem Patres cum eandem portionem Bassano pariter donauerint *eadem Sum. n.* 7.
2 vtraque vox in eo consolidata est, cùm donatio † sit legitimus modus acquirendi Iuspatronatus, Barbos. qui alios
adducit *de potest. Episcop. allegat.* 71. *num.* 1. & 20. Rota coram Duran. *dec.* 407. *num.* 6.
Et licet ad substitutum peruenire possit Iuspatronatus,
quando concurrit voluntas testatoris elicita in specie ea ver-
3 bis † vniuersalibus substitutionis comprehendentibus, iura, & actiones, vt dictum fuit *in causa alterius beneficij*
S. Hilarij coram Reuerendiss. D. Zarate 18. *Iunij* 1657. §.
primum namque. Attamen hæc limitatio applicari nequit in
4 facto, quia probatum non fuit Anselmum † substitutum
agnouisse fideicommissum, in quo erat substitutus, vt probandum erat, cùm agnitio non præsumatur, Valenzuel.
cons. 138. *nu.* 16. 18. & *seq. lib.* 2. cum alijs per Modern. Pisan. *de Iurepatr. lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 11. Rota coram Merl. *dec.* 139.
sub num. 2. *vers. non obstat*. Ad effectum vt per acquisitionem fideicommissi Iuspatronatus etiam acquirere potuerit,
5 cùm de cætero in ipsum non transierit, † sed maneat in
hæreditate grauati ante acceptationem fideicommissarij, seu
legatarij, Hieron. Gigas *cons.* 50. *nu.* 2. *vers. sed ex processu*,
Rota coram Mant. *dec.* 198. *sub nu.* 4. *vers. propterea*, Merlin. *d. dec.* 539. *nu.* 2. *vers. quoniam non docet*, *in puncto coram*
Eminentiss. D. Card. Otthobono dec. 230. *nu.* 20. & *dec.* 243.
num. 9. *vers. quia interim*, & magis in terminis, quod ante-
6 quam sit facta restitutio fideicommissi re, vel verbis † per
hæredem non transeat in substitutum Iuspatronatus, Alex.
cons. 73. *nu.* 3. & *per tot. lib.* 7. Guidnpap. *dec.* 507. *sub num.* 1.
vers. & multo fortius, & latè prosequitur Peregr. *de fideicomm. art.* 2. *num.* 50. *vers. sic quoque ante restitutionem*, &
nu. 63. & *seqq.*
Hinc donatio ad fauorem D. Montij *in eius quarto Sum.*
nu. 5. nullum ius illi tribuere potuit non solùm ex permissis,
verùm etiam quia facta fuit à Clara tamquam hærede ab
intestato Hilarijeius fratris, ibi, *Chiara Baggia, che come*
herede ab intestato d' Hilario suo fratello si ritroua patrona &c. & tamen Hilarius condito testamento decessit vt su-
7 pra, & proindè cessante † titulo hæreditario ad quem restricta fuit, donatio ipsa quoque cessare debet, Roman. *cons.*
446. *nu.* 6. *ad med.* & *cons.* 496. *sub nu.* 4. multa similia adducit Surd. *dec.* 39. *nu.* 3. & *seqq.* & consideratum fuit *in Comen. Decanatus* 15. *Maij* 1648. *coram bo. me. Bichio*, §. *cum*
itaque. Parum releuante clausula, *omni meliori modo*, quia
8 non † respicit titulum in vim cuius facta fuit donatio, sed
cadit super alijs; atque ideò dispositionem ampliare nequit,
neque illam ea titulo diuerso sustinere, vt post alios tradit
Mart. *claus.* 88. *num.* 5. *vers. dic verum par.* 1. Rota *in Reatina hæreditatis* 3. *Maij* 1600. *coram Iusto*, §. *non obstat clausula*, & *in Forolinien. fideicommissi* 9. *Maij* 1611. *coram*
Card. Pamphil. sen. §. *non obstat in fin.*
Minus valida potest esse donatio Claræ, ea quo ius suum
deducat ex hæreditate Anselmi, in quem vigore substitutionis portio Hilarij deuoluta dicebatur. Nam donatio hoc
9 titulo non emanauit, & vno nomine facta ex alio, & potestate, qua quis vsus non est sustineri nequit, Bald. *cons.* 198.
in princ. lib. 4. Cyriac. *controu.* 46. *num.* 13. & *controu.* 275.
nu. 32. In proximis terminis Rota *dec.* 134. *nu.* 21. *par.* 4. *rec.*
tom. 2. Et quamuis Clara donasset vti hæres Anselmi, adhuc
donatio esset inanis, quia ius adeundi hæreditatem Hilarij
in hæreditate Anselmi existens, non fuit ab ipsa agnitum,
10 vt erat † necessarium ea eo, quod tale ius in hæredem
transmittitur non vt agnitum, sed vt agnoscendum, Soccin. sen. *cons.* 67. *num.* 12. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 105. *num.* 92.
lib. 1. Fusar. *de substit. qu.* 487. *num.* 16. Cancer. *var. resolut.*
par. 3. *cap.* 21. *nu.* 161. & *seq. cum cord.* per Modern. Hispan.
in Laberinth. par. 2. *cap.* 25. *num.* 116.
Nec dicatur, quod donatio facta à Patribus Discalceatis
11 Bassano † sit nulla ea defectu Beneplaciti Apostolici, vt per
Marescott. *resol.* 9. *nu.* 13. *lib.* 3.
Quia, vel exceptio nullitatis huiusmodi tanquam ad fa-
12 uorem Ecclesiæ inducta ab illa tantùm potest allegari, † non
autem à tertio etiamsi esset ipso iure exclusiua intentionis
Agentis, Rota *dec.* 133. *num.* 12. *par.* 2. *diuers. Romana Saluiani* 14. *Martij* 1644. *coram R. P. D. meo Verospio*, §. *etenim in fin.* & *in alia Romana Saluiani* 18. *Martij* 1650. *coram bo. mem. Bichio sub* §. *tum quia vtilius*. Vel in omnem
euentum D. Vicecomiti sufficit prædictos Patres neminem
præsentasse ad hoc, vt pro hac vice dicatur totum Iuspatronatus spectasse ad Bassanum, cùm non attendatur numerus
Patronorum † in abstracto, sed eorum, qui realiter præ- 13
sentant, eò quia ius est penes singulos insolidum, Rota coram Achil. *dec.* 10. *sub num.* 2. *vers. per rationes Iurepatron.*
Duran. *dec.* 199. *nu.* 10.
Et ita in quarta propositione partibus semper informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. T A I A.

Firmana fideicommissi.

Lunæ 9. Decembris 1658.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissi materia est intelligenda iuxt casus, & personas expressas, ac nominatas à Testatore, aliàs desperanda est extensio, & sic fideicommissum in casu alienationis non potest extendi in casum mortis.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum, quando dicatur ordinatum.*
2 *Fideicommissum quibus verbis dicatur in perpetuum firmatum.*
3 *Fideicommissum inductum in casu vno non potest extendi ad alium casum.*
4 *Fideicommissum restrictum in vno casu, frustrà quæritur ampliari ad diuersos.*
5 *Prohibitio alienationis, quando est personalis, non extenditur extra suum casum.*
6 *Fideicommissum factum in casu alienationis, non est extendendum in casu mortis.*
7 *Legatum perpetuum debet ab hæredibus, & successoribus præstari.*
8 *Dictio*, semper, *importat perpetuitatem.*
9 *Dispositio facta, quoad certas personas, non potest ad diuersas extendi.*
10 *Verbum*, perpetuò, *secundum subiectam materiam est intelligendum.*

D E C I C I O CCCCI.

A Decisis 22. Martij proximi præteriti, & reconfirmatis 28. Iunij proximi sequentis altera parte informante. Hodie informante vtraque DD. recesserunt.
Quia quoad prohibitionem alienationis, cùm Testator
prohibuit expressè hæredes institutos, & substitutos permu-
tare, aut alicui grauamini submittere prædium, † sed per- 1
petuis futuris temporibus permanere voluit penes suos hæredes institutos, & substitutos, & eorum hæredes, & simi-
liter aliud prædium cum verbis † perpetuis, futuris tempo- 2
ribus, & in infinitum pro fideicommisso in casum mortis,
de quo tantùm agebatur, dixerunt non vltrà casum contrauentionis extendi, imò esse restricta ad sequentem vo-
cationem hæredum † institutorum, & substitutorum, 3
& non ampliare, nec extendere fideicommissum vltra personas expressè consideratas, sed restringi, & declarari se-
cundùm qualitatem ipsius substitutionis, † cui aduertitur, 4
vt latè pro tractata materia decisum fuit *in Romana fideicom. de Coronis* 28. *Ianuarij* 1647. & 12. *Iunij* 1651. *coram R. P.*
meo Cerro Decano.
Secundò, quia prohibitio non fit realis, sed personalis,
quod dicti sui hæredes instituti, & substituti † non possint 5
&c. vt obseruatum fuit à Rota *in dec.* 316. *num.* 6. *par.* 1. *rec.*
& *in dicta Romana fideicom. de Coronis* 12. *Iunij* 1651. §. *quæ clariora redduntur*, & recentiùs *in Beneuentana hæreditatis*
19. *Iunij* 1656. §. *maximè quia d. prohibitio coram R. P. D.*
meo Celsa.
Tertiò, quia Testator substituit in casum mortis si institutus decesserit sine filijs masculis &c. & ex verbis quantumuis
generalibus appositis in prohibitione alienationis non
potest

6 potest † censeri inductum fideicommissum in casum mor-
tis, quando in alia parte fuit facta substitutio in d. casum
mortis, inquit Rota coram Ludouis. *dec. 433. num. 12. &
dec. 8. n. 6. par. 7. rec. & in Beneuentana hereditatis 26. Apri-
lis 1655. sub §. nec etiam poterit coram R. P. D. meo Verospio,
& in d. Beneuentana hereditatis §. ea verba immediate, &
seq. coram R. P. D. meo Celso.*

Quo verò ad onera, quod infrascripti sui hæredes te-
neantur, & debeant facere celebrare vnum Officium &c.
& quod eius hæredes, & substituti manuteneant fontem
&c. Item quod infrascripti hæredes teneantur, & debeant
facere vnum luminare in die Sabbathi in qualibet hebdo-
mada, dixerunt non esse inconueniens, quod legatum
7 † ab hæredibus, & successoribus etiam extraneis perpetuò
debeatur, & ipsi onere fideicommissi grauati non sint, vt
dixit Rota coram Gyptio apud Grouagn. *resp. 97. sub nu.
22. lib.* c. & post Fenz. *ad stat. Vrb. dec. 95. §. quoniam pro
responsione*, & coram Buratt. *dec. 385. num. 4. & in Anco-
nitana Saluiani, seu domorum 11. Maij 1657. §. pariter non
obstat coram R. P. D. meo Meltio*. Præsertim quia ad huius-
modi annua relicta fuerunt tantummodo onerati hæredes
8 scripti per illas dictiones semper † repetitas, *Infrascripti*,
quæ referuntur ad hæredes litteraliter nominatos, vt prose-
quitur Rota *d. dec. 385. num. 5.*

Neque putarunt vrgere obseruantiam ex licentia petita,
& accepta alienandi, quia prout pertinet ad prohibitionem
alianationis ex ipsis licentijs alienandi bona fideicommissa-
9 ria ad hunc effectum allegatis apparuit DD. eas non † ex-
cedere in verbis personas filiorum Antonij, & Cicchi sub-
stitutas, & ita non conuenire actoribus Natinguerra, qui
non sunt filij, sed Nepotes, & quia prætecea non possit fieri
extensio vltra personas extensas.

10 Minusque turbari putarunt verba, † *perpetuò*, & huiusmo-
di, quia secundùm subiectam materiam verificari dicuntur,
etiam in vitam vnius vocati, vt inquit Rota coram Merlin.
dec. 669. num. 58. & est lib. 1. ff. pro Socio cum ibi not.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. A L B E R G A T O.

Romana Casalis Veteris.

Mercurij 11. Decembris 1658.

A R G V M E N T V M.

Concessionis natura regulatur à Capitulis, quando emanauit ad illorum formam.

S V M M A R I V M.

1 *Nati ex fœminis non dicuntur generationis masculinæ, & num. 2.*
3 *Propositio, ab, ex verisimili mente contrahentium stat inclusiue.*
4 *Generatio prima dicitur illa à quo concessio inchoatur.*
5 *Relatio repetit omnia relata.*
6 *Dictio, prout, restringit dispositionem ad relatum.*
7 *Capitulorum verba à Notario relata, dicuntur verba partium.*
8 *Capitula possunt lacerari postquam celebratum fuit super eis instrumentum.*

D E C I S I O CCCCII.

RAtiones à DD. de Robertis adductas contra decisio-
nem in hac causa editam 4. Iunij 1655. coram me,
non tollere eius fundamenta existimantes, DD. steterunt in
decisis: subsistit enim quod concessio à Canonicis S. Petri
in Vinculis facta Ioanni Baptistæ Victoriæ à tertia genera-
tione masculina legitima, & naturali, *cominciando da
tutti suoi figli nati, e da nascere*, vt in Capitulis in instru-
mento insertis *Summ. Canonicorum num. 3.* non potest com-
prehendere DD. de Robertis, qui tanquam † Nepotes Vi-
1 ctoriæ filiæ Ioannis Baptistæ non sunt huius generationis
masculinæ, vt in terminis sequendo Theoricam Castren.
præter adduct. tradit Rota *in Baren. Beneficij 18. Febr. 1656.
coram bon. me. Bichio §. e conuerso autem, & 18. Maij 1657.
coram Reuerendiss. D. Zarate §. penult.* Sed verè sunt Proa-
ui generatio, fœmina incipiens à Victoria eorum Auia, † quæ 2
fuit lineæ fœmininæ caput, & Auctrix, Cyriac. *contr. 365. num.
28. & seq.* Rota *in Romana, seu Sabinen. fideicommissi 22.
Maij 1656. §. extincta coram bon. mem. Dunozetto, & in
Firmana Primogenitura 30. Maij 1657. coram R. P. D. meo
Verospio §. neque contrarium in fin.*

Nec opponi potest quod generationes vocatæ à filijs Io.
Baptistæ exclusiuè deberent incipere; nam vltra quod con-
currente subiecta materia, & verisimili mente contrahen-
tium dictio, † *ab*, stat inclusiuè, vt in præcedenti decisio- 3
ne. Adhuc quando concessio facta est ad tertiam generatio-
nem ab aliquo inchoandam, † quod ipse à quo inchoatur 4
sit prima generatio vocata *præter decis.* Buratt. & Coccin. ad-
misit Rota *decis. 407. num. 5. par. 4. recent. & in Romana
domor. 7. Iunij 1655. in princ. & per tot. coram Reuerendiss.
D. Zarate.*

Gratis autem repetitum fuit, Instrumentum capitulis con-
trariari, & in illo partes ab his voluisse recedere: nam hic
nulla potest considerari contrarietas, quandoquidem con-
cessio in Instrumento facta Io. Baptistæ stipulanti pro se, &
filijs, & ad eorum tertiam generationem, vt in Instrumento
dato à Canonicis §. fin. erat æquiuoca, poteratque referre
tam ad tertiam generationem Io. Baptistæ, quàm filiorum,
proindeque sublata fuit hæc difficultas in capitulis, in qui-
bus dictum fuit generationes incipiendas esse à filijs, ad
quæ capitula, cùm partes relationem habuerint, omnis
tollitur contrarietas si Instrumento superaddantur illa ver-
ba, *cominciando da suoi figliuoli &c.* vt addi possunt, cùm
idem sit, quod quid disponatur per se, vel per relationem
ad aliud, † cuius relationis virtute omnia in capitulis con- 5
tenta, censentur in Instrumento repetita, Alex. *cons. 201. sub
num. 20. post med. vers. quia cum lib. 6.* Rota *dec. 14. sub nu.
43. par. 6 rec. Romana domus 25. Febr. 1647. §. & licet, &
in Viterbien. transactionis 18. Iunij 1657. §. & est certum co-
ram R. P. D. meo Celso.*

Quinimò tantum abest, quod voluerint contrahentes
in Capitulis recedere, quod in Instrumento nihil velle age-
re, quàm easdem capitulationes confirmare sæpius decla-
carunt, ibi, *volentes dictæ partes eandem capitulationem ad
effectum producere &c.* & deindè *dictam capitulationem, &
Casalis locationem, & concessionem ad tertiam generationem,
prout in capitulis continetur, ac omnia, & singula contenta
in ijsdem confirmarunt &c.* dictiones enim huiusmodi re-
latiuè, & signanter dictio illa, † *prout*, operantur quod 6
concessio restringatur ad terminos constitutionis relatæ,
nec plus contineat Instrumentum, quàm in capitulis sit ex-
pressum, Alex. *cons. 46. num. 9. lib. 1.* & cum illo Dec. *cons.
63. num. 6.* Ang. Aret. *cons. 106. num. 12. & seq.* Grat. *di-
scept. 289. num. 1.* Rota *dec. 27. num. 2. & 3. decis. 40. num.
2. par. 2. diuers. & in recent. dec. 429. num. 3. vers. ad prædi-
cta par. 2.*

Quod verò Capitula originalia non fuerint exhibita,
habitum non fuit in consideratione, quia dum totus te-
nor eorum registratus fuit modo, & forma, prout erant
à partibus subscripta, proindè est, ac si eadem originalia
fuissent in Instrumento inserta, ex quo verba † capitulo- 7
rum à Notario relata, non sunt verba ipsius, sed partium,
Bald. *in repet. l. 2. num. 55. C. de rescind. vend.* Menoch. *cons.
37. num. 133.* Rota *dec. 324. num. 3. post 2. vol. Farin.* Et
postquam super eorum tenore celebratum fuerat Instru-
mentum publicum, † conseruatio non erat necessaria, sed 8
potuerant à Notario, vel à partibus lacerari, vt per Sfort.
Odd. *cons. 78. num. 22. & seqq.* & alij relati per Rot. *in Fir-
mana codicillorum 15. Nouembris 1649. §. fin. coram Reueren-
diss. D. meo Decano.*

Et ita cùm aliæ obiectiones in præterita sublatæ fue-
rint in decisis vtraque, &c.

R. P. D. V E R O S P I O.

Romana Capellaniæ.

Mercurij 11. Decembris 1658.

A R G V M E N T V M.

Hic agitur quando, & qualiter Capellania dicatur sacerdotalis.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Capellania dicitur sacerdotalis, quando iniunctum est onus Capellano celebrandi per se ipsum.*
2 *Celebrandi onus per se ipsum excludit proximiorem ad Capellaniam primo vocatum, & includit remotiorem secundo loco vocatum.*
3 *Capellania ex quibus dicatur sacerdotalis.*
4 *Permissum ad tempus eo elapso censetur prohibitum.*
5 *Relatum consideratur in referentes cum omnibus qualitatibus.*
6 *Capellanus eligendus ex certo genere personarum extra illud non potest assumi.*

D E C I S I O CCCCIII.

AVgustinus Fasolus Ven. Archiconfraternitate Sanctiss. Trinitatis Conualescen. de Vrbe sibi hærede instituta, tres in eadem Ecclesia Capellanias erigi mandauerat, ad quarum alteram Marium Sinibaldum, ac successiuè eiusdem fratres necnon ex Ioanne Benedicto communi Patre descenden. præsentauit; ceteras verò Rodulpho, ac Io. Baptistæ de Paulinis sub ea lege attribuit, vt quoties vacatio contigerit Sacerdotes Terræ Leonissæ Patriæ Testatoris in Capellanos deberent assumi, prælationem tamen proximioribus consanguineis eorumdem de Paulinis decernendo: Testatore verò prædefuncto quilibet ex nominatis Capellaniæ possessionem fuit assecutus; Verùm quia ex Ioannis Baptistæ obitu alterius ex ijs vacatio successit, quam Faustus Sinibaldus sibi debitam esse contendebat, ad partium proindè instantiam pluries dubium proposui super adiudicatione Capellaniæ eidem decernenda, hodie à DD. negatiuè resolutum innixis voluntati Fun-
1 datoris in casum vacationis sacerdotis electionem percipientis † sub onere confectionis Sacri per semetipsum; cuius virtute Capellania Sacerdotalis euasit, vt admittit Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. num. 86. cum pluribus seq* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 47. num. 34. & 35.* Rota coram Mantic. *decis. 129. num. 1. cum seq.* coram bon. mem. Merlino *decis. 825. num. 4. & in Maceraten. Capellania 1. Iuly 1647. in §. etenim*
2 *coram me*, † nec consequenter Faustus caractere sacerdotali non insignitus, licet Paulino proximior potuit ad Capellaniam aspirare, vt tradit Bald. *in cons. 473. num. 2. vol. 2.* Surd. *cons. 369. num. 39.* & in his terminis dixit Rot. coram Boratt. *dec. 680. num. 2.*

Onus autem celebrationis per semetipsos fuisse à Fundatore Capellanis iniunctum suadet ijsdem attributa facultas
3 eligendi alterius Sacerdotem pro confectione † sacri in casu duntaxat eorum absentiæ ex aliqua rationabili causa ab Vrbe, seu seruitutis exhibendæ S. R. E. Cardinalibus, vel quoties denique aliquo laborarent morbo. Hinc enim liquet his casibus duntaxat exceptis celebrationem per Ca-
4 pellanosmet Fundatorem exoptasse ex reg. quod † permissum ad tempus eo elapso interdictum esse censetur iuxt. tex. *in l. statu liberum §. stichum ff. de leg.* Adrad. *cons. 203. in fin.* Sord. *cons. 8. num. 7.* Rota *dec. 617. num. 2. par. 1. & decis. 475. num. 1. in fin. par. 2. & decis. 416. num. 8. par. 4. tom. 2. rec.*

Neque vrgere visa fuit iurium præseruatio in casum vacationis Sinibaldis à Testatore sancita iuxta formam in Codicillis præscriptam proinde ac si Sacerdotalis qualitas Fausto censeatur remissa postquam in ijsdem codicillis Marius ipsius frater, ac eo præmortuo ordine successiuo alij in Capellanum eliguntur licet forent caractere Sacerdotali destituti.

Cùm enim Testator in vltimo sub quo decessit testamento, Mario ac Paulinis in Capellanos electis generali dispositione decreuerit, quod quolibet ex eis decedente Terræ Leonissæ Testatoris Patriæ Sacerdotes ad vacantes Capellanias admitterentur iurium proindè preseruatione subsequuta debet ad Capellaniam Sinibaldis in Codicillis concessam omninò coarctari, vel quia alias huiusmodi præseruatiua cessante post obitum Marij primo loco nominati, Sacerdotibus Leonissæ, non autem eiusdem fratribus in Co-
5 dicillis vocatis Capellania debuisset conferri, † tum inspecta speciali relatione ad eosdem codicillos, cuius virtute relatum cum omnibus qualitatibus solet in referente contineri ad tex. *in l. asse toto ff. de hered. instit.* Dec. *consil. 47. num. 1.* Aym. *cons. 45. num. 4.* Surd. *cons. 105. n. 30.* Rota *in Romana apotheca, seu pecuniaria 8. Iunij 1654. in §. & quamuis in fine coram bo. me. Bichio.*

In quam sententiam eo facilius Domini inclinarunt, quod à fundatore Ciues dumtaxat originis Leonissæ ad Capellanias vocati noscuntur inter † quos Faustus dinume- 6
rari non valet dum originem traxit in Vrbe, vt aduertit Boer. *decis. 272. in princ.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 3. num. 17.* Grat. *discept. forens. cap. 559. num. 1.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. P R I O L O,

Romana Cambij.

Mercurij 11. Decembris 1658.

A R G V M E N T V M.

Agens condictione indebiti tenetur concludenter probare indebitum, quia solutum substineri sufficit etiam per possibile.

S V M M A R I V M.

1 *Agens condictione indebiti tenetur probare solutionem indebitè, & sine causa factam.*
2 *Obligatio filijfamilias sine consensu patris ex dispositione statuti Vrbis est nulla.*
3 *Statutum Vrbis non comprehendit filiosfamilias exterorum in Vrbe negociantes, & n. 4.*
5 *Possibilitas sola in contrarium sufficit ad excludendum indebitum.*
6 *Actio condictionis indebiti, non competit contra naturaliter obligatum.*
7 *Soluens de mandato Iudicis in iudicatum transacto, non potest solutum repetere.*

DECISIO CCCCIV.

FIdeiusserat, & vti principalis personaliter, & insolidum se obligauerat Flaminius Arrigus in Instrumento Cambij initi per Benedictum Costam fauore Cammillæ Agazzariæ pro cuius sortis principalis, & Cambiorum restitutione pulsatus Flaminius à Virginia Agazzaria filia, & hærede Camillæ vigore mandatorum A. C. & rescripti Signaturæ cum clausula, *sine præuditio*, soluit dicta scut. 1000. & alia 158. pro residuo Cambiorum. Defuncto Flaminio Franciscus Arrigus frater, & hæres contendebat fuisse indebitè solutum. Ideò dato dubio, An sit locus repetitionis, & proponente bo. mem. Bichio dubium non fuit resolutum, hodie verò per me repropositio non esse locum repetitionis responsum fuit.

In iudicio enim repetitionis indebiti debet certis, & indubitatis probationibus, quæ pernecesse concludant † non 1
solum probari solutionem, sed ipsam sine causa, & indebitè fuisse factam ad text. *in l. cum de indebit. vers. si verò ff. de probat.* Alex. *cons. 83. num. 1. lib. 1.* Salic. *in l. 2. num. 2. in fin. C. de donat. ante nupt.* Rota Ianuen. *decis. 3. num. 2. & decis. 5. num. 5.* & post Cenc. *de cens. decis. 112. nu. 1.* Rota *decis. 145. num. 2. par. 3. recent. decis. 333. num. 1. & seqq. & num. 10. & 15. par. 4. tom. 2.* & coram Merlin. *decis. 26. num. 1.* cum alijs pluribus cumulatis per Adden. *ad decis. 592. num. 27. par. 5.*

In præsenti autem talis probatio visa non est concurrere quamuis enim appareat Flaminium soluisse plures pecuniarum summas, & vltimo loco sc. 158. pro residuo fructuum Cambij controuersi, nullatenus tamen probatur solutionem fuisse nulliter, & indebitè factam.

Nam illa deduci non potest ex eo quod Cammilla crediderit pecunias ad Cambium Benedicto Costæ tunc filiofam. absque consensu Patris sine quo obligatio filijfam. substineri non potest iuxta dispositionem *Statut. Vrb. cap. 152. lib. 1.* † prout alias similem obligationem factam per eun- 2
dem Costam inualidam declarauit Rota *in Romana Societatis efficij coram bon. mem. Peutingero post Zacch. de oblig. Cam. decis. 184.* & in Romana Pecuniaria coram Eminentiss. D. Card. Otthobono *decis. 191. & decis. 204.*

Siquidem versamur in casu à Statuto excepto, † cùm 3
Statutum disponens de filijs Romanis Ciuibus non valeat comprehendere Benedictum Patria Ianuensem, & qui palam,

palam, & publicè negotiabatur patiente, & consentiente Patre, vt constat ex publico instrumento per eundem Patrem in actis producto. Adeout si pater habuit † filium pro
4 publico Negotiatore, iustè etiam potuerit Cammilla ipsum habere pro tali, & fidem eius à Patre semel approbatam sequi, vt ea propè sè sonant postrema verba d. Statuti, & habetur in *l. si quis Pater famil. l. sed Iulianus §. quanquam l. si filiusfamilias absente Patre ff. ad Senat. Consult. Macedon. l. Zenodorus vlt. volunt. C. eod. tit.* Gomes. *var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 2. vers. 11. limita*, & dixit Rota *in Romana mercium 19. Ianuarij 1639. coram bon. mem. Card. Verospio, & in Romana Societatis officij 10. Aprilis 1641. coram bo. me. Peutingerio, & 22. Maij 1652. coram R. P. D. meo Albergato cum alijs per Gratian. discept. forens. cap. 576. nu. 1.* Decisiones verò annullantes obligationem Benedicti non loquuntur in hoc contractu, nec respondent supradictis exceptionibus, & alijs, quæ hodie deducuntur.

Vnde cùm Arrigus plenè, & concludenter non probat Benedictum in aliquo debitorem non fuisse nequit conditione indebiti iam solutum repetere, sufficit enim † ad ex-
5 cludendum indebitum sola possibilitas in contrarium, Bart. *d. l. cum de indebit. num. 4. ff. de probat.* Rota *in Romana pecuniaria 31. Martij 1634. coram eodem bon. mem. Card. Verospio*, quam refert, & sequitur Adden. *ad d. decis. 502. num. 27. in fin.* & dictum fuit *in decis. 38. num. 2. par. 5.*

Et in omnem casum negari non potest, quod Benedictus esset naturaliter obligatus sicuti Flaminius fideiussor
6 illius, † quemadmodum igitur illi cùm debitum soluisset, non competebat actio condictionis indebiti, ita nec Flaminio, *l. naturaliter l. fideicommissum ff. de condit. indebit. l. sed etiam si Pater §. non solum ff. ad Senat. cons. Macedon.* Rota coram Card. Seraph. *decis. 1350. num. 7. in rec. dec. 527. num. 11. par. 1.* & tradit Fenz. *ad Stat. Vrb. d. cap. 152. num. 25. & seq.*

Nec obstat fuisse pro parte eiusdem Flaminij protestatum quod soluebat metu mandati, & sine præiudicio Litis pendentis in Rota. Nam vltra quod protestatio legitur tantummodo apposita in solutione vltima facta die 9. Octobris 1641. Ceteræ verò factæ leguntur spontè, imò & ali-
7 qua ea his etiam nulla præcedente citatione. † Adhuc cùm soluerit Iudicis mandato in Iudicio transacto, non potest conditione indebiti solutum repetere per *Auth. rei Iud. l. si fideiussor. l. 1. §. in omnibus ff. mandati l. 1. C. de condit. Indebit.* Rebuff. *in comment. tit. de liter. oblig. art. 3. gloss. 9. num. 6.* Surd. *cons. 268. num. 14. & seqq.* vbi quod sententiam facit de indebito debitum, *& decis. 74. num. 11.* Mar. Mut. *decis. 28. pariter num. 11.* coram Buratto *decis. 26. num. 1. & seqq.* & coram Merlin. *decis. 26. num. 4.*

Et ita partibus informantibus decisum, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Terracineñ. Molendini.

Mercurij 11. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Restitutioni in integrum non est locus vbi res iudicata est valida, & iusta. Vicinus, quando possit ædificare aliud molendinum propè aliud, præscriptio quanto tempore præscribatur. Transactio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum quando acta non fuerunt transportata nec prorogata fatalia.*
2 *Sententia tunc transit in iudicatum, quando sententia est iusta.*
3 *Sententia validitas apparet in actis, & iustitia ex decisionibus.*
4 *Vicinus ædificare potest Molendinum propè, aliud quando id non facit ad æmulationem.*
5 *Executio rei iudicatæ præscribitur per 30. annos.*
6 *Inhibitio non reproducta interrumpit præscriptionem.*
7 *Præscriptio nunquam currit, vbi executio est cœpta.*
8 *Causa successiua requirit totale implementum.*
9 *Transactio quid operetur, & n. 10.*
11 *Testes examinati cum Decreto poni ad partes pro non examinatis habentur.*
12 *Ecclesia Capitularis, ut validè contrahat, quid sit necessarium.*
13 *Mandatum speciale requiritur ad transigendum.*
14 *Testes contra scripturas sunt inefficaces.*
15 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*
16 *Læsio cessat quando sententia est valida, & iusta.*

DECISIO CCCCV.

Licet à sententia rotali declarante licere Capitulo & Canonicis Sermonetæ restaurare, & reficere eorum antiquum Molendinum appellasset D. Dux Caetanus, & causam appellationis obtinuisset committi bon. mem. Cardinali Fabritio Verospio, actisque præuia citatione ad dicendum contra pro parte d. Capituli, transportatis, fuerint etiam seruati aliqui termini, † quia tamen non fuit lis prosequuta, 1
nec vnquam prorogata fatalia. Ideo dato dubio ad formam communis executorialis de re iudicata constare fuit responsum ad text. *in cap. cum sit Romana de appel.* Auth. *si qui & l. fin. C. de tempor. appell. Clem. si appellationem*, & ibi gloss. *in §. colliga de appell.* Rota *in rec. dec. 156. num. 10. par. 2. dec.* 2
601. num. 1. par. 4. tom. 3. & decis. 11. num. 2. par. 6. recent. Durand. *decis. 71. num. 1.* & coram Cardinali Orthobono *decis. 44. num. 4.* Potissimum quia non impugnabatur validitas, & iustitia d. sententiæ ad rem iudicatam necessaria, *l. 4. §. condemnatum*, & ibi DD. *ff. de re iudic.* Rota coram Cardinali Caual. *decis. 588. num. 2. & decis. 339. num. 8. par. 4. tom. 2. recent.* & † de vtraque constat ex reuolutione acto- 3
rum *& decis. bonæ memoriæ Remboldi in causa emanata sub die 19. Decembris 1622.* vbi firmatum fuit Capitulum vti Dominum Molendini, & aquarum ad illud defluen. & in Terris Ecclesiæ nascentium nedum illud restaurare, sed nonum etiam super illis posse construere, quamuis vicino præiudicet, illique lucrum auferat, † dummodo principaliter 4
ad hunc effectum id non fiat, *vt præter allegatos in d. §. atque hic supposito & §. sequen. est text. in l. fluminum §. fin.* vbi Bart. *in l. Proculus ff. de damn. infect. l. 1. §. denique 1. & l. in summa §. penult. ff. de aqua pluuia arcenda*, Alex. *cons. 194. num. 3. & 4. lib. 1.* Hond. *cons. 79. num. 18. lib. 1.* Gratian. *discept. forens. cap. 89. num. 3. & 4.*

Non obstat, quod ab anno 1623. quo promulgata fuit sententia effluxerint 30. & vltra anni, vndè non valet executioni demandari, ex † quo per cursum tanti temporis 5
præscripta remansit executio rei iudicatæ, Bald. *in cap. fin. num. 2. ad finem de except.* Felin. *in cap. inter Monasterium num. 3. limit. 6. de re iudic.* Achill. de Graff. *decis. 5. num. 1. de sent. & re iud.* Rot. apud bon. mem. Coccin. *decis. 144. num. 6.* And. *decis. 42. num. 7.* Tum quia ostensum fuit in summario Capituli de anno 1633. & sic longè elapsum 30. annorum fuisse pro illius parte obtentam in vim commissionis citationem cum inhibitione, † per quam etiam si repro- 6
ducta non fuisset, adhuc fuit interruptus cursus temporis pro præscriptione ad quam impediendam sufficiunt quoque molestationes extraiudiciales, Butr. *in cap. in grauis. in fin. de restit. spoliat.* Abb. *in cap. vt debitus num. 11. de appell.* Rota coram bon. mem. Cocc. *decis. 362. num. 2. cum alijs in istis terminis allegatis in decis. 191. num. 18. & seqq. par. 7. recent.* Tum etiam quia post latam sententiam Molendinum fuit restauratum, vt deponunt Testes, quo casu cessat præscriptio, † quia illa nunquam intrat, vbi est petita, & cœpta executio, Bald. *in rubr. col. vlt. vers. dubitatur de pignor.* Acchill. de 7
Graff. *decis. 5. num. 2. de re iudic.* Caputaq. *decis. 362. num. 3. & 4. par. 2.* Grat. *discept. forens. cap. 994 num. 13. & 14.* Buratt. *decis. 262. num. 3.* Et pro noua reparatione, plenaria obseruatione sententiæ iterum posset peti executio illius nec valet D. Dux impedire, sed patientiam præstare tenetur ea eo † quia in his, quæ habent causam successiuam 8
non dicitur factum, nisi perseuerantia, & totale adimplementum subsequatur, *vt notat. in l. Castellianus 49. ff. de arbitr. & in l. si in lege §. Colonus ff. locati*, Bart. *in l. permistri §. species ff. de acquir. poss.* Afflict. *decis. 341. num. 5. vers. item*, Auendan. *de execut. mandat. par. 1. resp. 4. nu. 49. vers. quod maximè verum est*, Hond. *cons. 29. num. 84. lib. 1.*

Nec facit, quod lis fuerit terminata, & extincta per transactionem inter Capitulum, & Ducem initam, vt probant Testes relati in summario eiusdem num. 3. † quæ cùm sit 9
inuen-

inuenta ad dirimendas controuersias, *l. finis litium*, *& l.*
fratris C. de transact. Alex. *cons.* 42. *num.* 11. *lib.* 1. † repel-
10 lit Agentem à limine iudicis, *C.* 1. *de litis contest. in* 6. *l. cau-*
sas C. de transact. Giouagn. *cons.* 24. *num.* 12. *lib.* 2. Rot. *dec.*
22. *num.* 1. *par.* 7. *recen.* quia præter quod Testes examinati
11 ex præuio decreto, quod eorum testificata ponerentur ad
partes pro non examinatis habent, Vestr. *in praxi lib.* 6. *cap.*
2. *num.* 24. Surd. *cons.* 311. *nu.* 74. Cyriac. *controu.* 89. *n.* 18.
Rota *in Romana melioramentor.* 29. *May* 1630. *coram bon.*
12 *mem. Dunozetto*, † Non deponunt concordiam fuisse fa-
ctam inter Ducem, ac Capitulum, & Canonicos capitula-
riter congregatos, ac omnes præstitisse consensum, vt exi-
gitur, ad illius validitatem, Innoc. *in cap. humilis sub num.* 2.
vers. & maximè de maiorit. & obed. Felin. *in cap. cum omnes*
num. 12. *in* 1. *fallentia de constit.* Rota *decis.* 220. *num.* 2. *par.*
4. *recent.* Sed vim faciunt in confessione extraiudiciali ali-
quorum quod transactio emanauit inter Capitulum, & Pa-
13 triarcham, Caetanum absque relatione tenoris, † & tamen
nec docetur illos habuisse mandata specialia, sine quibus
non substinetur, *l. transactioni* 7. *C. de transact.* Roland. à
Valle *cons.* 26. *num.* 11. *lib.* 2. Ripa *in tit. de interdict. resp.*
18. *num* 11. Ioseph. Ludouis. *conclus.* 30. *num.* 7. requiritur
neque de beneplacito Apostolico omnino necessario in tran-
sactione Caputaq. *dec.* 106. *par.* 1. Rot. *decis.* 270. *num.* 7.
par. 4. *rec.* & dicta horum Testium conuincuntur ex scriptis
productis, & signanter ex dicta citatione cum inhibitione
14 de anno 1632. reportata † ex quibus excluditur quæcum-
que obiecta transactio tanquam illa contraria, & inefficax
remanet Testium depositio circa illam, Rota *dec.* 28. *nu.* 8.
par. 4. *tom.* 2. *dec.* 322. *num.* 11. *&* 12. *&* 359. *n.* 26. *par.* 6. *rec.*
& dec. 16. *in fin. par.* 5.

Et hinc consequitur denegatio restitutionis in integrum
in vim eiusdem commissionis executorialis petita à D. Du-
15 ce, quia ipsa † non datur sine læsione, Rota *decis.* 34. *n.* 1.
par. 2. *diuers.* Seraph. *dec.* 634. *num.* 1. † Læsio autem cessat
vbi concurrit validitas & iustitia sententiæ ex deductis à
Card. Seraph. *decis.* 1238. *num.* 1. *& in decis.* 1. *num.* 1.
& 2. *coram bon. mem. Merlino*.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Curduben. decimarum.

Mercurij 11. *Decembris* 1658.

ARGVMENTVM.

Executoriales antiquæ, si Ipsæ solæ exibeantur, non veniunt exequendæ. Verum si quoque produceretur processus, & sententia, contrarium venit respondendum, & alia circa executionem earum.

SVMMARIVM.

1 *Pro sententia validitate, & iustitia stat assistentia Iuris.*
2 *Pro sententia iustitia, tunc eo magis stat præsumptio, dum ab ea non fuit appellatum, & in iudicatum transiuit.*
3 *Executoriales antiquæ non sunt exequendæ.*
Executoriales antiquæ tunc non veniunt exequendæ, quando nullatenus constat, de processu, & sententia & sic sola executoriales exibentur, n. 3.
4 *Executoriales etiam antiquæ veniunt exequendæ, si constet de earum actis, & sententia.*
6 *Executoriales Rota de stylo post decem annos non solet exequi, nisi prius gustato de earum iustitia.*
7 *Rota dec.* 1. *n.* 11. *par.* 6. *rec. declaratur.*
8 *Possessores bonorum spatio* 30. *annorum, præsumuntur mutati.*
9 *Executoriales, quando semel fuerunt executæ, an possit iterum exequi.*
10 *Executoriales, an possint iterum exequi, quando materia habet tractum successiuum.*
11 *Declaratoria, quando non sit opus.*
12 *in Declaratoria relaxatione, quale sit principale requisitum.*

DECISIO CCCCVI.

REuerendiss. Episcopus, & Capitulum Corduben. proponebant sententiam antiquam anni 1549. R. P. D. Achillis de Grassis condemnatoriam quorumdam Marchionum in quibusdam decimis, & eius executionem commissam dimissasque litteras executoriales 19. Decembris 1560. & reiteratas coram tunc R. P. D. Mantica 24. Octobris 1595. replicatas contra successores 22. Nouembris 1630. & & 3. Augusti 1633. & denique remissionem executoris ad S. Rotam 20. Decembris 1652. cum legitimis citationibus subsequentibus.

Hinc probant procedi ad vlteriorem executionem, & dari declaratoriam, de quibus proposito dubio DD. responderunt non esse proceden. proindeque nec amplius respondendum.

Quamuis enim pro validitate, & iustitia non desit iuris
assistentia, tùm decimis † ipsis, & præsertim huiusmodi 1
Corduben. apud Rot. coram Seraph. *decis.* 1047. *&* 1484.
vtrobique num. 1. & coram Cocc. *decis.* 400. *ab init.* Tum
sententiæ quæ iusta præsumitur, † & eo magis à qua non est 2
appellatum, & in iudicatum transiuit ad Rot. *decis.* 334. *nu.*
9. *coram Buratt. alleg.* Immò neque obstet communis Do-
ctrina, quod executoriales † antiquæ non sint exequendæ, 3
cùm locum habeat quando executoriales solæ exhibentur
absque processu, & sententijs, secus quando † de ijs constat 4
vt in præsenti decidit Rot. *in Legionen. pensionis* 21. *Nouem-*
bris 1592. *coram Pamphil. sen. apud Garz. de benef. par.* 6.
cap. 4. *num.* 42. *in fin. vers. non obstat*, vbi etiam executo-
riales non præscribi 30. annis quando fuit cepta, vel pe-
tita executio.

Attamen DD. duo considerarunt adhuc impedimenta,
alterum lapsum temporis ex stylo Rotæ †, quæ post lapsum 6
decennij numquam exequitur executoriales etiam Rotales
nisi gustato de iustitia; fusius *in dec.* 1. *num.* 6. *& seq. par.*
7. *rec.* & examinato processu declarat coram Pen. *decis.* 587.
num. 8. *Venetæ editionis*, quibus concordare decisionem *in*
d. † *Legionen.* etiam declarat *in d. decis.* 1. *sub num.* 11. *vers.* 7
& concordat. & seqq. Alterum personarum mutatarum lon-
gissimo tempore non constantibus † hæredibus aut pos- 8
sessoribus.

Nihil refragante successiua † executione vel exiquibili- 9
tate apud Rot. coram Cocc. *decis.* 144. *num.* 5. *declarata ab*
eadem d. decis. 1. *nu.* 17. quia non solùm requiritur quod
materia habeat tractum successiuum, sed etiam † quod 10
exequutæ semel non fuerint, *vt dicitur in d. prima decis. d.*
num. 25. *& num.* 26.

Ex quibus nihil opus esse declaratoria, & declaratoriæ † 11
quæstione dixerunt præterquam quod requireretur in dd.
executorialibus ex facto fulminatio censurarum in ijs contra 12
principalem requisitum in iure ad Rota coram Buratt. *dec.*
17. *n.* 1. *ibi secundo fulminari & est* 478. *par.* 2. *rec.* & clarius
apud Eminentiss. Otthob. *decis.* 214. *num.* 1. *& seqq.*

Et ita contra Informantem fuit conclusum &c.

R. P. D. MELTIO.

Posteà Episcopo Papien.

Romana Locorum Montium.

Veneris 14. *Decembris* 1658.

ARGVMENTVM.

Manutentio competit Hæredi beneficiato super bonis proprijs alienatis, quando redditio rationis à Iudice sibi denegata fuit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus non tenetur vltra vires hereditarias.*
2 *Inuentarium reddit hæredem securum à quocumque damno.*
3 *Executio facta super bonis proprijs hæredis beneficiati dicitur nulla, & excessiua.*
4 *Hæres beneficiatus tenetur reddere rationem de bonis inuentariatis.*
5 *Iudex denegando deputationem peritorum hæredi beneficiato pro redditione rationis grauare.*

Ex-

6 *Excessus quamuis in modico, facit corruere deliberationem, quod amplia vt num.7.*
8 *Manutentio datur aduersus factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis, & num.9.*
10 *Loca Montium ex Vrbana constitutione liberè transeunt in emptorem. Quod declaratur vt num.11.*

DECISIO CCCCVII.

EX nouiter deductis recedendo, Domini ab alias decisis coram me sub 18. Maij 1643. Censuerunt dandam esse Monialibus Sancti Ioscphi ad capita Domorum Vrbis manutentionem in possessionem locorum montium controuersorum, quæ illis subbastata, ac deliberata fuerunt pro euictione officij pignorum Hebræorum alias venditi per Franciscum Sotium, cuius dictæ Moniales hæredes eaistunt.

Etenim dictæ Moniales probant adiuisse hæreditatem
ipsius Sotij cum beneficio legis & Inuentarij, Inuentarium
legitimè confecisse, illudque coram Iudice, à quo congruo
1 tempore produxisse †; Vndè tamquam hæredes beneficiatæ non tenebantur vltra vires hæreditarias, *iuxta dispositionem vulgatam leg. final. §. & si præfatam, C. de Iure deliberan.*
Cùm beneficium Inuentarij sit præseruare hæredem à con-
2 fusione propriorum Bonorum, & † eum tutum reddere à
quocumque damno, quamuis minimo, Menoch. *cons.* 303.
num. 27. Surd. *cons.* 7. *num.* 31. & *cons.* 143. *num.* 4. Rota *decis.*
331. *num.* 1. *part.* 5. & *decis.* 2. *num.* 2. & *decis.* 298. *num.* 5. *part.*
6. *recent.* & consequenter eaecutio facta super dd. locis
3 Montium, quæ erant propria Monialium †, incontinenti
detegitur nulla & excessiua, Ruin. *cons.* 1. *num.* 16. & *cons.* 38.
num. 21. *lib.* 1. Rota *decis.* 181. *num.* 1. *part.* 6. *recent.* & vti talis corruit *iuxta glos. à Diuo Pio §. si super rebus de re iudicat.*
vbi Angel. *num.* 1. Rota coram Buratto *decis.* 908. *num.* 5.

Neque executio, ac deliberatio sustineri potest, prætextu,
quod Moniales, licèt doceant de confectione Inuentarij,
4 tamen non reddant rationem de Bonis † inuentariatis,
prout ad effectum gaudendi beneficio Inuentarij requiritur, *Rota in Bononien. fideicommissi de Rubeis 11. Iunij 1649. coram bon. mem. Dunozetto.* Quia cùm ea Iudicialibus comparitionibus hodiè relatis *in summario earumdem Monialium num.* 6. iustificetur pro parte earum pluries institum
fuisse coram Iudice, à quo pro electione Peritorum ad effectum æstimandi Bona inuentariata, & firmandi statum hæ-
5 reditatis. Vtique † Iudex malè processit, denegando huiusmodi Peritorum electionem, & deueniendo ad deliberationem propriorum Bonorum Monasterij pro integro debito scutorum 4500. dum Moniales paratæ erant ostendere hæreditatem Sotij valdè tenuem fuisse, nec illam eacedere scuta 600. & de omnibus integram rationem reddere.

Accedit pro nullitate eiusdem deliberationis alius excessua
ex eo deductus, quod euictio sequuta ad instantiam Cardinalis Camerarij, fuit super officio tantum, non autem super illius massaritijs pulpitis, coraminibus, & alijs, quæ reperiebantur in loco, in quo eaercebatur dictum officium, & non spectabant ad Cardinalem Camerarium, sed pleno iure pertinebant ad Venditorem, & hæc omnia vnà cum iure Inquilinatus comprehensa fuerunt in venditione, vnde cùm actum fuerit pro integro pretio, euictio autem restringitur ad nudum officium tantum, ea hac etiam ratione red-
6 ditur ineuitabilis excessus, qui † facit corruere deliberationem, quamuis ille caderet in modico tantum, iuxta Theoric. Bart. *in l. si non fortem, §. si centum, vbi communiter DD. ff. de condit. indebit.* Surd. *cons.* 39. *num.* 5. Rota coram Put. *decis.* 315. *num.* 2. *lib.* 1. coram Duran. *decis.* 81. *num.* 2. coram san. mem. Greg. XV. *decis.* 198. *num.* 1. *& in Romana Censuum 16. Martij 1646. coram Reuerendiss. Tarraconen. in*
7 *princip.* † & quidem in totum. Cùm excessus fuerit tam in mandato, quàm in eaecutione *iuxta distinctionem comprobatam in Baren. Salniani 24. Martij 1653. coram bon. mem. Bichio §. final. & prius in Romana fideicommissi de Spiritibus 4. Iulij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. quia prædicta procederent.*

8 Neque obstat, quòd aduersus factum Iudicis regulariter
non detur manutentio, nisi ea eisdem actis appareat de
Iniustitia, vel nullitate adeo clara, & notoria, vt nullo velamine offuscari possit; Quia cùm ex deductis detegatur euidens excessus, tam respectu Bonorum non euictorum, quàm ratione executionis factæ super locis montium proprijs Monialium, quæ non tenebantur, vltra vires hære-
ditarias attento Beneficio Inuentarij, † talis excessus red- 9
dit subhastationem, & deliberationem, adeò nullam, & iniustam ex eisdem actis, vt propterea retractari, possit etiam per viam manutentionis, dum apparet, quod Moniales prosequendo litem, non habuerint se pro spoliatis, Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis.* 307. *n.* 6. *decis.* 458. *n.* 9. *dec.* 755. *n.* 6. *& fuit admissum in Beneuentana manutentionis 9. Iunij 1649. coram bon. mem. Pentingerio, & in Beneuentana dotis 15. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Celso §. fin.*

Neque † refragatur, quòd ex constitutione san. mem. 10
Vrbani VIII. loca montium liberè transeant in emptorem.
Quia dicta constitutio procedit in resignationibus locorum
montium, quæ in dies fiunt à Dominis † secus autem in illis 11
locis, quæ transferuntur à Iudice minus rectè, imò excessiuè procedente, *vt alias declarauit Rota in Rauennaten. Pecuniaria, seu attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram bon. memor. Dunozetto §. nec dicatur.*

Et ita vtraque Parte &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Carpentoraten. Hæreditatis.

Lunæ 16. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Dispositio Testatoris potest à Summo Pontifice variari, Gratia à Papa reportata an, & quando dicatur subreptitia.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest variare mentem Testatoris.*
2 *Dispensatus à Papa est in eadem habilitate, prout si non esset incursus.*
3 *Subreptio inducitur, quando in petitione gratiæ fuerit Papæ prætermissum id quod si sciuisset, vel gratiam denegasset, vel difficilius concessisset.*
4 *Limita quando apparet Papam potuisse in genere cognoscere quidquid fuerit prætermissum.*
5 *Subreptio cessat, etiamsi in supplicatione fuerint prætermissa ea, quæ si fuissent narrata non retraxissent Papam à Concessione gratiæ.*
6 *Amplia quando gratia in genere concessa, non resultet in præiudicium Testis.*
7 *Prælegata quando totum patrimonium absorbent succedunt in locum portionis hæreditatis eiusque naturam assumunt.*
8 *Dispensatio Papæ sub generica narratiua, obtenta, non vitiat gratiam, deficiente culpa, & dolo.*
9 *Bona fides excusat à pœna caducitatis.*
10 *Subrogatio gratiosa à Papa impetrata, non facta mentione litis motæ in supplicatione, est subreptitia.*
11 *Limita quando lis non pendet super re, super qua cadit gratia.*

DECISIO CCCCVIII.

PRætendebat Spirita insolidum cum ipsa, & Francisca
altera sorore æquis portionibus à Matthæo Patre in defectum filiorum masculorum instituta cum onere adimplendi ab ipso in testamento disposita per matrimonium cum Antonio contractum cecidisse à commodo prælegati cuilibet ipsarum facti casu quo nupsissent cum duobus filijs Paulis eis in tertio consanguinitatis gradu coniunctis, & vbi illarum altera nubere recusaret scut. 3000. tempore nuptiarum haberet, per legatum verò alteri nubenti, & mentem Testatoris adimplenti acquireretur, sed Rot. cuius iudicium placuit Eminentiss. D. meo Cardinali Legato Auenion. eaquirere contrarium censuit, videlicet non esse locum Caducitati, quia Catherina antequam matrimonium cum Antonio eatraneo contraheret narrata summo Pontifici paterna dispositione ab eodem dispensationem obtinuit, vt tali dispositione non obstante posset ad libitum nubere, ac bona liberè, & licitè integraliter retinere perindè ac si iuxta præceptum Paternum vni ex filijs Pauli matrimonio se iungeret, propterea non potest dici ipsam illius intentioni contrauenisse, cum de potestate Sanctissimi non sit dubitan-
dum † in dispensando, & commutando Testatorum vo- 1
lun-

Inutates ad text. *in Clem. quia contingit*, & ibi gloss. *in verb.*
Sedis Apostolica, Card. *n.* 10. *in tab.* 4. *de relig. Dom.* Oldrad.
conf. 61. *in fin.* Ruin. *conf.* 589. *num.* 13. *lib.* 2. Grat. *discept.*
forens. cap. 458. *num.* 1. *cum seqq.* Rot. *dec.* 544. *nu.* 3. *par.* 1.
recent. coram Buratt. *dec.* 728. *nu.* 1. *in fin.* Romana Palatij
seu census post March. *de commiss. par.* 1. *fol.* 728. *num.* 2. &
in Romana seu Comen. Hæreditatis 26. *Iunij* 1647. §. *fidei-*
commissum coram ea R. P. D. meo Meltio. Ea enim vis est
2 Apostolicæ dispensationis, vt eradicet omnem † inhabilita-
tem, & dispensatus dicatur esse in eadem habilitate prout si
ab initio nulla fuisset incursa, Io. Andr. *in cap. in generali* 82.
sub n. 3. *de reg. iur.* Oldrad. *conf.* 215. *num.* 5. Rot. *dec.* 12. *n.*
13. *dec.* 50. *num.* 10. *cum seqq.* & *dec.* 450. *num.* 11. *par.* 5. &
decis. 187. *num.* 11. *inter impress. Eminentiss. D. Cardinalis*
Otthob.

Non obstat contra d. dispensationem defectus subreptio-
nis ex eo deductus, quod in illius petitione prætermissa fuit
mentio prælegati per d. Matthæum Patrem filiabus relicti si
vt ipse optabat pro conseruatione bonorum in familia cum
filijs Pauli eius Consobrini nupsisset, quodque prædictum
prælegatum ad alteram nubere nolentem spectans acquire-
retur matrimonium contrahenti, & conditionem à patre
adiectam implenti, nec contrauenitur extraneo se nubens
aliud ea paterna hæreditate consequi poterat, quam scut.
3000. monetæ illarum partium tali casu, & legati nomine re-
licta tempore nuptiarum soluen. & hinc gratia subreptitia
3 censeatur, quia † si hæc Papæ innotuissent eum à dispensa-
tione retraxissent, vel difficiliorem ad illam conceden. red-
didissent vti præiudicialem Spiritæ, cui iam nupræ vni ex
filijs Pauli integrum prælegatum debebatur, *cap. ad audien-*
tiam, & *cap. postulasti de rescript. capit. dudum vers. insuper*
de elect. Paris. *conf.* 9. *n* 50. & *conf.* 12. *num.* 217. *lib.* 2. Ro-
lan. *conf.* 22. *num.* 12. *lib.* 3. Rot. *dec.* 24. *num.* 4. *decis.* 496.
num. 2. *par.* 5. & *decis.* 9. *num.* 61. *par.* 7. *rec.* quoniam re-
sponsum fuit quod stante expressione facta, quod testator
casu quo filios masculos non haberet instituebat hæredes
vniuersales easdem filias fœminas æquis portionibus cum
onere antecedenter disposita ad implen. explicita mentione
iam Spiritam nupsisse alteri filiorum Pauli, & conditioni pa-
ruisse, Catherina autem non intendebat cum altero filio d.
Pauli se matrimonio iungere & ob id ammittebat eius ter-
tiam partem bonorum, in qua fuerat sub d. conditione nu-
bendi & adimplendi hæres scripta relictis solum in casu Con-
trouentionis scut. 3000. legati nomine, & Papa his attentis
dispensationem indulsit. Vtique huiusmodi narratiuam
quamuis genericam, sed specificè conditionem contrahen-
4 di matrimonium cum filio Pauli continentem, † potuit Pon-
tifex scire absque alia specificatione, quod indè resultabat
præiudicium Spiritæ, & tamen enixè voluit dispensationem
concedere, illamque plenissimè Catherinæ suffragari in
omnibus, & per omnia, ac si mandatum paternum adim-
pleuisset, id sufficit ad euitandum quodcumque subreptio-
nis vitium, Felin. *in c. cum nonnulli vers.* & *ideò de rescript.*
Aym. *conf.* 2. *num.* 14. Giouagn. *conf.* 16. *num.* 64. *lib.* 2. Rot.
apud Buratt. *decis.* 333. *num.* 6. coram bon. mem. Merlin.
dec. 389. *num.* 23. *cum seqq.* & *in rec. decis.* 628. *n.* 9. *par.* 4.
dec. 57. *num.* 11. *dec.* 432. *num.* 3. *dec.* 608. *n.* 16. *eadem par.*
4. *num.* 2. & 3. & *dec.* 100. *n.* 30. *dec.* 452. *n.* 15. *dec.* 501. *n.*
5 18. *par.* 5. Si enim Papa voluit quod magis est, nempè Cathe-
rinam posse cum alijs sororibus concurrere, & suam ter-
tiam partem hæreditatis paternæ consequi illam Spiritæ, &
alijs auferendo non obstante, quod nollet iuxta mentem Te-
statoris nubere, assequimur ex his quod tamen si præcisè
sciuisset bona hæreditaria fuisse relicta titulo prælegati, &
prælegatum bonorum cedere debere in vtilitatem Spiritæ
non tamen negasset dispensationem, & paternæ voluntatis
commutationem, & sic cessat subreptio, Rolan. à Vall. *conf.*
12. *n.* 44. *lib.* 4. Surd. *conf.* 303. *n.* 9. & 590. *num.* 21. Giouagn.
d. conf. 16. *num.* 60. *lib.* 2. Grat. *discept.* 458. *n.* 3. 4. & 7. vbi
quod † cessat præsumptio in generali concessione non cense- 6
ri tertio præiudicare voluisse, dum constat de contraria vo-
luntate, Seraph. *dec.* 545. *num.* 2. Rot. *dec.* 24. *n.* 4. & 5. *par.*
5. & *dec.* 140. *n.* 7. *par.* 7. *recent.* maximè, quia vt pro parte
Catherinæ afferebatur, & fassus fuit Paulus Spiritæ socer
Matthæum Testatorem cuncta sua bona stabilia, & ferè to-
tum patrimonium inter has suas filias per prædicta prælega-
ta distribuisse, quæ propriè absorbent totam hæreditatem,
† & in locum portionis hæreditatis suæ cedant eiusque na- 7
turam assumant vti sub nomine hæreditatis, & restitutionis
veniant Bart. *in l. quid ergo* §. 2. vbi Castr. & Ias. *num.* 26. *ff.*
leg. 1. Paris. *conf.* 94. *n.* 51. & *seqq. lib.* 2. Dec. *conf.* 254. *sub*
n. 1. §. & *vlterius*, & post Imol. *conf.* 6. *n.* 26. Hond. *conf.* 71.
n. 17. & 18. *lib.* 5. Magon. *dec. Florent.* 15. *n.* 12. Fusar. *de*
subst. q. 650. *n.* 74. Rot. apud Cardinal. Seraph. *dec.* 382. *n.* 6.

Et in hanc sententiam eo libentius DD. transierunt, tum
quia dispensatio sub huiusmodi narratiua facta tertio Ca-
therinæ absentis nomine procurata, proindè ei non præiu-
dicat ad effectum vt incidat in pœnam caducitatis † si omnia 8
ad vnguem expressa non fuerint deficiente enim culpa, &
dolo cessat, & subreptio sicut Vrbanum Papam V. respondi-
disse dixit Rot. *decis.* 74. *de rescript. in antiq.* quam sequitur
Socc. sen. *in conf.* 270. *ante fin. sub vers.* 4. *moueor lib.* 2. Ægid.
decis. 4. Seraph. *dec.* 936. *in fin.* & *dec.* 1009. *n.* 6. Sanch. *de*
Matrim. declarans d. conf. soc. lib. 8. *disp.* 21. *num.* 67. Tum
quia iam contractum est matrimonium bona fide, & sub
probabili causa dispensationem esse vndequaque sufficien-
tem, nec res est amplius integra † ideò non intrat Caduci- 9
tatis pœna ad quam euitan. quælibet causa apta reputatur,
l. igitur vers. generaliter de liberal. caus. Hond. *conf.* 68. *n.* 2.
lib. 2. Rot. *dec.* 95. *n.* 1. *par.* 1. *recen.* & *in Romana Hæredi-*
tatis 18. *Maij* 1650. *coram Reuerendiss. Terracon.*

Nec facit, quod addebatur in dispensatione non fuisse fa-
ctam mentionem litis inter has sorores motæ, & ea hoc quo-
que capite † gratia subreptitia fuit, & non substinetur, *cap.* 1. 10
volut. pend. cap. causam quæ il 2. *de test.* Rot. apud Pen. *dec.*
163. *nu.* 3. & 4. Buratt. *dec.* 187. *num.* 1. quia aliam litem in-
troductam fuisse non docetur, quam super præstatione cau-
tionis, ad quam Spirita Catharinam teneri crediderat circa
adimplementum contentorum in testamento communis Pa-
tris antequam bonorum possessionem acciperet, quod est
penitus quid diuersum à dispensatione pro contrahen. ma-
trimonio cum extraneo, vnde non fuit opus illam exprime-
re, ad hoc enim vt de lite pendente sit facienda mentio in
gratia superueniente ad inducendam subreptionem † debet 12
ea pendere super eo super quo cadit gratia, non autem su-
per re diuersa, Abb. *in cap. veniens n.* 13. & 14. *de rescript.*
Ancar. *conf.* 131. *in fin.* Oldrad. *conf.* 299. *n.* 3. Rot. *dec.* 29.
n. 5. *par.* 2. *dec.* 402. *n.* 6. *par.* 4. *dec.* 91. *n.* 10. *dec.* 648. *n.* 19.
& 22. *ead. par.* 4. *tom.* 2. & 3. & *dec.* 11. *n.* 15. & 16. *par.* 6. *rec.*

Et ita vtraque, &c.

MISCELLANEA DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ adhuc non sunt impressæ, & allegantur in ipsis Decisionibus in eisdem causis factis, tam suprà in hac Patre XII. emanatis, quàm etiam in alijs Partibus Recentiorum allegatis.

Cum alijs pluribus Decisionibus notabilibus, non adhuc impressis.

R. P. D. V E R O S P I O.

Fulginaten. Alimentorum de Iacobillis.

Veneris 24. Octobris 1586.

A R G V M E N T V M.

Alimenta, & sumptus litis sunt subministranda Nepoti à possessore partis bonorum Aui, & quando prædicta conclusio non habeat locum.

S V M M A R I V M.

1 *In quasi possessione filiationis existens, ac agenti contra fratrem possessorem bonorum Aui, alimenta, & sumptus litis sunt prastanda ei.*

2 *Nepoti litiganti contra patruum sunt subministranda alimenta, & sumptus litis, vt litem sabstentare valeat.*

3 *Alimenta non debentur Nepoti, si alia bona ab Auo relicta fuerint, ex quibus viuere possit.*

4 *Limita si bona ab Auo relicta Nepos recusauerit.*

5 *Per prouisionis modum, & sine praiudicio Iurium partium, alimenta, & sumptus litis sunt decernenda.*

Plures decisiones in hac eadem causa Fulginaten. Alimentorum de Iacobillis adsunt, vt constat in superioribus Volumibus. Vndè hanc præsentem decisionem cum quatuor sequentibus hic subnecto. Tum vt amicum, qui instanter id à me petijt, consolarer; Tum quia materia Alimentorum est valdè fauorabilis, cùm eis sublatis terminatur vita humana, & sequitur mors rerum omnium horribilissima. Ideòque in meo Tractatu mox edendo, de Consolatione Afflictorum, ab eis afflictis, qui ab illo acutissimo famis gladio sunt afflicti. Et consolantor isti summè famelici à Iure, quia permittitur eis furari, quantum eis sufficit pro vnica vice.

D E C I S I O C C C C I X.

ALimenta, & sumptus † litis deberi D. Iacobo existenti in quasi possessione filiationis, atque agente con-
1 tra fratrem, & partium hæreditatis Francisci Aui paterni possessorem Domini concluserunt per text. *in l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. testam. l. fin. de ord. cognit.* Bisignet.
2 *dec. 2. de Iud.* Guidop. 561. Afflict. 11. Couar. *pract. q. 6. n. 6. post princ.* & causa ob quam ei decernuntur, est vt viuere, & litem substinere possit Doct. *in d. l. fin.* Verall. *decis.* 22. *par.* 1.

Nec obstat, quod D. Iacobo relicta fuerint bona, ex qui-
3 bus forsan alij possit † quo casu alimenta præstari non debent *d. l. fin. & ibi not. de ord. cogn.* Ruin. *cons.* 80. *num.* 5. *vers. nam vtrumque lib.* 2. Rol. 5. *num.* 5. *vol.* 2. Crau. *decis.* 233. *incipien. expensas lites lib.* 1.

4 Quia cùm † ipse nihil possideat, nec relictum huiusmodi accipere cogatur dubitari non potest alimenta lite pendente consequi debere ex supradictis, quibus addo Cappell. Tolos. *quæst.* 77.

5 Verùm quia ex hactenus deductis clarè apparebat, ad quam summam fructus hæreditatis ascenderent † idcircò placuit DD. iuxtà *cons.* Aym. 16. per modum temperamenti, quod dd. hæredes conuenti pro vno anno incipiente à die litis motæ scuta 500. D. Iacobo soluant, & illorum ratam singulo mense anticipatam solutione, sine tamen præiudicio Iurium vtriusque partis, tam in possessorio, quàm in petitorio, & cum facultate augendi, vel minuendi arbitrio Rotæ, &c.

R. P. D. L I T T A,

Fulginaten. Alimentorum.

Mercurij 21. Maij 1597.

A R G V M E N T V M.

Alimenta sunt prætaxanda Iudicis arbitrio, inspecta qualitate personarum, & quantitate reddituum. In legato alimentorum, quæ includuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicis arbitrio possunt assignari certa bona, ex quorum fructibus alimenta sint percipienda.*

2 *In legato alimentorum veniunt cibariè, vestitus, habitatio, medicina, & alia necessaria vsui humane.*

3 *Alimenta sunt taxanda iuxta quantitatem reddituum hareditatis, & qualitatis personarum, quibus sunt prastanda.*

4 *Necessitas sola in taxandis alimentis consideranda non est, sed etiam decentia, & conuenientia sunt spectanda.*

5 *Nobilitas per diuitias conseruatur, & per inopiam vilescit.*

D E C I S I O C C C C X.

DOmini persistendo in eo, quod alimenta præstari debeant in pecunia numerata rationibus, de quibus in decisione iam facta, & signanter, quia in hac
materia plurimum versatur arbitrium Iudicis, † qui po- 1
test etiam in aliqua re particulari assignari alimenta, iuxt. text. *in l. 3. cum ibi not. ff. de alim. & cib. l. maximè* subsistente aliqua causa prout hoc in casu sequitur, in quo facto Gregorij, Laurentius, & fratres impediuntur percipere alimenta in eadem domo ad eamdem mensam cum eodem apparatu, & familiæ decentia, prout alias cum eo viuendo perciperent, quantitatem ipsarum taxarunt ad summam scutorum 30. monetæ argenti pro singulo mense vnicuique eorum persoluen. vltra legatum ducentorum
super quo particolaris decisio iam facta fuit † moti, quia 2
in legato alimentorum, non solum veniunt cibaria, vestitus, & habitatio, *l. legatis ff. de alim. & cib. leg. l. verbo victus ff. de verb. signific.* Sed etiam medicinæ, & alia omnia necessaria vsui humano, Bart. *in d. l. legatis num.* 2.
lat è Surd. *de alim. tit. 4. quæst.* 2. † Sintque taxanda 3
regulariter iuxta quantitatem fructuum, & reddituum, Imol. Alex. *& alij in l. Imperator ff. ad S. C. Trebell.* Rota *diuers. decis.* 485. *n.* 2. *par.* 1.

Nec sola necessitas in ipsa taxatione consideran. est, sed decentia, conuenientia, honestas, & personarum, quibus præstari debent, qualitas, & conditio, cùm delicatæ personæ, delicatioribus cibis, vti conueniant, egeantque maioribus obsequijs, & seruitijs, quam aliæ personæ, vti experientia nos docet, & egregiè declarat post infinitos, quos ad hoc allegat Decian. *cons.* 9. *num.* 58. *lib.* 5. Quapropter Domini habita consideratione reddi-

ditnum huius primogenituræ, qui verè excedunt summam scutorum sex millium, deductis oneribus, necnon Nobilitatis huius familiæ de Iacobillis, quæ minimè secunda est in Ciuitate Fulginei, quodque vnus ex his, quibus debent præstari alimenta, studijs operam dat, quæ, vt omnibus notum est, maiorem desiderant modum, & impensam, & quod alios non studentes, non decet mercaturam exercere, aut aliter nobilissimæ familiæ suæ splendorem denigrare, quod facillimè per inopiam rerum con-
5 tingere posset, † cùm regulariter honestas familiarum per diuitias conseruetur, & per inopiam pereat, vt probat text. *in §. sancimus in Auth. de testam. l. 1. ff. de Custod. rer.* & notat. Bart. *in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* taxarunt ad summam, de qua supra &c.

R. P. D. PIROVANO.

Fulginaten. Alimentorum de Iacobillis.

Luna 23. Martij 1620.

A R G V M E N T V M.

Ex causa vt facilius quis possit consequi ei debita alimenta, possunt assignari certa bona, ex quorum fructibus alimenta sint percipienda. Alimenta pro non consecutione alimentorum alicui relictorum, quando dicantur probata impedimenta.

S V M M A R I V M.

1 *Impedimentis stantibus in consequen. alimentis legatis sunt assignanda certa bona, ex quorum fructibus sint percipienda, & numer. 2. vbi de veriore.*

3 *Pro alimentis consequendis, quando dicantur probata impedimenta ad effectum, vt non possint consequi.*

4 *Pro Legatis datur Immissio ex Saluiano.*

D E C I S I O CCCCXI.

PRo DD. fratribus de Iacobillis Informantibus resolutum fuit, nempè † quod stantibus difficultatibus,
1 & impedimentis in consequendis alimentis legatis, possit deueniri ad alimentorum designationem in certis bonis hæreditarijs, quia hoc expressè determinat Bald. *in l. 2. numer. 4. vers. sed pone C. si in fraud. patr.* quem sequuntur Castr. *ibidem num. 6.* Pinell. *in lib. 1. par. 3. num. 75. C. de bon. mat.* Sard. *de alim. tit. 8. priuil. 88. num. 3.* & Pontanus *eodem tit. cap. 7. num. 6. & cap. 17. num. 36.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 15. num. 72.* Et quamuis non defuerint, qui contrariam sententiam tueantur, nempè Salyc. *in d. lib. 2. C. si in fraud. patr.* & alij quos refert Coler. *de alim. lib. 2. cap. 4. num.*
2 *18.* † tamen priorem opinionem, vti veriorem secuta est Rota, iustificatis impedimentis in causa Romana Alimentorum de Maximis *coram bon. mem. Penia die 11. Februarij 1650.*
3 Impedimenta autem † visa fuerunt sufficienter probata, quia Gregorius hæres contraxit multa debita, quorum vigore relaxata fuerunt mandata executiua, & de facto fructus dilapidantur, bona non coluntur, & tuetur se per inhibitiones, & præcepta A. C. ne grauetur in aliqua executione reali, & personali.

Neque dubitan. est de releuantia remedij possessorij,
4 † quia regulariter pro legatis datur immissio ex Saluiano, Gabr. *cons. 46. num. 20. lib. 1. cons. 44. num. 5. lib. 2.* Rota *in recent. decis. 193. num. 1. par. 1.* & sæpè fuit resolutum.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Fulginaten. Alimentorum.

Luna 26. Ianuarij 1632.

A R G V M E N T V M.

Ex causa Alimentorum, & dotis ad fauorem Descendentium in subsidium possunt alienari bona fideicommissi, & si Testator specificè prohibuerit alienationem, ac alimenta, & dotes ex redditibus præstari mandauerit.

S V M M A R I V M.

1 *Pro præstandis alimentis Testatoris Descendentibus possunt alienari bona fideicommissi.*

2 *Nisi mandauerit solui ex redditibus.*

3 *Regulariter alimenta debita ex Testamento, siue ex alia causa, sunt soluenda ex fructibus.*

4 *Executoribus attestantibus, non adesse bona super quibus exequi potuerit fides est præstanda.*

5 *Si constet non adesse bona, nec fructus, super quibus fieri possit executio, in subsidium, alimenta debentur ex substantia hæreditatis.*

6 *In subsidium pro soluendis Legatis distrahuntur bona fideicommissi.*

7 *A Testatoris dispositione non est recedendum.*

8 *In subsidium pro alendis Descendentibus possunt alienari bona fideicommissi, & si prohibita fuerit alienatio ex causa alimentorum.*

9 *Ascendens non potest bona sua eximere ab onere alendi Descendentes.*

10 *In bonis Proaui debentur alimenta iure sanguinis.*

11 *Hypotheca competit pro alimentis legatis.*

12 *Hypothecaria importat facultatem alienandi bona hypothecata.*

13 *Hæredes tenentur præstare alimenta illis, quibus defunctus erat obligatus ea præstare.*

14 *In subsidium alienari possunt bona fideicommissi pro dotandis Descendentibus, licet Testator prohibuerit alienationem ex causa Dotis.*

15 *Alimenta sunt magis priuilegiata, quàm dos.*

16 *Authentica res, quæ procedit, etiam in alimentis debitis Descendentibus.*

17 *Alimenta, & Dos debentur Descendentibus Iure natura, nec ascendentes valent eximere eorum bona ab huiusmodi onere.*

D E C I S I O CCCCXII.

FRanciscus Iacobillus senior instituta ad fauorem Iulij filij eiusque Descendentium primogenitura, non solum disposuit quod primogeniti cæteris non primogenitis teneantur præstare alimenta cum famulo, sed mandauit vlterius, vt prædicti primogeniti debeant de redditibus, & prouentibus suæ hæreditatis prouidere eosdem non primogenitos, quamprimum ad 20. ætatis annum peruenerint de annuo reddito scut. 200. vel illius ad prædictam quantitatem supplemento, quatenus, per d. Franciscum testatorem in totum, vel pro parte non fuisset de d. annuo reddito prouisum. Prohibens tamen, ac interdicens, ne vllo vnquam tempore de bonis, ac hæreditate quicquam detrahere, aut alienare possent ex quibusuis etiam quantumcumque licitis, honestis, ac necessarijs causis, & onerosis, titulis, etiam propter alimenta, seu dotationes &c. Cùm verò Iulius iunior, & fratres ex Laurentio Iulij senioris filio secundogenito Testatoris pronepotes, egerint contra Gregorium primogenitum, tam ad d. alimenta iam taxata ad annua scuta 360. quàm ad solutionem d. annui legati scut. 200. & post tres conformes in indicatum transactas in Rota obtinuerint expeditionem mandati executiui contra fructus quorumcumque bonorum d. primogenituræ per eorumdem fructuum ablationem, perceptionem, sequestrationem, subhastationem, & deliberationem, ac per eorumdem bonorum ablationem, occupationem, & detentionem. Quia propter impedimenta maximi æris alieni super fructibus bonorum d. pri-

d. primogenituræ, tanquam destinatis in satisfactionem
Montis Iacobilli, & aliorum Creditorum supponebatur
reddi impossibilem executionem d. mandati, dubitani ho-
diè, an d. mandatum in sententijs, & re iudicata Rotali-
bus relax atum sit expediendum etiam cum facultate pro-
cedendi ad subhastationem dd. bonorum primogenituræ,
& fideicommissi suppositorum, & Domini affirmatiuè ref-
ponderunt pro relaxatione mandati aduersus bona, nisi
1 infra mensem † moti ea ratione, quia ea causa alimen-
torum bona cuicumque fideicommisso, seu maioratui sup-
posita possunt alienari, DD. communiter *in Auth. resque C. commun. de leg.* & cumulatis in hanc communem sen-
tentiam Doctoribus firmat Fusar. *de substit. quæst.* 536.
numer. 1. Seraph. *dec.* 925. *num.* 2. & san. mem. Greg.
decis. 543. *n.* 2.

2 Non obstat, † quod Testator mandauerit d. legatum
scutorum 200. solui de redditibus, & prouentibus suæ
hæreditatis, ac propterea non possit deueniri ad aliena-
3 tionem bonorum, Surd. *de alim. priuil.* 19. *tit.* 8. † *n.* 8.
prout etiam regulariter alimenta, siue ex testamento, si-
uè ex alia causa debita, præstari debent, non ex vendi-
tione proprietatis, sed ex redditibus, ac fructibus patri-
monij, ad doctrinam Bart. *in l. penult. in princip. ff. de*
4 *alim. & cib. leg.* † Quia cùm ex attestationibus eae.uto-
rum, quibus est fides adhibenda, Bart. *in l. à Diuo Pio §. in venditione, num.* 7. *ff. de re Iudic.* Bald. *in auth. sed ho-
diè num.* 2. *C. de act. & oblig.* nec non ex alijs adminiculis
per informantes ponderatis, sufficienter constet non
adesse alia bona, aut fructus, super quibus fieri possit
5 executio, † in subsidium alimenta debentur ea corpori-
bus, & substantia hæreditatis, *l. Lucius*, vbi Bart. *num.* 7.
*ff. de alim. & cib. leg. & in l. inter stipulantem §. Sacram.
num.* 6. *ff. de verb. oblig.* Guttier. *de tutul. par.* 3. *cap.* 12.
num. 11. Grat. *discept.* 294. *num.* 3. † prout etiam in sub-
6 sidium bona fideicommisso subiecta pro solutione legati
distrahuntur, Paris. *cons.* 43. *num.* 29. *lib.* 3. Odd. *de fideic.
quæst.* 33. *num.* 11. Præceptum enim Testatoris, ac regula
Iuris communis eam recipiunt interpretationem, vt lo-
cum vendicent sibi quatenus fructus, ac prouentus hæ-
reditatis sufficiant.

7 Minus etiam obstat, quod idem Testator expressè pro-
hibuerit quamcumque proprietatis alienationem etiam ex
causa alimentorum, quo casu non videtur à Testatoris
dispositione recedendum, Costa, Surd, & Intrigl. relat. per
Fusar. *d. q.* 536. *num.* 6.

8 Quia pro responsione † aduertendum est, quod d.
prohibitio, quamuis expressa, etiam ad casum alimento-
rum nil operatur ea demum ratione, *quod d. Auth. resque
6. comm. de leg.* ex qua deducitur facultas alienandi in sub-
sidium pro alendis descendentibus, non fundatur in præ-
sumpta voluntate Testatoris, quæ per contrariam, expres-
samque eiusdem Testatoris voluntatem tolli dicatur, qua
ratione mouentur DD. contrarium sentientes, sed in pu-
blica vtilitate, ac debito naturali, cui Testator præiudi-
9 care non potest, † ita vt in casu nostro proauus Testa-
tor d. alienationem prohibendo, non potuerit bona sua
eximere ab illo onere, cui iure naturali & publicæ vtili-
tatis intuitu erant obnoxia, Barbos. *in l.* 1. *par.* 4. *num.* 9.
ff. solut. matrim. Monter. *decis.* 16. *num.* 24. quos in
puncto refert, & sequitur Giurba *decis.* 5. *num.* 45. pro-
10 pè finem, Gratian. *discept.* 832. *num.* 38. † & 39. cùm
agatur de alimentis debitis in bonis eiusdem Proaui Te-
statoris, non solum Iure sanguinis, Menoch. *cons.* 411.
num. 4. Sed etiam particulariter per eumdem Testatorem
11 legatis † pro quibus competit hypothecaria, Gratian. *dec.
Marcb.* 129. *num.* 17. quæ quidem hypothecaria impor-
tat facultatem distrahendi bona hypothecata penès hypo-
12 thecantem, vt illius hæredem existentia, Neguſ. *de pign.
par.* 6. *membr.* 1. *num.* 15. *vers.* 2. *amplia*, *iuncto num.* 17.
13 † Quemadmodum etiam non solum hæres Patris, sed
ipsius hæredes eodem iure coguntur ad præstanda alimenta,
quo Pater tenebatur erga suos Descendentes, Giurb. *decis.*
6. *num.* 7. non enim ex eo, quod bona sunt hæredis,
mutauit naturam, quin dicatur paterna, respectu li-
neæ à qua obuenerunt, & oneris à Testatore, *seu l. in-
iunct. l. de emancipatis C. de legit. hæred.* cum alijs per Giurb.
d. dec. 5. *n.* 45. *vers. non enim ex eo*.

14 Et in proximis terminis, quod non attenta quacum-
que expressa, etiam ex causa Dotis prohibitione aliena-
tionis, si de dote non posset aliundè, prouideri, licita
sit distractio, & alienatio bonorum fideicommisso subie-
ctorum, latè ponderatis Doctorum rationibus firmauit
idem Fusar. *quæst.* 531. *num.* 71. vbi, quod in consulen-
do, iudicando ab hac opinione, non est recedendum,
& plenè discusso articulo, examinatisque pariter ratiooi-
bus resolutum fuit in causa *Romana dotis* 30. *Martij
1618. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio*, quæ quidem
rationes multò fortiùs procedunt in casu nostro, † cùm 15
alimenta doti non solum æquiparentur, Menoch. *præs.*
189. *numer.* 17. & 18. *lib.* 4. Sed tamquam magis neces-
saria, ac priuilegiata præferantur, Peregr. *de fideicomm.
art.* 41. *numer.* 87 *disc.* 832. *numer.* 33. † Licet enim 16
d. Auth. *resque*, loquatur de dote, attamen ex ideoti-
tate rationis procedit iam in alimentis debitis Descen-
dentibus, Bald. *in eadem Auth. numer.* 23. Castr. *num.*
3. Cordub. *in l. Si quis à liberis §. vtrum numer.* 21. *ff.
de lib. agnosc.* Gabr. *cons.* 153. *numer.* 17. *lib.* 1. Honded.
consil. 72. *lib.* 1. Menoch. *præs.* 191. *numer.* 1. *lib.* 5.
† Quia videlicet tam alimenta, quam dos debentur 17
Iure naturæ à cuius debito, ascendentes per fideicom-
missum, vel alio quouis modo bona sua eximere non
possunt ex deductis.

Et ita conclusum parte vtraque informante, &c.

Sequentes Decisiones licet non sint Sacra Rota Romana, tamen cum sint optimè discussa, & decisa in Tribunali Camera Apostolica, & casus sint singulares, ideoque eas placuit hic subnectere, quod non est insolitum.

REVERENDISS. P. D. BONVISIO,

Decano Cameræ Apost.

Posteà S. R. E. Cardinali Amplissimo.

Nec non Episcopo Lucensi zelantissimo, & vigilantissimo.

Romana Affrancationis.

Veneris 12. *Decembris* 1642.

A R G V M E N T V M.

In hac magistrali decisione Sac. Tribunalis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ ventilatur, & resoluitur, quod proprietarius, etiamsi esset persona priuilegiata, vel prohibita alienari, veluti Ecclesia, aut quilibet locus Regularis cogi, & compelli potest ad affrancandum domum, & fundum &c. vigore Bullæ fel. rec. Greg. XIII. super iure congrui, & hoc ea de causa, ne emphyteuta retraheretur ab ædificando ad ornatum Vrbis, quod facilè eueniret si adesset periculum deuolutionis, quod periculum penitùs cessat, data affrancatione.

S V M M A R I V M.

1 *Affrancatio non permittitur circa voluntatem Proprietarij.*
2 *Venditio annui redditus est vera venditio.*
Venditio annui redditus regulatur secundùm regulas vera, & realis venditionis sub num. 2.
3 *Vendere inuitus nemo cogitur.*
4 *Inuitus, quod quis compellatur vendere est pœna.*
5 *Ecclesia regulariter loquendo est prohibita alienare bona sua.*
6 *Ecclesia non potest distrahere annuos redditus.*
7 *Ecclesia non potest distrahere bona propria, etiamsi tractetur de sola permutatione, vel subrogatione alterius rei stabilis, loco rei alienatæ.*
8 *Ecclesia prohibetur alienare bona sua etiam in personam priuilegiatam.*

9 *Bona regularium perinde ac si essent bona Ecclesiastica prohibentur alienari.*

10 *Regularibus abrogata sunt omnia priuilegia circa alienationem bonorum.*

11 *Bulla Greg. XIII. super iure congrui in §. 13. disponit, vt quis etiam inuitus possit cogi ad vendendum domum, fundum solum &c. ex causa ornatus Vrbis,*

12 *Dominus directus vigore Bullæ iuris congrui cogi potest ad affrancandum domum, fundum &c.*

13 *Papa sine dubio disponere potest circa res Ecclesiæ.*

14 *Bulla iuris congrui cogit etiam Ecclesias, ac cætera loca Religiosa ad vendendum domus ex causa ornatus Vrbis.*

15 *Legis casum vbi tenemus, inanis est omnis disputatio.*

16 *Voluntas, & potestas sufficit ad perfectionem cuiusque actus.*

17 *ad Speciem id, quod est redactum, attendendum venit,*

18 *Rigor in specie scriptus præfertur æquitati in genere scriptæ.*

19 *Bulla de iure congrui non potest dici exorbitans, vel rigorosa.*

Bulla de iure congrui fundata est in publica vtilitate sub num. 19.

20 *Reipublicæ interest ne Ciuitates ruinis deformentur.*

21 *Ciuitates ne ruinis deformentur hæc cura præcipuè iniuncta est Rectoribus illarum.*

22 *Ciuitati expedit, vt ædificijs impleatur, & ornetur.*

23 *Vrbium denominatio potissimum desumitur ex ædificijs.*

24 *Vrbium magnitudo dignoscitur ex insignibus ædificijs.*

25 *Ciuium animi magnitudo infertur si Ciuitas repleta sit ædificijs.*

26 *Romani statuerunt eum, qui ædificium Romæ haberet, Romanum esse.*

27 *Bulla iuris congrui non lædit ius priuatorum stante recompensa.*

28 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*

29 *ex Causa vtilitatis publicæ receditur à regulis iuris communis.*

30 *ex Vtilitate publica multa permittuntur, quæ alias essent prohibita.*

31 *Domum propriam quis cogi potest vendere ob publicam vtilitatem, & n. 32.*

33 *Princeps pro obtinenda pace, potest absque vlla compensatione damna subditorum remittere eis illata tempore belli.*

34 *Vtilitas publica est grauior vtilitate priuata.*

35 *Greg. VIII. vti voluit plenitudine potestatis dum tulit Bullam iuris congrui.*

36 *Papa in bonis Ecclesiasticis latissimam habet potestatem, & nulla lege contractam.*

37 *Papa super bonis Ecclesiasticis facile disponit concurrente publica vtilitate.*

38 *Ecclesia tenetur pro seruitio Principis, vel illius fabrica dare proprium situm recepta pretij satisfactione.*

49 *Et hæc conclusio procedit etiam ad fauorem familiaris eiusdem Principis.*

40 *Illustriss. D. Angelus Georius præfectus est Cubiculi Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. & spatio annorum 36. intima illius familiaritate decoratus reperitur.*

41 *pro Ecclesia ædificanda, vel amplianda quis cogi potest ad vendendum fundum proprium.*

42 *Ecclesia dicitur iustitiæ cultrix, & publici boni amantissima.*

43 *Actus an dicatur coactus, vel voluntarius, attendendum venit principium.*

44 *Bulla Gregor. XIII. iuris congrui derogauit constitutionibus Symmachi, & Pauli II. super alienatione bonorum Ecclesiæ.*

45 *Vrbis ornatus ratio cessa, sit ædificium fiat in loco remoto, & segregato, limita vt numer. 46. 47. & 49.*

48 *Romanorum antiquissimus mos fuit ornandi etiam suburbia.*

50 *Pactum de non affrancando, an liget successores.*

51 *Opinio affirmatiua videtur verior, & hoc maximè si mentio facta fuerit successorum.*

52 *Leges nemo eludere potest sua dispositione.*

53 *Executor si habeat potestatem à Principe ad aliquid peragendum, non ligatur pactis priuatorum.*

54 *Ius publicum pactis priuatorum alterari non potest etiam si adijciatur religio iuramenti, n. 55.*

Successor non ligatur pactis antecessorum, si sint contra publicam vtilitatem, n. 54.

56 *Bulla Greg. XIII. iuris congrui derogat vltimis voluntatibus.*

57 *Bulla Gregor. XIII. iuris congrui annullat etiam dispositiones iuratas.*

58 *Iuramenti efficacia omnis cessat stante auctoritate Apostolica.*

59 *Constitutio Apostolica tollit vires iuramenti, quamuis in ea, nulla mentio fiat de iuramento.*

60 *Decretum irritans, & clausula sublata claudunt os in omni materia.*

61 *Constitutio Gregor. XIII. iuris congrui emanauit de anno 1574.*

62 *Pacta, si respiciant priuatam vtilitatem non habentia admixtam vtilitatem publicam, tunc sperni nequeunt.*

63 *Fauori, & commodo suo quilibet renunciare potest.*

64 *Fauori mixto quis in præiudicium tertij renunciare non potest.*

65 *Renunciatio non tenet, si concernat interesse publicum, & n. 66. & 67.*

67 *Emphyteuta nisi obtineat affrancationem rei, retrahi potest ab ædificando.*

68 *Emphyteuta, & si non obtineret affrancationem retraheretur ab ædificando, ob periculum deuolutionis.*

69 *Vrbis ornatus inductus est ad publicam vtilitatem.*

70 *Pactum quamuis iuratum si sit contra publicum bonum attendi non debet amplia, n. 71.*

72 *Loca Montium habentur loco bonorum stabilium, & quare.*

73 *Loca montium veniunt sub denominatione bonorum stabilium tam in dispositione iuris, quàm in dispositione hominis.*

74 *Loca montium dicuntur perpetua, quamuis sint redimibiles arbitrio Principis, cum causam perpetuam habere possint.*

75 *Redditus quando consistunt in obligatione personali, quia tunc nec perpetui, nec immobiles reputantur ideò non dicuntur perpetui.*

76 *Papa ex quibus præsumatur voluisse derogare contrarijs, dum derogat alicui constitutioni.*

77 *in Papa scientia regulariter præsumitur tam circa proprias, quàm Antecessorum constitutiones.*

78 *de Papæ potestate disputare sacrilegium est.*

79 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ dum concurrit vtilitas, & solemnitas, dicitur congruè redintegrata.*

80 *Agnitio veritatis, & bona fidei summa conuenit viris Religiosis.*

DECISIO CCCCXIII.

EMerat R. P. D. Georius vnam domum à Venerabili Archiospitali Sancti Spiritus in Saxia, & alteram à Cap. Francisco Cardono asserentibus illas existere sub proprietate Monasterij S. Honufrij, in cuius Cliuo positæ sunt, & esse grauatas annua responsione, seu Canone soluendo Fratribus eiusdem loci. Cùm autem vellet prædictas ædes in nobiliorem structuram redigere, & quo securiùs id peragerer, peteret à Fratribus antedictis illarum exemptionem, & Canonum affrancationem, fuit sibi denunciatum pactum in prima Inuestitura appositum ab Actoribus venditorum quo cauebatur, non

non licere dd. Canones affrancare non obstante quamcum-
que Bulla, Motu proprio, Bandimento, Priuilegio, seu alia
quacumque facultate edita, vel edenda cum quauis clau-
sula etiam derogatoria huiusmodi pacti concepti cum alijs
amplissimis verbis, prout in Instrumento dato, sed præten-
dens eo non refragante hanc facultatem sibi competere,
introduxit Iudicium mediante speciali commissione directa
Eminent. Camerario expedien. de voto Cameræ, & quam-
uis Procurator dictorum Fratrum postea liti cesserit, & lo-
ca montium oblata pro recompensatione recipere obtulerit,
& hanc cessionem, & oblationem ijdem fratres capitulari-
ter ratificauerint, institit nihilominus disputari dubium,
An esset locus d. Affrancationi, quod à me propositum die
supradicta fuit vnanimi Dominorum consensu affirmatiuè
resolutum.

Nam etsi de iure communi talis affrancatio non permit-
1 tatur † citra voluntatem Proprietarij, cùm sit vera vendi-
2 tio annui redditus, & reguletur sub † determinationibus
puræ, & realis venditionis, vt per Crott. *cons. 72. num. 41. & seqq. lib. 1.* Cephal. *cons. 503. numer. 17. lib. 7.* Gratian. *discept. 477. num. 11. & seqq. & discept. 745. num. 80.* quibus
conferunt deducta *in Florentina Affrancationis 28. Nouembr. 1633. coram Reuerendiss. Vrgellen.* Nemo autem inuitus
3 † cogatur vendere, *l. inuitum C. de contrahen. empt. l. nec emere C. de iur. delib.* Boer. *decis. 302. num. 2.* Giurb. *dec. 86. numer. 2.*
demonstrans hoc esse æquissimum axioma, & consonum
4 naturali libertati, adeò vt pro pœna reputetur, quod inuitus
quis compellatur ad vendendum, vt inquit *cons. 13. num. 3. & 4. lib. 2.*

Ecclesia verò neque volens possit huiusmodi affrancatio-
5 nem concedere respectu alienationis sibi † prohibitæ per
Extrau. Pauli II. vt in terminis affrancationis resoluit Epi-
scopus Ricc. *decis. 81. in paru.* Rota Roman. *decis. 13. & 14. par. 1. diuers. & in Messanen. seu nullius feudi 15. Feb. 1636.*
coram bo. mem. Merlino, & generalitèr in quacumque
6 † distractione redditus ab Ecclesia possessi, Peregr. *cons. 43. n. 7. lib. 1.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. rubr. de alien. iur. & reddit. 18.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 6. num. 6.* Roderic. *de ann. redd. lib. 1. cap. 14. num. 2.* Surd. *decis. 204. a. 3. & seqq.* Grat. *discept. 981. num. 78. & seq.* Rota *in Mediolanen. pensionis 19. Ian. 1635. coram eod. D. Merlino vers. neque hanc malam fi-*
7 *dem*, etiamsi tractetur de sola † permutatione, & subroga-
tione alterius rei stabilis loco rei alienatæ, vt *in Lucana bonorum 11. Febr. 1613.* coram Eminentiss. Pamphilio, Caualer. *decis. 288. a. 1.* Fab. *in C. lib. 4. tit. 41. de rer. permut. de fin. 12.* Et
8 contractus celebretur † cum alia persona priuilegiata, *vt in præcitatis Messanen. feudi, & Mediolanen. pensionis coram D. Merlino.* Eademque procedant in bonis Regularium in
9 quibus viget † æqualis ratio prohibitionis, vt post alios fir-
mant Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 2. quæst. 33. art. 18.* Le-
zan. *in summ. quæst. Regular. par. 1. cap. 10. num. 1.* Hodie præ-
sertim, quod ex nouissimo decreto S Congregat. Concil. de
mandato Sanctiss. D. N. edito anno 1624. Abrogantur om-
10 nia † priuilegia Regularibus circa huiusmodi alienationes
concessa, super quo plenè scripsit idem Lezan. *d. cap. 10. num. 2. & seq.*

Attamen contrarium dicendum est in præsenti casu at-
tenta Constitutione Gregor. XIII. *super ædif. Iure congrui in ordin. 22.* vbi §. 11. hodie 13. secundùm modernam im-
11 press. incip. *Præter supradictos* expresse disponitur, quod si
quis habeat domum, fundum, vel solum in Emphyteusim
perpetuam, vel ad vitam pro annuo Canone, aliaue respon-
sione concessum, liceat Cardinali Camerario, & Magistris
Viarum eo petente domum, fundum, aut solum huiusmodi
ab eius directi Domini licet nolentis proprietate, & domi-
12 nio, nec † non, Canonis, seu responsionis præstatione exi-
mere, & liberare, alia re stabili constituta, &c. Vnde cùm
habeamus specialem legem Principis Ecclesiastici, qui sine
13 dubio potuit circa res Ecclesiæ † disponere, prout in eadem
Constitutione disposuit in §. 16. vbi quæcumque dicta fue-
rant tam circa spontaneam, quàm coactam venditionem,
ac etiam à directis dominis liberationem, voluit habere lo-
cum quantumuis prædia essent Ecclesiastica, & ad quas-
14 cumque Ecclesias, & Basilicas † etiam Patriarchales, aut
cuiuscumque ordinis Monasteria, ac etiam Mendicantium
domus, aliaque loca Religiosa pertinerent, cessat omnis di-
15 sputatio, cùm teneamus casum † legis, vt inquit Bald. *in l. Ancilla num. 2. C. de furt.* & in terminis comprobant Af-
flict. *de iur. prot. in princip. numer. 8. & seqq.* Tiraquel.
de retr. lignag. §. 1. gloss. 13. num. 13. & alijs relatis per Gra-
tian. *discept. 74. numer. 17. & 18.* omniaque contraria, 16
dum † potestas, & voluntas in hac specialiori determina-
tione concurrunt *ad not. in l. Sanctio ff. de pœn. l. in toto, vbi* Cagnol. *& alij ff. de regul. iur. cap. generi eodem tit. in 6.* Illud enim potissimum habetur, quod † ad speciem reda- 17
ctum est, & posteriori lege firmatur, *vt in d. l. toto ff. de reg. iur. l. sed & posteriores ff. de legibus*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 15. gloss. 3. numer. 21.* Alder. Mascard. *de general. stat. Interpret. conclus. 8. numer. 19. & seqq.* Adeo vt rigor in
† specie scriptus præferatur æquitati in genere scriptæ, Ias. 18
in l. placuit ad fin. C. de Iudic. vbi etiam Cin. Bald. & Alex.
Cagnol. *in d. l. in toto sub num. 1. vers. hinc etiam est.* Felin. *in c. vigilanti num. 5. vers. 5. facit de præscript.*

Tantò magis quod dicta Constitutio non potest dici
† exorbitans, vel rigorosa, cùm fundetur in publica vti- 19
litate, vt patet ex verbis proœmij, ibi. *Quæ publicæ vtilitati, &c.* sicut † enim Reipublicæ interest ne Ciuita- 20
tes ruinis deformentur, *l. Præter §. hoc interdictum il 2. ff. de nou. oper. nunc. l. 2. §. si quis nemine, l. fin. ff. ne quid in loc. pub. l. Senatus ff. de contrah. empt.* Ciriac. *controu. 160. num. 10.* Ideoque huiusmodi curam illarum
† Rectoribus præcipuè iniungatur *l. præses 7. ff. de Præsid. l. ædiles §. studeant ff. de via public. l. ad Curatoris 46. ff. de damn. infect. l. 2. in fin. & l. si quis, & l. singularum* 21
Cod. de priuat. ita è conuerso expedit quod ædificijs † re- 22
pleantur, & ornentur, *d. l. si quis Cod. de ædif. priuat. l. 2. §. domus vero Cod. de præd. et oma. reb. lib. 11.* Roman. *sing. 728.* Mut. *sup. consuet. Panormit. cap. 42. num. 3.* Ne-
gus. *sun. quæst. 165. num. 4.* Cùm ex hoc potissimùm Vr-
bium † denominatio sumatur, vt dicebat Cicero 4. *Academ.* & illarum magnitudo dignoscatur † ex insignibus 23
ædificijs, *vt in eadem l. 2. in fin. Cod. de præd. et omnibus rebus*, vbi Bart. *pariter in fin.* & Io. de Platea *num. 2.* & in- 24
dè inferatur † ad animi magnitudinem in subditis ædi- 25
ficantibus, *d. l. 2.* (ibi *per industriam hominis animosi, & ad maiorem Principis Maiestatem*) *vt per Lauden. tract. de Princ. 334.* Redin. *de Maiest. Princ. in verb. Magnanimum num. 3.* Corsett. *tract. de potest. & excell. Reg. quæst. 2. par. 7. num. 8.* & alios relatos à Mario Muta *super Pragm. Regn. Sicil. tit. 71. de priuileg. ædif. palatia, vel magnas domos a. 7. & seq.* Qua ratione † Romani statuerunt eum, 26
qui ædificium Romæ haberet Romanum esse, *vt per gloss. in l. ædificia 139. ff. de verb. signific.* Rebuff. *ibidem num. 1.*

Proindè si in aliquo læderet † Ius priuatorum (prout 27
non lædit attentis recompensis in d. §. 13. designatis) ad-
huc non esset curandum, cùm publica † vtilitas priuatæ 28
præferatur, *l. si quis §. vtrum ff. ad Sillan.* Bartol. *l. quemadmodum numer. 4. C. de agric. & cens. lib. 11.* Ias. *l. cætera §. si quis num. 2. ff. de legat. 1.* & † ex causa publicæ vtilita- 29
tis recedatur à regulis Iuris communis, multaque † per- 30
mittantur, quæ aliàs essent prohibita *l. ita vulneratus §. multæ ff. ad l. Aquil.* Andr. Gail. *obseru. Cam. Imper. lib. 1. obser. 56. nu. 4.* & ideò suadente pro dilatandis fossis Ciuitatis,
vel extruendis † propugnaculis, vel alias publica indigentia 31
liceat assumere domos confinantes, & suburbia destrue-
re, vel incendio illa consumere, ne hostes in eis reci-
piant, *vt l. si quando, & l. ædificia C. de oper. pub.* Dec. *in l. id quod nostrum numer. 3. ff. de reg. iur.* Iason *in l. Barbarius nu. 32. ff. de offic. Præt.* cum alijs per Gail. *d. obseru. 56. numer. 2. vers. ex hac communi*, eademque † ratione pro obtinenda 32
pace possit Princeps absque vlla recompensatione remitte- 33
re damna subditorum eis illata tempore belli, quia † gra- 34
uior est causa, & vtilitas publica, vt per eumdem Gail. *d. obseru. 56. num. 17.* subdens hoc censeri factum de plenitudi-
ne potestatis, † qua paritèr vti expressit idem Gregorius in 35
dicta Constitutione.

Nec aliter dicendum est in Ecclesia, cùm Pontifex in
bonis illius habeat † latissimam potestatem, & nulla lege co- 36
arctatam, vt per Paris. *cons. 5. num. 10. lib. 4.* Rota *decis. 207. num. 2. & 6. par. 4. diuers. & decis. 212. num. 3. part. 2. recent.* &
super illis faciliùs disponant concurrente publica † vtilitate, 37
vt in terminis longè maioris dubitationis tradiderunt Alex.
cons. 209. num. 6. & seqq. volum. 2. Signorol. *consil. 21. numer. 19.* Gail. *d. obseru. 56. numer. 5.* & circumscripta etiam hac
lege particulari, illa † teneatur pro seruitio Principis, & 38
illius fabricæ dare proprium situm recepta pretij satisfactio-
ne, vel alia compensatione, vt notant Card. & Abb. *in*

cap. 1. in princ. de rer. permut. Faber. in suo Cod. eod. tit. di
fin. 12. Negus. d. quæst. 165. num. 12. vers. confirmatur,
qui ampliat sub num. 15. hoc ipsum procedere ad fauorem
39 familiaris † eiusdem Principis, qualis est instans Præfectus
Cubiculi Sanctissimi D. Nostri, & spatio annorum 36. in-
40 tima † illius familiaritate decoratus, & in ea præclarè ver-
satus, vt in Breui mox allegando.

Præsertim quod pro Ecclesia ædificanda, vel amplianda,
41 ac pariter pro ipsius Ecclesiæ, Monasterio †, Atrio, Clau-
stro, seu Capella est ei specialiter indultum, quod possit
cogere priuatos ad vendendum, vt not. in l. si quis sepul-
chrum ff. de relig. & sumpt. funer. l. decernimus C. de Episc.
& Cleric. & latè firmarunt Flau. ad Franch. decis. 223.
Gizzarell. decis. cons. Neapol. 29. per tot. Menoch. cons.
1206. num. 19. Cyriac. contrdevelopments. 231. num. 16. & seqq. Rota
in Neapolitana Monasterij 16. Ian. 1612. coram bon. mem.
Card. Lancellotto, & in Romana deuolutionis domus 29.
Febr. 1608. coram Patriarcha Manzanedo, & alias sæpius.

Vndè non incongruit, quod mediante iussu illius, qui
ei præcipiendi habet facultatem, idem alteri præstet, cùm
42 dicatur Iustitiæ cultrix, & publici boni amantissima,
cap. fin. 17. quæst. 4. Bart. l. 1. in princ. C. de Sacros. Eccles.
Anchar. cons. 49. vers. quintò dicam. Abb. cons. 63. num. 5. in
fin. lib. 1. Roman. cons. 298. num. 2. in fin.

Et consequenter possunt dicti Patres nedum coactè,
sed etiam voluntariè ad dictam affrancationem deuenire,
43 cùm sufficiat ad id præcedere initium † coactiuum ex di-
cta Constitutione resultans, vt in terminis eiusdem Con-
stitutionis resoluit Rota in Romana domus 11. Decembris
1587. coram Orano, & rursus 22. Iunij 1588. & 13. Maij
1595. coram eodem Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.
44 22. tit. 28. num. 10. Attento maximè † quod in eadem
Constitutione derogatur præceden. prohibitionibus Sym-
machi, & Pauli II.

Nec euitari potest illius dispositio sub prætextu qood
45 domus positæ sint in loco remoto †, in quo cessat ratio
ornatus, & splendoris Vrbis, vt videtur sensisse Muta su-
per capitul. Regis Martin. cap. 20. num. 51. & seqq. Quia
vltrà quod Cliuus S. Honuphrij non potest dici talis, qui-
nimò frequentissimus ob Ecclesiæ, & Monasterij religio-
nem, & aeris salubritatem sufficerent ad hunc effectum,
46 quod essent etiam † in continentibus Romæ ædificijs, vt
apertè probat text. in l. ædificia Romæ 139. ff. de verb. signif.
47 & pariter in suburbijs, seu locis finitimis extra illam,
in quibus vigere eamdem rationem ornatus demon-
strat idem Muta in d. pragm. Reg. Sicil. cap. 71. à num.
13. vsque ad 18. lib. 3. vbi ex Cicer. Plin. & Varr. deducit,
48 antiquissimum morem Romanorum † ornandi etiam sub-
urbia, & in proposito cessat omnis ambiguitas, cùm ea-
dem Constitutio in §. 17. determinet prædicta locum habe-
49 re per † tria milliaria extra Vrbem, & quoad Prædia, &
Casalia per duodecim milliaria.

Quibus firmatis facilè tollitur potissima obiectio desum-
pta ex pacto de non affrancando in primis Inuestituris ap-
50 posito. Quia omisso an liget successores † ex deductis per
Dec. cons. 2. & per Caualer. dec. 662. in quo fortasse verior
esset opinio affirmatiua, præsertim cùm facta fuerit suc-
51 cessorum † mentio, prout in contrario pacto de affrancan-
do probant Alciat. cons. 7. n. 9. lib. 1. Menoch. cons. 1186.
n. 5. & seqq. Gratian. discept. 477. n. 16. vers. quibus adde.

Tale pactum esset attendibile vbi non adesset repugnan-
52 tia dictæ legis, seu Constitutionis †, quam nemo potest
sua dispositione eludere, l. nemo potest ff. de legat. 1. Eò ma-
gis, quod affrancatio non conceditur possessori, cui regu-
53 lariter obstaret † pactum, sed conceditur Camerario, &
Magistris Viarum, vt in dicto §. 13. qui absque dubio dicto
pacto non ligantur, c. fin. de sentent. excomm. Mantic. decis.
152. num. 5. & seqq. prout nec ligatur idem successor, &
possessor, quatenus illud contrariatur publicæ vtilitatis,
54 cùm † Ius publicum pactis priuatorum alterari non possit
l. ius publicum ff. de pact. l. iuris gentium, §. prætor ait l. si
vnus §. pacta ff. eod. cap. si diligenti de for. compet. vbi com-
muniter Canonistæ, Rota apud Buratt. decis. 831. num. 1. &
55 & decis. 265. num 43. par. 5. recent. etiamsi adijciatur † Re-
ligio Iuramenti, vt not. Bart. in d. l. Iuris gentium §. si paci-
scar. in princ. ff. de pact. Gutier. de Iuram. confirm. par. 3. c.
5. num. 8. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 56. num. 55. Gratian.
discept. 31. num. 23. & discept. 451. nu. 23. & discept. 534. n.
36. Bonac. de contract. disput. 3. quæst. 1. punct. 1. nu. 7. vers.
respondeo primo, Sanchez in summ. lib. 3. cap. 12. num. 42.
Buratt. d. decis. 631. num. 2.

Tantò magis, quod in eadem Gregoriana §. 24. in spe- 56
cie derogatur nedùm vltimis voluntatibus contrarijs, quæ
sunt fauorabiliores, vt per Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 15.
numer. 16. & 19. sed etiam dispositionibus iuratis †, quæ 57
propriè in constitutionibus, & huiusmodi renunciationi-
bus verificatur, Bart. cons. 76. in fin. lib. 1. Seraph. decis.
258. numer. 3. Caual. decis. 612. num. 53. in fin. Vndè cessat
omnis efficacia iuramenti tamquam † sublati authoritate 58
Apostolica, vt plenè Paul. Layman. in sua summ. Theolog.
moral. par. 1. tract. 4. cap. 16. Bonac. de Legib. disp. 4. quæst.
1. punct. 17. numer. 1. & 4. Caual. d. decis. 612. num. 52. vbi
ampliat † etiamsi in Pontificia sanctione non esset facta 59
aliqua mentio de iuramento. Eò fortius †, quod adijci- 60
tur clausula sublata &c. ac decretum irritans, quæ claudunt
os in omni materia, Mart. de claus. par. 1. claus. 176. num. 7.
Seraph. decis. 351. num. 1. Buratt. d. decis. 831. num. 4. in
qua etiam fuit factum motiuum ab vno ex Dominis consi-
deratum, si fortasse pactum præcessisset Constitutioni, quod
hic tollitur ex facto, prout ibi tollebatur sub num. 3. dum
Constitutio † emanauit de anno 1574. pacta verò, & in- 61
uestituræ prædictæ de anno 1588.

Contraria verò quæ possent allegari solùm procedunt,
vbi tractatur de priuata vtilitate, vel commoditate non ha-
ben. † admixtam vtilitatem publicam, veluti si duo con- 62
currant ad idem, faciendo eumdem ornatum †, vel vici- 63
nus spontè velit vendere nulla inducta obligatione fabri-
candi, quia tunc † potest quilibet suo fauori, & com- 64
modo renunciare, vt in illa Reatina Castri Petrafortis
19. Martij 1589. coram bon. mem. Card. Platto, & tradunt
Afflict. de iur. proth. in princ. num. 30. & §. 6. num. 18. & seq.
Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 9. numer. 8. & seqq. Gratian.
discept. 672. in princip. Secùs autem vbi est admixtus orna-
tus, & interesse Ciuitatis † vno medio dumtaxat produci- 65
bile, quia tunc huiusmodi renunciatio non tenet ex quo in-
teresse publicum tamquam inseparabile à priuato prærpon-
derat, vt per Butr. in cap. cum contingat in fin. de iur. iur.
Felin. d. cap. si diligent. num. 16. vers. quinto fallit dicta re-
gula de for. comp. plenè Sigismund. Scac. tract. de sent. glos.
7. quæst. 3. limit. 4. num. 201. & seqq. & num. 25. vbi loqui-
tur in materia ædificiorum. Sed tamquam si ageretur † 66
de solo interesse publico renunciatio non releuat, vt in
specie probat text. in d. l. Iuris gentium. §. si paciscar, ff. de
pact. Ias. d. l. nemo potest n. 82. & seqq. ff. de legat. 1. Raph.
Cuman. cons. 169. in fin. Mut. ad consuetud. Panorm. cap.
31. nu. 33. & 66. & seqq. & in terminis dictæ Constitutionis
Gregorianæ Mantic. decis. 63. num. 10. quæ magis correcta
fuit, impressa post Pacif. de Salu. decis. 143. vbi sub nume-
ro 14. determinatur, quod respicit publicam vtilita-
tem.

Atque hic est casus noster, quia nisi Emphyteuta obtine- 67
ret huiusmodi affrancationem † retraheretur ab ædifi- 68
cando ob periculum deuolutionis, vt considerauit Rota
in Romana tractatus 3. Iunij 1605. coram bon. mem. Iusto,
& consequenter cessaret dictus ornatus ad publicam vti-
litatem † inductus, vt in Proœmio dictæ constitutio- 69
nis, & infrà, ibi, Ne publicum bonum, ac decus dantius
lacere pateremur, &c. Vnde pactum illi contrarium quan-
tumuis iuratum non debet attendi, vt in puncto affranca-
tionis † petitæ ab emphyteuta vigore dictæ Bullæ post Bar- 70
dum quem allegat, & firmat Gratian. discept. 451. n.
22. vers. Circa alteram dubitationem vsque ad fin. eò fortius
dum is qui instat, tale Iuramentum † non præstitit, quini- 71
mò fuit ignarus, & sic in eo cessat vinculum reuerentiæ,
vt per Bonac. d. disp. 4. q. 1. punct. 15. nu. 1. & 3. Layman.
d. tract. c. 10. n. 3.

Non obstat quod non seruetur forma dictæ Constitutio-
nis, dum non traditur alia res stabilis, sed offeruntur lo-
ca montium. Quia vltra quod dicta loca † montium 72
tanquam annui redditus ex publico prouenientes, &
super re stabili constituti (prout in qualibet erectione fieri
consueuit) habentur pro stabilibus, & sub illorum deno-
minatione comprehenduntur †, tam in dispositione 73
Iuris, quàm in dispositione hominis, vt per Gabr.
cons. 141. numer. 23. lib. 2. vbi allegat. decis. Orandin.
516. Peregr. cons. 43. numer. 1. & seqq. lib. 1. The-
saur. quæst. 5. in fin. lib. 2. Cenc. de cens. capit. 3.
quæst. 1. art. 1. numer. 13. Seraphin. decis. 679. sub
num.

num. 1. Buratt. *decis.* 474. *sub num.* 1. & *decis.* 535. *vbi Add.*
litt. B. & *decis.* 913. *numer.* 10. Rot. *recent. decis.* 177. *n.*
38. & *decis.* 355. *num.* 28. *par.* 5. & *dec.* 83. *n.* 15. *par.* 6.
74 Et dicuntur Perpetui †, quamuis sint redimibiles arbi-
trio Principis, cùm causam perpetuam habere possint, *leg.*
sufficit ff. de condit. indeb. Ruin. *cons.* 82. *num.* 3. *lib.* 2. Pe-
regr. *d. cons.* 43. *n.* 4. *lib.* 1. Quicquid secùs esset dicen. si hu-
iusmodi redditus consisterent in obligatione personali, quia
tunc nec perpetui, nec immobiles reputarentur, vt distin-
guit Alciat. *in l. monentium. num.* 7. *ff. de verb. signif.* Ruin.
d. cons. 82. *lib.* 2. Peregr. *d. cons.* 43. *n.* 9. *lib.* 1.
In proposito cessat omnis controuersia, cùm per spe-
ciale Breue Sanctissimi fuerit eidem R. P. D. Georgio am-
plissimè indultum, quod possit prædicta loca montium lo-
76 co rei stabilis assignare, declarando modo prædicto † esse
præfatæ Constitutioni plenissimè satisfactum, derogan-
do quatenùs opus esset quibuscumque contrarijs cum
clausula sublata, & decreto irritanti. Vndè superfluum
est aliud quærere, cùm ex prædictis satis constet de scien-
77 tia †, & illa regulariter præsumatur in Principe non mi-
nus circa proprias, quàm Antecessorum Constitutiones,
l. vnum ex familia, & *l. si vnum.* §. *idem Marcus ff. de leg.*
2. præsertim in Principe sapientissimo, & diù versato in
78 in materijs Cameralibus, & † de potestate sacrilegum sit
disputare, Paris. *cons.* 5. *numer.* 70. *lib.* 4. *cum alijs allegatis.*
Tantò magis dum Ecclesia congruè redintegratur cum
augumento maioris quantitatis iuxta dispositionem dictæ
Bullæ. Vndè dicitur concurrere vtrumque requisitum so-
lemnitatis, scilicet & vtilitatis, *ad not. in cap. sine except.* 12.
quæst. 2.
79 Accedit consensus Patrum, qui licet † alliàs non esset at-
tendibilis, tamen ex prædictis efficitur necessarius, &
commendabilis, cùm non contineat aliquam voluntariam
80 alienationem, sed potiùs † agnationem veritatis, &
bonæ fidei, quæ summè conuenit viris Religiosis, & in
Iudicijs contentiosis operatur suum effectum, ex tradit.
per Castr. *cons.* 34. *nu.* 1. & *seq. lib.* 1. Buratt. *decis.* 453. *nu.*
6. Rot. *recent. decis.* 334. *num.* 5. *par.* 1. Rebuff. *de aliea.*
rer. Eccles. num. 28.
Et ita &c. Fuitq. de speciali mandato Sanctiss. D. N. ex-
tensa præsens decisio.

R. P. D. GASTALDO.

Romana Appaltus Gabellæ carnis.

Die 13. Octobris 1659.

ARGVMENTVM.

Principis gratia, concessa sub aliquo supposito petentis, si suppositum illud nullatenus appereat verificatum, necesse est, vt tota gratia inanis reddatur, nam sicuti deficiente fundamento, oportet, vt corruat totum ædificium, ita sublato fundamento gratiæ, consequens est, vt labefactetur tota gratia: subreptitia quando reddatur gratia Principis.

Contractus cùm à pactis, & conuentionibus legem sumant, ideoque quidquid in instrumento conuentionis clarè non legitur, dicitur expressè vetitum, nec sunt attendendæ consuetudines, vel obseruantiæ in contrarium, quia tunc veniunt considerandæ, quando in ambiguis, & obscuris sumus, sed secus in apertis, quia in meridie stultum sit accendere lucernam, nam in claris non admittitur interpretatio.

Obseruantiæ vt sit locus, quidnam requiratur, illicitè exacta per Gabellarium, cuinam veniant restituenda, an Prinicipi, vel Prouincialibus, aliaque multa in hac materia deducuntur,

SVMMARIVM.

1 *Ob suppositorum insubsistentiam ruit funditus concessio.*
2 *Gratia Papæ euanescit, si deficiat eius intentio.*
3 *Papa non præsumitur ignoranter voluisse Cameræ præiudicare.*
4 *Iudex, & si merus executor inquirere debet, de veritate precum.*
5 *Executor mixtus, quando quis est, debet inuestigare verificationem causarum.*
6 *Concessionis causa quando non reperitur, vera gratia non suffragatur.*
7 *In Papæ rescripto semper subintelligitur, dicta si preces veritate nitantur.*
8 *Obreptio ab aliquo commissa, an noceat alteri.*
9 *Tacens nihil dicit.*
10 *Referens non dicitur disponere.*
11 *Instantia ad cuius fauorem fit, ille debet attendi.*
12 *Verba impersonalia quatenus reducantur ad certitudinem, & personalitatem, & num.* 13.
14 *Concessio non vitiatur in totum ob vnitatem, si contractus contineat rem diuisibilem.*
15 *Papæ gratia dum deuiat à via recta rationis non debet à delegato exequi.*
16 *Commissiones Principum semper intelliguntur prout de iure.*
17 *Princeps sub inuolucro verborum, & narratorum, quæ in facto non subsistunt, præsumitur circumuentus.*
18 *Princeps dicitur habere omnia Iura in scrinio pectoris: Quod venit intelligendum in his, quæ sunt in iure, secus si in facto n.* 18.
19 *Princeps dicitur circumuentus, si ea, quæ erant necessaria, non fuerunt narrata.*
20 *Causæ plures, quando copulatiuè narrantur, si vna perit, omnes pereunt.*
21 *Conductori est imputandum si sciens statutum, & conditionem rei conducendæ; & nihilominus conduxit eam.*
22 *Affictus remissio non fit, ob causam, quæ aderat tempore affictus, & conductor sciebat.*
23 *Contractus initus cum clausula*, sine præiudicio Iurium vtriusque partis, *quid operetur.*
24 *Clausula*, sine præiudicio iurium vtriusque partis; *non solum est præseruatiua, verum & conditionalis.*
25 *Clausula*, sine præiudicio iurium &c. *qualiter reddat actum conditionalem.*
26 *Partium conuentionibus standum est.*
Contractus ex conuentione legem accipiunt, numero 27.
28 *Pactum initum inter partes cuius sit momenti, & numer.* 30.
29 *Conuentionis vis inter partes, quanta sit.*
31 *Pacta inita inter partes, seruanda veniunt.*
32 *Contrahens sub certa lege omnino illa seruanda venit.*
33 *Prohibitus iustè quando quis est ne aliquid faciat, tenetur obedire, & num.* 34.
35 *Verba rescripti, vnum per aliud declaratur.*
36 *Glos. in cap.* 1. *de decim. qualiter sit intelligenda.*
37 *Decimæ soluuntur de omni fructu, & de qualibet parte fructuum.*
38 *Franch. in decis.* 228. *quo casu loquatur, & numero* 40.
39 *Certum quid, quando ex numero certo debetur, tunc debitum stat correspectiuè ad numerum.*
41 *Ex diuersis non fit illatio.*
42 *Contractus quando initur ad corpus, nulla habetur ratio ponderis vel mensuræ.*
43 *Locatio præsumitur facta iuxta obseruantiam.*
44 *Obseruantia, quando nullo modo possit dici inducta.*
45 *Consuetudo, vt validè dicatur inducta, quid requiratur.*
46 *Papæ scientia, & tollerantia est necessaria ad inducendam consuetudinem interpretatiuam.*

47 *Nec ad hoc sufficit scientia extraiudicialis.*
48 *Principis scientia, quando non possit argui ex scientia officialium.*
49 *Consuetudo non dicitur interpretatiua, quando est correctoria, & iuris inductiua.*
50 *Dispositio, quando est clara non admittit interpretationem ab obseruantia.*
51 *Obseruantia nihil operatur, si de veritate dispositionis appareat.*
52 *Consuetudo etiam legitimè inducta cessat, dum conuentiones sunt in contrarium.*
53 *Pacta quamcumque legem, & consuetudinem in contrarium rumpunt.*
54 *Conuentio quando est clara tunc non adest, quid sit controuertendum.*
55 *Dictio, iuxta in conuentionalibus habet vim relatiuam, & limitatiuam.*
56 *Dictio*, secondo, *est limitatiua, & restrictiua.*
57 *Verbum* douerà, *importat necessitatem, & formam præcisè seruandam.*
58 *Dictiones omnes taxatiuæ, limitatiuæ, sua natura implicant, negatiuam in contrarium.*
59 *Dictiones taxatiuæ non excludunt ea, quæ sunt consuetudinis generalis, vtrique ex contrahentibus nota.*
60 *Excludunt tamen ea, quæ sunt consuetudinis particularis, alteri minimè nota.*
61 *Verba in appaltis posita, qualiter intelligenda sint.*
62 *Verba immediatè subsequentia, quando respiciant formam, & modum.*
63 *Verba in medio, posita dicuntur esse eiusdem qualitatis cuius sunt extrema.*
64 *Copula, &, ligat verba cum alijs præcedentibus verbis.*
65 *Copula, &, denotat æqualitatem terminorum, in copulatiue.*
66 *Appaltus Gabellæ, si fuerit datus, iuxtà formam, & vsum solitum, qualiter diceretur datus.*
67 *Concessio præsumitur facta de modis licitis, & non illicitis.*
68 *Circa probationes non est insistendum, dum frustratoria essent.*
69 *In instrumento satis dicitur expressè prohibitum, dum id non legitur apertè.*
70 *Restituendum est, quod contra rationem exactum fuit.*
71 *Gabella indebitè exacta à Publicano, cui veniat restituenda, & num.72. & 73.*
74 *Publicanus, quatenus Datium exigit à subditis, etiam obligatus Fisco dare certam mercedem dicitur Procurator Fisci.*
75 *Gabellarij, seu Publicani si fraudem commiserint in exactione gabellæ, tenentur ipsorum Domini.*
76 *A Gabellarijs iniustè exacta si sint incerta, cui debeantur.*
77 *Exacta iniustè, dum sunt incerta spectant ad summum Pontificem.*
78 *Illicitè exacta, dum sunt incerta, ab illicito detentore retineri non valent.*
79 *Furtiuæ res, dum incertum est, cui debeantur, in depositum tradi debent Principi, donec &c.*
80 *A restitutione illicitè exactorum non excusatur quis propter bonam fidem solus.*
81 *Gabellas extorquens indebitè potest condemnari ad duplum, & etiam ad pœnam exilij.*
82 *Iurisdictionem vsurpantes puniendi sunt.*
83 *A restitutione illicitè exactorum, quis non excusatur ob bonam fidem, & à quo excusetur.*
84 *Publicanus illicitè bona fide exigens gabellas, excusatur à pœna, sed non à restitutione.*
85 *Alex. consil.5. num.4. lib.6. quo casu loquatur.*
86 *Vsura vsurarum dissimulatur Hebræis ad euitandum maius malum.*
87 *Vsura vsurarum non debetur etiam ex consuetudine immemorabili.*
88 *Iudicandum non est exemplis, sed legibus.*
89 *Confessione propria nulla maior est probatio.*
90 *Reprobari non potest, quod quis per vsum, iam approbauit, & num.91.*
92 *Liquidationes computorum, quando fiant lenioribus probationibus.*
93 *Liquidatio, quando aliter haberi non potest, admittitur probatio coniecturalis.*
94 *Debiti substantia probata, liquidatio eius ex coniecturis etiam admittitur.*
95 *Debito probato, quantitas eius docetur lenioribus probationibus arbitrio Iudicis.*
96 *Iudex potestatem habens procedendi sola rei veritate inspecta, quas probationes admittere valeat.*

DECISIO CCCCXIV.

PRætendente Domino Francisco Rauenna coram me Iudice Commissario Causarum Inclyti Populi Romani sibi deberi scut. 59623.65. monetæ pro solidatione computorum Appaltus Gabellæ Carnis olim eidem concessi ab Inclyto Populo. Contendente verò Domino Fisci Cameræ Vrbis Patrono, Rauennam nullatenus esse creditorem, sed debitorem in maxima pecuniarum quantitate, & ob id conuentum fuisse ad reddendam rationem eius Appaltus, fuit à me supplicatum Sanctissimo Domino Nostro pro duobus adiunctis in huiusmodi Causa, mihique benignè concessis RR. PP. DD. meis Raspono, & Bulgarino, altero S.Consultæ Secretario, & altero A. C. Locumtenente, emanauit hodie resolutio ad fauorem Inclyti Populi fore relaxandum mandatum executiuum contra Rauennam pro scutor.17911.23. monetæ.

Ratio resolutionis fuit, quia licet ex computis à Rauenna productis, & de more iuratis, appareat partitas ad creditum Inclyti Populi non excedere summam scutorum 1577858.59. illas verò debiti ascendere ad scut. 1637482.24. & sic debitum superare creditum in dd. scut.59623.65. à Rauenna prætensis; Attamen, examinatis singulis partitis, visum fuit ad debitum Inclyti Populi non subsistere summam scut.57884.97. & proindè Rauennam, iuxta ipsius computa, remanere tantummodò creditorem in scut.1738.68. Verùm viceuersa teneri ad soluendum Inclyto Populo scut.19650. pro totidem exactis, vt dicitur *per li trè quarti di Porco*, in eius appaltu non comprehensis, ex quibus detracto dicto eius credito scut.1738.68. liquidò, constat eundem debere scut.17911.33.

Primò enim ex scut.7500. in quindennio appaltus ad debitum Inclyti Populi positis annuatim cantaonibus scut. 500. *per quello si fà buono al Macellaro di Palazzo, & altro in conformità del Chirografo di Nostro Signore*, non iustificantur soluta nisi scut.1312.10. pro regalijs Officialium. Quod reliqua verò scut.6187.99. non tenetur Inclytus Populus ex Chirografo S.M. Vrbani VIII. his verbis concepto: *Conseruatori della nostra Camera di Roma. hauendoci voi fatto esponere, che Francesco Rauenna fà instanza, che gli sia dato supplimento alla Tabella della Gabella della Carne, mancandogli scut.500. per supplire à tutti gli pesi annui di detta Gabella per l'assegnamenti de Monti, pagamenti di Officiali, e sue regaglie, e per quello si defalca al Macellaro del Nostro Palazzo Apostolico, ci contentiamo, che possiate supplire detta Tabella, e che gli facciate buoni detti scudi 500. à suoi conti, e così esseguirete perche tale, e mente, e volontà nostra espressa. Dato &c. questo dì 15.Giugno 1644.* Siquidem (omisso quod Chirographum prædictum nunquam fuit à DD. Conseruatoribus executioni demandatum) vtique effectum sortiri non debet, quia nihil erat supplendum annuis exitibus Gabellæ, nec deficiebant assignamenta Montium, neque pro solutionibus Officialium, prout constat ex Tabella, ac eisdem computis à Rauenna productis, minus quidquam ipsi erat concedendum pro exemptione Palatii à solutione Gabellæ, quandoquidem in Instrumento appaltus cap.4. fuerat expressè conuentum. *Che del pagamento delle gabelle, nessuno sia esente, eccetto il Palazzo di Sua Santità, conforme si è vsato per il passato.* Quapropter
† ob subsistentiam suppositorum ruit funditus concessio, 1
ex defectu intentionis † Papæ, *cap.fin. de rescript. l.vlt. C.* 2
de diuers.rescript. Rot. *dec.193. num.8. par.5. decis.32. num. 11. par.6. decis.261. num.9. par.7. rec.* & apud Buratt. *decis. 510. num.7.*

Et sanè

Et sanè si Pontifex sciuisset, nihil fore supplendum exi-
tibus Gabellæ, nec deficere assignamenta Montium,
neque pro solutionibus Officialium: Exemptionem verò
Palatij fuisse pacto conuentam, non concessisset dicta
scuta 500. quolibet anno, ad debitum, & præiudicium
3 eius Cameræ Vrbis, † vt in specie tradunt Bald. *in cap. venientes, num. 4. vers. sed quid si Princeps, de iur. iur.* Rot. *decis. 666. sub num. 8. part. 2. decis. 564. ad finem, par. 2. decis. 496. num. 6. par. 5. recent. tom. 2.* & hoc sufficit ad obreptionem, & inualiditatem Chirographi, *cap. si praeponente, 42. de rescript.* Paris. *de resignat. benef. lib. 10. quaest. 2. num. 7.* Rota *decis. 435. num. 1. in fine, par. 3. d. decis. 496. num. 6. par. 5. tom. 2. decis. 204. num. 43. part. 8. recent.*
4 Iudex autem, & si merus exequutor, † de veritate precum inquirere debet, & cognitionem obreptionis habet, vt inquit *Text. expressus in l. 4. Cod. si contra ius*; Eòque magis in præsenti, vbi gratia à Summo Pontifice non fuit concessa personæ simpliciter, sed personæ ob causas, quæ proindè fecit DD. Conseruatores exequu-
5 tores † mixtos, & ad sui validitatem requirit verificationem causarum, ad tradit. per Valenzol. *cons. 9. sub numer. 1. versic. verius est, & num. seqq.* Vermigl. *cons. 9. numer. 23. & cons. 76. num. 15.* Causa enim concessionis gratiæ, & ipsa gratia, inuicem sunt connexæ, *Can. generaliter 16. quaest. 1. cap. Tua de Cleric. non resid. cap. Abbate, in fine, de verb. signific.* Quamobrem dum causa non
6 reperitur vera, † non suffragatur gratia, Eugen. *cons. 4. num. 11. & seqq. lib. 1.* Spada *cons. 142. num. 3. & 4.* Neque debet executioni demandari, ad tradit. per Vermigliol. *cons. 423. num. 3.* præsertim quia agitur de rescripto Papæ,
7 in quo semper † subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur, & Papam sub hac conditione concessisse, quatenus preces sint veræ, & non aliàs, *cap. 2. de rescript. ibique glos. & DD. communiter*, Rot. *decis. 145. numer. 18. par. 6. recent.*

Nec interat partis obiectum, quod obreptio fuerit com-
8 missa à DD. Conseruatoribus, prætextu quod † Chirographum videatur ad ipsorum expositionem concessum, etenim ab illis fuit relata dumtaxat instantia Rauennæ non propria, & in hoc clara sunt verba Chirographi, ibi, *Conseruatori della nostra Camera di Roma, hauendoci voi fatto esporre, che Francesco Rauenna fà instanza, che gli sia dato supplimento alla Tabella della Gabella della Carne mancandogli scudi 500. per supplire a tutti gl'esiti &c.* Conseruatores ergo nihil de ore suo exposuerunt,
9 vel affirmarunt, quia † non dixerunt Pontifici, quod ita essent, sed quod Rauenna iramitabat, iuxta distinctionem Bald. *in l. nullum, num. 3. vers. sed quaero, C. de Testib. & in rubr. Cod. de fid. Instrum. num. 29. & 30.* quem sequitur Cephal. *cons. 113. sub num. 16. vers. debuit enim, lib. 1.* & probauit Rota *in Romana Census, seu depositi 6. Martij 1641. sub principio, vers. respectu vero coram bon. mem. Dunozetto*, & euidenter patet Conseruatores non institisse pro supplemento, nec supposuisse Pontifici de-
10 ficientiam Tabellæ, sed tantummodo, † retulisse instantiam Rauennæ, qui propter deficientiam assignamentorum, petebat supplementum. Instantia enim in verbis refertur ad Rauennam, & ideò ad eundem referri debet
11 expositio deficientiæ, † quia sub vnica oratione narratur instantia, & deficientia, ibi, *Rauenna fà instanza, che gli sia dato supplimento alla Tabella della Gabella della carne mancandogli scudi* 500. Ita quod totum refertur ad Rauennam instantem. Et rationi congruit, vt qui instabat pro scut. 500. persuaserit Pontifici illorum concessionem, & exposuerit ea, quæ Principem mouere potuissent ad indulgendum. Verba autem Impersonalia, reducuntur ad
12 † certitudinem, & personalitatem, iuxta subiectam materiam, & referuntur ad eum, cui magis congruunt ex
13 natura contractus, † & rei gestæ, Bald. *cons. 330. num. 2. vers. Item verba, lib. 3.* quem refert Rot. apud Greg. *decis. 511. num. 4. & in Romana Domorum 1. Iulij 1647. coram Reuerendiss. Rosas, vers. Nihil obstat.*

Nihilque releuat quod Rauennæ deficerent assignamenta pro soluendis regalijs Officialium, quia nec ipsi datus fuerat exitus regaliarum in Tabella, sicuti nec alijs Appaltatoribus dari consueuit, quandoquidem regaliæ non sunt debitum Gabellæ, sed quædam spontanea largitio, quæ Officialibus vltrà redditus Officiorum ex liberalitate, non ex necessitate soluitur, quatenus deductis oneribus Gabellæ, assignamenta supersint, & ideò semper est verum, quod nihil Rauennæ deficiebat pro supplendis annuis exitibus Gabellæ; Præterea, data etiam indigentia soluendi regalia Officialibus, licet pro istis assignamenta deficerent, & Summus Pontifex illa concedere voluerit, non ideò sequitur, quod ad debitum Inclyti Populi debeant admitti 15. partitæ sc. 500. pro qualibet, constituentes summam scut. 7500. quandoquidem iuri, & iustitiæ repugnat, vt pro regalijs Officialium, non excedentibus in toto quinquennio Appaltus scut. 1312. 10. ipse recipiat scut. 7500. Populus verò, plus debito soluat scut. 6187. 99. satisque videtur indemnitati Rauennæ consultum, dum ex scut. 7500. ad debitum Inclyti Populi positis pro pluribus caussis non subsistentibus, sibi fuerunt admissa dicta scut. 1312. 10.
† in omnem casum discretiuè concessa ex causa vera, ad 14
tradita per Cyriac. *contr. 198. num. 15. & seqq.* & dum alias
Chirographum deuiat à † tramite Iustitiæ non debet à De- 15
legatis exequi, *cap. rescripta 25. quaest. 2. l. fin. Cod. si contra ius*, Rip. *in cap. si quando, num. 16. de rescript.* cum alijs alleg. per Giurb. *decis. 7. sub num. 6. vers. Nam rescriptum*.
Etenim commissiones Principum, † semper intelliguntur, 16
prout de iure, *l. ex facto in principio*, vbi Ias. *num. 5. ff. de vulgar.* Bald. *cons. 121. num. 2. lib. 1.* & passim de commissionibus Papæ, dixit Rota apud Acchill. *decis. 162. num. 1. par. 1. & decis. 227. num. 4. part. 2.* Cæsar de Graff. *decis. 8. num. 2. de re iudic. & in recent. decis. 39. num. 2. part. 1. & decis. 532. part. 4. tom. 3. num. 8.* Hæc autem fortiùs procedunt in casu, de quo agitur, vbi nulla ratio suadet, quod Summus Pontifex pro scut. 1312. 10. & quidem minutatim soluendis quolibet anno pro rata, voluerit Rauennæ concedere scut. 7500. eidemque sine causa donare scut. 6187. 99. in euidens præiudicium Inclyti Populi, imò po-
tiùs præsumitur † sub inuolucro verborum circumuentus 17
ex alijs causis sibi expressis, in facto non subsistentibus, Decian. *in cap. cum omnes, in 2. lectur. num. 10. de Constit.* Rum. *cons. 30. num. 1. & seq. lib. 1.* Rot. *diuers. par. 2. decis. 50. num. 9. & in recent. par. 8. dec. 4. num. 2.*

Nullius quoque releuantiæ videtur aliud partis fundamentum ex eo deductum, quod Palatium, de iure sit exemptum à Gabella, & nihilominus Pontifex voluerit etiam pro eius exemptione dd. scut. 500. quolibet anno Ra-
uennæ concedere, nec ideò dicatur circumuentus, † cùm 18
habeat omnia iura in scrinio pectoris. Etenim non potest quidem circumueniri Pontifex in his, quæ iuris sunt, secùs verò in ijs, quæ sunt facti, Alex. *cons. 112. sub num. 5. vers. sed in proposito, lib. 7.* Natt. *cons. 636. num. 191.* Seraph. *decis. 1293. num. 4.* Vndè, quamuis Palatium de iure sit exemptum, satis fuit commissa obreptio, satisque dicitur Papa circumuentus, dum illi non fuit expressum,
† exemptionem Palatij fuisse quoque pacto conuentam, 19
Si enim hoc sciuisset, vtique nihil pro illius exemptione concessisset, vel saltem difficilius in præiudicium eius Cameræ Vrbis, & damnum Inclyti Populi ex supra allegatis; Vltrà quod, quando copulatiuè narrantur plures cau-
sæ, † & ex qualibet simul iuncta Princeps mouetur ad con- 20
cedendum, si vna ex illis non subsistit, concessio corruit in totum, Rot. *in Romana locorum Montium 19. Iunij 1651. §. neque obstat, coram Reuerendiss. D. meo Meltio, & in Anconitana Pecuniaria 25. Maij 1657. sub §. Vnde, coram R. P. D. meo Zarate, cum ibi allegatis.*

Secundò, visum fuit non deberi Rauennæ scut. 165. 65. ad debitum eiusdem Inclyti Populi adnotata in quatuordecim partitis ab anno 1641. vsque ad 1654. propter exemptionem à Gabella Iuliorum quatuor pro quolibet Dolio Vini, alias concessam Eminentissimo Dom. Card. Pallotto. Siquidem exemptio prædicta fuerat Eminentiss. Dom. Card. concessa ante locationem Rauennæ factam, idcircò ex causa, quæ iam aderat tempore locationis, non fit
remissio, quia imputandum est † Conductori, qui sciuit 21
statum, & conditionem rei, & nihilominus conduxit, *l. qui bona §. de illis*, ibi, *aut enim ab initio vitiosa ædes conduxerunt, & habent quod sibi imputent ff. de dam. infect.* Bald. *cons. 329. n. 2. vers. aliquando Guerra impedit*, Alex. *cons. 120. n. 4. lib. 1.* Decian. *cons. 310. propè fin.* Calcan. *cons. 24. num. 11. & 12.* Gozzadin. *cons. 74. num. 5.* Præsertim verò attento *cap. 7.* Appaltus; in quo expresse fuit conuentum, vt non possit peti defalcatio, nisi in casibus absentiæ Summi Pontificis ab Vrbe, pestis, & Belli intra districtum,

22 † vt in terminis consimilis exemptionis, contra Appalta-
torem pro Inclyto Populo, dixit Rot. apud Caualer. *de-
cis.60. num.1. & seqq.* vbi respondetur cæteris, quæ pro
Appaltatore allegari possent.

Tertiò, Ad debitum Inclyti Populi minimè spectant scu-
tot.1331.33. in computo ad partes sub anno 1641. à Ra-
uenna descripta, *per tanti, che ne restano debitori Giosep-
pe, Francesco, Alessio, & Ambrosio Magnoni, per il
Subappalto de vini di Borgo, spettante alla Dogana di Pe-
scaria, douuti dal detto Popolo, che ne resta rimborsate, à
conto de quali il medemo Popolo ne fece mandato sopra Ar-
rigo Arrigone di scudi 600. che non si sono potuti riscuotere.*
Etenim (prætermisso, quod non constat Rauennam esse
Creditorem illorum de Magnonis) vtique minus ad In-
clytum Populum spectat huiusmodi debitum, quia cùm
ille sit creditor eorumdem de Magnonis ex causa appaltus
Dohannæ Studij, & quidem potior, & anterior, egit
aduersus Magnonos pro credito proprio; nec quicquam
facit, quod DD. Conseruatores, in computum dd. sc.1331.
33. dederint Rauennæ mandatum sc. 600. directum q.
Henrigo Arrigonio, ex quo prætenditur, eos agnouisse In-
clytum Populum teneri ad illorum solutionem, fuit enim
animaduersum quod DD. Conseruatores, vel non po-
tuerint præiudicare Cameræ Vrbis, & sine causa Incly-
tum Populum obligare, vel quod mandatum prædictum
eidem non præiudicat, quia legitur factum, sine præiu-
23 dicio iurium † vtriusque partis, quo casu nihil ponit ines-
se, dum alias Inclytus Populus ad solutionem debiti præ-
dicti non tenetur, vt in terminis dixit Rota apud Coc-
cin. *decis.58.per tot.* vbi in fine dicit, quod huiusmodi iu-
rium præseruatio, non est contraria facto, vt per Put.
24 *decis.115. num.3. lib.2.* Clausula † enim sine præiudicio,
est non dum præseruatiua, sed etiam conditionalis, & red-
dit actum conditionalem, vt, quando adesset aliquod præ-
25 iudicium sit, perindè ac si actus factus non † fuisset, vt
ex pluribus Rot. *decis.* comprobat Mart. *de claus. part.4.
claus.8. num.4.*

Quartò, non debet Inclytus Populus scut.16000. ad il-
lius deditum coaceruata sub annis 1643. & 1644. in dua-
bus partitis scut.8000. pro qualibet, *per quanto possa im-
portare il danno riceuute nella detta Gabella per causa del-
le Guerre nello stato Ecclesiastico*: Quandoquidem in
cap.7. Appaltus erat expressa conuentio, *Che detto Ap-
paltatore non possa domandare defalco alcuno per qualsiuo-
glia causa, eccetto per l'absenza del Papa con la Corte da
Roma per 40. miglia &c. & anco in caso di Peste, ò timore
di Peste, tanto dentro di Roma, come fuori per 60. miglia,
ouero per Guerra, che il Papa hauesse con altri Potentati
dentro il distretto di Roma, ouero altri Potentati con il
Papa &c. dichiarando che non basti il rumore, e speditioni
de Capitani soliti farsi nella Città di Roma, è suo Distret-
to*; Vndè cùm neuter ex Belli casibus exceptis euenerit,
26 standum † est conuentioni, ne Rauenna aliquod restau-
rum prætendere possit propter Bella vltra districtum in
statu Ecclesiastico inter Summum Pontificem, & alios
Principes gesta, quamuis ex illis passus fuisset damna, &
27 alias de iure restaurum petere posset, quia † pacta rum-
punt leges, & ex conuentione contractus legem acci-
piunt, *l.1. §.si conueniat, ff. de posit. contractus, 24. ibique
28 glos. ff. de regul. iur.* & † hinc pactum inter partes initum,
lex priuata dicitur *legem, 10. Cod. de pactis*, tantaque
29 vis conuentionis est, vt, si solutum fuisset, † quod pa-
cto fuerat remissum, competeret conditio indebiti, qua-
si indebitè solutum esset, quod, ob exceptionem pacti,
30 re vera, & cum effectu exigi non poterat, *l. Creditori 5.
in fine, C. de pact. l. si non sortem, 26. §. indebitum, ff. de
cond. indeb.*

Quintò, Deberi non videntur Rauennæ scut.34200. ad
debitum pariter Inclyti Populi posita in partita, a. ab
anno 1645. vsque ad 1654. *per li Porcastri, cioè $\frac{1}{4}$ leuati
in conformità dell'editto di Monsignor Pallauicino Presi-
dente della Grascia, e Monsignor Commissario della Reu.
Cam. e voto del Signor Card. Capponi*; Etenim cùm Ga-
31 bella fuerit concessa † Rauennæ ad habendum, & exi-
gendum iuxta Tariffam in Instrumento eius Appaltus in-
sertam sic loquentem, *Tariffa, secondo la quale detto Ap-
paltatore dourà riscuotere per li Bestiami. Porco giulij 17.
Porcastro b.85.* Edictum verò D. Grasciæ Præsidis ema-
nauerit die 15. Februarij 1645. ex causa, in principio eius-
dem Edicti enarrata, ibi, *Hauendo l'Vniuersità de Pizzi-
caroli, e Norcini fatto rappresentare alla Santità di N.
Sig. Papa Innocenzo X. l'aggrauio che pretendono riceuere
dal Stimatore della Dogana della Grascia intorno alla sti-
ma degl'Animali con esporre che il sudetto Stimatore pro-
curi introdurre vn'abuso di vnire assieme due Porcastri gros-
si, e stimarli per vn Porco, & vn Porcastro, e stimarli per
due Porci, e conforme a tal stima esigerne la Gabella.* Ideoq;
ab eodem S.M. Innocentio X. fuerit iniunctum D. Grasciæ
Præsidi, *Che non permetta tal nouità, anzi quella omnina-
mente prohibisca, e faccia osseruare l'antica distintione, e ta-
riffa de Porci, e Porcastri*, nihilque aliud contineat Edi-
ctum in dispositiua, nisi quod in æstimatione Animalium,
*si debba osseruare l'antica distintione, e Tariffa de Porci,
e Porcastri, non essendo altrimente disposto nelli Capitoli
fatti col Doganiere, e conseguentemente non esser lecito al
presente Doganiere, o successori, e loro Ministri, e Stima-
tori di fare le sudette, e simili vnioni, anzi douere il Por-
castro, benche grosso, purche non arriui al peso di vn Por-
co, stimarsi per vn sol Porcastro, e similmente il Porco à
qualunque peso ascenda, stimarsi per vn Porco solo, ne po-
tersi da loro sotto pretesto, che il Porco, ò Porcastro siano
di peso straordinario, alterarsi la stima.* Hinc patet euiden-
ter edictum emanasse ad tollendum abusum ab Æstima-
tore inductum, gabellandi Porcos, & Porcastros ad gra-
dus, ac proindè ad compescendum excessum, præcepis-
se dumtaxat obseruantiam Tariffæ, propter quod nihil
fuit Rauennæ ademptum, vel diminutum ex quo sibi de-
beatur prætensum restantum *per li Porcastri, cioè $\frac{1}{4}$ leua-
ti*, dum enim hac lege ipse contraxit, vt Gabellam exi-
geret iuxta Tariffam, omninò illam seruare debebat ad
Text. l. si merces, 28. §. Conductor. ff. locat. ibi, *Conductor
omnia secundum legem Conductionis facere debet, l. legem
16. C. eod. tit.* ibi, *legem quidem Conductionis seruari opor-
tet, l. Cæsar 15. cum ibi notat. ff. de public. & vectigal.*
Quapropter eidem Rauennæ iustè † prohibitum fuit, 32
ne quid vltra illicitè exigeret, *iuxt. Text. in l. 3. Cod. ve-
ctig. non. inst. non poss.* ibi, *& exigi aliquid, quod illicitè
poscatur competens Iudex vetabit*; Atque hanc Iusti-
tiam edicti, optimè agnouit ipsa Rauenna, quia edi-
cto paruit, & acquieuit, nulla † protestatione, vel re- 33
clamatione proposita, propterea tempora non largiuntur
hodie, vt post annos 14. debeant audiri, *l. finali, Cod. de
temp. rest. in integr.*

Vlteriùs nec releuat potissima ratio ab informantibus
pro Rauenna adducta, nempè, quod sibi concessa cer-
ta quantitate pro Porco, & Porcastro, fuerit † pariter 34
concessum exigere ad ratam pro medijs Porcastris, &
alijs huiusmodi animalibus maioribus Porcastro, & mi-
noribus Porco, ex notatis per *gloss. in cap. primo de decim.
in fin.* Roman. *consil.* 434. *num.* 2. & 3. Franc. *decision.*
228. *per tot.*

Etenim præterquam † quod *glos. in d. cap.* 1. eatenus dicit 35
primitias deducendis pecudibus etiam pro rata deberi de
minori numero, in quantum primitiæ, tanquam debitæ
exiguntur, sicut Decimæ, vt explicat eadem glos. Deci-
mæ verò soluuntur † de omni fructu, & qualibet parte 36
fructuum, *cap. ex parte 21. & cap. seq. de Decim.* Roman.
autem d. consil. 434. inquit quidem quod promittens tot
pro centenario exactori, teneatur illi ad ratam pro exa-
ctis infrà † centum, eo quia pro rata seruitij isti de- 37
bet satisfieri, quemadmodum ipse pro rata exactionis com-
modum † sentit; sic etiam Franch. *d. decis.* 228. ait Ciues
obligatos dare Baroni duas oues pro singulis centum pa-
scua sumentibus in eius Territorio, profectò teneri ad ra-
tam æstimationis duarum ouium, si pro minori † ouium 38
numero vtantur pascuo, quia hoc ius Baroni soluitur
ratione pascui, cuius vtilitatem, & fructum pro rata
consequuntur habentes pauca animalia, quemadmodum,
& qui plura, idque etiam procedit, quia quando certum
quid ex certo numero debetur, tunc debitum † cor- 39
respectiuè ad numerum, & proportionabiliter iuxta
numerum repartiri debet, numerus enim est expres-
sua ratione demonstrationis quantitatis, quæ solui de-
bet pro ouibus pascentibus, non autem † taxationis 40
quantitatis, pro qua solui debet, vt ponderat idem
Franch. *sub num.4.* At in præsenti fuit Rauennæ conces-
sa exactio ad rationem tot pro quolibet animale in ca-
pita, non autem ad gradus, vt in Tariffa, & nisi data
multi-

multiplicitate animalium, nihil plus exigere ipsi fuit conces-
sum, siue magnus, siue paruus fuerit Porcus, & Porcaster,
quia Tariffa taxat vtrumque, & quantitatem, & pro qua
solui debet, videlicet iulios octo cum dimidio pro quolibet
41 Porcastro, & julius 17. pro quolibet Porco, † ideoque
inter istum, & illos casus militat diuersa ratio, neque ex vna
ad alium benè infertur, *vulg. l. Papinianus exul. ff. de mi-
nor.* Præterea locatio gabellæ facta fuit Rauennæ ad corpus,
vt loquitur Tariffa, non autem ad gradus ponderis, vel
42 mensuræ, quando verò fit dispositio † in contractibus ad
corpus, nulla habetur ratio ponderis, vel mensuræ, quia
ista veniunt sub eadem dispositione corporis, vt in for-
tioribus tradunt, Gambr. *cons. 64. num. 12. & seqq.* Greg.
dec. 104. num. 2. ibique Add. & est conclusio verissima ab
omnibus approbata, vt inquit Surd. *decis. 64. n. 1. & seqq.*
vbi plures refert.

Eiusdem quoque irrelevantiæ videtur prætensa consue-
tudo exigendi gabellam per [illegible] sub prætextu quod Appal-
43 tatores prædecessores, ac Reu. Cam. Apost. † eo-
dem modo exegerint, prout fecit Rauenna, vnde prætendi-
tur locationem ipsi factam fuisse iuxta obseruantiam ad
Text. *in l. si de interpretatione ff. de legibus*, & alijs pro eius
parte allegatis. Hæc enim consuetudo non probatur ex
attestationibus per fides extraiudicialiter factas ab olim
Ministris ipsius Rauennæ, præsertim verò, quia in altera
illarum dicitur Salsamentarios & Nursinos conquestos fuis-
se, vt pariter innuit edictum D. Grasciæ Præsidis, in prin-
cipio, & insuper de lite ab eisdem mota, constat in actis,
44 & dum non apparet ipsos acquieuisse, hinc fit † consuetu-
dinem nunquam fuisse inductam, Grat. *disc. 740. nu. 23.*
Mar. Ant. Sabell. *var. resolut. cap. 17. n. 25.* Nec releuaret
dicta consuetudo, quia non docetur, illam fuisse publicè re-
45 ceptam, † & quod Pontifex illam approbauerit formaliter,
vel interpretatiuè, in iudicio Guttier. *de Gabell. q. 3. nu.*
14. vbi ait, non sufficere extraiudicialem Principis scientiam
46 & tollerantiam, adhoc vt dicatur introducta † legitima
consuetudo interpretatiua in hac materia, vbi scientia
Principis extraiudicialiter non releuat ad canonizandum
47 consuetudinem, † nisi immemorabilem, ex Farinac. *de
furt. qu. 173. num. 98.* & alijs per eundem alleg. Scientia
verò Pontificis non probatur. Imò neque Conseruato-
rum; Nec præsumitur, quia agitur de æstimatione
animalium, & exactionibus factis à Ministris Appalta-
48 torum, non autem à † personis deputatis à Pontifice,
vel Conseruatoribus, cùm *in cap.* 5. Appaltus caueа-
tur expressè, quod electio Officialium, & Ministrorum
Gabellæ pertineat ad Appaltatores. Insuper huiusmodi
consuetudo exigendi vltra Tariffam, non esset interpreta-
49 tiua, † sed correctoria, & noui iuris inductiua, ex tradit. per
50 Rot. apud Greg. *dec. 162. n. 3.* Vltra quod † cum Tariffa, sit
clara, non admittit interpretationem ab obseruantia, Castr.
in l. heredes palam §. siquidem post n. 4. ff. de Testam. Grat. *di-
scept. 712. num. 56. & disc. 245. n. 80.* Becc. *cons. 3. n. 44.* Surd.
consil. 192. num. 31. vol. 2. Mantic. *de tacit. lib. 1. tit. 15. nu. 9.*
Rot. *dec. 39. n. 11. par. 2. & decis. 319. n. 2. par. 7. rec.* Vnde in-
fert Larr. *alleg. fiscal. 10. n. 21. sub fine*, nihil obseruantiam
51 nocere, † si ex veritate tituli appareat aliquid in gabellis non
fuisse concessum.

Cessaret etiam penitus consuetudo legitimè inducta, dum
52 in præsenti adest † particularis conuentio, quod exactio
fieret iuxta Tariffam, Natt. *cons. 384. num. 11.* Becc.
consil. 94. num. 28. lib. 1. Grat. *discept. 722. num. 33.*
53 Pacta enim † quamcumque legem, & consuetudinem
in contrarium rumpunt, *leg. 1. Cod. de pact.* Rota
decis. 301. num. 3. par. 4. rec. Conuentio autem exi-
gen. iuxta Tariffam, est aperta, vt supra fuit osten-
sum, dum Gabella fuit concessa Rauennæ præsenti &c.
54 † ad habendum, & exigendum iuxta Tariffam, quip-
pè illa dictio (iuxta) in conuentionalibus habet vim
55 relatiuam, & † limitatiuam, Bald. *cons. 331. sub nu-
mero 1. versic. Præterea hoc contingit vol. 5.* Cost. *de
clauf. conuent. clauf. 100. numero 1.* Potissimùm quia
Tariffa his verbis est concepta, *Tariffa, secondo la
quale detto Appaltatore dourà riscotere*, & sic pariter il-
56 la dictio, *secondo*, est limitatiua, & restrictiua, ex
tradit. à Dec. *in lib. 1. numero 4. Cod. de bon. possess.
contra tabul.* ac alijs relatis per Barbos. *de dict. vsus fre-
57 quent. dict. 358. numero 1. & 2.* Atque illud † verbum,
dourà, importat necessitatem, & formam præcisè ser-
uan. Marsil. *consil. 117. numero 19.* Bertaz. *cons. tit. 99.
numero 2.* Add. ad Stat. Agric. Vrb. *cap. 2. litt. C.* Ac
† omnes taxatiuæ, & limitatiuæ, suaptè natura impli- 58
cant negatiuam in contrarium perinde ac si dictum esset,
& non aliàs, Bald. *in leg. qui ex consensu numero 2. vers.
nam omnes dictiones taxatiuæ Cod. de Episcop. audient.*
& alij congesti ab Amat. *decis. March. 9. à numero 18.
ad 43. vers. non obstat*, & quamuis taxatiuæ non † ex- 59
cludant ea, quæ sunt consuetudinis generalis, vtique
ea contrahentibus notæ, ex Ias. *in lib. 1. numero 11. li-
mit. 3. ff. si quis ius. dic. non obtemp.* Menoch. *cons. 121.
numero 11.* Mantic. *de tacit. lib. 5. tit. 9. numero 22.*
excludunt tamen ea quæ sunt consuetudinis † particu- 60
laris, præsertim irrationabilis, contra legem contractus,
alteri contrahenti minimè notæ, vt explicat idem Man-
tic. *de tacit. lib. 3. tit. 9. num. 23.*

In nihilo releuante cap. 6. Appaltus, in quo fuit Ra-
uennæ concessum, *Che possa riscuotere le sopradette Ga-
belle da ciascheduno, che le dourà col braccio Regio, sen-
za alcuna tela giudiciaria, e nell'istesso modo, e forma,
che fino al presente si è vsato riscuoterle, con espressa con-
ditione, che li Signori Conseruatori pro tempore, ne nes-
sun altro Giudice di Roma possa far non grauetur, ne
Inhibitione, ne in qualsiuoglia maniera dare impedimento
alcuno all'Essattore di dette Gabelle, sotto qualsiuoglia
pretesto.* Illa enim verba, *E nell'istesso modo, e forma
che fino al presente si è vsato riscuoterle*, intelliguntur
non de modo, & forma quibus substantia Gabellæ au-
geretur, sed de modo, & forma exigendi executiuè, se-
cundum verba † immediatè antecedenti, *con il braccio* 61
regio, senza alcuna tela giudiciaria, vt benè firmat
Rota *in Eugubina refectionis damnorum 4. Iunij 1640. §.
non tamen coram Carillo*, & facit eadem Rota coram
Merlin. *decis. 83. num. 20. ac in Mediolanen. Beneficio-
rum 31. May 1658. §. nec dicatur coram R. P. D. meo
Celso*; Eòque magis quia verba immediatè subsequen-
tia, respiciunt † pariter modum, & formam exigendi 62
executiuè, ibi, *Con espressa conditione che li Signori
Conseruatori pro tempore, ne nessun'altro Giudice di Ro-
ma possa far non grauetur, ne inhibitione, ne in qualsi-
uoglia maniera dar'impedimento alcuno all'Essattore di det-
te Gabelle*, media namque † dicuntur eiusdem qualitatis, 63
cuius sunt extrema, Soccin. Sen. *cons. 73. numero 22.
lib. 1.* Roman. *cons. 77. numero 162.* Altograd. *cons. 3.
sub numero 39. in fine, & numero 40. lib. 1.* Rota *in
Parmen. Pensionis 28. Aprilis 1645. §. sed licet coram
bon. mem. Bichio*; Et ipsa † copula, quæ ligat verba, 64
E nell'istesso modo &c. cum præcedentibus verbis, *con il
braccio regio, senza alcuna tela giudiciaria*, denotat 65
æqualitatem † terminorum in copulatis, Roman. *cons.
231. num. 2. vers. eadem ratione*, & optimè Menoch.
decis. Lucens. 55. num. 11. cum alijs ibi allegatis.

Immò si gabella simpliciter Rauennæ concessa fuisset,
Nell'istesso modo, e forma, che si è vsato riscuoterla,
adhuc intelligeretur, de modo, & forma † licitis, & 66
ratione permissis iuxta Tariffam, & legem appaltus, vt
in fortioribus terminis comprobat Corneus *consil. 181.
vol. 3.* qui consultus super simili appaltu Datij, & Ga-
bellæ, respondit sub num. 6. verba, *à patti vecchi, e
modi vsati*, esse intelligenda de modis licitis, & hone-
stis &c. alias sequeretur, quod si Datiarij aliquando exe-
gissent vltra taxam à statutis permissam, & sic illicitè
fecissent, tunc per illa generalia verba, censeretur con-
cessum quod etiam isti noui Datiarij illud plus exigerent,
quod esset absurdum, & num. 12. addit; Datiarium
non se benè fundare in eo quod secundùm formam con-
uentionis ei sufficit sic fuisse solitum, & vsitatum, quia
verba prædicta non releuant, cum sint intelligenda de
modis licitis, non autem † de illicitis, deberet enim 67
dici abusus, potiùs quàm vsus, vndè dicendo, *à modi
vsati*, debet intelligi de vsu licito, non de abusu, at-
tento etiam quod verba pacti sunt interpretanda con-
tra eum, qui ex pacto nititur, ex quibus deducitur,
quod, etiamsi Testes probarent, quod fuerat vsitatum,
non releuaret † Datiarios, & propterea non esset ne- 68
cessarium multum insistere circa Testes, vtrum probent
fuisse vsitatum, hactenus Corn. cuius responsum in
hac materia probarunt Cost. *de clauf. conuent.
clauf. 99. numero 1.* Mart. *de clauf. 38. numero 1. par.*
1. Theo-

1. Theodos. Rub. singul. Rot. tom. 2. par. 4. clauf. 524. Altograd cons. 1. num. 28. vers. nam quando, & numero 29. vol. 1.

Hinc etiam patet, non suffragari Rauennæ, quod exactio per libram non fuerit sibi prohibita, quia cùm agatur de exactione gabellæ eidem non de iure, sed tantùm
69 ex concessione, & conuentione competenti, † satis ipsi dicitur expressè prohibita, dum non legitur apertè in Instrumento appaltus concessa, præsertim attenta Tariffa, pro lege exactionis eidem data, & proindè omnem aliam excludente, Arg. cum lex ff. de legib. l. ex eo, ff. d. Testib. leg. cum Prætor, ff. de Iud. lib. 2. §. fin. cum leg. seqq. & leg. & habet, ff. de precar. l. Maritus, Cod. de Procurat. Bart. in leg. quæsitum, §. fin. ff. de fund. instruct. Crot. cons. 32. numero. 8. lib. 1. Crauett. cons. 830. numero 5. & cons. 1000. seu primo pro Genero numero 65. Bero. cons. 72. num. 7. vol. 2. Buratt. dec. 222. num. 2.

Demptis igitur à debito Inclyti Populi prædictis summis scut. 6187. 99. scut. 165. 65. scut. 1331. 33. scut. 16000. ac scut. 34200. iam creditum Rauennæ scut. 59623. 65. remanet in scut. 1738. 68. Debitor verò ipse visus fuit scut. 19650. pro totidem ab ipso exactis ex
70 medijs † porcastris, & alijs huiusmodi animalibus ad gradus, præter, & vltra Tariffam sibi præscriptam, ad Text. express. in lib. 3. Cod. vectig. nou. inst. non poss. ibi, & id, quod exactum videtur si contra rationem iuris extortum est, restitui iubebit.

71 Restitutio autem, licet videretur † facienda Prouincialibus, à quibus fuit exactum, leg. locatio 9. §. quod illicitè ff. de public. & vectigal. leg. vnic. Cod. de super exact. lib. 10. Attamen in præsenti, cum gabella Car-
72 nis † ab initio, fuerit Inclyto Populo concessa ad rationem quatreni pro qualibet libra, vt habetur in Constitut. Iulij III. & Sanct. memor. Pij V. ac declarationibus penes Choel. impress. duo considerata fuerunt vel Prouinciales in debitum ad gradus, siue pondus non soluisse, ideòque exactum à Rauenna præter, & vltra metam eius appaltus restituendum fore Inclyto Populo, ad quem spectat totum, quod Appaltatori non fuit locatum; Vel illicitam fuisse exactionem (de quo aliàs videre fuit resolutum, quoties compareant iniuriam passi) & nihi-
73 lominus hoc interim indebitè exactum, eidem † Inclyto Populo fore soluendum, quia Publicanus, quatenus Datium colligit à subditis etiam obligatus Fisco dare certam mercedem, & incerta Datia exigere, semper dicitur Pro-
74 curator Fisci, † & nomine Fisci exigere, l. 1. §. hic titulus ff. de Public. & vectig. & ibi gloss. in verb. pendant, his verbis, Pendant tanquam Procuratores (loquitur de Publicanis) exigendo pro Fisco, quod & subijcit, vel etiam tributa consequuntur, scilicet iure suo, & ad suum commodum, reddendo Fisco certam mercedem, & l. si cum Hermes ff. eodem tit. verb. conduceret, vbi glos. pro certa mercede singulis annis, vt ipse minutatim colligat, & talis conductor dicitur Publicanus, idemque aiunt Bart. in l. in prouinciali §. si ego numero 4. ff. nou. oper. enunciat. Lassart. de Decim. in addit. ad cap. 18. sub numero 13. Idque faciliùs fuit quoque admissum, quia Inclytus
75 Populus tenetur pro delicto † eius Procuratoris, & fortasse soluere cogeretur iniuriam passis quandocumque venientibus, nisi Publicanum exhiberet, Firmian. de Gabell. par. 4. sub num. 26. vers. 18. quæro, Farin. de furt. dicta q. 173. nu. 61.

Præterea visum fuit restitutionem esse faciendam Cameræ Vrbis, & Ærario Pontificis, quatenùs enim exactio vltra Tariffam, ad Inclytum Populum non pertineret, si Creditores fuerint incerti, & non compareant, vi-
76 deretur huiusmodi pecunia, per Rauennam iniustè † exacta, vel pauperibus distribuen. vel in alijs operibus pijs eroganda, Castr. Pal. oper. moral. par. 7. de Iust. Commut. disp. 1. punct. 18. §. 8. num. 1. & seqq. Layman. in Theolog. moral. lib. 3. de Iust. tract. 2. cap. 9. numero 2. Eminentissimus Cardinalis de Lugo de Iust. & iur. tom. 1. disp.
77 6. sect. 12. numero 134. Hoc autem † ad Summum Pontificem spectat, vt latè exornat Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 14. dub. 6. num. 40. vbi pluribus comprobat hanc sententiam, quam pariter admittunt, Nauar. de sept. præcept. Decalog. cap. 17. sub numero 93. §. per quæ vers. quia Papa, Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 53. vers. illud etiam obserua; Nec interim decet indebitè exactum ab illicito detentore retineri, qui potius † in pœnam Iustitiæ 78
potest per Pontificem incapax reddi, vt talium bonorum dominium non acquirat, vt benè deducit Less. vbi supra dicto n. 40. vers. quia potest Debitores. Vnde non immeritò res † furtiuas esse consignandas Principi, qui eas sub 79
deposito retineat, Creditoribus restituendas, laudabile censuit Lorich. in instit. Princip. tit. de legib. fol. 333. quem refert Faust. in cons. pro Ærar. class. 20. cons. 20. cons. 50. ordin. 1574. col. 2. §. proindè.

Neque Rauennam à restitutione excusat bona fides, ex eo deducta, quod † ipse exegerit, prout viderat alios 80
Appaltatores exegisse ad trad. per Bald. cons. 289. numero 6. lib. 4. Facchin. cons. 61. lib. 2. Alex. cons. 8. num. 4. lib. 6. Etenim ex attestationibus ab eodem Rauenna productis, constat potius pecunias à Prouincialibus fuisse extortas, & quidem ipsis reclamantibus, idemque comprobat edictum D. Grasciæ Præsidis, ad illorum querelas emanatum, atque certius redditur ex lite super restitutione contra eundem Rauennam ex tunc contestata, quorum quidquam aduersus Appaltatores eius Prædecessores non fuit auditum, ita quod censuit vnus ex Dominis euidenter apparere de actis extorsiuis nouæ gabellæ
† inductiuis, ad eius proprium commodum, & proindè 81
fore puniendum ad pœnam dupli, iuxta Text. in l. locatio §. quod illicitè ff. de public. & vectig. leg. vnic. Cod. de super exactor. iuncto Prætoris edicto relato à Vulpian. in l. 1. ff. de public. & vectig. ac etiam puniri posse ad pœnam perpetui exilij, per Text. in lib. 4. Cod. noa. vectig. inst. non poss. & ad pœnas furti, & rapinæ, de quibus per Afflict. in Const. Regni lib. 1. rubr. 76. numero 6. & Baiard.
ad Clar. in §. furtum numero 10. Imò insistebat † esse lo- 82
cum pœnæ contra vsurpantes Iurisdictionem, vt per Gramm. cons. Ciuil. 69. num. 23. Capycc. Galeott. respons. Fisc. 10. num. 17. & seqq.

Insuper responsum fuit, quod, etiam data bona fide pro
Rauenna allegata, † non ideò ipsum excusari à restitutio- 83
ne, vt in specie tradunt Bertach. de gabell. par. 4. quæst. 4. n. 11. vers. sed si ignoranter, Ioan. Crisp. in term. act. numero 111. per Text. in cap. 1. §. Conuenticulas, vbi etiam Bald. de Pace iuran. Firman. Franc. Marc. decis. 421. numero 1. vers. si vero ignoranter. Bona fides enim Publicanum
excusat † dumtaxat à pœna, ne cum eo possit agi vi bono- 84
rum raptorum, & criminaliter, lib. 2. §. si Publicanus, ff. de vi bonorum rapt. glos. in leg. etiam 8. vers. solue ibi bona fide Cod. de furt. & in his terminis loquuntur DD. pro Rauenna alleg. quos consuluisse patet pro reis eximendis à pœna, non autem à restitutione, licet in illis casibus ageretur de gabellis, simpliciter locatis sine Tariffa, quæ ipsis,
legem exactionis præscripsisset; † Nec facit Alex. d. cons. 8. 85
vbi inquit, Hebræum, cui fuerant concessa Capitula pro vsuris, potuisse exigere vsuras vsurarum sibi expressè non concessas, dum alij Banchetij habentes eadem Capitula
illa exigere consueuerant, nam, † omisso quod vsuræ vsu- 86
rarum dissimulantur Hebræis ad euitandum maius malum, & nisi à volentibus exiguntur. Contrarium tenet Couar. var. resol. lib. 3. cap. 1. numero 28. vbi etiam, quod si obser-
uantia sit immemorabilis, † non valet, nec aliquid opera- 87
tur Io. Andr. in reg. peccatum de regul. iur. in 6. Conrad. de contract. quæst. 25. 26. 27. & 28. Clar. in §. Vsura numero 7. vbi dicit, hanc de iure esse communem.

Denique non suffragatur Rauennæ, quod ex causa huiusmet appaltus Camera Apostolica pro rata ad eandem spectante, ne dum ab ipso minimè petierit restitutionem exactionis prædictæ, sed potius eidem concessit restaurum propter prohibitionem impostetum exigendi pro animalibus ad gradum. Hoc enim non releuat, vel quia inter eos fuerit diuersa conuentio; vel quia Camera eidem non præscripserit exactionem esse faciendam iuxta Tariffam, &
demum † quia non exemplis, sed legibus est iudicandum, 88
leg. nemo Iudex §. non enim verb. non exemplis, & ibi, Salicet. & DD. Cod. de sentent. Interlocut. omn. Iud. leg. rem non nouam Cod. de iudic. §. omnis autem Iudex in authentic. de iudic. collat. 6. & §. 1. Inst. de offic. Iudic.

Quantitas autem summæ à Rauenna debitæ, liquidata fuit ex eisdem computis ab eo productis, & iuratis pro
veris, & sic ex propria ipsius † Confessione, cuius nul- 89
la maior datur probatio; Et profectò, dum ipse posuit

ad

ad debitum Inclyti Populi scut. 3600. quolibet anno, à die, quo emanauit edictum D. Grasciæ Præsidis, ne gabellam exigeret ad gradus, satis, superque visum fuit ad hanc eandem rationem liquidatum eius debitum propter exactionem retroacto tempore factam, præter & vltra Tariffam, nam ponderando verba partitarum ad debitum Inclyti Populi, ibi, *scudi 3600. per la parte che tocca à detto Popolo di scodi 6000. per li Porcastri, cioè 1/4 leuati in conformità dell'Editto di Monsignor Pallauicino Presidente della Grascia, e Monsignor Commissario della Camera, e Voto del Signor Cardinal Capponi, e questi per il presente anno, che gl'altri spettano ad essa Camera*, quippe illa verba, *per il Porcastri, cioè 1/4 leuati in conformità dell'Editto &c.* apertè conuincunt petita fuisse exacta scut. 3600. pro totidem eidem exigere vetitis, & rursus alia verba, *per il presente anno, che gl'altri spettano ad essa Camera*, optimè comprobant habitam fuisse rationem, nedum ad quantitatem percipi consuetam in annum, sed etiam ad ratam spectan. ad Reu. Cameram, & Inclytum Populum respectiuè, nec videntur habere respectum ad aliud interesse extrinsecum lucri cessantis, vel damni emergentis, de quo partitæ non loquuntur. Eòque magis huiusmodi liquidatio sufficere visa fuit, quia dum Rauenna petijt ad hanc eandem quantitatem condemnari Inclytum Populum, *per li Porcastri, cioè 1/4 leuati*, vtique gessit partes Actoris, eiusque computis vsus fuit libello. Hinc autem fuit effectus communis, nec potest modo
90 † ab ipso Rauenna impugnari, sed eidem nocere debet, vt ex pluribus comprobat Oliban. *de act. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 24. *&* 25. & facit Rimin. Iun. *cons.* 409. *numer.* 4. *& seqq.* Ex quibus cessant, quæ ab Informantis pro Rauenna afferuntur ex Vermigl. *cons.* 136. *&* 137. circa Constit. Pauli III. quia non criminaliter
91 agitur † ad pœnam ex partitis iuratis, sed ad repetitionem indebitè exacti, iuxta liquidationem resultantem ex Confessione libellantis, vt per Oliban. & Rimin. vbi supra.

Potissimum etiam huiusmodi liquidatio sufficit, ex quo aliter fieri nequit, & quidem ex facto ipsius Rauennæ, qui exactiones ad gradus factas non adnotauit in Datiorum libris, verùm ex medijs Porcastris, & maioribus Porcastro, ac alijs, metam porci excedentibus, tot porcos, & porcastros constituit, & partitas dumtaxat pro
92 Porcis, & Porcastris conscripsit † quo casu pro liquidatione statur leuioribus probationibus, *DD. in l. actionibus*, vbi Dec. *numero* 13. *ff. de lit. ior.* quem sequitur Rot. *decis.* 237. *numero* 5. *par.* 4. *recent. tom.* 2. & facit eadem Rota in fortioribus terminis ad effectum relaxandi declaratorias, *decis.* 254. *numer.* 9. *par.* 6. *recent.* sem-
93 per enim coniecturalis probatio sufficit, † quando aliter liquidatio fieri nequit Rota *decis.* 430. *numer.* 12. *par.* 5. *recent. tom.* 2. Præsertim verò vbi agitur non de substan-
94 tia debiti, sed de quantitate † Ias. *in repet. leg. admonendi numer.* 202. *ff. de iur. iur.* Cephal. *cons.* 297. *numero* 12. cum alijs relat. per Gregor. *decis.* 324. *numer.* 4. Imò
95 in his casibus, & coniecturis etiam arbitrio Iudicis, Eminentissimus Otthobon. *decis.* 87. *numer.* 6. *cum ibi alleg.* idque libentiùs militat in præsenti, quia ex speciali com-
96 missione Sanctiss. † in huiusmodi causis coram Me proceditur sola facti veritate inspecta simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, manu regia, Becc. *consil.* 47. *numero* 15. *lib.* 1. Surd. *cons.* 54. *numer.* 3. *& decis.* 105. *num.* 11.

Proindè ex debito Rauennæ scut. 19650. pro exactione facta in annis quinque, & totidem mensibus cum dimidio, ad rationem scut. 3600. in annum vltra concessionem sibi factam, detractis scut. 1738. 68. quorum ille ex serie suorum computorum remansit creditor, fuit dictum contra eundem relaxandum esse mandatum pro reliquis scut. 17911. 32. monetæ.

Et ita vtraque parte informante, & in contradictorio audita &c.

R. P. D. CORRADO,

Posteà S.R.E. Cardinali.

Bononien. fideicomm. de Barbetijs.

Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Immissio in bonis fideicommissarijs nullo modo est concedenda illi, qui non probat suam vocationem, sed excluditur eius vocatio ex verbis ipsius testamenti, in quo Testator institutis primum filijs masculis legitimis naturalibus, eis substitutis filijs, nepotibus, ac descendentibus masculis legitimis, & naturalibus ordine successiuo, & salua gradus prærogatiua, donec eorum linea legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio continuaret.

Et his omnibus deficiẽtibus, & sic finita linea masculina Testatoris vocauit consanguineum de eius domo, & familia cum onere fideicommissi primogenituralì, ad fauorem masculorum de dicta domo. Quibus stantibus censentur quoque exclusi masculi descendentes ex fœminis agnitis, & prout latiùs in decisione.

SVMMARIVM.

1 *ad Fideicommissum vocatio probanda est de verbis testamenti.*

2 *in Fideicommisso pro filijs masculis non comprehenditur filius ex linea fœminina natus.*

3 *Fideicommissum, vocatis descendentibus ex filijs masculis excludit descendentes licet masculos ex linea fœminina.*

4 *Fideicommissum ad filios dispositiuè relatum comprehendit etiam Nepotes.*

5 *ad Fideicommissum vocati debent succedere seruato substitutionis ordine.*

6 *Filius natus ex filia fœmina non comprehenditur in vocatis ex linea masculina, quamuis sit masculus.*

8 *Filiorum appellatione veniunt etiam Nepotes posita in ijs qualitate, quæ requiritur in filijs.*

7 *Filij simpliciter vocati comprehendunt etiam Nepotes.*

9 *ad Fideicommissum de linea masculina admittendus duas debet habere qualitates.*

10 *Altera, quod sit ex linea masculina descendens ex masculis, quod sit masculus.*

11 *Descendentes masculi ex fœminis dici non possunt de linea masculina stipitis earum.*

12 *Linea masculina inchoatur à masculis, & continuatur in masculos, & finitur in fœminis.*

13 *Ex linea fœminina descendentes licet masculi dicuntur de linea fœminina, non de linea masculina.*

14 *Testatoris quæ dispositio dicatur ordinata ad agnationis conseruationem.*

15 *ex Testatoris dispositione tacita ratio conseruationis, vnde resultet.*

Primo ex institutione maioratus, & primogenitura.

16 *Secundo, ex longa substitutionum diuersarum personarum, graduum, ordinum ferè in infinitum porrecta.*

17 *Tertio ex propriarum filiarum exclusione, ac masculorum substitutione.*

18 *Quarto ex multiplici, & repetita sæpè sæpius qualitate masculinitatis.*

19 *Masculinitatis qualitas in singulis casibus expressa importat causatiuam conseruationis agnationis.*

20 *Ex onere iniuncto assumendi familiæ, ac domus insignia.*

21 *Præcepti ratio assumendi familiæ, ac domus alius insignia,*

signia, est, vt persona, ac agnationis propriæ memoria conseruetur.

22 *Molina traditio circa assumptionem insignium alicuius familia vbi seruatur.*

23 *Ex postrema substitutione proximiorum cum præcepto assumendi nomen personæ, & cognomen casata.*

24 *Ex prohibitione cuiusuis detractionis, & alienationis bonorum immobilium.*

25 *Agnationis conseruandæ ratio prohibitioni alienationis adiecta efficaciter demonstrat Testatoris mentem.*

26 *Pro agnatione conseruanda quanam verba declarent voluntatem Testatoris.*

27 *Agnationis cognita contemplatione, masculi descendentes ex fœminis non censentur de linea masculina, sed illi tantùm, qui à masculis per masculum descendunt.*

28 *Familia, & agnationis contemplatio non refertur ad descendentes ex fœminis.*

29 *Descendentes ex fœminis non matris, sed Patris familiam, & agnationem sequuntur atque conseruant.*

30 *Descendentes de fœminis venire possunt ad agnationem conseruandam, quando ad hoc à Testatore fuerunt expressè vocati.*

31 *Agnatio in descendentibus ex fœminis non naturaliter, & physicè, sed moraliter assumptione insignium familia conseruatur.*

32 *Masculi descendenses ex fœminis censentur exclusi stantibus masculis de linea masculina vocatis.*

33 *Verba Testatoris quando sunt clara, nullam admittunt voluntatis quæstionem.*

34 *Masculorum descendentium appellatione regulariter, comprehenduntur descendentes ex fœminis per masculos.*

Limitatur, quando materia subiecta, vel agnationis ratio, vel Testatoris voluntas aliter suadent.

35 *Conditio, non extantibus filijs, & descendentibus masculis, intelligitur de filijs ex masculis prouenientibus.*

36 *Verba sequentia explicant, & demonstrant sensum præcedentium.*

37 *Linea masculina ex filijs masculis proueniens vocata excludit masculos ex fœminina natos.*

38 *Vocatio habet relationem solum ad illos, qui expressè sunt vocati.*

39 *Masculis nullis superstitibus, sed tantùm fœminis deficit linea masculina.*

40 *Vocatis omnibus, & quibuscunque masculis, sed expressa qualitate masculorum veniunt tantum masculi huiusmodi qualitate prædita.*

41 *Verba vniuersalia, vocatis omnibus, & quibuscunque masculis, quando intelliguntur non comprehendere masculos tam ex linea masculina, quàm ex fœminina.*

Sed declarare vniuersalitatem pro vna tantùm specie.

42 *Vocatio de masculis extenditur ad illos, qui antecedentibus, & subsequentibus verbis, à Testatore fuerunt determinati.*

43 *Agnationis conseruatio à Testatore commissa filijs, & descendentibus fœminarum æque adimpleri potest per eos, qui ex fœminis, ac per eos, qui de masculis earum proueniunt.*

44 *Testatoris voluntas vt sonat seruanda est, nec indagine peruerti debet.*

45 *Ad fideicommissum veniunt, qui tempore purificatæ substitutionis extant, non autem qui nondum sunt nati, neque concepti.*

46 *Ad substitutionem non sufficit, quod quis sit de liberis vocatis, sed necessarium est, quod tempore purificatæ conditionis viuat.*

47 *Substitutio non potest auocari ab alio ob superuenientem natiuitatem alterius.*

48 *in Fideicommissis conditionalibus successiuis admittuntur etiam nati post conditionem purificatam suspenso successionis effectu, vel reuocabiliter translato.*

49 *Quod procedit, quando ex voluntate Testantium talis dispositio resultat, non autem de iure.*

50 *Testatoris voluntas ex quibus euidenter habeatur.*

51 *in fideicommissis conditionalibus dispositio Testatoris respiciens certas personas tunc extantes, purificata conditione statim operatur effectum suum, nec retractari potest ex superueniente filiorum natiuitate.*

42 *Dictio (tunc) posita in dispositionibus restringit illas ad personas eo tempore exstantes.*

53 *Primogenituræ natura est, vt ne momento quidem vacare possit, sed statim mortuo possessore transit in sequentem cum huiusmodi qualitate extantem.*

54 *Ad fideicommissum non conceditur immissio, nisi clarè, & euidenter probetur comprehensio agentium in illo.*

In hac celebri causa adsunt plures aliæ decisiones, & præsertim coram bo. me. Bichio mox edendæ.

DECISIO CCCCXV.

IMmissionem petitam per Com. Mauritium filium Comitissæ Valeriæ tanquam vocatum ad fideicommissum per q. Nicolaum de Barberijs ordinatum in possessionem bonorum hæreditatis illius censuerunt DD. non esse concedendam. Quia non solùm non probatur, sed excluditur eius vocatio ex verbis testamenti, in quo præfatus Nicolaus institutis primum filijs masculis legitimis, & naturalibus (si quos susciperet) eisque substitutis filijs, nepotibus, ac descendentibus masculis legitimis pariter, & naturalibus ordine successiuo, & salua gradus prærogatiua, donec illorum linea legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio continuaret. His omnibus non extantibus, seu deficientibus, & sic finita huiusmodi eorum linea masculina vocauit Æmilium ipsius Testatoris Consanguineum, & post eum Hieronymum de Barberijs cum perpetuo fideicommisso primogeniali ad fauorem descendentium ex eis, & Aurelij pariter de Barberijs masculorum legitimorum, & naturalium, & de legitimo matrimonio in infinitum, donec eorum linea masculina legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio superesset. Ac deinde disposuit, vt infrà.

Finita verò linea legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio dd. MM. DD. Æmilij, Aurelij, & Hieronymi, tunc voluit eius hereditatem, & bona deuenire, & peruenire debere ad primogenitum filiorum D. Iudith filiæ d. M. D. Testatoris, & post illius mortem ad primogenitum in primogenitum masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio donec aderit illius linea masculina legitima, & naturalis nata de legitimo matrimonio dicti primogeniti, qua extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio d. D. Iudith maiorem natu, & illius primogenitum, & sic successiuè ordine prædicto donec linea masculina legitima, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. D. Iudith aderit in infinitum. Non extantibus verò aliquibus filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & natis de legitimo matrimonio d. D. Iudith, vel extantibus, & quandocunque decedentibus sine similibus filijs masculis legitimis, & naturalibus, & natis de legitimo matrimonio, & sic finita linea masculina legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio d. D. Iudith, voluit illius bona peruenire ad filium maiorem natu secundæ filiæ d. M. D. Testatoris, & successiuè ad illius filium maiorem natu masculum legitimum, naturalem & natum de legitimo matrimonio, & successiuè de primogenito in primogenitum in infinitum, donec linea masculina legitima, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. secundæ filiæ aderit; Et illa extincta bona d. M. D. Testatoris perueniant ad filios primogenitos masculos, legitimos, & naturales, & natos de legitimo matrimonio maiores natu aliarum filiarum d. M. D. Testatoris modis, & forma, de quibus supra dictum est de descendentibus d. D. Iudith. Finita verò tota linea masculina legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio omnium eius filiarum, tunc voluit illius bona peruenire ad maiorem filium masculum legitimũ & naturalem, & natum de legitimo matrimonio M. D. Lucretiæ sororis d. Domini Testatoris, & post illius mortem ad primogenitum d. maioris natu d. M. D. Lucretiæ, & post eum de primogenito in primogenitum, & finita linea d. maioris

toris

toris nata dicta Domina Lucretia, ad alium filium maiorem natu dicta Domina Lucretia & illius primogenitum, & sic ordine præscripto vocauit, & suos hæredes esse voluit omnes, & quoscumque filios masculos, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & natos de legitimo matrimonio dictæ D. Lucretiæ, cum hac tamen conditione, quod omnes filij d. D. Iudith, & aliarum filiarum d. D. Testatoris, & D. Lucretiæ, qui pro tempore erunt hæredes d. D. Testatoris vocentur Nicolaus de Barberijs, & arma, & insignia Domus, & familiæ d. M. D. Testatoris assumant, & deferant sub pœna priuationis hæreditatis d. D. Testatoris, tunc applican. alijs vocatis, vt supra; & illis non extantibus proximiori d. M. D. Testatoris. Finita verò linea dd. DD. de Barberijs, & Domina Iudith præscripta, & aliarum eius filiarum, & prædicta D. Lucretia voluit eius bona, & hæreditatem peruenire, & deuenire ad proximiorem, seu proximiores d. M. D. Testatoris, qui vocentur sub nomine d. D. Testatoris, & de illius casata, & agnatione, & vadant dd. eius bona semper ad eius proximiorem sub d. conditione; & in casu contrauentionis sub pœna caducitatis à commodo d. hæreditatis tunc applicanda alijs proximioribus d. M. D. Testatoris sub dicta conditione &c.

Cùm autem defuncto Testatore nullis superstitibus descendentibus masculis, sed vnica filia fœmina Iudith successisset Æmilius, & post eum Hieronymus prædicti de Barberijs, qui pariter obijt nullis ex ipso, neque ex præmortuis Æmilio, ac Aurelio Consanguineis, nec ex d. Iudith eiusdem Testatoris filia extantibus descendentibus masculis legitimis, & naturalibus; Hæreditas delata fuit ad Gandulphum illius ex Lucretia sorore Nepotem vocatum finita linea masculina legitima, & naturali omnium eius filiarum in supra relato §. *finita verò tota linea &c.* qui illam acceptauit, & assecutus fuit suscepto nomine personæ, ac agnomine familiæ Testatoris iuxta formam testamenti, vt apparet ex publico Instrumento die 27. Aprilis 1626. celebrato in processu de partibus fol. 343. & seqq. Contra quem cœptum fuit anno 1647. ac post eius obitum prosecutum contra Nicolaum eius filium præsens immissionis Iudicium pro parte d. Comitis Mauritij Nepotis d. Iudith ex D. Comitissa Valeria filia an. 1641. die 14. Martij progeniti, in citios duabus præcedentibus instantijs, ac in hodierna disputatione succubuit.

1 Siquidem certum est, quod finitis lineis masculinis legitimis, & naturalibus dicti Æmilij, Hieronymi, & Aurelij de Barberijs, voluit Testator eius hæreditatem peruenire ad primogenitum filiorum d. Iudith eius filiæ, ac post illius mortem ad primogenitum talis filij, & successiuè de primogenito in primogenitum masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio in infinitum, donec superesit linea masculina d. Iudith legitima, & naturalis nata de legitimo matrimonio, vt patet ex præmissis testamenti verbis. Ipse verò Com. Mauritius nec filios est, nec descendens ex filijs masculis Iudith à Te-
2 statore vocatis, sed à Comit. Valeria fœmina. Ideò dici
3 non potest de linea masculina Auiæ, neque in fideicommisso comprehensus, iuxt. text. *in l. Pronunciatio in fin. vers. mulier autem &c. & l. familia §. fœminarum ff. de signif. gloss. in l. Gallus §. nunc de lege in verb. cum & si &c. vers. & tunc etiam ff. de liber. & posth.* Ias. *cons.* 115. *num.* 3. *vers. nam descendentes &c. cum seqq. lib.* 4. Decian. *cons.* 7. *sub num.* 30. *vers. quia respondetur primo &c. & seqq. lib.* 1. *& cons.* 127. *sub num.* 11. *vers. sed vt dixit &c. cum seq. lib.* 3. Cephal. *cons.* 664. *num.* 24. *vers. fateor &c.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 26. *sub num.* 29. *in fin. vers. certum est autem &c. & sub num.* 30. *vers. & quia cum descendentes ab illo &c.* Rota penes Verall. *decis.* 18. *numero* 4. *vers. quoad secundam partem &c. par.* 2. *& in recent. decis.* 417. *sub num.* 4. *vers. quia fuit responsum &c. par.* 1. *& decis.* 33. *sub num.* 3. *vers. Et huic sententiæ &c. cum seqq. par.* 7. cum alijs relatis per Modern. Roman. *discept.* 901. *nu.* 22. *vers. nam quidquid &c. cum seq.* & Fusar. *de substit. q.* 346. *sub num.* 31. *vers. sed tamen &c. cum seq. num.* 36. *vers. quinimo &c. cum seq.*

Quare inani labore torquentur Informantes in ea quæstione, An in huiusmodi fideicommissis, ac dispositionibus hominum ad filios dispositiuè relatis comprehendantur nepotes, & in cumulandis, ac refellendis hinc inde
4 coniecturis quàm benè explicat Mantic. *de Coniect. lib.* 8. *tit.* 8. Menoch. *Præsump.* 94. *lib.* 4. Peregr. *cons.* 67. *lib.* 2. Rot. penes Card. Seraph. *decis.* 436. *& in recent. decis.* 507. *& decis.* 667. *par.* 2. ac Fusar. *de substit. quæst.* 319. *q.* 320. *& q.* 321. *cum seq.* Nam substitutio quidem comprehendit non solùm filios Iudith, verùm etiam nepotes, ac cæteros descendentes ex eis successiuè in infinitum, ita quod præmortuis existentibus in primo, vel alio respectiuè præcedenti gradu vocatis sequentes superstites tempore purificatæ substitutionis per extinctionem lineæ masculinæ prædictorum Æmilij, Hieronymi, & Aurelij de Barberijs succedere debebant seruato primogenituræ ordine; Sed solos masculos, ac eorum descendentes masculos, vt apparet in supra relato §. *finita verò linea legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio dd. Æmilij, Aurelij, & Hieronymi,*
&c. vbi leguntur vocati primogeniti, ac subinde alij filij 5
Iudith secundum ordinem primogenituræ, eorumque respectiuè descendentes successiuè de primogenito, in primogenitum masculum in infinitum donec supersit linea masculina legitima, & naturalis eiusdem Iudith. Ac pro- 6
indè suffragari non potest Com. Mauritio, qui licet sit masculus, non tamen descendit à masculo, sed à filia fœminina ipsius Iudith, nec est de linea illius masculina. Nam
quando filij vocantur non simpliciter, sed respectu alterius 7
qualitatis illis inhærentis, quæ non verificatur in Nepotibus, tunc certum est, quod appellatione filiorum isti non 8
comprehenduntur, in quibus illa qualitas non verificatur, iux. theor. Bart. *in l. liberorum sub num.* 6. *ad fin. vers. si verò disponeret &c. ff. de verb. sign.* Castr. *cons.* 190. *Nouiter reuocatur in dubium sub num.* 4. *vers. Interdum vocantur aliqui &c. lib.* 2. Dec. *cons.* 353. *sub num.* 5. *vers. quando qualitas &c.* & benè respondit Soc. iun. *cons.* 69. *sub num.* 28. *vers. non obstat ergo primum &c. & num.* 30. *vers. nec Hercules &c. lib.* 3. & post Gozadin. *in cons.* 87. *sub num.* 15. *vers. Præterea dico &c.* concludit Menoch. *cons.* 205. *sub n.* 29. *vers. Tertiò comprobatur &c.* dicens, quod ille, qui ad huiusmodi successionem admitti, vel alios excludere inten-
dit tamquam de linea masculina duas copulatiuè præseferre 9
debet qualitates. Alteram scilicet, quod sit ex ipsa linea descendens ex masculis; Alteram verò quod sit masculus,
quarum vna deficiente non dicitur esse talis, ac obtinere 10
non potest. *Et cons.* 413. *sub num.* 1. *vers. præmitto itaque primo &c. & cons.* 957. *sub num.* 17. *vers. cum ergo &c. cum seqq.* atque alijs relatis probat Pereg. *de fideic. art.* 26. *sub n.* 29. *vers. circa verò secundum casum &c.* Rot. *decis.* 203. *sub numer.* 5. *vers. cum ad hoc quod quis includatur &c. par.* 2. *recent.*

Neque subsistit, quod nepotes, ac descendentes mascu- 11
li etiam ex fœminis dici possint de linea masculina eorum stipitis, in his præsertim dispositionibus, quæ ad agnationis conseruationem ordinatæ non sunt, qualis prætenditur hæc, dum post extinctas filiorum, ac Consanguineorum Testatoris lineas, descendentes ex fœminis vocati fuerunt.

Primò, quia conclusio non est vera; Nam linea mascu- 12
lina inchoatur à masculis, & continuat in masculos, cùm autem peruenerit ad fœminam, statim finitur, siue deflectit, atque corrumpitur emittens eam extra se, vndè alia noua formatur, ac producitur, quæ fœminina appellatur, & ex ea descendentes etiam si masculi dicuntur de linea fœminina Aui, vel Auiæ, siue alterius Ascendentis
materni, non autem de masculina (vt dictum est) & res- 13
pondit *I. C. in d. l. Pronunciatio in fin.* ibi, *mulier autem familiæ suæ & caput, & finis est &c. & in l. seq.* ibi, *fœminarum liberos in familia earum non esse palam est, quia qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur &c.* & vtrobique explicat gloss. & DD. *ff. de verb. signif.* Castr. *in l. maritus sub num.* 5. *vers. sed verum est &c. C. de Procurat.* Bursatt. *cons.* 228. *num.* 26. *vers. Linea namque,* Ceph. *cons.* 413. *sub num.* 17. *vers. quarto ego considero &c.* & reiecto Bero. qui aliud sensit posse attentari *in cons.* 77. *sub num.* 13. *vers. quinimo attentari potest &c. & seqq. lib.* 2. explicat rectè Menoch. *d. cons.* 205. *sub num.* 8. *vers. secundo accedit &c. cum seqq. & sub num.* 38. *vers. Non vnquam bona est consequentia &c. & vers. est tamen falsum &c.* Peregr. *de fideic. art.* 26. *sub d. nu.* 29. *ad fin. vers. Reperio præterea &c. & seq.* cum alijs relatis per Modern. Roman. *d. discept.* 901. *à num.* 22. *vers. nam quidquid &c. & seqq.*

Nec etiam est applicabilis proposito casui in quo inter Iudith Testatoris filiam, cuius lineam masculinam vocauit

Te-

Testator, & Com. Mauritium eius Nepotem nullus in-
tercessit masculus, à quo inchoari, ac determinari potue-
rit, sed sola Valeria, ex qua ille ortus est, prout contige-
rat in casu in quo respondit Bern. *dicto cons. 77. lib. 2.* vbi
Nicolaus de cuius linea masculina agebatur Antonellum
filium susceperat, ex quo Isabella, & ex ea Ercules eius
pronepos fuerant progeniti, vt legitur in ipsa facti serie ibi
relata, vndè Bero. argumentatur *sub d. num. 13. vers. qui-
nimo attentari potest &c. cum seqq.*

Secundò, quia subiecta Testatoris dispositio præcipua
agnationis contemplatione fuit ordinata, eamque sum-
mam habet conseruationis illius rationem, nedum tacitam,
sed expressam. Tacita quidem manifestè resultat. Primò
ea ipsa maioratus, ac Primogenituræ institutione, quæ hoc
præsertim intuitu fieri solet, Molin. *de primogenit. lib. 3.
cap. 5. sub num. 29. vers. his autem non obstantibus &c.* & in
specie respondit Bursatt. *d. cons. 228. sub n. 47. vers. primò
quia &c. & seqq.* Decian. *cons. 31. sub num. 90. vers. secundo
ad probandum &c. lib. 1.* Cephal. *cons. 251. n. 48. vers. octauo
mouetur &c.* Menoch. *d. cons. 205. num. 14. vers. & rursus
&c.* Gabr. *cons. 117. sub num. 3. vers. tamen dubium facit
&c. lib. 1.* Mant. *de coniect. lib. 6. tit. 15. sub num. 15. vers. item
si testator constituit primogenituram &c.* cum alijs relatis per
Fusar. *de substit. quæst. 499. sub num. 12. vers. quartus casus
est &c. & consil. 14. sub num. 17. vers. secundo quia &c.* Secun-
16 dò ea longa substitutionum diuersarum personarum, gra-
duum, & ordinum serie in infinitum protracta, Surd. *consil.
241. num. 13. vers. tertiò, &c.* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15.
sub num. 6. vers. tertiò aduerte, &c. cum seq.* & Rota penes
Cardin. Seraphin. *decis. 1329. numer. 10. vers. septima con-
iectura est, &c. &* san. mem. Gregor. *decis. 464. num. vers.
sicut è contra, &c.* ac Peregrin. *de fideicom. artic. 25. sub nu-*
17 *mer. 25. vers. secundum, &c.* Tertiò ea propriarum filia-
rum exclusione, ac masculorum substitutione, Decian.
*d. consil. 127. num. 10. vers. nam quando testator, &c. & seqq.
lib. 3.* Surd. *consil. 96. numer. 31. vers. accedat, &c.* & Rota
decis. 374. sub num. 5. vers. secunda quia &c. par. 1. diuers.
18 Quartò ex multiplici, ac repetita sæpè sæpiùs, ac semper
in toto institutionis, ac substitutionum prædictarum
contextu tam in partibus dispositiuis, quàm in conditio-
nalibus qualitate masculinitatis, quæ tam accuratè stu-
dio in singulis casibus expressa non simplicem, vel pri-
mariam sexus prædilectionem, sed magis causatiuam
conseruationis agnationis principaliter contemplatæ præ-
19 sefert, Castren. *in consil. 421. mater ista, &c. sub numer.
3. vers. igitur istud statutum, &c. lib. 1.* Crauett. *cons. 113.
numer. 2. vers. prima, & efficax coniectura est, &c.* Aldo-
brand. *consil. 6. num. 47. vers. fauor ergo agnationis, &c. lib.
1.* Cephal. *d. cons. 251. numer. 49. vers. item quia testator,
&c.* Menoch. *d. cons. 775. sub n. 205. n. 13. vers. nam certum
est, &c. cum seqq.* & latè Gabr. *d. cons. 116. sub num. 12.
vers. quod verò habita fuit ratio agnationis, &c. & seqq.
lib. 2.* vbi cæteras etiam præallegatas coniecturas com-
probat Surdus *dicto cons. 96. sub num. 29. vers. secundo quia
&c.* Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 5. sub numer. 25. vers.
secunda conclusio sit, &c. & sub numer. 29. vers. his autem
non obstantibus, &c.* Rota penes san. mem. Gregor. *d. de-
cis. 464. numer. 16. vers. sicut è contra, &c. & decis. 514.
sub numer. 8. vers. in casu autem isto, &c.* cum alijs rela-
tis per Fusat. *d. quæst. 499. sub numer. 15. vers. septimus est*
20 *casus, &c.* Quintò ea onere specialiter iniuncto filijs, ac de-
scendentibus masculis Iudith, aliarumque filiarum, ac Lu-
cretiæ sororis Testatoris assumendi ipsius, familiæque, ac
domus insignia, & nomen, quod eamdem comprobat
(præsertim concurrentibus alijs voluntatem, ac intentio-
nem disponentis conseruandi hoc etiam medio personæ,
ac agnationis propriæ memoriam, Decian. *d. cons. 7. sub
numer. 18. vers. accedat, quod ista ratio, &c. & num. 33.
vers. secundo respondetur, &c. cum plur. seqq. & cons. 31. num.*
21 *95. vers. ista enim conditio, &c.* dicens hanc esse vnicam
huiusmodi præcepti rationem, Cephal. *cons. 196. num. 12.
vers. si enim voluit, &c. cum seq. & d. cons. 251. num. 50. versic.
item ex eo, &c.* Menoch. *cons. 117. sub num. 21. vers. & quia
sciebat, &c. cum seqq. & dict. cons. 205. sub num. 14. vers. &
tandem, &c.* Surd. *d. cons. 375. sub num. 19. vers. quandoqui-
dem, &c.* Thesaur. *decis. 270. sub num. 10. vers. & quod testator
hanc conditionem apponens, &c.* Mantic. *de coniectur. lib. 6. d.
tit. 15. sub num. 15. vers. item ex eo, &c.* Ioseph de Rustic. *in
eius Tract. An, & quand. liber. in cond. posit. lib. 2. cap. 6. n. 68.
vers. nam ius utendi insignibus gentilitijs alicuius, &c.* Rota
penes Card. Seraphin. *decis. 1329. num. 3. vers. secunda con-
iectura, &c. & decis. 1486. nu. 5. vers. & hac coniectura, &c.
& in recent. decis. 319. n. 4. versic. & quod onus &c. par. 1.* vbi
respondetur obiectam Molinæ traditionem procedere de 22
consuetudine Hispaniarum (de qua ille loquitur) non au-
tem Italiæ, cum alijs cumulatis per Fusar. *de substit. d. q. 109.
sub num. 14. vers. declaratur hic casus, &c. & cons. 175. num.
8. vers. primò quia testator, &c. & seqq.* Sextò ex postrema,
& successiua proximiorum substitutionibus realibus verbis
concepta cum eodem repetito præcepto assumendi nomen
personæ, atque agnomen Casatæ, ac agnationis Testato- 23
ris, vt legitur in *d. §. finita verò linea add. DD. de Barberijs,
& d. Iudith &c.* ibi, *& uadant dicta eius bona semper ad
eius proximiorem sub d. conditione, &c.* Ceph. *d. cons. 251. n.
53. vers. item, & quia nouissimo loco, &c.* Surd. *cons. 96. sub
num. 29. vers. primo quia &c.* Peregr. *de fideicom. d. art. 25. sub
num. 47. vers. sed ultra hoc adeo, &c.* alij relati per Fusar. *cons.
14. sub num. 16. vers. quod autem agnationis ratio, &c.* Septi-
mò ex adiecta prohibitione cuiuslibet detractionis, ac etiam 24
alienationis bonorum immobilium (præter excepta) quæ
legitur in dicto testamento pag. 5. in fin. cum seq. in *§. item
uoluit, & declarauit, &c. in vers. prohibens, & expressè ue-
tans, &c.* & in *uers. prohibens etiam, &c.* Cephal. *d. cons. 251.
sub d. num. 53. uers. & prohibuit alienationem, &c. cum seq.*
Mantic. *de coniectur. lib. 6. d. tit. 15. num. 13. uers. illud uero non
recipit dubitationem, &c & alij.*

Expressa verò agnationis ratio ibidem legitur pag. 6. in 25
illis verbis, *Quoniam uoluit illa* (bona scilicet immobilia)
*perpetuo remanere in eius agnatione, & ad hæredes prædictos,
ut supra institutos, & substitutos deuenire sine diminutione
aliqua modis, & forma supra expressis, &c.*

Quæ sanè licet prohibitioni alienationis adiecta decla- 26
rant efficaciter, atque demonstrant Testatoris mentem, ac
voluntatem, *l. filiusfamilias §. diui sl 2. uersic. si liberis ff. de
leg. 2.* Gabr. *cons. 132. sub num. 40. uers. prima quia &c. lib. 1.
& cons. 116. num. 17. uers. sed etiam ex eo &c. num. 40. uers. si-
quidem, &c. cum seq. lib. 2.* Surd. *cons. 67. numer. 13. uers. &
prædicta procedunt, & cons. 96. sub num. 48. uers. confirmatur
autem hæc opinio, &c. & seq.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. sub
num. 50. uers. primo quando ratio conseruanda agnationis, &c.*
Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 13. uers. illud uero, &c.* Ro-
ta *decis. 489. in princip. uers. usum enim fuit Dominis, &c.
par. 4. diuers. & in recent. decis. 203. sub num. 3. uers. supradi-
cta, etc. par. 2.* & Fusar. *cons. 175. num. 16. uers. et quamuis, etc.
et cons. 192. n. 32. uers. quod autem, etc.*

Quando autem ex dispositis in testamento colligi potest
agnationis conseruationem à Testatore contemplatam,
eamque rationem ab illo habitam fuisse certius est, quod de-
scendentes masculi ex fœminis non censentur de linea 27
masculina, sed illi tantum, quia masculi per masculum
descendunt, Gabr. *dict. cons. 116. sub numer. 1. uers. ta-
men quicquid &c. ac seq. per tot. lib. 2.* Ludovic. *cons. 153. col. fin.
uers. tertio non habet locum, &c.* Molin. *de primogen. lib. 3. di-
cto cap. 5. sub num. 45. uers. sexta conclusio, &c. cum seq. &
num. 58. uers. hæc autem secunda opinio, &c.* Pereg. *de fideic.
d. art. 26. sub n. 29. in fin. uers. & hanc cum ex dispositis cogita-
tum constaret de conseruandis bonis in agnatione, &c. & alij
passim.*

Hincque prorsus eliditur obiectio. Quod familiæ, agni- 28
tionisue contemplatio congruè referri non possit ad descen-
dentes ex fœminis, qui patris, non autem matrisfami-
liam, & agnationem sequuntur, atque conseruant, *d. l. fami-
liæ, ff. de uerb. sign. ut supra dictum est.*

Quia non procedit, quando constat Testatorem sensis- 29
se, atque voluisse agnationis suæ memoriam conseruari
primum in proprijs filijs, ac descendentibus, & consangui-
neis masculis, & post eos eamdem propagari in descen-
dentibus etiam ex fœminis, vel alijs extraneis, vt in hoc ca- 30
su, non ex solis coniecturis, sed ex verbis expressis prædictis
apparet, ita benè respondit, & declarat Molin. *de primog.
d. lib. 3. cap. 5. sub d. num. 50. uers. primo quando ratio conser-
uandæ agnationis à testatore expressa fuit, &c.* Tunc enim
eadem ratio efficaciter viget, & consideratur etiam in illis,
per quos licet, nec physicè saltem ciuili quodam, ac morali,
siue artificiali modo per Testatorem inducta, & approbato 31
mediante scilicet assumptione agnominis, ac insignium, &
armorum familiæ prout fieri potest conseruatur, vt benè
probat Rip. *in l. centurio sub num. 164. ad fin. uers. quia ratione
respon-*

respondebam &c. cum seq. ff. de vulg. & pupill. Paris. consil. 19. sub num. 35. vers. & sciens &c. cum seq. lib. 2. Socc. iun. cons. 69. sub num. 29. vers. & pro resolutione &c. & vers. ex his enim manifestè apparet &c. lib. 3. Grat. cons. 5. sub nu. 86. vers. nec obstat &c. lib. 2. Rimin. iun. consil. 23. sub num. 86. vers. tanto magis &c. cum seq. Cephal. dicto consil. 351. num. 5. vers. item ex eo &c. cum seq. Menoch. dicto consil. 117. sub num. 51. vers. & quia sciebat &c. Thesaur. decis. sub nu. 11. vers. & hoc casu &c. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 1. art. 2. sub num. 5. vers. constare autem posset &c. ac in terminis casus nostri idem sensit in obiecto, cons. 61. sub num. 24. vers. Cephal. in cons. 351. &c. & respondit Rota penes Card. Seraph. decis. 1329. num. 3. vers. secunda coniectura &c. & in rec. d. decis. 319. num. 3. vers. non obstat &c. & seq. par. 1. & probat alijs relatis Fusar. de subst. d. q. 499. sub num. 13. vers. sextus casus est &c. cum seq.

Tertiò, quia licet cessaret agnationis ratio, non tamen admitti posset Com. Mauritius nepos Iudith ea filia fœmina, cum Testator expressè vocauerit primogenitum, & alios eius filios masculos, & descendentes ex masculis successiuè secundum ordinem primogenituræ de primogenito in primogenitum masculum legitimum, & naturalem, & natum ex legitimo matrimonio, vt legitur in
32 d. §. finita vero linea dd. Æmilij &c. quo casu descendentes masculi ex fœminis non succedant, sed censentur exclusi, adeout cesset hoc casu præsumptio, l. cum auus, ff. de cond. & demon. & l. cum acutissimi C. de fideic. vt declarat Bart. in ead. l. cum auus sub nu. 4. vers. quaro dicit testator &c. & ex alijs Gabr. d. cons. 116. num. 5. vers. si quidem cum seqq. & n. 18. vers. nam vt diximus &c. & seqq. per tot. lib. 2. Decian. d. cons. 127. sub num. 20. vers. non obstat ergo primum &c. lib. 3. Mol. de primog. lib. 3. d. cap. 5. sub num. 30. vers. tertia conclusio sit &c. & sub num. 37. vers. sed quamuis &c. cum seqq. Menoch. cons. 1239. n. 51. vers. quinto fortius suffragatur &c. & seqq. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. nu. 49. vers. sed in casu nostro &c. & infr. vers. in proposito autem &c. vbi benè respondet adductæ considerationi maioris dilectionis, & absurdi ob exclusionem descendentis proximioris, & lib. 10. tit. 8. sub nu. 10. vers. septimo hac conditio &c. Peregrin. de fideic. art. 26. nu. 11. vers. voluntas autem testatoris euidens demonstraretur &c. & d. art. 26. sub n. 18. vers. item cum aliqua probabilis ratio &c. & num. 10 vers. illud autem planum est &c. & sub num. 29. in fin. vers. certum est autem &c. & alijs relatis probat Fusar. de substit. d. quæst. 346. sub num. 31. vers. sed tamen existimo &c. cum seqq. & q. 404. nu. 10. vers. secundo &c. & num. 24. vers. nisi mentio facta esset de masculis &c.

Neque prædictis repugnat distinctio lineæ Iudith, & eius primogeniti, quàm fecit Testator in d. §. finita linea &c. dd. Æmilij &c.

Quia nihilominus vtramque masculinam tantùm, & masculos vtriusque effectores ac descendentes ex eis masculos pariformiter vocauit, vt de linea primogeniti legitur ibi, Voluit eius hereditatem, & bona peruenire debere ad primogenitum filiorum D. Iudith, & post illius mortem ad primogenitum talis filij dictæ Dominæ Iudith, & successiuè de primogenito in primogenitum masculum donec aderit illius linea masculina d. primogeniti &c. Et de linea Iudith legitur ibi, qua extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium masculum legitimum, & naturalem &c. Iudith maiore natu &c. illius primogenitum, & successiuè ordine prædicto de nec linea masculina, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. Iudith aderit in infinitum &c. Voluit enim Testator successionis ordinem in prima parte relatum ad filium primogenitum Iudith, ac eius lineam masculinam extendere, atque ampliare, in hac posteriori ad alios quoque illius filios, sed eiusdem speciei, non autem diuersæ, masculos scilicet, & descendentes ex eis, ut patet ex clara verborum lecturæ, quæ nullam admittit voluntatis quæstionem, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, & l. non aliter in princ. ff. de leg. 3. Bursat. d. cons. 228. num. 27. vers. primo &c. cum seq. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. sub num. 49. vers. atque certo certius est &c. Rot. decis. 949. sub num. 1. vers. & sic cum in verbis &c. penes Buratt.

Minùs releuat ponderatio verborum §. seq. pag. 3. ibi, Non extantibus verò aliquibus filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus d. Iudith, vel extantibus, & quandocumque decedentibus sine similibus filijs masculis &c. & sic finita linea masculina legitima, & naturali &c. d. Iudith. Voluit illius bona peruenire ad filium maiorem natu secunda filia Testatoris, & successiuè de primogenito in primogenitum in infinitum donec linea masculina legitima, & naturalis aderit &c. Eaque extincta ad alios filios primogenitos masculos legitimos, & naturales aliorum filiorum d. Testatoris modus, & forma, de quibus supra dictum est de descendentibus d. Iudith &c.

Nam licet appellatione descendentium masculorum regulariter comprehendantur descendentes ex fœminis, qui eamdem masculinitatis qualitatem æquè præseferunt, ac descendentes ex masculis, quando tamen materia ipsa subiecta, vel agnationis ratio, vel expressa Testatoris † voluntas 34
aliud non suadent (prout non solùm suadent, sed conuincunt in hoc casu) vt sensit Castr. in l. 1. sub n. 3. C. de cond. insert. Alb. cons. 86. sub n. 4. vers. tamen. verior est &c. Dec. dict. cons. 7. sub n. 46. vers. quia respondeo &c. cum seq. lib. 1. & dicto cons. 127. sub n. 20. vers. non obstat ergo primum &c. lib. 3. Bursatt. dicto cons. 228. sub nu. 14. vers. tertium non obstat &c. & seq. & explicat Gabr. d. cons. 116. sub n. 1. vers. tamen quidquid &c. cum seq. lib. 2. Peregr. de fideic. d. art. 26. sub nu. 18. vers. item cum aliqua probabilis ratio &c. & sub n. 39. vers. quamobrem ex mente disponentis &c. Rot. decis. 15. sub n. 2. vers. nisi aliud suadeat &c. & decis. 150. sub n. 8. vers. quarto non obstat cum seq. par. 2. diuer.

Aduertendum est tamen, quod Testator in hoc Capitulo nihil noui disposuit de filijs, ac descendentibus Iudith, quos supra immediatè vocauerat expressè, sed in casu illorum non existentiæ, vel deficientiæ substituit primogenitos aliarum filiarum. Ideòque verba illa enunciatiua, seu conditionalia, Non extantibus verò aliquibus filijs, & descendentibus masculis &c. intelligi debent de eisdē filijs, ac descendentibus masculis Iudith, & ex masculis prouenientibus suprà immediatè vocatis, vt probat Soccin. iun. d. cons. 69. sub n. 30. vers. quod etiam euidentior ostenditur, &c. cum seqq. lib. 3. Paris. cons. 18. sub n. 21. vers. & quod dd. verba &c. cum seq. lib. 2. & consil. 72. sub n. 34. vers. eo etiam &c. lib. 4. Bursatt. cons. 228. sub n. 59. vers. ratio cum seqq. Dec. d. cons. 7. sub n. 48. vers. tertio &c. ac seq. & sub n. 74. vers. quinto considero &c. cum seq. lib. 1. Gabr. d. cons. 116. sub n. 26. vers. secunda coniectura est &c. & seq. lib. 2. Surd. cons. 21. n. 10. vers. tamen secus est &c. & cons. 564. sub n. 7. vers. & vbi hæc sententia &c. Molin. de primog. lib. 3. d. c. 5. sub n. 60. vers. posset tamen prædicta opinio &c. Peregr. de fideic. art. 33. sub n. 3. vers. attamen magis communiter &c. cum seqq. & comprobatur ex decis. 33. sub n. 5. vers. quod autem etc. cum seqq. par. 7. recent.

Quod etiam † clarè demonstrant alia verba immediatè 36
sequentia, Et sic finita linea masculina legitima, & naturali d. Iudith &c. quæ declarant, & exponunt præcedentia ad terminos capituli immediatè antecedentis, in quo linea masculina legitima, & naturalis ex filijs masculis ipsius Iudith proueniens vocata fuerat Ruin. cons. 105. sub n. 11. vers. ideo
ex proximo præcedentibus † &c. cum seq. & cons. 184. n. 6. vers. 37
quia illa dictio &c. lib. 1. & comprobat idem Socc. iun. d. cons. 69. sub n. 31. vers. & licet fortasse &c. cum seq. & n. 33. vers. & ita important illa verba &c. lib. 3. Decian. d. cons. 7. n. 62. vers. quarto pondero &c. lib. 1. Pereg. cons. 47. sub n. 17. vers. quod autem particula hæc &c. lib. 1. & Rot. decis. 568. num. 5. vers. item quod erat concepta verbis illatiuis &c. par. 1. diuers. & alij relati per Fusar. cons. 39. sub num. 41. vers. item probatur &c. Et alia subsequentia in fine eiusdem Capituli, ibi,
modus, & forma de quibus supra dictum est † de descendenti- 38
bus d. Iudith &c. quæ totam illam periodum concludunt iuxta terminos antecedentis vocationis ad quam expressam habent relationem iuxt. text. in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. & in specie alijs relatis considerant Bursat. cons. 228. sub nu. 21. vers. in substitutione vero &c. cum seqq. & sub num. 56. vers. sexto vocando lineam &c. cum seqq. Rimin. iun. cons. 313. num. 27. vers. pondero dictionem illam &c. & num. 86. vers. nam illa dictio &c. Molin. de primogen. lib. 3. d. cap. 5. num. 65. vers. sexto &c. & alij adducti per Fusar. de subst. q. 403. nu. 39. vers. declaratur vigesimo quarto &c. & ad cons. 39. sub num. 41. vers. idem colligitur etc. cum seqq.

Non etiam obstant verba in principio capituli subsequentis, in quo vocati fuerunt primogeniti d. Lucretia Testatoris sororis, ac descendentes ex eis masculi legitimi, & naturales d. pag. 3. ibi, Finita vero tota linea masculina legitima, & naturali omnium eius filiarum &c. tunc voluit eius bona peruenire ad maiorem filium masculum legitimum, & na-

& naturalem, & natum de legitimo matrimonio D. Lucretiæ sororis d. Testatoris &c.

Quia hæc quoque solùm referunt, atque enunciant lineas masculinas filiarum supra vocatas, ac illas determinant, non autem extendunt ad alias, diuersasque personas descendentium ex fœminis sub illis præcedentibus non comprehensas, vt dictum est. Itaque ex instanti mortis Iudith
39 nullis superstitibus masculis †, sed sola Com. Valeria filia fœmina, deficit prorsus linea illius masculina, vt benè declarat Socc. Iun. *d. conf. 69. sub num. 29. uers. plus etiam dico &c. cum seq. & sub num. 32. in fin. vers. Testator enim &c. lib. 3.* Bero. *conf. 113. sub nu. 8. uers. & hoc etiam apertè demonstratur &c. lib. 2.* Bursat. *d. conf. 228. sub num. 27. uers. primo &c. cum seqq.* Menoch. *d. conf. 205. sub num. 35. uers. cum linea masculina &c.* Rot. *decis. 143. sub n. 8. uers. tum etiam quia &c. par. 1. & decis. 453. sub n. 8. uers. quia respondetur &c. par. 2. recent.*

Nec aduersantur alia sequentia eiusdem capituli, ibi, *Et sic ordine præscripto vocauit, & suos heredes esse voluit omnes, & quoscumque filios masculos, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & natos de legitimo matrimonio d. Lucretia etc.*

30 Quia (præter alias responsiones adductas per Informantes) Aduertendum est, quod paulò supra vocauerat Testator solùm maiorem filium masculum legitimum, & naturalem d. Lucretiæ, & post eius mortem eius primogenitum, & successiuè de primogenito in primogenitum, quibus sanè verbis soli masculi ex primogenito Lucretiæ masculo descendentes fuerunt comprehensi. Verùm animaduertens, quod eiusdem primogeniti linea deficere poterat, ideò disposuit quod ex linea finita alius filius masculus, ac descendentes ex illo, & sic ordine præscripto (scilicet pri-
41 mogenituræ (omnes, & quicumque filij † masculi, ac descendentes masculi præfatæ Lucretiæ succederent. Sicque verba hæc vniuersalia apposita fuerunt, vt comprehenderent omnes illius filios cuiuscumque ætatis, & gradus tam primo, quam secundo, & tertio genitos, vel vlteriores, ac descendentes ex eis, masculos tamen, & non fœminas & ex masculis, non ex fœminis descendentes, nam huiusmodi masculinitatis qualitatem verborum vniuersalitate specialiter requisiuit, atque expressit Testator, tam in personis filiorum Lucretiæ ibi, *omnes, & quoscumque filios masculos &c.* quam descendentium ex eis, ibi, *Et descendentes masculos legitimos, & naturales d. Lucretia &c.* Ex quibus e quidem verbis immediatè tam præcedentibus, quàm subsequentibus, & ex alijs supra deductis media vniuersalia congruè declarantur de masculis ex masculis descendenti-
42 bus, † *† l. heredes palam vers. sed & sic in fin. ff. de testam. l. qui filiabus in princ. l. si seruus plurium, §. vlt. in fin. vers. item earum. ff. de leg. 1.* Patis. *d. conf. 18. num. 30. vers. verba enim dubia &c. cum seq. lib. 2.* Bero. *conf. 113. sub num. 1. uers. colligitur etiam &c. lib. 2.* & in specie respondit Gabr. *d. conf. 116. num. 39. uers. nihil refert quod descendentes masculi &c. ac seq. lib. 2.* Bursat. *d. conf. 228. num. 65. uers. sexto sequentia &c. cum seqq.* Rot. *decis. 374. sub num. 3. uers. hac tamen limitantur &c. & seq. par. 1. diuers.* cum alijs relatis *in Romana fideicommissi de Cosciarijs 16. Martij 1648. coram me in §. hac autem testatoris voluntas &c.*

43 Deinde non obstat, quod postquam agnationis conseruatio à Testatore commissa fuit filijs, & descendentibus fœminarum æquè adimpleri possit per eos, qui ex fœminis, ac per eos, qui ex masculis earum prouenjunt.

44 Quia cùm Testator elegerit masculos descendentes † ex masculis, ac in eis illam conseruari uoluerit. Vtique voluntas eius seruari, non autem subtiliori indagatione peruerti debet, §. *disponat in auth. de nupt.* Rot. penes Card. Seraph. *decis. 1472. num. 1. unde &c.*

Præterea (licet prædicta sufficiant) ex alio etiam visus fuit Dominis exclusus à successione prædicta Com. Mauritius. Quia nempè tempore purificatæ substitutionis per obitum Hieronymi de Barberijs nondum erat natus, neque conceptus, sed post quindecim circiter annos progenitus est;
45 † ideoque ad Gaudulphum solùm tunc superstitem filium masculum Lucretiæ Testatoris sororis ab eo substitutum successio delata fuit, ac ipso defuncto in Nicolaum eius filium successiuè vocatum continuata, iux. tex. *in l. cum pater §. hereditatem il primo* ibi, *Viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore superuixerint, cum de alijs eligendi potestas non fuerit &c. ff. de leg. 2. l. interuenit ff. de legat. præstand.* & sensit Antiquus Doctor Lambertin. de Rampon. *in eius quæst. relata* per Io: Andr. in Add. *ad specul. par. 4. in Rubr. de testam. col. 3. in princ. uers. Item Lambertin. de Rampon. &c. &. uers. De secundo membro &c.* Castr. *conf. 16. Viso d. puncto sub num. 5. vers. super quarto &c. par. 2.* Dec. *conf. 65. Protenus facultate sub num. 2. uers. non enim sufficit &c.*
† dicens non sufficere quod agens ex huiusmodi substitutio 46
ne sit de liberis, sed necessarium esse quod tempore purificatæ conditionis extaret, Alciat. *conf. 119. à num. 2. uers. sed tamen &c. cum seqq. per tot. lib. 9.* Alb. *conf. 106. per tot.* vbi contrarijs rationibus, & authoritatibus benè respondet, Bursat. *d. conf. 228. sub num. 38. vers. quarto eadem illatio &c. cum seq.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. sub num. 13. uers. Primo namque cum seq. & cap. 6. sub num. 32. uers. quæ omnia &c.* Menoch. *conf. 413. per tot.* vbi contrarijs respondet, *& latius conf. 830. per tot.* Crauet. *conf. 212. sub n. 6. vers. optime facit &c.* Gabr. *conf. 130. uers. si quis vero post diem mortis &c. & seq. lib. 1.* Peregr. *de fideic. artic. 22. sub numer. 72. uers. Vndecimo conclusio &c. & consil. 33. sub numero 19. uersic. Attamen &c. cum seqq. lib. 2.* Fachin. *consil. 86. per tot. lib. 3.* Io: Griuel. *decis. Dolan. 108. per tot. & decis. 374. sub numer. 11. par. 1. diuers. & dec. 357. sub numer. 5. vers. sed admittuntur &c. † par. 1. recent.* Nec potest ab eo auo- 47
cari ob superuenientem natiuitatem prædicti Com. Mauritij, Alb. *d. conf. 106. sub numero 6. uersic. & duas rationes &c. cum seq.* Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 13. sub numer. 36. uers. Hæc autem limitatio &c. cum seq.* Fachin. *d. conf. 86. sub numero 6. uers. nam si alij nunc extent &c. cum seq. lib. 3.* Menoch *d. conf. 413. sub numero 27. uers. Quinto suffragatur &c. cum seqq.* Rot. *decis. 79. sub numero 10. uers. alioquin si nullus extaret &c. par. 1. diuers.* & alijs relatis probat Peregr. *d. art. 22. sub num. 23. uers. ampliatur conclusio &c.*

Nec obstat quod in huiusmodi fideicommissi conditionalibus successiuis admittantur etiam nati post conditionis euentum, suspenso interea successionis effectu vel saltem in alios gradatim vocatos reuocabiliter translato.

Quoniam † obiecta conclusio non ex puris princi- 49
pijs, sed ex voluntate testantium procedit, quæ vel ab ipsis dispositionum verbis, vel ab vrgentibus coniecturis, ac facti circumstantijs in singulis casibus euidenter
resultet, † *ad leg. cum ita §. in fideicommisso in fin. uers.* 50
nisi specialiter defunctus ff. de leg. 2. & in his terminis responderunt Castr. *in consil. 247. In causa qua vertitur Sauona sub num. 23. uers. Illud autem constat &c. lib. 1.* Roman. *conf. 134. In quarta quæstione sub numero 5. uers. quod autem hoc verum sit &c. & infr. vers. sed interpretatio hæc &c.* & cæteri qui eos sequuntur longa serie à Peregr. Fusar. & alijs allegatis per informantes; Et benè declarant, Alciat. *in d. conf. 119. sub numer. 10. uers. secundo respondeo &c. cum seqq. lib. 9.* Gabr. *d. consil. 130. sub num. 8. uers. si quis vero post diem mortis &c. lib. 1.* Menoch. *consil. 413. sub numer. 55. uers. quarto non mediocriter &c. cum seq. & conf. 213. sub num. 21. uers. secundo accedit &c. & sub numer. 24. uers. quocirca dicendum est &c.* Fachin. *Contr. lib. 4. cap. 88. in princ. uers. cæterum &c. ac col. 3. versic. & ideo illud potissimum perpendi debet &c. ac infr. uers. Ad tertiam respondeo &c. & infr. uers. Ad quintum respondeo &c.* Rot. *decis. 394. num. 22. vers. non etiam concluditur &c. & seq. par. 5. recent.* Ac proindè cessat quando dispositio in tempus aduenientis conditionis collata respicit certas personas tunc extantes, seu certam præscriptam qualitatem habentes, & alios successiuè vocat, nam ex eo instanti operatur effectum suum, ita vt illis admissis ex superuenienti aliorum natiuitate retractari non valeat, prout contingit in proposito casu, in quo constat Nicolaum testatorem respexisse personas in ipso conditionis aduentu extantes, & qualitatem primogenituræ, ac alias ab eo indictas præseferentes, tam ex verbis testamenti in præcedenti substitutione d. Æmilij vltimi defuncti pagina 2. in princip. ibi, *si in rerum natura erit &c.* & in hac sequenti filiorum Iudith pagina 2. ibi, *finita vero linea dd. Æmilij, Aurelij, & Hieronymi, tunc voluit eius hereditatem, & bona deuenire, & peruenire debere ad Primogenitum filiorum d. Iudith, &c.* Atque in alia pagina 3.

in

in §. *Non obstantibus &c.* & infr. in §. *finita verò tota linea masculina legitima, & naturali &c. omnium, eius filiorum, tunc voluit eius bona peruenire ad maiorem natu filiorum masculorum legitimorum, & naturalium D. Lucretiæ &c.* nam dictio illa, *tunc*, restringit dispositionem ad personas eo tempore extantes, *l. in substitutione in fin. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. l. 4. §. fin. vbi glos. in verb. tum ff. de cond. & demon. l. huiusmodi 64. ff. de verb. signif.* & in specie declarant Castr. *in d. cons. 16. sub n. 5. vers. Pro hoc etiam facit &c. par. 2.* Dec. *d. cons. 63. Pro tenui facultate sub n. 2. vers. non enim sufficit &c.* Molin. *de Primogen. lib. 3. cap. 10. sub n. 41. vers. succedit regula &c.* Menoch. *cons. 1118. sub n. 15. vers. ea ratione motus &c.* Fachin. *cons. 86. sub n. 4. vers. secundo &c. cum seq.* Surd. *cons. 545. sub n. 16. vers. Tertio &c.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 3. q. 84. n. 11. vers. limita secundo &c.* & alij relati per Fusar. *de substit. q. 382. sub nu. 31. vers. sed melius &c. cum seq.* Quam ea ipsa etiam maioratus, & primogenituræ institutione, cuius ea est natura, vt ne momento quidem vacare possit, sed ea instanti mortis vltimi possessoris transeat in sequentem, qui eo tempore præscri-
53 ptam habet qualitatem, sicque ex tunc purificatur illius conditio, neque aliud tempus expectari debet, vt post exactam quæstionis excussionem relatis vtriusque sententiæ rationibus, sectatoribus benè concludit Molin. *d. cap. 10. sub n. 38. vers. sed his omnibus non obstantibus &c.* dicens *sub n. 40. vers. cum enim &c.* contrariæ opinionis fundamenta in his terminis non applicari &c. & pluribus relatis comprobant Addent. *ibid. in vers. Verum quidquid prædicti sententiam &c.*

Quare cùm ex deductis Com. Mauritius non solum non probauerit (vt tenebatur clarè quidem, & concludenter) se comprehensum in fideicommisso, cuius vigore agit, sed
54 contrarium appareat. † Ideò petita per eum immissio concedi non potest, *l. si ita quis substituerit ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. cum qui nouissimus ff. ad S.C. Trebel. gloss. in l. qui duos in verb. superstes fuit vers. Regula est &c. ff. de Reb. dub.* Soc. *cons. 62. sub n. 4. vers. & in primis ista conuentio probatur &c. lib. 3.* Rota penes Card. Seraph. *dec. 1486. num. 1. vers. & quidem &c.* & san. mem. Greg. *dec. 433. num. 1. vers. quia non probant &c.* cum alijs relatis à Peregr. *de fideicom. art. 43. n. 35. vers. qui verò ex fideicommisso agunt &c. & n. 60. vers. Denique ex fideicommisso agens &c.* & per Fusar. *de substit. quæst. 615. per tot. & cons. 17. num. 3. vers. & qui petit, &c. cum seq.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. COCCINO,

Olim Sacræ Rotæ Decano.

Romana Legatorum.

Luna 30. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Duo legata, quando sunt facta in diuersis dispositionibus alicui legatario, veluti in testamento, & in Codicillis, tunc dupliciter debetur, quod tamen limitatur, quando constaret de voluntate Testatoris, quod vnica tantùm vice deberetur.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris dispositio quando est merè voluntaria ad terminos ipsius voluntatis restringitur.*
2 *Testatoris voluntas, quando est certa, si casus contingens sit præter ordinationem Testatoris non includitur.*
3 *Etiamsi sub dispositione Testatoris, esset maior ratio disponendi.*
Legatum aliquod, quando fuit scriptum in testamento, & in Codicillis attenditur, scriptum in testamento dum voluit Testator quod vnum debeatur.
5 *Incompatibilium ratio est, vt exclusio vnius, sit inclusio alterius.*
6 *Argumentum à solito valet in testamentis.*
7 *Testatoris voluntas, vt legatum ab eo relictum in testamento debeatur tantum, & in codicillis tantum apparet.*
8 *Disponentis voluntas colligitur ex antecedentibus, & subsequentibus.*
9 *Repetitionis natura est, vt repeti dicatur illud, quod bis fit.*
10 *Repetitio, est reiteratio eius quod factum est, & hoc siue addatur, siue minuatur.*
11 *Testator prohibendo repetitionem voluit, quod primum fecit, valeat.*
12 *Negans vnum ex duobus aliud dicitur concedere.*
13 *Repetitio potest fieri verbis generalibus.*
14 *Repetitio etiam verbis generalibus per viam declaratoriam potest prohiberi.*
15 Text. in l. si ita scriptum ff. de legat. 1. *declaratur.*
16 *Testator, quando dubium est, quale legatum voluerit relinquere, tunc minimum debetur.*
17 *Voluntas Testatoris, quando manifesta est, circa legati præstationem tunc aliud non est quærendum.*
Testator, quando non censeatur scripta in testamento voluisse repetere in codicillis, n. 17.
18 Lea libertis 18. ff. de alim. & cibar. legatar. *qualiter intelligatur.*
19 *Testatus pro parte, & intestatus pro altera parte quis non potest decedere.*
20 *Legatum inuito non acquiritur, imò & repudiante legatario, fingitur legatum numquam retro quæsitum.*
21 *Legati sunt exequata fideicommissa.*
22 *Legata, & fideicommissa ambo, quando caducantur remanent penes hæredem, & hæreditatem.*
23 *Legatum, si duplicatum debeatur non ideò dicitur decedere pro parte intestatus Testator.*
24 *Testatoris voluntas, quando est clara, non valet argumentum à solito Testatoris.*
25 *Legata duplicata non debeatur, licet dupliciter sint relicta, & in testamento, & in codicillis dum constat de contraria mente Testatoris.*

Supra habetur in hac causa altera decisio sub die 30. Martij 1637.

DECISIO CCCCXVI.

BOnæ memoriæ Robertus Cardinalis Vbaldinus in testamento, quod manu sua scripsit sub die 1. Apr. 1632. & Notario coram Testibus consignauit sub die 16. Aprilis 1635. instituta hærede Sacra Congregatione de Propaganda fide, inter diuersa, quæ fecit legata, reliquit per hæc verba, *Lascio alla Chiesa di Montepulciano per il Seminario scudi 4000. Alle mie Commende di Varese, & Seminara scudi 500. per ciascuna. Alla Chiesa di S. Gio. in Fiore per manteamento della Sacristia, culto diuino, & Sagramento, di quei Monaci scudi 2000.* Sed quia postmodum eadem die 16. Aprilis 1635. fecit Codicillum, in quo disposuit sequentibus verbis, *Alla Chiesa Cathedrale di Montepulciano scudi 2000. per vna sol volta, per l'erettione del Seminario del detto luogo, ò pure per augumento d'esso;* Item *lascio à qualsiuoglia Chiesa, titolo, Abbadia, ouero beneficio di S. Eminenza la decima parte dell'entrate di qualsiuoglia d'essi beneficij, Chiesa, titolo, & Abbadia, di vn anno solo, & per vna volta sola;* Subiungens in eodem Codicillo, *Item dichiara che se qualcheduno delli sudetti legati fusse stato fatto nel sudetto suo testamento, non intende, che sia repetito nel presente Codicillo, ma che sia vn solo, e vaglia per vna volta sola.* Ideò dubitaui an, & quæ legata debeantur, quod dubium duas habet inspectionem, prima est vtrum vnicum tantum legatum debeatur, secunda quatenus vnicum, An debeatur scriptum in testamento, vel in Codicillo.

Et quantum attinet ad primam inspectionem visum fuit Dominis indubitatum esse vnicum tantum legatum deberi, cùm verba Codicilli sint clara, ibi, *Non intende che sia repetito nel presente Codicillo, mà che sia vn solo, & vaglia per vna volta sola.* Cùm enim dispositio ista sit merè voluntaria † ipsius Testatoris, ad terminos ipsius vo- 1
luntatis restringitur, nec alterari potest, Bart. *in l. Gallus §. quid si tantum ff. de liber. & posth.* quæ conclusio † est adeo 2

certa, vt casus contingens præter ordinationem Testatoris,
3 non includatur sub dispositione, etiamsi in eo esset † maior
ratio disponend, Anchar. *cons. 356. n. 3. vers. 2. hoc probat*,
Dec. *cons.* 218. *n.* 11. & 291. *n.* 7. Mantic. *de coniect. vltim.*
volunt. lib. 3. tit. 19. n. 6. Alex. *cons. 1. n. 14. lib. 1.*

Quantum attinet ad secundam inspectionem Domini
4 censuerunt deberi legatum scriptum † in testamento, non
autem scriptum in Codicillo; quia ponderatis prædictis
verbis, *Non intende che sia repetito nel presente Codicillo*;
cùm clarè pareat Testatorem voluisse eatenus scriptum in
Codicillo deberi, quatenus non fuisset prius scriptum in Te-
stamento, sequitur quod repetitio prohibitionis cadit super
contentis in Codicillo, non autem super præordinatis in te-
stamento, quæ ideò forma remanet, cùm versemur in pu-
5 ris terminis † Regulæ incompatibilium, quod exclusio vnius
est inclusio alterius, *l. cum Prætor ff. de iudic. cum vulgar.* la-
tè Simon. de Præt. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dub. 3.*
num. 32. & seqq. & præsertim num. 37. quæ regula in casu no-
stro coadiuuatur etiam ex solito ipsius Testatoris, qui † vbi
6 voluit legatum scriptum in Codicillo deberi, id expressit,
prout in legato Matris, ibi, *Hauendo fatto vn legato di scu-*
di 50. il mese all'Illustriss. Sig. Lucretia sua madre, aggion-
ge, & accresce al detto legato altri scudi 50. il mese in modo
che durante la sua vita se gli debbano pagare in tutto scudi
100. *per ciascheduno Mese*. Ex hoc enim solito desumitur
7 adminiculum voluntatis Testatoris, † quod legatum
factum in testamento debeatur, *l. vtrum ff. de petit. hæred.*
& ex eodem contextu sensus Testatoris colligitur, *l. mescia*
ff. de manumiss. testam. l. nummis ff. de legat. 3. & ex præce-
8 dentibus, vel sequentibus cognoscitur voluntas † disponen-
tis, *l. hæredes palam §. et si notam ff. de testam.* latè Cardin.
Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 1.*
& seqq.

Et quod Testator noluerit deberi scriptum in Codicillo,
9 sed scriptum in testamento, patet etiam ex natura † repeti-
tionis prohibitæ, nam cùm repeti dicatur illud quod bis fit,
l. 1. vers. in antiquis enim C. de emendat. Cod. Iustin. & repe-
10 titio † sit reiteratio illius, quod relictum est, siue quod ad-
datur, siue transferatur, *l. si tibi purè 52. l. in repetendis 61.*
l. cum in substitutione 75. ff. de legat. 3. l. Aura 76. l. libertis
omnibus 107. ff. de condit. & demonstrat. l. legata 19. l. licet
77 *l. si quis à filio 32. ff. de legat. 1.* sequitur vt Testator
11 † prohibendo solam repetitionem voluerit primum valere,
12 cùm idem primum non fuerit negatum, sed † solùm negata
fuerit repetitio secundi, nam qui ex duobus alterum negat,
reliquum affirmare præsumitur, *l. nonne de præsumpt.*

Et prædicta procedunt etiam quod Codicilli contineant
13 verba generalia, quia † sicut verbis generalibus potest fieri
repetitio, *d. l. legata 19. ff. de legat. 1. d. l. si tibi purè 52. ff.*
de legat. 3. ita etiam verbis generalibus potuit per viam de-
clarationis prohiberi repetitio, *l. nihil tam naturale † ff. de*
14 *regul. iur.* cùm militet eadem ratio in vtroque casu, *l. 1.* vbi
Bart. *C. de Capressis lib. 10. l. 3. in fin. C. de sacros. Eccl.* Bero.
cons. 140. n. 17. & 18. vol. 1. Roland. *cons. 69. nu. 25. vol. 4.*
Dec. *cons. 45. n. 23. vol. 1.*

Et ex prædictis patet responsio, primò *ad l. si ita scriptum*
15 † *ff. de legat. 1.* quia d. lex procedit, quando est dubium,
quale legatum de duobus Testator voluit præstari, † & tunc
16 minimum præstandum. At in casu nostro voluntas Testa-
toris est expressa, quod vnicum censeatur legatum, & quod
17 † scriptum in testamento non intelligatur repetitum in Co-
dicillis, & sic prohibuit nouam legati positionem, seu du-
plicationem primum tamen stare promisit, cùm illud non
prohibuerit, Menoch. *præsumpt. 16. n. 1. & 2. lib. 6.*

Secundò, patet responsio *ad d. l. libertis 18. de alim. & cib.*
18 *legat.* nam d. lex loquitur † quando à legatis scriptis in testa-
mento ex præsumptione iuris censetur recessum in Codicil-
lis, vt patet ex glos. *ibi in vers. recessum*, sed in casu isto lega-
ta facta in Testamento fuerunt præseruata ex potestate Te-
statoris, de qua supra.

Neque est verum, quod si prædicta substinerentur Testa-
19 tor decessisset pro † parte testatus, & pro parte intestatus,
quod fieri nequit, *§. non autem vtique instit. de hæred. insti-*
tuend. l. ius nostri ff. de regul. iur. vbi passim DD. quia hoc
casu contenta in Codicillo habentur pro non appositis, cùm
censeantur adempta in euentum, in quem continerentur,
prout continebantur in testamento, & sic respectu istorum
cùm euanescat dispositio Codicillaris, non potest dici, quod
Testator in hac parte decesserit intestatus, prout de huiusce-
modi dispositionibus videmus in simili, † quod legatum in- 20
uito non acquiritur, imò eo repudiante fingitur Dominium
nunquam retroquæsitum, vt per Bartol. *in l. Pomponius la 2.*
n. 5n. ff. de negoc. gest. & in l. si tibi homo §. cum seruus ff. de
legat. 1. nec fideicommissum, † quod legato est exequatum, 21
l. 1. vbi DD. *ff. de legat.* 1. locum obtinet nisi substituto vo-
lente, *l. 1. §. cum autem extiterit, & §. si velit alius l. cogi §.*
idem metiarius ff. ad Trebellianum, Castr. & Rip. *in d. l. 1.*
§. sed & quoties n. 6. ff. ad Trebellian. ac propterea † sicuti 22
legatum, & fideicommissum in dictis terminis remanet pe-
nes hæredem, & hæreditatem impinguat, ita si legatum du-
plicatum debetur, non ideò dicitur Testator decedere pro par-
te intestatus, sed cessante duplicatione ad fauorem legatarij,
† repetitio ipsa venit in generali bonorum institutione, vt ad 23
propositum Paris. *cons. 72. n. 61. vol.* 3. Marcambrun. *cons.*
86. *num.* 201. & benè etiam Surd. *in cons. 377. num. 15.*
cum seqq. lib. 3.

Nec etiam obstat, quod Testator in Codicillis aliqua lega-
ta auxerit, quia ex expressa voluntate † circa augumentum, 24
non potest inferri ad voluntatem repetitionis, vbi contra ip-
sam repetitionem habemus expressam Testatoris volunta-
tem omninò attendendam ex deductis, † vnde ex his cùm 25
quæstio sit de voluntate expressa Testatoris, nec dicta legata
censeantur duplicata, vt *in l. planè 34. §. 1. ff. de legat. 1. &*
in d. l. si ita scriptum 14. ff. eod. tit. & vtrobique DD. Crass.
in §. legatum q. 60. n. 3. super quibus multum insistebant In-
formantes, conclusum fuit legata deberi, prout sunt scri-
pta in Testamento.

Et ita conclusum vtraque, &c.

R. P. D. COCCINO,

Olim Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Retractus.

Luna 4. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Magistraliter in hac decisione ventilatur, & de-
ciditur, quod consors in re vendita ratione
sui consortis prælationem in ea non potest præ-
tendere. Cùm iniuria grauis sit ea, quæ inani
honestatis colore velatur.

SVMMARIVM.

1 *Consortium habens in aliqua re præferendus in emptione est alijs extraneis.*

2 *Consortium habens in aliqua re non potest prætendere in venditione prælationem alijs non habentibus consortium.*

3 *Communio non impedit, quominus quis portionem suam indiuisam extraneo vendere possit.*

4 *Iniuria grauis ea esse videtur, quæ inani honestatis colore velatur.*

5 *Homines de rebus suis aliquid facere inuiti non sunt cogendi.*

6 *Quæ opinio subnixa est auctoritate*, tex. in l. dudum C. de contrahend. empt. n. 6.

7 *Opinio prædicta communi Doctorum consensu, vti iusta secuta est, n. 7.*

8 *Consor Castri potest alienare partem Castri, in extraneum.*

9 *Tam in Lecturis, quàm in Concilijs num. 9. & ita fuit iudicatum in diuersis, & supremis Tribunalibus Orbis.*

10 Lex. dudum C. de contrahen. empt. *an dicatur correcta*, per Constitut. Federic. 2. Imp.

11 *Constitutiones Imperiales dum inter leges communes non sunt relatæ, non derogant legibus in corpore Iuris existentibus, & n. 12.*

Constitutiones Federici II. Imperatoris in materia Feudali extra materiam feudalem non procedunt, num. 12.

13 *Possidens rem communem, & indiuisam, propriè rem suam habere non dicitur.*

14 *Et*

14 *Et propterea liberè de ea re non valet disponere.*
15 *Possidens rem communem, licet propriè eam rem habere non dicatur.*
16 *Tamen intelligitur quoad totam rem, non autem respectu propria partis mea.*
17 *Contra voluntatem Domini, quod possit aliquid alienari hoc impium, & irrationabile est.*
18 *Socius alienans rem communem ante diuisionem, consortem damno afficit, cum is habeat partem in qualibet minima parte rei alienata.*
19 *Dispositio libera de rebus suis, vnicuique conuenit, & hoc non iniquum, sed iustissimum est.*
20 *Iura sua libera permissum est omnibus liberè disponere, & quid si sint communia.*
21 *Consors, quod veniat praferendus extraneo in emptione, videtur quadam aquitas.*
22 *Dispositio libera de rebus suis tollere alicui, non tollenda est ob inanem honestatis colorem.*
23 *ad vendendum consorti, vt quis cogi possit, videtur iniquum, & exosum.*
24 *Iuri, & aquitati repugnat, vt quis non possit liberè vti de rebus suis.*
25 *Æquitas, quod consors debeat praferri vicino, nullo iure probatur, imò potius repugnat rationi.*
26 *Æquitas militat pro libertate dispositionum rerum humanarum.*
27 *Ius prothemiseos est ius nimia asperitatis.*
28 *Consors tunc videtur praferendus in emptione extraneo, quando res fuit iam vendita.*
29 *Pralatio consorti non conceditur, siue sit facienda venditio, siue sit iam facta venditio.*
30 *Qua conclusio est falsa, si concedi possit pralatio, quando est facta.*
31 *Retractus suspicio minuit valorem rei.*

DECISIO CCCCXVII.

DOminus Ascanius Paulutius Dominus decimæ partis
cuiusdam Molendini illam vendidit Comiti Astorgio
Rainerio, non requisitis Dominis de Signorelli patronis
aliarum partium dicti Molendini, qui prætendebant
1 venditionem non potuisse fieri ante † diuisionem, & sibi
tamquam Consortibus deberi prælationem, ea adductis per
Gulielm. de Cuneo *in l. 1. ff. de priuileg. Creditor.* & alios,
quos refert Fabian. de Monte *in tractat. de empt. & vendit.*
q. 3. nu. 41. qui mouentur ex text. *in l. quicumque Cod. de omni agro deserto lib.* 11. & obtinuerunt sententiam fauorabi-
2 lem, † à qua introducta causa appellationis in Rota fuit dubitatum,
an esset locus d. prælationi, & Domini negatiuè
responderunt per textum apertissimum *in l. falso C. de commun. rer. alienat. & glos. in verb. persuasum Inquit. enim ibi Imperator, falso tibi persuasum est communis pradij portionem pro indiuiso antequam communi diuidundo iudicium dictetur tantum socio, non etiam extraneo posse distrahi,* quo loco Odofred.
Bald. & alij hanc sententiam probant.

Et id ipsum vti iustum, & æquissimum decidit text. *l. portionem eod. tit. vbi glos. in verb. pretio, & in verb. grauitati,*
& ibi Bald. Salicet. & alij idem profitentur.

Idem probat text. *in l. 1. C. commun. diuidundo vbi glos.* 1.
Bald. *num.* 1. Angel. *num.* 1. Salicet. *num.* 1. Castren. *num.* 2.
3 qui etiam quod consors sit frater affirmat † communionem
non impedire, quominus quis portionem suam indiuisam
extraneo vendere possit.
4 Et pulchram rationem † subnectit text. *in l. dudum C. de contrah. empt.* scilicet, quod grauis videtur iniuria, quæ
5 inani honestatis colore velatur, † vt homines de rebus suis
aliquid facere cogantur inuiti, vbi glos. *in verb. Emptorem,*
& Bald. *n.* 1. Angel. *n.* 1. & ibi Addentes Salic. *n.* 1. & 4. Castren.
n. 1. & 2. hanc rationem amplectuntur.
6 Eandem sententiam vltra † prædictos Doctores vti iustam,
& rationi consonam sequuntur Glos. *in l. ante diuisionem in verbo prohibet C. de iur. dot.* Speculat. *in tit. de empt. & vendit. in princip. n.* 67. *in 4. par.* Bart. *in l. vnica n.* 1. & Odofred.
n. 1. & 3. Ioan. de Platea *n.* 1. *C. de vendit. rer. fiscal. cum priuat. commun. lib.* 10. idem Odofred. *in l. alienationes n.* 1. *ff. famil. hercisc.* Bald. *in d. l. ante diuisionem C. de iure dotium,*
vbi de alienatione facta fratre ignorante, vel inuito, Ias. *in l. vlt. n.* 17. *post med. C. de iur. Emphit.* Ancharan. *cons.* 370.
n. 1. & *cons.* 371. *n.* 1. Roman. *cons.* 107. *n.* 1. & *cons.* 484. *n.*
1. Alex. *cons.* 173. *ante n.* 1. *vol.* 6. Corneus *cons.* 151. *n.* 1. &
2. vbi quod hoc est indubitatum *vol.* 3. Ruin. *cons.* 27. *nu.* 3.
vol. 4. Bertrand. *cons.* 7. *n.* 1. *par.* 1. Soccin. sen. *cons.* 272. *n.*
6. & 7. *vol.* 2. & Soccin. iun. *cons.* 20. *n.* 7. & *seqq. vol.* 1. &
cons. 1. *n.* 10. *vol.* 2. Riminald. sen. *cons.* 330. *n.* 2. *vol.* 2. Rolan.
cons. 63. *n.* 6. & 7. *vol.* 1. & *cons.* 79. *n.* 57. & 58. *vol.* 3.
Paris. *cons.* 81. *n.* 1. & *seqq.* & *cons.* 82. *n.* 1. & *seq. par.* 3. &
cons. 123. *n.* 3. *par.* 4. Decian. *cons.* 46. *n.* 22. *vol.* 5. Lancellot.
Galliaul. *cons.* 520. *n.* 10. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 666. *nu.* 1.
& *seqq. lib.* 7. Hond. *cons.* 3. *n.* 14. & *cons.* 7. *n.* 6. & *cons.* 52.
n. 53. *vol.* 1. Ias. *cons.* 194. *n.* 1. *ante fin.* & *n.* 2. *post med.* &
cons. 224. *n.* 1. *vol.* 1. Hector. Felic. *alleg.* 93. *n.* 1.

Et nedum in lecturis, † & consilijs DD. hanc tenuere sen- 7
tentiam, sed etiam *in tract.* Tiraquell. *in prafat. de retract. lignag. n.* 15. & *seqq.* & *n.* 30. Marant. *disputat.* 8. *n.* 4. & 54.
ante fin. Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 152. *n.* 4. *ante med.* Sarmient.
selectar. interpret. lib. 3. *cap.* 7. *nu.* 2. Hieronym. Portol. *de consort. cap.* 9. *num.* 15. Iacob. Vuernher. *de Ganerb. castor. discurso* 7. *num.* 28. & *per totum,* vbi concludit idem esse
† quando agitur de alienatione partis Castri facienda per 8
vnum ex consortibus, Gaspar. Anton. Thesaur. *qq. forens. lib.*
1. *q.* 39. *num.* 5. & *seqq.* Gratian. *discept.* 546. *num.* 1. *cum seq. vsque ad* 6. *tom.* 3. & *discept.* 572. *in fin.* & *num.* 73. & *seqq. tom.* 4. & *discept.* 978. *n.* 18. *tom.* 5.

Suprema verò Tribunalia fuisse huius sententiæ † patet 9
ex decisione Vincen. de Franch. 17. *num.* 10. & *decis.* 346.
nu. 9. *ex decis.* Surd. 39. *n.* 9. & *ex decis.* Rotæ *nostra in Rom. retractatus* 31. *Iun.* 1605. *coram bo. me. Iusto,* & *in Romana retrouenditionis Scala* 20. *Decembris* 1613. *coram bo. mem. Card. Sacrato, qua est decisio* 502. *num.* 3. *par.* 2. *rec.* & *in eadem coram eodem* 12. *Maij* 1614. *qua est decis.* 547. *eadem par.* 2. *recent.* & *in causa Romana retractus Domus*
10 *Martij* 1614. *coram bon. memor. Francisco Vbaldo,*
& doctissimè dicunt decisiones *in causa Romana Retractus* 29. *Iunij* 1629. & 23. *Ianuarij* 1630. *coram R. P. D. Merlino.*

Neque obstat quod in specie dispositioni *d. l. dudum* † vi- 10
deatur derogasse Federicus II. Imperator *in Constit. sua de iure Prothomiseos qua extat* apud Cuiac. *de feud. lib.* 5. & refertur
à Gothifredo *in lib.* 5. *feudor. tit.* 14. quam etiam recenset
Iacob. Vuernher. *de Ganerbijs Castror. d. discurs.* 7.
n. 21. & ante Frederic. idem quoque sanciuit Lotharius, &
Romanus, Lecapenus, quorum constitutiones refert Cuiac.
loco allegat. & sæpe citantur à DD. earumque fragmenta extant
apud Bald. teste Cuiac. *loco citato.*

Nam respõdetur, quod cùm dd. Constitutiones inter leges,
quibus nos vtimur numquam † relatæ neque recensitæ sint, 11
non possunt derogare iuribus supra relatis, vt dicit Iacob.
Vuernher. *de Ganerb. Castor. d. discurs.* 7. *n.* 23. & in omnem
casum † dictæ Constitutiones extra materiam feudalem non 12
procedunt, Thesaur. *d. q.* 39. *n.* 6.

Neque rationes contradicunt huic sententiæ, nam potior
illa ratio, quod qui rem communem, & † indiuisam obti- 13
net, propriè rem suam habere non dicatur glos. *in l. id quod nostrum ff. de regul. iur.* cum adductis per Hieron. Portol. *de Consortib. cap.* 9. *n.* 8. & propterea de † illa disponere nequeat, 14
Salicet. *in l.* 1. *n.* 1. Castrens. *n.* 1. & 2. & ibi etiam Corneus
n. 2. *C. qui testam. fac. poss.* Non officit quia, etsi verum sit
† rem indiuisam propriè meam dici non posse, verumtamen 15
id est intelligendum quoad dispositionem totius rei, secus
tamen est, quoad dispositionem meæ partis, † quia quoad 16
hoc verè, & propriè mea dicitur, & de illa parte mea, tamquam
si esset diuisa disponere possum, vt declarat Bart. *in l. serui electio §. labeo ait,* & ibi Castren. *n.* 1. Aretin. *n.* 4. Alex.
Ias. & Socin. *n.* 1. *ff. de legat.* 1. Bald. *in d. l.* 1. Salicet. *nu.* 1.
Castren. *n.* 3. Alex. *n.* 3. Ias. *à n.* 1. *vsque ad tertium,* Dec.
n. 2. & 3. Corn. *n.* 2. & 4. *C. qui testam. fac. poss.* Dec. *in d. l. id quod nostrum n.* 4. *cum sequent ib. ff. de reg. iur.* Rebuff. *in l. litus §. pradia vers. secunda conclusio, & vers.* 2. *non potest ff. de verb. signific.* & ferè in terminis consortij hanc sententiam
probat Castr. *in cons.* 221. *n.* 1. *ad fin. vol.* 1. Afflict. *in tract. de iure prothomis. in princip. l. à n.* 15. *vsque ad* 17. & ita in
puncto respondet Hieronym. Portol. *de consort. d. cap.* 9. *n.* 13. *vbi testatur de communi.*

Neque etiam obstat alia ratio scil. quod iniquum, & irrationabile
sit † rem alienã contra Domini voluntatem à quo- 17
quam alienari, *l.* 1. & *l. nemo,* & vtrobique, Bald. & Salic. &
alij C. de reb. alien. non alien. & *in l.* 3. *§. sed quia C. commun. de legat.* sed si consors portionem suam † ante 18
diui-

diuisionem alienauit, rem alienam alienaret, & consor-
tem damno afficeret, cùm is habet partem in qualibet par-
ticula rei alienatæ, *l. Meuios §. duobus*, & ibi gloss. *in verb.*
hanc eandem, vbi Castren. *num.* 5. *ff. de legat.* 2. & latè de-
ducit in obiecto Hierunym. Portol. *loc. allegat. n.* 10. *&* 11.
& ita in nostris terminis sentire videtur Odofred. *in d. l.* 1.
ante n. 1. *C. qui testam. fac. poss.*

Nam respondetur, quod etsi verum sit ex alienatione rei
19 indiuisæ resultare alienationem rei † alienæ, tamen ex illa
alienatione nullum detrimentũ prouenit consorti non alie-
nanti, quia facta postea diuisione tantundem, quantum
ante alienationem recepturus, & ita in effectu nullum dam-
num passus est, vnde non iniquum, sed iniustissimum fore
20 iura † communia censuerunt homini libero dispositionem
partis rei suæ non indiuisæ prohibere, vt hac ratione sentit
Odofred. *in d. l.* 1. *C. qui testam. fac. poss.* & ibi Salicet. *n.* 1.
Castrens. *in l.* 1. *num.* 4. *C. commun. vtriusque iudic.* *&* *in l.*
Julianus §. idem Celsus n. 3. *ff. de action. empt.* Bart. *in l. qui*
Romæ §. duo fratres n. 52. & ibi Ripa *n.* 85. *ff. de verb. oblig.*
Portol. *loco superius allegato.*

21 Nec pariter obstat æquitas, † quæ considerari posset, vt
consors præferatur in emptione, quia huic prætensæ æqui-
tati plenè satisfacit text. *in l. dudum C. de contrahen. empt.*
dum inquit, vt supra relatum fuit, quod grauis videtur
22 † iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines
de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, quæ verba ad
propositum considerat Corn. *cons.* 29. *num.* 3. *&* *d. cons.* 151.
23 *num.* 1. *vol.* 3. vbi quod † Imperator exosum, & iniquum
arctare ad vendendum Consorti Socin. iun. *d. cons.* 20. *num.*
8. *vol.* 1. Menoch. *consil.* 666. *à num.* 1. *vsque ad* 3. *lib.* 7. vbi
quod grauem esse iniuriam dicit Imperator, & quod repu-
24 gnat iuri, & æquitati naturali, † cùm sit contra libertatem
ab ipsa natura datam Domino, vt re sua pro sui voluntate
vtatur, Gaspar. Anton. Thesaur. *d. q.* 39. *num.* 7. vbi quod
propterea vrbanitas reijcitur Castill. *de vsufr. cap.* 74. *num.*
5. *in fin.* vbi quod hæc æquitas à quibus DD. considerata
25 contra, vel præter legem inducitur, nec † aliquo iure pro-
batur, sed potius repugnare videtur rationi text. *in l. dudum*,
& Rota *in allegata decis.* 547. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* immagi-
nariam æquitatem eam appellat, & quod æquitas potius mi-
26 litat † pro libera rerum suarum dispositione, idemque dicit
eadem Rota *in precitatis decisionibus coram R. P. D. meo*
Merlino, vbi subdit, quod Lucas de Penna notauit Ius
27 † prothomiseos nimiæ asperitatis.

Denique non obstat, quod versemur in venditione iam
28 facta, & ideò † intret retractus, vt per Igneum *in d. l. du-*
dum num. 2. *&* *seqq. C. de contrah. empt.* quia respondetur
ipsum loqui contra textum clarum *in l. portionem C. de com-*
mun. rer. alienat. vbi frater portionem ab eius fratre aliena-
29 tam † volebat retrahere, & tamen fuit illi denegatus retra-
ctus, ibi, *Eius autem partem eius pretio soluto, sibi restitui*
postulare, nec militaris grauitas conuenit, & benè compro-
bat Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. n.* 23. est enim ea-
dem ratio † in venditione facienda, & venditione iam fa-
30 cta, quia vtroque casu læditur libertas de rebus liberè dispo-
nendi, eoque magis, quia stante periculo istius retractus,
31 bona † minori pretio venderentur, vt benè per Tiraquell.
loco allegat. & facit Corn. *cons.* 51. *n.* 6. *in fin.* *&* 7. *vol.* 2. *&*
cons. 187. *num.* 5. *vers. est ergo sensus vol.* 3. & benè Surd.
cons. 34. *num.* 16.

Et ita conclusum vtraque, &c.

R. P. D. COCCINO,

Olim Sacræ Rotæ Decano.

Romana Legatorum.

Luna 1. *Februarij* 1635.

ARGVMENTVM.

Iterùm ventilatur, & deciditur quæstio illa, quod quando Testator in Codicillis facit plura Legata, cum conditione, quod legata facta in testamento non censeantur in Codicillis repetita multa adducuntur ad enunciandam hanc quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quando duplicatur in eadem scriptura, vnum tantum debetur.*
2 *Legatum, quando duplicatur in diuersis scripturis, dupliciter debetur.*
3 *Legata duo, dum sunt eiusdem quantitatis ob eandem causam statur vltimo legato, & vltimæ dispositioni declara, vt n.* 4.
5 *Legata duo, quando sunt ex eadem causa, in dubio illud est præstandum, & debetur, quod est minimum.*
6 *Fallit tamen id, quando constat de contraria mente testatoris siue tacita, siue expressa.*
7 *Interpretatio, siue glosatio melior non est, quando disponens ipse se glosat, aut interpretatur.*
8 *Interpretatio illa optima est, quæ sumitur ex sequentibus.*
Sequentia benè declarant præcedentia, n. 8.
9 *Declaratio illa infringi non potest, quæ valde aperta est.*
10 *Dictio*, detti, *est repetitiua præcedentium.*
11 *Duplicationis, seu duplicatis coarctata certo loco, aut scriptura quid operetur.*
12 *Duo, quando ponuntur, & vnum negatur, illud quod non negatur censetur concessum.*
13 *Cassans aliqua in certa scriptura, quod non cassat videtur approbare.*
14 *Interrogatus de duobus, si ad vnum respondeat negatiuè, censetur affirmatiuè, quo ad aliud.*
15 *Reprobans vnum ex pluribus cætera approbare dicitur.*
16 *Repetere hoc verbum, significat de nouo petere ex suis principijs.*
17 *Legatum vsusfructus dicitur repeti, quando de nouo fit.*
18 *Venditio dicitur repetita, quando de nouo fit.*
19 *Repetitum dicitur, quod de nouo fuit factum.*
20 *Quæstio, dicitur repetita quando de nouo fit.*
21 *Promulgatio dicitur repetita, quando prius iam facta de nouo fit.*
22 *Legatum factum, in testamento, si testator confirmet in Codicillis, quid ex hoc inferatur, & num.* 23. *& num.* 24.
25 *Posteriora, quod derogent anterioribus, quando ista regula non procedat, & n.* 26.
27 *Dispositio, quando est conditionalis, si deficiat conditio cessat dispositio.*
28 *Legatum relictum in codicillis, quatenus illud non fuerit relictum in testamento statim illud deficit si constet in testamento adesse aliud.*
29 *Legatum relictum in Codicillis, quatenus non sit scriptum in testamento, tunc si illud existat in testamento debetur ex testamento propter euentum conditionis.*
30 *ab herede relictum, censetur repetitum à substituto per fideicommissum.*
31 *Substitutus succedit secundum voluntatem testatoris.*
32 *Substitutus succedit in locum primi heredis.*
33 *Legati onus transit in ipsum substitutum, in quem omnia onera, & grauamina transeunt.*
34 *Legatum non censetur repetitum à substituto, quando constat de contraria mente testatoris.*
35 *Testator, quando censeatur noluisse subrogare legatum relictum in Codicillis, facto in Testamento.*
36 *Nouatio, vt inducatur ex noua dispositione, requiritur, vt alteretur natura primæ dispositionis.*
37 *ad Nouationem inducendam, sola voluntas est habilis.*
38 *Dispositis facta in testamento, si se cum dispositione facta in codicillis compatiatur non censetur inducta nouatio.*
39 *Testator, quando noluit, quod legatum factum in Codicillis censeatur repetitum in Testamento, quid ex hoc inferatur.*
40 *Legatum factum in Codicillis informat factum in testamento.*
41 *Voluntas Testatoris, quando dicatur dispositiua.*

42 *Ver-*

42 *Verba testatoris, quod verba non censeantur repetita, quid importent.*
43 L. legata inutiliter ff. de legat. 1. *qualiter intelligatur.*
44 *Legata in testamento relicta non requirunt confirmationem in codicillis.*
45 *Codicilli non alterant relicta in testamento, nisi expressè constet de hoc.*
46 L. legata inutiliter ff. de legat. 1. *quando non intret.*
47 *Testatoris animus est attendendus.*
48 *Testator disponens conditionaliter secundum terminos conditionis est intelligendus.*
49 *Testator confirmans testamentum in Codicillis qualiter intelligatur.*

Infra in hac causa habetur altera decisio sub die 5. Februarij 1638.

D E C I S I O CCCCXVIII.

PRoposui iterùm dubium resolutum 30. Martij superio-
ris anni An scilicet tria legata, de quibus nunc agitur
debeantur prout sunt descripta in Testamento, vel prout
descripta sunt in Codicillis, & Domini causa maturè discus-
sa in decisis perstiterunt, nam vt in eadem decisione dictum
fuit bon. mem. Card. Vbaldinus 1. Aprilis 1632. manu pro-
pria Testamentum scripsit, quod tamen post biennium so-
lum, hoc est die 26. Aprilis 1636. Notario consignauit, &
eademmet die 26. Aprilis 1636. fecit Codicillum in qua sic
disposuit: *Alla Chiesa di Monte Pulciano sc. 2. mila per vna
volta sola per l'erettione del seminario di d. luogo, o pure per
augumento d'esso. Item lascio à qualsiuoglia Chiesa, titolo,
Abbatia, ouero beneficio di S. Eminenza la decima parte
dell'entrate di qualsiuoglia d'essi beneficij, Chiesa, titolo, &
Abbatia per vn'anno solo, per vna volta sola*, subsequuta
infrascripta declaratione, videlicet: *Item dichiara che se
qualcheduno delli sudetti legati fosse fatto nel suo Testamento
non intende, che sia repetito nel presente Codicillo, ma che sia
vn solo, & vaglia per vna volta*, quæ declaratio censetur
1 † facta ad tollendam difficultatem duplicationis legati, nam
& si quando duplicatur legatum in eadem scriptura, vnum
tantum debetur, *l. plane §. 1. ff. de legat.* 1. vbi gloss. & DD.
quando tamen duo legata sunt facta in duabus scripturis,
prout in Testamento, & Codicillis, † si legatum est simplex,
2 vtrumque debetur; ne secundus actus legandi censeatur
inutilis, *l. quinquaginta ff. de Probat.* Menoch. *de arbitr. lib.
2. casu* 213. In testamento verò prius idem Testator, ita le-
gauerat: *Lascio alla Chiesa di Monte Pulciano scudi quattro
mila; Alle mie commende di Varese, & seminarà scudi* 150.
*per ciascuna. Alla Chiesa di S. Giouanni in fiore per mante-
nimento della sacristia, e culto diuino, e sgrauamento di quei
Monaci scudi due mila.*
Stante igitur hac serie facti, visum fuit Dominis deberi
legata prout sunt scripta in Testamento, etenim licet verum
3 sit, quod quando fiunt † duo legata eiusdem quantitatis ob
eamdem causam, stetur vltimo legato, & vltimæ disposi-
tioni, *l. libertis* 18. *ff. de alim. & cib. legat.* per quem textum
ita sensit gloss. *in l. quinquaginta in verb. scriptis*, quam se-
quitur Bartol. *in l. cum centum n. 1. vers. si vero ab eodem ff.
de adimend. legat.* Abb. *in cons. 4. nu. 8. vol. 2.* Castr. *in d. l.
planè §. 1.* vbi Ias. *in secundo notab. ff. de legat.* 1. quæ conclu-
4 sio † procedit etiam quod in Testamento legetur vna quan-
titas diuersa à quantitate relicta in Codicillis, modo legatum
sit factum ea eadem causa, prout in casu isto legata vtrobi-
5 que fuerunt facta † ea eadem causa pietatis, *d. l. libertis* 18.
Aymon. *cons.* 167. *n.* 10. & in dubio quale legatum debea-
tur minimum sit præstandum, *l. si ita scriptum ff. de legat.* 1.
Ita tamen regula fallit, quando constat de contraria † men-
6 te Testatoris expressa aut tacita, nulla enim melior est in-
terpretatio, aut glosatio, quam glosatio, & interpretatio
7 † testatoris, qui quando se ipsum glosat, & mentem suam
declarat efficit, vt non eatur ad glosationem, & interpre-
tationem legis, Curtius senior. *cons. 29. n. 6. vers. ita in pro-
posito*, Paris. *cons. ciuil.* 105. *n. 6. & seqq.* præsertim quando
8 declaratio sumitur ex † sequentibus, quæ semper declarant
præcedentia, *l. legatorum petitio, §. fin.* vbi Bald. *in fin. ff. de
legat. 2. l. si cum fundum ff. de verb. signif. l. Titia §. Lucius
Titius ff. de legat. 2. l. si Titia §. 1. ff. de verb. oblig.*
Quod autem testator voluerit deberi † legata scripta 9
in Testamento probatur primo, & quidem clarè ex illis
verbis: *Item dechiara, che se qualcheduno delli sudetti lega-
ti, &c.* scilicet scriptis in Codicillis, de quibus testator im-
mediatè loquutus fuerat, & ad quæ verba Testatoris refe- 10
runtur propter dictionem, *detti*, Bart. *in l. scriptum §. fin. ff.
de legat.* 1. Paris. *cons. 94. n. 22. vol. 3.* Dec. *cons. 508. n. 3. fosse
fatto nel testamento, non intende che sia repetito nel presente
Codicillo, mà che sia vn solo.* Ex quibus infertur, quod siue ver-
bum, *repetere*, importet duplicare, siue solum referre, cum
testator negauerit, siuè prohibuerit repetitionem, siuè dupli-
cationem in Codicillis, voluerit & affirmauerit deberi lega-
tum, siue legata scripta in Testamento maximè stantibus il-
lis verbis subsequentibus; *Ma che sia vn solo, & vaglia per
vna volta sola.* Negatiua enim duplicationis, siuè duplica-
tis † rei coarctata in certo loco, vel scriptura ponit affir- 11
matiuam simplicitatis, siuè singularitatis eiusdem rei in alio
loco secundum doctrin. Bart. *in l. de atate num. 12. ff. de mi-
nor. & in l. 2.* vbi Iacobus de S. Georgio Bald. *num. 2. & 3.*
Alberic. *ff. de probat.* Bald. *in l. actor. nu. 22. & 23. C. de pro-
bat. & in l. cum te num. 14. C. eodem, & in c. 3. loco num. 9. de
probat. & in c. 1. §. si quis per triginta num. 3. si de feudo fuerit
controuers.* Fulgos. *in l. vti frui num. 7. ff. si vsufructus petat.*
Abb. *in c. cum Ecclesia Sutrina num. 28.* & Ripa *num. 79. de
caus. possess. & propr.* Aretin. *in l. in illa stipulatione num. 4. ff.
de verb. obligat. & in c. vltim. num. 20. & in c. cum causam n.
37. de testib.* Gabr. *concl. 4. de testib. num. 7.* Bossius *de defen-
sion. reorum n.* 23. Herculan. *de negat. prob. num.* 157. Pacian.
de probat. lib. 1. c. 43. n. 8. Boer. *decis. 23. n. 94.*
Secundò probatur, quia cùm hic duo propria concurrant,
nempe legata facta in Testamento, & facta in Codicillis, &
testator noluerit facta in Codicillis censeri repetita si fuerunt
facta in Testamento prout fuerunt facta, censetur † negas- 12
se, quod legata deberentur ex Codicillis, & voluisse deberi
ex testamento, quando enim duo ponûtur, & vnum negatur,
illud quod non negatur, censetur concessum, *c. non ne de præ-
sumpt. l. tribus* 21. *§. fin. ff. de testam. milit.* vbi Bald. ait, quod
cassans aliqua † videtur approbare, quod non cassat *in l. le- 13
gata inutiliter in fin.* & ibi Ias. *ff. de legat.* 1. dicunt, quod
si Comes, cui plura fuerunt proposita reprobet quædam, vi-
detur alia omnia approbare, † & dicit Bart. *in l. at si sine §. 14
sed quod Papinianus num. 1. ff. de minor.* quod interrogatus
de duobus, si ad vnum respondet † affirmatiuè, videtur 15
alterum respondere negatiuè, & è contra, & Bald. *ibidem
dicit hoc esse vtiliter notandum in num.* 2.
Tertiò, quia testator noluit legata facta in Codicillis cen-
seri repetita in ipsis Codicillis, quatenus prius fuissent facta
in Testamento. Vnde cùm † verbum repetere sit de nouo
petere ea suis principijs, *secundum Budeum in annot. super
pand. in l. Iulianus §. quantum ff. ad exhiben.* quod repetit ad- 16
ditio marginalis ad text. *in l. repetita ff. de fid. Instr.* Duaren.
*in Comment. ad l. Iurisgentium 7. §. adeò vers. quasi repetita
post med. vers. dicitur autem ff. de pact. pagina mihi* 59. & Re-
buff. *in l. quos nun hostes 234. §. locuplex vers. restituendam ff.
de verb. signif.* verus sensus est, quod cum † voluerit repe- 17
tere legata in ipsis Codicillis, quando fuissent facta in Testa-
mento noluerit de nouo facere d. legata, dicitur enim repeti
legatum † vsusfructus, quando de nouo fit, *l. 3. in princ. & 18
in §. 1. & l. repeti ff. quib. mod. vsusfruct. amitt.* hinc etiam
dicitur emptio repetita, † quando de nouo est facta, *vt in l.* 19
2. ff. de rescindend. venditione, sic dicitur repetita † quæstio, 20
quando reiteratur, *l. repeti quæstionem 16. vbi gloss. 1. & l.
vnus 18. §. 1. vbi glos. verb. repeti ff. de quæstion.* & dicitur
† repetita promulgatio, quando alia prius fuerat, *l. repetita* 21
37. vbi glos. 1. C. de Episc. & Cleric.
Quartò probatur dialectico more loquendo, quia illa ver-
ba, *Non intende che sia repetito* (scilicet legatum factum in
Codicillis) *nel presente Codicillo*, non possunt referri ad aliud
extremum, quàm ad legatum prius factum in Codicillis ex
deductis in primo argumento, † si igitur testator non reuo- 22
cat legatum factum in Testamento, sed solum disponit, quod
factum in Codicillis, censeatur repetitum si fuit factum in
Testamento, sequitur, vt perinde sit, † ac si testator dixisset 23
velle legatum factum in Testamento in suo pristino statu re-
manere, ex adductis per Natt. *cons. 484. n. 23.* & clarius, quod
multò magis ex eo quod testator voluit dependere existentiã
legati facti in Codicillis, † non existentia legati facti in 24
Testamento, si extaret legatum testamenti, non subsiste-

ret legatum Codicilli, & hoc etiam operatur, vt non in-
25 tret regula, † quod posteriora derogent prioribus, quia
fallit quando exiſtentia poſteriorum ponitur ſolum in caſu
26 non exiſtentiæ priorum, & talis caſus, † ſeu conditio non
verificatur, vt latius probabitur infra.

Quintò probatur, quia cùm diſpoſitio facta in Codicillis
fuerit conditionalis, ſcilicet quatenus non fuiſſet facta in
27 Teſtamento ſtatim † ab initio fuit perempta, quia defe-
cit conditio, *l. in præteritum* 100 *& l. ſi ita ſtipulatus* 120.
ff. de verb. obligat. & in noſtris terminis, quando fuit di-
ctum ſi in Codicillis ſcripſi eſt textus *in l. inſtitutio talis* 10.
ad fin. ff. de condit. inſtit. vbi gloſſ. vltima explicat † ſta-
28 tim operari ſi in Teſtamento ſcriptum poſtea reperitur, &
ibi Albericus *num.* 1. ait, quod iſte nominatus in Codicillis,
& in Teſtamento, capit, non ex Codicillis, ſed ex Teſta-
29 mento, & ſic in caſu † noſtro debetur legatum ſcriptum in
Teſtamento, non autem in Codicillis propter euentum con-
ditionis.

Sextò probatur etiam à ſimilibus, quia licet regulariter
30 relictum ab hærede † cenſeatur repetitum à ſubſtituto per
fideicommiſſum, *l. licet Imperator* 77. *ff. de legat.* 1. An-
gel. Imol. Florian. & Iaſon. *in d. l. Imperator num.* 7. Peregr.
de fideic. art. 16. *num.* 64. Menoch. *præſumpt.* 108. *num.*
57. *lib.* 4. & ratio ſit, quia ſubſtitutus ſuccedit † ſecun-
31 dum voluntatem Teſtatoris, qui præſumitur voluiſſe, quod
ſubſtitutum, qui ſubrogatur in locum primi inſtituti, ſuc-
32 cedat cum eodem onere † ſoluendi legatum, cùm ſubro-
gatus in omnibus naturam, & qualitatem induat eius in
cuius locum ſubrogatur, *l. ſi cum* §. *qui iniuriam ff. ſi quis
cautionibus*, & hinc onus legati tranſit in ipſum † ſubſti-
33 tutum, in quem omnia onera, & grauamina tranſeunt,
ex l. §. *hac actio* 10. *ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſſ. fuer.* Ma-
tienz. *in l.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. recompilat Aluar.
Valaſc. *conſult.* 132. *num.* 26. Gratur. *reſponſ.* 5. *num.* 52.
vol. 2. Alba *conſ.* 107. *num.* 2. & ita declarat Bart. *in l.* 4.
§. *Lucius ff. de aliment. & cibar. legatis*, Roman. *in auth. ſi-
militer C. ad l. falcidiam*, attamen veritas eſt, quod le-
gatum non cenſetur repetitum à ſubſtituto, quando conſtat
34 de contraria † mente teſtatoris, vt puta quando nomina-
tum eſt relictum ab hærede, *l. ſi plures ff. de leg.* 3. *C. Cel-
ſus* §. *quod alicuius ff. de legat.* 2. *l.* 1. §. *id quod ex ſubſtitu-
tione in fin. ff. ad leg. falcid. l.* 1. *C. ſi omnia cauſa teſtam.* quæ
vna ponderat Iaſon. *in d. l. licet Imperator n.* 3. *vſque ad fin.*
Peregr. *de fideic. d. art.* 16. *n.* 59.

Ita in propoſito conſtat de contraria mente teſtatoris,
35 quod noluerit ſubrogare † legatum factum in Codicillis,
facto in Teſtamento, quia voluit legatum cenſeri reperi-
tum in Codicillis ſolum, quatenus non fuiſſet factum in Te-
ſtamento, & hoc confirmatur etiam ex his, quæ dicuntur
36 de nouatione, † in qua videmus, quod ad effectum illam
inducendi ex noua diſpoſitione, requiritur, quod altere-
tur natura primæ diſpoſitionis, & nouetur diſpoſitio noua
ſpecie, vt declarat Salicet. *in l. certi* §. *fin. num.* 23. *ff. ſi
37 cert. petat.* & ratio eſt, quia voluntas † eſt habilis ad indu-
cendam nouationem, *l. iuriſgentium* §. *ideo ff. de pact.*
At in caſu noſtro, vt patet ex prædictis, cùm diſpoſitio fa-
38 cta in teſtamento † ſe compatiatur cum diſpoſitione facta
in Codicillis, non fuit inducta nouatio, Menoch. *præſumpt.*
134. *num.* 40. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 385. *num.* 18. *lib.* 3. eo-
39 que magis ita procedunt † ex eo quod teſtator noluit lega-
tum factum in Codicillis cenſeri repetitum in Codicillis,
40 quatenus fuerit factum in Teſtamento, & ita † legatum
factum in Codicillis informat factum in teſtamento, &
excludit nouationem *d. l. Iuriſgentium* §. *quinimò ff. de
pact.*

Et prædicta eo magis admitti debent, quia ſufficit, quod
teſtator exprimat verba, ex quibus illius voluntas poſſit de-
præhendi, & quod ad aliam diſpoſitionem expreſſam non
41 tranſeat, quia illa voluntas dicitur diſpoſitiua, ſeu † ſe ha-
bens diſpoſitiuè, vt declarat Bald. *in l. vnica C. de his qui ant.
apert. tabul.* latè Socin. *in l. ambiguo num.* 3. *ff. de reb. dub.*
Caſtren. *in l. ab omnibus la prima num.* 4. *ff. de legat.* 1. for-
tunius Garzias *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum num.* 107. *&*
112. *ff. de liber. & poſth.* Dec. *conſ.* 89. *n.* 3. Socin. iun. *conſ.*
385. *n.* 15 *lib.* 2. Merlin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 28.
Rouitus *conſ.* 40. *n.* 4. *lib.* 1.

Nec eſt verum, quod dicta verba, *Non intende che ſia
repetito nel preſente Codicillo*, idem ſonent, quod non intel-
42 ligebant priora legata per repetitionem † confirmare in
ſcriptura Codicillorum, quàm tunc dictabat iuxta ſenſum
Papiniani relatum à Vulpiano *in* §. *legata inutiliter, ibi,
Confirmari per repetitionem, ideſt per hanc ſcripturam poſtea
factam in Codicillis ff. de legat.* 1. non applicatus enim ille
textus † ad caſum noſtrum, quia ibi Papinianus cogitauit 43
legata inutilia confirmatione egere, ideò inquit per verba
repetitiua intelligi confirmata, ſed ſi teſtator voluiſſet in Co-
dicillis confirmare legata vtiliter facta in teſtamento impru-
denter hoc cogitaſſet, cùm legata † in teſtamento relicta non 44
egeant confirmatione in Codicillis, *l. quod per manus ff. de iur.
codicillorum*, & diſpoſita in Codicillis non alterant † reli- 45
cta in Teſtamento niſi expreſsè diſponatur, *l. alumnæ* 30. §.
qui filias ff. de aliment. & cibar. legat. vnde declarauit idem
† teſtator, quod legata ipſa relicta in Codicillis, ſi fuerunt 46
facta in teſtamento, non cenſentur repetita in eiſdem
Codicillis, & ſic in hoc caſu non intrat dictum Papi-
niani.

Nec obſtat, quod teſtator ferè omnia legata teſtamenta-
ria † auxerit, vel diminuerit, quod quidem præfert animum 47
corrigendi, *gloſ. in l. nihil prohibet* 17. *v. corrigere ff. de adi-
ment. legat.* Quia hoc poſſet conſiderari ſi teſtator ſimplici-
ter diſpoſuiſſet in Codicillis, ſed cum diſpoſuerit ſub † con- 48
ditione quatenus legata relicta in Codicillis non fuerint fa-
cta in teſtamento, ſequitur, quod non cenſentur per legata
codicillaria adepta legata Teſtamentaria, ſed potius contra-
rium ex ſupradictis, & tradit Dec. *conſ.* 3. *num.* 7. nec eſt ha-
bendum in conſideratione, quod teſtator in Codicillo dixit
in reliquis confirmare teſtamentum, quia per hæc † verba 49
cenſentur confirmata contenta in Teſtamento, Alex. *conſ.*
17. *in princ. vol.* 3. *Camerarius in cap. Imperialem fol.* 46. *lit-
tera D.* & ſic cum huiuſmodi legata contineantur in Teſta-
mento nec fuerint in Codicillis adempta, ceſſat omnis
obiectio.

Ex quibus, & ex alijs conſideratis in alia deciſione vtraque
parte informante Domini perſtiterunt in reſolutis, &c.

R. P. D. COCCINO,

Olim Sacræ Rotæ Decano.

Bracharen. Parochialis.

Lunæ 21. *Maij* 1635.

ARGVMENTVM.

Beneficij reſignationem, ſi quis prætendat eſſe ſimoniacam, & illud impetrauit à Papa tamquam vacans ob ſimoniam, debet plenè, & concludenter dictam ſimoniam probare, cùm ea ſit cauſa ſucceſſionis, & etiam, quia id ſapit obiectum.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, ſi non eſt ſimpliciter pars gratia, probatur leuioribus probationibus.*
2 *Cauſa conceſſionis, quando ea, quæ narrantur in gratia, plenè, & concludenter ſunt probanda.*
3 *Narrata in gratia, quando ſapiunt obiectum, & continent inhabilitatem perſonæ, tunc multo magis ſunt plenè, & concludenter probanda.*
4 *Simonia eſt plenè, & concludenter probanda.*
5 *Pacta in reſignatione beneficij appoſita, præſeruantur, ne ſint ſimoniaca, ſtante clauſula, ſaluo beneplacito Sedis Apoſtolicæ.*
6 *Simonia realis, vt inducatur, quid ſufficiat.*
7 *Simonia realis probatur, ſi docetur de conuentione ſimoniaca, ſeu illicita, & quod ea fuerit effectuata.*
8 *Pactum in permutatione beneficiorum antecedens, non eſt ſimoniacum, ſi fuit conditionatum, ſub conditione, ſaluo Papæ conſenſu, & paſſim ita fit ſine ſcrupulo.*
9 *Pactum in reſignatione beneficij, ſi fuerit factum, ſaluo Papæ beneplacito, ſi Papa non conſenſit prædicto pacto, perinde eſt, ac ſi non fuiſſet appoſitum.*

10 *Nam*

10 *Nam stante d. restrictiua, pactum intelligitur appositum, quatenus Papa voluerit, & si Papa noluit, nec partes voluisse dicendum est.*

11 *Vnde, si illud pactum fuerit euacuatum per non admissionem Papa, si postea exequatur in eo promissa, non potest dici ea facta in vim illius pacti.*

12 Mohed. dec. 1. de simon. *quando procedat.*

13 *Pensio etiam si sit extincta sine auctoritate Sedis Apostolica, non tamen ex pacto pracedenti minime inficit resignationem.*

14 *Protestatio contraria facto, nihil operatur.*

15 *Simonia non committitur, si soluatur temporale, pro temporali, sed secus, si soluatur temporale pro spirituali.*

16 *Beneficium, si fuerit resignatum mediante promissione, & solutione pecuniarum facta, quibusdam mediatoribus ad mouendum animum Resignantis.*

Et solutio fuit facta saltem ex parte, ante consecutionem beneficij, seu possessionis, hoc casu sine dubio dicitur inducta simonia, & hac sententia est verissima, num. 17.

18 *Testes, qui sunt varij, & percutiunt minime tempus de quo quaritur, non sunt attendendi.*

19 *Testes, qui ad inuicem se conquassat, reijciuntur.*

20 *Fama, si ortum habuit à personis maleuolis nihil probat.*

21 *Attestatio facta pro exoneratione conscientia, ab eo, qui in periculo mortis est constitutus, est multum attendenda.*

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 17. Decembris 1635. coram eodem.

DECISIO CCCCXIX.

AMbrosios resignauit huiusmodi Parochialem ad fauotem Fructuosi, Bartholomæus prætendens banc
resignationem ex diuersis Capitibus Simoniacam illam
impetrauit à S.D.N tamquam vacantem ob Simoniam
Quare dubitaui, An constet de Simooia, quam dictus
Bartholomæus plenè, & concludenter tenetur probare,
1 quia † ista narratiua non est simpliciter pars gratiæ, quo
2 casu sufficiant leuiores probationes, sed † est causa Concessionis, vt distinguendo dixit Rota *in decis.* 268. *num.*
4. *par.* 1. *diuers.* & fuit resolutum in causa *Placentina Parochialis de Malpartida* 16. *Ian.* 1602. *coram bon. mem. Lutta, & in causa Casalen. Prapositura* 21. *Aprilis* 1597. *coram bon. mem. Petro Francisco Gipsio*, eoque magis, quod
3 talis narratiua sapit obiectum, & cootinet † inhabilitatem personæ, Rot. *decis.* 8. *de except. in nou.* Mohed. *decis.* 9. *de probat. vers. vnde*, Paril. *cons.* 104. *num.* 2. 6. & 8. *lib.* 4. & fuit resolutum in causa, *Casaraugustana Parochialis de Maella* 8. *Nouembris* 1599. *coram recol. mem. Hieronymo Card. Pamphilio, & in dicta Casalen. Prapositura coram Gipsio.*
Et Domioi dixerunt oon constare de Simonia, quia
4 eam plenè, & sufficienter non probat Barthosomæus.
Etenim aut eam primò deducit, ex quo in tractatu resignationis Fructuosus promisit conseotire impositioni pen-
5 sionis, & illius medietatem † eatinguere, cum clausula *saluo beneplacito Sedis Apostolica*, per quam clausulam licet præseruetur, quod pactum non sit Simoniacum, Cassad. *decis.* 2. *num.* 3. *de Simon. & decis.* 3. *num.* 2. *de renunciat.* attamen cùm non obtenta gratia extinguendi in supplicatione resignationix, nihilomious post adeptam posses-
6 sionem Parochialis Fructuosus extinxetit † medietatem d. pensionis, hoc videatur sufficere ad incurrendam Simooiam realem ea Mohedan. *decis.* 1. *de Simon.* Parif. *de confid. q.* 40. *num.* 59.
Et ad hoc responderut, quod ad probandam Simoniam
7 realem, requiritur, vt probetur † conuentio Simoniaca, seu illicita, & ex eausa secutam esse effectuationem, seu solutionem, *cap. veniens il primo, de Testib. cap.* Attaldus 8. *q.* 3. Alciat. *cons.* 2. *num.* 10. *lib.* 1. Card. Caual. *decis.* 352. *num.* 4. quia tunc pactum influit malitiam in effectuationem, aliàs non inficitur solutio. At in casu isto illud pactum antecedens, vt dictum est, non erat Simo-
8 niacom, † quia fuit conditionatum, saluo Papæ consen-
su, vt passim ita fit sine scrupolo, & fiunt sub hac forma instrumenta cum rogitu Notarij, Parif. *de confid. quast.* 40. *num.* 46. & 50. & *resignat. lib.* 2 *qu.* 2. *num.* 73. ergo non potuit influere malitiam Simoniæ in eatinctionem
subsecutam post beneficium obtentum, & cùm illa facul- 9
tas extinguendi non fuerit concessa, pactum de extinguenda pensione stante dicta Clausula saluo beneplacito Apostolico, perinde est, ac si non fuisset appositum, quia
stante dicta † restrictiua intelligitur, quatenus Papa vo- 10
luerit, & si Papa noluit, oec partes voluisse dicendum est, Cæs. de Grass. *decis.* 10. *de prab. aliàs* 121. Rebuff. *in prax. tit. de resignat. condit. à num.* 23. *vsque ad* 28. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 12. *num.* 92. & 93. *vers. similiter*, quare cùm illud pactum fuerit euacuatum per non ad-
missionem Papæ, † extinctio postea secuta non potest 11
dici facta in vim illius pacti, vt per Cæs. de Grass. *vbi supra.*
Non obstat decisio Mohed. † supra allegata, quia pro- 12
cedit quando oon obtenta gratia à Papa aliquid fuisset solutum, sed in casu isto fuit obtenta reseruatio pensionis, & sic solutio postea facta non causauit Simoniam, & pactum de extinguenda pensione fuit euacuatom: Imò si pen-
sio fuisset † eatincta siue auctoritate Sedis Apostolicæ, 13
non tamen ea pacto præcedenti minimè inficeret resignationem, Sanchez *respons. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 47. nec dici potest, quod clausula, saluo beneplacito Apostolico, non releuet, quando ante beneplacitum Papæ eaequator
pactum, quia tunc † videtur esse protestatio contraria 14
facto, Sanchez *loco allegato dub.* 33. *num.* 4. quia in hoc casu extinctio oon fuit facta pendente negotio, nec potuit fieri, sed post reseruationem pensionis legitimè factam, & post eneruatum dictum pactum, & quatenus mandatum ad resignandum potuisset dici conditionale, vti verè non est ea supra dictis, & quod Ambrosius propterea non perdidisset titolum suum, licet vigore litterarum Apostolicarum Resignatarius obtinuerit possessionem, quia illa possessio esset tantùm facti, & non Iuris, neque Resignatarios haberet titulum Spirituale, stante dicta conditione, & quamuis soluerit, & eatinxetit pensionem, noo
inde sequitur, quod † soluerit temporale pro spirituali, 15
sed temporale pro temporali, hoc est pecuniam pro fructibus debitis Resignanti, ea quo ius ab eo oon ceosetur abdicatum, & consequenter non incidisset in pœnas Simoniaci ea hoc capite, vt est *decisio* Achill. 3. *de Simon. alias* 342. & sequitur Parif. *de confident. quast.* 41. *num.* 19. & *seqq.*
Aut verò dictam Simoniam deducit ea eo, quod per testes probetur beneficium fuisse resignatum mediante promissione, & solutione pecuniarum facta quibusdam mediatori-
bus, † seu intercessoribus ad mouendum animum Resi- 16
gnantis, & solutionem saltem ea parte fuisse factam ante consecotionem beneficij, seu possessionis, quæ sine difficultate inducunt Simoniam, vt eapresse tenent Innoc. *in cap. suam de atat. & qualit.* Nauar. *cons.* 67. *num.* 1. *de Simon.* Parif. *de confid. q.* 42. *num.* 12. Caiet. *verbo excommunicatio cap.* 72. Filiuccius *tractat.* 45. *cap.* 13. *num.* 10. & alij quamplures cumulati per Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 26. *num.* 2. & *hanc sententiam probabiliorem esse dicit loco citato, num.* 8.
Et huic fundamento fuit respoosum difficultatem consistere circa factum, non circa ius, quia prædictam senten-
tiam † esse verissimam diaerunt Domini, sed factum oon 17
probari, quia testes fuerunt examinati de anno 1631. & resignatio fuit facta de anno 1622. & propterea Testes in eorum depositionibus non percutiunt tempus certum huiusmodi tractatus cum conclusione postea subsecuta. Peixotus enim deponit ab annis 7. vel 8. Franciscus de Faria ab an-
nis 10. Sousa verò ab aoois 5. vel 6. Vnde † cùm siot diuersi 18
in tempore, & non percutiant tempos resignationis, oihil propterea videntur concludere.
Et quantum attinet ad alios testes, qui ad eandem Simoniam probandam addocuntur, animaduertebant Domini,
quod ferè omnes sunt † singulares, & sunt etiam inter se con- 19
trarij, tam circa locum, quàm circa summam pecuniæ, & sic ad inuicem conquassantur.
Valdeque tandem mouetuot Dominos Testes examinati pro Fructuoso deponentes falsam famam Simooiæ ori-
ginem † habuisse à quodam Abbate inimico Fructuosi, 20
& fuisse ipsius Calumniam, qni tanquam inimicus iodaxit falsos testes muneribus, & promissiooibus: itaut

negocium ageretur per creditores, & debitores, vt probant Testes *in Summario num.* 21. & d. Abbas non solùm fuerit de hoc inquisitus, sed etiam condemnatus, *vt in Summario num.* 22. omnemque fidem prædictis Testibus tollit declaratio facta per dictum Abbatem in pericu-
21 lo mortis † constitutum, dum ipse attestatus fuit, se tractasse resignationem de mandato Ambrosij sui fratris, neque in ea pactum vllum Simoniacum interuenisse, cùm tamen ipse alias contrarium deposuisset, vt patet ex illius depositione cuius copia datur.

Et ita vtraque Parte informante conclusum fuit, Non constare de Simonia.

R. P. D. COCCINO,

olim Sacræ Rotæ Decano.

Bracharen. Parochialis.

Lunæ 17. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Simonia, quando non possit considerari in resignatione Beneficij, cum reseruatione pensionis, quæ possit etiam postea extingui. Clausula, *reseruato Beneplacito Apostolico*, est salutaris. Fama communis, vt probet, quid requiratur,

SVMMARIVM.

1 *Simonia non dicitur commissa licet in resignatione beneficij adsit pactum Simoniacum, dum illud fuit cassatum.*
Reseruatio Beneplaciti Apostolici in pactis Reseruationis Beneficij, quid operetur, n. 1.
2 *Simonia realis in resignatione beneficij, quando dicatur inducta.*
3 *Pactum, quando fuit euacuatum nihil potest operare.*
4 *Simonia non inducitur ex his, quæ post resignationem fuerunt facta.*
5 *de Delicto excludendo, quando agitur admittitur omnis probatio possibilis.*
6 *Simoniæ fama, dum fuit probatum, quod erat falsa, cessat Simonia.*
7 *Testis prius muneribus, & promissionibus corruptus in nihilo probat.*
8 *Attestationi factæ pro exoneratione conscientiæ multum videtur deferendum.*
9 *Probationes partis vt elidantur, probationes leuiores admittuntur.*
10 *Testes diuersi in tempore, & non percutientes tempus, de quo est controuersia non attenduntur.*
11 *Testes, si deponant aliquem esse bonæ opinionis, & famæ ex his conquassatur contraria probatio.*
12 *Testium dicta dum non possunt adaptari ad ea, de quibus controuertitur non sunt admittenda.*
13 *Testes, quando ex omnibus simul consideratis, non sunt nitidæ farinæ, non releuant.*
14 *Testes inuerisimilia deponentes, non iuuant.*
15 *Fama nisi habeat originem à iusta causa, non venit attendenda.*

Decisio hæc est in eadem causa de qua antecedens decisio & ibi ista citatur.

DECISIO CCCCXX.

QVoad primum Caput decisionis Domini absolutè censuerunt non constare de Simonia, quia licet mandatum fuerit datum ad resignandum cum reserua-
tione pensionis, quæ posset postea extingui, tamen fuit
reseruatum beneplacitum Apostolicum, & cùm in † eo
obtinendo, fuerit cassata facultas extinguendi, pactum 1
fuit omnino abolitum etiam ex voluntate ipsarummet partium Cæsat. de Gras. *dec.* 10. *de prob. cum allegatis in dec. in hac causa facta* 21. *Maij præteriti.*

Neque obstat, quod post resignationem, fuerit extincta medietas pensionis, & ideò censeatur respectu be-
neficij resignati † inducta Simonia realis, Mohed. *decis.* 2
5. *de Simon.* quia hoc esset verum, si vigore pacti præcedentis fuisset extincta pensio, sed illud pactum fuit euacuatum, ex quo fuit deletum, & propterea cessan-
te illo pacto, † non impediebantur Partes ex integro 3
obtinere à Summo Pontifice facultatem extinguendi pensionem, & illam extinguere, diuersum est enim, quod
aliquid fiat ex pacto † concernente resignationem, aliud 4
verò, quod post resignationem, & reseruationem pensionis obtineatur gratia extinguendi, & ita est credendum,
cùm agatur † de delicto excludendo, Alex. *cons.* 70. *num.* 5
1. *lib.* 1. *& cons.* 74. *num.* 4. *eodem lib. & cons.* 114. *lib.* 4. *num.* 10. Aymon. *cons.* 205. *num.* 8. *& seqq.* Decian. *cons.* 8. *num.* 42. *& seqq. lib.* 1. Clarius *in §. falsum num.* 45. *vbi de communi, & num.* 63. *& seqq. & plenius num.* 79. *& seqq.*

Quantum attinet ad Simoniam deductam, ex quo pecunia fuit soluta. Pro resolutione huius articuli præmittendum venit, quod vt fuit dictum in alia decisione
testes examinati pro Fructuoso, deponunt famam † Si- 6
moniæ fuisse falsam, & ortam fuisse ex quodam Abbate inimico Fructuosi, qui tanquam talis induxit falsos testes prius muneribus, & promissionibus corruptos, &
prædictæ depositiones redduntur veræ, nedum quia Ab- 7
bas prædictus de huiusmodi subornatione fuit inquisitus, & condemnatus, sed etiam quia ipse in articulo mortis attestatus fuit se resignationem tractasse de mandato Ambrosij sui fratris, neque in ea pactum vllum Simoniacum interuenisse, licet ipse aliàs contrarium deposuerit,
quæ attestatio facta † pro exoneratione Conscientiæ, est 8
multum attendenda, Surd. *cons.* 425. *num.* 20. & licet dicta Confessio non sit scripta manu ipsius Abbatis, sufficit
vt de ea sit habenda ratio, quod à duobus Testibus † sit sub- 9
scripta, præsertim cùm agatur solum ad elidendum probationes alterius partis.

Secundò est præmittendum, quod resignatio fuit facta de anno 1622. & testes prima vice examinati de anno 1631. non percutiunt tempus dictæ resignationis. Sousa enim deponit de annis 5. vel 6. Peixotus ab annis 7. vel 8. Franciscus de Faria de tempore festiuitatis Canonizationis SS. Ignatij, & Francisci Xauerij vn-
de sunt † diuersi in tempore, & non percutiunt tem- 10
pus resignationis, ideò non sunt attendendi, *cap.* Artald. 8. q. 3. *gloss. in cap. quam pio in verbo postmodum* 1. q. 2. Dec. *cons.* 448. *n.* 25. Alciat. *cons.* 2. *n.* 5. *&* 33. *lib.* 1. Put. *dec.* 167. *lib.* 2. *in correct.*

Tertiò est præmittendum, quod alij testes deponunt
Fructuosum fuisse bonæ opinionis & famæ, † vnde sa- 11
tis conquassatur probatio contraria, Corn. *cons.* 176. *n.* 10. *lib.* 4. san. mem. Greg. *dec.* 455. *n.* 4. Rota *dec.* 12. *n.* 4. *in fin. post* 2. *vol. cons. Farin.*

His prænotatis licet Testes secunda vice fuerint examinati de anno 1632. & tunc Franciscus de Faria deposuerit de Simonia à decem annis citrà, & alij concordando cum dict. Francisco de Faria, à die prædictæ festiuitatis SS. Ignatij, & Xauerij. Attamen ista depositio nequaquam placuit Dominis, quia, vt dictum est, Peixotus in primo examine deponit de annis 7. vel 8. & Sousa de annis 5. vel 6. & licet subdat seu alio veriori tempore, nihilominus ista
verba † non possunt adaptari ad tam longum tempus, & 12
considerarunt Domini, quod Franciscus de Faria in primo examine dixit Simoniam fuisse commissam in die Festiuitatis Canonizationis S. Ignatij, & S. Francisci Xauerij, & in secundo examine, mutato modo loquendi, deponit à decem annis, & alij duo Testes pariter mutato modo loquendi mutuati fuerunt depositionem primo loco factam à d. Francisco Faria, deponentes de Simonia commissa in die festiuitatis. Vnde ex omnibus simul iunctis vi-
sum fuit, quod isti Testes non sunt nitidæ † farinæ, co- 13
que magis, quod nec in quantitate concordant, & depo- 14
nunt quamplura inuerisimilia,

Nec

Nec prædictis obstant Testes de fama huius Simoniæ, quia ex prædictis constat, vnde habuerit ortum dicta fa-
15 ma, & tamen vt de ea sit habenda ratio deberet oriri † ex probabilibus causis, aliàs tanquam vana vox populi nihil probat, Bart. *in l. de minore*, §. *plurimum num. 2. ff. de quæstion.* & fuit pluries in Rota resolutum.

Ex quibus Domini vtraque parte audita iterum steterunt in decisis sub die 21. Maij eiusdem anni.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Domus, seu fideicommissi de Incoronatis.

Mercurij 24. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Donatio cùm non comprehendat ea bona, quæ donator post donationem ex fructibus sibi reseruatis acquisiuit, non impedit quominus dd. bona ad hæredes donatoris non transeat, & ita hæredi datur retentio, etiam si non adhuc hypotheca competeret.

SVMMARIVM.

1 *Bona acquisita ex fructibus sibi reseruatis ad heredes donatoris spectant.*
2 *Retentio datur etiamsi possessori super re possessa non competeret hypotheca.*
3 *Hæredi, qui de suis pecunijs bona fideicommissi affrancauit, restitui debet pretium in affrancatione erogati.*
4 *Fideicommissarius, si prætendit bona fideicommissa alienata, alienationes probare tenetur.*
5 *Fructus pro rata detractionum hæres grauatus facit suos.*
6 *Compensatio non datur in credita liquido.*
7 *Credita hæredis ipso iure extenuant fideicommissum, nec sub eo comprehenduntur.*
8 *Locationes earumque duratio in prædijs vrbanis concludenter probari debent.*
Relocationis præsumptio non sufficit in prædijs vrbanis, num. 8.
9 *Identitas non dicitur probata, vbi saltem duo confinia non concurrunt.*
10 *Bona non probantur fideicommissaria, si non probatur hæredem de illis tanquam fideicommisso subiectis possessionem accepisse.*
11 *Enunciatio generaliter facta, quando nec ipsi enuncianti, nec habentibus ab eo causam præiudicium inferat.*
12 *Enunciatio non præiudicat non habentibus causam ab enunciante.*
13 *Donatarius non tenetur ad æs alienum post donationem contractum, intellige vt num. seqq.*
14 *Commodum, qui vult consequi, onus illi annexum subire cogitur.*
15 *Restitutio in integrum conceditur data aliquali læsione, & num. 17.*
16 *Restitutio in integrum conceditur aduersus omissam Apostolorum petitionem.*

In hac causa adsunt plures decisiones, quæ recensentur supra in decisione 248. coram bon. me. Pironano Part. VII. Recent. vbi in fine alia congerunt.

DECISIO CCCCXXI.

PEtente M. Antonio Incoronato iuxta sententiam Rotalem Reuerendiss. P. D. mei Ghislerij in iudicatum transactam, & decisionem sub die 24. Februarij 1644. coram me emanatam, immissionem in possessionem Domus, de qua agitur, tanquam sub donatione, & fideicommisso Francisci Incoronati ad eius fauorem purificati comprehensæ. Congregatione verò Sanctissimarum Plagarum eiusdem Domus posseditrice ex nouo fundamento hactenus non deducto se opponente, & restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam sibi competere allegante. Domini constare de causis restitutionis in integrum, & sic a decisis esse receden. responderunt. Quia scilicet Domus, de qua agitur non cadit sub donatione Francisci, quamuis ea bona etiam futura, & postea acquisita comprehendat.
Nam cùm Domum hanc Franciscus ex fructibus, quæ
sibi in donatione reseruauerat acquisiuerit, † pariter bo- 1
na ex vsufructu prouenientia reseruata videntur, & sic
meritò ad hæredem spectare donatoris, Cancer. *var. resolut. tom. 3. cap. 2. num. 121. & 122.* ex Text. *in l. si vt proponis*, vbi glos. & Doct. *Cod. de rei vindicat.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 22. num. 2. in princip.* Vincen. de Franch. *decis. 168. circa fin.* Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. *decis. 348. num. 9.* vbi quod ita communiter tenent Doctores, *& numer. 10.* quod intelligendum maximè est de rata scut. 335. quæ Franciscus tunc in computum pretij Domus soluit, quæ ex vsufructu prouenire, ideò præsumuntur, quia donator ipse nihil aliud penitùs habebat, cùm omnia sua bona donatario tradidisset: Pro hac itaque rata Domus sub fideicommisso, seu donatione fideicommissum continente non cadit; prout etiam Congregationi retentio competit pro *scut.* 565. solutis Petro Ruis & alijs scutis 235. pariter solutis Eliæ Zeui, Pompei Columnæ primi venditoris creditoribus, quæ pro integrali solutione pretij dict. Domus ipsa Congregatio soluit d. Pompeio Columnæ, quæ cum in causam acquisitionis huius
Domus cesserint, operantur retentionem, † quæ com- 2
petere solet etiamsi possessori super re possessa hypotheca
non competeret, ex allegatis per Surd. *decis. 46. numer. 9. & 13.* Rota *in Romana, seu Ianuen. locorum montium 15. Iunij 1640. vers. deducitur namque coram bon. mem. Pironana.*

Congregationi quoque aliud creditum scut. 466. 70. debetur, quæ Cæsar Francisci filius pro affrancatione Domus impendit; licet enim dum tanquam donatarius Francisci rem affrancatam fideicommisso acquisiuerit, vt habetur *in decisione*, quæ reuidetur, §. *final.* nihilominus
tamen Congregatio † remanet creditrix pretij in affran- 3
catione erogati, Caual. *dec. 130. nu. 1. & 3.*

Non obstat, quod hæc credita cum alienationibus bono-
rum fideicommissi per Cæsarem factis sint compensanda, 4
& cum pensionibus Domus per Congregationem exactis,
quia † alienationes non ostenduntur, vt fideicommissarius tenetur, Rota penes Andr. *dec. 80. sub num. 4. & seqq.*
& fuit dictum *in Romana fideicommissi de Zuccaris 14. No-* 5
uembris 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & nihil
referrent, quoad iura competentia Congregationi ex persona Pompei, & eius creditorum; Quoad pensiones verò
aduertendum est, † quod Congregatio quoad ratam de- 6
tractionum fecit fructus suos secundum Soccin. *cons. 170. sub num. 5. lib. 2.* itaut nulla, vel adeò parua dictæ Domus portio supererit, cuius fructus restitui debeant, vt nullius ferè considerationis videatur, † ideoque eorum compensatio ad impediendam retentionem Congregationis pro eius
credito liquido admitti non debet, iuxta Text. *in l. fin. Cod.* 7
de compensat. donec de istis omnibus fuerit satisfactum; nam ipso iure hæc credita extenuant fideicommissum, nec sub eo comprehenduntur, *l. 2. ff. ad Senat. Cons. Trebell. l. in restituenda, Cod. de petit. hæred.* Decian. *cons. 85. sub num. 2. lib. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 35. sub num. 30.* Rota apud Gregor. XV. *decis. 185.* & ibi Adden. *& decis. 399. numer. 1. par. 5. recentior.* & probat Fusat. *quæst. 672.*

Neque hæ pensiones probantur perceptæ per fides extraiudiciales Inquilinorum datas *Summario Incoronati numer. 3. & 4.* neque percutiunt totum tempus, immò cùm versemur in prædijs vrbanis, quæ sine locatione fructus
non reddunt, † locationes, earumque duratio plenè, & 8
concludenter probandæ sunt; itaut tacitæ relocationis præsumptio non sufficiat, vt fuit dictum coram Reuerendiss. Vrgellen. *decis. 307. num. 9. & in Romana laudi, seu domus 1. Iulij 1643. vers. quia hoc*, coram D. meo Bichio, *& in Romana reintegrationis 17. Maij 1645. in principio coram Me*, quæ pensionum quantitas ex calculo rationè temporis, quo verè locata domus probabitur, apparebit dempta tamen rata scut. 335. quæ sub donatione Francisci non cadat.

Neque Congregationem in dictæ Domus retentione impedit fideicommissum Marcelli, quia sub illo hanc

Do-

Domum cadere non probatur aliter, quàm ex Inuentario
in quo cùm neque cum duobus saltem confinibus describa-
9 tur, † identitas deficit, vt tradit Bartol. *in l. demonstratio num. 14. ff. de condit. & demonstrat.* cum alijs allegatis *in Romana domus 14. Iunij 1641. vers. domum vero coram D. meo*
10 *Bichio*. Nec probatur † Cæsarem Domus possessionem
fuisse adeptum tanquam fideicommissi Marcelli subiectæ,
vt decis. coram Reuerendiss. D. meo Decano 16. Ianuar. 1643.
§. *Quam etiam*, & ita supponit, imò respectu portionis
emptæ à Pompeio Columna hoc excluditur, dum hæc por-
tio pleno iure ad Cæsarem spectasse probatur ex pluribus
Instrumentis in *Summ. Congregationis num. 1. & seqq. relatis*, ex quibus apparet illum tanquam talem ad Fran-
ciscum peruenisse, *Summ. Congregationis num. 3.* & inde
enunciatio generalis per Cæsarem in adeptione eius pos-
11 sessionis facta erronea detegitur *Summ. actor. numer. 6.*
adeoque nec ipsi, nec habentibus causam ab ipso præiu-
dicium intulit, *l. non fatetur, ff. de confess. l. si post diuisionem, Cod. de iur. & fact. ignor.* & sequitur Rota *decis. 200. num. 12. par. 1. recen.* sicque tantò minus eadem
12 confessio nocere potest Pompeio, † & alijs causam à
Cæsare non habentibus, Rota apud Gregor. XV. *dec. 105. num. 24.*

Nec refert, quod M. Antonius, qui venit tanquam in
13 donatione Francisci comprehensus, † ad æris alieni po-
stea per eumdem contracti solutionem non teneatur per
Text. *in l. æris alieni, C. de donat.*

Quia obiectum non procedit, quoad solutionem pre-
tij bonorum postea per eum habita fide de pretio acqui-
sitorum, dum enim donatarius huiusmodi bona consequi
vult, satis clarum est etiam eorum pretium debere solue-
re, cùm teneatur ad onus eidem annexum sine quo obti-
neri non possunt. Neque ferendus est, qui lucrum qui-
14 dem amplectitur, † onus autem illi annexum subire
recusat, *l. vnica, §. sed omnes, Cod. de caduc. tollen.* &
ex alijs adductis Fontanell. *de pact. nupt. claus. 11. glos. vnica num. 31. & seqq. vers. his accedit. & supra num. 18. & seqq. vers. quibus non obstantibus.*

Quibus stantibus placuit Dominis in hac parte recedere
15 à decisis, † locum restitutionis in integrum ad fauorem
Congregationis aperire, iuxta trad. per Odd. *de restit. in integr. quæst. 69. num. 39. vers. limita*, Rota penes bon. me.
Cardin. Seraphin. *decis. 251. num. 11.* cum alijs relatis in *decis. 492. numer. 1. par. 1. & decis. 50. nu. 2. par. 2. recentior.*
saltem, vt aduersus omissam appostolorum petitionem
16 audiatur in causa appellationis, † ad quem effectum illi re-
stitutio in integrum sicut minoribus competit, vt ex æquio-
ri, & veriori sententia comprobat Odd. *de restit. in integ. quæst. 3. sub numer. 46.* quem sequitur Cabed. *decis. Lusitan. 51. num. 8. & seq. par. 1.* data aliquali læsionis iustificatione,
vt post alios benè probat idem Odd. *dict. tract. qu. 36. sub num. 46. vers. aut loquimur, & d. qu. 65. num. 52. vers. secundo casu.*

Et ita vtraque parte informante dictum fuit.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seu Albiganen. Bonorum.

Mercurij 1. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Ad declaratoriæ relaxationem quando sit deue-
niendum, & quamuis ad ipsius relaxationem
non deueniatur, nisi præcesserit citatio perso-
nalis, tamen fallit, vt hic spretus non patit obe-
dientiam.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria, quando sit relaxanda.*
2 *Declaratoria ideò relaxatur, vt pars propria contumaciæ culpam agnoscendo, obediendo recognoscat errorem suum.*
3 *Contra contumaces tutores relaxari potest declaratoria.*
4 *Tutor curare debet, vt eius pupillus obediat Mandatis Iudicis.*
5 *Tutor dum vult, vt pupillus non obediat Mandatis Iudicum, ipse Tutor, & non pupillus est excommunicandus.*
6 *Ad declaratoriæ relaxationem ritè non deuenitur, nisi præcesserit Citatio personalis.*
7 *Ad declaratoriæ relaxationem, quando rectè deuenitur cum citatione per edictum.*
8 *Accessus non tutus benè potest probari per testes.*
9 *Accessus non tutus potest probari per testes etiam singulares.*
10 *Mandatum relaxationis declaratoriæ, an sit personaliter intimandum.*
11 *Mandato Iudicis, vt obediatur, debet quid certum continere.*
12 *Obedientia realis, vel verbalis, quando sit præstanda, in executione mandati relaxati à Iudice.*
13 *Mandatum Iudicis, quando fuit præsentatum parti, & illud fuit ab ea in terra proiectum, non potest ex hoc argui obedientia, imò contumacia, & spretus.*
14 *Contradictio detestabilis, per quam excluditur omnis paritio, quoad mandatum Iudicis, ex quo arguatur.*
15 *Contumacia partis in non obediendo Mandatis Rotalibus benè arguitur, ex quo adeunt Iudices Laicos.*

In hac causa adest altera decisio sub die 27. Ianuarij 1655. coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro Decano supra in hac parte 12. rec.

DECISIO CCCCXXII.

Contra Mariam Hieronymam Iustinianam, Ste-
phanum Balbum, Lepidum Inuream, & Ioan-
nem Baptistam Iustinianum assertos Tutores Mariæ Se-
timiæ Pasquæ censuerunt DD. dandam esse declarato-
riam, † cùm constet de relaxatione mandati Rotalis de 1
Manutenen. relaxati præuia decisione *sub die 14. Decembris 1648. coram me*, continentis comminationem censu-
rarum de illius intimatione, ac reproductione in actis No-
tarij Cameræ cum præfixione termini ad parend. & de-
mum de seruatione quatuor terminorum, ad docen. se pa-
ruisse *Summ. Informantes num. 1. 3. 6. & 7.* quibus omni-
bus concurrentibus dum non constat de paritione, quin-
imò de aptissima, & inexcusabili contumacia deueniri
solet ad relaxationem declaratoriæ, vt propriæ contuma-
ciæ culpam attentiùs agnoscens † humili paritione proti- 2
nus emendare substituentur, per text. *in cap. si Inimicus, vers. vt vnusquisque 93. dist. in cap. si vers. ex hoc de excep. in 6. & in cap. 1. in fin. vt lite non contest.* Rot. *in Ampurien. seu Ciuitaten. Conuocationis ad Synodum 13. Februarij 1645. coram Reuerendiss. P. D. meo Meltio in Leodien. Decimarum 23. Ianuarij eiusdem anni, & in Cæsaraugust. distrib. 25. May 1646. coram me, in Tolet. Canonic. 18. Ianuarij eiusdem anni coram Reuerendiss. P. D. meo Ottbobono, & in Toletana Matrim. 1. Iunij 1647. coram Reuerendiss. P. D. meo Corrado*, idque etiamsi præfactus Ioan-
nes Baptista, & alij Contumaces sint Tutores quia, &
contra ipsos declaratoria conceditur cum † nomine pu- 3
pillæ litem sustineant, & bona occupent. Tutor enim 4
curare debet, vt pupillus sine fraude obediat præcepto
Iudicis, aliàs non pupillus, sed ipse delinquisse censetur
per ea, quæ in proximis † terminis declaratoriam rela- 5
xando dixit Rota *in Mediolanen. Bonor. 18. Februarij* 1630. coram recol. mem. Coccino Sac. Rotæ tunc tempo-
ris Decano apud Modern. Perus. *de Manut. decis. 272. per tot. & præsertim nu. 7.*

Nec obstat, quod dictum mandatum de manutentio-
ne non fuerit personaliter intimatum, sed dumtaxat per
Edictum.

Quia cùm in commissione huius causæ adsit expressa fa- 6
cultas procedendi per edictum constito de non tuto accessu
vndè *Summ. num. 5.* quæ ex dispositione Sac. Canon. ne-
cessariò requiritur, † vt habetur *ex extrauagan. vnic.* ibi 7
etiam glos. *Verb. in Albo Prætoris de dol. & Contum. & in Clemen. ibi ipso Papam Spler. & ex certa scientia hoc mandante,*

dante, vbi pariter gloſ. *in verb. ex certa ſcientia ac DD. de*
Iudic. Rota *in Ianuen. Separationis Thore 8. Maij 1627.*
quantum enim attinet, & 16. Ianuarij 1632. coram eodem
rec. mem. Coccino rec. deciſ. 104. num. 2. verſ. attamen de
Iure Canonic. par. 6. & in Michlinien. Nullitatis Matrem.
16. Aprilis 1647. coram Reuerendiſs. P. D. meo Corrado,
8 *§. Nam ex ipſa*, non rurus vero acceſſus † probetur ex
Teſtibus coram me examinatis eodem *Summ. num.* 2. quo-
9 rum depoſitiones eauberant eum ad † iſtum effectum
ſufficiant etiam Teſtes ſingulares, ea deductis ad propoſi-
tum *in d. Ianuen. Separationis Thori 8. Martij 1627. §. &*
ſatis probatur, ac in d. Michlinien. Nullitatis Matrimo-
nij, §. iuxta verò cauſa, non fuit neceſſaria prædicti man-
10 dati perſonalis † intimatio, ſed exequutio, & iuſtificari
potuit præuia affixione ad loca ſolita prout factum fuit
Summ. num. 6. per Edictum procedi, vt fuit ſeruatum
in d. Ianuen. Separationis Thori, & probetur per Adden.
ad bon. mem. Buratti *dec. 943. nu. 7. cum ſeqq. ac in d. Me-*
chlinien. Nullitatis Matrimonij.

Minuſque non obſtat, quod mandatum de manutenen-
do nihil certi contineat † in quo ſit parendum, & proindè
ſola patientia ſufficat.

Fuit enim reſponſum hoc procedere poſſe, quando vnà
11 eum patientia concurreret etiam obligatio verbalis † de
parendo, ac actualiter obediendo, vt diſtinguendo inter
rem corporalem, prout in caſu noſtro, & in temporalem
declarauit Rota *decij. 649. num. 2. par. 4. recen. & in ſupra-*
dict. Mediolanen. Bonor. num. 3. hic autem tantum abeſt,
12 quod conſtet † de huiuſmodi patientia vnà cum præfata
verbali obligatione, quinimò apertiſſimè docetur de Con-
trario cum Ioannes Baptiſta tradito ſibi mediante, quo-
dam Clerico mandato Rotali illud in terram proiecit *Sum.*
num. 3. & deinde ipſe cum alijs contemproribus proprio
procuratore adiuit Senatum Genuæ ab eo nonam ſuæ oc-
cupationis bonorum, de quibus agitur Confirmationem
13 eatorſit eodem *Summ. num. 1.* ea hac † igitur proiectione,
& recurſu ad Iudices laicos reſultat manifeſta, & inexcu-
ſabilis contradictio, quæ quamlibet paritionem excludit,
14 & deteſtabilem contumaciam oſtendit, ad Text. *in l. con-*
tumaciam, verſ. contumaces non videtur, ff. de re iudicat.
quæ in terminis optimè expandit Rota *in Mediolanen. bo-*
norum.

Et hinc etiam eo facilius in hanc ſententiam iuerunt
15 DD. ob d. receſſum † euidentior conuincitur illorum
pertinacia probatur, vt dixit Rota coram bon. mem. Bu
ratt. *dec. 825. num. 5. verſ. tum quia habitus fuit in recen. de-*
ciſ. 686. ſub num. 2. verſ. Imò non ſola par. 1. & in alijs relatis
in ſupradicta allegata Toletan. Matrim. §. fin. proindeque
libentius declaratur an ſit concedenda licet ad hunc affe-
16 ctum † ſola ex proteſtatione de ibidem recurreñ ſufficiat,
vt reſolutum fuit *in Vlixbonen. Beneficij 10. Aprilis 1617.*
coram bo. me. Vbaldo, & in d. Leodien. Decimarum 23. Ia-
nuarij 1645. coram me, §. vltimo.

Et ita reſolutum fuit vnica tantùm, altera parte ſæpius
citata, & intimata &c.

R. P. D. MELTIO,

Poſteà Epiſcopo Papieñ.

Auenioneñ. Saluiani.

Lunæ 17. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Contractus mutui, qui conuentione contrahen-
tium poteſt in emptionem, & venditionem
tranſire, non per hoc aliquos fructus pa-
rit, vbi venditio non fuit vndequaque per-
fecta.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur etiam pro damnis, & intereſſe, quæ ſub obligatione camerali continetur.*
2 *Venditio facta ſub conditione pretij declarandi valet.*
3 *Contractus mutui ad certum tempus, poteſt deinde ex voluntate contrahentium tranſire in emptionem, & venditionem.*
4 *Venditor, qui rem non tradidit tenetur ad vſuras pretij non ſoluti.*
5 *Venditio vbi non fuit perfecta nullos fructus parit.*
6 *Fructus ante purificatam conditionem ad venditorem ſpectant, non autem ad emptorem.*
7 *Scriptura, quæ non ſunt in actis non attenduntur.*
8 *Actio non competit pendente termine ad aliquod faciendum, neque illius datur exercitium.*
9 *Interpellatio, quando requiratur contra debitorem.*
10 *Equitas*, leg. Curabit de act. empt. *quando procedat.*
11 *Fructus non dantur in contractu, qui à principio fuit mutui, deinde verò in emptionem tranſiuit, ſi emptio non fuit perfecta.*

In eadem cauſa, adeſt ſupra altera deciſio, coram eodem Reuerendiſſimo Papien. ſub die 22. Iunij 1656. & eſt deciſio 203.

DECISIO CCCCXXIII.

OBtinuerat Franciſcus Tertullus per ſententiam in Iu-
dicio Saluiani coram bon. mem. Bichio immiſſio-
nem contra Hectorem Bellum detentorem Caſtri de Roſ
pro ſatisfactione ſcut. 400. auri, quæ olim de anno 1574.
Nicolaus Tertullus mutuauerat Franciſco Scellas Domi-
mo d. Caſtri, ſine tamen præiudicio damnorum, & inte-
reſſe quatenus deberentur. Deinde verò reſtituto ſibi à Lu-
cretia Gronelles hæredes prædicti Hectoris d. mutuo cum
omnibus expenſis in illo Iudicio factis, cœpit idem Franci-
ſcus Tertullus prætendere damna, & intereſſe, pro qui-
bus dubitatum fuit. An intraret Saluianum, quo hodie
propoſito Dubio, licet prima facie videretur affirmati-
uè reſoluen. ea ratione, quia cùm d. Franciſcus de Scel-
las Caſtri poſſeſſor mutuo percipiſſet à Tertullo dict. ſcu-
ta 400. ſub conditione, quod non ſequuta illorum reſtitu-
tione intra ſeptennium cenſeretur ex nunc prout ex tunc
vendita medietas Coloniæ, ſeu Granciæ exiſtentis in ter-
ritorio paternatum iuxtà æſtimationem à Peritis facieñ. ne-
que in tempore conuento prædictam pecuniam reſtituiſ-
ſet, nec portionem Coloniæ tradidiſſet † vtique Saluia- 1
num competere videbatur etiam pro damnis, & intereſſe,
quæ ſub obligatione Camerali continentur, vt dicit Rota
poſt Cenc. *de Cenſ. deciſ. 197. num. 5.* poſt Zacch. *de oblig.*
Cam. deciſ. 275. num. 3. quamuis dict. venditio fuerit fa-
cta † ſub conditione pretij declarandi, vt trad. Gabr. 2
conſ. 64. numer. 13. lib. 1. Riminald. ſen. *conſ. 412. nu-*
mer. 12. Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 10. num. 27.* Grat.
diſcept. forenſ. cap. 588. num. 38. Rota *deciſ. 370. numer. 7.*
par. 3. recen.

Nec videbatur obſtare, quod fuerit actum pro debito
pecuniario, cuius ratione fructus abſque vſurarum labe
exigi nequeunt, quoniam ſtante pacto, quod ſi elapſo
tempore pecunia mutuata non fuiſſet reſtituta, ex tunc
cenſeretur facta venditio medietatis d. Granciæ contra-
ctus per huiuſmodi verba tranſfuſus in venditione, † prout 3
hic fieri poſſe inter contrahentes, tradunt Surd. *conſ. 162.*
num. 42. Rota *deciſ. 373. ſub num. 28. par. 4. recen.* & eodem
modo, quo Creditor percepiſſet fructus dicti Prædij ſi illius
traditio ſequuta fuiſſet, ita pariter pro fructibus tenetur
venditor, † qui rem, & pretium eodem tempore reti- 4
nuit loco damnorum, & intereſſe ex æquitate, *leg. cura-*
bit, Cod. de act. empt. trad. Honded. *conſ. 130. num. 19. &*
ſeq. lib. 1. Gratian. *diſcept. for. cap. 939. num. 15. & ſeq.* Surd.
deciſ. 117. num. 7. Theſaur. *dec. 258.* & dicit Rota coram
Merlino *dec. 401. nu. 2.*

Tamen ſupradictis minimè refragantibus contrarium
per DD. fuit reſolutum, & ratio reſolutionis fuit, quia
æſtimatio, ſub cuius conditione Prædium dicebatur ven-
ditum in caſu, quo mutuatæ pecuniæ non forent reſtitu-
tæ nullibi iuſtificatur pro parte Tertulli, qui tum d. æſti-
mationem tamquam principale fundamentum propriæ In-
tentionis, plenè, & concludenter probare tenebatur.
Vndè d. venditio remanſit imperfecta ob non purificatio-
nem appoſitæ conditionis, & conſequenter nulli fructu
debentur, Mant. *de tacit. lib. 4. tit. 19. ſub num. 19. ver*
& qui-

& quidem si certa persona, Grat. *discept. for. cap.* 500. *numer.* 32. *& cap.* 319. *num.* 5. Rota *decis.* 172. *num.* 9. *cum seq. par.* 6. *recen.* & not. Adden. ad Buratt. *decis.* 898. *num.* 14.
6 *cum seqq.* fructus enim ante purificatam conditionem ad ad venditorem, non autem ad emptorem spectare dicuntor, vt not. Gabr. *in d. cons.* 64. *num.* 4. 7. *&* 9. & firmauit Rota *in Tiburtina Castri S. Angeli* 14. *Februarij* 1656. *§. neque refragatur coram me*.

Neque refragari visa fuit, quædam æstimatio exhibita eatraiudicialiter in Summario signanter dato pro parte D. della Roque Henus sub num. 42. tum quia cum illa non iustificetur ea actis causæ ex quibus resultare debet iustitia huiusmodi prætensionis actoris in nulla fuit habita
7 consideratione, † cum scripturæ, quæ non reperiuntur in actis non attendantur, Rota *decis.* 445. *num.* 8. *par.* 1. *diuers. & decis.* 91. *num.* 6. *&* 7. *par.* 1. *recent.* add. ad Gregor. XV. *decis.* 224. *num.* 5. *&* 6. & alibi passim, tum etiam quia æstimatio de qua in Summario non loquitur de Colonia controuersa, quæ in Instrumento mutui enunciatur supposita Emphyteusi, sed de quadam Bastia libera, & franca ab omni onere absque expressione loci, & Confinium, ideòque applicari non potest Coloniæ de qua agitur.

Ponderarunt insuper DD. quod dict. æstimatio assertur facta de anno 1575. per sex annos antequam expiraret terminus assignatus in Instrumento mutui ad restituendas pecunias mutuatas, qui durabat vsque ad annum 1581. nec apparet ad cuius instantiam fuerit facta, & sic in verisimile redditur, quod potuit referri ad supradictam conditionalem venditionem, cum pendente dict. termino ad talem æstimationem deueniri non potuisset absque ex-
8 presso consensu Mutuatarij, † nec actio nulla competit, neque illius exercitium pendente termino ad aliquid faciendum ad *tex. in l. siue pariter*, *Cod. de dilationibus*, *glos. in l. dicere in fin. ff. de Arbitr.* Bald. *in l. cum antea column.* 3. *vers. & considerabat*, *Cod. eodem tit. & in l. appellat. col.* 4. *vers. est &* 3. *declaratio, C. de Appell.* Vant. *de Nullit. ex defectu Iurisdictionis ordinis num.* 157.

Neque ad istum effectum affertur vlla iustificatio, quod præcesserit Interpellatio contra debitorem pro facienda d. æstimatione, vt necesse erat ad inducendum moram in
9 Francisco Debitore in præsenti casu, quo vltra terminum præscriptum ad restituend. mutuum, contractus continebat etiam conditionem d. æstimationis faciendæ, Bart. *in l. ita stipulatus num.* 40. *&* 50. *ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 2. *sub num.* 5. *versic. cum ergo*, Castrac. *de societ. Offic. cap.* 69. *num.* 22.

Hinc cessare dicitur dispositio d. *l. curabit de act. empt.* quæ non patitur venditorem posse rem, & pretium retine-
10 re, † æquitas enim huius tex. procedit, quando extat perfecta venditio, & venditor habuit quidem pretium, & rem non tradidit, in præsenti verò casu, quia venditio fuit facta pro pretio æstimando, quatenus mutuum intra d. tempus conuentum non restitueretur, non adimpleta igitur conditione perfectus verè dici non potest d. contractus, & ille, ac si nulla interuenisset stipulatio vti purum
10 mutuum censeretur, † ex quo hæsitandum non est, vt fructus percipi minimè possint, *per tex. in cap. consulist*, *& cap. fin. de vsur.* Grat. *discept. for. cap.* 756. *nu.* 36.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Fideicommissi de Rodulphis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Remissoria; dum fumus in prophanis faciliter conceditur. Remissoria perperam petitur, dum in contrarium adest confessio partis, & licet id limitetur, quando datur fumus erroris dictæ confessionis, & quando non sufficiat talis fumus.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio fortior vincit, & occidit præsumptionem debiliorem.*

2 *Remissoria in prophanis, vt concedatur sufficit, vt quoquo modo conferat ad causam.*

3 *Remissoria, vt non denegetur in prophanis, sufficit quod res sit dubiosa.*

4 *Remissoria non conceditur, quando adest confessio partis in contrarium.*

5 *Testatoris præcepta sunt seruanda.*

6 *Contra confessionem propriam denegatur remissoria, & maxime si sit geminata.*

7 *Remissoria contra propriam confessionem, tunc conceditur, quando datur fumus erroris confessionis.*

8 *De errore confessionis satis dicitur constare stantibus in hoc testibus formiter examinatis.*

9 *Ex dotis causa non possunt alienari bona fideicommissaria, si fructus hereditarij ad hoc sufficerent.*

10 *Erroris nullitatis fumus, non est sufficiens ad effectum concessionis remissoria contra confessionem. Quando adest factum positiuum contra dictam confessionem, nu.* 10.

11 *Lex quando aliquid præsumit, & vlterius super dicta præsumptione aliquid disponit, ad eam præsumptionem tollendam, non admittitur contraria præsumptio.*

12 *Turpitudinem propriam, quis non admittitur ad probandam.*

13 *Fructus bonorum fideicommissariorum dum de aliquo tempore non aderant, non potest dici aliquid de eis solutum fuisse.*

14 *A tempore de præterito non est licitum arguere ad præsens.*

15 *Vltra alimenta ad substentationem honestæ familiæ, multa alia expensa ordinaria, & extraordinaria quidem sunt necessaria, & satis notum est.*

16 *Error confessionis vt dicatur probatus, probationes debent esse necessaria, & concludentes.*

13 *Articulantium intentio dum probari potest per scripturas reijcitur petitio remissoria.*

18 *In iudicio executiuo, regulariter non solent admitti dilationes ad soluendum.*

Supra in eadem causa adest altera decisio sub die 4. Februarij 1656. coram R. P. D. Zarate, & est decisio 122. supra in hac parte.

DECISIO CCCCXXIV.

INformantes pro Ferulis petebant remissoriam ad probandum potissimè, quod pro alimentis sea filiorum, & familiæ Europæ satis erant annua scuta 300. inferendo exindè, quod cum fructus totius hæreditatis, quot annis ascenderent ad scuta 1500. supererant singulis annis scuta 1200. circiter, quæ propterea præsumuntur peruenire ad manus Bartelli Depositarij generalis ab Europa electi, quæ sanè materia sic articulata releuans videbatur, quia probatio huiusmodi destruit præsumptionem, quod pecuniæ à Bartello exactæ, & reinuestitæ proueniunt ea proprietate bonorum, non autem ex fructibus, nam præsumptio fortior resultans ea probatione superexistentiæ tot fructuum, eorumque exactionis factæ à Bartello ex generali mandato † debiliorem ex- 1
cludit eductam in contrarium, *l. Duus*, vbi glos. *verbo æstimari*, *ff. de integr. rest. l. non solum*, *ff. de rit. nupt.* Soccin. iun. *cons.* 76. *numer.* 66. *lib.* 1. cum cæteris per Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 30. *num.* 1. Cùmque simus
in profanis † sufficit articulos quoquomodo conferre ad 2
causam, vel saltem rem esse dubiam, vt remissoria † de- 3
negari non possit, vt dixit Rota coram Buratt. *decis.* 28. *num.* 3. coram bon. mem. Coccino *dec.* 20. *num.* 4. *In Bononien. fideicommissi de Nascentorijs* 15. *Ianuarij* 1649. *coram bon. mem Arguelles, & in Mantuana Bonorum* 17. *Februarij* 1653. *coram me*.

Nihilominus resolutum fuit remissoriam non esse concedendam, quia in contrarium viget geminata † confessio 4
facta

auctricis instantium; tam in Instrumento Quietantiæ factis d. Depositario, quod pecuniæ ab ipso exactæ, & consignatæ in emptionem bonorum stabilium, & censuum erogatæ, & inuestitæ fuerant, quod non congruit fructibus ad Europam, & filios spectan. sed proprietati ex Testatoris præcepto † reinuestiendæ, quàm in Instrumento dotali Iuliæ Testatoris filiæ de anno 1594. quod non aderant sufficientes fructus hæreditatis, ex quibus ei dos solui posset iuxtà paternam voluntatem, & comprobatum fuit *in 2. dec. huius causa 26. Ianuarij* 1654. *§. attenta præcipuè cum seq. & in 3. 15. Iunij sequentis, §. sed de Ordine coram me*. Contra propriam enim confessionem nunquam datur remissoria, Caputaq. *decis.* 283. *numer.* 6. *par.* 6. san. mem. Greg. XV. *decis.* 523. *num.* 4. Buratt. *decis.* 877. *num.* 7. cum alijs alleg. *in Comen. Collegij* 15. *Decembris* 1653. *coram Reuerendiss. P. D. meo Priolo, §. in primo enim*.

Et quamuis in eadem *decis.* Gregor. XV. 523. *num.* 5. id
7 limitetur, † quando datur sumus erroris confessionis, ex Put. *decis.* 6. *de dilation.* qui in casu nostro educitur ex
8 Testibus etiam conformiter examinatis, Cassad. *decis.* 3. *num.* 2. *de dilat.* idem Gregor. *decis.* 562. *num.* 4. *& in Cremonen. Parochialis* 15. *Iunij* 1646. *coram me, §. & licet*.

Tamen animaduerterunt DD. quod deuentum fuit ad actualem alienationem bonorum fideicommissi pro soluen-
9 da dicta Dote, ad quam cum deueniri † non potuisset si fructus hæreditatis superessent, Ias. *in l. filius fam. §. Diui num.* 26. *ff. de legat.* 1. *& in Auth. res quæ num.* 24. *Cod. commun. de legat.* Conar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. Molin. *de Primogenit. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 11. Cardin. Seraphin. *decis.* 447. *num.* 1. *& decis.* 1483. *sub num.* 5. Rota *in recent. decis.* 47. *num.* 10. *par.* 5. Add. ad Gregor. *decis.* 543. *num.* 4. & alijs adductis in *Romana fideicommissi de Nicolinis* 28.
10 *Aprilis* 1651. *coram me, §. si autem*. † Inde sequitur, quod non sufficit dare sumum erroris confessionis, quia præualet factum positiuum alienationis stabilium fundatum super ipsa confessione, quod illi vires addit, vt in simili dicitur, quod si lex aliquid præsumit, & vltrò super hac
11 præsumptione † aliquid disponit ad eam præsumptionem tollendam non admittitur contraria præsumptio, Alciat. *de Præsumpt. par.* 2. *nu.* 3. Fab. de Anna *cons.* 37. *sub num.* 6. *vers. nam dum, & num.* 6. *cum seq. ibi concordan.* alias autem Instantes allegarent propriam Auctricis turpitudinem, quod nempè sub mendaci assertione non existentiæ
12 fructuum in fraudem fideicommissi eius bona † alienaret, quod non est admittendum, *l. professio, Cod. de muner. patr. lib.* 10. *l.* 2. *§. Quintus Mutius, ff. de orig. Iur.* Buratt. *dec.* 20. *num.* 5. *& dec.* 44. *num.* 9.

Nihilque refert, quod pars dictæ Dotis scut. 4000. præsumi possit soluta ex fructibus, quia certum est saltem scuta 1500. soluta fuisse ex proprietate bonorum ob de-
13 ficientiam fructuum † si ergo dict. anno 1594. non extabant fructus pro soluenda d. summa scut. 1500. dici non potest inuestimenta facta à Bartello in valde maiori quantitate circa d. tempus, vel paulò post prouenisse ex fructibus, vt ponderatum fuit in d. decisione sub §. animad-
14 uertendo, insuper † licitum enim est à tempore præterito arguere ad proximè sequens Cardin. Seraphin. *decis.* 1385 *numer.* 3. Cardin. Mantic. *decis.* 22. *numer.* 2. bon. mem. Merlino *decis.* 817. *numer.* 3. *& decis.* 842. *numer.* 2.

Et esto etiam quod probaretur sufficere potuisse pro substentatione filiorum, & familiæ annua scut. 300. Inde tamen non sequitur pernecesse, quod non plus Europa expenderit, vel ob defectum œconomiæ, vel in expensis
15 ordinarijs, & extraordinarijs, † quæ vltra alimenta ad substentationem honestæ familiæ, & gubernium domus quotidiè requiruntur, vt omnibus satis est notum. Ideo-
16 que articuli præferunt † necessarias probationes, quales requiruntur ad probandum errorem confessionis scribentes communiter *in cap. vltim. de confess. & in l. non fatetur, ff. eodem*, Decian. *cons.* 14. *num.* 35. *lib.* 5. Buratt. *decis.* 200. *numer.* 3. *& in Eugubina erroris calculi* 22. *Iunij* 1640. *coram bon. mem. Pironano, §. quoniam huiusmodi, & §. fin.*

Propterea aderat alter Procurator pro exactione fructuum, qui proinde, non autem Bartellus deputatione in executionem præcepti Testatoris de sola proprietate loquentis fructus exegisse censeri debet. Atque intentio
articulantium probari potest per scripturas, nempe librum 17
tutelarem penes Europam relictum, & ab ipsa ratione officij custodiendi, vt dictum fuit in prædictis Decisionibus, ideo saltem in hoc casu non est admittenda probatio per Testes, Put. *decis.* 356. *num.* 4. *l.* 2. *in corr.* Rota *decis.* 314. *num.* 1. *par.* 1. *recentior. In Nazarena, seu montis viridis, Beneficij* 10. *Februarij* 1648. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. nonus, & 10. & in d. Comen. Collegij coram R. P. D. meo Priolo, §. 3. articulus*. Addito etiam, quo versamur in iudicio executiuo vigore pacti in
prima transactione adiecti, † in quo regulariter non ad- 18
mittuntur similes dilationes ad probandum, Caputaq. *decis.* 262. *par.* 1. Rota *in rec. decis.* 242. *num.* 7. *par.* 7.

Et ita omissis cæteris articulis nil releuana ex ipsorum lectura continentibus resolutum fuit pro denegatione Remissoriæ, & ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Reatina Castrorum.

Lunæ 13. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Ægidianæ est locus, quando actum fuit in possessorio inter personas laicas, & de bonis Laicalibus. Filium alicuius se esse asserens, tenetur id iustificare, & multò fortius, si ab intestato succedere intendat.

SVMMARIVM.

1 *Ægidianæ, quando sit locus.*
2 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
3 *Ex decisionibus in causa factis probatur sententiæ iustitia.*
4 *Filiationis prætensio, nisi iustificetur non attenditur.*
5 *Filiationis probatio ad effectum successionis ab intestato, non sufficit simplex.*
6 *Clausula, constito de interesse, facit gratiam conditionalem.*
7 *Commissio, quando est conditionalis, nisi ea purificata, inducit litem.*
8 *Tertius non potest venire ad causam, nisi constito de interesse suo.*
9 *Nec impedit interim executionem sententiæ.*
10 *Contradictor legitimus non est, qui est citatus conditionaliter, quatenus &c.*
11 *Exceptiones, iam sublatæ, non releuant.*

DECISIO CCCCXXII.

FVit per sententiam Rotalem pronunciatum Tancredum Marcerium immittendum esse in possessionem quinque ex duodecim vncijs Castrorum, ac aliorum bonorum, de quibus agitur; Causaque appellationis exaduerso interpositæ mihi per Signaturam commissa, cum clausula constito, quod sit locus Ægidianæ exequatur, sin minus &c. Dubitaui an esset locus Ægidianæ, & DD. pro affirmatiua resoluerunt, quia actum fuit in possessorio in-
ter personas laicas, de bonis laicalibus, & sententia est va- 1
lida, & iusta, vt alias his concurrentibus firmauit Rota coram Seraphin. *decis.* 63. *num.* 1. *in recent. dec.* 150. *num.* 3. *par.* 2. *dec.* 51. *in princ. par.* 5. *in Romana Saluiani* 20. *Aprilis* 1640. *coram bon. mem. Cardin. Panzirolo, & in Anconen. Hæreditatis* 9. *Maij* 1649. *§. etenim coram R. P. D. meo Rosas*.
Validitas probatur † ex reuolutione processus, *iux.* 2
vulg. decis. Caputaq. 260. *par.* 2. Iustitia verò clarè resultat ex tribus decisionibus in hac causa emanatis coram Reuerendiss. D. meo Decano, in quarum altera edita 22. Iunij 1650. resolutum fuit Tancredi vigore interdicti quorum bonorum dandam esse immissionem in possessionem quartæ partis Castrorum Asteæ, & Marcitelli, quæ quarta pars continet dimidiam portionem a Marco Antonin,

& Atti-

& Attilio eius Patruis ab intestato prædefunctis possessarum. In alijs vero subsequenter editis 27. Februarij, & 3. Iulij 1651. eidem Tancredi pro duabus ex tribus vncijs concessa fuit immissio in possessionem portionis, quam super Castris controuersis possidebat Franciscus eius Pater, & ipse Marco Antonio, Attilio, & Hieronymo Patruis in Transactione cum illis inita 8. Maij 1636. renunciauerat, nam per mortem eorumdem Marci Antonij, & Attilij sine filijs masculis, vel fœminis, verè, & propriè legitimis, ex vero, & legitimo matrimonio præcedenti, non autem subsequenti procreatis, factus fuit locus pacto reuersiuo, sub quo prædicti Marcus Antonius, & Attilius die 30. Septembris 1636. Transactionem ratificarunt, vt benè
3 deducitur in præallegatis decisionibus, † ex quibus probari iustitiam sententiæ, dixit Rota coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 524. num. 4. in recent. decis. 395. num. 1. par. 4. decis. 325. num. 4. decis. 521. num. 1. par. 5. in Perusina bonorum 29. Maij 1648. in princ. coram Eminentiss. D. meo Card. Corrado in Placentina seu Abulen. Decimarum 29. Iunij 1649. coram Reuerendiss. P. D. meo Peutingerio, & in Tiburtina Saluiani 5. Decembris 1650. coram R. P. D. meo Verospio in §. iustitia.*

Nec de excessu hæc sententia redargui potest sub prætextu, quod existant Angelus, & Octauius, qui se filios na-
4 turales Attilij asserunt, † quia de ista filiatione nulla datur iustificatio, Paris. *cons. 12. num. 240. lib. 2.* Alciat. *resp. 5. num. 57. tom. 1. lib. 4.* Menoch. *cons. 722. num. 25.* Rota coram san. me. Greg. XV. *decis. 223. num. 2. in Romana fideicommissi de Arrorijs 23. Iunij 1642. §. tum enim coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio, & in Farfen. bonorum 9. Decembris 1644. §. quia non probat, coram Eminentissimo D. meo Cardin. Corrado*, quinimò ad effectum successio-
5 nis ab intestato † non sufficeret simplex probatio filiationis, nisi vlterius concurrerent septem requisita enumerata in *decis. 254. par. 4. diuers. in decis. 444. sub num. 9. par. 1. & decis. 199. num. 3. par. 3. recent.*

Præterea DD. considerabant, quod lis principaliter pendet contra Thomam Marerium, non autem cum præfa-
5 tis Angelo, & Octauio, qui licet obtinuerint † commissionem admissionis ad causam, cùm tamen ea babeat in ventre clausulam constito de interesse, de quo hactenus
7 doctum non fuit, † nullam cum eis litem induxit, Crescen. *dec. 3. de rescript.* Puteus *decis. 91. num. 1. & 3. lib. 1. in corr.* & ratio est, quia talis clausula importat conditionem, qua non purificata, nihil io esse deducit, Gratian. *discept. 869. num. 25. & 991. num. 11.* cum alijs per Barbos. *dist. 25. num. 3.* nec iurisdictionem, quoad illos aperit, Rota *dec. 48. num. 6. par. 7. recen.* indubitatum enim est, quod
8 tertius non potest venire † ad causam, nisi docto de suo interesse, Rota *decis. 293. num. 14. decis. 339. num. 1. par. 1.*
9 *recent.* nec retardare executionem † sententiæ, vt fuit dictum *in Toletana Decimarum 19. Februarij 1593. coram recol. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, impressa penes Marches. de commis. par. 2. fol. 144. num. 4. in fin.*

Et hinc patet non obstare clericatum Octauij, quia cùm ipse non sit in lite, non est momenti, & per citationem
10 pro suo interesse, & quatenus † veniat citandus, non fuit effectus legitimus contradictor, Felin. *in l. cum inter num. 12. de excep.* Menoch. *de adip. rem. 4. num. 615. & seqq.* Rot. *decis. vlt. in fin. par. 2. recen.*

Non obstat exceptio falsitatis Instrumenti ratificationis opposita, quia optimè reijcitur in decisione edita 3. Iulij proximi præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ita decisum altera tantùm &c. altera tamen Parte 15. citationibus lacessita, diuque expectata, & informare recusante &c.

R. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Fideicommissi de Rodulphis.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Transactio, quando reperitur facta cum debitis solemnitatibus, & verè adest timor litis, ac per tempus diuturnum fuit obseruata, sanè tunc non ita facilè est rescindenda. Nec quælibet probatio sufficit ad rescindendam transactionem.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, quando fuit facta cum debitis solemnitatibus, sustineri debet.*
2 *Timor litis est causa transactionis.*
3 *Transactio, quando diu fuit obseruata, non venit rescindenda.*
4 *Transactio non est rescindenda per ea, quæ plenè iustificata non sunt.*
5 *Probationes plenè, & concludentes requiruntur ad effectum rescindendi transactiones.*
6 *Testatorum mens est seruanda.*
7 *Oppositiones, quæ non subsistunt non attenduntur.*
8 *Legitima debetur absque vllo grauamine, & onere.*
9 *Legitima, quando filij sunt sex, est semis.*
10 *Mater est heres filiorum defunctorum.*
11 Soccin. iun. cautel. de qua in consil. 122. num. 9. lib. 1. *vt intret quid requiratur.*
12 *Per alienationem hæredis, vt intret præsumptio vsurpationis bonorum, quid sit necesse.*
13 *Alienatio, quando est necessaria non est præsumenda dolosa.*
14 *Inuentarij omissio, vel alienatio facta à tutore, vel curatore non præiudicant pupillo, vel Minori, & num. 15.*
16 *Alienatio bonorum, vt noceat alienanti, ea est concludenter probanda, & nu. 17.*
18 *Testator, quando se restrinxit tantum ad certum fideicommissum, iuxta illud est intelligendum, & num. 19. & 20.*
21 *In transactionibus, quando non potest considerari dolus, vel læsio non est locus eius rescissioni.*
22 *Læsio, vt sit valens ad rescindendam transactionem, debet esse valdè enormis, etiam vltra dimidium.*
23 *Et hoc multò magis fuit, quando bona fide fuit facta, & longo tempore fuit obseruata.*

Suprà in eadem causa adest altera decisio sub die 4. Februarij 1656. coram R. P. D. Zarate, & est decisio 122. supra in hac parte. Et infra in Miscellanea adest altera decisio in eadem causa sub die 26. Aprilis 1655. coram eodem Reuerendiss. Cerro Decano.

DECISIO CCCCXXVI.

IVlius Cæsar de Rodulphis anno 1582. institutis sibi hæredibus pro æquali portione eius filijs iam natis alijsque in posterum nascituris, & Europa vxore, si vitam vidualem seruauerit, omnibus decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus substituit cippum suæ domus: Vnde quia tractu temporis defecerunt omnes dd. eius filij sine descendentibus masculis ex legitimo matrimonio procreatis, ideò occasione præfati fideicommissi orta fuit controuersia inter dictam Europam super extantem, & Capitaneum Rodulphum, Vincentium, & Hieronymum fratres de Rodulphis prætendentes illud apertum esse ad ipsorum fauorem tanquam de Cippo dict. Domus, sed huiusmodi controuersia per transactionem composita fuit die 16. Februarij 1624. in qua diuisio in duodecim vncias toto asse d. Hæreditatis, quatuor assignatæ fuerunt dd. fratribus vti vocatis ad dictum fideicommissum, reliquæ verò octo dimissæ eidem Europæ præuia declaratione, quod sex ipsi dimittebantur pro legitima quinque eius filiorum, alia pro rata ad eam expectantem ratione coæqualis institutionis, & alia ex causa huiusmodi transactionis Summ. illorum de ferulis num. 1. Pro cuius vlteriori effectuatione die 19. Iulij eiusdem anni firmarunt statum hæreditatis, & valorem bonorum hæreditariorum distinctè descriptorum, liquidarunt in scut. 22241. ex quibus detractis prius, & Europæ applicatis scutis 2335. 680. pro quibusdam peculiaribus detractionibus assignata fuerunt dd. fratribus bona valoris scutorum 6494. 50. & Europæ alia bona valoris scutor. 15746. 50. d. Summ. num. 2. & quia in prima transactione inter cætera conuentum fuerat, quod casu, quo Europa seu eius filij exegissent aliquod creditum, aut retro-

uen-

uendidissent aliquem censum hæreditariom d. fideicommittentis de illis habenda esset ratio in assignatione portionis facta ad fauorem dd. fructuum, ideo Europa memor de duobus censibus cum dimidio in sorte scutor. 900. ab ea retrouenditis anno 1586. huiusmodi retrouenditiones anno 1628. prout bonæ fidei par erat patefecit eique recompensam dedit ex alio Instrumento relato in d. *Summ. num.* 3.

Post mortem d. Europæ suborta fuit altera controuersia inter dd. fratres de Rodulphis, ac Iuliam illius, dictique Testatoris filiam super dicta vncia eius matri assignata ratione coæqualis institutionis, sed etiam ista per transactionem composita fuit anno 1632. io qua d. Iulia illis persoluit io tot censibus, & bonis stabilibus scuta 1800. illisque cessit, & donauit omnia iura omnesque actiones contra eos sibi competeñ. & vice versa ipsi illam quietarunt, de omni, & toto eo, quod ab ea petere, & prætendere possent occasione hæreditatis, & bonorum tam d. Iulij Cæsaris fideicommittentis, quàm eius matris, illiusque filiorum vigore dicti fideicommissi, ac aliàs quomodocumque, qualitercumque, & quacomqne de causa cogitata, & non cogitata etiam in corpore Iuris clausa, ibique non expressa, vt per extensum legitur in eodem *Summ. nu.*4.

Rebus sic stantibus decessit etiam d. Iulia relictis post se Nicolao, & Vrbano de Ferulis eius filijs, & hæredibus communibua, quos & Franciscom de Rodulphis filium legitimatum Ioannis Pauli voius ex hæredibus grauatis, præfati Capitaneus Rodulphus, & Vincentins in partibns instituerunt Iudicium Immissionis ex remedio *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen.* in possessionem bonorum fideicommissariorum d. Iulij Cæsaris, & signanter illorum, quæ in executione primi Instrumenti Transactionis Europæ fuerant assignata, sed emanauit sententia in qua Actoribus concessa fuit Immissio in omnibus bonis fideicommissis non comprehensis in d. Instrumento, quo verò ad bona, Census, & alia, ibidem descripta Rei Conuenti ab obseruatione Iudicij absoluti fuerunt d. *Summ. num.* 5. Vndè introducta causa appellationis in Rota, & mihi commissa informantes pro dd. fratribus de Rodulphis contendebant dictas transactiones fore descindendas, tum qnia verus valor bonorum fideicommissariornm d. Iulij Cæsaris ascendit ad scuta 42100. non autem vt suppositum fuit ad sola scuta 22241. vt ex calculo per eos dato in eorom *Summ. num.* 14. tum etiam, quia Europa, ex persona eius filiorum non poterat detrahere prædictam legitimam, siue ex quo à d. Iulio Cæsare Testatore illius detractio expressè in Testamento prohibita fuit, dictumque Testamentum ab eius filijs acceptatum anno 1610. in quodam Instrumento diuisionis omnium illius bonoinm inter eos celebrato, siue ex quo integrè præsumebatnt consumpta, dum dd. filij nullum confecerunt Inuentarinm, & plura bona fideicommissaria alienarunt *d. Summ. nu.* 6. *&* 7.

Verum proposito dubio, an sit locus rescisioni Tran-
sactionum; Domini negatiuè responderunt, quia cùm in
1 eis adhibitæ fuerint † omnes solemnitates necessariæ, nec
deficiat causa ob quam transactum fuit nempè timor futuræ
litis, ac spatio viginti, & vltrà annorum obseruatæ pro-
bentur, omnis possibilis interpretatio sumi debet pro illa-
2 rum subsistentia, † & validitate, cùm ex præfatis, & si-
gnanter ex tam longa obseruantia tantò difficilior reddatur
3 illarum † prætensa rescisio, *cap. contingit de Transactio-
ne*, Decian. *cons.*28. *num.*11. *&* 12. *lib.* 3. Cardin. Caualer.
*decis.*407. *num.*9. Rota *decis.*86. *num.*7. *&* 8. *par.*6. *rec. & in
Romana de Mongellinis* 30. *Ianuary* 1645. *coram Eminen-
tissimo Card. Otthobono*, §. *final.*

4 Non obstant adducta † in contrarium, quoniam adhuc
concludenter iustificatum, non fuit valorem dd. bonorum
fideicommissariorum ascendere ad prætensa scuta 42100.
Partitæ enim ad hunc effectum positæ in supradicto calculo
singulariter discussæ patiuntur non modicas difficultates, &
tamen ad effectum rescindendi Transactionem probatio-
5 nes † debent esse plenæ, & concludentes vt post Alea. Al-
ciat. & Gabr. respondit Rota coram Cardin. Seraphin. *de-
cis.*1462. *nu.*1.

Omissa enim prima scutorum 375. quæ licet in facto sobsisteos ob sui modicitatem, non sufficit ad inducendam læsionem ad hunc effectum requisitam, cùm dd. fratres tantummodo prætendere possint scuta 125. quoad secondam scutorum 1500. pro rata parte dotis dictæ Iuliæ iustificatum non fuit, quod de tempore illius dotationis exta-
rent tot fructus, qui commodè pro d. dote sufficerent, ideo-
que nisi malitiosè consumpti probentur animo euertendi 6
fideicommissarium, hæredes grauati illos fecerunt suos, &
proinde non attento præcepto Testatoris de soluendo do-
tes ex fructibus, Europa legitimè satisfieri potuit ea pro-
prietate dd. bonorum fideicommissariorum de dd. scutis
1500. quæ de proprijs pecunijs eius filiorum persoluerat,
Molin. *de Primog. Hispan. lib.*4. *cap.* 6. *sub nu.* 15. *vers. quod
intelligendum*, Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*189. *num.*161. *vers.
cæterum hac Iuris*, Pereg. *de fideicomm. art.*42. *num.*7. *vers.
Intellige ex fructibus*, Fusar. *de substit. quæst.* 531. *num.*120.
quos secuta fuit Rota *in Romana Casalis Aguzani* 4. *Fe-
bruary* 1643. *coram R. P. D. meo Rotas*, §. *vltra quod ad
effectum*.

Ad tertiam scutorum 4000. pro integra dote eiusdem
Iuliæ responsum fuit non subsistere, quod illa constituta 7
fuerit ea pecunijs, aut bonis hæreditatijs, sed ex proprijs
vti dictum est præfatorum filiorum d. *Summ. num.* 13. Nec
Europa detraxit scuta 4000. sed tantùm 1500. quæ Testator
illi legauerat.

Quarta scutorum 615. occasione dotis eiusdem Europæ corruit, quia adducta exceptio eius prætensæ satisfactionis ea administratione bonorum fideicommissariorum non competit dd. fratribus fideicommissarijs, sed solùm competebat d. illius filijs, pro quibus d. bona administrabat nisi iustificetur tot bona retinuisse, vel alienasse, ea quibus potuerit satisfieri.

Quinta scutorum 350. occasione sortis principalis duorum censuum scutorum 600. qui Europæ assignati fuerunt pro scutis 250. tantùm indiget iustificatione, quia licet exhibeant Instrumenta impositionum ad fauorem fideicommittentis de anno 1577. & sequenti attamen ex his probatur quidem tempore impositionum d. census fuisse scutor. 600. non tamen infertur, quod essent eiosdem quantitatis tempore assignationis sequutæ quadraginta, & vltra annis postea.

Sexta scutorum 400. pro tot censibus antecedenter ab eadem Europa retrouenditis, & octaua scutorum 5554. pro alijs censibus fideicommissarijs in dd. Transactionibus non comprehensis, tolluntur faciliori responsione, nam in prima transactione adest expressa clausula salutaris habendi rationem ad commodum transigentium pro rata ad vnumquemque ipsorum respectiuè spectante de omnibus in futurum detegendis, atque ideò dd. fratres agere possunt pro illorum consequutione iuxta formam traditam in ipsa transactione, & consequenter ea hoc capite non possunt allegare læsionem ad effectum prætensæ illius rescisionis.

Septima denique scutor. 8127. de quibus Europa quietantiam fecerat Tranquillo de Bartellis Exactori eorumdem eius filiorum demenda est à calculo, quia adhuc non constat, quod dd. pecuniæ proueniant ex proprietate bonorum fideicommissariorum, & proinde præsumuntur potius prouenire vel ex fructibus eorumdem bonorum ad illos spectan. & à præfato Tranquillo in maiori summa verisimiliter perceptis, cùm ascenderent annuatim ad scuta 1500. vel ex capitalibus quorumdam censuum retrouenditorum, quos Europa in secunda transactione receperat pro legitima dd. eius filiorum.

Legitima autem ex Iuris † dispositione absque vllo onere, 8
aut grauamine debebatur, *l. omnimodo* 30. *& l. quoniam in
prioribus* 32. *de inoff. testam.* Cùmque Testator reliquerit
sex filios nempè quinque masculos, & vnam fœminam
ascendebat ad semissem, *Auth. nouissima, Cod. eodem*, &
consequenter d. Europa tanquam † hæres eorumdem eius 9
filiorum prædefunctorum iure optimo dd. sex vncias hac de
causa detrahere potuit, *l. quanquam ibique communiter scri-
bentes, Cod. ad leg. falcid.* Hunded. *cons.* 36. *numer.* 16.
lib. 1.

Non obstat, quod Testator prohibuerit illius detractio-
nem, vt dd. eius filij sillius Testamentum in supradicto In- 10
strumento diuisionis acceptauerint.

Quia cùm in casu nostro seruata non fuerit cautela re-
lata, per Soccin. iun. *cons.* 122. *num.*9. *lib.* 1. non sufficit so-
la paterna prohibitio, & generalis † acceptatio eius Testa- 11
menti, quæ in alijs ibidem dispositis congruè verificari po-
test, sed specialis, & indiuidua mentio legitimæ, illiusque
expressa renunciatio ibidem fieri debebat, vt censeretur,
quoad eam illis præiudicatum, *l. si quando*, §. *& generaliter
Cod.*

DECISIO CCCCXXVII.

CEosueruot DD. Mariæ Lauræ, & Alexandro de Santinellis peteñ remissoriam contra D. Christophorum Pamphilium eam non esse conceden. *coram bon. mem. Arguelles sub die* 11. *Martij* 1650. ea rationibus deductis in decisione postea extensa à R. P. D. meo Meltio in eius locum sobrogato, quæ hodiè etiam in articulis additionalibus coram me in hac tertia instantia productis ab ijsdem de Santinellis militare videbantur. Verùm quia in quinto articulo additionali specificè narratur quod q. Camillus Pamphilius declarauit coram d. Maria Laura eius sposa ei dono dedit Iocalia, de quibus agitur animo nunquam illa rehabendi, quolibet tempore vel quauis occasione reddens rationem, quia ipse senex erat, & sic congruum videbatur, vt post eius mortem d. Iocalia, & vestes ipsi sposæ remanerent, quodque idem pluries replicauit sub diuersis diebus, & coram diuersis Testibus. Ideò DD. censuerunt remissoriam esse concedendam, quia cùm huiusmodi declaratio excludere posse videtur præsumptionem traditionis dd. Iocalium pro simplici vsu, & ornatu firmam in præcedentibus decisionibus huius causæ *coram eodem bon. mem. Arguelles* 22. *Iunij* 1648. *&* 28. *Iunij* 1649.
1 præsefert materiam releuantem, quæ licet concernat vnum duntaxat articulum, nihilominus sufficit, vt in prophania super omnibus Remissoria concedatur, Rota *dec.* 667. *nu.* 1. *par.* 1. *& decis.* 661. *num.* 4. *par.* 2. coram san. me. Greg. *dec.* 124. *n.* 3. *& in Auenionen. Pecuniaria* 25. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Reyas* §. *Nec refert*.

Nec refert quod alias pro parte eorumdem de Santinellis exhibiti fuerint alij articuli, & desuper examinati Testes quorum dicta publicata fuerunt, vt ponderatur *in d. decis. R. P. D. mei Meltij* §. *fin.* quia cùm isti additionales modò producti, & signanter d. quintus articulus continet materiam magis explicitè distinctam, & specificatam, non in solo cortice verborum, sed in ipsa substantia, noua
2 remissoria denegari non potest ob antecedentem exhibitionem aliorum, & præcedens examen, Abb. *in capit. fraternitatis num.* 8. *de Testibus*, Rota coram bon. me. Coccino *dec.* 23. *num.* 2. *in rec. dec.* 266. *num.* 13. *par.* 6. *in Camerinensi Pensionis* 4. *Martij* 1640. *& in Monopolitana Pensionis* 7. *February* 1648. *coram R. P. D. meo Bichio, ac in Fauentina Beneficij* 27. *Iunij* 1644. *coram me* §. *Preterea articuli*.

Nec refert contraria probatio facta pro parte d. D. Chri-
3 stophori Camilli hæredis, quia vulgare est axioma, quod probatio probationem non excludit, Ægid. *decis.* 565. *nu.* 1. *decis.* 785. *num.* 5. *par.* 1. *diu.* *& decis.* 671. *num.* 5. *par.* 1.
4 *rec.* Idque procediretiam ad effectum † concedendi Remissoriam, vt dicit Rota *in Calaguritana processionum* 30. *Aprilis* 1629. *coram bon. me. Card. Verils, & in Romana Cambiorum* 4. *Iuly* 1631. *coram bon. me. Motman. in rec. dec.* 70. *num.* 8. *par.* 6.

Neque obstat quod oriri possit aliqua Calumniæ præsumptio, ex quo causa diù agitata in alijs instrumentis id specificè articulatum non fuit, vt subditur *in eadem decis. R. P.*
5 *D. mei Meltij* §. *suspicio autem* †. Quia quotiescumque prout hic concurrit releuantia materiæ articulatæ, vel non denegatur Remissoria ob solam præsumptionem calumniæ, vt respondit Rot. *in Bononien. Capellania* 24. *Ianuary* 1611. *coram bon. me. Pironano post* 2. *vol. cons.* Farin. *decis.* 306t. *num.* 1. vel saltem oportet huiusmodi præsumptionem
6 esse † vehementem, & probabilem Rot. *decis.* 348. *num.* 6. *par.* 1. *& decis.* 311. *num.* 3. *par.* 6. *rec.* Præsertim si concurreret aliqualis fumus, quod resistat, & se habeat, ex quo iuncta
7 releuantia cessabit prorsus calumniæ præsumptio, Caputaq. *decis.* 56. *num.* 3. *par.* 3. Rota *decis.* 41. *num.* 40. *par.* 7. *rec. in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs* 15. *Ianuary* 1649. *coram bo. me. Arguelles* §. *de calumnia vers. numquam, & prius in Cæsaraugustana Distributionum* 13. *Martij* 1643. *coram me* §. *vltimo*, in præsenti tamen resolutione non adducitur aliquid pro fumo, quia Maria Laura, & alij de Santinellis remissoriam petentes non informarunt.

Et ita vnica tamen &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,
S. Rotæ Decano.

Meleuitana Donationis.

Veneris 21. *Nouembris* 1653.

ARGVMENTVM.

Donatio facta alicui ex causa matrimonij, qualiter censeatur facta, & quibus dicatur ius quæsitum. Donatio facta alicui, an censeatur facta animo compensandi.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta sponsæ quæritur omnibus filijs eiusdem sponsi siue ex primo, siue ex vlteriori matrimonio.*
2 *Et hoc propter æqualem affectionem quam erga omnes filios habere præsumitur.*
3 *Donatio ex causa matrimonij facta vni ex coniugibus respectu alterius, qualiter censeatur facta, & num.* 4. *&* 5.
6 *In donatione facta fauore matrimonij quid veniat, & in prædicta donatione attendenda est mens donantis.*
7 *Donatio censetur facta animo compensandi, quod donans ex aliqua causa tenebatur donatario, & numer.* 8. *&* 9.
10 *Donationis verba sunt attendenda ad effectum videndi, quid veniat in donatione.*
11 *In donationibus, quæ personis fiunt, attendi debet specificatio donantis.*
12 *In donatione ex causa matrimonij si specificentur filij ex certa vxore, cæteri excluduntur.*
13 *Clauis traditio in donatione facta quid importet.*
14 *Correspectiuitas in donatione ex causa matrimonij, quid operetur, & num.* 15.
16 *Fideicommissum perpetuum ad fauorem alicuius quando dicatur inductum.*
17 *Donatio non est alteranda in præiudicium vocatorum.*
18 *Consuetudines locorum sunt attendendæ.*
19 Decis. in causa Pisauren. Donationis 8. Februarij 1647. & 31. Ianuarij 1648. coram Card. Otthobono declarantur. & num. 20.
21 *Præiudicarè expressè quando alicui quis non potest, multò magis tacitè id poterit operare.*
22 *In præscriptionibus subtrahenda pupillaris ætas.*
23 *Ex Iudicis facto iniustè prouidentis non priuatur quis sua possessione.*

DECICIO CCCCXXVIII.

VT videretur de bono iure prius simpliciter 31. Martij, & deindè etiam ad effectum manutentionis 20. Iunij 1653. Rota respondit, super quo hodiè assumpta disputatione responsum fuit constare de bono iure Io. Vincentij, & filiorum, seu quòd idem est Donationem medietatis Territorij, & Viridarij Tasquales nuncupatorum, & annuatum vnciarum 20. censualium factam per Saluum Xerri Io: Antonio nepoti in Instrumento Sponsalium inter ipsum, & Agatucciam Habelam contractorum 4. Septembris 1599. suffragari dumtaxat filijs dicti matrimonij exclusis aliis secundi matrimonij.

Littera N. regulatur Donatio facta sponso, quæratur om-
nibus filijs † eiusdem sponsi, siue ex primo matrimonio su- 1
scepti fuerint siue ex secundo, & vlteriori quocumque propter æqualem affectionem, quam erga omnes habere præ-
sumitur, tam Patruus, quàm Pater Donatarius, vt per 2
Teat. *in l.* 3. *C de. Inoffic. Testam.* articulo maturè discusso dictum fuit *in Pisauren. Donationis* 8. *February* 1647. *&* 31. *Ianuarii* 1648. *coram Eminentiss. Otthobono*, & propter authoritates ibidem adductas tradit Cancer. *var. resol. to.* 3. *cap.* 7. *num.* 101. *distinguens num.* 104. quod si ab vno ex
coniugibus respectu alterius fiat mentio † filiorum, non 3
censetur cogitatum de filijs alterius matrimonij, quia præsumuntur odio habiti, at si mentio filiorum fiat à tertio in
Donatione facta vni coniugum, & eorum filijs non cen- 4

Nn setur

setur connexiuè facta ad comprehendum communes filios,
5 sed discretiuè † vt capiat filios illius coniugis ex quocunque suscipiantur matrimonio, secundum Bald. *in authentica qui rem num. 6. & 7. C. de sacros. Eccl.* Fontanell. *de Pact. Nuptial. claus. 4. gloss. 9. par. 1. numer. 36. vers. Per hæc ego*, Cutell. *de Donat. contemplat. matrim. Tract. 2. disp. 1. special. 36. num. 9. vers. quod sità, & num. 12. & 13.*

Quòd fortius admittendum videbatur in proposito, quo donans non videtur donasse intuitu, & contemplatione
6 certi matrimonij, nec † contemplasse personam vtriusque coniugis, sed nepotis dumtaxat, duio professus fuit se donare Io: Antonio pro omnibus, & quibuscumque Iuribus eidem Donatario competentibus tam ex causa paternæ, & maternæ successionis, quàm administrationis Tutelæ ipsius Donatarij, gestæ à Donante. Hinc enim donatio
7 † censetur facta animo compensandi, quod donans ex dictis causis tenebatur Donatario, ad Text. *in l. cum Pater 30. ff. de Iur. Dot. & in l. huiusmodi §. cum Pater ff. de leg. 1.* Aym. *cons. 149. num. vers. Item quando legat.* Hond. *cons. 50. num. 20. cum seqq. lib. 2.* Fachin. *contr. Iur. lib. 5. cap. 33. vers. quæ igitur.* Indeque sicut ad eius filios deuentura erant bona paterna, & materna, & id totum, quod Do-
8 nans eidem debebat ex causa administrationis † tutelæ nulla adhibita distinctione primi, aut secundi matrimonij, ad Text. *in l. 1. C. de legit. hered. & in l. cum alijs 4. §. ad maternas C. de secund. nupt. §. nec illud quoque Auth. de Nuptijs cum alijs in d. Pisauren. Donationis 8. Februarij 1647. §. cui quidem, & in Forosempronien. Bonorum 11. Martij 1650. coram R. P. D. meo Bichio vers. Vnde eo non instituto.* Ita censetur donationem stipulasse ad eorumdem fauorem, vt
9 ad eosdem † deuenirent bona donata eorum loco subrogata, Ias. *cons. 231. num. 2. lib. 2.* Paris. *cons. 198. numer. 18.* Menoch. *cons. 70. num. 9. & seqq.* Peregr. *cons. 35. num. 7. lib. 3.* Giouagn. *cons. 23. num. 11. lib. 2.* Surd. *decis. 15. num. 21.* Rot. apud Seraph. *dec. 477. num. 11. cum alijs in Bonon. Bonorum 17. Iunij 1641. & 21. Februarij 1642. & in Cathacen. hereditatis 28. Aprilis prædict. coram me.*

Attamen quia donatio specificè facta fuit sponso absenti Notario pro eo stipulante cum clausula ad haben. per prædictos sponsum, & sponsam, & cum pacto sunt ver-
10 ba donationis †, quod omnia, & singula bona, supradotata, & donata, & assignata, & assignanda prædictis sponso, & sponsæ intelligantur, & sint esse debeant vinculata, tam præfatæ sponsæ, quàm eidem sponso diuisim vt supra, & eorum filijs nepotibus, pronepotibus, & posteris, ac descendentibus in perpetuum, & in infinitum, ita quod, nec eisdem sponsis, nec eorum cuilibet licebit nec licitum esse bona prædicta vendere, & alienare &c. non potest suffragari filijs secundi matrimonij, quia dictiones illæ suorum, & eorum post specificatas personas, sponsi,
11 & sponsæ sæpiùs repetitæ indicant de solis filijs illius coniugij fuisse intellectum, eosque in donatione contemplatos, *l. si inter virum, & vxorem 24. ff. de Pact. Dotal.* Bertaz. *cons. ciuil. 234. num. 6. & seqq.* Gabr. *cons. 13. nu. 2. & 3. lib. 2.* Simon. de Præt. *cons. 56. num. 13. lib. 1.* Molin. *de Rit. Nupt. lib. 3. quæst. 11. nu. 19. & seqq. & nu. 28. in fin.* Modern. Mantuan. *contr. for. cap. 497. num. 10.* Boer. *decis. 276. num. 2.* Vocatis enim filijs ex certa vxore excluduntur
12 cæteri alterius mulieris †, vt ad litteram probat Text. *in l. filius 28. §. 1. vers. siquis*, ibi, *siquis ex certa vxore natum scribit heredem in periculum rumpendi Testamentum, deducit ex alia susceptis liberis ff. de liber. & posthum*, ibique gloss. *Verbo si quos aliqque plures congesti*, *a dicto Modern. Mantuan. vbi supra d. cap. 497. num. 10.*

Idque clarius demonstrat correspectiuitas einsdem donationis ideò facta sponso ab eius Patruo, ex quo ab altera parte sponsæ Pater insignem dotem eidem constituerat
13 scut. 3650. vt indicat clausula in principio addicta ibi è conuerso Rot. *decis. 123. num. 4. & par. 2. & decis. 405. ante num. 1. per. 4. diu.* propter hanc correspectiuitatem,
14 quam donator, non assequitur † ex secundo matrimonio non potest illius filijs prodesse, sed confunditur, cum promissione dotis, & in eius recompensam facta censetur non sola contemplatione viri, sed etiam vxoris cuius Pa-
15 ter † tantam dotem non dedisset, nec verisimiliter matrimonium contraxisset sine hac correspectiua donatione, Nau. *cons. 609. num. 3.* Menoch. *cons. 723. num. 14.* Surd. *cons. 457. nu. 21. vers. quinto cum in eodem*, Rouit. *cons. 94. num. 11. & seqq. lib. 1.* Io: Francisc. à Ponte *cons. 25. sub n. 3. lib. 1.* Lucen. *cons. 7. num. 13. & 14.* Cutell. *vbi supra de donat. contemplat. matr. tract. 2. disput. 1. special. 36. n. 24.*

Et comprobat pactum adiectum in secundo capitulo, quod bona dotata, & donata, sponso, & sponsæ essent vinculata tam sponsæ prædictæ, quàm eidem sponso diuisim, vt supra, & eorum filijs, Nepotibus, pronepotibus posteris, & descendentibus in perpetuum, &c. ità quod nec eorum cuilibet licebit bona prædicta vendere alienare, assignare, nec de eis disponere nisi tamen de eorum legitima, exindè enim inductum fuit perpetuum fideicommis- 16
sum fauore filiorum vtriusque coniugis copulatiuè, cum onere vnius restituen. alteri ad Text. *in l. filius fam. §. Diui el 2. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. qui Romæ §. Verborum oblig.* Canal. *decis. 167. num. 1. cum alijs latè congestis in Mediolanen. Bonorum 18. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio vers. quod autem attinet, & 31. Maij 1649. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado vers. quoniam fideicommissum.*
Vndè non potuit sponsus, & donatarius in præiudicium † 17
filiæ ex prima vxore susceptæ de bonis donatis disponere fauore alterius filiæ secundi matrimonij in prædicta donatione non comprehensæ, vt probat Text. *in supradicta l. si filius 28. d. cons. 94. num. 14. & seqq.* Molin. *de rit. nupt. d. quæst. 11. num. 19. & seqq.* Non attento verbo diuisim vt supra cum appositum fuerit ad euitandam commotionem
bonorum iuxta † consuetudinem Melitæ, de qua superius 18
mentio facta fuerat, & ad quam proindè prædicta dictio refertur Surd. *cons. 313. n. 48. cum vulgar.*

Et hinc non applicantur resolutiones contrariæ in suprarelata *Pisauren. donationis*, cùm nimis distent à casu nostro, ex quo ibi, nec nominati, nec contemplati fuerant filij, minusuè aderant verba restrictiua eorum, & suorum, in quibus terminis eædem decisiones admittunt contrarium intellectum, & multò minus aderant pacta prohibentia dispositionem, sed imò data facultas liberè dis-
ponendi, ex qua colligitur † solam sponsi personam fuisse 21
contemplatam. At in propositum pacta suadent contrarium, vt admittunt Cancer. Cutell. Molin. & Fontanell. *loc. supra allegatis.*

Super obseruantia contraria non potest fieri fundamentum propter probabilem ignorantiam Agatucciæ filiæ prioris matrimonij, quæ in omnem casum sicuti non potuisset fideicommissarijs expresse præiudicare, ita multo minus tacitè obseruando contrarium Bellon. Iuo. *cons. 1. num. 103. cum seqq.* Rot. coram bo. mem. Coccino *decis. 343. sub nu. 4. vers. Non obstat, & in Romana fideicommissi 7. Iunij 1652. coram R. P. D. Zarate in fin.* Præscriptio autem non est com-
pleta cum sit subducen. pupillaris, & minoris † ætatis eius- 22
dem Agatucciæ, *l. fin. ibique gloss. verbo eas C. in quibus casib. restit. in integrum, non est neces. l. non est incognitum C. de quibus non subijciatur long. tempor. præscript.* Odd. *de rest. in integr. q. 90. nu. 8.* Rot. *decis. 383. num. 2. vers. quoniam vere par. 4. diuers.*

Ex quibus dictum fuit constare de bono Iure Vincentij Palca mariti Agatucciæ, & Patres respectiuè, ac vsufructuarij bonorum eius, suorumque filiorum, sibique dandam esse manutentionem cùm ex facto Iudicis iniustè procedentis non fuerit eius anteriori possessione priuatus *Cap. licet Episcopus de Præben. in 6. c. licet causam de probat. l. clam. possidere §. quoad Nundinas ff. de acquir. possess.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano.

Mantuana Bonorum.

Lunæ 16. Iunii 1654.

ARGVMENTVM.

Bonorum concessio facta alicui ad certam generationem, ea expirata, expirat quoque concessio. Libertas bonorum penitus cessat, vbi datur eorum solutio canonis.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Deuolutio bonorum intrat, quando defecit linea ob quam fuit facta.*
2 *Bona quod fuerint affrancata, non potest doceri, dum iam quis soluit canonem.*
3 *Bonorum libertas excluditur stante solutione canonis per longissimum tempus.*
4 *Libertas bonorum quanto tempore præscribatur.*
5 *Bona, quando quis vti feudalia agnouit, & ipso iure approbauit, non potest amplius ea denegare.*
6 *Renunciatio non solùm probat contra renunciantes, sed etiam contra successores eius, amplia n. 7.*
8 *Lapsus viginti annorum ad terminandam libertatem bonorum est necessarius.*
9 *Libertas bonorum, vt per solutionem Canonum præscribatur, quantum tempus requiratur, & n. 10.*
11 *Pro sententia in iudicatum transacta præsumendum est.*
12 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*
13 *Præscriptio interrumpitur per citationem.*
14 *Tempus pupillaris ætatis detrahitur à præscriptione.*
15 *Ignorantia præsumitur in hærede.*
16 *Restitutio in integrum an detur contra trigenariam præscriptionem.*

D E C I S I O   CCCCXXIX.

COnstare de bono Iure mensæ Episcopalis Mantuæ Domini responderunt. Quia cùm Comes Vincentius
Cattinus, cui anno 1647. à Reuerendiss. D. Episcopo Mantuano in feudum per viam renouationis concessæ fuerant
pro se suisque hæredibus ex eo legitimè descendentibus
vtriusque sexus Terræ de quibus agitur sitæ in loco del *Angelo* bulcarum a 30. circiter, sine filijs decessetit, & sic defecerint omnes in Inuestitura comprehensi, clara vtique re-
1 manet deuolutio earundem Terrarum ad fauorem mensæ
Episcopalis Dominæ directæ, §. *emphyteusim*, *Auth. de non alien. reb. Eccles.* Castr. *cons.* 42. *sub n.* 1. *vers.* 3. *modo finitur*,
Card. Caual. *dec.* 564. *nu.* 1. Rota *in recen. decis.* 390. *num.*
2. *par.* 1. *decis.* 36. *num.* 1. *& decis.* 121. *num.* 18. *par.* 7. *in Rauennaten. Domus* 14. *Iunij* 1649. *&* 17. *Martij* 1651. *coram Reuerendiss. D. Terraconen. & in Romana Casalis Veteris* 5. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato.*

Non obstat, quod anno 1555. præuio beneplacito Apostolico, & sententia illius executoris d. Terræ vnà cum
alijs in totum bubulcarum 1300. à vinculo feudalitatis liberatæ fuerint, solutis mensæ Episcopali ducatis 433. in bubulcis 49. Terrarum Summario Comitissæ *numero* 1.
& 2.

Quoniam dictam liberationem non habuisse effectum
2 ostendunt † successiua Inuestiturarum Instrumenta ab anno 1569. citrà in quibus Terræ controuersæ tanquam feudales à mensa concessæ fuerunt prius filijs Hieronymi Pipecarij, qui dictam liberationem obtinuerat, ac deinde alijs,
& signanter dicto Comiti Vincentio Autori D. Comitissæ
Castrobatchæ collitigantis *Summ. mensa nu.* 1. *&* 2. Huiusmodi enim inuestituræ sæpiùs iteratæ, & recognitionibus
3 Inuestitorum suffultæ spatio circiter octuaginta † annorum
pensionum libertatis statum escludunt, & Dominium
mensæ, & feudalitatem ad omnem effectum, etiam contra tertium iustificant, iuxta Doctrin. Bart. Communiter receptam *in l. ad probationem C. locat.* Rip. *in l. si rem aliquam nu.* 39. *ff. de acq. poss.* Dec. *cons.* 591. *n.* 1. *&* 2. *par.* 4. *diuers.*
in rec. decis. 290. *num.* 1. *&* 4. *par.* 1. *decis.* 79. *nu. quatuor seqq. & decis.* 359. *num.* 7. *par.* 5. *& decis.* 164. *num.* 4. *&*
5. *cum seqq. par.* 6. Card. Caual. *decis.* 269. *nu.* 3. *in fin.* Buratt. *decis.* 602. *num.* 2. ibique add. *num.* 25. *cum seqq. in Portuen. Stagn.* 10. *Iunij* 1637. *coram Card. Panzirola* §. *quarta ex successiuis cum seqq. & in Auximana Pradij* 15.
Maij 1645. *coram Reuerendiss. D. meo Decano* §. *Dominium*
4 *vero*, illamque legitimè præscriptum obstendunt †, ad quem
effectu sufficit solus cursus 30. annorum cum bona fide,
l. si quis emptionis C. de præscript. 30. *annorum*, & in punct.
Aluarot. *in cap. si quis per triginta num.* 2. *cum seqq. si de feud. fuer. controu.* Rossental. *de feud. tom.* 1. *cap.* 6. *concl.* 77. *num.*
9. *& concl.* 81. *num.* 1. Ruta *in Regien. bonorum* 15. *Martij*
1630. *coram bon. mem. Coccino*, apud Modern. Perus. *de manut. decis.* 493. *num.* 9. eòque magis contra Comitissam
habentem causam ab inuestito, qui in vltimo statu bona
controuersa tanquam feudalia acquisiuit; Vndè qualitatem istam † fæudalem, quam Author agnouit, & facto 5
ipso approbauit, negare non potest, Odd. *cons.* 6. *num.* 30.
Decian. *cons.* 31. *num.* 1. *lib.* 4. Aym. *cons.* 20. *num.* 11. *&*
cons. 157. *num.* 6. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 226. *num.* 186. *in fin. & seqq.* Card. Seraph. *decis.* 1387. *num.* 4. *&* 5. *& decis.*
1424. *num.* 3. tam contra enunciantes, & promittentes †, 6
quàm contra illorum successores, Ruin. *cons.* 50. *num.* 13. *lib.*
1. *& cons.* 128. *n.* 16. *lib.* 2. Rot. *decis.* 200. *num.* 2. *par.* 1.
dec. 193. *num.* 2. *par.* 2. *& decis.* 261. *num.* 1. *par.* 5. *in d. Romana Saluiani seu Attentatorum coram Reuerendiss. Salamant. mod.* §. *Vineam vero etiam singulares* Rot. *decis.* 776. *n.*
1. *par.* 1. *diuers. & decis.* 249. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* Sic tantò
magis contra Andream, & alios de Boanis reos Conuentos,
qui ex persona † Lucretiæ ipsorum matris, & Philippi Lu- 7
carelli Patrui tit. vniuersali successerunt dictis Margheritæ,
& Bernardino coniugibus eodem *Summ. n.* 17. 18. *&* 19

Accedentibus præcipuè solutionibus Canonum per viginti saltem annos d. *Summ. num.* 1. Quamuis enim † ad 8
deuolutiones necessaria videatur Iustificatio integri lapsus
30. annorum, per Text. *in l. si quis Emptionis C. de præscript.*
30. *annorum*, quam in his terminis comprobauit Rota *in rec.*
dec. 290. *num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 359. *num.* 11. *par.* 5. ad effectum tamen solutionis † canonum breuioris temporis, vt 9
respondit Rota *in Neapolitana Domus* 16. *Decembris* 1616.
coram Otthembergo.

Non obstat tum sententia capitolina absolutoria à prima
solutione, quæ tanquam lata de anno † 1597. asseritur in 10
iudicatum transacta, tum præscriptio ex lapsu temporis ab
inde decursi desumpta.

Sententia enim cùm ex prædictis detegatur iniusta, in rem
iudicatam † transire non potuit, *DD. in l.* 4. §. *condemnatum ff. de Iudic.* Card. Seraph. *decis.* 1123. *nu.* 6. Rota *in* 11
Terracinen. fideicommissi 21. *Iunij* 1649. *coram bon. mem.*
Coccino quoad alios. Præscriptio verò cùm interrupta fue- 12
rit † de anno 1642. per citationem ad solvend. Canones,
l. cum notiss. in princ. & §. Imo C. de præscript. 30. *annorum*,
Rot. *decis.* 208. *num.* 4. *par.* 1. *rec. cum cæteris allegatis in Auenionen. Saluian.* 8. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. Bichio* §.
non adest, non est completa per lapsum 30. annorum, nam
sunt subducendi duo circitèr anni quibus fiscus bona Francisci possedit, nec non subducendum † est tempus minoris 13
ætatis actorum, contra quos cùm tunc essent pupilli, durante pupillari ætate præscriptio incipere non potuit, *l. sicut vers. sed pupillari ætate C.* vbi proximè gloss. *in l. fin. in vers. fin. C. in quibus cas. in integr. restit.* cum alijs per Rotam coram Buratt. *decis.* 774. *num.* 3. & in d. Auenionen. Saluiani §. *neque sublata vers. subducto etiam, & cœpta ob dominia*,
Bald. *de præscript. par.* 1. 6. *par. princ. num.* 33. *vers. fallit. in præscriptione, & n.* 34. Tob. Non. *cons.* 2. *nu.* 22. Marescott.
Var. resol. cap. 67. *nu.* 24. *vers. sed quamuis lib.* 2. Rot. *dec.*
298. *num.* 1. *&* 2. *par.* 4. *diuers.* coram Buratt. *decis.* 410. *nu.*
12. *&* 17. *ac in Romana seu Vilsterna pecuniaria* 1. *Feb.* 1649.
coram me §. *nec obesse potuit vers. huiusmodi*, tamen ac in omnem Casum propter probabilem ignorantiam †; quæ sem- 14
per in hærede præsumitur, Bartol. *in l. Emilius* 139. *nu.* 5. *ff. de maior.* Surd. *cons.* 226. *num.* 19. *& seqq.* Eugen. *cons.* 95.
num. 23. *lib.* 1. Duran. *decis.* 426. *nu.* 9. Aduersus dictam trigenariam præscriptionem competeret restitutio † in inte- 15
grum, vt latè probat Tob. Non. *d. cons.* 2. *nu.* 23. Rot. *decis.* 387. *num.* 1. *par.* 1. *diu.* coram Duran. *d. decis.* 426. *n.*
12. *in Bonon. fideicommissi* 22. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. meo Bichio* §. *fin. & Beneuentana Domus* 13. *Nouembris* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Otthobono* §. *neque relevat.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Firmana Pecuniaria.

Luna 18. *Martij* 1658.

A R G V M E N T V M.

Indebitum, quod quis ex parte sua non vti indebitum recepit, sed quia illud ab alio exigere tenebatur, an simul cum damnis, & interesse restituere cogatur, & quando.

S V M M A R I V M.

1 *Indebiti conditio non datur aduersus creditorem recipientem, sed immediatè, & directè contra eum, pro quo pecunia soluuntur, & vid. num. 3. & 4.*
2 *Indebitum si quis soluit, repetit à debitore moroso, pro quo solutionem fecit, limit. vt num. seqq.*
3 *Condictio indebiti quando ex æquitate detur etiam contra creditorem recipientem, & quando non, & num. seq.*
5 *Actio directa vbi competit aduersus proprium debitorem nunquam datur subsidiaria, & obliqua.*
6 *In condictione indebiti accessiones ciuiles vltra sortem non debeatur.*
7 *Damna, & interesse quando debeantur.*
8 *Actiones quando dicantur rei persecutoria, vel personæ.*
9 *Indebitum respectu creditoris dici non potest, quod alius verè debebat, & alter pro eo persoluit.*
10 *Actus factus ab administratore Ciuitatis, quando Ciuitati non præiudicet.*
Bulla Sacræ Congregationis boni regiminis prohibet, nè primo conductori, vel affictuario Communitatum bona concedantur.
Nisi prius de prima locatione, vel affictu rationem reddiderint, ibidem.
11 *Interpellatio debet actum præcedere, nec subsecuta suffragatur.*
12 *Damnum quod ante moram, & citra sui culpam alteri obtigit nemo restituere tenentur.*

D E C I C I O CCCCXXX.

COncessa repetitione Sauino scutorum 814. quæ indebitè Ciuitati persoluerat occasione depositariæ frumentariæ, pro qua Gaspar Paccaronus fideiusserat; & ad quam illius obligatio, facta pro secunda depositaria fauore Leonardi Bentiuoli principalis debitoris non extendebatur; dubium positum fuit an eidem Sauino à Ciuitate deberentur damna, & interesse ex causa d. solutionis passa, & affirmatiuè Rota respondit, *vt in dec. edita coram me die secunda Iunij* 1656. quam bodiè quoad Ciuitatem duntaxat reformandam esse DD. censuerunt.

Quemadmodum enim indebiti condictio simpliciter non
1 competit aduersus creditorem recipientem pecunias †, sed
immediatè, & directè contra eum, pro quo pecuniæ soluuntur ad Text. *in l. Qui hominem vbi gloss. verb. sed tibi, & in l. si alieni nummi ff. de solut.* quas refert, & sequitur Larrea *dec. Granaten.* 86. *num.* 7. Ita Sauinus releuationem vnius indemnitatis petere non potest à Ciuitate, quæ pecunias in extinctionem proprij crediti recepit, sed à debi-
2 tore moroso pro quo debitum soluit, & qui omni iure tenetur omnia, & singula damna passa reficere, vt firmatur *in decis.* 5. *num constat cum seqq.*

Licet autem æquitate detur etiam contra recipientem
3 iuxta Text. *in l. si me, & Titium ff. si cert. pet.* quam commendat Bald. *cons.* 348. *sub num.* 1. *vers. Considera lib.* 1. Indeque sicuti Sauinus hoc remedio summam indebitè solutam ab ipsa Ciuitate condicere posset, ità eadem ratione damnum passum occasione huius indebitæ solutionis repetere debeat. Tamen cùm Ciuitas recipiendo solutum lucrata non fuerit, cessat æquitas, quæ solùm aduersus reci-
4 pientem titulo lucratiuo conceditur †, secus in recipiente ex titulo oneroso in extinctionem veri crediti, vt distinguit Rota *decis.* 77. *num.* 23. *& seqq. par.* 6. *rec. & decis.* 874. *num.* 4. coram Buratt. *& in Romana depositi* 23. *Ianuarij* 1644. *coram Reuerendiss. Tarraconen.* cùm præsertim Sauino competat actio directa contra verum principalem de-
5 bitorem, quo casu subsidiaria, & obliqua nunquam admittitur, Costa *de remed. subsid. remed.* 12. *num.* 5. & Rota *d. decis.* 77. *num.* 26. *par.* 7. *rec. & decis.* 243. *num.* 11. *par.* 1. *tom.* 1. *rec.*

Verùm dictum fuit omninò cessare repetitionem interesse
6 respectu Ciuitatis, cùm in huiusmodi condictionibus † vltra reuocationem portionis indebitæ solutæ accessiones ciuiles non debeantur per Text. *in l.* 1. *C. de cond. indeb. & gloss. in l. qui se debere §. fundus verb. fructus in fine ff. de cond. caus. dat.* Leotard. *de vsur. q.* 96. *n.* 27. & ita declarauit Rota *dec.* 547. coram Card. Seraph. *n.* 12. *cum seq.* cùm enim Ciuitas Sauino indemnitatem non promiserit, neque ex contractu sit obligata non tenetur ad interesse, quod debetur duntaxat vel vbi expressè fuit in stipulationem deductum,
vel tacitè † saltem comprehensum sub obligatione sui natu- 7
ra continente damnorum refectionem, vt inquit Text. *in l. Ait Prætor §. pactum quoque ff. qui in fraud. credit.* Actiones enim huiusmodi rei persequutoriæ sunt, non autem
personæ † nisi ex contractu fuerit obligata, quo casu ex vi 8
obligationis tenetur quoque ad interesse *Textus est in l. Denique non est* 19. *ff. de iur. fisc.* ibique gloss. *verb. non personæ,* Leotard. *vbi supra d. q.* 96. *n.* 27. *in fine.*

Non obstat, quod Sauinus damnum emerserit occasione indebitæ solutionis, & officialibus Ciuitatis illud notificauerit cum protestatione repetendi interesse, vt proindè licet condicens indebitum arceatur à petitione accessionum ciuilium, tamen non prohibeatur repetere damnum emergens, quod debetur ex mora in quolibet Iudicio, & contractu, quia respectu Ciuitatis indebitum dici non potest
id, † quod alter effectiuè debebat & Sauinus pro eo per- 9
soluit, ita gloss. *fin. in l. in summ.* 65. *ff. de cond. indeb. cum ibi notatis,* neque aliqua mora considerari ex interpellatione facta contra administratores tamquam illam, non repræsentantes, cùm iam eorum munere functi essent, sed nomine proprio tanquam eos, qui Leonardo Bentiuolo depositariam. Secundò concesserant non reddita ratione prædictæ con for-
mam Bullæ S. Congregationis boni regiminis †, quæ pro- 10
pterea Ciuitati præiudicare non potuit, vt dictum fuit *in dec.* 107. *par.* 1. *&* 123. *par.* 3. coram Verall. & coram Caual. *dec.* 410. *n.* 1. vnde cessante mora non tenetur ad interesse Rot. *dec.* 324. *n.* 2. *&* 342. *n.* 4. post Cens. *de cens. & in Anconitana Cambiorum* 1. *Iulij* 1643. *coram Reuerendiss. Carillo confirmata* 8. *Martij* 1649. *coram bo. me. Peutingerio.*

Non suffragatur vnica interpellatio executa contra Ciuitatem anno 1636, quinquennio post paratam, & solutam pecuniam anno scilicet 1631. cum debuisset præcedere, vt dixit Rot. *decis.* 52. *nu.* 2. *par.* 1. *rec.* Quinimmò dum antè solutionem pecunia iam curreret sub viuria, claré conuincitur damnum non emersisse ex mora Ciuitatis, sed ex culpa & contumacia debitoris obligationem suo tempore non implentis; vndè Ciuitas damnum, quod Sauino ante moram, & citrà sui culpam obtigit præstare non debet, vt de mente aliorum complurium refert Salas. *de vsur. dub.* 18. *n.* 4. Leotard. *eod. tract. q.* 75. *num.* 2.

Et ita vtraque parte Informante resolutum fuit &c.

R. P. D. T A I A.

Eugubina Pensionis.

Die Lunæ 1. *Aprilis* 1658.

A R G V M E N T V M.

Solutio pensionis facta metu mandati, quid requiratur, ad hoc vt non constituat in quasi possessione exigendi. An, & quando videatur ex internallo à protestatione recessum. Quasi possessio probatur ex ordine solutionis scripto, vel pensionarij debitoris ex mandato præsumpto tantùm.

S V M M A R I V M.

1 *Solutio pensionis Resignanti facta etiamsi per manus fraternas Resignatarij probat contra eum.*
2 *Confessio de recepto probat concurrentibus adminiculis, & verisimilitudine.*
3 *Solutio pensionis facta ab antiquo Rectore probat contra modernum, ita vt pensionarius dicitur in quasi possessione exigendi.*
4 *Protestatio si non est repetita in quolibet actu nō operatur.*
5 *Solutio pensionis etiam si sit facta metu mandati, si de eis non fuerit protestatum in acta solutionis constituit in quasi possessione.*
6 *Possessio non iustificatur ex computis.*
7 *Protestatio ex causa facta durat semper, durante causa, & censetur repetita.*
8 *A protestatione recessum dicitur quando est apposita in tractatu, seu in præambulis actus.*

Se-

9 *Secus, quando est apposita in ipso actu, & parte consentiente.*
10 *Mandatum præsumitur ex ordine, seu epistola solutionis.*
11 *Amplia maximè, quando est scripta à fratre debitoris.*
12 *Terminus ad soluendum pensionem à Rectore susceptus, constituit Pensionarium in quasi possessione exigendi.*
13 *In iudicio pensionis sufficiunt leuiores probationes ad hoc, vt pensionarius dicatur in quasi possessione.*
14 *Clausula* dummodò *respicit petitorium.*
15 *Sententia suspenditur per appellationem, ita vt possessor sua possessione priuari non potest.*

D E C I S I O CCCCXXXI.

REnunciauit Ioseph Orlandus in manibus Sanctissimi anno 1648. Ecclesiam Parochialem Sancti Christophori Loci Ciuitellæ Eugubinæ Diœcesis in fauorem Alexandri reseruata sibi annua pensione scutorum 80. in summario Iosephi *num.* 1. qui Alexander non solùm consensit, & obligatione Camerali soluere promisit, sed iurauit etiam certam notitiam habere, & benè informatum esse de fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiæ, eiusque valorem, quoties opus fuerit, iustificandi in se, & successores suos suscepit, dictumque Iosephum ab onere verificationis huiusmodi exemit, & liberauit, ac cuicumque exceptioni contrariæ, & erroneæ confessioni renunciauit &c. eodem *Sum. numero* 2. exegit Iosephus mediante mandato exequutiuo hanc pensionem sex annis in *Sum. num.* 3. quousque Alexander eamdem Ecclesiam resignauit in fauorem Francisci, qui nunc altera pars est, quique in primo termino recusauit soluere, itaut Iosephus coram A. C. fuerit coactus intentare Iudicium manutentionis in quasi possessione exigendi, qua pendente idem A. C. ex eo quod Iosephus non iustificabat litteras Apostolicas reseruationis pensionis, tulit sententiam in fauorem Francisci ipsum absoluendo à solutione talis pensionis, & pronunciando pensionem nullam, & inualidam, ac de iure non deberi. Commissa verò mihi causa propositum fuit dubium, an Iosepho esset dandum mandatum de manutenendo in casu &c. & DD. concordes agitata, & examinata causa dandum esse responderunt.

Quia signanter ex Instrumento confessionis 12. Octobris 1649. in Summario Iosephi *num.* 3. constant duæ so-
1 lutiones factæ ab † anteriori Rectore resignanti, & per
2 manus fraternas, † quandoquidem concurrente verisimilitudine atque adminiculis, confessio de recepto probat sufficienter veram numerationem, vt sæpè dixit Rota, & nouissimè coram Merlino *decis.* 725. *numer.* 4. & plures aliæ in ipso *Summario num.* 4. 5. *&* 6. Cæterùm solutiones factæ ab antiquiori debitore pensionatio sufficiunt,
3 vt creditur Pensionarius dicatur in † quasi possessione exigendi contra modernum, qui nunquam soluit, & post Rot. coram Pur. *decis.* 151. *lib.* 3. & alibi sæpè confirmat Rota coram Ludou. *decis.* 275. ab initio, & ibi Add. *num.* 17.

Nec obstare visa est, quæ obripiebatur protestatio ipsius Antecessoris in Summario alterius partis num. 4. videlicet pecunias quascumque per ipsum de dicta causa soluen. soluere metu mandati, & non alias, quæ declaratio, & protestatio repetita sit, & esse censeatur prout nunc pro tunc repetit &c.

5 Responsum enim fuit † solutionem etsi præsumatur facta metu, & si non appareat de protestatione facta in actu d. solutionis operari quasi possessionem, Rot. *decis.* 196. *nu.* 3. *part.* 1. *diuers. & aliàs sæpè*, vt apud Add. ad Ludou. *decis.* 365. *num.* 4. & ad Baratt. *decis.* 60. *num.* 13.

Neque contradicit Rota *decis.* 681. *sub num.* 2. *vers. vltra quod par.* 4. *diuers.*

Primò, quia ex facto, cui accomodatur si attentè perpendatur protestatio ibidem facta fuit in ipso actu namque non iustificabatur aliqua concludens possessio nisi ex certis computis, quæ dixit Rota non suffragari, quia in illorũ actu
6 Episcopus protestatus fuit, & sic protestatio erat facta in eo actu, in quo desumebatur possessio, & huiusmodi sub n. 3. alio vers. Vltra quod dicat solutiones subsequẽtes non suffragari, cui ipsemet principalis prius protestatus fuerit. Hoc enim deducit ex illa præcedenti protestatione facta in d. primo actu, in quo principaliter possessio desumebatur, quia eadẽ prote-
statio ex causa durat † semper durante causa, & censetur 7
repetita inquit Rota coram Acchill. de Graff. *dec.* 11. *de pension. seu* 423. *num.* 3. *quam allegat, & ex qua declaratur d. dec.* 681. *sub d. n.* 2. *& dec.* 583. *nu.* 6. *par.* 5. *recent.*

Secundò, quia, vt declarat Rota coram Puteo *decis.* 34. *sua num.* 3. *lib.* 2. *in nou.* An, & quando videatur ex inter-
uallo à protestatione recessum † planè recessum videtur, 8
quando protestatio sit apposita in tractatu, seu in præam-
bulis actus †, secus quando est facta in ipso actu, Parti- 9
bes consentientibus, quæ ambo deficiunt in præsenti causa. Immò de dissensu infra constabit in epistola.

Accedit his clara epistola ad Cancellarium scripta à fratre Pensionarij debitoris: *Signor Cancelliero gli mando tutta la moneta che pretende la parte, ma V. S. si faccia fare la quietanza generale, & il ricevuto di hauer fatto per mia mano à nome di mio fratello, e come deue andare che lo voglie in mano io, e nel medesimo tempo restituisca il pegno.* Alia, *Signor Cancelliero V. S. fauorisca dare all' Auuersario libersgli* 80. *scudi di paoli, che hà in mano, e questi* 54. *paoli per le spese. In tanto V. S. paghi libero già che la protesta non la vuole e non ritardi il pagamento degl'* 80. *scudi, e le spese fin qui &c.*
in d. Summ. num. 6. quæ vehementissimè vrgent † etiam ad 10
mandatum ipsius debitoris, quod inter coniunctos facilè
præsumitur, vt in puncto huiusmodi pensionis, & nepo- 11
tis debitoris, aliorumque congruentium. Rota *coram Sacrato in Sancti Marci pensionis* 30. *Iunij* 1612. penes Matthei. *de Commiss. par.* 2. *pag.* 486. cum alijs coram Merlino *decis.* 725. *num.* 4. *&* 5. vbi in fine de qualitate personæ, quæ confitetur, & quæ dicit se fuisse Procuratorem, vt hic fratris.

Et additum postea fuit ex facto in Summario additionali aliud fundamentum ex mandato speciali Alexandri 16. Iulij 1649. ad debitum confitentis, & ad suscipiendum terminum Iuris ad soluendum, & prout, & sicut vel alias latius d. Procuratori videbitur &c. & in speciali executione mandati 29. Iulij eiusdem anni vbi Procurator, prout docuit per Instrumentum publicum tenoris &c. confitendo debitum ex aduerso petitum suscepit terminum triginta dierum, quo elapso &c. & rursus 12. Augusti eiusdem anni confitendo debitum &c. vt supra ex quibus postea Iudex decernen. vt ipse solueret legitimè constituit Iosephum etiam Inuito, & reluctante Aduersario in possessione, vt post alleg. inquit Rot. *decis.* 299. *in fine par.* 1. *rec.* & est coram Penia *decis.* 1511. cum alijs apud Modern. *Post. de mand. de manut. obseruat.* 45. *n.* 49. *& seqq.*

Denique multæ contestationes grauissimorum testium conuincebant, quæ concludentissimæ visæ fuerunt in hoc
præsertim Iudicio in quo † leuiores probationes sufficiunt, 13
Rot. coram Coccino *decis.* 30. *num.* 4. *cum alijs.*

Cæterùm non refert, quod pensio reseruata fuit cùm clausula, *dummodò*, & per sententiam A. C. declarata fue-
rit nulla, quia iustificatio † dictæ clausulæ respicit petito- 14
rium nec perinde est discutien. in hoc iudicio; sententia verò cum suspensa fuit per appellationem legitimo tempore
interpositam interim † possessor sua possessione priuari non 15
debet, sed est manutenendus ex relatis per Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 551. *&* 552. vbi Rota *in Foroliuien. pensionis* 24. *Iunij* 1592. coram Penia, *quæ est inter eius impressas decis.* 167. *sub num.* 13. §. *quod opponebatur, & seqq. & rursus* Rota *decis.* 441. *num.* 4. *& seqq. par.* 8. *rec.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. B E V I L A Q V A.

Bononien. Fideicommissi de Pancaldis.

Mercurij 4. Februarij 1654.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissum, & identitas eiusdem, ex quibus probetur. Quæ sint validæ probationes pro purificando fideicommisso. Vbi Testium examen non possit admittere exceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi existentia purificata conceditur immissio.*
2 *Fideicommissi identitas per sententias, & longam possessionem elicitur.*
3 *Fideicommissum per indubitatas rationes purificatum dicitur ius irreuocabile inter partes.*
4 *Pars non reclamans à sententia censetur illam approbare*
5 *Possessiones ex conformitate, & nominatione confinium designata iustificantur, & num. 11.*
6 *Et ex continuata successione possidentium verificatur earum identitas.*
7 *Ad iustificationem Fideicommissi præter generalem vna particularis demonstratio indiuiduans sufficit, & num. 8. & 9.*
10 *Identitatis probatio non eliditur, si aliqua confinia loco nõ adaptantur, dummodo duo saltem verificentur.*
12 *Denominatio antiqua, quæ non diuersificat locum à moderna non est attendenda, & num. 13.*
14 *Ad identitatem prædij probandam, probationes ex coniecturis, & præsumptionibus desumptæ sufficiunt.*
15 *Identitas prædij ex vicino possessore non confunditur, nisi constet de intermedia acquisitione eiusdem, numer. seqq.*
17 *Identitas prædij non fit turbida per iustificationem non necessariam.*
18 *Testium examinatio super facto, & identitate rei exceptionem non admittit.*
19 *Et maximè si agatur de rebus antiquis.*

DECISIO CCCCXXXII.

POstquam per decem decisiones in hac causa emanatas,
duas videlicet coram bon. mem. Card. Panzirolo sub
diebus 16. Februarij 1640. & 11. Martij 1641. Tres coram
R. P. D. meo Cerro sub diebus 10. Iunij 1642. 23. Ianuarij,
& 19. Iunij 1643. vnam sub die 15. Februarij 1647. coram
Eminentiss. D. Card. Otthobono, & quatuor postremas
coram R. P. D. Peutingerio primam sub die tertia Iunij eiusdem anni, alteram 27. Ianuarij 1648. tertiam verò, & vltimam sub diebus 23. Ianuarij, & 21. Iunij 1649. Resolutum fuit constare de fideicommisso Berti de Pancaldis in fauorem Thomasiæ nomine de eius descendentia, & vocatione, at *remedio l. fin. C. de Edict. D. Adrian. toll.* concessa etiam fuit ipsi immissio in possessionem bonorum, quæ fratres Charitatis in loco Longariæ possidebant. Hodiè Eques Alexander Algardius d. Thomasiæ filius, & hæres vigore fideicommissi Berti petebat immissionem in alijs quinque petijs Terrarum, nempe Tagliadenti, campo di Sera Serraglio, Ponticella, e Palude, detentis à Comitibus
de Caprarijs, super quo proposito dubio DD. responderunt
1 super omnibus dandam esse petitam immissionem, † quia
cùm nulla remaneat dubitatio circa existentiam, & purificationem fideicommissi tanquam Canonizati tribus præuijs sententijs Rotalibus in iudicatum transactis, quæ faciunt ius quoad omnes, *l. sæpè 63.* & ibi Alex. *num. 62. ff. de re iudic.* Rota *in terminis sententia super fideicommisso Lata in Bononien. census 21. Febr. 1642. coram Reuerendiss. Tarraconen.* & in reliquis iustificentur requisita ad illam obtinendam necessaria, hoc est possessio, Bertiusque ad tempus sui obitus, & Comitum de Caprarijs de præsenti, ac demum *identitas* bonorum vtique per Equitem Algardum fideicommissarium ab ijsdem vendicari possunt de Stylo huius Tribunalis, *vel remedio adipiscendæ ex l. fin. Cod. de Edict. D. Adriani toll. vel ex vtili Saluiano interdicto iuxta authoritates in præsentis causa decisionibus adductas, & in Bononien. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis 1646. §. quia ex lettura coram Reuerendissimo Archiepiscopo ad Tarracnen.*

Et quod primò attinet ad Prædia Tagliadenti Tornaturarum 11. & Campo di Sera eiusdem capacitatis, quod fuerint possessa à Berto, eiusque eiusdem fideicom. & modo illa
2 possideantur à Comitibus † reis Conuentis, non solum elicitur ex mappa cum descriptione illorum, quæ vti iudicialiter facta venit ad hunc effectum attendenda, Bertazol. *cons. ciuil. 1. num. 37.* Modern. *de manut. obseru.* 101. *nu.* 14. Rota *post eumdem decis.* 184. *num.* 13. Sed etiam ex duabus
sententijs conformibus in Curia Bononien. ad fauorem Algardi prolatis cum re iudic. quæ pro veritate habetur, facitque rem claram, & indubitatam, *l. ingenuum 25. ff. de stat. homin. l. res iudic. 108. ff. de reg. iur.* Rota *decis.* 210.
num. 1. par. 5. rec. & dicitur ius irreuocabile inter partes, 3
c. cum inter 13. de re iudic. Roland. à Valle *cons. 83. num.* 13.
Itaut super contentis in ea nulla amplius possit moueri controuersia, *l. 1. & 2. C. vt lite pend.* Bald. *in l. præscriptione 2. num. 24. C. si contra ius, vel vtilit. pub. sic.* Rota *dec. 6. nu. 5. par. 6. rec.* Præsertim quia Comites de Caprarijs ab vltima
sententia antecedenti in hac parte declaratoria non recla-
marunt, per hoc illa approbata censetur, *cap. quod Con-* 4
sult. 15. de re iudic. l. fin. C. de sententia, quæ sine certa quantit. Menoch. *cons. 100. num.* 15. Magon. *dec. Lucen. 67. nu.* 3. Grat. *discept. 52. num. 7.* coram san. me. Greg. XV. *dec. 552. num.* 4.

Secundò autem, quod possessionem aratiuam, arbora- 5
tiuam, viratam, pratiuam cum Domo Area, segete, puteo, furno, & alijs suis pertinentijs tornat. 33. positam in loco nuncupato il Serraglio in Contrata Longariæ fuisse possessam ab Berto Testatore in eius vita, & tempore mortis, resultat ex conformitate, & nominatione confinium designata in Testamento ab ipso condito, & reiterato à Testibus de anno 1579. examinatis nimirum in Communi Longariæ Comitatus Bononiæ ab oriente iuxta, & propè bona Francisci de Oleo, à Serobona Iuliæ de Morbiolis à meridie stradellam à Septentrione viam publicam, & de continuata successione in hoc prædio de vno in alium benè constat, quia à Berto peruenit ad Ioannem Baptistam filium, vt aiunt ijdem Testes docti *in eodem Summar. num.* 14 ex quorum depositionibus oritur concludens probatio identitatis, cùm plures
verificentur Confines, & demonstrationes licet regula- 6
riter sufficiant, iuxt. notam Bart. *in l. demonstratio falsa num. 14. ff. de condit. & demonstr.* quam passim Rota sequitur, vt dixit coram bon. me. Merlino *in dec. 548. num. 17. & 609. nu. 1.* Coccino *dec. 120. num. 5. & in decis. huius causa edita 23. Ianuarij 1649. §. quia in facto coram R. P. D. meo Peutingerio.* Quinimò aliquando admisit sufficere generalem demonstrationem, † & aliam particularem, quando 7
hæc multum indiuiduat, apud eundem Merlin. *decis. 600. nu. 3. & dec. 635. num. 1.* à Ioanne Baptista verò ad Albertum Balzanum nepotem siquidem illud ipse descripsit in Inuen-
tatio, ex quo etiam deducitur Identitatis probatio † inter 8
hæredes descendentes, & causam habentes ab eis, qui Inuentarium descripserunt, Natta *cons. 235. num. 15. & seqq.* Peregr. *de fideicomm. art. 44. nu. 2.* Statil. Pacific. de Salu. *interd. inspect. 1. cap. 6. num.* 20. Rota coram Penia *decis. 392. num. 1.* Coccin. *dec. 270. nu. 2. & 3.* & penes Merlin. *dec. 711. num. 6. & 715. num. 1. & in Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. §. sunctus coram Illustriss. D. meo Decano,* & ab
Alberto demum pro medietate ad Comites reos conuentos, 9
& possessores, ex planta, & ipsorum declaratione *in citato Summ. num. 5.* quia partis confessiones concludentius identitas probari non potest, Rota *dec. 160. num. 3. par. 5. rec.* & coram Merlino *dec. 253. num. 18. & 609. nu. 2. & in vltima decis. R. P. D. mei Peutingerij, §. & hinc.*

Nec releuat, quod in descriptione huius Prædij pro confinio ponuntur bona Elefantuccij, in Testamento autem Berti bona illorum de Oleo, quia id prouenisse liquet ex eo quod bona, quæ erant DD. de Oleo, & apponuntur pro Confini in eadem descriptione, transierunt in dominium
d. Elefantucci, identitatis † enim probatio non eliditur, si 10
aliqua Confinia non adaptantur, dum duo verificantur, Surd. *cons. 44. num. 15. & seq.* Rot. *decis. 407. num. 2. & 706. num. 4. par. 1. recent.* apud sa. mem. Greg. XV. *dec. 172. numer. 2. aliique Camulati in decis. Eminentiss. Domini Cardin. Otthoboni, §. ex quibus, & in cæteris causa decisionibus.*

Eademque prorsus affertur probatio circa petium Terræ nuncupatū la Pantasilea seu Ponticella tornaturarum 23. circiter, nam insimul conbinando confines assignatos huic tenutæ per testes de possessione Berti fideicommittentis deponentes, & illos descriptos in Instrumento possessionis per Albertum Ballanum apprehensæ, de quibus *in Summ. Algardi num. 14. & 15.* nempe petium Terræ cum Mauratorio situm propè flumen Dozzoli ab vno latere bona Maximi Caprariæ, & ab alio viculum apparet easdem donationes, & confines conuenire Prædio
con-

contento in planta sub littera E. designato, & in declaratione per Comites facta enunciatio signum patens, quod est illud idem iam à Betto possessum, & per consequens satis verificetur ideotitas, Merlin. *decis.* 609. *num.* 1.

Non obstat quod Testes per Algardum dati *in Summ. num.* 15. dictum fundum appellat la Pradazza, quod non conuenit la Praticella, quia diuersitas ex eo oritur, quod
12 isti Testes exprimunt denominationem † antiquam dicti Prædij, quæ non diuersificatur per modernam in loco illius subrogatam, & longitate temporis causatam, *iuxta l. prima ff. de vsucap.* Barr. *in Tract. Testimonior. num.* 28. Decian. *cons.* 17. *num.* 14. *lib.* 3. Rot. apud Pæniam *decis.* 138. *num.* 6. 392. *num.* 8. *& in recent. decis.* 87. *nu.* 7. *par.* 5. in antiquis enim oec mutatio nominis nee alia
13 alterario attendi debet, quando vt hìc duo eonfinia, & denominationes remanent, Ruin. *cons.* 50. *num.* 12. *lib.* 1. Rimin. iun. *cons.* 429. *num.* 5. *& seq. lib.* 3. Cephal. *cons.* 98. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 1. Rot. *decis.* 117. *num.* 15. *decis.* 118. *num.* 12. *&* 13. *& decis.* 160. *num.* 7. *&* 8. *par.* 5. *rec.* ideòque enim ita rigidæ probationes requirendæ sunt, sed desumptæ ex præsumptionibus, & coniecturis sufficiuor, Bart. *in l.* 4. §. *Vnde quæri potest ff. de manum*, Angel. *in*
14 *l. si certis armis C. de pact.* Ruin. *cons.* 92. *num.* 9. *lib.* 4. Rota *d. decis.* 87. *num.* 4. *& decis.* 360. *num.* 10. *par.* 5. *recent.*

Neque ideotitas d. possessioois confunditur, ex quo
15 † ea tanquam hæreditaria Ioannis Baptistæ Pancaldi fuit descripta in Inuentario per Ballanum confecto, idcircò vti fideicommissaria Berti prætendi noo potest, quia eùm ex illius Testamento, & depositiooibus Testium constet Bertum possedisse in d. loco Bona, vtique contra Ioannem Baptistam filium militat vrgens, & stricta Iuris præsumptio, quod sint eadem, quæ à Patre fideicommittente possidebantur, nec aliter identitas Iustificanda est, nisi quatenus probaretur Intermedia acquisitio facta ab ipso filio, *iuxta celebre cons.* Fulgos. 145. *sub num.* 2. quem sequuti suot Peregr. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 21. *& cons.* 48. *num.* 10. *lib.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 518. *n.* 45. *alijque adducti in tertia decis. R. P. D. mei Cerri* §. *non quoad Prædium in illa Eminentiss. D. Otthoboni* §. *nam obiectum, & in secunda R. P. D. mei Peutingerij* §. *& sic firma remanet, ac in Perusina bonorum* 30. *May* 1650. *coram eodem R. P. D. meo Cerro.*

Quoad quintam deoique corpus pratiuum tornaturarum 4. cum dimidia in declaratione Comitum descriptum, & situm in communi palude iuxta conductum nuncupatum Boschetto, quod fuerit in bonis fideicommissis, con-
16 eurrunt † eædem probationes desumptæ ex Testamento, possessione de eo capta per Ballanum vodè illius fideicommissarijs, ac etiam ex dictis Testium *in Summar. num.* 16. *&* 17. vt comprobat *secunda decisio bon. mem. Card. Panziroli* §. *qui quidem, & vltima R. P. D. mei Cerri* §. *quod Bertus.*

Nec turbida hæc ipsa identitas reddi visa fuit ex quibusdam bonis vt prætenditur à Ballano propria pecunia acquisitis, & ex hæreditate Marbiliæ sibi obuentis, nec non ex diuisione 40. Tornaturarum circiter facta per Ber-
17 tum inter filios, quia † Iustificationem necessariam de acquisitionibus non afferri, vel in præsenti corpore non comprehendi fuit responsum *in decis. Eminentissimi Otthoboni* §. *Nam obiectum, & seqq.* diuisionem verò prædictam certam quantitatem contineotem non excludere alias, quas diuidens habebat tempore diuisionis vel postea longo tempore superuiuens acquirere potuit, fuit decisum *coram R. P. D. meo Peutingerio in secunda decisione* §. *quibus non obstat cum quibus DD. transierunt.*

18 Prout nec releuat † exceptio data Testibus, quod scilicet examinati fuerunt inter alias personas, propterea non afficiant Comites noo citatos, quia cùm illi interrogati fuerint, & deposuerint super facto inter tune, & modò litigantes controuerso, & sic super stato, & identitate rei benè probant Menoch. *cons.* 367. *num.* 24. *& latè firmat decisio R. P. D. mei Cerri* §. *quæ vero*, vel sal-
19 tem quia agitur de re antiqua, † & super qua amplius reperi oon possunt, & illis discussis fuit contra alias obtentum, oegari oon potest quin maximum iudicium veritatis præbeant ad corroborandam probationem ex alijs iuribus desumptam, iuxta notata per Bartol. *in l. admonendi* 31. *num.* 44. *ff. de iur.* Rot. *in Bononien. de formiglianis post cons.* 23. Giouagn. *lib.* 2. *num.* 28. *& in dicta Perusina Bonorum* 30. *May* 1650. §. *Exceptiones autem coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita fuit decisum Algardo tantùm informante Comitibus de Caprarijs pluries citatis, &c.

R. P. D. VEROSPIO,

Posteà S. R. E. Cardinale.

Bonooieñ. Fideicommissi de Blaochettis.

Luna 26. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

In hac decisione pulchræ, & valdè curiosæ quæstiones de successione ad Fideicommissum ventilantur. An Monachus iure agnationis succedens sit capax Fideicommissi. An Monasterium possit loco sui Monachi succedere, & de filiatione ciuili, & naturali, Et an Monasterium de iure succedens loco sui Monachi possit dici capax successionis Fideicommissi grauati de nomine, & insignibus familiæ ad exclusionem substituti, & inde quæ sit ratio successionis pro substituto.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium ex persona professi non excluditur à successione Fideicommissi.*
2 *In ordine successionis Nepos non potest succedere in locum filij, licet professi.*
3 *Ad Monasterium, vt capax, ipso iure acquiruntur bona sui Religiosi.*
Fideicommissum respicit mortem naturalem non ciuilem, eodem num.
4 *Per mortem ciuilem non purificatur conditio Fideicommissi ad fauorem substituti.*
5 *Idem effectus non potest sequi ex morte ciuili, prout ex morte naturali.*
6 *Ad Fideicommissum Proximior in gradu præfertur.*
7 *Fictio mortis ciuilis eam habet naturam, vt lucrum non afferat, sed à damno tueatur.*
8 *In rebus dubijs datur locus coniecturis pro interpretanda Testatoris voluntate.*
9 *Fideicommissi ad successionem fauor piæ causæ, & Religionis non est potentior Testatoris voluntate.*
10 *Monasterium tanquam filius ciuilis ex sola fictione repræsentat personam filij naturalis.*
11 *Monasterium ex persona sui Monachi acquirit possessionem rerum, quas Monachus habere dicitur.*
12 *Non idem est effectus mortis naturalis, ac mortis ciuilis.*
13 *Ecclesia dicitur manus mortua, quia quidquid apprehendit, firmissime retinet.*
14 *Quæritur an bona fideicommissi sint eius qualitatis, vt possint à Monasterio retineri.*
15 *Feudum, in quo non sit præstandum seruitium personale, sed recognitio in pecunia potest à Monasterio retineri.*
16 *In Maioratibus Hispaniæ à Monachis non succeditur propter vsum nominis, & armorum Familiæ illis annexum.*
17 *Propter coniecturas Monasterium non excluditur à successione Fideicommissi.*
18 *Ingressus Religionem, sicut minimam patitur capitis diminutionem, ita non priuatur effectu commoditatis fructuum Fideicommissi.*
19 *Monasterium irritam facit conditionem Fideicommissi ex ratione veræ filiationis in vocatis.*
20 *Ex qualitate Filiationis ciuilis in Monasterio nunquam deficeret conditio Fideicommissi.*
Nec daretur locus substitute, eodem n. 20.

21 *Ad*

21 *Ad exclusionem Monasterij requiruntur coniectura excludente nuptias non solum carnales, sed etiam spirituales.*

22 *Monachus Iura agnationis non potest amittere, neque ex pacto, neque ex iure ciuili.*

23 *In Monacho licet non adsit propagatio successionis, non potest tamen priuari iure agnationis.*

24 *Monachus Iura sustatis retinet ad effectum successionis intestata.*

25 *Testator, qui extraneos ad Fideicommissum instituit, non videtur curare de agnatione sua familia.*

26 *Monasterium non videtur capax Fideicommissi grauati ab vsu armorum, & insignium familia.*

27 *Quod Monasterium sit capax Fideicommissi videtur repugnare qualitas, & natura bonorum, Testatoris voluntas, & perpetua exclusio substituti.*

In eadem causa infra decis. sequenti adest altera decisio sub die 9. Decembris 1633. coram eodem bon. memor. Cardin. Verospio.

DECISIO CCCCXXXIII.

RESolutum fuerat in hac causa coram R. P. D. Ghislerio, vt successio in hæreditate Raynerij spectare deberet ad Ludouicum filium Iacobi excluso Aloysio eiusdem Iacobi fratre, & ea illius persona Monasterio Sancti Augustini in Ciuitate Bononiæ, in quo ipse Aloysius professionem emiserat. Cùm verò iura, quæ in hac successione prætendebat Monasterium ex persona Aloysij, reuiderentur hodiè coram me; Dubitarunt Domini de fundamentis Decisionis, & responderunt ad fauorem
1 Monasterij, cùm ab hac † successione non videretur dici
posse exclusus idem Aloysius siuè ex dispositione Iuris, siuè ex voluntate Raynerij Testatoris.

Et quidem non poterat negari, vt ordo quem in suo testamento ipse Raynerius præscripserat, contineret nominatim exclusionem Ludouici in vita Aloysij, quia cùm Victoriæ suæ sororis filios primo loco vocasset, ac deindè & post mortem eorumdem filiorum, illorum filios, & descendentes, non poterat Ludouicus nepos Victoriæ
2 præuertere ordinem successionis debitæ Aloysio eiusdem
Victoriæ filio; Sola difficultate, quæ fiebat, erat circa incapacitatem eiusdem Aloysij, vt cum tempore delatæ successionis reperiretur in Religione, tamquam ciuiliter mortuus, aperire deberet locum sequenti successioni, & gradui.

Verùm cùm huius successionis capax esset Monasterium, cui ipso iure acquiruntur bona ex persona sui Re-
3 ligiosi, negarunt Domini, vt propter hanc solam mortem
ciuilem extiterit conditio fideicommissi ad fauorem sequentis gradus, cùm hic effectus sit solum mortis naturalis, vt habetur in *l. Statius Florus* 48. §. *Cornelio Felici*, *ff. de iur. fisc. & in l. cum Pater* 79. §. *hereditatem ff. de legat.* 2. & ex his duobus Iuribus colligit Bart. quod sci-
4 licet per solam mortem † ciuilem non censeatur purifica-
ta conditio fideicommissi ad fauorem substituti, Glos. *in d. l. cum pater*, quæ hoc modo interpretatur illa verba *ante diem mortis*, de quibus in text. *& in l. ex ea parte* 121. *in Insulam ff. de verb. oblig.* & tradit præter alios idem Bart. *in authentica si qua mulier. num.* 22. *C. de sacros. Eccl.* & in his terminis de Monasterio bonorum capaci, idem Bart. *in d. §. Cornelio Felici ff. de Iur. fisci.* Ita inferendo ex conclusione vniuersali, & in *l. cum pater §. hereditatem num.* 2. *ff. de legat.* 2. Rip. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, num.* 10. attestans de veriori, *ff. ad Sen. cons. Trebell.* Couarr. qui etiam de communi attestatur in *cap.* 2. *num.* 6. *de Testam.* Peregr. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 81. Mastrill. *decis.* 65. *num.* 2. *&* 3. Boer. *decis.* 354. *num.* 4. & generaliter, atque vniuersè in omnibus casibus, in quibus ea morte ciuili non potest sequi idem effectus, atque ex morte na-
5 turali tradiderunt inter alios Bald. *in l. Deo nobis* 42. *nu-
mer.* 10 Cyn. *num.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* Bart. *in d. l. ex ea parte* 121. §. *in Insulam ff. de verb. obligat. & in auth. si qua mulier, num.* 7. *C. de sacros. Eccles.* Ruin. *in l. Gallus* §. *& quid si tantum, num.* 10. *ff. de liber. & posthum.* Surd. *cons.* 90. *num.* 27. Natt. *cons.* 282. *num.* 8. & sanè si propter incapacitatem ipsius Aloysij excludi etiam deberet Monasterium, in quod per ingressum Religionis illius Iura transierunt, quodque non negatur esse huius successionis capax, non solùm illud sequeretur, vt deberet admitti eodem Aloysio viuente Iacobus vocatus in secundo gradu, & nonnisi post ipsum Aloysium contra voluntatem Testatoris, qui nedum tacitè id voluit, vt semper proximior † gradu præferetur, 6
& noluit ad vlteriores voluntatem suam extendi, vt dicatur in *l. cum ita* 33. *in fideicommisso ff. de leg.* 2. sed & hoc idem expresè in suo testamento declarauit; Verùm etiam, si ea fictio † mortis ciuilis eumdem habere 7
deberet effectum, quem mors naturalis, id esset in damnum Monasterij, & cederet in lucrum Ludouici contra naturam fictionis, cuius ea sola vis videtur esse, vt lucrum non afferat, sed à damno tueatur, sicut ea mente Bart. *in l. si is qui pro emptore ff. de vsucapion.* concludit Auchar. *cons.* 273. *in fin.* Natt. *cons.* 282. *n.* 14.

Et licet in hac etiam quæstione † locum esse coniectu- 8
tis ad interpretationem voluntatis Testatoris, voluerint ferè omnes Doctores non solùm qui contra Monasterium, & ad fauorem substituti, sed etiam qui pro ipso Monasterio tenuerunt, cùm fauor piæ causæ, & Religionis non † possit dici potentior ea Testatoris volunta- 9
re, vt inter alios considerauit Castren. *in authent. nisi rogati C. de sacros. Eccles. num.* 3. Eæ tamen coniecturæ, quæ afferebantur, quæque erant eædem cum ijs, quas considerauit Dec. quæ reuidetur, non visæ fuerunt concludere hanc voluntatem in Testatore, vt voluerit deuolui bona, & hæreditatem suam ad alios sequentes in gradu ex hoc solum, quod ipse Aloysius Monasticam vitam duceret; Nam duæ erant hæ coniecturæ. Prima quod in filijs Victoriæ, qui successuri essent, requisiuit nominatim Testator eam qualitatem, vt esse deberent legitimi, & naturales (quæ qualitas non videbatur conuenire Monasterio, quod tamquam filius ciuilis
† ea sola fictione sustinere debebat, & repræsentare per- 10
sonam Aloysij filij legitimi, & naturalis. Altera, quod ad agnationem suam visus etiam fuerit Testator respectum habuisse, quatenus eiusdem Victoriæ filij à se vocatis ad hoc fideicommissum iniunxit, vt assumere deberent nomen suæ familiæ de Blanchettis, ex quibus coniecturis non visum fuit deduci posse hoc argumentum, aut ostendi, quod ea fuerit voluntas Testatoris, siuè earum quælibet per se, ac destincta ab alia, siuè simul considerari deberet.

Sed antequam ad ipsas respondeatur, *duo dixerunt Domini* esse prænotanda, quæ cum obseruata sint ferè ab omnibus Doctoribus, qui super hac quæstione scripserunt, possunt non solum reddere faciliorem resolutionem præsentis dubitationis, sed etiam remouere contrarias obiectiones. Primum est differentia quam ijdem Doctores constituunt inter duos casus, An scilicet Monasterium succedere velit loco filij ad perpetuam exclusionem substituti, vt sunt termini *cap. in præsentia, de probat.* An verò velit idem Monasterium retinere bona ex persona ingressi, qui sit successibilis tam de iure, quàm ex dispositione Testatoris propter possessionem, quàm acquisi-
uit † personæ sui Monachi, quæ naturali quodam Iure 11
trahitur ad possessionem rerum, quas idem Monachus habebat tempore, quo se Religioni addixit, vt dicitur de eo, qui se per arrogationem dedit in alterius potestatem in *l. si adoptauero ff. de precar. & in §. ecce enim instit. de acquisit. per arrogat. glos. in cap. si qua mulier* 19. *quæst. vltim.* & declarat Abb. *in d. cap. in præsentia numer.* 74. Bero. *num.* 555. *de probat.* Dec. *in auth. ingressi. num.* 10. *C. de sacros. Eccles.* Hoc enim secundo casu, qui propriè sunt termini præsentis resolutionis, cùm agatur de sola commoditate fructuum, quàm habere debet grauatus donec vixerit, non videtur quod hic effectus tribui possit soli morti ciuili, cùm inter eamdem mortem, & mortem naturalem secuturam possit accidere
mors substituti, atque ita non idem esse effectus † vtrius- 12
que mortis, vt pro differentia inter hos duos casus, considerauit Ruin. *in l. Gallus §. & quid si tantum, num.* 10. *ff. de liber. & posthum.* & ex hac ratione in secundo casu contra substitutum tenuerunt Bero. *in cap. in præsentia num.* 554. Decian. *cons.* 82. *num.* 6. *in fin. lib.* 4. Surd. *cons.* 557. *num.* 14. Peregr. *de fideicommiss. art.* 28. *num.* 81. Roderic. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 79. *art.* 12.

Ma-

Mastrill. *decis.* 65. *num.* 3. Vrsil. ad Afflict. *decis.* 320.
num. 2. qui propterea considerat ea hac sola perceptio-
ne fructuum, quam babere debet Monasterium duran-
te vita Monachi, excludi omnem dubitationem, vt res
non sit reuersura in aliorum commercium, ex cuius du-
bitationis causa videtur procedere hæc incapacitas Eccle-
siæ, quæ ideò dicitur manus mortua, quia quidquid ap-
13 prehendit, firmissimè retineat, vt latè explicat Petr.
Gregor. Tholos. *in syntag. iur. par.* 1. *lib.* 6. *cap.* 5. *&*
par. 3. *lib.* 20. *par.* 2. Guidop. *decis.* 361. Rota *dec.* 603.
num. 3. *par.* 1. *rec.*

Alterum ad quod dixerunt Domini in hac materia
aduertendum esse, est, an ipsa bona sint eius qualitatis,
13 quæ vel ex sui natura, vel ex præsumpta mente Testa-
toris non possint à Monasterio retineri, cùm (si non
agatur de bonis, quibus sit annexa dignitas, aut Iuris-
dictio, & quorum capax æquè sit Monasterium) quod
illa possint ab eodem Monasterio possideri in vita Mo-
nachi sit communis, & ferè omnium Doctorum senten-
tia, vt testatur Capic. *decis.* 10. dicens hanc opinionem
non habere contradictorem, Gamin. *decis. Lusit.* 6. Ca-
bed. *decis. Lusit.* 133. *num.* 7. *par.* 1. & in feudo, in
15 quo non sit præstandum † seruitium personale, sed re-
cognitio in pecunia, aut quæuis alia, quam Monachus
persoluere possit per se, vel per idoneam personam,
quam substituerit, tenuerunt Salyc. *in authent. ingressi,*
num. 11. *C. de sacros. Eccles.* Alex. *consil.* 10. *num.* 10.
vol. 5. *& cons.* 98. *numer.* 9. *vol.* 6. Clar. *in* §. *feudum*
quæst. 78. Cott. *in verbo clericus* Afflict. *decis.* 320. Go-
mes. *l. Tauri*, *l.* 40. *num.* 66. vt è contra in alio capi-
te distinctionis negauit Molin. *in suo tract. de primogen.*
lib. 1. *cap.* 13. *num.* 69. esse maioratuum Hispaniæ ca-
paces Monachos propter hanc solam rationem, quod in
contrarium videatur esse Testatorum, & fundatorum
voluntas, dum viget ibi consuetudo, vt successores in
dd. Maioratibus non solùm eodem nomine, sed & insi-
16 gnibus † familiæ fundatorum vtantur; quam consuetu-
dinem, vt ipse dicit, verisimile videtur esse, vt ijdem
fundatores voluerint retineri per eos, qui in dd. Maio-
ratibus successuri essent, in qua etiam sententia fuit The-
saur. *decis.* 170. *num.* 7. qui secutus hanc opinionem
Molinæ tenet, quod hoc onus assumendi nomen, &
arma familiæ possit nedum tacitè, sed etiam expressè
imponi, Sanch. *in Summ. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 15. *num.*
16. qui eam consuetudinem assignat pro fundamento sen-
tentiæ Molinæ.

His ita constitutis facilis videri potest responsio ad eas
coniecturas, quæ afferebantur ad fauorem substituti,
17 † nam quantum ad primam, cùm talia non sint bona
de quibus agitur, vt propter solam eorum qualitatem di-
ci possit, quod ab illis fuerit Monasterium exclusum,
neque in hac successione temporali opus erat videre de
quibus filijs testator senserit, non enim agitur de succes-
sione ipsius Monasterij, quod velit tamquam filius lega-
lis admitti, eò quòd non censeatur defecisse conditio li-
berorum, sub qua vocati fuerant substituti, atque ita
purificata conditione euanescere debeat fideicommissum,
sed, an vocatus, & de iure successibilis priuari debeat
hoc commodo fideicommissi, quod ex dispositione Testa-
toris habere debebat dum viueret, tamquam grauatus
post mortem suam alijs restituere; hoc enim casu, in
quo sumus non solùm viuente grauato non poterant vi-
deri alicuius considerationis Iura ipsius substituti, iuxta
notata in *l. seruo legato* §. *si seruus ff. de leg.* 1. *& in l. si*
hæres institutus, §. 1. *ff. ad Trebell.* & per Peregr. *de fi-*
deicomm. art. 40. *num.* 7. sed neque erat dare rationem,
18 cur ea fructuum † commoditate priuari deberet graua-
tus, cùm hic effectus solùm tribui possit maximæ, aut
mediæ capitis diminutioni, non autem minimæ qualem
patitur ingressus religionem, vt notarunt Abb. *in cap.*
in præsentia de probat. numer. 72. Salic. *in auth. ingress.*
numer. 10. *C. de sacros. Eccles.* Ruin. *in l. Gallus*, §. *&*
quid si tantum, *num.* 10. *ff. de liber. & posthum.* Surd.
cons. 557. *num.* 13. Mastrill. *decis.* 65. *num.* 2. Gigas *de*
pens. Ita inferens in rem suam in materia pensionis *quæst.*
57. *num.* 2. *&* 9. & tota illa quæstione. Quamuis ne-
que in ea quæstione, an Monasterium sit loco filij, quę
mouetur in terminis *cap. in præsentia de probat.* desunt qui
dicant, vt quamuis testator visus sit vocare filios legiti-
mos, & naturales, aut quocumque modo habuisse ra-
tionem veræ filiationis, adhuc Monasterium irritam fa-
ciat conditionem fideicommissi, vt inter cęteros tenue- 19
runt Couarr. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 11. Aym.
qui communem dicit *in cons.* 152. *num.* 2. Rip. *in l. ex*
facto, §. *si quis rogatus num.* 39. *ff. ad Sen. Cons. Tre-*
bell. & in l. si vnquam, *num.* 92. *C. de reuocan. donat.*
Decian. *d. cons.* 82. *num.* 6. *lib.* 4. Boer. *decis.* 354. *nu-*
mer. 6. cùm non ea sit ratio eius decretalis, vt Mona-
sterium debeat succedere excluso substituto. Imò ex ea
qualitate filiationis ciuilis, quæ sola potest considerari in
Monasterio nunquam potuerit deficere conditio fideicom-
missi, vt in *l. si ita quis* 53. §. *vltim. ff. delegat.* 2. *& in*
in l. fideicommiss. 75. *ff. de condit. & demonstrat.* sed quia
lex id præsumat de testatore, vt hunc casum ingressus
Monasterij non cogitauerint, vt dixerunt inter alios Castr.
in auth. si qua mulier, *num.* 3. *C. de sacros. Eccles. & in*
auth. nisi rogati C. ad Senat. Consult. Trebell. Rip. *in l.*
ex facto §. *si quis rogatus*, *num.* 39. *ff. eodem tit.* &
dixit Rota *in causa Narnien. Legati* 20. *May* 1622. *coram*
Reuerendiss. D. meo Decano. Vbi ad hunc effectum ex-
clusionis Monasterij non satis putauit esse, † quod Te- 21
stator cogitauerit de Nuptijs carnalibus, sed dixit requiri
coniecturas, per quas visus sit voluisse excludere etiam
nuptias spirituales, & fortiores, ac grauiores requiri,
dixit Aym. *d. cons.* 152. *num.* 2. Decian. *eodem cons.* 84.
num. 4. *lib.* 4.

Quo verò ad alteram coniecturam, vt suæ agnatio-
nis rationem visus sit Testator habuisse, primùm non
visa fuit probari hæc coniectura, & quando etiam dici
posset, quod constaret de ea testatoris voluntate conser-
uandi bona perpetuò in sua familia, non poterat eadem
coniectura trahi ad exclusionem Monasterij hoc casu,
quo bona hæreditaria Raynerij futura erant apud ipsum
Monasterium solo tempore, quo Aloysius victurus erit.
Cùm enim hæc Iura † agnationis numquam amittat Mo- 22
nachus tamquam prouenientia Iure sanguinis, quod ne-
que pacto potest dirimi, neque aliquo Iure ciuili dissol-
ui, vt probat textus *in l. Ius agnationis*, *ff. de pact. &*
in l. Iura sanguinis ff. de reg. iur. & pluribus concludunt
Molin. *de Primogen. lib* 1. *cap.* 13. *numer.* 73. Decian.
cons. 82. *numer.* 4. *lib.* 4. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 26.
num. 8. licet in Monacho propter defectum prolis non
possit considerari ea propagatio † successionis, in qua 23
consistit effectus, & conseruatio agnationis; benè ta-
men possunt ab ea retineri eiusdem agnationis Iura, prout
retineri dixerunt Bald. *in l.* 1. *num.* 55. *C. de Sanct.*
Trinit. & Fid. Cath. & in cons. 30. *num.* 2. *vol.* 1. Lap.
alleg. 101. *num.* 4. Albert. Brun. *de stat. exclus. famin.*
art. 12. *princip. quæst.* 11. *num.* 165. quatenus voluerunt,
vt ipse etiam Monachus concurrere posset ad eam succes-
sionem, quæ ex dispositione Statuti reseruata sit solis
Agnatis. Imò quod iura suitatis retineat idem † Mona- 24
chus ad effectum successionis intestatæ, voluerunt Dec.
in auth. ingressi, *num.* 7. *C. de Sacros. Eccl.* Bart. *in auth.*
si qua mulier., *num.* 5. Bald. *num.* 10. *C. eodem tit.* An-
gel. *in l. sub conditione*, & ibi etiam Alex. *num.* 3. Castr.
num. 2. *ff. de liber. & posthum.* Ial. *in l. Patre furioso*
num. 46. *ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris*, & Iura
proprietatis ad effectum successionis Testamentariæ, Aym.
cons. 152. *n.* 2. Surd. *cons.* 557. *n.* 15. Molin. *de Primogen.*
lib. 1. *cap.* 13. *n.* 73.

Sed neque probari visa fuit hæc coniectura, cùm non
solùm possent ostendi aliæ quidem non leues, ex quibus
potius videbatur concludi contraria voluntas in Testato-
re erga suam familiam, quod scilicet non multum † cu- 25
rauerit, vt illa perennis esse deberet, dum nulla facta
legebatur prohibitio alienationis eorumdem bonorum, &
instituti etiam fuerunt extranei, sed cùm hanc vim ha-
bere non posset ea nominis, ac familiæ vsurpatio, quo
solùm onere grauauit idem Testator Victoriæ suæ soro-
ris descendentes; nam præterquam hanc appellationem
poterat retinere Aloysius licet Monachus, ipsi præterea
Doctores, qui hac coniectura mouentur ad exclusionem
Monasterij, non satis habent hanc solam familiæ deno-
minationem, sed simul cum ea appellatione considerant
etiam vsum armorum, atque insignium eiusdem fami-
liæ, vt apparet ex adductis per Molin. *de Primog. d.*
cap. 13. *num.* 69. *lib.* 1, *& cap.* 5. *num.* 34. *eodem lib.*

Pelaz.

Pelaz. *de maiorat. par. 2. quæst. 2. num.* 67. Ioseph. de Rustic. *de liber. in condit. posit. lib. 2. cap. 6. numer.* 1. Cardin. Seraphin. *decis.* 1329. *num.* 3. Rota *decis.* 266. *num.* 16. *par.* 1. *recent.* Giurb. qui expressè hanc opinionem tuetur, *decis. Sicilia* 32. *num.* 27. Cabed. *decis. Lusit.* 133. *num.* 4. *par.* 1. Roderic. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 79. *art.* 12. & 13.

Cum hac distinctione qualitatis bonorum, & temporis quo duratura sit successio poterant inter se componi contrariæ Doctorum opiniones, & responderi ijs, quorum auctoritas adducebatur in argumentum pro exclusione Monasterij, cùm ferè omnes loquantur in terminis, in quibus, vt idem Monasterium succedere deberet, videbatur repugnare, vel natura, & qualitas bonorum, in quibus consistebat hæreditas, vel quod ageretur de perpetua exclusione substituti, vel demum quod constaret de voluntate Testatoris, vt suæ successionis capax non esset Monasterium, neque pro tempore, quo in eodem Monasterio Monachus victurus esset, vt benè aduertit Cabed. *decis. Lusit.* 133. *par.* 1. qui singulorum Doctorum auctoritati respondet, & decem numerat pro opinione negatiua, secundum quam Monasterium non debet excludere substitutum, & quatuordecim pro opinione affirmatiua, quæ tenet Monasterium præferri substituto, & eiusdem opinionis Antesignanum dicit fuisse Bart. *in l. cum pater §. heredit. ff. de leg.* 2.

Et ita, &c.

R. P. D. VEROSPIO,

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissi de Blanchettis.

Veneris 9. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

De successione ad Fideicommissum, quænam sit ratio agnationis pro succedendo ad Fideicommissum in Monacho, quæ iura, & rationes sint pro Monasterio in persona sui Monachi, & vtrùm conditiones Fideicommissi saluentur in Monasterio cùm succedat, & alia vide in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ de nomine agnationis ad exclusionem Monasterij in Fideicommisso sunt considerandæ.*
2 *Voluntas Testatoris non videtur excludere Monasterium à successione propter has coniecturas.*
3 *Ex solo nomine agnationis communis pluribus non arguitur effectus ad agnationem, quæ est ipsius Testatoris, nisi etiam suscipiat arma, & insignia propria.*
4 *Ex conditione posita in Fideicommisso non infertur Testatorem voluisse excludere à successione eiusdem.*
5 *Satis est qualitati Religiosi, vt insignibus familiæ vtatur in annulo signatorio.*
6 *Opinio Sanchez probabilior ad exclusionem Monasterij in Fideicommisso, quo casu loquatur per totum.*
7 *Opinio Molinæ de Maiorata Hispania quid importet.*
8 *Opinio Sanchez memoriam Testatoris respiciens quid referat.*
9 *Doctorum opiniones pro admissione Clerici ad Fideicommissum relictum agnationi quo respiciant.*
10 *Opinio quod Monachus sit incapax eo, quod debeat assumere cognomen familiæ dilatur tanquam actus ciuilis.*
11 *Disparitas inter transitum ex adoptione in alterius familiam, & assumptionem nominis alterius familiæ consideratur.*
12 *In vocatis ad Fideicommissum non sola qualitas assumptionis nominis familiæ respicitur, sed filiatio, & descendentia naturalis.*
13 *Non repugnat Monachum posse acquirere ciuilitatem, & Doctoratum, quæ non proueniunt ex solo Iure naturali.*
14 *Aduersariorum opiniones ad duo capita restricta diluuntur.*
15 *Eadem est ratio in aquisitione, quam facit Monasterium ex persona sui Religiosi, ac facturus esset ipsemet Religiosus.*
16 *Monachus in suo ingressu Religionis transmittit omnia sua Iura ad Monasterium.*

Supra in eadem causa adest altera decisio, quæ est præcedens sub die 26. Ianuarij 1632. coram eodem.

DECISIO CCCCXXXIV.

PRoposui iterùm Dubium super ijs, quæ resoluta fuerunt in hac causa sub die 26. Ianuarij 1632. & responderunt DD. confirmandam esse decisionem tunc factam non obstantibus exceptionibus, quæ dabantur per Ludouicum de Blanchettis ad hoc, vt hæreditatis Raynerij non posset dici capax Aloysius nepos ex sorore Testatoris, & ex illius persona Monasterium Sancti Augustini in Ciuitate Bononiæ, sicut in eadem decisione fuerat resolutum.

Et quia ius, quod super dicta Raynerij hæreditate competere visum fuit Monasterio deducebatur in eadem decisione ex duplici capite, nempè ex voluntate Testatoris, quæ non ostendebatur contraria huic acquisitioni, quam ex persona sui Monachi facere debebat Monasterium, & ex capacitate eiusdem Monasterij, quæ capacitas considerata tunc fuit, tam respectu qualitatis dicti Monasterij, quàm respectu qualitatis bonorum, quæ in ea hæreditate continebantur hæc duo fundamenta considerare voluerunt Domini in hoc dubio, cùm illa etiam respicerent obiectiones factæ à Ludouico, qui cum ad eam hæreditatem Raynerij non appareret vocatus ipso Aloysio viuente dicebat illam fuisse ad se deuolutam, ex vtroque hoc capite, quia scilicet Monasterio, qui ex persona eiusdem Aloysij succedere debebat, obstaret tum propria incapacitas, tum contraria voluntas Testatoris.

Et quantum attinet ad eam voluntatem, quæ ad hunc effectum potissimum videbatur attendenda, vt tradunt Doct. *in cap. in præsentia, de probat. & in auth. nisi rogati, C. ad Sen. Consult. Trebell.* & ibi Castren. *num.* 3. Bald. *num.* 9. *& in l. Deo nobis C. de Episc. & cler.* Rip. *in l. ex facto §. si quis rogatus num.* 36. *&* 39. *ad Sen. Consult. Trebell.* Præcipua coniectura huius voluntatis ad exclusionem Monasterij deducebatur ex ratione, quàm visus erat Testator habuisse propriæ agnationis, & id ostendi dicebatur ex ea denominatione † eiusdem agnationis, 1
quàm idem Testator voluit, vt assumerent ij, quos vocauerat in suo Testamento, vt hanc coniecturam inter cæteros considerauit idem Rip. *d. §. si quis rogatus, num.* 40. Bero. *in cap. in præsentia, de prob. n.*487. Dec. *cons.* 159. *a.* 2. Vinc. de Franch. *dec.* 20. *n.* 3.

Verùm non visum fuit ex hac coniectura probari eam voluntatem † in Testatore excludendi à sua successione 2
Monasterium, quia cùm non possent ad hunc effectum satis esse omnes præsumptiones, aut coniecturæ, sed eæ solum, ex quibus probatio eiusdem voluntatis reddi videtur indubitata, vt notant Doct. superius adducti, & alij, quos refert Sanch. *in summ. lib.* 7. *cap.* 15. *numer.* 25. Roder. *qq. canon. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 13. Etenim præter eam rationem, quæ ad hoc considerata fuit in decisione, vt ex solo nomine agnationis, quod potest † esse commune pluribus in eadem agnatione non vi- 3
deatur argui effectos ad eam agnationem, quæ erat propria Testatoris nisi etiam cum eodem nomine iniunctum sit onus suscipiendi arma, & insignia, quæ solent distinguere vnam ab altera familia in eadem agnatione, vt voluit Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 34. *& lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 9. & præter relatos in decisione tenuerunt Bursatt. *cons.* 300. *num.* 2. *lib.* 3. Peregr. *cons.* 70. *num.* 22. *lib.* 3. Decian. *cons.* 7. *num.* 33. *lib.* 1. Vinc. de Franch. *in add. decis.* 29. *membr.* 8. Giurb. *decis.* 32. *numer.* 27.

Præ-

Præterea quando etiam vtraque hac conditione legeren-
tur grauati hi descendentes Raynerij, non tamen ex
4 hoc inferri posset ad talem † voluntatem Testatoris, vt
suam hæreditatem noluerit peruenire ad Monasterium,
vt voluit Roderic. *d. quæst.* 78. *volum.* 2. *qq. regul. artic.*
12. *&* 13. *in fin.* Vbi ita refert pronunciatum fuisse in
Regio Senatu Pinciano, Sanch. *in Summ. eod. cap.* 15.
*lib.*7. *numer.* 22. Vbi hanc opinionem fatetur esse pro-
babilem, siue id sit, quia hæc conditio tanquam posita
ratione frequentioris vsus non sit apta restringere eam
Testatoris dispositionem *ad not. per glos. in l.* 2. *in verb.*
sed hoc frequentius, & ibi Ias. *num.* 12. *ff. de vulg. &*
pupill. & in l. si is qui §. post mortem in verb. per partes
ff. de iur. dot. siue quia implementum dictæ conditionis
non videatur repugnare qualitati status Religiosi, dum
nomen agnationis in Religione communiter retineri so-
5 let, & insignibus † familiæ satis est, vt professus in ali-
qua Religione vtatur in annulo signatorio quoties occa-
sio feret, non autem necessè habet illa deferre humero
suspensa, vt dicit idem Roderic. *d. quæst.*78.*art.*13.

Neque ab hac opinione dici poterat, vt dissentiret
Sanch. dum disputando de vtriusque opinionis veritate
dicit eam opinionem, quam tenet Roderic. ad fauorem
Monasterij videri sibi probabilem, contrariam verò pro-
6 babiliorem † cùm id non concludant, vel rationes,
vel auctoritates, ea quibus ipse mouetur, nam
Doct. per eum adducti in *in d. cap.* 13. *sub num.* 19. *&*
23. vel loquuntur in ijs terminis, in quibus velit Mona-
sterium succedere loco filij ad exclusionem perpetuam
substituti, & hic videtur esse casus, quem considerat
Guttier. *can. qq. cap.* 32. *num.* 29. Zapp. *in auth. ingressi*
C. de sacros. Eccles. cap. 16. *num.*10. Flor. Diaz. de Men.
*lib.*1. *var. qq. quæst.* 16. *art.* 2. *num.*3. vel loquuntur in
maioratibus Hispaniæ, qui ex consuetudine eius Regio-
nis solent possideri, cum quodam splendore, & pom-
pa, & hi propriè sunt termini, in quibus loquitur Mo-
lin. *de primogen. lib.* 1. *cap.*3. *num.* 95. quem ipse Sanch.
sequutus fuit tanquam authorem huius opinionis, vel
demum loquuntur in casu, in quo appareat de manife-
sta Testatoris voluntate, & hic videtur esse casus, quem
ea animas Bero. *quæst.* 34. dum considerat qualitatem
domus, & familiæ requisitam à Testatore, & quidem
sub conditione negatiua, & aliter Mant. *de coniect. vl-*
*tim. volunt. lib.*6. *tit.*15. *num.*15. vbi considerat casum,
in quo deficien. masculis vocauit extraneum cum eodem
onere assumendi nomen, & insignia Testatoris, *& lib.*
11. *tit.*7. *num.*20 dum vim facit in conditione requisita
à Testatore, vt filij successuri debeant esse legitimi, &
naturales, & ex proprio testatoris corpore procreati,
prout etiam hanc conditionem considerarunt Alexand. *in*
*cons.*21. *num.*15. *lib.* 2. Dec. *in addit. cons.*259. *num.* 2. Bald.
*in l. Deo nobis num.*1. *C. de Episc. & cler.*

Quòd verò Monachus non sit capax maioratus, quæ
est prima ratio adducta per Sanch. non est absolutè ve-
ra, & in casu, quo ipse maioratus non habeat iurisdi-
ctionem, aut dignitatem annexam, contraria opinio est
magis communis, vt patet ex Molina, quem refert idem
7 † Sanch. *in tract. de primog. lib. cap.* 13. *num.* 95. Mant.
de coniect. lib. 11. *tit.*7. Caldas *de nominat. emphyt. quæst.*
6. *num.*13. Caual. *comm. opin. quæst.*93. *num.*7. Cabed. *de-*
*cis. Lusit.*133. *num.*7. Gamm. *decis.*6. *num.*4. qui omnes
testantur de veriori, & magis communi.

Quod autem non possit per Monachum, quamdiù
viuit conseruari memoriam Testatoris, quæ fuit altera
8 ratio, quam considerauit † Sanch. neque pariter subsi-
stit, quia si vera esset hæc ratio, illa satis esset ad exclu-
den. quemcumque Presbyterum, cum non neget Sanch.
quod possint à Monacho retineri iura agnationis, sed so-
lum quod non possint eadem iura ab eo casum conser-
uari propter dispensatam spem prolis, in quo articulo
contrarium tenet Molin. *lib.*1. *cap.* 13. *num.*99. quem
Sanch. sequitur in adducto *cap.*15. *numer.* 23. Peregr. *de*
*fideic. art.*28. *num.* 82. Intrigl. *de subst.* 3. *quæst.* 63. *num.*
44. Simon. de Pret. *cons.* 161. *num.* 9. & facit ratio,
9 quam considerant Doct. pro † admissione clerici ad fidei-
commissum relictum agnationi, vt impedimentum, quod
habet liberos suscipiendi non videatur, quod possit habe-
ri in consideratione, tanquam impedimentum accidenta-
le, vt voluit Bald. *inter cons.* Ang. *cons.* 281. *num.*4. Sim.
de Pret. *in addit. cons.*161. *num.* 61. Lap. *alleg.* 101. *num.*
21. Natt. *de statut. quæst.* 3. *num.*86.

Neque poterat ipsum Monasterium videri incapax
huius successionis, erat alterum ex duobus fundamen-
tis, quæ fuerunt considerata in decisione, & in no-
ua hac propositione impugnata per Ludouicum. Hæc
enim incapacitas deducebatur hodie ex duplici capite,
& horum primum erat, quod hæc ipsa appellatio fa-
miliæ de Blanchettis, quam assumere debebat Aloysius
ex præcepto Testatoris non esset suæ familiæ cogno-
mentum, & ita licèt vera videntur, quæ fuerunt in
eadem decisione supposita, vt per ingressum Religio-
nis non potuerit Monachos amittere ea iura, quæ
natalia sunt, tamen negabatur posse eandem ratio-
nem considerari hoc casu, quo non agebatur de
retinendo, sed assumendo cognomen nouæ familiæ,
quia cum ea assumptio videatur quasi quædam species ado-
ptionis, vt notatur in *l. liberos, & in l. Senatorib. & in l.*
cum adoptiuam, C. de Decurionib. lib. 10. & in his ter-
minis consuluit Cephal. *cons.* 250. *num.* 40. Becc. *cons.*
231. *num.* 10. non poterat considerari, nisi tanquam
actus † Iuris ciuilis, cuius sine dubio non censetur ca- 10
pax Monachus, vt etiam notatur per Doct. *in l. Deo*
nobis C. de Episc. & Cleric. & in auth. ingressi C. de sa-
cros. Eccles.

Sed pluribus modis visum fuit posse huic obiectioni res-
ponderi, & non obstare huiusmodi incapacitatem hoc
modo conceptum, nam præterquam videntur cognosce-
re Doct. disparitatem, † quæ est inter transitum, qui 11
fit ex adoptione in alterius familiam, & eam assum-
ptionem, quam quis facere debet familiæ sibi extraneæ,
dum vtontur dictione *quasi*, quæ solet esse nota impro-
prietatis, vt habetur in *l. item mela in fin. ff. ad l. Aquil.*
& not. glos. in l. ait Prætor, §. item, & in verb. qua-
si ff. ex quibus caus. maiores, Dec. *in l. si ego pecuniam,*
numer. 1. *ff. de reb. creditis*, Rot. *decis.* 268. *numer.* 3.
par. 1. *rec.*

Præterea in hac vocatione Aloysij non fuit considera-
ta hæc sola qualitas, quàm ipse implere debebat per vsur-
pationem nominis familiæ Testatoris, verùm etiam filia-
tio, seu descendentia † ex sorore eiusdem Testatoris, 12
quod proculdubio est quid naturale, neque amittitur à
Monacho per ingressum Religionis, *l. iura sanguinis ff.*
de reg. iur. & notatur in d. l. Deo nobis, C. de Episc. &
cleric. Tertiò denique hæc noua acquisitio, nec repugna-
re videtur qualitati status † Religiosi, cùm possit Mona- 13
chus post ingressum acquirere ciuilitatem. Doctoratum,
quæ non proueniunt ex solo iure naturali, & alia, vt
voluerunt Felin. *in cap. cum dilecta, numer.* 19. *de rescr.*
Nauar. *cons.* 6. *de testam. num.* 2. *lib.* 3. & tradit Sanch.
super præcepto Decalog. lib. 6. *cap.* 14. *numer.* 44. Gon-
zal. *var. qq. q.* 36. *numer.* 16. Rebuff *de nominat. quæst.*
12. *num.* 45.

Alterum caput, ex quo deducebatur hæc incapacitas
Monasterij erat, quod facta fuisset locus successioni, de
qua agitur, postquam Aloysius professionem emiserat,
non autem ageretur de transferenda in Monasterium hæ-
reditate, quæ per eundem Aloysium acquisita fuisset an-
te d. professionem. Ita enim arguebant informantes pro
Ludouico quod, aut ipse Aloysius volebat succedere ex 14
propria persona, & non poterat, cùm in Monasterium
transire deberent omnia iura, & commoda eiusdem suc-
cessionis, iuxta receptissimam opinionem Canonistarum,
de qua Io. Andr. *in cap. in præsentia, de probat. num.* 21.
Butr. *num.* 22. Abb. *num.* 74. Bero. *num.* 555. Aut verò
hæc eadem hæreditas, & successio ab ipso Monasterio pete-
batur, & satis erat, quod non possent ab eo impleri conditio-
nes appositæ à Testatore.

Sed quod non sit constituenda differentia inter hos duos
casus, latè probat Sanch. *super præcept. Decalog. par.* 2. *lib.*
7. *cap.* 15. *num.* 16. vbi respondendo ad hanc difficulta-
tem, quam mouet Mayter. *in tract. de maior. in* 2. *par.*
q. 3. *num.* 33. Concludit eandem subesse † rationem in 15
ea acquisitione, quam facere de nouo debet Monaste-
rium ex persona professi, & in transmissione, quàm fa-
cturus sit idem professus hæreditatis iam acquisitæ, quan-
do professio non potuerit illum reddere eiusdem hæredi-
tatis incapacem: quinimò ex eadem ratione, quod Mo-
nachus in suo ingressu transmittit omnia iura in † Mo- 16
naste-

nasterium potuit transmittere Aloysius iura, quæ habebat super hac successione, quia licet tempore emissæ professionis solam eiusdem successionis spem haberet, ea tamen spes erat firma, & certa, quæ non dependebat ab alterius voluntate, sed erat omninò extitura, de qua propterea iudicari debebat tanquam de iure radicato, vt declarat Bart. *in l. vlt. C. de pact. num.* 18. *& in l. post emancipationem, ff. de lib. leg.* Tiraq. *ad l. connub. glos.* 2. *num.* 40. & in specie quod iura competitura, & in specie censeantur translata in Monasterio in ingressu Monachi, nominatim voluerunt Abb. *in d. cap. in præsentia, numer.* 76. Butr. *numer.* 28. Bero. *numer.* 556.

Ad alteram verò rationem visum fuit responderi posse, quod licet ipsi Monasterio acquiri deberet hæreditas, illa tamen fundabatur in persona Monachi, qui propterea benè implere poterat conditiones, & onera, quæ eidem hæreditati Testator imposuit, vt declarat Bart. *in l. is potest, numer.* 13. *ff. de acq. hæredit.* Bald. *in l.* 1. *numer.* 51. *cum plurib. seqq. C. quo admitt.* Cagnol. *ibidem numer.* 19.

Et ita vtraque, &c.

Finis Partis Duodecimæ.

INDEX

INDEX
RERVM, SEV MATERIARVM,
Quæ in hac Duodecima Parte Decisionum Recentiorum continentur.

A

a Acta

A C T V S.

ALIENATIO QVOAD BONA GRAVATA FIDEICOMMISSO.

ANIMALIA.

ANIMA.

Appel-

Atte-

B

Bene-

BENEFICIVM QVOAD ASSECVTIONEM.

BENEFICIVM QVOAD COLLATIONEM.

BENEFICIVM QVOAD CONCVRSVM.

BENEFICIVM QVOAD POSSESSIONEM.

Bene-

BENEFICIVM QVOAD RESIGNATIONEM.

BENEFICIVM QVOAD VACATIONEM.

BENEFICIVM QVOAD VALOREM.

BENEPLACITVM APOSTOLICVM.

Bona

C

C A P P E L L A N V S.

C A R D I N A L I S.

C A S V S.

C A T H E D R A L I S.

C A V S A.

CEDENS.

CEDVLA.

CENSVS.

C I T A T V S.

C I V I T A S.

CLAVSVLA IN GENERE.

CLAVSVLA IN SPECIE.

A

Cleri-

CONIECTVRAE.

CONCESSIO.

CONDVCTOR.

CONFESSIO.

Confes-

in

Con-

CONTVMACIA.

CONVENTIO.

CONVENTVS.

COPVLA.

CORRESPECTIVITAS.

CRE-

C R E D I T O R.

C R E D I T V M.

C V L P A.

C V R A.

CVRIALITAS.

D

DAMNVM.

DATIO IN SOLVTVM.

DEBITOR.

DEBITVM.

DECIMA.

De-

falſa

D O C T O R.

D O L V S.

D O M I N I V M.

D O M I N V S.

D O N A N S.

D O N A T I O.

Do-

D O S.

E

ECCLESIA.

EPISCOPVS.

EPISTOLA.

ERROR.

EVICTIO.

EXAMEN.

EXCEPTIO.

EXCESSVS.

EXCLVSIO.

F

Facti

Feu-

ad Fi-

FIDEICOMMISSARIVS.

FIDEIVSSOR.

FIDES.

PILIVS.

Filius

FILIATIO.

F OE M I N A.

F E V D V M.

F O R M A.

F R A T E R.

F R V C T V S.

Fru-

G

Gratia ,

G R A V A T A.

H

HABILITAS.

HÆREDITAS.

I

I D E N T I T A S.

I G N O R A N T I A.

Igno-

Impe-

In-

INSTITVTIO.

INSTRVMENTVM.

Inue-

Iudi-

IVRAMENTVM.

IVRISDICTIO.

IVRA, ET IVS.

IVSPATRONATVS.

LIQVIDATIO.

L I S.

LITIGANS.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

LITTERÆ IN GENERE.

LOCATIO.

M

Me-

Milites

Mona-

Nota-

N O V A T I O.

N O V I T I V S.

N V N C I V S.

N V L L I T A S.

O

O B E D I E N T I A.

ab Or-

ORIGINALES.

P

PACTA.

PAPA.

PARENTES.

PAROCHIALIS.

PAROCHVS.

Paro-

Pos-

P O S S E S S O R.

P O S S I D E N S.

P O S S I D E R E.

P O S S I B I L I T A S.

P O T E S T A S.

P R AE C E D E N T I A.

P R AE C E P T V M.

PRÆSENTATIO.

PRÆSENTATVS.

PRAESENTIA.

PROBATIO.

Pro-

PROCESSVS.

PROCVRATOR.

Pro-

RECOGNITIO.

RECVRSVS.

REDDITIO RATIONVM.

REDDITVS.

REGVLA.

REINTEGRATIO.

RELATIO.

Rela-

RE-

Rotæ

S

SACERDOS.

SALARIVM.

SALVIANVM.

SATISFACTIO.

SCIENTIA.

SCRIPTVRA.

SEDES APOSTOLICA.

SENTENTIA.

Sen-

clau-

STY-

STYLVS.

SVBHASTATIO.

SVBREPTIO.

SVBROGATIO.

Testa-

TESTATOR.

ille

TESTIS.

Testis

Te-

V

VACATIO.

de

VASSALLVS.

VENDENS.

VENDITIO.

VENDITOR.

VERISIMILE.

VERBA IN GENERE.

Ver-

Vti-

V X O R.

F I N I S.

INDEX DECLARATIONVM

Variorum Capitulorum, Legum, Constitutionum, Regularum Cancellariæ, Decisionum, Doctorum &c.

CIRCA VARIA CAPITVLA IVRIS CANONICI.

CIRCA VARIAS BVLLAS.

CIRCA VARIAS REGVLAS CANCELLARIÆ.

CIRCA LEGES IVRIS CÆSAREI.

CIRCA VARIA STATVTA.

CIRCA VARIA STATVTA VRBIS.

CIRCA VARIOS DOCTORES.

F I N I S.